MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SCRIPTORVM

TOMI XXX. PARS I.

VERLAG KARL W. HIERSEMANN
LEIPZIG 1925

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

[redacted] HÖGSK.
4 OKT. 1949
[redacted] BIBL.

SCRIPTORUM TOMI TRICESIMI PARTE I. CONTINENTUR:

		Pagg.
Praefatio		VII. VIII.
I.	Annales Bawarici et Austriaci breves a. 1156—1290. Ed. O. Holder-Egger	3. 4
	Annales Weissenaugienses a. 1100—1300	723. 724
	Notae Basilienses a. 1281. 1283	724
	Annales breves domus ordinis Theutonici Marburgensis a. 1190—1290	4. 5
II.	Annales Montis S. Georgii a. 880—1260. 1415. Ed. O. Holder-Egger	721—723
III.	Annalium S. Aegidii Brunsvicensium excerpta a. 715—1162. Ed. L. de Heinemann	6—15
	Annalium S. Blasii Brunsvicensium maiorum fragmenta a. 1021—1173. Ed. O. Holder-Egger	16—19
	Fragmentum Gestorum episcoporum Halberstadensium	19. 20
	Notae Patherbrunnenses a. 1058. 1068	20
IV.	Chronicae principum Brunsvicensium fragmentum. Ed. O. Holder-Egger	21—27
V.	Chronica principum Saxoniae ampliata. Ed. O. Holder-Egger	27—34
	Cronica Slavorum auct. canonico S. Blasii Brunsvicensis	35—37
	Cronica Boemorum auct. canonico S. Blasii Brunsvicensis	37—43
VI.	Iacobi de Guisia Annales historiae illustrium principum Hannoniae —1254. Ed. E. Sackur	44—334
VII.	Cronica S. Petri Erfordensis moderna a. 1072—1335. Ed. O. Holder-Egger	335—457
	Indiculus ordinum religiosorum	354. 355
	Pars I. a. 1072—1208	356—381
	Pars II. a. 1209—1276	381—414
	Pars III. a. 1276—1291	414—424
	Partes IV. V. a. 1291—1299	424—434
	Pars VI. a. 1300—1307	434—439
	Pars VII. a. 1304—1313	439—446
	Pars VIII. a. 1314—1335	446—455. 457
	Continuationes I. et III. a. 1334—1355	455—465
	Additamentum a. 841—1342	465
	Continuatio II. a. 1335—1353	466—472
	Appendix I. Additamenta Pistoriana	472
	II. Carmen de Adolfo rege Thuringiam invadente	473. 474
	III. Relatio de bellis Erfordensibus a. 1303. 1304	474. 475
	IV. Relatio de motibus Erfordensibus a. 1309—1322	476—479
	V. De origine civitatis Erfordensis	479. 480
	VI. Notae dedicationum Montis S. Petri Erfordensis a. 1104—1479	480—488
	VII. Nicolai de Siegen Series abbatum monasterii S. Petri Erfordiae	488. 489
VIII.	Cronica Reinhardsbrunnensis a. 530—1338. Ed. O. Holder-Egger	490—656
	Appendix. Genealogia principum Reinhardsbrunnensis	656—658
IX.	Cronica ecclesiae Wimpinensis auct. Burcardo de Hallis —1290. Ed. H. Boehmer	659—670
	Continuatio auct. Dythero de Helmestat a. 1278—1325	670—676
	Continuatio auct. Conrado Link a. 1357—1400	676. 677
	Appendix. Versus Wimpinenses	677
X.	Cronica domus Sarensis auct. Heinrico de Heimburg —1300. Ed. I. Dieterich	678—706
	Genealogia fundatorum domus Sarensis	706. 707
XI.	Continuationes breves Chronici Martini Oppaviensis. Ed. O. Holder-Egger	708—719
	I. Continuatio pontificum Italica I. a. 1276—1280	711
	Additamentum a. 1277—1280	711
	II. Continuatio pontificum Italica II. a. 1276—1285	711. 712
	III. Continuatio pontificum Romana brevis a. 1277—1280	712. 713
	Additamentum a. 1281—1285	713
	IV. Continuatio imperatorum Anglica brevis a. 1270—1274	713
	V. Continuatio pontificum Anglica fratrum Minorum brevis a. 1277—1292	713. 714
	VI. Continuatio pontificum Anglica brevis a. 1277—1316	715
	VII. Continuatio pontificum et imperatorum Lombardica a. 1285—1313	715. 716
	VIII. Continuatio pontificum Anglica a. 1277—1317	717—719
	Cronicae Minoris Continuatio VII. a. 1270—1309	719. 720

Tab. I. ad p. 336. Tab. II. III. ad p. 660.





Cum decretum esset, ut etiam Scriptorum volumina sequentia minoris formae ederentur, oportuit, ut hoc extremo maioris formae tomo omnia quae in partibus huius seriei iam absolutis quacumque de causa omissa erant colligerentur. Atque priore huius tomi parte monumenta varia aevi Suevici et sequentis temporis usque ad Heinrici VII. obitum lectoribus proponuntur. Inter quae plurimum spatii occupat Iacobi de Guisia ingens opus, fabulis et iis quae ex libris superstitibus exscripta erant omissis in angustius coactum, quod quidem demum saeculo XIV. vergente compositum inter monumenta tamen aevi Suevici edendum erat, quippe quod imperfectum iam a. MCCLIV. finem habeat. Cui recensendo atque excutiendo V. Cl. Ernestus Sackur, quondam socius noster, ingentem operam navavit. Tandem etiam Cronica magna monachorum Montis S. Petri Erfordensis prodit, omissa antea, cum nondum constaret eius primam partem iam tempore Ottonis IV. imperatoris compositam esse. Sequitur Cronica Reinhardsbrunnensis, saeculo XIV. quidem demum conscripta, quae hoc loco danda erat, cum oporteret, ut

haec recognosceretur, antequam Cronica Erfordensis recenseri posset, et cum illa plurima ac gravissima praebeat ad historiam saec. XII. et XIII. cognoscendam, nihil fere de rebus auctoris illius tempore gestis. His iuncta sunt minora monumenta, a VV. Cll. Lothario de Heinemann et Iulio Dieterich, quondam sociis, ab Heinrico Boehmer socio et a me parata, quorum nonnulla iam antea edita erant, nor ulla nunc primo in lucem prodeunt, inter quae Chronica principum Brunsvicensium, quae periisse credebatur.

Altera huius tomi parte supplementa aevi regum Saxonicorum et Salicorum edentur, sed et libelluli sub numeris VI. et VII. appendicis Cronicae S. Petri Erfordensis editi ex codice antiquo nuper reperto suppleti emendatique iterum proponentur.

Berolini Kal. Decembr. a. MDCCCXCVI.

O. HOLDER-EGGER.

SUPPLEMENTA

TOMORUM XVI—XXV.



ANNALES
BAWARICI ET AUSTRIACI BREVES.

Sequentes Annales breves exscripsi ex codice Monacensi Lat. nr. 23435 (ZZ 435), mbr. 8°, saec. XIII ex. — XIV in., f. 66′—67′, in quo iidem inter varia et diversi generis opuscula[1] non more annalium, sed continui nullo[b] intervallo facto exarati sunt. Ubi duo annalium exemplaria coniuncta sunt, prius Bawaricum a. 1156—1290, *maximam quidem partem ex Hermanni Altahensis Annalibus excerptum, quod in multis convenit cum aliis Annalibus ex Altahensibus sumptis, Burghausensibus[2], Halesbrunnensibus[3] maioribus, Seldentalensibus[4]. Sequuntur annales* 1190—1251, *quos in Austria scriptos esse apparet, qui quod cum aliis annalibus Austriacis non conveniant, miror.*

Eo ordine dispositos, quo in codice leguntur, hos annales exhibui.

O. H.-E.

Ab incarnacione Domini MCLVI. ducatus Bohemie fit regnum et marchionatus Austrie ducatus. f. 66′. Herm. Alt.

MCLXXX. Otto dux Bawarie constituitur per Fridericum imperatorem, et fit marchionatus Styrie ducatus.

MCLXXXIIII. Filii imperatoris H[einricus] rex, Ch[unradus] dux Swevie et Otto milites erant Moguntie.

MCLXXXVIII. Fridricus imperator Ierusalēm ire volens[5]. ib. 1189.

MCXCIII.[a] Rykardus rex Anglye a Leupoldo duce Austrie capitur[6], et post hoc anno VI. Obernperg ib. construitur.

MCCIIII. Lantshůt construitur[6].

MCCXXVIII. Otto dux aput Swabingam[7] militavit.

MCCXXVIIII. [a]natus est Ludwicus palatinus comes Reni, dux Bawarie. [a] f. 67.

MCCXXX.[b] Leupoldus dux Austrie obiit.

MCCXXXI. Lud[wicus] dux occiditur.

MCCXXXII. Ch[unradus] rex Romanus vastare querit Bawariam. ib. 1233.

MCCXXXV. H[einricus] dux nascitur[8]. ib.

MCCXXXVI. Sancta Elyzabeth translata est. H[einricus] rex de exilio relegatur[8].

MCCXLI. Eclypsis solis facta est in die beati Marci pape[8], et Tartari vastant Ungariam[6]. Oct. 7.

MCCXLVI.[c] Fridricus dux Austrie occiditur.

MCCLI. Ch[unradus] rex angustias patitur Rat[ispone].

MCCLIII. Otto dux obiit, qui ante eodem anno militaverat filios suos, et tercio anno Rat[ispone] dividunt patrimonium.

MCCLVII. Rex Bohemie fugatur aput Můldorf[6].

MCCLX. Flagellatores surgunt[9].

MCCLXI. Dux Octo nascitur Scolastice virginis.

MCCLXVI. Otkarus rex expugnat Regenstauf.

MCCLXVIII. Ch[unradus] regulus occiditur in Apulya.

MCCLXVIIII. Ludwicus filius ducis H[einrici] nascitur Dyonisii.

a) MCXXIII. *c.* b) MCCXXXI, I *expunct. c.* c) MCCLXII. *c.*

1) Praecedit regula de tempestate anni. Sequuntur versus de electoribus imperatoris, qui apud Martinum Oppav. leguntur, postea medicamentorum formulae, narrationes, theologica, excerpta varia. Cf. Catalog. codd. Lat. Monac. II, IV, p. 68. 2) SS. XXIV, p. 61 sq. 3) Ibid. p. 41 sqq. 4) Böhmer, Fontes III, p. 526 sqq. 5) Cf. Ann. Burghaus., ex quibus adde: *aqua periit.* 6) Cf. Ann. Burghaus. 7) *aput Strubing* Herm. Alt. ex Ann. S. Rudberti. 8) Herm. Alt.: *in octava Mychaelis*, quae est Oct. 6; dies Marci papae est Oct. 7. 9) Cf. Ann. Seldental., Böhmer, Fontes III, p. 528.

Herm. Altah. MCCLXXI. Stephanus nascitur; et eodem anno Elizabeth[a] mater predictorum, filia Bele, regina Ungarie[b] obiit; frater eius rex Stephanus Ungarie sequenti anno obiit.

Febr. 3. MCCLXXXX.[c] in die beati Blasii gloriosissimus princeps H[einricus] palatinus comes Reni, dux Bawarie, Deo reddidit animam et terre carnis materiam.

MCCLXXVI. Rex Rüdolfus descendit Austriam.

MCCLXXVIIII. Rex Bohemie Otakarus occisus est a rege Rüdolfo[1].

MCXC.[d] Fridricus imperator obiit; huic successit Heinricus, filius eius. Hic subiugavit Apuliam imperio.

MCXCIII. Liupoldus dux Austrie obiit; cui successit filius suus Fridricus.

MCCVIII. Phylippus rex a palatino comite in Babenberch dolo occiditur.

MCCVIIII. Otto rex in imperatprem consecratur.

MCCX. Hic idem Otto a domino papa excommunicatur, regno privatur, et Fridricus, filius Heinrici, in regem consilio principum elégitur[e].

Nov. 22. MCCXI. Hoc anno luna versa est in sanguinem in nocte beate Cecilie.

MCCXIII.[f] Regina Ungarie[2], filia ducis Meranie, a quibusdam comitibus occiditur.

MCCXVIII. Otto imperator obiit.

† 1. 67 MCCXX. Fridricus rex imperator consecratur.

MCCXXVII.[g] Filia[3] ducis Leupoldi consecrata est in reginam.

MCCXXX. Leupoldus dux Austrie, inter dominum papam et imperatorem pace[h] reformata, obiit.

MCCXLVI. Fridricus dux Austrie magnam stragem fecit in Bohemos captivando CXLIIII milites, inter quos erat dux Austrie[4], Carinthye et octo barones de Michsna et Jun. 15 meliores suppani[i] Bohemie. Item eodem anno XVII. Kalen. Iulii regem Ungarie devicit fugans ipsum et exercitum suum, et ex ipsis meliores capiens, ipse miserabiliter vitam finivit. Erat enim sexta feria.

MCCLI. Marchio Moravie Otakarus, filius regis Bohemie, sibi Austriam[k] vi subiugavit.

ANNALES BREVES DOMUS ORDINIS THEUTONICI MARBURGENSIS.

Tabula membranacea saec. XV. olim in choro ecclesiae s. Elisabeth Marburgensi affixa, nunc in archivo Marburgensi servata continet annales breves, qui complúries editi sunt, videlicet in libro 'Kurtze und summarische Beschreibung der Kirchen im Teutschen Hausz bey Marpurg . . . . zu sanct Elisabetha' Marburgi 1661. 1668. *et saepius postea impresso; dehinc apud Winckelmann, 'Beschreibung d. Fürst. Hessen u. Hersfeld' p.* 423; *Böhmer, Fontes IV, p.* 450; *'Die Vorzeit, Taschenbuch'* 1827. *p.* 333; *denique ab A. Wyss, 'Hessisches UB.' I,* 1, *p.* 486 *sq. ('Publ. aus den k. Preussischen Staatsarchiven'). Ex hac ultima editione eos recudi fecimus.* **O. H.-E.**

Noverint universi et singuli Cristi fideles presentem paginam inspecturi, quod anno Domini M°C°LXXXX°. sub sanctissimo in Cristo patre et domino domino Celestino papa III° et in Romano imperio imperante Henrico V°, incepit ordo venerabilis milicie beate Marie Ihe-rosolimitani hospitalis domus Theutonice, qui per suam strennuitatem et insignem victo-

a) anno. Eliz. *falso destructum in c.* b) sequenti anno *h. l. falso add. c.* c) MCCLXXX. *c.* d) M°CC°XC. *c.* e) *sic c.* f) M°CCXVIII°, V *expunct. c.* g) MCCXVII. *c.* h) pace:, *littera erasa c.* i) suppani *c.* k) Austrie *post corr.* Austriam *c.*

1) Hae notae a. 1276. 1279. fortasse ex extrema lendum est. Ulricus filius Bernhardi ducis Carin- parte sequentium annalium hic transpositae sunt. thiae captus est.
2) Gertrudis. 3) Margareta. 4) *Austrie* de-

riam ac sui sanguinis effusionem pro Crucifixi nomine fidem catholicam et sanctam matrem ecclesiam amplificando contra Sarracenos, in Pruscie, Livonie ac Curonie partibus debellavit ac eciam cottidie debellando insistit. Eapropter sanctissimi patres et summi Romani pontifices ex divine gracie providencia et beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate ipsis collata suis intuitis favoribus largissime inclinati provide et multum graciose per libertates et indulgencias copiosas dictum ordinem perlustrarunt, ut ex eodem Cristi fidelibus incrementa virtutum augerentur et salutem animarum suarum uberius consequerentur.

Anno Domini M°CC°XXXIII°. occisus est magister Conradus predicator.

Anno Domini M°CC°XXXI°. obiit beata Elizabeth.

Anno Domini M°CC°XXXIII°. ceperunt habitare in Marpurg fratres domus Theutonice.

Anno Domini M°CC°XXXV°. positum est fundamentum huius ecclesie Augusto in vigilia assumpcionis Marie virginis. Aug. 14.

Anno Domini M°CC°XXXVI°. translata est beata Elizabeth.

Anno Domini M°CC°XL°. obiit frater Conradus, quondam lantgravius, magister ordinis Theutonicorum.

Anno Domini M°CC°LXXXIII°. Kalend. Maii dedicatum fuit monasterium beate Elizabeth in Marpurg.

Anno Domini M°CC°XC°. Kalend. Maii dedicatum fuit summum altare.

ANNALIUM S. AEGIDII BRUNSVICENSIUM EXCERPTA.

ED. L. DE HEINEMANN.

Annalium Saxonicorum excerpta, de quibus accuratius egi 'N. Archiv' XIII, p. 35—59, exstant in codice Guelferbytano Aug. 17, 20. 8°. diversis manibus saec. XV ex. scripto, in quo inter varia fragmenta operum et ecclesiasticorum et iuridicorum foliis, si temporum seriem sequimur, 291—292'. 295'. 187—189. 191. 190'. 168'—170. 200—202'. 177'—178. 184'. 299'—302'. 72—73'. 107—108'. olim vacuis relictis, conglutinato iam volumine, annalium quorundam excerpta ab origine mundi incipiens monachus quidam sine dubio S. Aegidii Brunsvicensis[1] adscripsit, multa vero omisit aut negligentia aut brevitatis studio ductus. Quorum annalium in Saxonia scriptorum[2], quos monachus S. Aegidii usque ad a. 1162. excerpsit, fontes fuerunt Thietmarus et Ekkehardus[3] necnon Annales Patherbrunnenses.

In dissertatione supradicta quidem studui, ut probarem Annales Nienburgenses, qui perierunt, hoc in opere exscriptos fuisse, et eodem Annalium Palidensium et Disibodenbergensium auctores usos esse. Sed nuper vir doctissimus H. Herre dissertatione quae inscribitur 'Die Ilsenburger Annalen als Quelle der Pöhlder Chronik' (Leipzig 1890) evicisse mihi videtur et Palidensium et nostrorum annalium auctores exscripsisse annales magnae auctoritatis, quos in coenobio Ilsenburgensi originem habuisse gravissimis rationibus allatis docuit[4].

[Sed V. D. H. Herre erravit, cum statueret ab eo qui haec excerpta exaravit ipsos Annales Ilsenburgenses exscriptos esse[5], immo eum exemplar annalium exscripsisse, quo fontes supradicti adhibiti erant, cum iam ipsa re verisimile videtur, tum probatur Annalium S. Blasii Brunsvicensis fragmentis inventis, quae ad haec excerpta proxime accedunt, et in quibus et Ann. Patherbrunnenses et Ilsenburgenses exscriptos et eodem modo breviatos immutatosque esse infra monui. H.-E.]

Annales, ex quibus haec excerpta sunt, in monasterio S. Aegidii Brunsvicensi, in quo exemplar eorum saeculo XV. fuerit, scriptos fuisse, ut 'N. Archiv'

1) Marchionissam Gertrudem, filium Ekberti I. et uxorem Heinrici Pinguis de Northeim, quae monasterium S. Aegidii in Brunswik civitate condidit, vocat *fundatricem nostram* sive *fundatricem huius monasterii*; v. infra p. 14, n.* et n.**; cf. praeterea 'N. Archiv' l. c. p. 35. 2) V. 'N. Archiv' l. c. p. 36. 3) Cuius chronici codicem recensionis postremae (E) exscripsit. Thietmari chronicon ipse annalista non evolvisse, sed quae ex illo sumpta praebet ex aliis annalibus exscripsisse videtur. 4) Infra tamen manui restare in his excerptis, quae neque ex Ann. Patherbrunnensibus neque ex Ilsenburgensibus sumpta esse videntur, cum Ann. Magd. eadem habeant. Et unde ad hos annales pervenerint ea quae in priore parte cum Ann. Saxone conveniant, praesertim quae ad res Halberstadenses spectant, non satis adhuc expositum est. H.-E. 5) Plane refellendus est H. Herre, cum p. 68 sq., n. 4. monachum S. Aegidii, qui excerpta exaravit, Engelberti Chronologiam secutum esse conseat, cum haec excerpta non post a. 1588, sed saec. XV. scripta esse caeco eliam appareat.

XIII, p. 59. conieci, iam nunc probabilius videtur, cum Ann. S. Blasii Brunsvicensis, quorum fragmenta infra edita sunt, ad eos proxime accedant. Et cum de monasterio S. Aegidii a Gertrude fundato ad a. 1115. relatum sit, loco Annalibus Patherbrunnensibus addito, quin in hoc monasterio annales conscripti sint, non dubium videtur.

His annalibus auctor chronici Amelunxbornensis, cuius vestigia in Theoderici Engelhusii[1] Chronica nova reperiuntur, usus esse videtur, ut l. l. p. 55 sqq. monui.

Omissis igitur quae usque ad saeculum octavum ex Ekkehardi chronico in annalibus deperditis sumpta erant, excerpta damus, codicis scripturam accurate exprimentes nonnullaque negligentius ab excerptore omissa ex annalium fontibus et auctoribus, qui ex illis hauserunt, supplentes.

Berolini, m. Febr. 1887. *L. de H.*

Sex diebus rerum creaturam Deus condidit[2] . . . . . Ekk.

. . . . . .

Anno Domini DCCXV. Egidius — — claret in Gallia. Karolus regnum Francorum — — fecit. Bonifacius, ib. cf. vir sanctissimus, a presule sedis apostolice Gregorio Magunciace metropoli Germanie archiepiscopus ordinatur et in Franciam mittitur. Qui predicacione sua multos populos Turingorum, Hessorum et Austrasiorum ad fidem rectam, a qua din aberraverant[a], convertit; monasteria quoque monachorum et virginum primus in partibus Germanie instituit. A. Saxo 741.

Nota[3]. Omnis Gallia — — et per annos XI.VI feliciter rexit. Ekk. p. 156—165.

Adrianus papa ad Karolum regem misit pro auxilio contra Desiderium regem Lumbardorum. Carolo Ekk. 773. illuc redeunte, Saxones — — conversi sunt. Inventus est — — incendendam.

Anno Domini DCCCVII. legati Persarum venerunt ad Carolum imperatorem, offerentes orologium mirificum. Ekk.

Anno Domini DCCLXXX. Karolus, devicta Saxonum dira perfidia, primum in eiusdem cf. A. S. 781. gentis patria Halberstadensem episcopatum gloriose fundavit et eidem ecclesie Hildegrimum, virum religiosum, episcopum Catalaunensium, germanum sancti Liutgeri, primi Monasteriensis ecclesie antistitis, per auctoritatem Adriani pape pastorem constituit.

Item nunciatum est regi — — ingressi; sed missi a rege omnes a Saxonibus interfecti sunt — — decollati. Ekk. 782.

Item mortua uxore Karoli Hildegarda duxit filiam comitis Ratolfi nomine Fastrada. ib. 783.

Item persuasum est Carolo posse commode a Danubio in Renum navigari — — subsidebat etc. ib. 792.

Item audiens Karolus Anglos et Saxones Brittanniam invasisse depulit eos. ib. 786.

Mortua autem est Fastrada regina et Maguntie apud Sanctum Albanum sepulta. ib. 793.

Mortuo Adriano papa Leo substituitur. Hic Karolum — — misit etc. ib. 796.

Nam usque ad illud tempus Romanum imperium a temporibus Constantini Magni, Helene filii, [apud[b]] ib. 800. Constantinopolim in Grecorum imperatoribus mansit etc.

Item Saxones Transalbiani, sedicione commota — — quatuor millia ex eis occidit etc. ib. 798.

Item Leo papa excecatus est a Romanis etc. et Leo se de crimine impositio expurgavit. Innocentiam vero ib. 799. sancti Leonis pape ita Dominus approbavit, ut clariores oculos oi donaverit, permanente pulcherrima cicatrice. ib. 800. 801.

Anno ergo Domini DCCCI[c]. Karolus Magnus, filius Pippini regis, LXVII[c] loco ab Augusto consecratus est imperator Romanorum, anno regni sui XXXIII. et imperavit XIIII annis; ablato patricii nomine imperator et augustus appellatus est. ib. 801.

Post hec Karolus omnes qui trans Albiam habitabant Saxones cum mulieribus et infantibus transtulit in Francia et pagos eorum[c] Abodritis dedit. ib. 804.

Anno Domini DCCCVIIII. Sanctus Liudgerus ad superna migravit, qui Saxonibus cf. A. Saxo. iugum Christi imposuit.

Anno Domini DCCCXIV. Karolus imperator moritur in febre et pleurisi, ut supra dictum est. Ekk.

Anno Domini DCCCXV. Ludewicus, filius Caroli, imperavit annis XXVI.

Anno Domini DCCCXXII. Inchoacio monasterii Nove Corbeye in Saxonia per sanctum Adelhardum antique Corbeye in Francia abbatem.

Item in territorio Tullensi puella quedam — — cibum ut ceteri sumpsit. ib. 823

Anno Domini DCCCXXX. Ludewicus imperator Corbeyense monasterium fundavit. Ibi primo monachica vita in Saxonia floruit.

Anno Domini DCCCXXXX. Ludewicus imperator, memoria omnium bonorum dignus, obiit sepultusque Ekk. est in ecclesia Metensi.

Anno Domini DCCCCXII. Ludewicus rex, filius Arnolfi imperatoris, moritur. Hic — — computatur etc. ib.

Ludewicus igitur, cum accepisset uxorem nomine Mathildam, sororem Brunonis et Magni Ottonis[d]. Horum pater erat Liutolfus. Regi autem Ludewico — — libera potestate regnavit in Saxonia. De hoc Hinrico primo vide infra et de aliis communiter.

a) aberraverat *c.* b) *deest c.* c) *supersc. c.* d) *des. quaedam verba ex Ekk.* (non multis post haec vixerat annis) *supplenda c.*

1) Leibniz, SS. R. Brunsvic. II, p. 977—1143. 2) Quae omisimus exstant in codice f. 291—292'. 293'. 187—189. 191. 190'. 168'—170. 200. 3) Sequentia f. 201'—202'. codicis scripta sunt.

Ekk. Anno Domini DCCCLXII. Rabanus archiepiscopus Maguntinus obiit.

ib. p. 178—179. Super[1] origine gentis Saxonum varia opinio est — — sicque Saxonia tota et superata et subiecta est. Residuum narrationis vide in duodecimo septimo[a].

ib. p. 179 sq. Magnus Karolus cum esset regum fortissimus Francorum, Witikint, qui inter Saxones claritate generis et opum amplitudine eminebat — — sequeque cum omnibus thesauris illi tradens, pacemque cum eo facit perpetuam et optinuit.

cf. A. S. 923. Sanctus[b] Sigismundus episcopus Halberstadensis XIX. Kal. Febr. ad Christum migravit[2], anno sue ordinacionis XXX.

Ekk. p. 180. Anno dominice incarnacionis DCCCCXX. Hinricus, genere Saxo, filius Ottonis ducis, LXXIIII. loco ab Augusto,

ib. p. 182. in regem eligitur — — Burchardum ducem Alamannie superavit. Sanctum Vitum — — pedibus salvatoris nostri, domini nostri Ihesu affixis etc. Hanc lanceam sagaciter Hinricus rex acquisivit a Rodolfo et creditur esse que hodie in imperatorum tutela solet manere. Hinricus rex irruit super Slavos et eos vicit et urbem Brandeborch.

ib. p. 183. Post hec adiit Pragam — — sed vacui reverteruntur et spernuntur. Unde Ungari ad Saxoniam tendentes venerunt Merseborch. Hoc percipiens rex occurrit et Ungaros debellavit. Rex autem tributum hostibus solitum dari dedit cultui divino etc. Genuit autem Mettildis, uxor Hinrici regis, Ottonem. Qui Otto, vivente adhuc patre, duxit uxorem [ex[c] gente] Anglorum, filiam [fratris[d]] Adelstani regis, que ab aliis nominatur Otgis, ab aliis Edidis. Rex Hinricus cum inter omnes principes regni obtemperantes sibi Arnoldum a Bavaris susceptum in regem eorum solum sibi resistere cerneret, collecto autem exercitu in Bavariam Hinricus tetendit. Arnoldus autem cernens, quod regi resistere non valeret, portis apertis egressus est ad regem, tradens semetipsum cum

ib. D. E. 926. 932. omni regno suo. Hinricus rex, Slavis et Danis victis et sub tributo redactis, reges Normannorum et Abodiitarum christianos facit.

ib. p. 183. Anno Domini DCCCCXXXVI. Hinricus rex infirmatus est — — licet Otto in imperio natus non esset, sed Hinricus frater eius et Bruno episcopus. Testamento itaque perfecto, defunctus est — — Quedilinge-

ib. D. E. 936. burch etc. Qui licet in vincendis inimicis — — accepisset.

ib. p. 184. Anno dominice incarnationis DCCCCXXXVII. Otto Magnus — — in Fuldensi monasterio, abbas ibi consti-

ib. p. 187. tuebatur etc. Tume autem Bolizlaus fratrem suum — — omnes ab eo occisi sunt. Deinde gravis persecucio oritur — — nam abbas in gracia regis permansit.

ib. p. 184. Igitur Hinricus, frater regis, eo tempore nimis adolescens erat et regni cupiditate ferrebat et, in imperio

ib. p. 187. natus, restitit cum Eberhardo etc. regi etc. Sed Hinricus, frater regis — — cum ducatu omni possessione

ib. p. 188. derelicta genero[f] etc. Illo in tempore rex proficiscitur contra Bolizlaum regemque Bohemiorum. Considerata igitur virtute regis et innumera exercitus multitudine Bolizlaus se regi subdidit etc.

Igitur Adelheid filia fuit Rodolfi — — morit lacrimas et sic in graciam patris est receptus etc. Hoc

ib. p. 189. tamen notandum, quod a Iohanne papa — — augustus est appellatus. Rebus igitur rite compositis — — magnifice

ib 939. D. E. dilatavit. In Italia aliquanto tempore moratus — — coniunxit etc. Deinde Ungari — — omnes sibi subdidit etc. Deinde Hinricus, frater regis, capitur, suggeriturque ei regnum magis competere illi in patris regno nato quam

ib 942. D. E. Ottoni ante regnum nato. Unde bellum paratur. Et interim rege ante clavos Domini sue lancee infixos in ora-

ib. 946—956. cione prostrato, victi hostes terga dederunt, Hinrico in brachio insanabiliter vulnerato etc. Hinricus igitur, armis proiectis ad pedes fratris Ottonis procidens etc. Taxis rex Ungarorum in Italiam veniens X modios nummorum a Berengario pro reditu accepit. Maguncia ab Ottone obsessa est. Fredericus archiepiscopus captus et in custodia missus est. Otto rex Italiam intravit causa Adelheidis regine, ipsaque accepta uxore, nuptias celebrat Papie. Mortuo Wigfrido Coloniensium episcopatum suscepit vir gloriosus Brün, frater Ottonis regis, et construxit cenobium sancti Pantaleonis anno DCCCCLVI.

Th. 958. 960. D. E. Sequenti anno cruces in vestibus hominum apparuerunt. Gallia et Germania — — fratri Brunoni Colo-

ib. D. E. niensi et filio Wilhelmo archiepiscopo Maguntinensi, [ad[e] Italiam tendit].

ib. D. E. Anno Domini DCCCCLXVII. Otto iunior a patre uvocatus — — benedicitur.

Anno Domini DCCCCLXVIII. Quidam Ottonis familiaris — — exsectum mereretur. Theodericus Mettensium

ib. 969. archiepiscopus, consobrinus imperatoris — — in insula urbis Mettensis constructa locavit.

ib. D. E. Anno DCCCCLXXI. Otto imperator Rome — — matrimonio sociavit. Reversus de Italia imperator Otto cum

ib. S. 972. filio coimperatore Galliam ingressus est etc. Moritur Otto Magnus imperator, ut infra patet.

ib. D. E. Anno Domini DCCCCLXXIII. Otto secundus, Magni Ottonis filius, LXXVI. loco ab Augusto — — in regni sede locatur.

Anno Domini DCCCCLXXX. Otto imperator Apuliam et Calabriam — — cum imperatore Grecorum habuit.

ib. D. E. Anno DCCCCLXXXI. Greci offensi, quod imperator Otto contra ius et phas provincias Grecorum invaderet, imperatori in Calabria bello congrediuntur; in quo bello omnes Romanorum copie usque ad internecionem pene delete sunt. Imperator Otto natando evadere nitens, a nautis ignorantibus suus capitur et a quodam eorum, qui negotiator erat, agnitus nec proditur, et per illius miseracionem et industriam re delata ad imperatricem Theophanu et Theodericum Mettensem episcopum, qui in civitate Rosan rei eventum prestolabatur, cum magna difficultate per Slavum et episcopum de manibus nautarum liberatus evasit; omnibus pro infortunio et pudore rei publice animo consternatis, sola imperatrix Theophanu femineo et Greco lavitate insultavit eis, quod ab exercitu sue nacionis tam miserabiliter victi essent Romani; et per hoc cepit primatibus exosa haberi[g].

Thietm. III, 18. Eodem tempore innumera multitudo Slavorum urbem quo Calvo dicitur, satis munitam, et monasterium sancti Laurencii martiris in ea situm delevere sanctarumque monialium congregacionem cum omnibus fugam inire compulere. Inde Mistoy dux Apodritorum ad urbem Hammaborch, ubi tunc sedes episcopalis erat, iter fendit, quam captam vastat et incendit; quem diabolus extinxit.

Thietm. III, 24. 25. Ipsoque anno Otto imperator Verone placitum habuit, et Hinricus iunior primo graciam fratris sui Ottonis optinuit, dux Bavarorum effectus est. Deinde imperator Romam venit, relicta matre sua venerabili

a) ac, quaternione. b) Sanctus — XXX. *post ead. m. add. c.* c) *des. c.; suppl. ex Ekk.* d) *deest c.; suppl. ex Ekk.* e) Cum *c.* f) generi *c.* g) civitatem *c.*

1) Sequentia in f. 177. 178. 184. 299—302. scripta sunt. 2) Haec ex Thietmar. I, 22. sumpta sunt.
3) Cf. Herre l. l. p. 20 sq.

Alheyde in Papia civitate, graviter infirmatus, omnem suam pecuniam in quatuor partes divisit, primam ecclesiis, secundam pauperibus, terciam dilecte sorori sue Mathildi, que abbaciam in Quidilingborch devota Christo famula optinuit, quartam suis tribubus donavit ministrie ac militibus, ac sic VI. Idus Decembris obiit, terre vero commendatur, ubi introitus orientalis paradisi domus sancti Petri cunctis patet fidelibus, et ymago dominica honorabiliter formata venientes quosque etsi benedicit. De imperatore substituendo inter primates dissentitur, sed ventum est ad legitimum heredem Ottonem. Thietm. III, 25. Ekk. D. K. 582. ib. D. K.

Anno Domini DCCCCLXXXIII. Otto tercius — — filius Frederici ducis, substituitur.

Anno Domini DCCCCLXXXVII. Siccitas vernalis magna fuit, unde fames secuta. Et fertur pluisse annonam de celo in Hasbanio. Alii eciam piscieulos parvos de celo pluisse ferebant.

Theophanu imperatrix, mater Ottonis tercii, obiit. ib. 989.

Anno Domini DCCCCLXXXXII. Hildewardus Halberstadensis ecclesie presul monasterium sancti Stephani, quod ipse fundamento construxerat et honestissime consumaverat, dedicavit XVII. Kal. Novembris. Ad cuius dedicacionem imperator cum imperatrice Alheyde necnon tocius Saxonie optimatibus aderat, et dedicavit auxilio fere XX episcoporum[1].

Anno Domini DCCCCLXXXXIIII. Sanctus Adelbertus episcopus de Praga civitate a Prucis martirizatur. Ekk.

Anno Domini DCCCCLXXXXVIII. Arnoldus episcopus Halberstadensis ab imperatore Ottone tercio locum mansionis monasterii in Ilseneborch sedulis precibus impetravit[2]. Is enim eum prius inhabitavit, tum pro eo quod serenus erat, utpote densitate silvarum circumseptus, tum quia venacionum locus est.

Anno Domini DCCCCLXXXXVIIII. In Italia Crescens, patriciatu Romanorum arrepto, contra Ottonem tercium rebellat. Et Otto ad[a] eum debellandum — — suspenditur. Ekk. D. K. ib. 1000.

Anno regni sui XIX. Otto imperator, quem uxor Crescentis — — Aquisgrani sepelitur. ib.

Post cuius mortem venerabilis Arnolfus Halberstadensis episcopus in castro Ilsineborch Deo fecit inhabitare servientes, nam monachos, quos eo tempore secundum ordinem Vuldensem [religiosores[b] invenit], congregavit et abbatem Ezilonem, postea Brandenburgensem episcopum, prefecit[*,3].

Anno[i] Domini DCCCCXXXVIII. ad poticionem Iohannis pape Berengarium regem Lumbardorum devastavit et Magdeburch eodem anno construxit imperator. Ekk. p. 189. 962. cf. A. Magd.

Anno Domini DCCCCLXI. [Regnante[c]] Ottone Magno[d], presentibus regni optimatibus, in vigilia nativitatis Domini corpus sancti Mauricii et quorundam sociorum eius cum aliis sanctorum porcionibus Ratispone allatum est et ab eo cum maximo honore Parthenopolim[e] transmissum. Post hec imperator animum intendit, qualiter civitas Magdeborch, quam ipse condiderat, omnibus ecclesie Saxonie dignitate premineret ipsaque metropolis, id est mater ecclesiarum in Saxonia positarum, vocaretur. Sed quia hoc absque permissione Halberstadensis episcopi Bernardi[f] fieri non potuit, Hildewardum, virum religiosum et[g] electum, per legatos Romam venire precepit. Tunc vir Domini prudentissimus, regis votum agnoscens, hilariter, ymmo prudenter peticioni ipsius annuit sibique partem parrochie tradidit et locum iam memoratum metropolitana dignitate sublimari concessit. Imperator igitur non ingratus tanti beneficii multa[h] Halberstadensi ecclesie contulit. Reversus[k] de Italia imperator Otto cum filio suo, coimperatore septenni, Galliam ingressus — — honorifice tumulatum. Cuius vitam Witikindus monachus Corbeyensis descripsit, qui et historiam Saxonicam usque ad hunc annum conscripsit. Thietm. II, 17. cf. ib. II, 20. A. Magd. 969, A. Saxo 969. Ekk. p. 189. ib. 972. D. K.

DCCCCLXXVIII.[l] Adelbertus fuit primus archiepiscopus Magdeborgensis, cui successit Giselerus Merseburgensis episcopus. Otto secundus regnavit annis X**. cf. A. Saxo 981.

Anno[i] Domini MI. Hinricus secundus dux Baiorie — — in honore sancti Michaelis. Ekk.

Anno Domini MXII. Hinricus rex Rome imperiali benedictione coronatur a Benedicto papa.

Anno Domini MXV. Thietmarus Merseburgensis episcopus claruit, qui de hiis que in Saxonia per quatuor imperatores gesta sunt, videlicet Ottonem Magnum et filium eius Ottonem et tercium Ottonem et Hinricum secundum, et de aliis, que per alia regna peracta[i] sunt, satis honestum librum conscripsit.

*) Otto tercio mortuo sine herede, sanctus Hinricus electus est in regem Romanorum, de quo supra post prophetas *post add. eod. m. c.*

**) fuit enim vulneratus sagitta insanabili, scilicet de lubbet pyl, ut in wicbelde[j] de eo[k] *post add. alia m. c.*

a) ad ei rebellem dandum *c.* b) *des. c.; suppl. ex diplomate n. 2. citato.* c) *deest c.; suppl. ex Ann. Saxo.* d) *post eod. m. add. c.* e) id est Magdeborch *post superscr. c.* f) *superscr. c.* g) et elect. *post add. c.* h) ecclesie *iam h. l. add. c.; fortasse* bona *supplendum est, ut A. Saxo habet.* i) 978 — annis X *post add. eod. m. c.* k) *stemma gentis Ludolfingicae, quod praebet Ekk. a. 1024, p. 194, add. alia m. c.* l) parata *c.*

1) Hunc locum proxime accedere ad locum Gestis archiep. Magd. additum, SS. XIV, p. 391, n. **, monui 'N. Archiv' l. c. p. 51. Cf. Ann. Quedl. et Magd. et Ann. Saxo. 2) V. diploma Arnolfi episc. Halberstad. a. 1018, April. 6. datum; Jacobs, 'UB. d. Kl. Ilsenburg' I, p. 2; et cf. 'N. Archiv' l. c. p. 49. 3) Cf. diploma supra laudatum et 'N. Archiv' l. c. p. 49. 4) Sequentia f. 302'. codicis leguntur. 5) Cf. supra p. 8, l. 48. 6) Sequentia f. 72—73'. in cod. scripta. 7) Cf. 'Weichbildchr.', Mencken SS. III, p. 354.

cf. A.S.1015. ib. 1009. Anno Domini MXVI. Hinricus imperator Goslariam adiens etc. Erat autem in loco illo homo pauper, nomine Gundelcarl, parvum ibi tantum habens tugurium, quo rex post venacionem venire solebat; cui idem spe maioris mercedis focum parare, mensam preparare, cibos coquere etc. Qui [cum a] nil mercedis consecutus fuisset per regem, tandem ipsius pedibus prosternitur etc. Ille, opcione sibi data, nil aliud se habere aut petere dixit, quam ut mons sibi contiguus, qui Rammesberch dicitur, in beneficium daretur. Tandem rex montem ei dedit. Nec mora, homo ille Franconiam adiit — erat enim ipse Franco — et plures gentis sue socios secum sumens, locum Goslarie cum suis edificare cepit, primusque venas metallorum cupri seu plumbi in monte sibi tradito repperit; et homo ille ultra modum cum suis ditatus est, et spretis aliis ceperunt iniurias multas afferre. Res ad principes Saxonie delata est, sed non curabant. Unde dispersi sunt et fugati per eos, et mons, qui b a primis incolis inhabitabatur, Frankenberch nominatur.

Anno Domini MXXI. Bernwardo Hildensemensi episcopo obeunte, successit ei Godehardus.

Ekk. E. Anno Domini MXXIII. Hinricus imperator animam Deo reddidit — — designat Conradum, virum regii generis; quod et factum est c.

Ekk. Anno Domini MXXV. Conradus Salicus regnum accepit et annis XV tenuit.

Et anno MXXXVIII. Godehardus episcopus Hildesemensis spiritum emisit.

ib. Anno Domini MXXXX. Hinricus tercius, Conradi imperatoris filius d, anno patris sui secundo rex, eo vivente, constitutus, in regem substituitur et XVII annis regnavit.

ib. D. E. ib. 1032 Anno Domini MXXXXVIII. Poppo papa, qui et Damasus, obiit — — Gorgonio martyre etc. componit. Hic papa veniens Ratisponam — — ibique teneri probavit.

Ekk. Anno Domini MLIII. Apostolico et Imperatore Hinrico natale Domini Wormacie agentibus — — continuo

ib. 1054. remisit et sic finivit officium. Et sequenti anno idem religiosus papa Bruno, qui et Leo, gloriose vitam finivit

ib. 1055. et Rome sepultus in ecclesia sancti Petri, ubi miraculis claruit. Cui Victor Eystadensis episcopus successit.

ib. 1023. Bruno episcopus Augustensis — — in fratrem suum peccasse publice proclamavit.

Ekk. Anno Domini MLVI. Hinricus imperator videns multa mala fieri et famem et mortem multorum principum, infirmari cepit — — regem constituit.

Ekk. E. Anno Domini MLVII. Hinricus quartus, Hinrici e imperatoris filius, admodum puer f, patri succedens regnavit

ib. 1068. annis L. Qui adolescencie usus libertate — — lusibusque operam dare etc. Unde discordie oriebantur. Et Agnes

ib. 1069. imperatrix, mater regis Hinrici, tedio affecta ducatum Baioarie deposuit et regni gubernacula pro Christo, se Romam

ib. 1076. contulit et moritur. Et regni principes, et maxime Saxonum et Alemannorum, subiectioni regis renunciant, eo quod a duobus apostolicis sentenciam excommunicacionis incurrisset **. Sicque rex Romam coactus tetendit — — vite

ib. 1078. sue correccionis in futurum etc. Exost bellum inter Hinricum et Rodolfum asserentem se regem oritur, ubi Vratislaus Bohemus g regalem lanceam Rodolfi regis adeptus est, que exinde permissione Hinrici regis semper quemvis illius gentis ducatu insignem in omni festiva processione precedit.

A. Patb. Anno Domini MLXXXVII. Conradus, filius regis h, consecratur in regem Aquisgrani, cuius licencia b dux Bohemie rex sue gentis factus est unctione Eilberti Treverensis archiepiscopi etc.

Ekk. 1089. Anno MLXXXX. Congregato exercitu imperator Hinricus opidum quoddam marchionis Egberti in Turingia positum nimis firmum, Gliche dictum, obsedit, et Egbertus imperatorem i recedentem invadit, tandem cedere com-

ib. 1090. pulit. Hic Egbertus a quibusdam imperatoris fidelibus in quodam molendino paussandi gracia deprehensus turpiter

ib. 1096. occubuit. Hic fundavit ecclesiam sancti Ciriaci prope Brunswigk. Eodem anno multi nobi-

A. Patb. lium, regum quam eciam vulgi utriusque sexus armata manu Iherosolimam tendere ceperunt. Et erat professio eorum, ut vellent ulcisci Christum vel in gentilibus k vel in Iudeis. Unde in civitate Maguntina interfecerunt circiter DCCCC Iudeos, non parcentes mulieribus nec parvulis. Iudei ad archiepiscopum ibidem, nomine Rothardum, confugerunt, sed oppugnato atrio episcopi, omnes occisi sunt. Deinde ad Coloniam etc. Hinricus imperator de facultatibus Iudeorum interfectorum — — suis usibus adiecit.

Ekk. D. E. 1099. Ekk. Anno Domini MLXXXXVIIII. Hinricus l imperator natalem Domini Colonie celebravit. In epiphania vero Aquisgrani filium suum iuniorem Hinricum quintum regem fecit, reprobato filio maiore Conrado, quem prius coronaverat. Conradus vero per quasdam Italie partes nomen et dignitatem regis annis fere IX optinuit. Laudabiliter murmur, quod per totum Romanum imperium patris sui mores laniavit, et quod causa suo discessionis a patre [exitii m], auribus propriis numquam paciebatur inferri; universos a palacio patris adventantes benignissime pertractavit n;

cf. ib. 1101 sicque quievit in Domino, miraculis tunc claruit.

*) Qui Conradus duxit Giselam de Werle, mortuo Brunone comite Brunsvicensi! *add., sed post eras. c.*

**) Dedit enim consilium cum quibusdam episcopis Teutunicis, ut papa Gregorius, huius nominis septimus, in scripturis multipliciter eruditus, caperetur et in ferreis vinculis a Romanis caperetur et comprehenderetur a *post add. in marg. c.*

a) *deest c.; suppl. ex Ann. Sax.* b) *lege* a pr. inc. quibus inhab. c) *genor supersor. c.* d) *tercii supersor. c.* e) decem annorum *supersor. c.* f) *supersor. c.* g) Hinrici quarti *supersor. c.* h) anno 1090. *post supersor. c.* i) imperatore recedente *c.* k) *sic Ann. Saxo; gentibus c.* l) quartus *supersor. c.* m) *deest c.; suppl. ex Ekk.* n) *et add. c.*

1) Ex Cronica ducum de Brunsvick c. 6. haec sumpta sunt. 2) Haec ex Chron. Minore, SS. XXIV, p. 190, sumpta sunt.

Hinricus imperator in concilio generali, quod congregaverat, et promiserat venire, sed non venit, a Pascali pape anathematizatur propter rapinas, incendia, luxurias et periuria et cetera mala. Ekk. 1102.

Anno Domini MCVI. Hinricus imperator regalia et imperialis insignia, crucem scilicet et lanceam, sceptrum quoque, globum et coronam, filii sui Hinrici[a] potestati tradidit. Sicque Hinricus, filius eius, a Germanie principibus et a patre iam secundo in regem est electus etc. Mittitur ergo pro reconciliacione patris ad dominum apostolicum, et eliguntur ad hec de diversis partibus archiepiscopi, a[b] Lotaringia Bruno Treverensis, a Saxonia Hinricus Magdeborgensis, ab Orientali Francia Otto Bavenbergensis, ab Alemannia Gevehardus Constanciensis etc., sed hii depredati et capti sunt a suis, pro quo rex Hinricus doluit et concilio tenuit, tandem liberantur etc. Sed pater scribit filio et cunctis prelatis et nobilibus, conquerens super filio suo rege Hinrico, qualiter eum privasset regno et honore ac substancia, relicta sola vita etc. Super hoc filius et nobiles distribuerunt legem etc. Tandem pater moritur, qui ut anathematizatus sepultus in ecclesia Leodie effoditur et extra ecclesiam sepelitur Spyre. Hoc anno dux Saxonie Magnus obiit, pro quo Lotharius surrexit. Ib. 1106.

Hinricus quintus rex circa festum nativitatis Marie summo mane, rege in secretario Goslariensis aule dormiente, repente tonitrus venit, parietem, qui aderat caput regii lecti, concussit, aliquot clavos de regis clipeo excussit gladiumque, quem rex ad latus suum collocavit, in acumine combussit, ita ut vagina illesa permaneret. Rex vero expergefactus exilivit et ad milites cubicularios[d] pervenit. A. Patb. 1107. Sept. 8.

Anno Domini MCXI. rex Hinricus se preparat usque Romam, ubi benedictionem imperialem a[c] Pascali pape optinuit. Igitur imperator Hinricus episcopos, abbates etc. Spiram convocat; quorum assensu anniversarium patris sui magnifice celebrat. Namtoto quinquennio suspensa communione sepulture et oracionum, sepelitur in ecclesia ibidem. Donateque fuerant Hinrico imperatori investiture[f] ecclesiastice, iuxta quod utriusque predecessoribus placuerat etc. Quapropter apostolicus multas patiebatur iniurias a Romana ecclesia coactusque fuit in concilio Laterranensi multa profiteri etc. Quibus completis surrexit Gerhardus Engolismensis episcopus, legatus in Aquitania, communi assensu Pascalis pape tociusque concilii coram omnibus legit hanc scripturam: *Privilegium illud, quod non est privilegium — — excommunicamus* etc. Perlecta littera, omnes clamaverunt: 'Amen'. Episcopi Teutonici et, vide supra. Imperator autem multas possessiones in ius regni conabatur attrahere etc. Unde dux Lotharius, Rodolfus marchio, Fredericus comes palatinus, episcopus Halberstadensis Reynhardus necnon Gertrudis, illa prepotens domna per Saxoniam vidua, violenciam se nichilominus pati ab imperatoris invasione prediorum suorum clamitabant; et sic murmur infinitum in nuper pacato regno suscitant. Et Lotharius et Rodolfus litem movent adversus imperatorem. Unde imperator commotus, principum sentencia uterque dampnantur, et ducatus et marchia aliis datur. Sed misericordia Dei illa bellica rabies dissipatur, et predicti principes graciam imperatoris optinent, honoribus suis restituuntur etc. Ex-
Ib. D. E. 1112. A. Patb. 1112.

poste Mogoncie nupcias celebrat imperator, accipiens regis Anglie filiam, Mattildam nomine, sibi dudum desponsatam. Ekk. 1114.

Anno Domini MCXV. Consideratis imperator Saxoniam manifeste a se iam deficere, bellum movit. Saxones vero de periculis suis agi cernentes, non pugnandi contra dominum suum audacia, sed defendendi se necessitate coacti, ut ipsi per internuncios imperatori confirmabant etc. Post hec imperator, compulsus totius regni querimoniis, generalem curiam Maguncie constituit, ubi liberam omnibus audienciam, de sibi obiectis satisfaccionem, correccionem ad senatus consultum repromisit etc. Ubi quia nemo principum ibi veniebat, Maguntini subito pallaciam loricati et armati vallant etc. Ekk.

Ubi datis obsidibus imperator spondet se facturum que vellent; et sic cesar ab urbe secessit etc. Rikenza ductrix seu ducissa XV annis sterilis duci Lothario filiam genuit etc. In regno Teutunico, quia rex aberat, vastatis agris et villis depopulatis cessabant clericalia, et per totam Germaniam famosissimum ac principale cenobium Fuldense usque ad ultimam reductum est inopiam etc. A. Patb. 1113. Ekk. 1116.

Anno Domini MCXVII. Gertrud marchionissa Saxonie, soror Lotharii ducis, obiit, que fundavit monasterium sancti Egidii in Brunswik, sepulta ad Sanctum Blasium. A. Patb.

Hinricus imperator, audito[b] morte pape Pascalis, Romam properavit, et prius in electione Gelasii pape assensum prebens, postea cum quorundam Romanorum favore alterum sedi apostolice imposuit; sicque scisma, quod putabatur emortuum, crudeliter revixit etc. Finaliter post tempora iniqua imperator dimisit pro remedio anime sue investituras et concessit electiones et liberas consecraciones fieri in ecclesiasticis etc. Sic vicissim versa Calistus papa concessit Hinrico imperatori electiones episcoporum et abbatum Teutunici regni in presencia sua fieri, absque simonia et violencia. Electus autem regalia ab imperatore recipiat, exceptis omnibus que ad Romanam ecclesiam pertinere noscuntur; et sic imperator reconciliatus est ecclesie. Ekk. 1118. Ib. 1122.

Expost imperator[i] colloquium habuit cum optimatibus propter Lotarii ducis insolentiam, qui nova molliebatur propter sororis sue Gertrudis illatam iniuriam ab imperatore Hinrico etc. Expost imperator apud Traiectum civitatem pentecosten celebraturus — — et sine liberis obiit, et Lotarius dux Saxonie electus est in regem. Ekk. 1124. Ib. 1125.

Adelbero Bremensis ecclesie archiepiscopus canonice electus pro reposcenda pallii dignitate Romam vadit. Ibi a domino apostolico Calisto honorifice suscipitur et in archiepiscopum consecratur, habitoque canonico et iudiciario ordine optinuit pallium, negligencia duorum antecessorum amissum et in Danos translatum. Antiqua enim et nobilis illa Bremensis ecclesia iure metropolitano super Danos et Suecos et Norwegon et Nostridenvegos[k] principatum habuit. Addidit domnus apostolicus hanc auctoritatem, ut predicte ecclesie pontifex liberam predicandi licenciam habeat, quousque terra ad occeanum versus partes[l] extenditur. Et in hoc dominus apostolicus honorem sibi adauxit, quod quendam bone A. Patb. 1123.

a) scilicet quinti *supersc. c.* b) a — Trev. *in marg. add. c.* c) Aquisgrani *corr.* Leodii *c.* d) cubilarios *c.* e) a P. p. *supersc. c.* f) investur. *semper c.* g) post *supersc. c.* h) *sic c.*; audito transitu *Ekk.* i) Hinricus *post supersc. c.* k) *sic corrupte c.*; Scridevingos *Ann. Saxo.* l) illas *ex Ann. Saxone supplendum.*

conversacionis clericum, qui secum Romam venerat, Suecis episcopum ordinavit; quod raro Teutunicis episcopis concessum esse auditum est.

Ekk. 1119. Gelasius papa apud Viennam sinodum congregavit — — *unanimiter assumpsere* etc.

Pascalis papa, qui investituras tempore coronacionis imperatoris[a] donaverat, [ut[b] supra
ib. 1116. dictum est[1]], sic publice reclamavit, dicens: 'Postquam Deus fecit — — audivimus proprio ore dampnatem illud privilegium de investitura dignitatum et beneficiorum concessa imperatori, quia pravitatem et heresim continebat'. Imperator autem excommunicacionibus compulsus fuit dimittere illud huius-
ib. 1122. modi sub sigillo: *Ego Hinricus imperator — — pacem veram Calisto* etc.[c]

Anno[c] Domini MCXXV, Urbis autem condite MDCCCCLXXVII, Lotharius[d], dux Saxonum, LXXXIII. loco ab Augusto in Romanum regem eligitur et regnavit annis XII, menses III, dies X.[2]

A. Patb. In festo enim sancti Bartolomei omnes tocius imperii principes Maguncie convenerunt, et Hinrico huius nominis quinto sine herede decedente, ducem Saxonie Lotharium in regem eligunt, virum ab adolescencia in bellis experientissimum. Quocumque se diverterat, speciali quodam fato, quo Iulius Cesar usus vicit. Ut enim de aliis preliis taceam, que, Deo favente, gloriose gessit, imperatori hostiliter Saxoniam invadenti in loco qui dicitur Welfesholt viriliter occurrit eumque vincendo fugavit. Item in Schulenborch imperatorem predictum castrum obsidentem obsedit et ab obsidione recedere compulit, castroque militibus et victualibus repleto, victor rediit. Uxor eciam eius Rikenza Colonie in reginam consecra-
ib. 1125. cf. A. Saxo. tur. Expost Bohemiam subiugavit, et rediens Magdeborch, ubi sedes episcopalis vacavit, iuxta consilium[e] regis omnes maiores predicte ecclesie Spiram conveniunt et domnum Nortbertum, virum religiosum et omnibus ecclesiis Dei verbi pronunciatorem exuberantis-
A. Patb. 1126. simum, in episcopum, Deo prosequente[f], unanimi concordia constituerunt. Treveris apud Sanctum Eucharium[g] corpus sancti Mathie apostoli subtus altare sancti Iohannis baptiste reperitur. Quo digne locato, deinceps ab omni populo Teutunico devocione maxima coli-
cf. A. Saxo et A. Pal. 1127. tur etc. Expost rex pentecosten Merseborch celebravit, ubi unicam et dilectam filiam suam, Gertrudem nomine, Hinrico glorioso Bavarorum duci in matrimonii honore sociavit. Inde adversus castrum Nurinberch expedicione facta, idem castrum regie dicioni subegit[3].

A. Patb. [1129.[h]] Rex natale Domini Wormacie celebrat, ubi dux[i] Gerhardus de Gellire absque ulla condicione se in potestatem regis tradidit; mille marcas pro eius liberacione et gracia regis impetranda sui spondent. In partibus occidentis viris malo usu comam nutrientibus
ib. 1130. subito capilli circa capita multis ardere ceperunt. XVII. Kal. Iunii etc. Spire capitur a rege.
ib. 1131. Honorius papa moritur et Innocencius successit etc. Leodium est civitas Lotaringie[k]. Rex contra Danos expedicionem movet eosque ad dedicionem coegit, pro cuius gracia impetranda quatuor millia marcarum persolvunt. Similiter Slavos subegit.

ib. 1132. Anno Domini MCXXXII. Elevacio corporis sancti Godehardi episcopi Hildensemensis.
Aug. 15. Circa festum assumpcionis sancte Marie rex proficiscitur pro consecracione versus Romam. Et veniens ad urbem Augustanam, ingressus est eam pacifice, sed quorundam civium factione sedicio contra socios regis exorta est, et hac de causa repentino igne, ut in tali tumultu fieri solet, civitas fere tota conflagravit.

ib. 1133. Anno Domini MCXXXIII. Rex natale Domini in Longobardia apud villam Medicina dictam celebrat. Per Italiam pleraque munita loca sibi resistencia capit. Tandem II. Kal. Maii[l] Romam cum summo favore ingreditur, ibique II. Non. Iunii, qui tunc dies dominica extitit, Lateranis in basilica sancti Iohannis baptiste a domino apostolico Innocencio in cesarem consecratur[1]. Bernardus Patherbrunnensis episcopus, qui tunc cum rege aderat, usum racionalis in celebracionibus missarum constitutis temporibus et in consecracionibus eccle-

*) *Sequuntur in c.*: Nota anno Dom. MCC. celebrata est curia a rege Philippo reprobato[m] in civitate Magdeborgensi. Iureinrando se cum rege omnes principes et magnates constrinxerant, quod ad festum sancti Iohannis baptiste confluere vellent ad civitatem Brunswich, quod et fecerunt, sed a sancto Autore repulsi divinitus, licet ante aliquot annos idem Philippus, Ottone imperatore absente, per vim venerit ad Longum pontem[5].

a) Hinrici quinti *supersc. c.* b) ut — est *supersc. c.* c) *sequentia f.* 107—108′. *scripta sunt.* d) tercius *supersc. c.* e) concilium *c.* f) in episcopum *iterum add. c.* g) Macharium *o.* h) *anni numerum supplevi.* i) Lotarigie *c.* k) *ita corr. ex Ann. Saxone, Chr. reg. Col., Ann. Hild.*; Iunii *c.* l) creatur *c.* m) *supersc. c.*

1) P. 11, l. 22. 2) Cf. Ann. Saxo, SS. VI, p. 763. Ex hoc loco apparet Ann. Saxonem et auctorem Annalium S. Aegidii annales exscripsisse cum excerptis ex Ekkehardi Chronico coniunctos. H.-E. Cf. etiam Chr. reg. Colon. Rec. II. a. 1125. 3) Locus cum Ann. Palid. convenientes ex Ann. Ilsenburg. sumptos esse docuit H. Herre, quos collegit l. l. p. 32 sqq. H.-E. 4) *dux* delendum est, post *Gellire* multa omissa sunt. H.-E. 5) In civ. Brunsvicensi. Haec ex Chron. rythm. Brunsvic. c. 51. 52 ('Deutsche Chron.' II, p. 525 sq.) sumpta videntur.

siarum seu ordinacionibus ecclesiasticorum graduum in proprio tantum episcopatu sibi suisque successoribus a predicto apostolico optinuit. Post hec in reditu, cum rex cum suis ad quendam locum venisset, qui propter situs angustiam Clus vocatur, quasi preclusus — quippe ex una parte excellentissimo[a] monte adiacente, ex alia parte profundissimo flumine currente, via in medio quatuor seu quinque simul itinerancium spacio patente —, et cum idem transitus regi ab incolis negaretur, ipse[b] miro eventu et perspicuo Dei auxilio, eundem locum celeriter irrumpendo, fugatis hostibus, cum suis pertransiit et urbem in supercilio ipsius excellentissimi montis positam repentino assultu cepit et principem eiusdem urbis, auctorem huius rebellionis, secum captivum duxit. In eadem expedicione Conradus marchio de Plozeke sagitta percussus interiit, corpusque eius translatum est in Saxoniam[1]. Cuius marchiam, videlicet septentrionalem, imperator Adelberto comiti de Ballenstidde pro studioso sibi exhibito obsequio in Romano itinere tradidit. 1133. A. Path. cf. A. Saxo et Magd.

Duo circuli circa solem apparuere VI. Kal. Iulii circa horam terciam, minor circulus ambiens principale templum Patherbrunnensis sedis, et maior circulus circumdans ipsam civitatem, et ipso die hora nona ipsum principale templum cum omni fere civitate incendio conflagravit etc. Rex Dacorum pluribus advenis Teutunicis [terram[c]] suam incolentibus truncaciones membrorum fecit. Hac de causa imperator expedicionem super eum facit. A. Path.

[1134.[d]] Pasca Halverstad peragit. Ibi rex Dacorum veniens se in potestatem [imperatoris[c]] tradit, obsides dat, iuramentum facit se successoresque suos nonnisi permissu imperatoris regnum adepturum. Et pulcro spectaculo, nusquam retro imperatoribus prioris temporis audito, ipso sancto die pasce idem rex Dacorum coram coronato de more imperatore gladium ipsius portat. Post hec in graciam imperatoris [redire[c]] permittitur, et cum in patriam suam venisset, occiditur in sancto die pentecostes ab emulis suis, anniten- tibus advenis Teutunicis, quos truncacione membrorum dampnaverat. ib. Apr. 15. Iun. 3.

Post festum sancti Iacobi imperator expedicionem movens super Fredericum ducem Alsacie, plura eius castella diruit; inter que famosum oppidum in Suevia nomine Ulma captum incendio conflagrat. ib. Iul. 25.

[1135.[d]] In festo sancti Michaelis in loco qui dicitur Mulenhusen Conradus, aliquando usurpator regii nominis, frater Frederici ducis, imperatori reconciliatur. A. Path. Sept. 29.

Festum assumpcionis sancte Marie rege Merseborch celebrante, legati Grecorum legacionem Constantinopolitani regis sibi presentaverunt multaque xenia in auro et argento aliisque variis donariis sibi attulerunt, quos imperator honorifice remunerans, per Anselmum Havelbergensem episcopum repatriare fecit[2]. Sic et regnum Ungariorum, Rutenorum et Dacorum, Francorum et ceterarum gencium et regum muneribus et legacionibus assidue frequentaretur[e]. Sub illo enim imperium [pace[f]] affluebat, copia rerum exuberabat, religio monasteriorum florebat, iusticia regnabat. Aug. 15. cf. A.S.1135. (Path. 1137).

[1136.[d]] Iterum in Italiam proficiscens adversus Rokkerum quendam Sicilie tiranum etc. Motis autem de loco ad locum castris, cum erectis signis pergeret, repente dissencio[g] magna oritur inter milites Coloniensis et Magdeburgensis episcopi, contendentibus amborum signiferis, uter eorum regio signifero a latere dextro incederet. Unde accurrentibus utrimque populis, adeo lis increvit, ut nudatis ensibus hostiliter concurrerent, et nisi audiens imperator, ut forte ad mensam epulaturus consederat, prosiluisset, profecto magna clades in illa die accidisset etc. Cum autem imperator Papiam adiit, in suburbio illius civitatis castra metatus est. Cuius habitatores non solum suscipere illum [contempserunt[f]], sed eciam remissis contumeliis inhonoraverunt etc. Cumque undique cedibus et incendio bacharentur, clerici et monachorum cetus, assumptis crucibus et sanctorum reliquiis urbem egressus, lugubri voce et habitu imperatoriis prosternitur vestigiis, deposcens eius clemenciam, et pepercit imperator civitati. Deinde propter occisum comitem ab eis ex necessitate quadam data pecunia XX millium talentorum placaverunt regem etc. cf. A Saxo

[1137.[d]] Imperator autem a Benevento Capuam et Campaniam transiens venit in Montem Cassinum, cuius abbate reprehensibili deposito et alio in locum eius surrogato, plurima ecclesie predia et castella perdita partim vi, partim vero iudicio acquirens resti- cf. ib.

a) *lege* excelsissimo *et ita l. 9. cum Chr. reg. Col., Ann. Sax., Ann. Hild.* b) ipso *c.* c) *deest c.; suppl. ex Chr. reg. Col., Ann. Sax., Ann. Hild.* d) *anni numerum suppleui.* e) *sic c. cum Ann. Sax., ubi antea* ita ut. f) *deest c.; suppl. ex Ann. Saxone.* g) discencio *c.*

1) Proxime ad haec accedunt Ann. S. Blasii, infra p. 18. H.-E. 2) Ad haec cf. Ann. Sax. et Magd., qui inter se concordantes longius ab his annalibus recedunt. H.-E.

1137. (cf. A. Pal. fuit etc., et papa Innocencius cum imperatore perambulavit multa. Item veniens Capuam, dabantur ei quatuor millia talentorum pro incolumitate civitatis. Tandem Beneventum petere etc. et Barum ingressus. Ibi Stifridus comes de Wallebike sagitta percussus interiit.

(cf. A. Pal. et Sax. Et apud Barum in die sancto pentecostes papa missarum sollemnia celebrante, astantibus imperatore, episcopis et principibus, visa est super monasterium sancti Nicolai corona aurea de celo descendens, super quam columba, subtus vero thuribulum cum incenso ferebatur, quam precedentes duo cerei ardentes videbantur.

(cf. A. Sax. (cf. Magd. Nov. 11 Denique imperator Lotharius Tergentinam veniens, ibique cum festum sancti Martini celebraret gaudens, infirmatus est. Quo languore cottidie ingravescente, amore magno tactus revisende patrie sue, sed prevalescente mortali egritudine desperatus, cum episcopi qui aderant eius exitum sacri olei unctione et vivificis sacramentis munissent, tandem apud Bredewan villam in faucibus Alpium constitutam ille, heu! multis lamentantibus, utpute pax ecclesie, amator religionis et iusticie, III. Non. Decembris a seculo migravit. Corpus eius delatum est in patriam, sepelitur regio more in hereditate paterna in loco dicto Lutteron.

A. Pal. Anno Domini MCXXXVIII. Imperatrix Rikenza indixit conventum principum in festo Febr. 2 purificacionis Marie apud Quidelingborch. Qui conventus impeditus est ab Adelberto marchione et suis, tollentibus omne servicium imperatricis, quod ibi habere debuit, et introitum urbis ei prohibentibus et plurima damnpna tam rapinis quam incendiis ei inferentibus[a].

Conradus Suevus, aliquando, ut supra dictum est, usurpator regii nominis, latenter primum levatus est in regem infra quadragesimam. Qui Conradus regalia, que Hinricus dux Bavarorum, gener Lotharii regis, sub se habuit, callide acquisivit et eundem ducatu Saxoniam privare voluit, dato eodem[b] marchioni Adelberto. Hinc cedes, rapine, incendia per totam Saxoniam facta sunt.'

Ibi. Anno Domini MCXXXVIIII. Circa festum Iacobi apostoli expedicio regis in Saxoniam contra predictum Hinricum ducem, sed illo viriliter cum magno exercitu iuxta Cruceborch occurente, rex infecto negocio redit. Nec multo post idem dux, ut fertur, veneno vitam finivit.**

Anno Domini MCXXXXI. Imperatrix Rikenza pie memorie obiit.

Sequente anno rex Conradus pentecosten Franconevort celebrat. Ibi Gertrudis, filia Lotharii imperatoris, predicti ducis Hinrici vidua, Hinrico, fratri regis, in matrimonio copulatur, et hunusmodi materia omnis controversia, que eatinus inter regem et Saxones [versator ?] sedata[d] est[1]. Que quidem Gertrudis ob difficultatem primi partus sequenti anno finivit vitam.

1144. Eodem anno signum crucis a multis in celo videri fama celeberrima divulgatur. A Ierosolimis venerunt legati predicantes regem Damasci Edissam civitatem christianorum, que et Roas dicitur, invasisse, ecclesias depopulasse et multa zelera in populo Dei commisisse et magna Sarracenorum manu Ierosolimorum principatui excidium intentare. Hiis rumoribus vires per predicacionem Bernhardi abbatis Clarevallensis amministrantur, et ad faciendam vindictam in nacionibus, sequentibus eciam signis, ut fama loquitur, populus infinitus sexus promiscui animatur. Primo ad hanc expedicionem signantur cruce rex et (cf. A. Pal. regina Francorum multa plebs, dux Bohemie, dux Lotaringie, comes Flandrie etc. Egressi sunt mense Maio. Rex igitur Conradus cum omni exercitu magnifice a Grecis excipitur apud Constantinopolim, sed astucia ipsorum et pecunia corruptus et seductus, mare, quod Brachium Sancti Georgii nuncupatur, transiit; et recensitus est numerus signatorum septuaginta[e] millia virorum bellatorum cum ceteris. Moventes[f] inde previis ductoribus Grecorum et quarto decimo die per heremum[g] locum horroris et vaste solitudinis inciderunt, ubi pestilencia, fame[h] et quibusdam mundacionibus multa millia occubuerunt, multi eciam a Turcopolis et Sarracenis sagittis interierunt etc.

*) *In marg. eadem manu post add.* Nota. Maritus Gertrudis, fundatricis nostre, dicebatur Hinricus Pingwis[2]. Versus: Pinguis Hinricus fuit Gertrudis amicus, id est maritus.

**) *In marg. eadem manu post add.* Nota, quod Gertrud, fundatrix huius monasterii in Brunswigk, fuit filia marchionis Saxonie Echerti et relicta comitis Hinrici de Northeym, qui Pinguis dicebatur, mater nobilis Ottonis et Rikenze uxoris Lotharii[2].

a) ex deferentibus c. b) eidem c. c) *supplevi, deest c.* d) cedata c. e) *ita* (LXX) *A. Palid.*; septingenta *c.* f) Inde mov. inde c. g) *supple* avia secuti *ex Ann. Palid.* h) famis *c.*

1) Proxime ad haec accedunt Ann. S. Blasii Brunsvic., infra p. 19. c. 10; 'D. Chr.' II. p. 581. haec desumpta sunt. 2) Ex Cron. ducum de Brunsvick

Sequente anno rex Conradus paucos de innumerabili exercitu Constantinopolim reduxit. cf. A. Pal. 1148.
Princeps Francorum Ludewicus, pugna cum gentilibus inita, primo victor extitit, denuo congressus exercitum pene cunctum amisit, reginam quoque eius hostes abduxerunt captivam.

Anno Domini MCLI. Bertoldus[a] quidam capellanus ducisse, dum missam [celebraret[b]] cf. A. Pal.
Luttere, partitus[c] dominicum corpus, repente sanguis emanavit, e manibus eius guttatim cepit fluere. Completis itaque misteriis secundum hore necessitatem, languore corripitur et post moritur.

Conradus autem rex anno regni sui XV. molestia corporis tangitur et moritur; sepultus ib. 1152.
est in Bavenberch. Successit in regnum Fredericus dux, filius Frederici ducis.

Rex Fredericus separatus est ab uxore sua coram apostolice sedis legatis, qui nobilem ib. 1153.
habens uxorem, filiam Tietpaldi marchionis, propter improborum figmenta repudiavit. Ex- ib. 1136.
post aliam duxit ex Burgundia et Wirzeburch nupcialia festa peregit.*

Anno Domini MCLV. Frederjcus rex Petri sedem adiit, et Hinrico duce Saxonum inclito cf. A. Pal.
fideliter annitente, ab Adriano papa augustalem suscepit benedictionem etc. Et ecce Romanorum legio ducem bello preceps aggreditur et correptis armis pro necessitate viriliter egit, unde

Nunc, Hinrice, manet tanti te gloria facti,
Qui, decus omne tuis, stravisti cede superbos.

Augustus prepeti nuncio quod gestum est comperiens, ocior advolat, et quem deprehendit rebellem conterens, pacem sibi strage parat inimici.

Cesare victore firmantur federa Rome,
Et patriam repetens, satagit sibi subdere plebes etc.

Imperator Ratispone conventum habuit principum, ipso vero mediante Hinricus dux ib. 1156. Magd., Sted.
Saxonum ducatum Bavarie optinuit.

Anno Domini MCLVIIII. Imperator accitis principibus, Hinrico duce Saxonum, duce cf. ib.
Bohemico etc. Mediolanum invadit etc. et triumphat. Eodem anno Hinricus dux propter multiplicandam christianitatem in Slavonia constituendi et investiendi episcopos potestatem a cesare accepit et subiugavit terram illam et constituit episcopos Geroldum in Aldenborch, ib. 1160.
Evermodum in Racisborch, Bernonem in Magnopolim, qui translatus est in Swerinensem episcopatum.

Adelbertus marchio Brandeburch diu a Slavis occupatam maximo conprovincialium peri- cf. A. Pal. 1157.
culo, Wichmanno Magdeburgensi archiepiscopo cooperante, recepit, ubi consobrinum ipsius iuniorem Wernerum de Veltem atrox gentilium phalanx cum aliis quam plurimis interemit.

Adrianus papa moritur, et detestandum scisma inter cardinales de papatu oritur; maior ib. 1159.
siquidem pars Rolandum cancellarium elegit, Octavianus vero cum suis electoribus ad impe-
ratorem confugit. Uterque a suis consecratur, Rolandus Allexander tercius, Octavianus autem Victor appellatur. Ad descisionem scismatis curia Papie celebratur ab imperatore, ubi Victor ab universis confirmatur, Rolandus vero, qui et Allexander, tamquam scismaticus interdicitur. Sic Allexandro per Wilhelmum Siculum ob odium cesaris orientalis inclinatur ecclesia, et per regem Francie Gallia. Victor vero imperiali fulciebatur potentia. Sed ecce effusa est tunc contencio super principes, ita [ut[b]] se invicem mordeant et interficiant anathematizando alterutrum. Est tamen incertum, que duarum parcium percuciat in gladio Petri, cum nec possit in partes dividi. Et per hanc discordiam omnis censura ecclesiastica translata est in imperatoris curiam.

Expost imperator cum rege Francie et rege Danorum sollemnem curiam Bisuncie indixit, ib. 1162.
ut in facie tocius ecclesie et imperii examinatis duobus apostolicis corpus ecclesie in unitatem redigeret. Verum clero suo repugnante et precipue abbatibus de ordine Clarevallis, rex Francie curiam declinavit et cum suo Rolando in Franciam remeavit. Imperator iterato cum rege Danorum et optimatibus regni et omni ecclesia inibi coadunata Victorem in papam confirmavit. Qui Germaniam ingressus, sinodum in festivitate omnium sanctorum Treveris Nov. 1.
celebravit[d. 1].

---

*) *post ead. m. add. c.*: et regnavit annis XXXIX et fuit dux Suevorum.

a) *sic Ann. Palid.*; Bartoldus *c.* b) *decst c.; suppl. ex Ann. Palid.* c) partiturus *c.; corr. ex Ann. Palid.* d) *quae sequuntur alio atramento ead. m. post add. c.*

1) Quae sequuntur excerpta sunt ex Cron. Minore, SS. XXIV, p. 192—196, exceptis duobus locis, quos

ANNALIUM S. BLASII BRUNSVICENSIUM MAIORUM FRAGMENTA.

ED. O. HOLDER-EGGER.

In codice bibliothecae civitatis Treverensis nr. 1199, *mbr. saec. XIV in., olim collegii societatis Iesu, f.* 49′—53. *annales breves a.* 1112—1173, *praemisso miraculo illo celebri de saltantibus, inveni, quos forte fortuna supra editis Annalium S. Aegidii excerptis subiungere licet. Cum his enim annales nostri breves arta quadam necessitudine coniuncti sunt, tum in multis cum Ann. Saxone (A. S.), tum cum Chron. regia Coloniensi et Ann. Hildesheimensibus, tum cum Palidensibus (Pal.), nonnunquam etiam cum Magdeburgensibus (Magd.) et Stadensibus conveniunt. His si contuleris et quae V. Cl. P. Scheffer-Boichorst*[1] *docuit, et quae VV. Cl. E. Bernheim*[2]*, L. de Heinemann*[3]*, praesertim nuper H. Herre*[4] *exposuerunt, mox perspicies coniuncta hoc loco esse et quae in Annalibus qui periere Patherbrunnensibus (1112—1141)*[5] *et in Ilsenburgensibus (1127—1163) olim legebantur. Attamen etiam in his fragmentis occurrunt quaedam*[6]*, quae nonnisi apud Ann. Saxonem inveniuntur (a.* 1114), *sub a.* 1133. *in relationem Annalium Patherbrunnensium inserta sunt quae cum Excerptis Annalium S. Aegidii (Exc.), Ann. Saxone, Ann. Magdeburgensibus*[7] *conveniunt*[8]*; quae, cum Ann. Saxonem et Ann. Magdeburg. ex Annalibus Nienburgensibus hausisse constet*[9]*, ex his sumpta esse conici possit.*

Sed certe qui annales composuit nec Patherbrunnensium neque Ilsenburgensium nec Nienburgensium exemplar exscripsit, sed quae ex illis hausta sunt iam in quodam annalium exemplari coniuncta invenit. Nam quae ex his sumpta sunt nonnullis locis fragmenta nostra eodem modo breviata et immutata atque Ann. Saxo et praesertim Ann. S. Aegidii praebent[10]*. Annales igitur,*

unde sumpserit auctor, nescio. Sunt autem hi: *Hinricus dux Saxonie, ut quidam dicunt, propter summam florenorum a Mediolanensibus ei missorum recesserat, imperatore eum inclite petente, ut maneret; sed quia renuit obedire, privavit eum ducatu Saxonie, ut dicitur*; et paulo infra: *Hinricus autem dux ducatum recuperasset ab imperatore, sed improvise decessit.* 1) Annales Patherbrunnenses (Innsbruck 1870). 2) 'Forschungen z. D. Gesch.' XV, p. 239 sqq. 3) 'N. Archiv' XIII, p. 33 sqq. 4) 'Ilsenburger Annalen als Quelle der Pöhlder Chronik' (Leipzig 1890). 5) In margine adscripsi Path., ubi cum pluribus annalibus ex Patherbrunnensibus derivatis nostri conveniebant, apposui autem siglum eorum annalium ex his haurientium, ad quos nostri propius accedebant. 6) Minime satis hucusque expositum est, unde hausta sint, quae Ann. Saxo, S. Aeg., Magd. (pauca etiam hi nostri) communia habent, praesertim inter a. 1130—1140. Omitto quod in solis his fragmentis de Ottonis episcopi itinere Pomerano legitur. 7) Hos demum ab a. 1153. ex Ilsenburgensibus hausisse ostendit Herre. 8) Etiam in Chron. princ. Sax. (infra p. 32) inserta sunt ex his annalibus, quae cum Ann. Sax. et Ann. Magd. a. 1129. conveniunt. 9) Cf. C. Günther, 'Die Chronik d. Magdeb. Erzbischöfe' I, p. 69 sqq.; Scheffer-Boichorst in 'Forschungen' XI, p. 485 sqq. Annales qui dicuntur Nienburgenses in monasterio S. Iohannis in Monte Magdeburgensi potius conscriptos esse censuit Herre p. 105 sq., sed hoc non certo evicisse mihi videtur. 10) Cf. sub a. 1142. fragmenta nostra et Ann. S. Aeg. cum Ann. Patherbrunnensibus a Paulo Scheffer-Boichorst restitutis et hunc locum ad a. 1133:

Ann. Saxo.	Ann. Magd.	Ann. S. Aegidii.	Ann. S. Blasii.
et Conradus de Ploceke post festivos dies in obsequio regis pergens sagitta transfigitur, sicque egregius iuvenis heu! immatura morte obiit. . . . Cuius corpus in patriam delatum commendatum est terre in Kakelinge cum parentibus suis.	*et Conradus marchio de Ploceke post festivos dies in obsequio eiusdem regis pergens sagitta transfigitur, sicque egregius iuvenis heu! inmatura morte obiit. Cuius corpus in patriam delatum commendatum est terre in Kakelinge cum parentibus suis.*	*In eadem expedicione Conradus marchio de Ploceke sagitta percussus interiit, corpusque eius translatum est in Saxoniam.*	*In hac expedicione Conradus marchio de Ploceke percussus sagitta interiit, corpusque eius in Saxoniam est delatum.*

ex quo fragmenta haec exscripta sunt, et illos S. Aegidii, ex quibus excerpta Guelferbytana sumpta sunt, eodem exemplari annalium ex tribus aliis compositorum niti apparet.

Ex Annalibus S. Blasii haec fragmenta excerpta esse iure mihi statuisse videor propter ea quae sub extremo anno 1173. *de hoc coenobio fundato leguntur, et quia ea in collectione historica a monacho S. Blasii facta inveniuntur*[1]. *Et Annales S. Blasii illos multo ampliores fuisse his fragmentis cum collatis excerptis Annalium S. Aegidii coniciendum est, tum certo apparet ex eo, quod idem monachus S. Blasii, qui haec fragmenta excerpsit, in Chronica principum Saxoniae ab ipso ampliata inseruerit et quaedam quae in fragmentis leguntur et quaedam ex eisdem procul dubio annalibus hausta, quae inter illa non inveniuntur*[2].

Non cum annalium fragmentis coniuncta, sed f. 44'. *codicis Treverensis ante catalogum episcoporum Hildesheimensium legitur, nulla inscriptione praemissa, fabula de Gundecarl, quam ex eisdem annalibus sumptam esse luce clarius apparet, cum eadem et apud Ann. Saxonem et inter Excerpta Annalium S. Aegidii, supra p.* 10. *legatur; unde eam annalium fragmentis praemisimus.*

Quamvis igitur brevia tantum et tenuia sunt haec fragmenta, tamen de annalibus Saxonicis qui periere aliquantum novae lucis afferunt.

Subiunxi his annalibus fragmentum breve, quod ex Gestis episcoporum Halberstadensium quae periere, primo videlicet eorum capite, sumptum esse probavi 'N. Archiv' XVII, p. 169 *sq. Quod fragmentum in dicto codice Treverensi f.* 43. *catalogo episcoporum Halberstadensium SS. XV,* 2, *p.* 1311 *sq. edito praemissum est.* *O. H.-E.*

Locum[3] Goslariensem Henricus II. imperator adire venandi gracia consuevit. In quo f. 44.
pauper homo [degebat[a]] nomine Gundekarl. Cui rex montem Rammensberch dictum[b] dono dedit. Quo facto homo ille, quia Franco erat, Francones adduxit, civitatem Goslarie edificavit primusque venas minerarum argenti, cupri et plumbi reperit; unde multum ditatus cum sociis suis[c] eos qui res suas venales ad forum eis exhibebant contempnebant[d] et con- f. 45.
tumeliis afficiebant. Unde principes Saxonie conmoti multos occiderunt; alii[d] vix effugerunt. Sic locus ille Saxonibus cessit, prius a Franconibus inhabitatus.

Anno Domini MXXI, regnante Hinrico primo[4], in villa Kolebeke in nativitate[e] Christi f. 49.
presbytero[f] inchoante primam missam, XV viri et III mulieres choreas in cimiterio ducebant; quos monente presbytero, quiescere noluerunt. Spretus ergo inprecatur eis dicens: 'Utinam potencia Dei et meritis sancti Magni martyris sic totum annum cantando peragatis'! quod factum fuit. Filia autem presbyteri a fratre suo tracta brachium, brachium dereliquid; a quo tamen nec gutta sanguinis[g] emanavit. Sex mensibus evolutis terre usque ad genua sunt immersi. Anno completo usque ad latera sunt submersi; et tunc in nativitate[e] f. 50.

a) *alia manu post in marg. suppl.;* intrare (venire *Exc.*) solebat *A. Saxo et Exc.* b) dum (dicitur) *c.* c) *alia manu in marg. super. suppl.* d) *sic A. Saxo;* illi *c.* e) nat *c.* f) *in marg. suppl.* g) sanguinis *c.*

1) Vide quae infra p. 21. 27. 35. et 'N. Archiv' XVII, p. 171 sqq. exposui. 2) Ad a. 1105. 1127. 1128. 1146. 1156. 1158. 1163. 1167. 1170. 1180. Inter hos etiam locos (f. 24', infra p. 32) unus occurrit ad a. 1128 (rectius 1129), qui cum Ann. Saxone et Magd. convenit, ex neutro igitur annalium supradictorum sumptus videtur. Vide infra p. 27. Cum Ann. S. Blasii minoribus, SS. XXIV, p. 824 sq. editis, haec fragmenta non cohaerent. 3) Eandem fabulam vide apud Ann. Saxonem a. 1009, p. 660, inter Exc. Ann. S. Aeg., supra p. 10. Quae hoc loco breviata et more collectoris codicis S. Blasii mutatis verbis legitur. 4) A multis eadem fabula narrata est. Ad hos annales in ea narranda proxime accedunt Ann. Stad. a. 1021, SS. XVI, p. 313. Praeterea cf. Chron. Minor a. 1020, SS. XXIV, p. 188; Will. Malmesb., Gesta regum Angl. § 174, SS. X, p. 464 sq.; longam huius miraculi narrationem SS. XXVI, p. 28 sq.; 'Archiv' VII, p. 431; 'Romanische Forschungen' VI, p. 481.

Christi per sanctum Herbertum[a] Coloniensem archiepiscopum a ligatura[b], qua manu[c] ad manum tenebantur, sunt soluti[d].

f. 50v. cf. A. S. (Path.) Anno Domini MCXII. Henricus imperator Goslarie natale Domini celebrat. Dissencio ducis Liutgerii et marchionis Rodolfi est habita cum imperatore. Inde imperator primates Goslariam convocat, principum sentencia uterque dampnatur. Ducatus Ottoni de Ballen- 5
*f. 51. stede committitur, marchia Helperico. Imperator Salquidele obsidet. Ipsi non longe *cum, inperatore[e] pugnaturi[f] cum excercitu manent; tandem predicti principes graciam imperatoris obtinentes honoribus restituuntur[g].

cf. A. S. Anno MCXIIII. Liudgerus dux Saxonum expedicionem movet contra Dumarum Sclavum et filium eius et eos ad dedicionem contra Hinricum regem coegit; principem quoque 10
Ruianorum[h] ad se in bellum venientem sagaciter circumvenit.

cf. ib. Anno MCXV. episcopus Halberstadensis[1], Fridericus comes palatinus, marchio Rudolfus cum principibus Saxonie Quidelingeburch et Heimeburch[i] in dedicionem contra Henricum regem [accipiunt[k]]. Dux Liudgerus cum predictis principibus occidentalibus imperatoris presidium in Trothmunde destruit. Civitatem Monasteriensem obsidet. Castra Valken- 15
steyn et Wallenhusen[2] destruit ad iniuriam comitis Hermanni.

cf. ib. Anno MCXVI. Dux Liudgerus Binitheim[l.3] urbem egregiam et firmam obsedit captam-
*f. 51v. que *concremavit.

Path. MCXXVI.[m] Adelbertus marchio, egregie indolis iuvenis et militaris, capitur in excercitu regis Lotharii a Boemis. 20

cf. Pal., Exc., A. S. MCXXVII. Lotharius rex in penthecosten[n] Merseburch unicam filiam suam Gerthrudem Henrico duci[o] Bawarie maritavit[p].

1127. MCXXVI.[4] Otto Bavenburgensis[q] episcopus Spiritu sancto et auctoritate sedis apostolice ductus Pomeranos, qui Liuthici dicuntur, convertit, baptizavit et verbo et exemplo in fide Domini confirmavit. 25

Path. MCXXXIII. Rex Lotharius II. Non. Iunii, que tunc erat dominica, Lateranis in ecclesia sancti Iohannis a papa Innocencio coronatur; et dum rediret, inter Alpes que Reclusorium
cf. Exc., A. S., Magd. dicuntur impeditus, urbem in supercilio montis positam cepit et principem[5] captivavit. In hac expedicione Conradus marchio de Plozeke percussus sagitta interiit; corpusque eius in
*f. 52. Saxoniam est delatum. Cuius marchiam, videlicet septentrionalem[r], *imperator Adelberto 30
Path. comiti de Ballenstede pro prompto suo obsequio porexit. Eclipsis solis tanta [facta est[s]],
cf. A. S., Pal. ut stelle apparerent, IIII. Non. Augus., hora VI[t]. Ecclesia sancti Godehardi fundatur.

Path MCXXXIIII. Pascha imperator Halberstat[u] peragit, ubi rex Dacorum se in potestatem imperatoris tradidit; et ipso die pasche rex coronatus coronati imperatoris ensem portavit. Qui in Daciam rediens ab emulis est occisus. 35

ib. MCXXXVI. Irrumpunt Sclavi Saxoniam, contra quos movit excercitum et triumphavit marchio Adelbertus.

ib. MCXXXVII. Marchio Adelbertus hiemali tempore [terram[v] Slavorum] cum magno excercitu devastavit. Imperator II. Non. Decembr. obiit in Ytalia, sed corpus eius delatum Luthere iuxta Brunswic ibique sepelitur[6]. 40

ib. Febr. 2. MCXXXVIII. Imperatrix Rikza conventum principum in purificacione apud Quidelingeburch convocavit, quem penitus Adelbertus marchio inpedivit. Conradus Swevus
*f. 52v. *in quadragesima[w] in regem in Confluencia est electus. Hic ducatum Saxonie Henrici Adelberto dare voluit marchioni; de quo multa incendia in Saxonia fiunt.

---

a) berber, tum *post supersc.* b) litora *c.* c) pp̄ (propri) *add., sed erasum.* d) *quae h. l. in c. sequuntur vide infra p.* 19. e) iopre *c.* f) cum inp. manent cum exc. pugn. *c.; correxi ex Ann. Saxone, Chron. regia Colon., Ann. Hild.* g) honobrb restuuntur *c.* h) ruis||nouū *c.* i) Heimeburch *c.*; Heimenburh *Ann. Saxo.* k) *supplevi ex Ann. Saxone; deest c.* l) *sic Ann. Saxo;* Buntheim *c.* m) *haec in textu post a.* 1127. *scripta sunt, sed ibidem deleta et altera manu in marg. superiore suppleta, ubi* Adalbertus margio. n) penth *c.* o) duce *c.* p) *sequuntur quae supra in marg. leguntur (n. m), h. l. deleta.* q) baverburgensis *c.* r) sep||trionalem *c.* s) *supplevi ex Chr. reg. Col., Ann. Saxone et Hildesh.; deest c., ubi sparuit altera manu in marg. suppl.* t) halb'si' *c.* u) t. Sl. *supplevi ex Ann. Hildesh., Colon., Palid., Saxone; des. c.* v) XL *c.*

1) Reinhardus. 2) Falkenstein (Mansfelder Gebirgskr.), Wallhausen (Kr. Sangerhausen). 3) Bentheim. 4) Primo a. 1124, secundo a. 1127. Otto in Pomeraniam profectus est. 5) Adelbertum; *cf.* Ann. Erphesf., SS. VI, p. 539. 6) Eodem fere modo multis omissis breviata leguntur haec in Ann. Hild.

MCXXXIX. Henricus dux[a] Bawarie et Saxonie, ut dicitur, veneno interiit; cui cum Pol.
Adelbertus margio[b] succedere in Saxonia vellet, ab amicis Ricze[c] imperatricis impeditur apud Bremam.

MCXLI. Imperatrix Rikza obiit uxor Lotharii. ib.

MCXLII. Rex Conradus Vrankenvorde in penthecosten[d] Gerthrudem, filiam Lotharii ib. cf. Exc.
imperatoris, relictam Henrici ducis, Henrico, fratri regis, matrimonio copulat[e], et omnis controversia inter regem et Saxones terminatur. Eodem anno[f] Gerthrudis in partu obiit.

MCXLVII. Rex Conradus Spire in natali cruce signatur a sancto Bernardo. cf. Pol.

MCLII. Rex Conradus obiit et Bavenberch in maiori ecclesia XV. Kal. Marcii est sepul- cf. ib.
tus. Fredericus dux Swevie eligitur. Adelbertus marchio et Henricus contendunt [g]in Saxo- cf. 53.
nia incendiis et rapinis, quousque marchio comitis Bernardi, dux comitis Hermanni acciperet possessionem regis auctoritate.

MCLIIII. Rex Rozerus[f] monachus est effectus. cf. ib.

MCLV. Rex Fredericus ab Adriano papa[g] XIIII. Kal. Iulii consecratur. Anselmum Ha- cf. ib.
velbergensem[g] episcopum fecit archiepiscopum Ravennatem.

Odelricus[h] Halberstadensis[i] episcopus et Adelbertus marchio Brandeburgensis[k] anno f. 50. cf. Pol.
Domini MCLVIII. per terram Greciam Ierosolimam sunt profecti. Henricus dux Saxonie Sclaviam devastat. Hildegardis in monte sancti Ruperti iuxta Bingiam et Elizabeth in Scononugia[l] prophetie spiritu claruerunt.

MCLX. castrum Grimme[2] ab imperatore Frederico[b] funditus evertitur. Sophia mar- cf. Magd.
chionissa obiit. Soror quoque eius Beatrix abbatissa in Quidelingheburch eam [octavo[m]] cf. Pol. et Magd.
die est secuta. Arnoldus archiepiscopus Maguntinus a burgensibus suis in atrio ecclesie beati Iacobi occiditur. In cuius vindictam imperator muros Maguncie destruxit, interfectoribus interfectis[3]. Henricus dux Saxonie Slaviam vastans principem eorum Nicolaum [n]no- f. 50.
mine trucidavit. Ipse quoque rebelles subingavit.

MCLXIII. Henricus dux Saxonie castrum Slavorum Werlam obsidens et capiens Scla- cf. ib.
vos subegit. Imperator Maguncie curiam habuit et in ulcionem archiepiscopi occisi murum civitatis cum turribus deposuit. Interfectores quosdam vita, quosdam rebus omnibus spoliavit. Henricus dux in Lubeke congregacionem instituit clericorum.

Anno Domini MCLXXIII. idem dux Henricus[n] monasterium sancti Blasii de Danquorderode in urbem, ubi nunc est, transtulit[4].

FRAGMENTUM GESTORUM EPISCOPORUM HALBERSTADENSIUM.

De cronicis Egghehardi Uragiensis abbatis ad Ecbertum Corbeyensem f. 43.
abbatem[5].

Saxones gentem antiquam et nobilem fuisse non ambigitur — de quibus et in concione Agrippe ad Iudeos in Widuk. I. 1.
Iosepho oracio[o] contexitur —, et Lucani poete sentencia comprobatur[p]. Dicuntur autem fuisse reliquie Macedonici excercitus, qui secutus Magnum Allexandrum immatura ipsius morte per totum orbem sit dispersus. Certum autem Saxones hiis regionibus navibus advectos et loco qui usque hodie Abacolaym[o] dicitur primitus applicuisse.

a) *in marg. suppl.* b) *altera manu in marg. suppl.* c) am. imp. inp. apud Br. Ricze *c.* d) penthe *c.* e) matrōio copulat *c.*; copulatur, *hac sententia aliter constructa, etiam in Exc. supr p.* 14. f) xozerus *c.* g) halverb'gn (Halverburgen.) *c.* h) *haec quae sub a.* 1158. 1160. 1163. 1173. *leguntur in cod. tam supra post a.* 1021. *scripta sunt.* i) halb'dñ *c.* k) brand' *c.* l) Sconwgia *c.* m) *supplevi ex Ann. Palid.; deest c.* n) henri‖ *c.* o) orōu *c.* p) coprobatur *c.*

1) Immo a. 1143; vide Chron. reg. Col., Exc. S. Aeg. 2) I. e. Crema. In Ann. Palid. de hoc castro capto falso sub a. 1159. relatum est. 3) A. 1163, sub quo haec iterum narrata sunt. In Ann. Palid. et Magd. et Stad., qui etiam partem horum habent, isto loco haec non leguntur. 4) Cf. Ann. S. Blasii, SS. XXIV, p. 825. 5) Non ex Ekkehardi Chronico Erkenberto dedicato, sed ex Widukindi libro sequentia sumpta sunt. 6) *Hadolaun* Widuk.

*f. 43'. cf. G. ep. Halb. Anno Domini DCCLXXX, postquam magnis laboribus et preliis Karolus Magnus Saxones devicit atque inter Are et Albee[a] confluenciam morantes fecit homines baptizari[1], eorum metuens recidivum, in loco qui dicitur Salingenstede, nunc autem Osterwik, ecclesiam in honore omnipotentis Dei et prothomartyris[b] beati Stephani edificavit et ei sanctum Hildegrimum Catalaunensem[c] episcopum, sanctis parentibus, Thiatgrimo patre, Liafburga matre, editum, fratrem quoque sancti Liudgeri, primi Mimigardevordensis episcopi, papa Adriano iubente prefecit. Sanctus autem Hildegrimus DCCLXXXI. episcopatum Halberstat transmutavit[2]. Hii sunt autem huius ecclesie termini: fluvius Albea, Sala, Unstrada, fossa iuxta Grûne, altitudo silve que vocatur Hart, Ovacra[d], Dasanek, Druhchtesbeke[e], Elera, Isunna, Ara, Milla, Precekina et iterum Albea[f g][3].

NOTAE PATHERBRUNNENSES.

Ex codice Vaticano Palatino nr. 482, olim Patherbrunnensi[4], f. 66'. sequentes duas notitias manu saec. XI. exaratas exscripsi, quas iam Ferdinandus de Fürstenberg episcopus Patherbrunnensis Nicolao Schaten[5] olim dederat.
O. H.-E.

1058. Anno dominicae incarnationis MLVIII, indictione XI^ma, regni autem quarti Heinrici primo, ordinationis vero Immadi episcopi VII^mo, Paterbrunnense incendium factum est Id. Apr.[6] Primum autem incendium factum est anno M^mo, inperante Ottone tercio, ordinationis Rodharii episcopi XVIII^mo[g] anno[7].

Apr. 13. 1000.

1068. Anno dominicae incarnationis M°LXVIII, indictione VI, quarti Heinrici anno XII, ordinationis vero Immadi episcopi XVII, inventa et collecta[h] sunt corpora episcoporum . . . . . translata autem et sepulta sunt VII. Id. [Sept.][i]*.

Sept. 7?

*) *Sequuntur altera manu s. XI—XII. scripta*[6]: Ad imaginem sanctae Mariae XI marc. et dimid.
Deinde alia manu s. XI: In aureo scrinio sancti Liborii XXIII marc. auri. In plenario aureo V marc. auri. [*Alia manu s. XII. addita:* Item in plenario III marcas et quadrantem]. In altari aureo XVII marc. auri. In cruce minori V marc. et dimid. In maiori cruce XIIII et una marc. ad deaurandum. Sunt autem LX[XXI et dimid.] *Uncis inclusa alia manu in loco raso scripta sunt.*

a) Albeam *c.* b) ft' *add., sed eras. c.* c) caculaunensē *c.* d) Scuntra *add. Ann. Quedl. et G. ep. Halb., quod et ab Ann. Sax. omissum est:* e) *lege* Druhchterbeke. f) *sequitur in c.:* Et hii in eadem ecclesia pontificium sunt adepti *cum catalogo episcoporum SS. XV, 2, p. 1311. edito.* g) *sequitur syluba (erasa?), quae certe legi nequit (in?), in c.* h) *tres fere voces penitus deletae sunt in c.: primorum episcoporum Paderbornensium corpora translata esse refert Schaten l. l. p. 568. ex hac nota.* i) *sic habet Schaten l. l. p. 567, quod in cod. legi nequit; ubi aug. potius scriptum fuisse coniecit.*

1) Cf. Ann. Quedlinburg., SS. III, p. 37. 2) Ad haec cf. praeter Gesta et Ann. Quedl. Ann. Sax. p. 560; Ann. Magd. p. 135. 3) Termini dioeceseos Halberstad. etiam in Ann. Quedlinburg. a. 781. et Ann. Saxone a. 803. describuntur. 4) Cf. 'N. Archiv' XVII, p. 485. 5) Vide eius Ann. Paderborn. I, p. 567 sq. 6) De die incendii cf. Scheffer-Boichorst, Ann. Patherbrunn. p. 94, n. 5. 7) Cf. Vit. Meinwerci c. 7, SS. XI, p. 109. 8) Has notas edidit Schaten l. l. p. 568.

CHRONICAE PRINCIPUM BRUNSVICENSIUM FRAGMENTUM.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Felici casu contigit, ut in codice Treverensi civitatis nr. 1199, *quem iam supra p.* 16. *commemoravi, a V. Cl. M. Keuffer bibliothecae illius praefecto huc summa cum liberalitate transmisso, f.* 1—10′, *altero et tertio quaternionibus huius codicis, primo, qui priorem partem huius libri continebat, amisso, invenirem magnam partem libri, qui periisse adhuc credebatur, de quo viri docti iam multa disputaverunt et coniectati sunt, ut G. Waitz*[1] *et K. Kohlmann*[2], *tum praesertim L. Weiland*[3], *qui pleraque de hoc monumento iam reperto recte coniecit et statuit; de quo ipse postremo egi in 'Neues Archiv' XVII, p.* 161 *sqq., ubi docui hunc esse librum, quem auctor Chronici rhythmici Brunsvicensis quater laudavit, vocans eum 'der vursten scripht van Bruneswich' vel simili nomine*[4], *quem permultis locis adhibuit, narrationibus eius in versus Germanicos redactis. Docui etiam Cronicam ducum de Brunsvick*[5] *fere totam paucis locis exceptis ex hoc libro excerptam, continuationem autem a.* 1263—1292, *quae in codice Treverensi f.* 10′—12. *ei subiuncta est, ex Cronica ducum transscriptam hucque transpositam esse. Ostendi etiam hunc librum inter a.* 1269. *et* 1277. *compositum esse, cum auctor Conradi episcopi Verdensis a.* 1269. *electi mentionem fecerit, omnes tamen quatuor filios Ottonis Pueri ducis Brunsvicensis inter vivos esse dixerit, quorum primus Johannes dux a.* 1277, *Dec.* 13. *defunctus sit.*

Ibidem etiam studui, ut probarem monumenta historica, quae codex Treverensis continet, a canonico S. Blasii Brunsvicensis collecta esse, et auctorem Cronicorum Saxonum, quorum fragmenta apud Henricum de Hervordia leguntur, multa ex hoc libro exscripsisse.

Fontes huius libri L. Weiland et K. Kohlmann[6] *locis laudatis accuratius examinaverunt; sed iis quae disseruerunt, cum pleraque ad priorem partem libri, quae periit, spectent, hoc tantum addam, mihi persuasum non esse, quod L. Weiland statuit, Annalistam Saxonem ab auctore Chronicae principum adhibitum esse. Facilius concederem eum Annalibus Nienburgensibus, qui perie-*

1) 'Ueber eine sächsische Kaiserchronik und ihre Ableitungen' ('Abhandl. der Gött. Ges. d. Wiss.' XII. Göttingen 1863) p. 41 sqq. 2) 'Die Braunschweiger Reimchronik auf ihre Quellen geprüft'. Diss. (Kiel 1876. 4°) p. 15 sqq. 3) 'Deutsche Chron.' II, p. 439 sqq. 574 sq. 4) Quod retinens et in sermonem Germanicum vertens Chronicae principum Brunsvicensium titulum huic libro indidi. Excerptum breve ex Chron. princ. Brunsv. editum est SS. XXIV, p. 827; cf. 'N. Archiv' XVII, p. 168, n. 1. 5) Editam 'Deutsche Chron.' II, p. 574 sqq. 6) Hic autem in multis erravit, cum Cronica Saxonum Henrici de Hervordia ab auctore Chronici rhythmici Brunsvicensis adhibita et titulo 'der vursten scripht' laudata esse perperam censeret.

runt, usum esse, sed hoc etiam H. Herre[1] nuper negavit rationibus non allatis. Et sane, cum nuper Annalium S. Aegidii et S. Blasii fragmentis repertis iam magis in dies appareat, quot ac quam varia Annalium Saxonicorum exemplaria inter se affinitate quadam coniuncta extiterint, quale auctor Chronicae principum habuerit, difficile est diiudicatu. ***O. Holder-Egger.***

1. . . . . .

c.1. . . .[2] secretum[a.3] hiis verbis familiarius aperitur: 'Dominus vester cum sit regis nostri et filiorum[b] suorum affinis et consanguineus, ad faciendam pacem flexus est et de vestra constancia extimescit, ut, si inimicos viceritis, arma in ipsum et in socios convertatis. Utrisque igitur regibus cum toto excercitu contra vos insurgentibus mane experiemini, quod treuge facte in periculum vobis[c] cedent'. Hiis auditis Saxones recedere disponebant. Erat autem quidam nobilium inter eos sapiens et expertus, qui omnes sic alloquens retardabat: 'Maculam ex fuga in honore nostro non ponemus, quod nec maiores nostri umquam fecerunt, sed pacem, sicut nobis nunctiata est, per noctem servabimus, et mane, qui propugnatores regis esse cepimus, in hostes irruemus et quod de ipsis intendimus securius faciemus'. Placet consilium, et mane hostibus incautis se ingerunt et de hominibus, pecoribus et de
c.1. omnibus in munitione inventis occidunt, spoliant et incendunt. Hoc facto ad regem 'veniunt, regis honori et sue virtuti congaudentes. Propter quod salarium a rege promissum terram in possessionem recipiunt Thuringorum. Hec ergo dies victorie leta et celebris ludis et epulis habebatur[d] apud Saxones communiter, unde adhuc communes dicuntur dies, qui in Octobri servantur et hinc ortum habent[4], quia observacio apud eos, qui tunc pagani erant, superstitiosa de eorum Saxonum origine succedentibus christianis mutata est in consuetudinem pietatis.

2. Ecbertus[5], Brunonis[e] defuncti frater, qui et marchio dicebatur, genuit Ecbertum et
1090. Gerthrudem, que patre defuncto[6] et fratre a fautoribus imperii interfecto[7] hereditatem in Bruneswik optinuit. Que eciam a multis eius dignitati invidentibus et ab ipso Henrico rege quarto[8], qui patris eius patruelis fuerat[9], multas adversitates sustinuit et adiutorio ministerialium suorum rebellans constanter se defendit. Contigit tamen, quod, cum gravibus
c.2. bellorum 'insultibus lassaretur, more femineo conterrita regi emendam[f] de illatis iniuriis exhibuit; propter quod et municionem suam, que nunc urbs in Bruneswich dicitur[10], loco pigneris posuit et ministeriales suos, Widekindum de Wulferbutle cum pluribus aliis, regi obsides obligavit. Rex de hac municione non multum curans, misit quosdam servos Bowaros, non ut essent custodes, sed pocius oppressis Saxonibus verecundie incentores. Hii bal-

a) *prima pagina valde detersa est, ut nonnulla maxima difficultate, demum collata Cronica ducum legi possent.* b) *sic Cron. ducum c. 9; prior; vel prioq. c.* c) *nc Cron. ducum; nos c.* d) habeatur *c.; habita Cron. ducum.* e) filius *add., sed del. c.* f) emenda *c.*

1) 'Ilsenburger Annalen als Quelle der Pöhlder Chronik' p. 107, n. 1. 2) Initium primo quaternione amisso periit. Quae praecedunt vide Cron. ducum c. 9. 3) Hanc narrationem ex Ann. qui vocabantur Nienburg. sumptam esse coniecit L. Weiland, 'Deutsche Chron.' II, p. 574, quod ea cum duobus fontibus illorum annalium, Ekkehardi Chron. (SS. VI, p. 176 sqq.) et Ann. Quedlinburg. (SS. III, p. 32) aliquatenus conveniat. At monendum est eam propius accedere ad Widukindum quam ad Ekkehardi Chron., nam quae ille I, 12. de die victoriae celebrato habet, quae etiam hoc loco aliis verbis relata sunt, omisit Ekkehardus. 4) Ex hac victoria Saxonum communes dies ortum capisse refert etiam Scriptum super Apocalypsim ed. a capitulo metropolitano (Pragae 1873) p. 100: *qui dies erroris postea, quando facti sunt christiani, religiosorum virorum sanctione mutati sunt in ieiunia et orationes et oblationes communiter omnium precedentium nos fidelium* (hucusque ex Widuk. I, 12), *sicut adhuc agitur in partibus illis, quos dies communes appellant.* Cf. quae G. Waitz ad Widukindi c. I, 12. adnotavit, SS. R. G. ed. 3. p. 13, n. 3. 5) I. marchio Misnensis, de quo in parte Chronicae quae periit iam actum erat; v. Cron. ducum c. 8. 6) Cf. Ann. Sax. 1068. 7) Cf. Ann. Sax. et Magd. 1090. 8) Quinto. Cf. quae Ann. Sax. 1112, p. 750. ex Ekk. sumpta de discordia Henrici V. et Gertrudis affert. 9) Immo Ecbertus I. materteram uxoris Heinrici IV. uxorem duxerat, ut Ann. Sax. a. 1067. exponit. 10) Chron. rhythm. Brunswic. v. 1879 sq.: *dhe borch, dhe genant ist Thanquardherodhe bi Brunswich*, ubi v. 1855—1921. in versus Germanicos redacta sunt, quae hoc capite continentur. Cuius ex extrema parte tamen pauca tantum ibi excerpta sunt; sed haec plenius exscripta sunt in Cron. ducum Brunsv. c. 10.

neatorem quendam prope urbem sedentem more Bowarico inepcia sua solita turbaverunt. Balneator autem sicut erat rusticus, acriori animo succensus, ligna, que ad balneum parandum collegit, ad plancas urbis adaptat et ignem inponit. Sicque urbe incensa, Bowari fuga presidium querebant et non solum ab urbe, sed et a longius recedebant. Balneator credens, quod bene fecerit, ad dominam suam in Tzeverlingeborch[1] cucurrit[a]. Cui et dixit: 'Vade cito, posside hereditatem, quia Bowari, quos comburere volui, pariter aufugerunt'. De ministerialibus autem, qui loco obsidum regi missi fuerant, Widekindus de Wolferbutle quasi pre aliis regem sequens, usque ad consumpcionem omnium rerum perseverat. Quem rex labore et inopia extediare non valens, verbis tandem persuadere cepit, ut dominam suam relinqueret et ad suum ministerium se transferret. Cui ille respondit: 'Si fidem domine mee debitam violavero, coram Deo peccati obnoxius ero, fama quoque et honore neglecto, maiestati regie et omnibus displicebo[b']'. Rex autem expertam Widekindi constanciam commendavit et redeundi licenciam dedit. Quem eciam ut familiarem haberet et suis serviciis adaptaret, magnifice inpheodavit, concedens illi castrum in Scarthvelde et decimam montis Goslarie et officium imperiale in Polede[2], cuius officii proventus erant mille quingente libre annuo persolvende. Hec imperio cito vacare ceperunt; cum Widekindus discederet sine filiis, filias tantum[b'] habens. r. 2. r. 3.

3. Domina Gerthrudis nupsit comiti Henrico, qui Pinguis dicebatur, qui fuit filius Ottonis de Nordheym[3] ducis quondam Saxonie[4], et erat de progenie Sifridi comitis de Bymeneburch[c], cuius filii, ut supradictum est[5], Eckehardum marchionem occiderunt.

4. Domina Gerthrudis de Henrico Pingui genuit Rikinzam, que tradita est[d] Ludero[6], qui fuerat filius comitis Gevehardi de Suppelingeburch et erat homo potens et industrius; ad quem devoluta est tota hereditas nobilium de Haldesleve, morientibus Bernardo comite et filio eius Bernardo, qui primo conventum canonicarum in Luttere fundaverunt. Qui postea anno Domini MCXXXV[e] per eundem dominum Luderum et dominam Rikzam, uxorem eius, in ordinem monachorum ad beati Benedicti regulam est mutatus[7]. Cessit eciam eidem domno Ludero ex uxore sua domina Rikza illius magne dignit[atis] . . . . . [e] proprietas in Bruneswich, qui eciam, Magno duce mortuo, ducatum Saxonie ab Henrico rege quarto pro sua industria adeptus est. Henrico eciam quinto rege defuncto, de communi principum electione et consensu ad regni regimen est assumptus. Cuius bella et gesta magnifica eciam extra Saxoniam in Swevia et in partibus superioribus sollempnius sunt descripta. Fuit namque et de honestate vite et imperii regimine gloriosus omnibus et illustris. Gerthrudem filiam suam ex Rikza Henrico duci Bowarie dedit, cui et concessit ducatum Saxonie tunc vacantem. Iste ut frequencius rex appellatur, quia post XII annos regni sui in imperatorem est consecratus, et rediens in Longobardia obiit; unde in Theutoniam relatus[f], in Luttere in predio suo est sepultus; ubi eciam postmodum apud ipsum sepulti sunt Ricza imperatrix et Henricus dux, gener regis. Iste dux ex . . . . . [e] traxit originem, quia mater eius Wilphildis Magni ducis erat filia et habuit sororem Elicam, que nupsit Ottoni comiti de Ballenstede et erat mater Alberti marchionis[8], qui fuit pater ducis Bernardi. Magnus autem dux descendit de progenie ducis Hermanni, quem ducem Saxonie constituit Otto primus huius nominis imperator. Predictus autem dux Henricus, gener regis, qui eciam et Catulus dicebatur, patrem habuit Henricum ducem Bowarie, qui Niger est appellatus. Igitur Henricus Niger ex Wilphilde genuit Henricum Catulum[g], generum regis. Henricus Catulus de Gerthrude regis filia genuit Henricum Leonem, qui ex patre optinuit ducatus Bowarie et Saxonie, ex matre proprietatem liberrimam hereditatis innate in Bruneswic, que eidem in bonis habundanti[h] dignissima habebatur. r. 4. 1135. r. 5. 1106. 1125. 1137.

5. De Ethicone Aureo-curru.

Vulgaris fama est de quodam Ethicone cum curru aureo, quod fuerit de progenitori-

a) cucurt *c.* b) discipleho *c.* b') *sic Cron. ducum*; tamen (tñ *pro* tm) *c.* c) Boumeneborch *Chron. rhythm. v.* 1938; Berneborch *falso Cron. ducum.* d) *sic Cron. ducum; deest c.* e) *tres fere voces abscisae in c.* f) est *add. c., quod deest in Cron. Sax. p.* 151. g) et *add. c., quod in Cron. ducum c.* 11. *non legitur.* h) hātib; (habentibus) *c.*

1) Situm ubi nunc Walle (Kr. Gifhorn). 2) Scharzfeld, Pöhlde. Vide quae L. Weiland, 'Deutsche Chron.' II, p. 581, n. 5. adnotavit. 3) Cf. Ann. Sax. a. 1101. 4) Immo Bawariae. 5) In parte priore, quae periit; vide Cron. ducum c. 4. Ex illo superiore loco suppletum videtur, quod hoc loco in Cron. ducum c. 10. additum est: *in Polede.* 6) Sequentia etiam in Cron. Sax. apud Henr. de Hervordia p. 146 sq. 150 sq. 155 sq. exscripta sunt. 7) Cf. Ann. Saxo et Magd. 1135. 8) Cf. Ann. Saxo 1106.

hus in Brunswic principum, sed sciendum, quod non erat de eis qui in hac proprietate hereditarie succedebant. Erat[1] tum temporibus Caroli quidam Ethico princeps maximus, qui pro generis sui excellencia nulli hominum nec ipsi imperatori pro bonis in pheodo optinendis[a], ut fieri solet, humiliari volebat. Cuius filiam duxit rex Lodowicus, Karoli filius, in uxorem. Hec diligencius persuasit Henrico fratri suo, Ethiconis filio, ut vasallus fieret Lodewici regis, sui domini et mariti. Illo diu renitente et persuasionem[b] sororis non admittente, tandem ab ipso rege de hoc facto conventus est, cui et a rege promissum est, quod preter alia beneficia tantum de prediis suis in proprietatem ei[c] daret, quantum in die estatis longissimo ejus curru aureo circuiret. Ille[d] tandem instancia sororis et spe promissi victus[2] pariter et dilectus, de auro curriculum fabricari fecit, et eo in sinu reposito, socios et equos fortes sibi adhibens et veloces, in die estivo montem qui Merberch[2] dicitur circuibat. Deinde ad regem veniens sub testimonio plurium se fecisse quod propositum fuerat asserebat. Ideoque quod ei promissum est confidencius expetebat. Rege primo renitente et in hoc hesitante, quod currus aureus non esset in sinu locandus, sed equis vehendus, tandem et montem dedit et ducatum Bowarie concessit. Ethico de facto filii indignatus recessit in solitudinem quandam proprietatis sue cum sociis et militibus, quos elegit, ubi quasi vitam privatam agens moritur, qui pro rebus aut bonis nulli hominum subesse dignabatur. De huius stirpe per aliquas personas interpositas descenderunt duces, qui prescripti sunt, Henricus Niger et Henricus Catulus, gener regis. Cuius eciam soror fuit Iutta, Frederici primi imperatoris mater. De eadem autem[e] stirpe fuit[f] in Constancia quidam episcopus Cunradus nomine, qui pro sanctitatis sue merito canonizatus et in numero sanctorum est positus. Otto cum quandoque venisset Henricus dux et princeps maximus, qui Leo dicebatur, pro illecta naturalis vinculi, quo tenebatur consanguineo, et pro reverencia devocionis, quam debuit viro sancto, eandem Constanciensem ecclesiam donis magnis et prediis honoravit.

6. Dominus Henricus Leo duxit uxorem sue nobilitati congruam ducis de Zeringe[3] filiam dominam Clemenciam, de qua genuit filiam[4], quam accepit quidam potens et nobilis de Slavorum principibus[5] in uxorem. Idem autem matrimonium ratum et legitimum, utpote bona fide contractum, occasione cuiusdam impedimenti, quod ante nescitum est, iudicio ecclesie est solutum; unde et idem dux aliam duxit uxorem dominam Mechtildem, filiam regis Anglie[6], de qua genuit quatuor filios, dominum Ottonem, dominum Henricum, dominum Wilhelmum et Laderum, qui puer est defunctus.

7. De Ottone imperatore.

Defuncto autem Henrico imperatore huius nominis sexto, et fratre eius Philippo a palatino de Wethelingesbach interfecto, anno Domini MCCX[o] dominus Otto huius nominis quartus ad imperium est assumptus. Hic uxorem habuit primo dominam Beatricem, regis Philippi filiam, postea accepit dominam Mariam, que fuit soror ducis Brabancie[g.7], nec de aliis istarum heredem reliquid. Tribus annis gloriosissime regnavit et in pace optima, ita ut vere dici posset rex pacificus et pacis filius, cum esset robustissimus et animo quietissimus, pro debito auctoritatis iusticiam diligens et pro affectu pietatis miseris[i] condescendens. Deus autem, provisor omnis boni et dator gracie, ne delectacione rerum presencium ethereret dilectus et electus, occulto iudicio adversitates ei magnas admittens, in virga correccionis iniquitates eius visitavit[k], a quo tamen misericordiam non abstersit[l]. Nam bellis gravibus et prelus provocatus incendia et cedes pauperum[m] maxime exhorruit; et precipue eos eius concussit, quod sedi Romane rebellis diceretur et inobediens; unde et orare solebat, quod cum Dominus de regno misericorditer absolveret et in eo qui ad id regendum esset utilior provideret. Factum est ergo, ut regni sui anno nono in Hartisborch morereturr

a) optinendo c. b) persuasione c. c) sic Cron. ducum c. 12, deest c. d) Illa c. e) quoque Cron. ducum c. 13 et Cron. Sax. apud Henr. de Herf. p. 156 De hac quoque). f) sic Cron. ducum c. 13; deest c.; erat Cron. Sax. l. l. g) Philippo c. h) Barancie c. i) et Cron. ducum c. 15. suppleci, deest c. k) visit a c. l) abstulit Cron. ducum. m) pauperum c.

1) Sequens fabula aliquanto propius accedit ad Ann. Saxon.; *Mersborch* falso Cronica ducum c. 12. Sax. a. 1126, p. 764. 3) Conradi. 4) Gertrudem. 5) Gertrudem uxorem. I., 'Deutsche Chron.' II, p. 274 sq., quam ad Genead. Welf. Weingart., SS. XXI, p. 454. 2) *Merenberch (Merenberg)* Ann. Saxo et Genead. Welf. rem duxit Knuto rex Danorum. Illegitimam filiam Heinrici Mathildem duxit Heinricus Borwin princeps Obotritarum. 6) Heinrici II. 7) Heinrici II.

in contricione et devocione maxima, sicut de eo secundum[a] exteriorem hominem haberi iudicium potuit, et sicut a viris fide dignis et suis confessoribus est narratum. Fuit autem sepultus in Brunswik cum uxore sua domina Beatrice et patre duce Henrico et matre sua domina Mechtilde, ubi eciam postea sepultus frater eius dux Henricus palantinus Reni, qui post eum obiit anno nono. 1227.

8. Memorabile[1] factum hic merito inscribitur, quo[b] Deus animare dignatus est[c] eorum confidenciam, qui benignissimo principi familiarius adheserant et pro eius salute deprecando devocius insistebant. Denique cum ante obitum suum in preliis vicinum 'magis[d] c.7. hostem episcopum Halberstadensem[2] haberet, eidem forcius resistebat et loca civitatis adiacencia vastando sepius peragrabat, sed locum novelle plantacionis prope Halberstat ad Sanctum Borchardum singulariter affectu miseracionis impressit, ita ut locum a dampnis servaret et ancillis ibidem Christo servientibus frequenter elemosinam inpertiret. Nunctius autem prepositi, qui Gozwinus dicebatur, qui et imperatori familiaris erat, venit ad ipsum proxima quadragesima ante obitum suum, intendens de gracia consueta aliquid 1218. optinere, unde ieiunantibus dictis Christi ancillis allecia compararet. Imperator autem expensis gravibus exhaustus, non habens peccuniam, quam daret eis, absolvit cingulum suum, [quod[e] eis] misit. Sed nunctius, qui eciam ipsius conventus frater laycus erat, recogitans, quod allecia leviori precio haberentur quam de cingulo, quod[f], ut talem personam decuit, cum hiis que appensa erant maioris esset[g] precii, ideoque ad aliam 'eccle- c.7. sie necessitatem utilius servaretur. Quapropter cingulum in archa sua reposuit, sicut erat ei moris res ecclesie conservare. Post obitum autem imperatoris ancille Christi humanitatem et pietatem [ipsius[h]] sepius experte ad orandum singulariter sunt affecte. Que dum sic sollicite essent, contigit, ut uni earum pro ipso deprecancium appareret; videbatur autem debilis corpore et quasi pre dolore et tristicia[i] anxius esse. Quo exponente, quod esset imperator, qui proxime obierat, illa; quia salvacionis eius magnum habebat desiderium, quis[k] esset status eius, perquisivit. Cui ille: 'Ab omni tribulacione breviter absolvi potero, si, sicut de vobis fidelissimis et amicissimis meis confido, michi adiutorium feceritis in orando'; et quendam orandi modum proposuit, qui laboriosus esse videbatur. Sed ancilla Christi, cui ex consuetudine huius oracionis ordo notus fuerat, quod hec pro ipso facienda ordinaret, alacriter respondebat. Abbatisse igitur exponit 'quod viderat et eam de c.8. modo oracionis conplendo in adiutorium pii principis fideliter interpellat. Abbatissa verbum istud aliis proponente omnes devocius incitantur, et que[l] salutem imperatoris desiderant, laboribus se exponunt, et laboris ordo, qui ab ipsis pio desiderio assumitur, sincera devocione felicius consumatur. Hiis itaque completis, imperator iterum ancille Christi, que ipsum ante viderat, apparuit, status sui mutacionem felicem ex corporis fortitudine et faciei pulchritudine ostentans et gracias agens ei, quod fidelis fuisset internunctia, rogans quoque, ut conventui grates referret, cuius labor et devocio sue saluti sic efficaciter profuisset, quod a malis omnibus liberatus eterne lucis esset filius, et quod de regno huius seculi introivit in misericordias Dei summi. Illa respondit: 'Verba quidem vestra desideranter audio et vestre saluti congaudeo, sed, cum aliis hec dixero, quomodo michi credatur, 'ignoro'. Imperator 'ait: 'Hoc pro certitudine dices, quod in quadragesima proxime preterita, cum de elec.8. mosina vestro conventui mittenda sollicitus pecuniam non haberem, cingulum meum misi'. Abbatissa autem et omnes hec audientes ab ea, cui ista nunctiare iniunctum fuerat, magno gaudio exultant; sed de certitudine facta dubium oritur, quia de cingulo misso quasi ab omnibus ignoratur. Fit eciam de hiis pia exultacio domno Gozwino preposito, utpote imperatoris fidelissimo; sed solum eius diminuit gaudium verbum de misso cingulo absconditum et nescitum. Advocatur tandem frater laycus, qui negocia ecclesie agere solebat, et de cingulo requisitus dicebat se ipsum recepisse et eo animo servasse, ut exinde aliquid ordinaret, ubi essent sumptus maioris precii adhibendi. Letantur et exultant omnes qui verbum audiunt et de oracione pauperum 'exandita et de misericordia principi exhibita gracias agunt Deo. Hoc c.9.

a) *ex Chron. ducum c. 15. supplevi; deest c.* b) qd' *corr.* q̄ *c.* c) *eadem manu suppl.* d) mag̃ *c.* e) q̄ eis *supplevi.* f) q̄ (qui) *c.* g) ēē *c.* h) *deest c.* i) tristia *c.* k) *sic c.* l) *sic* (q) *c.; fortasse* quis *emendandum est.*

1) Sequens narratio in Chron. rhythm. Brunsv. v. 7229—7368. multis verbis repetita est; in Chron. ducum c. 15. pauca tantum ex ea excerpta sunt. Similia narrat Thomas Cantiprat., Bonum univers. de apibus II. c. 52 (II, c. 3, § 19) de Ottone mortuo cuidam abbatissae cognatae apparente. 2) Fridericum.

autem exemplum, quod de salute domni imperatoris scriptum est, aliquibus eidem ex genere propinquis vel ex beneficio devotis, etsi parvum videatur, sufficiens erit, ut vel consolacionem prestet aut devocionem excitet; et si essent — quod Deus avertat! — qui eius saluti inviderent, de exemplo quantumcumque magno sibi certitudinem fieri non curarent.

9. Verum[a] domnus palantinus Henricus, frater imperatoris, primo duxit uxorem de Reno[1], cum qua et principatum Palacii optinuit; de qua et duas filias habuit, ducissam Bawarie[2] et marchionissam de Baden[3], que eidem morienti in hereditatem Bruneswic succedentes, ipsam hereditatem imperio vendiderunt. A quibusdam tamen dictum est, quod patris heredes esse non possent, cum essent femine sub condicione iuris quod Swavey *r. s.* vocatur; de quo verius putatur, quod 'pre aliis principibus Saxonie principes de Brunes- wic a nota huius iuris liberi fuerint et excepti. Aliam postmodum duxit uxorem domnus Henricus palantinus dominam Agnetem, marchionis Conradi de Landesberch filiam; que 1227. domino suo mortuo, cum puerum non haberet, in viduitate sancte et pie vivendo, monasterium et congregacionem sanctimonialium in Winhusen instituit, ubi et in pace moriens requiescit. Domnus Wilhelmus[b], frater eorundem principum, qui sedem sue potestatis in Luneburch habuit, uxorem duxit dominam Helenam, regis Danorum[4] filiam, de qua genuit dominum illustrem principem Otthonem et sue hereditatis successorem. Iste princeps domnus Ottho partem proprietatis antique, que ipsum hereditarie contingebat, et partem patrui sui domni Henrici palantini, quam filie ipsius imperio vendiderant[c], totaliter unitam 1235. *r. i.* iure pheodali recepit ab imperatore 'domno Frederico huius nominis secundo, habente curiam in Maguncia; ubi dictante[d] principum sentencia de proprietate sepedicta fit ducatus et imperii principatus. Iste domnus Ottho princeps et dux in Bruneswik suis natalibus convenientem et nobilem duxit uxorem dominam Mechtildem, domni Alberti marchionis de Brandeburch filiam. Quibus decedentibus[e] de hac vita[5] et sepultis in Luneburch apud patrem et matrem eiusdem domni Otthonis et alios nobiles de suo genere plures, successerunt filii et heredes domnus Albertus dux in Bruneswich, domnus Iohannes dux in Luneburch, domnus episcopus Hildensemensis[f] Otto, domnus Conradus episcopus Verdensis, qui adhuc potentes et magni habentur in mundo, quos Dei potencia beatos et felices efficiat in futuro!

10. De genealogia principum et heredum in Bruneswich.

r. ic. Domina[6] Gysla de Werle habuit 'tres viros: primo ducem Swevie[7], postea domnum Brunonem de Bruneswic, tercio Conradum regem. Ex hiis tribus viris habuit tres filios principes. Primus filius eius de duce Swevie Hermannus dux Swevie. Secundus de Brunone Ludolphus dux in Bruneswich. Tercius de Conrado rege Henricus III^us^ rex, Henricus rex IIII^us^, Henricus rex V^us^. De Brunone Ludolphus dux in Bruneswich, Ecbertus, Gerthrudis marchionissa, Ricza imperatrix, Gerthrudis ducissa, Henricus Leo dux, Otto dux, Albertus dux. Hec est linea heredum descendencium a domno Brunone principe usque ad domnum Albertum ducem et principem in Bruneswich.

CONTINUATIO.

Chr. pr. Sax. 1263. Oct. 28. *r. ii.* 1258. 1261. 11. Albertus[g] MCCLXIII. V. Kal. Novembr. a Thiderico marchione Misnensi cum multis suis militibus fuit captus. 'Castrum Asseburch optinuit MCCLVII.[g-o] Albertus duxit uxorem Elyzabet, filiam ducis Bawarie[10], que sinè liberis obiit MCCLXI. Postea duxit Adelheidem, filiam marchionis Montis-ferrati[11], et genuit Henricum[h], Albertum, Wilhelmum, Conradum, Otthonem, Luderum et Mechtildem.

a) Veterum *c.* b) Wilhelmus *c.* c) sue porcioni *add. Cron. ducum c.* 17, *que excerptum ed. SS. XXIV, p.* 827. *non habet.* d) dicante *c.* e) descendentibus *c.* f) hildens *c.* g) MCCLXII, *male Cron. ducum.* h) *supplevi ex Cron. ducum, deest c.*

1) Agnetem, filiam Conradi comitis palatini. 2) Agnetem, uxorem Ottonis II. ducis. 3) Irmengardem, uxorem Hermanni V. marchionis. 4) Waldemari I. 5) Otto obiit a. 1252, Mathildis a. 1261. 6) Hoc capite repetita sunt quae in priore parte amissa procul dubio iam relata erant; cf. Cron. ducum c. 6; Chron. rhythm. Brunsv. v. 1441 sqq.; excerptum Chron. princ., SS. XXIV, p. 827. 7) Supra in hac chronica, ut ex consensu Cronicae ducum c. 6. et Chronici rhythmici v. 1445. apparet, hic falso Lippoldus, filius Ernesti, pro Ernesto I, filio Liupoldi, dictus erat. 8) Haec Continuatio, quae cum Cron. ducum c. 18.-20. ad verbum convenit, ex ea hoc in codice Chronicae princ. Brunsvic. subiuncta est. Vide supra p. 21; 'N. Archiv' XVII, p. 163 sqq. 9) Ad eundem annum Chron. princ. Sax., SS. XXV, p. 475. et infra p. 31; ad a. 1258. Ann. S. Blasii, SS. XXIV, p. 824. et Henr. de Herv. p. 198. 10) Heinrici III. 11) Bonifacii.

Obiit Albertus MCCLXXIX. in die assumpcionis beate virginis, Brunswic in ecclesia sancti Blasii est sepultus. Iohannes duxit uxorem filiam[1] Gherhardi comitis de Scowenborch. Qui cum fratre suo terram diviserunt in Luneborch optinuit principatum, et genuit Ottonem. Obiit MCCLXXVII. Ianuarii[a] XVII. Kal. 1279. Aug. 15. 1277. Dec. 16.

12. Item Ottho senior ex Mechthilde[b,2] Conradum episcopum Verdensem, Ottonem episcopum Hildesemensem. Qui iura ecclesie sue bene dicitur defendisse et obiit anno Domini MCCLXXIX. Mechtildem, quam duxit Henricus Pinguis [comes de Hanbelt, et genuit Ottonem comitem, et facta est propter sui discrecionem postea abbatissa in Gerenrodhe. Helenam, quam primo duxit Hermannus dominus Hassye, filius benedicte[c] Elizabeth, postea[d] Albertus dux Saxonie, genuit[e] Iohannem et Albertum, obiit MCCLXX. Adelheydem, quam duxit Henricus, filius filie[g] benedicte[c] Elyzabeth, lantgravius[f] Hassye. Elyzabeth, quam duxit Wilhelmus de Hollandya rex, et genuit Florencium comitem Hollandye. Agnetem, quam duxit Wizlaus dominus Rugie, et genuit filios et filias. Chr. pr. Sax. 1279. † 11. 1270.

13. Sex[g] filiorum ducis Alberti primus Henricus duxit uxorem filiam Alberti lantgravii Thuringie Agnetem[h]. Secundus Albertus duxit filiam[i] Henrici domini de Werle. Tres ultimi, Conradus, Ottho et Luderus Cruciferorum [se ordini[k] mancipaverunt. Wilhelmus tercius obiit MCCXCII[l]. Mechtildis nupsit duci Glogovie[5] MCCXCI.[l] in mense Marcio. Sit Deus super omnia benedictus! † 12. 1292. 1291?

14. Anno Domini MCCLXXXVIII. in die Bonifacii martyris Henricus et Anneko de Heynborch[m], Hildemarus advocatus Irckessleve[n], de Saldere miles cum duodecim sociis in Helmistat[o] a communi vulgo miserabiliter occiduntur. Eodem die inter domnum Syffridum de Runkil archiepiscopum Coloniensem et ducem Brabancie[6] et eorum complices inter Coloniam et Nussiam prelium fit crudele, in quo duo fratres de Lutzellenborch[7] cum aliis plurimis occiduntur. Archiepiscopus Coloniensis capitur et plus quam anno ab illis de Monte in vinculis detinetur. 1288. Iun. 5.

a) XVII. Kal. Ian. *Cron ducum.* b) genuit *add. Cron. ducum.* c) ben *c., ut etiam infra p.* 34. *in Chron. princ. Sax.;* beate *Cron. ducum.* d) hanc p. duxit Alb. *Cron. ducum.* e) et gen. *Cron. ducum.* f) l. H. *in praecedenti linea prima manu scr.* g) Rex *c.*, R *littera male ab illuminatore picta.* h) *hoc nomen deest in Cron. ducum.* i) ni *e corr.* k) MCCXIII. *c., quod pro* MCCXCII. *facile scribi potuit;* Wilhelmus — MCCXCII. *des. Cron. ducum.* l) MCCXXI. *c.;* MCCXII. *Cron. ducum. Non ubi relatum est, quando hae nuptiae factae sint, dubium igitur est, num recte numerus correctus sit.* m) Henborch *vel* Heuborch *Cron. ducum.* n) Irkesleve *Cron. ducum.* o) Helmestedo *Cron. ducum.*

CHRONICA PRINCIPUM SAXONIAE AMPLIATA.

ED. O. HOLDER-EGGER.

In codice civitatis Treverensis nr. 1199, *saec. XIV in., quem iam bis commemoravi, legitur etiam f.* 16′—32. *Chronica principum Saxoniae exscripta ex codice simillimo codici Goslariensi*[8], *ex quo hunc librum SS. XXV, p.* 468 *sqq. edidi, sed multis additamentis aucta, quae a canonico S. Blasii Brunsvicensis, qui monumenta codicis Treverensis collegerit, circa a.* 1294.[9] *addita esse ut ostenderem, studui in 'Neues Archiv' XVII, p.* 169 *sqq. Hunc ad ea adicienda usum esse Annalibus S. Blasii integris, quorum fragmenta supra p.* 16 *sqq. edita sunt, et Helmoldi Arnoldique Chronicis Slavorum, ex quibus idem (f.* 53—64′. *et* 73—79. *codicis Treverensis) excerpta multa collectioni suae inseruerit, ibidem monui. Praeterea autem dies emortuales multorum principum liberorumque eorum ex necrologiis, ut videtur, et quaedam addidit, quae ex quo fonte hausta sint, nescio, et de rebus post medium saec. XIII. gestis pauca quidem,*

1) Liutgardem. 2) Ex Mechtilde eos natos esse auctor Cronicae ducum ex c. 9. supra discere potuit. 3) Sophiae. 4) Rixam. 5) Heinrico III. Cf. quae exposui 'N. Archiv' XVII, p. 163 sq. n. 3. 6) Iohannem I. 7) Heinricus et Walramus. 8) Nonnullae tamen lectiones cum fragmento Mederi (2) et Excerpto Chron. princ. Sax., SS. XXV, p. 480 sqq. edito conveniunt. 9) Ad hunc enim annum usque res quaedam relatae sunt ab eodem.

sed notatu dignissima retulit, ex quibus nonnulla ante hunc codicem repertum penitus ignorabantur.

Alteram Chronicae principum Saxoniae ampliatae partem, Genealogiam marchionum Brandenburgensium, edidit G. Sello in 'Forschungen zur Brandenburg. u. Preussischen Gesch.' I, p. 127 sqq. amplo et diligenter composito commentario illustratam, plenius Chronicae marchionum Brandenburgensium, quae perierit, exemplar se in lucem dedisse perperam ratus[1].

Cum hoc codice ad Chronicam principum Saxoniae in Scriptorum t. XXV. edendam uti mihi non licuerit, iterum eam integram edidi minimis litteris expressam, quae ex Helmoldi et Arnoldi Chronicis addita sunt mediis, reliqua additamenta maximis litteris excudenda curavi. *O. Holder-Egger.*

GENEALOGIA DUCUM[a] SAXONIE.

Chr. pr. Sax. *f. 12. 'Fuit in partibus Saxonie vir quidam nomine Bilingus, a quo Bilingi villa creditur nominata; quem sic Dominus exaltavit, ut de semine eius non solum comites et duces, verum eciam reges, pontifices procederent[b], imperatores.

Primus dux. Bilingus cognovit uxorem suam et ex ea filium Hermannum nomine generavit. Hic Hermannus iuvenis bone indolis, virtute naturali et aquisita industrius, profecit moribus et disciplina. Nam factus vir paribus humilitatem, militibus obsequium, fidem suis dominis exhibebat. Qui in familiam imperatoris assumptus, suorum pedagogus efficitur filiorum. Tandem ei imperator vices prefecture commisit, ut eius industriam comprobaret. Hermannus vero in hac sic se habuit, ut et clarus in populo et fieret in palacio gloriosus.

*f. 13. Anno Domini DCCCCLXIII.[c] 'rex Otto ad liberandam sedem apostolicam a papa in Ytaliam vocatus, Hermanno, Bilingi filio, tutelam commisit Saxonie et ducatum. Dux ergo factus Saxoniam iudicio et iusticia gubernavit, ecclesiarum defensor, viduarum et orphanorum tutor et pauperum consolator. Hic montem Luneborch in castrum muniyit et canonicos ibidem in ecclesia sancti Michahelis manentes in monachos Nigros commutavit. Hic anno Domini DCCCCLXXXIIII, Ottone III. regnante, obiit, cum annis XX laudabiliter Saxonie ducatui prefuisset, et in Luneburch est sepultus; cui successit Bruno, qui et Bernardus, eius filius, in ducatu.

Secundus dux. Benno cepit anno Domini DCCCCLXXXIIII. et rexit annis XXVIII et obiit anno *f. 13. Domini MXI, anno regni Henrici pii regis X°. Hic, licet alias fuisset vir bonus et 'fortis, tamen populum rapinis et exactionibus pregravavit.

Tercius dux. Bernardus, filius Bennonis, cepit anno Domini MXI. et rexit annis XXVII[d]. Hic malicia patrem transcendens[e] factus est vir tocius discordie et patrie gubernator[f]. Nam imperatori rebellans totam secum traxit Saxoniam ad rebellandum. Ecclesias sue malicie non consencientes infestans, novellam in fide gentem Sclavorum in partibus occidentis, quibus presidebat, et Thidericus marchio in partibus orientis propter avariciam opprimentes, a fide recedere et suam libertatem armis defendere coegerunt. Et ita omnes Slavi, qui inter Albeam habitabant et Oderam, se a fide Christi per LXX annos et amplius retraxerunt. Propter quod Thidericus marchio honore et hereditate pariter *f. 14. est privatus. Bernardus vero dux consilio domni Unni Hammenburgensis archiepiscopi 'flexus, imperatori se subdens, eius graciam est adeptus. Diebus tamen suis christiana religio[g] non profecit. Hic quadam nocte vidit sompnium, scilicet in ecclesiam Bremensem primum ursos ingressus, postea apros, deinde cervos, postea lepores; quod exponens aliis, sic ait: 'Nostra progenies similis primo erit ursis per audaciam, postea apris per minas et sericiam, deinde cervis per gloriam et iactanciam, tandem leporibus per timorem et fugam'. Hic obiit anno Domini MLX, regnante Henrico III, cum per annos XLVII Saxoniam et Slaviam gubernasset. Cuius hereditatem Ordolfus, filius eius, qui et Othto dicebatur[2], et Hermannus alter[h] sunt partiti.

Dux IIII[us]. Ordolfus, Bernardi filius, cepit anno Domini MLX. et rexit annis XII. Contra istum post *f. 14. mortem patris vix quinque annis elapsis 'Slavi rebellare ceperunt, et omnium[i] Nordabingorum[k] terra ferro et igne destructa, conspiracione facta, iterum Slavi anno Domini MLXVI, anno Henrici IIII.[l] octavo, omnibus qui in fide perstiterunt occisis, ad paganismum communiter sunt reversi; et ita dux Ordolfus, cum nullam contra Sclavos victoriam consequeretur, obiit anno Domini MLXXII, cum ducatum Saxonie annis duodecim[m] gubernasset; et successit Magonus, filius eius.

Dux quintus. Magonus cepit regnare anno Domini MLXXII. et vixit[n] annis XXXIIII. Hic genitus est de filia regis Danorum. Contra ipsum Sclavi similiter rebellabant, et invaluit contra ipsum Chrutho, et servivit ei omnis terra Nordabingorum[k] sub tributo. Et obiit anno Domini MCVI, regnante Henrico V, cum XXXIIII annis Saxonie *f. 15. prefuisset; 'et reliquid duas 'filias, Wilphildem, quam duxit Henricus dux[o] Bawarie, et Eylicham, quam duxit Otho comes Ascharie de Ballenstede[3]. De quibus in sequentibus prosequemur. Et quia Magonus heredes masculos non reliquid, Henricus V. imperator ducatum Saxonie sibi vacantem dedit Ludero comiti, et ita ducatus Saxonie translatus est a semine Bilingi, post dies aliquod[p] revocandus.

a) in Brunswic *prius illuminator minio scripserat, quae delersa sunt.* b) et, *quod habet Chron. princ. Sax., omissum.* c) DCCCCLXIIII. *Chr. pr. Sax.* d) *lege* XLVII, *ut Chr. pr. Sax. habet et infra l.* 40. e) transcendes *c.* f) conturbator *Chr. pr. Sax.* g) in Sclavia, *quae Chr. pr. habet, omissa.* h) filius, *quod Chr. pr. habet, omissum.* i) omi *c.* k) *sic etiam cod. Goslar. Chr. pr.* l) III. *Chr. pr., ut supra.* m) XII duodecim *c.* n) *sic etiam cod. Goslar.* o) *deest c.* p) aliq *c.*

1) Vide 'N. Archiv' XVII, p. 172. 2) Cf. Ann. Saxo a. 1069. 1071. 3) Cf. Chron. princ. Brunsvic. c. 4, supra p. 23.

Dux sextus. Luderus cepit MCVI. et rexit annis XX. In diebus eius Sclavi depredati sunt Stormariam propre civitatem Hammenburch, quos comes Godefridus insecutus per Sclavorum insidias est occisus; et ita dux Luderus comitiam vacantem dedit nobili viro Adolfo comiti de Scowenburch. Chr. pr. Sax.

Comites de Scowenburch.

Adolfus defunctus duos filios reliquit, Hartunghum; quo in expedicione *Boemie occiso, successit ei frater eius *f. 15ᵛ.
iunior Adolfus. Hic fuit vir prudens, Latine, Theuthonice et Sclavice linguarum peritus. Quo defuncto, successit ei filius eius Adulfus Iohannes binomius, qui duxit uxorem Heyliwigem, filiam Bernardi de Lippia, et genuit ex ea filiam nomine Mechildem et duos filios, comites Iohannem et Gerhardum. Mechildem duxit Abel, filius Woldemari regis Dacie. Qui fratri suo Erico regi occiso in regnum Dacie successit, sed modico tempore regnans et a Tranfrisonibus[a] interfectus, regno in filiis est privatus. Qui genuit ex ea filiam et duos filios, Erichum et Abel. Filiam duxit comes[b] filius comitis Henrici de Anhalt. Ericus duxit filiam Ieronimi principis Ranorum sive Rugianorum. Abel autem[c]. Hic Adulfus Iohannes anno Domini MCCXL. *relictis uxore iuvencula et duobus filiis tenellis, Iohanne et Gherardo, et divitiis mundi, *f. 16.
ordinem fratrum Minorum est ingressus. In quo ordinem sacerdocii adeptus, laudabiliter per annos plurimos vixit et beato fine in Domino requievit. Iohannes autem, filius eius senior, duxit filiam Alberti ducis Saxonie et genuit ex ea filium nomine Adulfum. Qui veniens in auxilium ducum Saxonie, avunculorum suorum, contra ecclesiam Magdeburgensem werrancium, post depopulacionem terminorum Magdeburgensium[d] est per insidias captivatus anno Domini MCCLXXVII. Adulfus duxit Eufemiam, filiam domni Zamburi[1]. Iohannes, frater eius, duxit Margaretam, filiam Christofori regis Danorum. Filiam quoque Iohannes genuit, quam duxit Otto, filius Iohannis marchionis de Brandeburch[e]. Gerardus vero, filius iunior, duxit filiam Nicolai de Sclavia et genuit *ex ea filiam, *f. 16ᵛ.
quam duxit Iohannes dux in[f] Luneburch. Qua defuncta, Gerardus duxit relictam Alberti ducis de Brunswic Aleydem, filiam marchionis Montis-ferrati, MCCLXXXI. Que obiit MCCLXXXV. Idus Febr.[2], Brunswic tumulata. 1285. Febr. 5.

De bello Welpesholte[g].

Nunc ad propositum[h]. Henrico V. a papa excommunicato, multi Saxonum conspiraverunt; unde imperator videns conspiracionis virus se longe lateque diffundere, totam Saxoniam maxima strage invasit, captivatis eius principibus vel occisis. Tunc Luderus dux Saxonie cum nobilibus occurrerunt regi in locum qui dicitur Welpesholte, contra multos pauci numero pugnaturi. In quo bello anno Domini MCXV. Kal. Febr.[3] potencium regis Saxones contriverunt.

Anno milleno centeno ter quoque quino
Ad Catuli saltum belli cruor exit in altum[4].

Henrico vero rege apud Traiectum defuncto anno Domini MCXXVII[5], *ex Mechilde uxore sua, filia regis Anglie, reli- *f. 17.
quid filium Fredericum ducem Swevie; et hic decedens reliquid tres filios, Henricum, Fredericum et Conradum regem.

Magoni ducis Saxonie quinti filiam Wilfildim duxit Henricus dux Bawarie, frater ducis Welph, et genuit ex ea Henricum ducem etiam[k] Bawarie. Hic duxit MCXXVII.[l] Gerthrudem, filiam Luderi ducis Saxonie, et genuit ex ea Henricum Leonem et fratrem eius Welph iuniorem et filiam Iuttam nomine. Gerthrudis in Austria-Nuenburch[m] est sepulta. Anno ergo Domini MCXXVI. Henrico quinto defuncto, Luderus dux Saxonie rex electus est et Lotharius appellatus, et anno VIII. regni sui imperator est coronatus; et fuit eius in diebus tranquillitas et pax inter sacerdocium atque regnum; et ita Lotharius rex factus ducatum Saxonie dedit socero suo Henrico duci Bawarie, ut duos ducatus *pariter possideret. Ann. I, 2. Chr. pr. Sax. *f. 17ᵛ.

Dux septimus. Henricus. In isto ad semen Bilingi redit ducatus. Lotharius ergo rex, assumpto duce Henrico, socero suo[1], Roma et Ytalia est potitus. Qui cum redire pararet, Rogero ab Apulia depulso, anno Domini MCXXXVII, cum regnasset annis XII, immatura morte preventus est et Luttere translatus et tumulatus[n]. Cui successit Conradus rex, filius Frederici ducis Swevie[m], nepos Henrici V. Fredericus dux Swevorum de Agnete, sorore Henrici V. imperatoris, genuit Conradum imperatorem, Fredericum ducem Swevie et Henricum[8]; obiit MCV.[9] Anno Domini MCXXXIX. mortuo Henrico duce Bawarie et Saxonie, Gerthrudis, filia Lotharii, uxor eius, duxit Henricum, fratrem Conradi regis, et ille Bawarie ducatum, qui iure hereditario debebatur Henrico Leoni, *filio Gerthrudis, cum matre puori optinuit. Iuttam vero, filiam Gertrudis, duxit Fredericus dux *f. 18.
Swevie, frater Conradi regis, et genuit ex ea Fridericum huius nominis primum imperatorem. Hic Henricum, filium[n]

a) traufrisonibus *c.*; Trantfrisonibus *cod. Goslar. Chr. pr.* b) Bernardus, *quod Chr. pr. habet, omissum.* c) *sic etiam cod. Goslar. Chr. pr.* d) magd' *c., ut cod. Goslar. Chr. pr.* e) brand' *c.* f) de *Chr. pr.* g) Welpesholte *c.* h) *etiam N. ad prop. minio scripta sunt in c.; supple* redeamus; *quod Chr. pr. habet.* i) MCCXVII *c.*; MCXXVI. *Chr. pr.* k) ꝥ *c., ut cod. Goslar. Chr. pr.* l) *in marg. post suppl.* m) *post corr.* Swecie *c.* n) *in marg. suppl.*

1) H. ducis Pomerelliae († 1278). Detmarus quidem (‘Chron. d. deutschen Städte’ XIX, p. 106) scribit: *greve Alleff nam hartich Mestwines dochter van Pomeren* (H. Pomerelliae), quod hucusque verum credebatur, sed Detmarus errasse videtur. Nomen Eufemiae, uxoris Adolfi V, ex carta hucusque cognoscebatur, et Zamburum filiam Eufemiam habuisse constat; cf. Biernatzki, ‘Nordalbing. Studien’ III, p. 40; F. de Aspern, ib. V, p. 171 sq. 2) Dies obitus eius hoc loco demum certe cognoscitur; cf. F. de Aspern in ‘Nordalbing. Studien’ III, p. 220 sq.; Lib. mem. S. Blasii, SS. XXIV, p. 825. 3) Etiam Helmold. I, 40. hoc proelium Kal. Febr. commissum esse scribit, quod revera die Febr. 11. factum est. 4) Hi versus nusquam alibi leguntur. Similes versus de proelio Welpesholtensi vide ‘Forschungen z. D. Gesch.’ XVIII, p. 25, nr. 42. 43. p. 38, nr. 180[3]. 181. XIX, p. 634, nr. 31[a]. 5) Hic annus insertus est ex Ann. S. Blasii, supra p. 18. 6) Klosterneuburg. 7) Haec ex Ann. S. Blasii, supra p. 18, vel Helmold. I, 54; cf. Chron. princ. Brunsv. c. 4. 8) De Henrico filio Friderici I. ducis nihil alibi traditum est. Eadem leguntur apud Henr. de Herv. p. 155, Cronicis Saxonum non citatis. 9) Hic annus ex Annalibus S. Blasii procul dubio sumptus est; cf. Ann. Magd., SS. XVI, p. 181; Ann. Saxo p. 741.

Chr. pr. Sax. avunculi sui exheredavit, et obiit MCXLVI.[1] Hic Fredericus de Beatrice de Burgundia genuit Henricum imperatorem, Fredericum ducem Suevie, Conradum ducem, Ottonem Arglardo[2], Philippum regem[3]. Cui successit filius suus Henricus. Hic adolescens MCLXXXIIII. duxit Constanciam vetulam LX annorum, filiam Rogeri regis Sicilie, Calabrie et Apulie. Quo anno etatis LXXI. in Assisio peperit vel peperisse fingit filium Fredericum. Qui successit Ottoni existens XXIII annorum, et genuit Henricum, Conradum regem, Margaretam et Menfredum; de quibus require in cronicis imperatorum.

De regibus Romanorum.

*f. 18. Contra Fredericum excommunicatum et depositum electus fuit *MCCXLVI. Henricus lantgravius Thuringye. Quo post annum unum defuncto, electus est Wilhelmus comes Hollandie MCCXLVIII, et octo annis supervivens a Frisonibus est occisus. Quo mortuo, habita est mencio de eligendo[a] Ottone marchione Brandeburgensi[b] ad imperium, viro 10
ydoneo et devoto. Sed intervenientе pecunia Rychardus, frater Henrici regis Anglie, comes Cornubie, in regem a tribus electoribus tantum scilicet archiepiscopis Maguntino[b], Coloniensi et palatino, MCCLVII. est assumptus, aliis tribus, scilicet archiepiscopo Treverensi, duce Saxonie, marchione Brandeburgensi[b], eligentibus Alfonsum regem Castelle. Quibus cassatis quę, sub Gregorio X°. MCCLXXIII. mense Octobri Vrankenvorde Rodolfus comes de Haveckesburch concor-
*f. 19. diter est electus. Qui Austriam, Styriam et alias terras, quas rex[c] Boemie Odakerus usurpaverat, *recuperavit et 15
Relat. l. c. 8. MCCLXXVIII. VII. Kal. Septembris[d] in prelio ipsum occidit. Hic[e] duxit uxorem Clemenciam, filiam Conradi
cf. II. 10. ducis de Sceringe. Qua propter consanguinitatem relicta, Mechtildim, filiam regis Anglie, superduxit. De Clemencia tamen filiam[f] habuit, quam Conradi regis filio[g] maritavit. Qui in profectione Ytalica morte obiit inmatura.

Chr. pr. Sax. Dux nonus. Henricus Leo dux IX. congregavit exercitum contra Henricum, vitricum suum, ad ducatum 20
Bawarie recuperandum, sed rege Conrado fratrem suum iuvante, non profecit. Mortuo tamen rege Conrado, vacavit imperium annis sex. Demum successit ei Fredericus, filius fratris Conradi regis Frederici ducis Swevie. Temporibus huius imperatoris MCLVI. ducatum Bawarie recuperavit[7], unde, cum potestas ducis Henrici Leonis invaluisset
*f. 19. super omnes duces *Saxonie et factus esset dominus terre Sclavorum, impetravit ab imperatore auctoritatem dandi et suscitandi et confirmandi episcopatus in omni Sclavorum terra; unde et[c] Zueriuensem et Raceburgensem et Aldenburgensem, 25
qui nunc Lubezensis dicitur, instituit episcopos et confirmavit. MCLXIII. in Lubeke congregacionem instituit clericorum[8]. Anno Domini MCLXXI. Henricus Leo terram suam Wichmanno Magdeburgensi[f] archiepiscopo committens, werra pacata, in qua MCLXVII. castra Haldesleve et Nendorp[9] destructi[g] sunt[10], et[g]
ad Terram Sanctam per terram peregre est profectus, et visitatis locis sanctis et sepulchro Domini, cum gloria in Theuthoniam est reversus. Qui Frederico imperatori obsidenti Mediolanum venienti in auxilium cum mille loricatis, licet 30
*f. 20. humiliter rogaretur ab imperatore, ut maneret, ab obsidione[h] illicenciatus *contumaxque recessit; post annos autem quinque
1180 cum contumelia Mediolanensium perpetua Mediolano[i] destructo, tandem imperator in Theuthonias[g] rediens, in Ghelen-
Apr. 6. husen dominica Iudica[11] celebrata curia, Henricum Leonem, filium avunculi sui, a ducatu et feodis, que ab imperio tenuit, devestivit, vix sibi Luneburch et Bardewic et paucis aliis derelictis. Episcopo Coloniensi contulit Westvaliam,
Lodewicus langravius[12] comes efficitur palantinus MCLXXX. et alia ceteris est largitus; et sic ducatus 35
1195. Saxonie datus est Bernardo, filio Adelberti marchionis[b]. Obiit autem Henricus Leo anno Domini MCXCV.
Aug. 6. VIII. Idus Augusti[13], et reliquid Henricum palantinum Reni, Ottonem imperatorem, Luderum, Ricze heredes et Wilhelmum ex uxore sua Mechtilde, sorore Richardi regis Anglie.

*f. 20. *Wilhelmus anno Domini MCCII. duxit uxorem Helenam, sororem Woldemari[m] regis Dacie, et genuit ex ea Otto-
1213. nem de Luneburch, et obiit anno Domini MCCXIII. II. Idus Decembris. 40
Dec. 12.

Otto vero duxit uxorem Mechtildem, filiam Alberti marchionis Brandeburgensis[b], sororem Iohannis et Ottonis Brandeburgensium[b] marchionum, et genuit ex ea: Ottonem. Hic cadens de vehiculo glaciali mortuus est et Luneburch est sepultus.

---

a. de *iterum add. c.* b) brand' *c., ut cod. Goslar. Chr. pr.* b') et, *quod addit cod. Goslar., deest etiam in fragm. Maderi (2).* c) re *corr.* rex *c.* d) Septembris *c.* e) et, *quod deest in cod. Goslar., habet fragm. Maderi (2);* 45
in *add. c.* f) magd' *c. ut cod. Goslar.* g) *sic c.* h) obinsidione *c.* i) Medialano *c.* k) *in marg. suppl. c.*
l. MCXXI. *c.*; MCXCI. *pro* MCXCV. *infra f. 76. (p. 36) in excerptis ex Arnoldi Chron. legitur.* m) mari *in marg. suppl.*

1. Scil. Fridericus II. dux Sueviae, ut videtur, qui obiit a. 1147. Quod ex Ann. S. Blasii sumptum videtur, nam Ann. Palid. ad a. 1146: *Fridericus dux, frater Conradi regis, obiit.* 2. Nusquam legi hoc Ottonis cognomen. Alibi vocatur Anelant (sine terra) ut in Chron. Ebersheim. c. 35, SS. XXIII, p. 448, ex quo cognomine an hoc corruptum sit, nescio. 3. Nescio an fortuito, miro tamen modo haec conveniunt cum Ottone de S. Blasio c. 10, SS. XX, p. 307. 4. Scil. Henricus Leo (cf. Chron. prine. Brunsv. c. 6; Cron. Slav., infra p. 35). Falso igitur haec hoc loco posita sunt, ad sequens caput trahenda, cui in margine fortasse in autographo auctoris apposita erant. 5. Gertrudem. 6. Fr[illegible]derico. 7. Haec ex Ann. S. Blasii Brunsvic. procul dubio sumpta sunt; cf. Ann. Palid., Magd., Stad., SS. XVI, p. 90. 191. 344. 8. Haec ex Ann. S. Blasii Brunsvic., supra p. 19. 9. Alt-haldensleben, Neindorf. 10. Haec procul dubio ex eisdem Ann.; cf. Ann. Magd., SS. XVI, p. 192; Chron. Montis Sereni, SS. XXIII, p. 153; Gesta archiep. Magd. (codd. B 4. 4°), SS. XIV, p. 416. 11. Haec etiam et quae infra de rebus a. 1180. gestis inserta sunt procul dubio ex dictis annalibus sumpta sunt. Cf. Ann. Pegav., SS. XVI, p. 263, et Chron. Montis Sereni, SS. XXIII, p. 157; infra p. 32. 35. 12. III. Thuringiae, qui a. 1180. factus est comes palatinus Saxoniae. Cf. Chron. Montis Sereni l. l.: *Ludewicus quoque lantgravius Thuringie palatinus comes effectus est.* 13. Etiam infra f. 76. (p. 36) in excerptis ex Arnoldi Chron. dies hic emortualis insertus est.

Albertum. Hic iuvenis existens comitem Conradum de Everstevn contra ipsum episcopum Moguntinum incitantem per pedes suspendit, archiepiscopum[a] Moguntinum in claustro Amelungesborne cepit et castrum Assebôrch optinuit MCCLVII. Intravit Holtzaciam, ipsam rapinis et exactionibus devastans cepit in ea Plone civitatem et castrum. Hic MCCLXIII. V. Kal. Novembris a Thederico marchione MCCLXI.[b] Misnensi cum Henrico Pinguí *comite et fere suis omnibus est captus. Hic primo duxit Elyzabet MCCLXI. VII. Idus Octobris[1], filiam ducis Brabancie, postea filiam marchionis Montis-ferrati Aleydem. Obiit anno Domini MCCLXXIX. in die assumpcionis, Brunswik in ecclesia sancti Blasii tumulatus[2]. Sex filios et unam filiam dereliquid Mechtildem[3]. Iohannem[4], qui duxit filiam Gerardi comitis de Scowenburch. Qui cum Alberto fratre suo terram dividens, Luneburch optinuit principatum. Moriens autem MCCLXXVII. XVII. Kal. Ianu.[3] tutelam liberorum suorum fratri dereliquid. Conradum, qui layeari volens preposituram maiorem in Brema perdidit, postmodum in Verdensem episcopum est electus. Ottonem episcopum Hildensemensem, qui iura sue ecclesie in temporalibus bene defendit; obiit MCCLXXIX[c]. Mechtildim, quam duxit Henricus comes Pinguis de *Anahalt et genuit Ottonem comitem. Helenam, quam primo duxit Hermannus dominus Hassye, filius beate Elyzabet, postea Albertus dux Saxonie; que obiit MCCLXX. Aleydem, quam duxit Hinricus dominus de Hassya, filius filie beate Elyzabet. Helenam, quam duxit Wilhelmus de Hollandia rex MCCLI. et genuit ex ea Florencium comitem Hollandie. Florencius[d] duxit filiam comitis Flandrye. Agnetem[5], quam mater canonicam fecit in Quidelingheburch, postmodum eam fratres sui Wizlao domino Rugie copulaverunt. Obiit autem Otto de Luneburch MCCLII, Mechtildis, uxor eius, MCCLXI; et ei successit Albertus cum Iohanne.

Chr. pr. Sax.

*f. 21.

1261. Oct. 9.

1277. Dec. 16.

*f. 21.

Dux X[us]. Bernardus dux Saxonie X[us]. Hic filius Alberti Ursi, destituto Henrico Leone, anno Domini MCLXXX. factus est dux Saxonie, et ita de semine Wilfildis transivit *ducatus ad semen Eyleke et usque hodie perseverat. Bernardus duxit uxorem Iuttam, filiam Mesechonis ducis Polonie, et genuit ex ea Albertum ducem Saxonie XI. et Henricum comitem de Anhalt et Magonum, qui obiit antequam uxorem duceret. Hic[e] duxit Sophiam, sororem lantgravii Thuringie, et genuit[e] ex ea Henricum Pinguem comitem Ascharie. Hic duxit Mechtildem, filiam Ottonis de Brunswik, et genuit Ottonem etc., et facta est abbatissa in Gerenrode; Bernardum comitem. Hic duxit Sophiam, filiam Abel; Sifridum comitem. Hic duxit Katherinam, filiam regis Swecie[f], et fundavit claustrum sanctimonialium in Kozwic ordinis Predicatorum et duas filias dedit ibi; Albertum, qui factus est frater Minor. MCCLXXXIX. Nonas[g] Augus. obiit; Hermannum prepositum Halberstadensem; Magonum *canonicum Magdeburgensem[h]; Ottonem canonicum Magdeburgensem[h]; Iuttam, quam duxit Nicolaus dominus de Werle et genuit Iohannem; qui duxit filiam comitis Guntheri de Rupin et obiit MCCLXXXIII. Idibus Octobr.; Henricum seniorem, qui duxit filiam regis Swecie[f] Riczam; Sophiam relictam ducis Meranie, quam duxit comes Sifridus de Regensteyn; Heydewigem, quam duxit Bolizlaus dux Slesie, et genuit Henricum ducem de Iawere et Polconem[7]; cui Beatrix, filia Ottonis Magni[8], existens 4 annorum in[i] Spandowe est desponsa[k] anno Domini MCCLXXXIX. XIII. Kal. Maii. Quam in matrimonium duxit MCCLXXXXIIII.[l] IIII. Nonas Octobr., Berlyn nupciis celebratis.

*f. 22.

1289. Aug. 5.

1283. Oct. 15.

1289. Apr. 19.

1294? Oct. 4.

Dux XI[us]. Albertus dux XI[us] duxit Agnetem, filiam Frederici ducis Austrie. Que peperit Iuttam, quam duxit Erichus rex Dacie, et genuit IIII filias. *Postea duxit Albertus Agnetem, sororem Henrici lantgravii Turingie; que peperit Iuttam, quam duxit Iohannes marchio Brandeburgensis[m], et[n] Elyzabet, quam duxit Iohannes comes Holtsacie. Tercio duxit Albertus Helenam, filiam Ottonis de Brunswik, que peperit ei duos filios, Albertum et Iohannem; et obiit Albertus dux MCCLXI. Albertus[o. 9] duxit filiam regis Swecie[p]; Iohannes filiam Rodolfi regis Romanorum; obiit MCCLXIIII.[10]

*f. 23.

INCIPIT GENEALOGIA ILLUSTRIUM MARCHIONUM[q] DE BRANDEBURCH[r].

Eylicham, secundam filiam ducis Magoni, duxit Otto comes Ascharie vel de Ballenstede[11] et genuit ex ea Albertum Ursum. Quem rex Henricus dictus Pribezlaus factus christianus heredem sui consecrivit[s] principatus, cum proprium non haberet heredem, et filium ipsius Ottonem primum de sacro fonte levavit et ei totam Zuchem more patrini donavit. Pribezlao mortuo, *Petrissa, uxor eius, virum inhumatum triduo reservavit, donec Albertus Ursus, marchio veniret et urbem Brandeburch[m] et totam terram possideret. Audiens hoc[t] dominus facto dux Polonie, avunculus dicti regis, manu valida venit et custodibus castri Brandeburch[r] mercede corruptis castrum Brandeburch[r] recuperavit. Audito hoc[t], Albertus Ursus marchio Wichemanni[7] archiepiscopi Magdeburgensis[h] et nobilium fretus auxilio castrum vallavit, tribus in locis exercitum adducens. Anno autem Domini MCLVII. tercio Idus Iunii castrum denuo acquisierunt; et hec est tercia captivitas huius castri. Nam anno Domini DCCCCXXVII. Henricus rex, positis castris in glacie, Brandeburch[r] castrum cepit; et anno Domini MC. Udo marchio cum aliis Saxonibus barbaros qui Lyuthici dicuntur invasit et Brandeburch[r] castrum cepit[u].

*f. 24.

a) arbch'm *c.* b) *hanc numerum hoc loco male insertum cod. Goslar. post* castrum, *Mader post* est captus *habet, unde patet eum in autographo Chronicae princ. Sax. in margine adscriptum fuisse.* c) *sic fr. Maderi* (2) *cum c.*; ob. 1279. *des. cod. Goslar.* d) gen *corr.* duxit *add., sed del. c.* e) gen. *c.* f) Sweuie *c.* g) nanas *c.* h) magd' *c.* i) est *c.*— k) desponsa||sa *c.* l) MCCLXXXIIII. *c.* m) brand' *c. ut cod. Goslar.* n) *post suppl., ut videtur.* o) Abertūs *c.* p) Swieuie *c.* q) march' *c.* r) brand' *c.* s) constituit *Chr.* t) h *c.* u) *in marg. eadem manu suppl.*

1) Tunc defuncta est; post *Elyzabet* igitur supplendum est *que obiit*; cf. Chron. princ. Brunsvic. cont. c. 11, supra p. 26. 2) Cf. ib., p. 27; Lib. mem. S. Blasii SS. XXIV, p. 825. 3) Cf. Chron. princ. Brunsvic. cont. c. 11. 4) Enumerantur reliqui filii Ottonis Pueri. 5) Hoc nomen in Chron. princ. Sax. male omissum et Wizlai auctor ex Chron. princ. Brunsvic. cont. c. 12. supplevisse videtur. 6) Heinricus I. comes de Anhalt. 7) Ducem de Schweidnitz. 8) Vel Longi V. marchionis Brandenburgensis. 9) Male transposita sunt nomina Alberti et Iohannis. Iohannes duxit Ingeburgem filiam Erici ducis de Smaland, Albertus Agnetem filiam Rudolfi regis. 10) Nemo praedictorum obiit a. 1264, Iohannes a. 1285, Albertus II. a. 1298, Helena a. 1273. 11) Cf. supra p. 28, l. 52.

*f. 24. Marchio primus. Albertus Ursus ex uxore sua genuit[a] *Ottonem, Bernardum ducem Saxonie. Iste
1180. Apr. 6. Bernardus MCLXXX. coram Frederico imperatore dominica Iudica Geylenhusen ducatum Saxonie ex sentencia principum optinuit duci H[enrico] abiudicatum[1]; Hermannum comitem de Orlemunde; Albertum comitem de Anhalt[2]; Syfridum episcopum Brandeburgensem[b], postea archiepiscopum Bremensem, et Hadewigem, quam duxit Otto marchio Misnensis[c], et genuit ex ea Albertum et Thidericum. Thidericus duxit sororem[3] lantgravii[4] et genuit Henricum. Qui duxit filiam[5] ducis Austrie[6] et genuit Albertum et Thidericum[7]. Albertus duxit Margaretam, filiam Frederici imperatoris, et Henricum genuit et Fredericum et Thidericum[7].
1258. Thidericus[8] duxit Helenam, filiam Iohannis[d] marchionis Brandeburgensis[b. 9], MCCLVIII, et
1285. Sept. 7. obiit MCCLXXXV. VII. Idus Sep. Hic Albertus, cum dux Luderus rex factus ducatum Saxonie Hinrico
*f. 24'. duci Bawarie, suo socero, contulisset, *pro ducatu Saxonie contendit cum Henrico duce Bawarie coram Conrado rege, licet essent filii duarum sororum; et videbatur Conradus rex Albertum in ducatum[e] firmare, asserens iniustum esse duos tenere quemquam principum ducatus. Occasione cuius occupavit Albertus Ursus Luneburch, Bardewich et Bremam et totam Saxoniam occidentalem, et partes Nordabingorum[f] ei fortiter adheserunt; sed prevaluit dux Henricus. Iste
1129. 1158. Albertus MCXXVIII. castrum Hildegesburch destruxit[10], Terram Sanctam Ierusalem adiit
1170. Nov. 18. MCLVII[11]. Albertus obiit MCLXX. XIIII. Kal. Dec.[12]. Alberto Urso successit eius filius Otto primus.

Marchio secundus. Otto primus. Hic anno Domini MCLXXX. fundavit cenobium Lenynense ordinis Cisterciensis, ubi est sepultus; unde isti versus habentur scripti Lenyn:

Annus millenus centenus[b] octuagenus,
*f. 25. *Quando fuit Christi, Lenyn fundata fuisti.*
1184. Dec. 25. Et anno Domini MCLXXXIIII. in nativitate Domini fundavit Arnesse claustrum ordinis sancti Benedicti; et cito
1185. Mart. 7. post creditur, scilicet Nonas Marcii, obiisse. Hic genuit tres filios, Ottonem, Henricum et Albertum.

Otho Largus[13]. Hic licet uxorem haberet comitis Hollandie[14] Alam[15] nomine filiam[i], eum magna sibi in Worda gloria presentatam, tamen ex ea liberos non generabat. Unde cruce signatus Terram Sanctam et alia sanctorum limina transfretans visitabat. Dominam Alam in villa Sconenwalde[16] miles quidam occidere voluit, pro quo Otto morti[k] militem condempnavit. Hic Albertum fratrem suum terram suam devastantem cepit et in carcerem misit. Tandem compunctus eum de carcere eduxit et heredem eum fore sui dominii[l] prenunciavit. Hic obiit anno Domini MCCV[m].

*f. 25'. *Marchio Henricus. Hic marchiam citra Albiam, videlicet Tangermunde et Stendal et vicina loca, possidens, liberos non habebat, unde et de terra sua episcopatum facere intendens, ecclesiam sancti Stephani in Tangermunde primo construxit. Tandem videns profectum civitatis Stendalensis[n], ibidem ecclesiam sancti Nicolai fundavit, et omnes ecclesias civitatium[o] et villas conferens, anno Domini MCLXXXVIII. prepositum et XII canonicos introduxit. Quam ecclesiam ligno Domini et capitis sancti Bartolomei parte magna et aliis reliquiis et ornamentis plurimis decoravit et a iuriliciono Halberstadensis episcopi dyocesani eximi procuravit; et ut affectum suum ostenderet, in festis cappa serica indutus se inter canonicos collocavit. Et cum postea tantum IIII annis supervixisset, obiit anno Domini MCXCII[p], in
*f. 26 chòro eiusdem *ecclesie tumulatus. Et sic principatus Marchie ad Ottonem et Albertum iure hereditario est devolutus. Hic comes de Tangermunde potius quam marchio dicebatur. Albertus Ottone vivente comes de Arneborch vocabatur.

Marchio quintus. Albertus secundus anno Domini MCCV.[q] cepit. Hic duxit uxorem Mechtildem, filiam Conradi marchionis de Landesberch, et genuit Mechtildem, quam duxit Otto dux de Brunswic, cuius genealogia et successio inter duces est posita Brunswicenses; et filiam, quam genuit[r], lantgravio desponsata; et Iohannem et Ottonem fratres. Hic vir bellicosus forcia bella gessit tam contra Cazimarum[s] et Bolizlaum principes Sclavorum quam contra ecclesiam Magdeburgensem, quam defendebant Gunbertus de Wesoborch[t] et Richardus de Plawe fratres et alii

a) genuit *c.* b) brand' *c.* c) Misenensis *Chr.* d) thid' *c.* e) *alia manu in marg. suppl.* f) ducatu *Chr.* g) *sic etiam Chr.* h) *supplo* et *ex Chr.* i) qđi (quam) *c.* k) *sic c.* l) *sic* (dñei) *saepius c.*; dominii *Chr.* m) *sic recte c.*; MCCI. *Chr. cod. Goslar.* n) Stedalensis *c.* o) omnes alias eccl. civitatis *Chr.* p) *sic recte c.*; MCXXII. *cod' Goslar.* q) *iterum* MCCI. *Chr. cod. Goslar. male.* r) que fuit *Chr.* s) Cazimorum *Chr.* t) Wesenborch *Chr.*

1) Haec ex Ann. S. Blasii; cf. Ann. Pegav., SS. XVI, p. 263; supra p. 30, l. 32 sq. et n. 11. 2) Recte hi filii Alberti Ursi inserti sunt, nescio ex quo fonte. Certe hi non interciderunt in Chron. princ. Sax. cod. Goslar. Neque enim apud Pulcawam hi inveniuntur. 3) Iuttam, filiam Hermanni I. landgravii Thuringiae. 4) Ludowici IV. et Heinrici Rasponis. 5) Constantiam. 6) Liutpoldi VII. 7) Nescio unde haec vera rectaque genealogia marchionum Misnensium sumpta sit. 8) Filius Henrici, non filius Alberti modo nominatus. 9) Vide infra p. 33, l. 51 sq. 10) Immo a. 1129. hoc factum est. Haec ex Ann. S. Blasii procul dubio sumpta sunt; cf. Ann. Saxo p. 766; Ann. Magd. p. 183, 11) Immo 1158. Haec quoque ex Ann. S. Blasii; cf. supra p. 19. 12) Haec quoque, ut videtur, ex Ann. S. Blasii; cf. Ann. Palid. p. 94 (Magd., Stad., Pegav.). 13) Hoc cognomen Ottonis II. nusquam alibi occurrit; *secundus* eius loci habet Chr. 14) Florentii III. 15) Nomen et gens uxoris Ottonis II. antea ignorabatur. Sed, ut G. Sello bene monuit, eadem est *Ada marchionissa de Brandeburch*, soror Wilhelmi (I.) comitis (Hollandiae) et Florentii, quae in duabus cartis a. 1205. occurrit (Riedel, Cod. dipl. Brand. B I, p. 3 sq., nr. 4. 5), quae falso altera uxor Ottonis I. marchionis habebatur. Ala et Ada sunt formae breviatae eiusdem nominis Adalheidis. 16) Schoenwalde (Kr. Stendal), ut videtur. De hac re nusquam alibi quidquam relatum est.

ecclesie ministeriales; unde contra Magdeburgenses[a] castrum forte Wolmerstede [b]edificavit super Oram et Oderbergen[b] super Oderam contra Sclavos. A comite Syfrido de Aldenhusen opidum et castrum Osterburch recuperavit; anno Domini MCCVIII. pridie Kal. Maii castrum Osterburch est destructum. Arnesse claustrum privilegiavit. Anno Domini MCCVIII.[1] Ottonem imperatorem contra Magdeburgensem[a] archiepiscopum, vallando civitatem Borch, potenter duxit; et relinquens Marchie heredes duos filios, Iohannem et Ottonem, adhuc tenellos, obiit anno Domini MCCXX, cum Marchiam strenue rexisset annis XVIII, et sepultus est in Lenynensi cenobio, quod fundaverat cum Ottone fratre suo. Mechtildis vero filios suos ut mater educavit, et multa perpessa a suis baronibus pericula et a duce Saxonie, filiorum suorum recuperate tutele, prudenter Marchiam gubernasse[c]; et ad etatem senilem perveniens, filios et filias Mechtildis filie sue, de Brunswic [d]ducisse, et filiorum suorum Iohannis et Ottonis Soltwedele[d], ubi erat residens, nutriebat. Obiit autem anno Domini MCCLV. Cuius exequias filius eius Otto marchio Brandeburgensis[a] cum uxore Beatrice peragens, corpus eius est personaliter comitatus, et deducens Lenyn, apud patrem suum marchionem Albertum honorifice sepelivit. *f. 27.

Marchio sextus. Iohannes et Otto fratres. Hii ceperunt anno Domini MCCXX, et quia [pueri?] erant, tutorem Henricum comitem de Anhalt[e] habuerunt. Quo tandem a tutela excluso, terram suam consilio matris sue prudenter [f]gubernabant. Postquam autem adolevissent, unus deferens alteri, concorditer, ut fratres decuit, convixerunt; per quam concordiam inimicos eorum subpeditaren[t][h], amicos exaltaverunt, terras et redditus ampliaverunt, fame, gloria et potencia excreverunt. A domino Baruonem terras Barnonem, Teltowe et alias plures obtinuerunt; Ukaram terram usque in Wolsene [g]fluvium emerunt; in Hartone castra ei advocacias comparaverunt; Berlyn, Struxberch[i], Vrankenvorde, Nowin-Tangermunde[k], Stolp, Livenwalde, Stargart, Nowin[l]-Brandeburch et alia loca plurima extruxerunt, et sic deserta ad agros reducentes, bonis omnibus habundaverunt. Divinis eciam officiis intenti capellanos plures tenuerunt, fratres Predicatores, Minores, monachos Cisterciensis[m] ordinis in suis terminis locaverunt. Contra Albertum Magdeburgensem[a] archiepiscopum super Planam fluvium anno Domini MCCXXIX, cum adhuc essent iuvenes, conflixerunt. Anno Domini MCCXXXI. in festo penthecostes[n] Brandeburch[c] milites[o] extant facti. Postea anno Domini MCCXL. de Willebrando Magdeburgensi archiepiscopo et Meynardo Halberstadensi episcopo super fluvium qui Byse dicitur ductis excercitibus, Iohannes marchio, Ottone fratre suo resistente marchioni Misnensi Henrico in [p]partibus Middenwalde[p], gloriosissime triumphavit, et capto Halberstadensi episcopo et baronibus, militibus et armigeris, Magdeburgensis[a] archiepiscopus vix effugit. Tunc vallantes civitatem et castrum Calve funditus destruxerunt. Deinde post annis[q] IIII idem archiepiscopus Willebrandus et marchio Misnensis Henricus misso excercitu copioso prope Brandeburch[c] pervenit. Cui Otto marchio, Iohanne alibi occupato, occurrit[r] et cum eo strenue conflixit inter Brandeburch[c] et Plawe, et nacto triumpho cepit plures; alii fugerunt et tanto impetu pontem Plawe transiverunt, quod ponte facto plures se in Obula submeserunt. Hec et hiis similia episcopis[s] evenientibus, pace inter marchionem Misnensem et Magdeburgensem[a] archiepiscopum reformata, fama et gloria claruerunt. Anno Domini MCCLVIII. paci filiorum et concordie providere volentes terram suam diviserunt, et presente domno Heyderico[t] Culmensi [u]episcopo, ordinis Predicatorum, et aliis religiosis et clericis, litteras divisionem continentes in altari infra missam hinc inde poni iusserunt, et accedens Iohannes cancellatis manibus litteram, quam dextera[u] manu reperit, recepit, et alteram optinuit Otto frater eius, hoc adiecto, quod, si una pars esset altera deterior, ex bonis non divisis, que plura reliquerant, deberet alteri adequari. Cognito autem a sapientibus, quod pars Ottonis esset deterior, non in redditibus, sed lignis, pascuis et terrarum qualitatibus, et quod Iohannes fere centum milites plures haberet quam Otto, adiecit Otto pacti sue de consensu Iohannis castrum et terram Lubusanam et castrum Alvensleve et comiciam, quam tunc emerant ab electo Halberstadensi. Anno autem Domini MCCLXX. . . . . [v] frusta reddituum, elegit antiquam civitatem Brandeburch[c] [w]et terminos additos, Ottoni fratri suo nova civitate Brandeburch[c] cum terminis[w] appositis dereliquit; et extunc [x]alteruter expensas habuit singulares, cum antea fere XL annis de expensis communibus convixissent. *f. 28. *f. 29.

Iohannes duxit uxorem Sophiam, filiam Woldemari regis Dacie, sororem Erichi[x] regis, nobilem genere, sed moribus nobiliorem, et genuit Iohannem. Qui licet desponsatam haberet filiam regis Alfunsi[y], dicte Castelle, vivente tamen adhuc patre duxit filiam domni Nicolai Hedewigem; obiit MCCLXXXI. IIII. Ydus Septembr., sepultus Coryn; Hedewigis obiit MCCLXXXVII. VII. Idus Sept., sepulta ibidem[2]; Ottonem, qui duxit excercitum contra Magdeburgenses[a], et inter Vrose et inter Magdeburch[a] cum ipsis confligens in bello captus est anno Domini MCCLXXVIII. IIII. Idus Ian. In cuius vindictam Iohannes et Conradus, fratres eius, adiuncto sibi Alberto duce de Brunswic totam terram ecclesie Magdeburgensis[a] depopulantes, castrum Hunolderburch[z] et Osvelde[a] ceperunt. Otto duxit [a]uxorem Eylicham, filiam Iohannis comitis Holsscie; Conradum, qui duxit uxorem Constanciam, filiam Primislai[b] ducis, cum magna parte terre iuxta Wortam; que obiit MCCLXXXI. VI. Idus Octobr.[3]; Erichum, qui factus est canonicus Colonienis, Magdeburgensis[c], Halberstadensis[d]; Helenam, quam duxit marchio Thidericus Misnensis. 1281. Sept. 10. 1287. Sept. 7. *f. 29. 1281. Oct. 10.

Sophia, uxor Iohannis, obiit in Dacia, quo iverat ad concordandos fratres suos regem Dacie Erichum et ducem Abel, et sepulta Ripis apud fratres Minores anno Domini MCCXLVII.[e] IIII. Non. Novembris. Qua defuncta, duxit Iohannes uxorem Iutam, filiam Alberti ducis Saxonie, Frederico imperatori quondam desponsatam, et genuit ex ea Albertum,

a) magd' *c.* b) Oderberg *c. ut Chr.* c) gubernabat *Chr.* d) Soltwebele *corr.* Soltwedele *c.* e) brand' *c.* f) *ex Chr. suppl., deest c.* g) Anahald *Chr.* h) subpeditaverunt *Chr.* i) Berlin, Struxeberch *Chr.* k) Novum Angermunde *Chr.* l) Novum *Chr.* m) cisi *c.* n) penthec̄ *c.* o) of *add., sed eras. c.* p) Middewalde *Chr.* q) *sic c.*; annos *Chr.* r) occucurrit *c.* s) *sic c.* (ēpis); ipsis *Chr.* t) Heidenrico *Chr.* u) detera *corr.* dextera *c.* v) *supple ex Chr.*: Iohannes, licet apposita essent ad aliam partem MCC; *nulla lacuna in c.* w) terris *Chr.*; *sed et Pulkawa:* cum suis terminis. x) Erici *Chr. semper.* y) Alfusi *Chr.* z) Hunoldesborch *Chr.* a) *lege* Osvelde, *ut Chr. habet.* b) Primizal, *inter* z *et* a *superscr.* i *vel* l. c) magd' *c.* d) halber' *c.* e) MCCLXLVII *c.*

1) Sic falso distinctum est in codice. A. D. 1208. ad praecedentia trahenda sunt. Demum a. 1217. Otto oppidum Burg obsedit. 2) Cf. inscriptiones coenobii nigri Prenzlavensis, quas exhibet Riedel, Cod. dipl. C I, p. 13, nr. 10: *Anno Domini MCCLXXXI. IIII. Idus Sept. obiit marchio Iohannes, fundator istius concentus. Anno Domini MCCLXXXVII. V. (non VII) Idus Sept. obiit domina Hedwig, uxor marchionis predicti, que dedit nobis ortum.* 3) Constantia iam die Oct. 9. aut paucis diebus antea obiit, nam, ut G. Sello monuit p. 145, n. 40, die VII. Id. Oct. a. 1281. Conradus Chorinensi coenobio donationem fecit *compunctus . . . transitu dilecte nostre coniugis domine Constantie Brandenburgensis marchionisse, dicte de Polonia,* Riedel, Cod. dipl. A XIII, p. 222.

Chr. pr. Sax. Hermannum et Heinricum, Mechtildem et Agnetem. Quarum unam duxit rex Dacie, alium Bolizlaus, filius Boroimi.
*f. 30. 1287. Iutta obiit MCCLXXXVII. X. Kal. Ian.[1], sepulta Stendal *apud Minores. Iohannes, quia VII habe-
Dec. 23. bat filios et tres filias, res conservabat et satis large oportuno eas tempore distribuebat. Obiit autem anno Domini MCCLXVI, sepultus in abbacia Chorinensi Cisterciensis[a] ordinis, quam ipse fundavit et multis redditibus locupletavit.

Marchio septimus. Otto tercius duxit uxorem Beatricem, [filiam[b]] regis Boemie, et genuit ex ea
1244. Iohannem de Praga MCCXLIIII. VIII. Idus April., Ottonem Magnum, Albertum, Ottonem, Conegundim, Mech-
Apr. 6. tildim. Hic homo devotissimus ieiuniis, vigiliis, oracionibus, genuflexionibus, flagellacionibus et hujusmodi cogebat corpus spiritui famulari, ita ut pre nimiis veniis iuxta genua sua caro ad modum duorum excreverat pugillorum. Omni sexta
*f. 30. feria in memoriam Christi passi se pungens unguibus vel acubus fecit, ut *sanguis eius de suo corpore emanaret.
1252. Mart. 25. Anno Domini MCCLII.[2] in die annunctiacionis beate virginis Marie fratres Predicatores[c], quos ex corde dilexit, Struzeberch collocavit et eis aream in loco castri sui et bibliam glosatam de C. marcis et ex-
1253. Iul. 22. pensas ad structuram claustri et ecclesie et plura alia ministravit. Postea anno Domini MCCLIII. XI. Kal. Augusti ipso procurante receperunt fratres ordinis predicti domum Sehusen et manserunt inter duas civitates[d] in curia, que fuerat domni Petri de Gardiz militis, sita super aquam, ebdomatibus fere tribus; deinde[e] ceperunt edificare iuxta ecclesiam sancti Iacobi in fine veteris civitatis et illam annis XIII habuerunt; et castellum domni marchio-
1262. nis complanantes pomerium et latam aream possederunt. Anno autem Domini MCCLXII.
*f. 31 idem illustris marchio Otto in loco, ubi diciores manserant, *in nova civitate Sehusen fratribus pro C viginti talentis aream comparavit. Et positus est lapis primarius monasterii
Iun. 11. III. Idus Iunii, et fratres operi fortiter insistebant. Apud ecclesiam tamen beati Iacobi fratres usque ad consummacionem dormitorii permanebant. Quinto denique anno postquam
1266. Sept. 10. primarius lapis fuerat positus, videlicet anno Domini MCCLXVI, IIII. Idus Septembr. iidem fratres ecclesiam sancti Iacobi deserentes ad locum sibi preparatum, domno Henrico Havelburgensi episcopo et multis aliis religiosis presentibus et utriusque sexus magna multitudine congregata, se sollempniter transtulerunt. Nec silencio pretereundum, quod huius illustris Ottonis devocio ad devocionem alios provocavit. Nam eius notarius febre in die
1259. Apr. 6. palmarum correptus et apud Sanctum Iacobum, ubi fratres tunc manebant, in infirmaria
*f. 31. fratrum se deponens, et[f] postera die, audita inopinata *morte domni Herberti de Huchtenhagen, statim ordini se devovit, et quod Sehusen voverat, secundum consilium fratris
Apr. 16. votum eius recipientis XVI. Kal. Maii, que tunc erat quarta feria post[g] pascha, Struzeberch adimplevit anno Domini MCCLIX; postmodum eciam[h] de capellanis eius et camerarius uxoris eius Predicatorum ordinem intraverunt. Multis eciam militibus et armigeris inputabatur, quod ei placere cupientes in aqua et pane singulariter ieiunarent aut in ecclesia venias et genuflexiones facerent aut alia perficerent opera pietatis; nam hec facientes pre ceteris diligebat. De uxore sua libentissime dici audiebat, quod se aliquibus misericordie operibus, ieiuniis, abstinenciis, oracionibus excercebat et mundi se operibus abdicaret. Postea fratres Sehusen promovere volens eis ad libros contulit C marc. Hic anno Domini MCCLXIIII.
*f. 32. *filiam suam Conegundim maritavit Bele, filie Bele regis Ungarie, fratris benedicte[i] Elizabet, et rex Boemie cum gloria nupcias celebravit. Quo defuncto, cum de Luneburch[k] duce matrimonium egit. Mechtildim aliam filiam domino Barnum[l] dedit. Hic Barnum[l] obiit anno Domini MCCLXXVIII. Idibus[m] Novembr., relinquens III filios et II filias, et sepultus est Stetyn in ecclesia canonicorum. Hic Otto anno Domini MCCLXVI. in Pruciam contra Sarracenos vadens, cum non[n] permissus fuisset confligere cum eisdem, firmum rastrum Brandeburch[o] in terra condidit Pruconorum. Obiit autem Brandeburch[o] audita missa de sancta trinitate in die dominica devotissime, presentibus pluribus fratribus Predicatoribus[p] et multis aliis desideratis, anno Domini MCCLXVII. in die sancti Dionysii. Cuius corpus
*f. 32. Beatrix, uxor eius, cum Iohanne et Ottone filiis suis *deducens Struzeberch[q] in choro ecclesie fratrum Predicatorum[q], quam fundaverat et ubi sepulturam elegerat, presente Conrado Magdeburgensi[r] episcopo, missam celebrante, et domno Wilhelmo episcopo Lubusano, coram positis[s] suis patruelibus[s], principibus, comitibus et nobilibus honorifice sepelivit.
1286. Maii 25. Beatrix obiit MCCLXXXVI. Urbani pape[3], Wratizlavie apud Sanctam Claram sepelitur.
1268. Iohannes de Praga, primogenitus Ottonis, qui miles factus fuerat in nupciis sororis sue Conegundis, eodem anno, quo pater obierat, ad torneamentum Merseburch vadens post pascha, hasta Iesus et a suis male custoditus, nocte mortuus est inventus; et quia in torneamento[t] occasionem mortis susceperat, sepultura sua dilata est, tandem in Leynensi cenobio cum suis atavis est sepultus.

a) cist' *c.* b) *ex Chr. suppl., deest c.* c) predicat' *c.* d) civitat' *c.* e) dem' *c.* f) *-detendum.* g) p° post *(bis scr.) c.* h) *supple* quidam. i) ben *c., ut supra p. 27, l. 7*; beate *Chr.* k) *sic falso c. pro* Limburch, *ut Chr. recte habet, sed etiam Pulkawa* (duci Luneburgensi) *et Exc. Chron. princ., SS. XXV, p.* 482 (Luneburgk) *hoc mendum habent.* l) Barnem *Chr.* m) *sic recte hic c.; quod in cod. Goslar. corruptum est* in diebus. n) *sic habet c., quod* non *in cod. Goslar. omissum est.* o) brand' *c.* p) Struzeberch *Chr., etiam supra l. 11.* q) pred' *c.* r) magd' *c.* s) *sic falso c. (Otto III. nullos habuit patrueles);* fratruelibus *Chr.* t) torn|to *c.*

1) Haec quando obierit, antea ignorabatur. 2) Anno 1254. hoc factum esse dicitur in Chr. princ. Sax., sed qui hanc relationem de conventibus Praedicatorum in Straussberg et Seehausen fundatis inseruit, hoc prudens et sciens immutavit. Cf. 'N. Archiv' XVII, p. 176. 3) Quando obierit, antea ignorabatur.

CRONICA SLAVORUM

AUCT. CANONICO S. BLASII BRUNSVICENSIS.

In codice Treverensis civitatis nr. 1199, *ex quo iam tria praecedentia monumenta edidimus, f.* 53—64. *et* 73—79. *legitur epitome brevissima ex Helmoldi et Arnoldi Chronicis Slavorum facta ab eodem canonico S. Blasii Brunsvicensis, qui circa a.* 1295. *collectionem codicis Treverensis congessit*[1], *aucta paucissimis additamentis ex tribus monumentis praecedentibus*[2] *vel aliunde sumptis. Priore parte ex Helmoldi Chronica male excerpta omissa, posteriorem tantum edidimus, pretio quidem omnino paene carentem, quam tamen ab auctore Cronicae Saxonum, cuius fragmenta apud Henricum de Hervordia exstant*[3], *cum duobus aliis monumentis collectionis Sanblasianae exscriptam esse ostendi*[4]. *O. H.-E.*

CRONICA SLAVORUM.

f. 53.

Sclavorum populi multi sunt habitantes in littore Balthici maris. Quod ideo Balthicum dicitur, quia in Helm. I, 1.

. . . . . .

Ecwardo[5] successit Wigo, Wagoni Ezico, Eziconi Volwardus, Wolwardo Reymbertus. Cui Benno. Cui Meymbertus[6]. Cui Abelinus. Cui Ezo. Cui Wizelinus. Cui Geroldus. Cui Conradus. Abbas Richardus. Qui[7] cum duce Henrico transfretans in Tyro est sepultus. Cui Egidius[8] abbas Sancti Egidii. f. 56'. lb. I, 14. 17. 69. 79. II, 1. I, 15.

Tunc Haroldum christianum Dacorum regem filius eius Swein Otto populit et in conflictu *vulneratum . . . . . *f. 57

. . . . . f. 62.

Iste Hartwigus[9] nobilis genere Wicelinum sacerdotem iam senum in Aldenburgensem episcopum, in *Mikilinburch I, 69. Emmehardum episcopum statuit, et ambos Rosenvelde in suos suffraganeos consecravit. *f. 62'. Hic Hartwigus ecclesiam in Ierichowe dicitur fundavisse.

. . . . . .

Postea comperta cognacione inter dominam Clemenciam, uxorem suam, dux[10] eam deseruit et Mechtildem, regis Anglie filiam, superduxit; habuit ex ea filiam Rixam[11] nomine[a], *quam regis f. 64'. Helm. II, 10. *f. 73 Conradi filio Frederico matrimonio copulavit. Quo expedicione Ytalica moriente, Woldemari regis Dacie filius[12] eam duxit. Anno Domini MCLXVIII.[b] Woldemarus rex Dacie Slaviam devastavit, 1168. Rugiam quoque christiano cultui subiugavit et tributum annuum, quod terre inposuerat, cum duce Henrico amicabiliter est partitus[13]. Mortuo autem Woldemaro, Kanutus, filius eius, regnavit Arn III, 2. pro eo, qui sororem suam Frederici imperatoris filio desponsavit[14].

Henricus autem Leo terram sanctam Ierosolimitanam peregre profectus, visitans per terram, I, 1—4. ab imperatore Constantinopolitano honorifice est susceptus, et ad sepulchrum Domini offerens dona II, 7. 12. pulcherrima, Hospitalarios quoque et Templarios honorans armis et muneribus, *sorpes ad propria est *f. 73'. reversus. Ecclesiam quoque sancti Blasii in Brunswic in urbe, cuius fundator erat, reliquiis sanctorum et ornamentis plurimis decoravit[15]. His gestis, Fredericus imperator duci Henrico II, 12. indignatus, quod, licet ad eius pedes provolutus, secum ire in Ytaliam recusaret, sentencia principum II, 10. tamquam reum lese maiestatis ab omnibus principatibus absolvit; unde Philippus Coloniensis episcopus Westvaliam occupavit[16], Wichmannus Magdeburgensis[c] episcopus Haldesleve acquisivit[17]; partes tamen ducis adiuverunt in Westvalia Adolfus comes de Scowenborch, Bernardus de II, 13.

a) *f.* 65—72. *sunt quaternionis hoc loco male inserti, qui partem Cronicae Boemorum continet.* b) MCLXIIII, *c., dubium igitur, num legendum sit* MCLXVIII. *an* MCLXVIII. c) magd' *c.*

1) Cf. 'N. Archiv' XVII, p. 176. 180. 2) Videlicet Ann. S. Blasii, cuius fragmenta supra edita sunt, et genealogiis supra editis. 3) Ed. Potthast p. 159 sq. 173 sq. 4) 'N. Archiv' I. I.' p. 177 sqq. 5) Episcopo Aldenburgensi. 6) Lege *Meynherus*. 7) Scil. Conradus episcopus Lubicensis (cf. Arnold. I, 8). Quid velit *Abbas Richardus* interpositus, nescio. 8) *Henricus* legendum videtur. Qui successit Conrado episcopo Lubicensi; Arnold. I, 13. 9) I. archiepiscopus Hamburgensis. 10) Henricus Leo. Haec partim ex Helmold. II, 10, partim ex Chron. princ. Brunsvic. c. 6, supra p. 24. sumpta videntur. Cf. Chron. princ. Sax. ampl., supra p. 30. 11) Immo Gertrudem. Rixa fuit filia Mathildis; quod nomen auctor ex Chron. princ. Sax., supra p. 30. sumpsisse videtur. 12) Kanutus; cf. Helmold. II, 14. 13) Nescio an haec partim ex Ann. S. Blasii, partim ex Helm. II, 12—14. sumpta sint. Cf. Ann. Magd. 1169. 14) Immo pater eius Waldemarus eam Friderico filio imperatoris desponsaverat. 15) Cf. Arnold. I, 12. 16) A. 1180. Cf. Chron. princ. Sax., supra p. 30. 17) A. 1181. Cf. Chron. Montis Sereni, SS. XXIII, p. 158; Ann. Palid. et Pegav., SS. XVI, p. 95 sq. 264. Ex Arnold. II, 11. hoc auctor sumere non potuisset. Sequentia descripta sunt in Cron. Sax. apud Henr. de Hervordia ed. Potthast p. 160 sq.

Arn. II. 13. Raceburch, Bernardus de Welpin, Gunzelinus de Zwerin, Ludolfus et Wilbrandus de Halremunt comites, et Westvalos
*f. 74. II, 14. iuxta Osenbrugc in prelio contriverunt. *Misso eciam exercitu dux Halberstad exussit, Odelricum episco-
II, 3. pum cepit, sancti Stephani semiustas reliquias asportavit. Iste Odelricus tempore scismatis exulans, quod
XX annis duravit, anno Domini MCLXXVII. est sedatum. Redienaque, Gerone fugato antiepiscopo, facta
eius omnia irritavit; unde corpus beati Burchardi episcopi, quod Gero transferri procuraverat, humi[a] re-
II, 16. ponebat. Lantgravius quoque Thuringie Lodowicus et frater suus Hermannus a duce in Thuringia sunt
II, 19. captivati. Cepit eciam Bernardum comitem dux[b] de Raceburch cum filio suo Volrado et castro Raceburch et Godebuz[c],
II, 20. Imperator autem in terram ducis intrans iussit Philippum Coloniensem episcopum servare Brunswic, Ber-
nardum vero ducem et fratrem eius Ottonem marchionem Brandeburgensem[d] cum aliis principibus orientalibus propter[e]
*f. 74. Luneburgenses *Bardewich deputavit. Habuit autem imperator in suo comitatu Wichmannum Magdeburgensem[f] archi-
episcopum, episcopum Bavenburgensem, abbates Voldensem, Corbeyensem, Herveldensem, Ottonem marchionem
II, 21. Misnensem; et videns dux apropinquare imperatorem, Stadium introivit. Imperator autem cum Woldemaro Daco-
II, 22. rum rege terra marique civitatem Lubeke vastans, ipsamque est potitus. Iade versus Luneburch se diri-
gens imperator duci ad se ducatum prebuit veniendi. Postmodum Erbisfordie veniens, graciam optinuit,
et Sifrido episcopo Bremensi civitatem Stadium dereliquid, terram suam per triennium abiuravit, et sic in
Angliam cum uxore sua et liberis introivit.

IV, 4–6. *f. 75. Anno Domini MCLXXXVII. IIII. Kal. Octobr. capta est *Ierusalem a Saladino rege Sarracenorum; capta est
prius Accon, et vastata fere omni Terra Sancta, captoque rege Ierosolimitano, et a Sarracenis
ligno Domini asportato, papa Gregorius calamitatem ecclesie deflens, litteris suis ad peregrinandum
IV, 7–12. populum christianorum hortabatur[1]; unde imperator Henricus[2] cum magno exercitu adiit Terram
Sanctam, transiens tantum vadum quod dicitur Brachium Sancti Georgii navibus, per alia loca sicco per
IV, 13. terram vestigio transmeabat; et veniens in Terram Sanctam, victoria obtenta a filio Saladini, cum
quendam fluvium Saleph nomine rapidum transire vellet, imperator aquis interiit suffocatus. Dux quoque
V, 1. Swevie, filius imperatoris, mortuus est post paucos dies. Quo audito, Henricus dux de Anglia est reversus
*f. 75. et benigne ab archiepiscopo Bremensi Hartwico[g] *receptus, in civitate Stadio se collegit. Holzati quoque et
V, 2. Stormarii ei adheserunt; unde collecto exercitu civitatem opulentam Bardewic vallavit; et cum burgenses
eam tradere nollent, immo opprobrose anos ostenderent[3], vi eam[h] optinuit et funditus deva-
V, 3. stavit. Quod audientes Lubicenses suam civitatem ei pacifice subdiderunt. Quod audiens Henricus
indignatus rex Brunswic obsedit, sed non prevaluit; tandem reconciliatus regi, muros Brunswic irrum-
pere spospondit et castrum Louenburch devastare; optinuit eciam medietatem civitatis Lubeke, alia
V, 10. 12. medietate Adolfo comiti derelicta. Qui Adolfus postea et Stadium et Lubeke obsidens optinuit et pos-
V, 20. sedit. Henricus autem dux iunior, filius senioris Henrici, pulcher facie, pulchrior *generositate, pul-
*f. 76. cherrimus virtuositate, duxit filiam comitis palantini. Qui quoniam patruus imperatoris erat, per has nup-
cias rancores imperialis animi sunt sopiti, ita ut quidquid comes palantinus[i] ab imperio teneret,
imperator iuveni palantino Henrico liberaliter et voluntarie porrigebat. Dux autem senior Deo et
1195. Aug. 6. sibi intendens, reliquum vite sue Brunswic exegit, anno autem Domini MCXCV.[k] VIII. Idus Augusti
in Domino obdormivit. Reliquid autem heredes Henricum palantinum, Ottonem imperato-
rem, Luderum et Wilhelmum et filiam nomine Riczam[4].

De Ottone imperatore.

VI, 1. Otto[5] autem, mortuo Henrico imperatore, in Pictavia existens, ab Adolfo Coloniensi episcopo, vices Con-
*f. 76. radi archiepiscopi Moguntini habente, Treverensi et Henrico palantino Reni et aliis in Colonia *in regem eligitur
VI, 2. Romanorum, et sua electio a papa Innocencio tercio confirmatur. E contrario Philippus, frater regis mortui,
quem iuvabant multi Saxonum[l], Franconum, Swevorum et Bawarorum, fratri succedere aspirabat[m], utpote qui loca
munita, civitates et castra possidebat; unde coadunatis regibus et principibus et prelatis, in regem in Moguncia
est electus et a domino Tarentino archiepiscopo consecratus. Dux quoque Boemorum ad maiorem honorem
provectus[n] est in regem Boemorum sublimatus. Qui et ante Philippum gladium preferebat. Philippus
igitur Coloniam ire volens et Mosellam fluvium cum exercitu transire parans violenter est ab Ottonis militi-
*f. 77. VI, 4. bus *impeditus, et sic facta strage, Philippus ad propria est reversus. Postea collecto exercitu Philippus
Brunswic circumvallavit, et absente Ottone Henricus palantinus pro se et pro civitate fortiter dimi-
cavit; patrocinio beati Auctoris archiepiscopi[o] Treverensis, cuius corpus in ecclesia sancti Egidii Brunswic
requiescit, suffultus hostes abire coegit. Has reliquias Gerthrudis, uxor Ecgberti marchionis, fundatrix
VI, 5. dicte ecclesie, ibi cum reliquiis Thebeorum martyrum honorifice collocavit. Rex Boemie Philippum dese-
VI, 8. rens cum Hermanno Thuringie lantgravio pro Ottone tam Thuringiam quam Misnam usque Hallis devastavit;
post hec Philippus Wicense civitatem obsedit; unde langravius, ab eo fugiente Ottakero Boemorum rege, an-
*f. 77. VI, 5. gustiatus *redire ad suam graciam est compulsus. Otto autem, ut Goslariam in arto poneret, castrum
VI, 7. Harlungeberge dictum[p] edificavit. Postea Ottone Colonie morante, Guncelinus dapifer Ottonis Goslariam vi intravit
VII, 1. et eam Ottoni venienti de Colonia presentavit. Deinde Coloniensis archiepiscopus, prece[q] et precio

a) humu *c.* b) dux. *(cum puncto) c.* c) *sic Arnold. et Cron. Sax.;* Godebur *c.* d) brand'e *c.* e) pp *c.*
f) magd' *c.* g) Hartwi|| *c.* h) *bis scr. c.* i) palanti' *c.* k) MCXCI. *c., sed in Cron. Sax. apud Henr. de Herv.*
p. 160, ubi haec exscripta sunt, recte 1195. l) saxonũm *c.* m) aspirabant *c.* n) adprovectus, ad *advas. c.*
o) arbcb'i *c.* p) dr *c.* q) precio *etiam h. l. c.*

1) Hoc Clemens III. papa fecisse, Gregorii obitu commemorato, Arnoldus II, 6. scribit; quod auctor negligentius excerpendo non vidit. 2) Nescio num scribu an auctor errorem gravissimum commiserit. 3) Hoc nusquam alibi nisi in Chron. Bardevic., Leibnit., SS. rerum Brunsvic. III, p. 217. legitur. 4) Haec ex Chron. princ. Sax., supra p. 30. Sed diem emortualem ex necrologio vel Ann. S. Blasii auctor sumpsit. 5) Sequentia exscripta sunt in Cron. Sax. apud Henr. de Hervordia p. 173 sq.

mediante comite Iuliacensi inductus, Ottonem insciis Colonienſibus deseruit et Philippum Aquisgrani in regem Arn. VII, 1.
coronavit. Quod cum pape innotuisset, et se corrigere noluisset, eo deposito, est Bruno Bunnensis pre- VII, 3.
positus in archiepiscopatu substitutus. Interim Philippus multos pecunia corrumpens, Coloniam sub- VII, 5.
intravit, et Ottone clanculo fugiente, Bruno episcopus captus est et Philippo presentatus; [a]quem diu f. 78.
in captivitate tenuit, Herbipoli rolegavit. Demum dominus papa Hugonem episcopum et Leonem cardinales misit, VII, 6.
ut inter Ottonem et Philippum[a] concordiam ordinarent; qui nichil proficientes, a Philippo hono- VII, 11.
rati muneribus redierunt. Anno Domini MCCVIII. Philippum in Bavenberch excepertum congregantem VII, 12.
Otto de Wedelungesbach palantinus eius circa festum beati Johannis baptiste in cubiculo interfecit; et eo ibidem
tumulato, prevaluit pars Ottonis. Interfectorem filius Wulf viri nobilis, quem eciam occiderat, postmodum VII, 14.
interemit. Igitur post mortem Philippi in Halberstad Otto in magna multitudine Saxonum et Thuringiorum in VII, 13.
regem denuo est electus; deinde in festo Martini Vrankenvorde[b] posita curia famosa, principes Franconie, Swevie VII, 14. f. 78.
et Bawarie Ottonem regem unanimiter receperunt; ubi ei omnia imperialia insignia presentata, post- VII, 15.
modum in terra Plisnensi[c] recepit[1] Otto patrimonium Rabodonis cum castris Lisnic et Coldiz, et rediens VII, 16.
Brunswic cum ingenti turba episcoporum, principum et baronum peregit festum cum gloria pentheſ-
costen[d]. Inde vadens Herbipolim, in dominica *Domine in tua* cum laudibus receptus est; ubi invenit Hugonem VII, 17.
Hostiensem, Leonem Sabinensem episcopos cardinales cum episcopis et principibus multis et nobilibus ei
casus prosperos optantibus et eventus. Ubi Beatricem, filiam Philippi, cum dispensacione consangui- VII, 18.
nitatis recepit cum multis diviciis in uxorem. Tandem ad coronacionem suam tendens, de Augusta
ad Alpes veniens, et Longbordia cum pace et gloria [a]pertransita, Biterbii papa Innocencius ei occurrit, et f. 79.
devotissime hunc recepit, et sic VI[e] feria post festum Michahelis, quod tercia[e] feria fuerat, ad apostolorum VII, 19.
limina veniens, in sequenti dominica, qua cantatur *Da pacem*, est sollempnissime coronatus; post corona-
cionem pape strepam tenens ad propria hunc deduxit et lautissime procuravit. Otto imperator
obiit anno Domini MCCXVIII. XIIII. Kal. Iunii. 1218. Maii 19.

CRONICA BOEMORUM

AUCT. CANONICO S. BLASII BRUNSVICENSIS.

Ut epitomen chronicorum Slavicorum canonicus ille S. Blasii Brunsvicensis collectioni suae historiarum, quam codex Treverensis civitatis nr. 1199. *continet, f.* 35—41'. *et* 65—72.[2] *etiam Cronicam brevem Boemorum inseruit, excerptam ex Cosmae Pragensis Chronico eiusque continuationibus, videlicet Continuatione Wissegradensi, Continuatione canonicorum Pragensium a.* 1140—1193, *Annalibus Pragensibus a.* 1196—1261, *Historia Wenczlai I, Annalibus Otakarianis. In exemplari Cosmae, quo usus est, quaedam a canonicis Wissegradensibus addita fuisse videntur, et exemplar Annalium Pragensium ab eo adhibitum nescio an quaedam aliter scripta, quaedam addita habuerit, quae in exemplaribus servatis non leguntur. In extrema parte epitomator ipse perpauca addidit, quae quidem non omni carent pretio. Unde libellum hunc integrum exhibere mihi visum est, multis vitiis, quae epitomator commisit, non emendatis.* *O. H.-E.*

INCIPIT CRONICA BOEMORUM. f. 34'.

In[f] Europa sita est Germania. In cuius aquilonarem plagam[g] Boemus senior et maior inter socios locum[h] f. 35. Cosm. I, 2.
undique montibus circumdatum intrans[i] a suo nomine Boemiam nominavit. Et ob parentis simplicitatem
incolarum nullus est alii dominatus, sed feris et pecudibus, piscibus et agri culture labori-
bus victum querentes, potum de melle, quo habundabant, faciebant[3], vestitum de pellibus bestia-
rum. Inter quos vir quidam nomine Crocco extitit oriundus, qui iudicii discrecione aliis consulens, genuit III ib. I, 3. 4.
filias. Prima Kazi, secunda Teclika, tercia Lubossa dicitur nunccupata. Prima vires herbarum experiencia
noscens multos restituit sanitati, carminibus eciam usa fuit. Unde et Boemi, quando aliquid est per-
ditum, quod rehabere desperant, dicunt: 'Illud nec ipsa Kazi poterit recuperare'. Eius usque hodie cernitur tumulus

a) phhilippum *c.* b) vrakenvorde *c.* c) pilsnensi *c.* d) pentheē *c.* e) *bis scr. c.* f) Iin uopo sita est Germ. *(deteriis iis quae olim scripta erant) recentiore manu suppleta sunt.* g) *supplevi ex Cosma, deest c.* h) *haec vox legi nequit in c.* i) intus *c.*

1) Male intellexit auctor verba Arnoldi. 2) Hic quaternio a bibliopego falso loco insutus est. 3) Similia, non eadem habet Cosmas I, 2. 3.

Corm. I, 4. *f. 35. alie[a] congestus super ripam fluminis Mze. Secunda, Thĕka scilicet, castrum Tekhyn iuxta fluvium *Maam edificavit. Hec incolis Driadas et Amadriadas colendi et ydolatrandi exemplum dedit. Tercia, Lubossa scilicet, urbem tunc potentissimam construxit et Lubossam ex suo nomine nominavit. Hec philonico spiritu populo multa predixit futura. Et quia quandoque, ut prodixerat, sic evenit, Boemi eam sibi iudicem prefecerunt. Que cum

I, 5–7. inter causas duorum magnorum de agris vicinis contendencium iudicaret, et de illo qui in causa 5 ceciderat contumelias esset perpessa, quod femina iudex esset, callidítate sua viro cuidam in villa Zcaditi agros habenti nomine Primizl nuncios misit et invitans ad terre regimen ei nupsit. Primizl autem rusticus ad tantum domineum[b] vocatus coturnos[c] suos subere consutos secum tulit et ob memoriam sue sortis servari fecit. Qui dicuntur in Praga ad meridionalem plagam in ecclesia Wise-

I, 8. 9. *f. 34. gradensi in camera ducis usque hodie observari. Hic Primizl legibus et plebiscitis *fadomitam perdomuit Boemorum gentem, Pragam Boemie metropolym super fluvium Woltom condidit. Huius tempore oppidum Wissegrad est constructum. Primizlaus plenus dierum obiit. Cui successit 2.[d] Nezamizl. Cui 3. Mnata. Cui 4. Wogen. Cui 5. Witoslav. Cui 6. Crezomizl. Cui 7. Neclav. Cui 8. Gostivit in ducatu successit. Qui

I, 10. genuit 9. Borivoyg. Qui primus dux baptizatus est a Metudio episcopo Moravie temporibus Arnulfi imperatoris et Zustopluk Moravie regis. Tempore Neclav Boemorum ducis Polomian[b] parti profuit dux Wratizlaus, vir bellicosus, qui 15 urbem Wratizlaviam condidit et suo nomine nominavit. Qui contra Boemos arma capescens ab ipsis dicitur superatus.

I, 14. Anno Domini DCCCXIIII. dux Boriwoy baptizatus est. Eodem anno Zuatopluk rex Moravie, qui sibi Boemiam

*f. 34. et Poloniam usque ad Oderam fluvium et versus Ungoriam terras *usque ad flumen Groti subiugarat, in monte Zober tonsoratus et heremitarum habitu indutus inter heremitas latuit, et ut dicitur, ignotus omnibus ut heremita 20 degens, quando mori debuit, se patefecit et in Domino obdormivit. Cuius regnum filii eius duo pauco tempore tenuerunt. Teutonicis orientalibus illud diripientibus, Ungaris et Polonis.

I, 15. Borivoyg duxit filiam Zlamboris comitis de castello [Peov[f]] nomine Lyudymilam[g] et genuit ex ea duos filios, scilicet Zpitigneum et Wratizlaum. Borivoy defuncto successit Zpitigneus. Quo mortuo, factus est dux Wratizlaus. Qui accepit uxorem nomine Dragomir de gente Luticensi, de provincia nomine Stotor. Hec peperit binos 25

I, 17. natos, sanctum Wenezlaum et Bolizlaum. Anno Domini DCCCCXXIX. IIII. Kal. Oct. sanctus Wenezlaus dux Boe-

*f. 35. morum a Bolizlao fratre suo vocatus ad convivium, martyrizatus. Cui successit *Bolizlaus fratricida in ducatu. Bolizlaus genuit filium nomine Straquaz, quod sonat 'terribile convivium', propter eedem fratris. Quem Boliz-

I, 18. laus de morte fratris conpunctus misit Ratispone, ut clericus fieret, et tradidit abbati Sancti Emerammi martyria. Qui Straquaz in eadem ecclesia monachus[h] est effectus. Sanctus Wenezlaus ecclesiam in urbe Praga 30 in honore sancti Viti martyris constructam, non tamen consecratam morte prerentus reliquid. Quam ad preces Bolizlay ducis Michahel Ratisponensis episcopus X. Kal. Oct. dedicavit.

I, 19. Anno Domini DCCCCXXXII. IIII. Non. Marcii translatum est corpus sancti Wenezlay de Bolizlay oppido in urbem Pragam.

Anno Domini DCCCCXXVIII. Henricus rex Boemos hostiliter superavit[i]. Bolizlaus suo 35 nomine urbem condidit.

I, 21. 22 Anno Domini DCCCCLXVII. Idus Iulii dux Bolizlaus cognomine Sevus ob sui seviciam male mercatum fra-

*f. 35. terno sanguine ducatum cum vita amisit. Cui filius *eius Bolizlaus successit, vir utique pius, ecclesiarum defensor et fundator, XX enim ecclesias legitur hic fundasse. Huius fuit soror nomine Mlada, virgo Deo devota, que causa devocionis Romam vadens a papa Iohanne est in abbatissam consecrata. Et mutato nomine Maria ecclesie sancti 40 Georgi in urbe Praga prima sanctimonialibus ordinis[l] Benedicti est prefecta; et privilegium Iohannis

I, 32. pape optinuit, ut[k] in Praga fieret episcopatus. Hic Bolizlaus ex Hemna uxore sua, genere et moribus gloriosa, habuit duos filios, Wencelaum et Bolizlaum. Sed Wenceslaum[b] in tenera etate defuncto, patri Bolizlao, postquam

I, 34. rexerat Boemiam XXXII annis, successit tercius Bolizlaus. Hic a duce[l] Polonie Meskone, amissa civitate Cra-

*f. 36. kovia, invitatus ad convivium capitur et exoculatur. Hic duos habuit filios, Odelricum et Iaromir. Iaromir 45 *f. 35. autem sui *homines, audito eventu patris, contumeliis affecerunt. Dum hec agerentur, dux Polonie Mesko

I, 35. urbem Pragam duobus annis optinuit, Wissegrad urbe inexpugnabili permanente. Ad ducis Meskonis persuasum

I, 36. imperator Odelricum in carcerem mitti iussit. Sed Odelricus ab imperatore dimissus, anno Domini MII. Boemiam intrans, duce Meskone et Polonis fugatis, Pragam Dei auxilio recuperavit et fratrem suum Iaromir exoculavit. Hic Odelricus ex legitima uxore filium non habens, ex concubina nomine Bozenam[m], filia Krezine, filium 50

I, 40. suscepit nomine Bracizlaum. Hic Bracizlaus de virtute in virtutem proficiens, cum uxorem non haberet, Juditham, unicam filiam Ottonis comitis, in Theuthonie partibus rapuit et eam sibi matrimonio copulavit anno

I, 41. *f. 36. Domini MXXI. Hic Bracizlaus anno Domini MXXX. magna cede Ungaros prostravit *et terram eorum usque ad urbem

I, 42. Strigonium[n] devastavit. Anno Domini MXXXVIII. pridie Non. Novembr. quidam iniqus nomine Kohan Iaromir ducem, cum cecus esset, in cloaca[o] noctis tempore interemit. Sed quia vir iustus, obiit velud martir. 55

LIBER SECUNDUS.

II, 1. 2. Iuditha, uxor Bracezlay, V filios genuit, Zpitigney, Wratizlay, Choradum, Iaromir et Ottonem. Tempore illo Kazimir duce Polonie defuncto, et filiis eius Bolizlao[p] et Wadizlao adhuc infantibus, Bracezlaus Poloniam vastavit, Crakoviam

II, 3–5. everit, ab ecclesia[q] sancte Marie in Gnezden corpus sancti martyris[r] atque pontificis abstulit Adelberti et in ecclesiam sancti Viti Prage, in qua episcopus erat, honorifice collocavit. Corpus eciam 60 archiepiscopi Gnezdensis Gaudencii, fratris sancti Adelberti, et corpora quinque fratrum de Gnezden in Pragam

II, 7. *f. 37. transtulit; que reliquie in die sancti Bartolomei in Praga venerabiliter sunt suscepte anno Domini MXXXIX. *In

a) *sic Cosmas; certe legi nequit in c.* b) *sic c.* c) coturnos *c.* d) *hi numeri arabici sequentibus nominibus superscripti sunt in c.* e) *superscr. c.* f) *suppl. ex Cosma, deest c.* g) lyndimylam *c.* h) *post in marg. suppl.* i) ordīs *c.* k) ꝙ *c.* l) a *d. bis scr. c.* m) bozeua *c. h. l.* n) strigonum *c.* o) inchoata *c.* p) Bolizlao *c.* 65 q) ecce *c.* r) s *add., adrasum.*

1) Quendam locum Cosmae I, 20. ex Reginonis Cont. sumptum epitomator depravasse videtur.

cuius facti emendam dux Boemorum in urbe Bolizlay in honore sancti Wenceslay, qui ibidem martirium[a] Cosm. II, 7.
consumavit, cenobium condidit monachorum.

Anno Domini MLII. obiit Bozena, coniunx Odelrici, mater Braceslay ducis. Anno Domini MLV. IIII. Idus Ian. II, 13 14.
obiit dux Braceslaus; cui successit Zpitigney, qui primogenitus eius. Hic omnes Theutonicos de Boemia elimi-
navit. Tempore ieiunii et quadragesime cum monachis deguit electis et oracionibus invigilavit. Ieiunus Deo, II, 16.
pransus hominibus debita persolvit. Anno Domini MLVIII. Non. Augusti Iuditha obiit. Quo post mortem II, 17.
Braceslay Petro Ungarorum regi nupserat. Que a filio suo Wratislao translata apud primum virum in Pragensi ecclesia
est sepulta. Hic Zpitigney dictus est pater clericorum, defensor viduarum, ecclesiam Pragensem sancti Viti, cum arta
esset et rotunda, destruxit et maiorem edificare incepit, sed non profecit, quia sequenti anno mor- *f. 37.
tuus est V. Kal. Febr., anno ducatus VI, anno Domini MLXI. Cui successit frater eius Wratislaus. Qui divisit II, 18.
Moraviam inter fratres, dans Ottoni orientalem plagam, Conrado, qui Teutonicum sciebat, partem versus Theutoniam,
Iaromir in studio existente; qui Iaromir[b] anno Domini MLXVIII. mutato nomine Gerardus[c] VI. Non. Iulii[d] in Pra- II, 25.
gensem episcopum est ordinatus.

Anno Domini MLXVI.[e] VI. Kal. Febr. obiit ducissa Adelheyt, mater Iudite et Ludmile et Braceslai iunioris et II, 20.
Wratislai, qui in iuventute obiit XIII. Kal. Decem. Evoluto autem fere unius anni spacio post obitum Adelheyte
Wratislaus dux accepit uxorem nomine Zuatavam[f], filiam Kazimir ducis Poloniorum, Bolezlai, Wladislai germanam,
ex qua genuit quatuor filios, Bolizlaum, Borivoy, Wladizlaum, Zobezlaum; monasterium in metropoli Boe-
mie urbe Wissegrad vocata construxit, et ab episcopali iuridicione sub annuo censu marca- *f. 38.
rum [g]XII domino pape singulis annis dando eximi procuravit et a Gevehardo, fratre suo,
Pragensi episcopo, anno Domini MLXXIX. dedicari fecit sub Alexandro papa[1]. Anno Domini
MLXXXVI, iubente et peragente tercio Hinrico imperatore, Maguncie est synodus celebrata. In qua Wratislaus dux
tam Boemie quam Polonie est prefectus, et Hinricus imperator ei manu propria regalem imposuit circulum et archiepi-
scopo Treverensi[h] nomine Egiberto iussit, ut ipsum in Praga in regem ungeret et coronaret; quod et feliciter II, 38.
est peractum XVII. Kalend. Iulii.

Anno Domini MLXXXVI. V. Idus Iunii obiit Otto dux Moravie, frater Wratislai. Igitur Wratislay in regem et II, 39.
uxore sua Zuatave in reginam coronatis[i], rex collecto excercitu intrat Zribiam, que nunc marchia Misnensis
dicitur, quam olim imperator Henricus ipsi tradiderat possidendam, et dum quoddam castrum nomine [k]Gouzdec *f. 38.
prope urbem Misne reedificaret, conflictu habito cum Saxonibus multi Boemorum nobiles interierunt
anno Domini MLXXXVIII.[l] VI. Non. Iulii.

MXC. VI. Kal. Iulii Gerardus episcopus Pragensis obiit in partibus Pannonie sive Ungarie, in II, 41.
urbe Strigonio, discordiam habens cum fratre suo rege Wratislao, vir nobilis et deditus operibus pie-
tatis, qui ante episcopatum Iaromir dicebatur.

MXCI. Rex Wratislaus iratus est fratri suo, quia favebat Ottonis fratris sui filiis, scilicet Zuatopluk et Ottik, II, 42
quibus expulsis de paterna hereditate Moravie, rex urbem Olomuc et alias quasdam civitates tradiderat filio suo
Bolizlao, ubi non longe post III. Idus Augusti immaturo obitu est preventus. Conradus uxorem habuit nomine II, 45 47.
Wirpirk. Hic frater regis inter regem et filium eius pacem fecit. Nam multum discordabant, in tantum ut filius
eius timeret a patre capi, pater a filio regio honore [m]destitui. Filium barones fovebant, patri Cosmas epi- *f. 39
scopus et ecclesiarum prepositi assistebant.

Anno Domini MLIIII. urbs Wratislavia et alie civitates Polonie a duce Bracilao reddite sunt Polonis, ut dux II, 13
Polonie quingentas marcas argenti et XXX marcas solveret auri annuatim. Hic Wratislaus primus rex Boemie II, 50.
obiit XIX. Kal. Febr. anno Domini MXCII. [n]Et in metropoli Wissegrad Boemie monasterio suo,
quod ipse fundaverat, canonicis instauraverat, cum honore regio est sepultus. Huic[m] successit II, 50.
Conradus frater non coronatus. Hic post VII. mensem et XVII dies eodem anno VIII. Idus Septem. est sepultus.
Cui successit iunior Bracislaus. Qui ab episcopo Cosma, baronibus et clero et populo Prage XVIII. Kal. Octobr.
honorifice est intronizatus.

LIBER III.

Hic pluries Poloniam intravit, et semper redit cum triumpho. Hic anno Domini MXCIII, sui ducatus anno III, 1.
primo Poloniam usque ad Oderam fluvium [o]est demolitus, donec Wadislaus dux Polonie tributum, quod pretor- *f. 39.
sederat, solveret universum, scilicet D marcas argenti et XXX marc. auri annis singulis ei sol-
vendas. Hic Bracislaus mense Septembri eodem anno dominam Lucardam[p] de Bawaria, comitis Alberti sororem, sibi c. 3.
matrimonio copulavit. MXCVI. Idem veniens cum excercitu in Polonia super ripam fluvii Nizam castrum c. 4.
Kamene construxit. Hic cum multa gloriosa tam in Polonia quam in Moravia peregisset, a quodam c. 13.
venatore Lorko nomine vulneratus, supervivens duobus diebus, XI. Kal. Ian. obiit, perceptis ab Her-
manno Pragensi episcopo sacramentis. Et in ecclesia sancti Viti Prage est honorifice sepultus[2].
anno Domini MC. Cui successit Borivoy, frater eius. Cui Borivoy ad instanciam ducis Bracislai tercius impe- c. 8.
rator Henricus ducatus dederat successionem. Hic Boriwoy, priusquam frater morereturr, eodem anno c. 12.
XV. Kal. Novem. duxerat uxorem [q]sororem marchionis orientalis Lyppoldi nomine Helbrik. *f. 40.

a) martirum *c.* b) ia *adrasum in c.* c) *sic c.; lege* Gebeardus. d) est *iam h. l. add. c.* e) MLXII. *Cosmas.*
f) Zuaruam *o.* g) waldizlai *c.* h) treuecensi *c.* i) *post in marg. suppl.* k) Gouzdēi *c.*; Quozdek *Cosm.*
l) *sic c. pro* 1087. m) Huic — coronatus *post in marg. suppl.* n) Lutardam *c.*; Lukardam *Cosmae codd.*

1) In duobus codicibus Cosmae ad II, c. 26. de fundatione ecclesiae Wissegradensis relatum ibique privilegium spurium Alexandri II. papae (Jaffé ed. 2. nr. 4753) exhibitum est. Ex hoc sumpta sunt, quae hoc loco de annuo censu leguntur, et hoc deceptus sub Alexandro papa, qui a. 1073. obiit, ecclesiam a. 1079. dedicatam esse auctor dicit. De dedicatione cuius ecclesiae in codicibus Cosmae nil legitur. De tempore fundationis et dedicationis dubio vide SS. IX, p. 83, n. 23. 2) *Sepultus est . . . in polyandro sancti Wenceslai ecclesiae* Cosmas.

Cosm III, 14. Anno Domini MCI. Odalricus et Lutoldus, filii Conradi, rehabuerunt suos in Moravia civitates. Similiter Bozi
ab c 13. Sace[a], et Mutina Lutmerice[b] recepit, pro quarum amissione dicuntur hii duo ducem Brecizlaum concilio
c. 15. interemisse. Tunc Odalricus maior natu invadit Boemiam tamquam suam hereditatem, sed non
c. 17. potuit prevalere, licet exercitu[c] magno Boemiam invasisset. Similiter Zuatopluk de Moravia veniens
c. 18. anno Domini MCV. Boemiam devastavit, quem abeuntem dux Boriwoy est longius persecutus. Tandem idem
Zuatopluk, fratris sui[d] Wadizlai auxilio et baronum dolo duce Borivoy de ducatu expulso, in ducatum Boemie
c. 20. est intronizatus anno Domini MCVII. pridie Idus Maii. Boriwoy autem quartum Henricum imperatorem adiens opti-
*f. 10. nuit restitui in ducatum, fratre suo Zuatopluk capto ab imperatore et per magnam pecuniam liberato. Anno
c. 21. 22 autem MCVIII. uxor Zuatopluk genuit filium, quem III. Henricus imperator de sacro fonte levavit et Henricum nomi-
navit; et tunc eum permisit Boemie dominari, duce Boriwoy in Polonia permanente, et quando poterat, molestias Boemie inferebat. Otto fovebat fratrem suum Zuatopluk, Zobeslaus iunior natu fratrem suum Borivoy sequebatur.

c. 27. 28. Anno Domini MCIX. mense Sept. III. Henricus imperator contra Bolezlaum ducem Polonorum Poloniam intrat. Associato sibi compatre suo Zuatopluk cum exercitu Boemorum, ubi Zuatopluk dux sagitta perfossus interiit XI. Kal. Oct. Tunc imperator cum consensu Boemorum eum Ottonem, fratrem[e] Zuatopluk, Boemie
*f. 10. laus est assumptus [in Boemie principatum sole intrante IX. partem[f] libre.
c. 34. Anno Domini MCXXIIII. III. Non. Febr., id est Plutonis[g] mense, dux Borivoy, postquam exulaverat annis XV, in Ungaria moritur. Sepultus est autem Prage in ecclesia cathedrali pridie Idus Marcii.

c. 34. Igitur Wadizlaus[h] in ducatu confirmato, Otto frater eius dolo capitur et annis fere tribus custodie
c. 35 36. mancipatur. Interea Zobezlaus, frater eius, cum duce Polonorum Bolezlao[i] Boemiam vastat. Quibus occurrens
c. 37. Wadizlaus cum[m] Boemis victus est ab ipsis anno Domini MCX. VIII. Idus Octobris. Tunc regina Zustava inter
c. 39. filios suos pacem faciente, Wadizlaus fratri suo Zoberzlao [dedit[n]] Sace civitatem cum provincia adiacente, alterum[o]
c. 43. fratrem Ottonem solvit a vinculis et ei dimidiam partem Moravie restituit. Anno Domini MCXVII. dux Wadizlaus
*f. 60 fratrem suum Borivoy de exilio revocans ei medietatem ducatus Boemie est largitus. Tunc [Wladizlaus dux
c. 46. Moguntiam ad imperatorem vadens castrum Budisium[p] sibi et suis fratribus requisivit[2].
c. 56. Dux Borivoy rursus de culmine regni pulsus est anno Domini MCXX.[q] IIII. Idus Augus. Anno Domini MCXXIIII. mense Iulio dux Wladizlaus natam suam primogenitam nomine Zuatavan cum magno apparatu dat nuptui duci Bawarie
c. 62 Frederico. Anno Domini MCXXV. pridie Idus Aprilis dux Wadizlaus obiit et sepultus in abbatia Marie Cladolubi, quam ipse fundavit; et licet dux Wadizlaus ante mortem suam fratrem suum Ottonem ducem Moravie
c. 64 sibi in ducatu substituere[r] laboraret, Zobezlaus tamen, frater eius, substituitur a Boemis, natu minor, sed sapiencia maturior.

LIBER QUARTUS.

Cont. Wissegr. Anno Domini MCXXV. V. Kal. Maii[3] in ducatus solio sublimatur. Hic Zobezlaus ablata[s] Ottoni
*f. 66. fratri quod[t] Moravie partem[u], quam possederat Odelricus, restituit eam filio eius Wratizlao. Qua de causa
Otto adiit Luderum regem Saxonum. Quo Ludero cum Ottone duce Moravie[t] in Boemiam veniente, et Zobezlao
duce Polonorum[3] ei cum exercitu occurrente, initum est bellum anno Domini MCXXVI: et multis de
Theutonicis corruentibus, Otto dux Moravie similiter est prostratus. Hic anno Domini MCXXIX. Wissegradensem ecclesiam, quam rex Wratizlaus, pater eius, construxit, renovavit in privilegiis[v], structuris et
ornamentis. Tunc eciam Zobezlaus misit Wlatizlaum[4], filium Zuatopluk fratris sui[5], in Ungariam in auxilium
regis Stephani[v] contra Grecos, sicque in pace rediens, et vivens postea per IIII menses, II. Kal. Marcii exspiravit anno Domini MCXXX.

Anno Domini MCXXVIII. Lotharius rex filium ducis Zobezlay in die pasche de baptismo levavit, et postmodum
*f. 66. magni facti sunt amici. Anno Domini MCXXXII.[w] dux Zobezlaus[x] regi Lotharo Romam eunti CCC milites misit,
quibus Iaromirum, filium Borivoy fratris sui, ducem prefecit. Wratizlaus dux Moravie, filius Odalrici, duxit uxorem
pulcherrimam de Rucia. Dux Zobezlaus Poloniam cum exercitu XV. Kal. [Novembr.[6]] intravit, quam incendiis
vastans et indomitarum equarum gregibus spolians, depatriavit. Hic Zobezlaus cum multa tam in Polonia
quam in Moravia necnon in imperatoris Lotharii curia facta gloriosa peregisset, XVI. Kal. Marcii migravit
a seculo anno Domini MCXL.[y] Cui successit Wadizlaus ducatus in solio. Eodem[z] anno, post obitum mariti sui
illustris ducis Zobezlay[a] supervivens VII mensibus, XVII. Kal. Octo. ab hoc seculo migravit Adelheydis ducissa.

Cont. Prag. Anno Domini MCXLI. claustrum Stragow[b] iniciatur[c]. MCLX. Dux Wladizlaus a Frederico imperatore
*f. 67. Magdeburche[d] curiam celebrante in regem Boemie coronatur. Cui eciam [in obsidione Mediolanensium coope-
ratur[e]. MCLXXII. cum eo Poloniam vastavit. MCLXXIIII. Zobezlaus[f] a vinculis dimittitur et dux constituitur. MCLXXV. Odalricus dux, frater Zobezlay, Mediolanum profectus est. MCLXXVI. Kal. Febr. rex Wladizlaus moritur, fundator ecclesie Stragoviensis, ubi et sepelitur[g]. Anno Domini MCLXXVII. Odelricus dux a fratre suo Zobezlao
duce [capitur[f]], et Zobezlaus a ducatu pellitur a Boemis. Qui Zobezlaus Austriam vastavit, Fredericum[g] in Boemis

a) Satec *Cosm.* b) et a Iutma Iutmeute *c.* c) excercitui *c.* d) sue, e *adras. c.* e) et *add. c.* f) pūcere *c.* g) *sic c., auctore male verba c. 28. excerpente.* h) par *legi nequit in c.* i) prebitonis *c.* k) awad. *c.* l) abolezlao *c.* m) cum Boemus *c.* n) *deest c.* o) *certe legi nequit in c.* (al: [l'm?]) p) MCXXIX. Anno Domini MCXXIIII. IIII. Idus Augus. mense Iulio *c.* q) sbsituere *c.* r) ablatis *c.* s) moraviam partem *c.* t) duce *tierum add. c.* u) ſuigileg *c.* v) Sſtephani *c.* w) MCXXVIII. *c.* x) bozelaus *c.* y) MXL. *c.* z) Eodem — mariti sui *ante* Cui succ. *leguntur in c.* a) *post in marg. suppl.* b) stragow' *c.* c) magd *c.* d) copatur *c.* e) Zobuzlaus *h. l. c.* f) *deest c.* g) fredicum *c.*

1) Bautzen. 2) Nescio, unde hoc sumptum sit, quod nusquam alibi relatum invenio. A. 1114, Ian. Wladislaus dux Moguntiae apud imperatorem fuit. 3) 16. Kal. Maii hoc factum esse tradit Cosmas III. 60. 4) Minime fuit frater Sobezlai. 5) Immo Bohemorum. 6) Wenceslaum potius. 7) Minime hic frater fuit Sobezlai. 8) Haec ad a. 1140, sequentia ad a. 1159. habet Canonicorum Pragensium Cont. 9) Cf. Gerlaci Ann., SS. XVII, p. 686.

expugnavit. Fridericus, filius regis Wadizlay, intronizatur, exulat[a] Zobeslaus. MCLXXXII. Henricus Pragensis Cont. Prag.
episcopus postea optinuit ducatum. Teobaldus a fratre suo Friderico duce iussus est capi, sed evasit MCLXXXVII.
Anno Domini MCLXXXIX. Fredericus dux obiit. Cui Conradus dux Moravie successit. Theobaldus provincias[b] suas
recepit. Hic Theobaldus *cum imperatore transfretans morte est preventus. MCXC.[c] Dux Conradus cum impe- *f. 67.
ratoris filio[d] in Apuliam est profectus, ubi gloriose agens mortuus est, sed ossa[e] in Praga sepulta. [Dux[f] Wen-
ceslaus III mensibus in ducatu paterno consedit MCXCI]. MCXCII. Dux Wenceslaus de solio pellitur. Primizl[g] dux
efficitur. Henricus episcopus qui MCXCIII. in Marcio ad imperatorem vadens, in Augus. cum Zpitigneo duce rever-
titur, tradito sibi ducatu, et episcopatum similiter optinente. Hic obiit MCXCVI. Kal. Iulii XVII. Zpitigneus Ann. Prag.
superavit Primizl MCXCX.[h] ducem, qui Zpitigneus eodem anno est cecatus, Primizl a Phillippo imperatore coronatus.
MCXCIX. Wadizlaus cedit de ducatu. Rex Primizl, dimisse uxore sue, duxit Constanciam, sororem regis Ungarie.
MCCIII. Conradus dux Moravie Pragam obsedit. Rex Primizl rebellans Phillippo regi, Ottoni imperatori homa-
gium fecit, post duos *annos ad graciam Philippi rediens pro VII milibus marcarum obsides ei dedit. *f. 68.
MCCVI. Dux Lescho cum fratre suo Conrado Romanum regem Prucenorum occiderunt.
Anno Domini MCCVII. Conegundis, filia regis Philippi, data est filio regis Primizli[i] Wenceslao in matrimonium.
Philippus sequenti anno ab Ottone occiditur palantino.
MCCX. Dux in Apulia moritur.
MCCXIII. Regina Ungarorum interfecta est.
MCCXVIII. Teobaldus dux Boemie proficiscitur[k] in Prucism.
MCCXXII. Wladizlaus dux Moravie, frater regis Primizl, obiit.
MCCXXV. Wladizlaus Moravie marchio, frater regis Wenceslay, obiit.
MCCXXVI. Fratres Predicatores[l] Prage domum receperunt.
MCCXXVIII. Wenceslaus rex consecratus est cum uxore sua Conegunde regina in ecclesia Pragensi a Sifrido archi-
episcopo[m] Moguntino dominica Esto michi; obiit[n] autem MCCXXX. XVIII. *Kal. Ian. *f. 69.
MCCXXXII. Minores domum receperunt Prage. Eodem anno sancta[o] Elizabeth canonizata est.
MCCXXXIII. Agnes, filia regis Primizl, ordinem est ingressa.
MCCXL. Constancia regina obiit in Moravia Idibus Decembr. ibique sepulta.
MCCXLI. Tattari Colomanum, fratrem regis Ungarie, sagittaverunt, Henricum ducem Polonie occiderunt.
MCCXLII. Rex Wenceslaus Fridericum ducem Austrie Moravism vastantem fugavit.
MCCXLVI. Friderico duce Austrie in bello cum Ungaris interfecto, filia Gerthrudis Henrici ducis
Austrie, fratris scnioris Frederici, cum Wladizlao filio regis Boemie contraxit, et per hanc habuit Wladizlaus Austrie
ducatum. Mortuo eciam tunc Meskone duce Polonie sine liberis, Wadizlaum in ducem Poloni recipiunt. Qui obiit
anno Domini MCCXLVII. Ista Gerthrudis, uxor Wadizlay, eo defuncto nupsit marchioni[3] *de *f. 69.
Bade et genuit [Henricum[p. 3]], quem rex Cecilie Karolus cum Conradino decollavit. Mar- 1268.
chione defuncto[p. 4], nupsit regi Ruscie[5]. Quo defuncto, pauperum dominarum in Suseliz[6]
habitum assumpsit et in eo XVIII annis laudabiliter degens obiit anno Domini MCCLXXXVIII.[6. 7] 1288†
VIII. Kal. Maii, annorum LXI. Apr. 24.
Anno Domini MCCXLVIII. Rex Boemie Wenceslaus de solio pellitur; propter[r] quod Boemia vastata, Ann. Prag.
Boemi et Moravi in civitate Ponte superantur. Regina Conegundis eodem anno obiit Idus Sept. Hic Wen- Hist. Wenc.
ceslaus Pragam murari et multa alia oppida et castra fossatis et municionibus muniri fecit. Torneamenta
primus in Boemiam[s] introduxit. Religiosorum domus in Praga, Predicatorum ad Sanctum Clementem, Minorum
ad Sanctum Iacobum, pauperum dominarum ad Sanctum Franciscum, Templariorum ad Sanctum Laurencium, Hospita-
liorum ad Sanctum Petrum, et plures alie in[t] *regno Boemorum eo annuente fundate sunt. *f. 69.
Anno Domini MCCXLIX, regni XX, pridie Kal. Augus. nobiles Boemie filium regis Wenzlay[u] nomine Primizl
in ducem elegerunt vel in regem. Et in claustro maioris ecclesie ei iuraverunt, patre ignorante; undè rex
episcopum Pragensem Nicolaum pro prodicione cepit, cum excercitu Boemiam intrans[v], eam recu-
peravit, XIII. Kal.[w] Sept. castrum Prage intravit.
Anno Domini MCCL. Primizl filium cepit, nobiles carceri mancipavit. Estibor iudicem cf. lib.
IIII. Kal. Ian. et filium eius laros rotari iussit. A. Prag.
Anno Domini MCCLI. Bohemiam vastavit, Austriam se ipsi subdidit, quam tunc possidendam filius eius
Primizl intravit;
Anno Domini MCCLII. Primizl, filius regis W[enceslai], in Neuburch III. Idus Febr. duxit Margaritam, re-
lictam Henrici regis, filiam Lippoldi ducis Austrie.
Anno Domini MCCLIII. Rex Wenceslaus obiit X. Kal. *Oct., anno regni XXIIII, mense[x] VIII. Et apud *f. 70.
Sanctum Fransciscum in Praga honorifice, ut decet maiestatem regiam[y], est sepultus[8].

a) exsul *c.* b) puincias *c.* c) MCXX. *c.* d) filium *c.* e) e° *add.*, *sed eras.* f) *uncis incl. in superiore marg. post suppl.* g) Primizl *c.* h) *lege* MCXCVII. i) Wenc. Prim. *c.* k) proficsitur *c.* l) p̄dicas *c.* m) archo *c.* n) .t. *c.* o) *in marg. superiore post suppl.* p) defucto *c.* q) MCCXLVIII. *c.* r) p̄p *c.* s) homiam *c.* t) in *f. 69'. iterum scriptum.* u) Wenzay *corr.* Wenzlay *c.* v) intus, *corr.* intus *c.* w) X. Kal. XIII. *c.* x) M *c.* y) *sic aut* regalem *emendandum*; regi'am (regulam) *c.*

1) Non Wenceslaus, sed *Przemysl dux* (Ottocarus I), corruptus sit, etiam nunc in dubio remanet. Eam
ut Ann. Prag. habent. 2) Hermanno VI. 3) Immo a. 1288. obiisse iam antea coniectatum erat. Certe
Fridericum. 4) A. 1250. 5) Romano duci. non MCCXCVIII. pro MCCXLVIII. legi potest. Si
6) Seusslitz in districtu Misnensi, ubi a. 1268. a mar- enim hoc anno Gertrudis annorum 61 mortua fuis-
chione Misnensi coenobium ordinis S. Clarae fun- set, demum a. 1237. nata esset; quod stare non
datum est. 7) Quo anno Gertrudis obierit, non potest, cum ea iam a. 1246. Wladislao nupserit.
constabat hucusque, et cum in codice numerus anni 8) Cf. Ann. Boh. brev., SS. XVII, p. 720.

A. Prag. Cuius filius unicus Primizl in regno, de Austria rediens, honorifice est institutus XVI. Kal. Novem. Hic Primizl dux anno Domini MCCLV. cum sororio suo Ottone[1] marchione Brandeburgensi intrantes Pruciam incendiis et spoliis vastaverunt, incolas peremerunt, tandem eos ad baptismi graciam induxerunt.

Anno Domini MCCLX. IIII.[a] Non. Marcii Primizl duxit exercitum contra Ungaros, ubi cum magna gloria triumpharit. Anno precedenti duxerat excercitum L milia pugnatorum contra illos de Wida[2].

Anno Domini MCCLXI. mense Aprili facta est concordia inter reges Ungarie et Primizl principem Boemie[b], et vallata pena pecuniaria[c] XI milium marcarum. Regina Margareta in Austriam eunte XV. Kal. Novem., Primizl

*f. 70'. duxit *Cungundem, filiam Bostizlay ducis Bulgarorum, cuius uxor erat Anna, in castello Ungarie quod Pessen nuncupatur. Que veniens Pragam X. Kal. Ianua., in die natalis Domini Primizl consecratus est in regem cum eadem in ecclesia Pragensi a Wernero episcopo Moguntino, presentibus Iohanne episcopo Pragensi, Brunone Olmucensi[d], Pataviensi et duobus episcopis de Prucia, marchione Brandeburgensi[e] Ottone, Beatrice[3], ducibus Polonie, comitibus, burgraviis et supanis. Rex autem biduo fecit convivium permagnificum in campo, edificiis ad hoc sollempniter preparatis.

cf. A. Otak. Anno Domini MCCLXIIII. mense Oct. Rex Primizl Conegundem, filiam sororis sue Beatricis marchionisse, Bele, filio Bele regis Ungarie[f], avunculi sui, ob perpetuam pacem

ib. ante Posonium coram tribus episcopis, Iohanne Pragensi, Brunone Olmucensi[d], Henrico Brandeburgensi[e] matri-

*f. 71. monio copulavit, et sumptus usque ad consumacionem *festivitatis largissime ministravit. Quid plura? Venit Bela rex Ungarie, aureas murenules iuxta tempora habens dependentes, videre sponsam filii sui ad tentoria regis Boemie[f] et dotem ordinavit. Postea Bela sponsus, pre filiis hominum speciosus, auditis missarum sollempniis, capiti sponse coronam auream superposuit[g]. Quam quidam suorum[h] nobilium gladio vibrato de capite sponse abstrahit iuxta ritum sue gentis; deinde[i] sponsus sponsam navigio ducit ad propria non sine parentum maximo cimulo. Eodem die rex Boemie fecit[k] milites quatuor marchiones et quintum ducem Polonie et comites et nobiles, excercendo hastiludia cum eisdem. Ponit ad mensam Belam Ungarie[l] regem seniorem in tentoriis ad hoc preparatis cum principibus diversis, ministrans habunde necessaria; pontem ultra Danubium super naves magnas artificiose con-

*f. 71'. A. Prag. struxit. *III. Non.[m] Octo. hec sunt convivia celebrata. Idem rex anno Domini MCCLXV. fecit convivium pro baptismo primogenite filie sue, quam Pragensis episcopus Iohannes, Olmucensis[n] Bruno et Bambergensis in purificacione beate Marie de sacro fonte levaverunt. Biduo hoc convivium celebravit.

ib. Anno Domini MCCLXVI. VII. Augus. idem[o] rex Ottakarus[p], qui et Primizl, cum multitudine Boemorum, Moravorum, Australium, Charinthiorum et Polonorum Bawariam usque Ratisponam crudeliter devastavit.

Anno Domini MCCLXIX. Non.[q] Sept. nata est filia regi.

Anno Domini MCCLXX. multa castra et domos in diversis locis muravit.

De rege Rodolfo Rom.

ib. Anno Domini MCCLXXII. VI. Kal. Septem.[r] Rodolfus imperator eligitur. Qui anno quinto, anno Domini

A. Otak. MCCLXXVII.[s] ad Boemie regem Ottakarum mittit, Stiriam, Austriam, Karinthiam, Portum-Naonis, Fioletum, *Forum-

*f. 72. Iulii repetit, asserens eas ad imperium pertinere. Et rege Ottakaro respondente quasdam terras sibi cedere ex matrimonio domine Margarete, quasdam expensis et manu bellica se possedisse, Rodolfus rex post tripam amonicionem transiens per Pataviam usque Clincz[t], ibi castra metatus est ex alia parte Danubii versus Austriam, civitates castra, subiciens sue potestati. Quod audiens Ottakarus rex Boemie[f], excercitum suum de Tepla usque Drunrdorph vocans, occupavit fines illos in latitudine et[u] longitudine IIII[or] miliarium, et ibi castra metati sunt, rege Ottakaro inter ipsos iam commorante, et rege Rodolfo ex alia parte Danubii circa Clinchz[v] cum excercitu suo existente. Cumque prefati iam VII ebdomadis sic cum excercitibus suis ex utraque [parte[w]] Danubii[x] morarentur, tale tandem

*f. 72'. fedus in contractum sponsalium fuerunt, videlicet ut Wenceslaus *filius[y] regis Boemie[f] filiam regis Rodolfi electi accipiat in uxorem, et e converso filius Rodolfi filiam regis Ottakari recipiat in uxorem. Hoc reges ambo iuraverunt et litteris firmaverunt. Tunc rex Boemie optulit regi Romanorum Rodolfo V vexilla in recognicionem quinque principatuum habitorum. Rodolfus autem ei duo tantum[z] reddidit in signum regni Boemie[f] et Moravie principatus, et sic ad propria redierunt. Anno Domini MCCLXXVII.[a] a XII. Kal. Sept. acta sunt hec usque ad Kal. Decem.

Anno Domini MCCLXXVIII.[b] VI. Idus Septem. rex Ottakarus filiam suam, quam desponsaverat filio regis Rodolfi, cum X virginibus tradidit religioni pauperum dominarum ad Sanctum Franciscum in Praga, misit regi[c] Rodolfo[d] litteras non pacem, sed discordiam pocius provocantes. Anno igitur Domini MCCLXXVIII. V.[e] Non. Iulii rex

*f. 41. Ottakarus profectus *ad[f] expedicionem contra Rodolfum versus Moraviam, reseditque in Brunna civitate Moravie duces Polonie et nobiles Boemie et Moravie exspectando, quorum auxilio sperabat vincere[h] et terras sibi ablatas

a) MCCLXIIII non *c.* b) bōm *c.* c) pecunaria *c.* d) Olmucensi *c.* e) brand' *c.* f) boem *c.* g) supposuit *c.* h) suorum *c.* i) dem *c.* k) ficit *c.* l) ungrarie *c.* m) nouē octō *c.* n) olmucensis *c.* o) VII. Idus Aug. *A. Prag.* p) Ortakarus *c.* q) nou *c.* r) *sic etiam cod. Musei Prag. (SS. IX, p. 843); Decembr. reliqui codd. Annalium Prag.* s) *lege* MCCLXXVI. t) cliuts *corr.* clincz *ut videtur;* Lincam *A. Prag. l. l.* u) in *c.* v) et *add. c.* w) *deest c.* x) sic *iterum add. c.* y) *paginae 72.' multa nimis deterso sunt.* z) duo *iterum add. c.* a) *lege* MCCLXXVI. b) *lege* MCCLXXVII. c) *legi nequit in c.* d) *dubium num* rod' *an* cod' *scriptum sit in c.* e) p:::::e *tantum legi potest in c.* f) *sic Ann. Otak.; numerus in c. legi nequit.* g) *iam sequitur quaternio VI, f. 41, cuius paginae primae multa nimis sunt deterso.* h) *legi nequit in c., ubi* ::: dere *legere mihi visus sum; victoriam* obtinere *Ann. Otak.*

1) Haec epitomator ex Chron. princ. Sax., supra p. 34. addidisse videtur. 2) Qui sint illi de Wida, ignoro. Nescio an haec ad bellum Bavaricum a. 1257. pertineant. 3) Uxore Ottonis III. marchionis, sorore Otakeri regis (Ann. Prag.: *marchione Brandeburiensi cum uxore et filiis et filiabus*). Cf. Chron. princ. Sax. l. l. 4) Cf. ibid.

iterum subiugare. Deinde[a] invadens municionem Dronsdorp[b], ibi castra metatus est. Quo audito rex Rodolfus A. Otak. cum multitudine Ungarorum, Cumanorum, Swevorum, Saxonum, Australium, Styriensium, Renensium et aliarum plurium nacionum transito Danubio venit ipsius in occursum. Rex autem Ot[tokarus] iam erat iuxta montem nemorosum circa fluvium Moravam. Inieres rex Rodolfus arcum suum sciens tendere et lexare, ex inproviso irruit in regem Boemorum, et nactus triumphum, rex Otta[karus] in certamine mortuus est inventus.

Isti sunt duces Boemorum.

Primus Primizl.	Bratizlaus.
2. Lubossa.	Spitigneus.
3. Nezamizl.	Wratizlaus primus rex.
Quartus Mnata[c].	Conradus.
Quin[tus] Wogen.	Bratizlaus.
6. Watozlav.	Borivoy.
Crezomizl.	Zuatopluk.
Neclan.	Vladizlaus.
Gostivit christianus.	Zobezlaus.
Borivoy[d] primus.	Wladizlaus.
Zpitigneus.	Wladizlaus secundus rex.
Wratizlaus[e] almus.	Otkerus rex.
Wacezlaus.	Constancia soror regis Ungarie.
Bolezlaus germanus martyris.	Wencezlaus rex.
Bolezlaus II[us].	Conegundis filia regis Philippi.
Bolezlaus III[us].	Primizl rex quintus.
Wladivoy.	Margareta.
Iaromir.	Conegundis.
Odelricus.	Wencezlaus.

a) Deñ c. b) certe legi nequit in c. c) Nmata c. d) Bovivoy c. e) Wtizl. corr. Wratizl.

IACOBI DE GUISIA ANNALES HISTORIAE ILLUSTRIUM PRINCIPUM HANONIAE.

EDIDIT ERNESTUS SACKUR.

Iacobus de Guisia[1], *Guysia*[2], *Jaque de Guise*[3], *Ghuise*[4] — *sic enim nomen diversis locis scribitur* —, *filius*[5] *Iohannis de Guisia uxorisque eius Adelheidae Chirviae*[6], *in oppidulo Hanoniae, lucem propriam accepit. Nobili genere exortus ipse 'praedecessores, avunculos, cognatos, germanum fratrem in officiis comitum solemnioribus versatos usque ad mortem eisdem irreprehensibiliter serviisse' narrat*[7]. *Qui frater, ut videtur, maior natu, nomine Iohannes, postquam inter annos* 1361. *et* 1378. *Sorbonae Parisiensis socius vel hospes fuit*[8], *magistri theologiae honores adeptus in rebus publicis ita versabatur, ut a.* 1379. *Hanoniensium capitulique S. Waldetrudis Montensis legatus ad Albertum ducem Bavariae mitteretur interrogaturus, cui papae schismate exorto oboediendum esset*[9]. *Postea consiliarius Wilhelmi III. comitis Hanoniae*[10] *mortique iam vicinus, cum*

1) Omnes fere codices in fine libri VII. 2) Eodem loco cod. Valent. nr. 784. 3) In charta Gallice scripta a. 1397. in 'Mémoires et publ. de la société des sciences, des arts et des lettres du Hainaut' V (Mons 1844), p. 145. 4) In chartis duabus in archivo civitatis Valentianensis sub G. 212. et 213. asservatis, quas infra afferam. 5) De parentibus fratribusque Stephani de Guisia epitaphio anni 1588. in ecclesia Chirviensi invento ducemur, quod Iohannes de Buisseret publici iuris fecit: 'Bulletins du cercle archéol. de Mons' 4. série, p. 144—146. Quod etsi a me inspici non potuisse lugeo, tamen benignitate P. Rev. Ursmari Berlière religiosi abbatiae Maredsous Belgicae dissertationis usum facere licuit, quam Gonzales Decamps in iisdem Annalibus 1883. edidit 'Sur le lieu de naissance de Jacques de Guise'; quo loco etiam de familia auctoris nostri copiosius agitur. 6) Omnes fere auctores priores, ut Bousu, 'Hist. de la ville de Mons' (1725) p. 118; Bayle, 'Dictionnaire hist.' II (1740), p. 645; Paquot, 'Mémoires p. servir à l'hist litt. des Pays-Bas' IV (Louvain 1764), p. 224; Nelis, Belgicarum rerum prodromus (1795) p. 56; S. de Wind, 'Bibl. der nederlandsche Geschiedschrijvers' I, p. 60, alii Iacobum Montibus natum esse temere contendebant. Primus l. b. de Reiffenberg, 'Phil. Mouskes, Introd.' I, p. 352. huius opinionis rationes nullas esse ostendit, eique R. Wilmans, 'Archiv' IX, p. 293, n. 2. assensit. Frustra etiam Lacroix, 'Souvenirs sur Jacques de Guise' in 'Mémoires de la société du Hainaut' V (1845), p. 144, n. 1. veterem fabulam probare conatus est. Patriam vero eius urbem Chirviam esse primo ex nota quadam elucet, quae in cod. Vindob. palat. nr. 3440. saec. XV. exarato versioni Gallicae secundae partis Annalium subiuncta est: *Explicit la seconde partie des histoires des nobles princes de Haynnault composees par maistre Jacques de Guise, natif de Chievre la franche,* deinde ex epitaphio in ecclesia Chirviensi inscripto atque supra memorato. Denique Decamps familiam eiusdem nominis Chirviae saec. XIV. et XV. floruisse e documentis Chirviensibus l. l. p. 6. ostendit. 7) Prol. c. 10. 8) Catal. provisorum, sociorum et hospitum apud A. Franklin, 'La Sorbonne' (Paris 1875) p. 226. 9) Decamps l. l. p. 8. 10) Cf. Devillers, 'Cartulaire des comtes du Hainaut' II (1883), nr. 606, p. 334: *nous aviens commis les dis procès à visiter à nos soyaux et amez conseillers le prieus des escoliers de Mons et maistre Jehan de Guise canonne de nostre eglise de Songnies.* A. 1383, Iun. 21; cf. Decamps l. l. p. 8, n. 2.

praebendis canonicorum in villis Soignies et Antoing sitis frueretur, curatus ecclesiae S. Gaugerici Valentianensis paulo ante a. 1392. *e vita migrasse videtur*[1]. *Tertius frater, Stephanus nomine, cum ex uxore sua Adelheide de Merchière quatuor genuisset liberos, piis caritatis operibus factis, annorum circa sexaginta octo a.* 1414, *Apr.* 14. *diem supremum obiit et in ecclesia Chirviensi sepultus est*[2].

Iacobus noster, inter annos 1340. *et* 1350, *quod conicere licet, in vitam ingressus*[3], *et ipse studium theologiae arripiens, imprimis scientiis philosophicis, mathematicis, physicis operam impertiebat*[4]. *Quo tempore habitum S. Francisci sumpserit, dubium est. Nescitur, utrum Minorum ordinis iam frater fuerit, cum Parisiis*[5], *ni fallor, in magistrum ac doctorem theologiae promoveretur, an demum in patriam reversus, cum in conventum Valentianensem se reciperet. Utique ex ipsius verbis*[6] *constat eum, cum Annales suos componeret, iam per XXVI annos diversis locis ac regionibus, in quibus ut Hanoniensem saepius iniurias se passum esse queritur*[7], *studiis suis strenue incubuisse. Ubi autem praeter Parisios his itineribus moratus sit, difficile est dictu; eum*

1) Ex chartis commemoratis haec afferre liceat: Archiv. comm. Valent. G. 213, n. 1392, Oct. 20: *Sachent tout chil qui chest escript veront u oront que par devant les mayeurs et les esquiecins de le ville de Fraisne, da les Condet, chi desous nommes est comparus personelment Jehans Wafflars, fils mouss. Mahieu Wafflart, qui fu. Et la endroit li dis Jehans en se plaine vie, en sen boin sens, en se boine memore et de se boine et franque volontet sans constrainte, sentans et considerans que a consience tenus estoit as ames de maistre Jehan de Ghuise, jadis curet de l'eglise Saint Geri en Valenchiennes, et de maistre Jaque de Ghuise de l'ordene Saint Franchois, frere germain audit maistre Jehan . . . a l'eglise de Saint Franchois* etc. G. 212, a. 1393, Ian. 16 (novi stili): *A tous chiaulx qui ches presentes letres veront u oront freres Estiecenes d'Enghien, gardiens dou couvent des freres Meneurs de l'eglise Saint Franchois en Valenchiennes, freres Jaques de Warlaing, lieur d'icelle, et tous li couvens de cel meisme lieu au diocese de Cambray salut en nostre signeur et congnissance de veritet. Comme ainssi soit, que pour et a cause de chiertain don et octroy naghaires fait a nous et a no dicte eglise par no bien amet en dieu Jehan Wafflart de I pret tenant siept wuntelees ou environ gisans ontieroir et en le justice de Fraisne da les Condet apparans celi don par chirographe sur ce faicte nous soyons tenut, convenenchiet et obligiet de faire de chele bien perpetuelment a tous jours pluiseurs obbis et services tant en no dicte eglise, comme en l'eglise Saint Gery en Valenchiennes. . . . Item sommes nous tenut de faire chelebrer en le dicte eglise Saint Gery I obbis et service cascun an perpetuelment lendemain dou jour saint Franchois chiunchisme jour d'Octembre de vigilles et messe a nocte au grant autel et deus candeilles de demy libre les II; a mettre l'un au kef et l'autre au piet de le sepulture de venerable et discret maistre Jehan de Ghuise, jadis curet de le dicte eglise Saint Gery et canonne d'Antoing et Songnies et maistre en theologie, devant le grant autel. Ce dit service pour lui et pour maistre Jaque de Ghuise, sen frere giermain, de nostre religion et maistre en theologie, en yaus recommandant en celi eglise le prochain dimence devant ce que faire se devera. . . . Avoecqce est ordinnet d'endroit de une relique et le vaissiel que le dit maistre Jaque de Ghuise par devotion a laissiet a no dicte eglise, dont li vaissiaux, qui est d'argent, poise quatre mars u environ, se ycelui vaissiel vendre convenoit par necessitet u autrement, que le dit vaissiel, l'argens, bericle et le fachon et li corps de l'eglise Saint Gery dessus dicte avoir le pewvist et ewvist sans contredit, s'il plaisoit as gliseurs d'icelle, pour le valeur de trois mars d'argent tant seulement sans les saintes reliques, qui de deus sont, qui demorroient en no dicte eglise. Ainssi et par le maniere que tout chou plus aplani puet apparoir acoecq pluiseurs autres choses et ordenances a chou servans et per letres sour ce faictes, sayellees de nos seaulx, confremees et acordees de nostre souverain le ministre et le custode, et en datte de l'an mil trois cens quatre vins et douse, le quatorsime jour de jenvier* etc. . . . *Che fu fait l'an de l'incarnation nostre signeur mil trois cens quatre vins et douse, le saisime jour dou mois de jenvier.* 2) Decamps p. 3. 3) Stephanus frater c. a. 1346. natus est; deinde, cum c. a. 1390. quo tempore, ut infra ostendemus, in opere suo occupatus erat, iam per XXVI annos scientias coluisset, quando lucem aspexerit, cognoscitur. 4) Prol. c. 10. 5) Eum Parisiis moratum esse ex l. VIII, c. 6. patet. Nomen eius nimirum neque a Bulaeo, Hist. univ. Paris., neque a Budinsky, 'Die Universität Paris u. die Fremden an derselben im Mittelalter' (Berlin 1876) commemoratur. 6) Prol. c. 10. 7) VIII, c. 6: *Revera hec etymologia fuit mihi impropriose Parisiis et alibi quampluries tanquam Hanoniensi improperata et proh dolor! per experienciam multoties extra patriam veram esse comprobaci.* Iacobus de Vitriaco, Hist. Occid. II, ubi de diversis nationibus Universitatem Parisiensem frequentantibus loquitur, Brabantinos Flandrensesque peratringit (Cf. Desmuré, 'L'université de Paris' (Paris 1876) p. 11. et Budinsky l. l. p. 46), neque tamen quidquam de Hanoniensibus dicit.

in Germania non fuisse neque linguam Theutonicam scivisse ipse indicat[1]. *Sed ne Flandricae quidem dialecti peritiam habuit*[2]. *In patriam reversus, quod omnes theologiam scientiasque speculativas parvi aestimarent vel despicerent eosque, qui iis studerent, acsi insanos irriderent, graviter doluit. Quamobrem in conventu Valentianensi*[3], *in quo usque ad mortem moratus esse videtur*, scientias grossas atque palpabiles *aggrediens et* usque ad elementa primaria intellectum retorquens, *ut civibus aliquo modo utilis esset, ad historiam comitatus Hanoniensis conscribendam animum induxit, cum alias nationes Hanoniae olim subditas 'solemnioribus' historiis frui, patriam suam carere eum magnopere pigeret*[4]. *Praeterea principibus Hanoniae, ut cognati et frater germanus, servire nisus, cum* pauper et mendicus *aliter non posset*, abiit ob hoc — *ut ipsius verbis utar* — in agrum Boos cum Moabitide et illuc post terga metentium non sine labore recollegit spicas — *Annales videlicet suos* —, *quas, ut vidua evangelii, comiti obtulit.*

Extremo demum seculo[5] *ad hunc laborem se convertit. Ut fontes quam plurimos congereret materiamque locupletissime augeret, nec laboribus nec pecuniis, quantulacunque ipse fruebatur fortuna, parcebat. Per plures enim annos diversarum provinciarum et gentium civitates adiens, codices, qui ad historiam Hanoniensem pertinerent, ubique investigavit et evolvit*[6], *Vincentium Bellovacensem, ni fallor, imitatus, qui et ipse Galliarum bibliothecas studiose frequentaverat*[7]. *Magnates nobilesque territorii Hanoniensis viros ac praelatos, qui libros habebant, adire non veritus, nec precibus nec precio aliquando quidquam impetrasse non semel queritur*[8]. *Ut dubitationem quandam tolleret, non modo qui praesto ei fuerunt libros inspexit*[9], *sed veritatis investigandae studiosissimus etiam ad civitates remotiores proficiscebatur. Sic aliquando Bavacum adiit, quod oppidulum antiquam Belgim esse, ut fabula traditum erat, sibi persuasum habuit, ut nocte situm loci, ac quae esset ibi declinatio coeli, astrolabio supputaret*[10]; *alio tempore Catalaunum petiit, ut ex annalibus, chronicis, martyrologiis aliisque monumentis episcopi cuiusdam historiam illustraret*[11]. *Quibus negotiis implicatus pleno tamen otio frui ei non licuit:* aliis studiis, *ut ipse profitetur*, per obedienciam aliisque sermonibus, lecturis et disputacionibus negociisque necessariis interdum occupatus et intentus, *laborem, quem sua sponte subierat, saepenumero interrumpere coactus est*[12]. *Fuit enim ultimis vitae annis vicarius generalis ministri ordinis S. Francisci confessorque Wilhelmi comitis de Ostrevant, filii Alberti comitis Hanoniae, illiusque uxoris Mariae de*

1) III, c. 1: *verum quia patria illa michi penitus est ygnota* etc.; VII, c. 70: *quasi ydiomate ignarus.* 2) Hoc ex eo sequitur, quod Gesta Bouchardi de Avennis Flandrice scripta in linguam Gallicam transferri iusserat; cf. XX, c. 3. 3) Cf. subscriptionem primae partis Annalium Hanoniae. 4) Prol. c. 10. 5) Prol. c. 10. aperte iam de obitu fratris Iohannis, qui inter a. 1383. et 1392, ut videtur, non multo ante a. 1392. decessit, significat; l. VIII, c. 11. series comitum Hanoniae usque ad Albertum, inde ab a. 1389—1404. regnantem, deducta est; l. XII, c. 42. catalogus episcoporum Cameracensium usque ad Andream de S. Paulo, qui inter a. 1390—1396. sedit, pertinet. Nomina illa postrema posteriore cura addita esse nihilo probatur. Iure igitur inde coniciemus, cum primam partem componeret, a. 1389. iam praeteriisse, eum alteram scripsisse ante a. 1396. Quod l. XI, c. 39. dicit, se Iohanne de Media-villa, praeposito Hasprensi, vivente quandam historiam cognovisse, quam illo mortuo reperire non iam potuisset, id maioris momenti esset, si, quo tempore vir ille mortuus sit, sciremus. In epistola Wilhelmi com. Hanoniae a. 1391, Sept. 13. apud Devillers, 'Cartul. des comtes du Hainaut' II, nr. 712, p. 499. invenio: *Jehan de Laiens, prevost de Haspre*, qui nescio an idem fuerit, de quo Guisius loquitur. 6) Prol. c. 10. 14. 7) Cf. Chronica Aegidii li Muisis, Corpus chron. Flandriae II, p. 152. 8) Prol. c. 14. 16. 9) Cf. I, c. 17. 59. VII, c. 70. 10) I, c. 9. 11) XV, c. 1. 12) Prol. c. 16. In hoc capite nimirum Vincentii Bellov. dicta furatus est, ita tamen, ut secundum suam conditionem eius verba mutaret.

Burgundia[1]. *Neque igitur mirum, quod opus susceptum ei tandem oneri fuerit*[2], *praesertim cum fontes conferenti tot difficultates se obicerent.*

Anno 1397. *postremo Iacobus in charta invenitur, qua conventui fratrum Minorum Montensi libros aliasque res legavit*[3]. *Haud multo post, scilicet a.* 1399, *Febr.* 6. *e vita migravit sepultusque est in ecclesia conventus sui ante altare sanctae Mariae*[4], *ubi hoc epitaphium ab ipso Iacobo procul dubio compositum, quod in codice saec. XV.*[5] *legitur, incisum fuisse videtur:*

Epitaphium magistri Iacobi de Guysia ordinis fratrum Minorum, qui denominatur Actor in opere sequenti.

Versus.

Que michi de Guisia Iacobo fert lucra Talia
Aut pena varia? Quid confert scita sophya,
Cum necis imperia formidet philosophia?
Rogo mente scia: Recolatur theologia
Emendans vicia! Fac sic, ut virgo Maria
Sit tibi propicia, dans et michi gaudia dya!

Item in circunferentia capitis eius:

Me tumulo m ersum Si respicis, ecce, cin er sum.
Vermes me v Corrodiunt atque rev

Iacobus cum recte animadverteret multa documenta ac libros utiles eum effugere potuisse, praesertim cum interdum ei accessus bibliothecarum denegaretur, modesto animo librum suum cunctis Hanoniensibus dedicavit ad perlegendum et caritative examinandum et favorabiliter corrigendum et supplendum[6]. *Ideo in opinione sua nunquam persistit, nunquam quae scripserat vera esse contendit, immo vero aliis historiis in usum non vocatis se contradicere nolle profitetur*[7]. *Humiliter lectores rogat, ut veniam ipsi dent, quod librum aliquem invenire non potuerit*[8]. *Non semel ab iis petit, ut, si forte certiora repererint, haec libro adscribant eumque corrigant aut suppleant*[9]. *Fratri Minori religio fuit, ne quid ecclesiae auctoritate approbatum in dubium vocaret. In prologo totius operis, si quid negligenter contra ecclesiae statuta dixerit, iudicio ecclesiae se submittere protestatus*[10], *historiam authenticam et veram talem definit:* que secundum approbatas et receptas historias racionabiliter et scientifice procedit, et ad cuius conposicionem et elucidacionem concurrunt plures

1) Charta conv. Montensis a. 1397, 'Mém. et publ. du Hainaut' V, p. 145: *recongissons avoir rescheupt a le cause de maistre Jehan de Guise et par especiaul de maistre Jaque de Guise sen frere, docteurs en theologie et vicaire de no tres reverent pere le menistre general et confessor a hault et poissant signeur et dame mons. d'Ostrevant et madame se compaigne* etc. — Cf. Vandervin, 'Hist. du Hainaut' III, p. 117; Pinchart, 'Extraits de comptes relatifs au Hainaut' (1884) p. 7. 2) Cf. Prol. c. 2: *suscepimus non facilem laborem, ymo vero negotium plenum vigiliarum et sudoris*; c. 16: *interdum eciam attediatus et confractus*; l. XV, prol.: *opus ultra vires nostras aggredi presumpsimus — — verum quia cum magnis laboribus illa pauca* etc. 3) Cf. chartam conv. Mont. a. 1397. supra memoratam. 4) Cf. Vinchant, 'Annales du Hainaut' III, p. 319; Boussu, 'Hist. de Mons' p. 118; Paquot, 'Mémoires' IV, p. 224. Iidem saec. XVII. et XVIII. scriptores tumulum eius figura marmorea ornatum, qua auctor monachali habitu indutus librumque manu tenens repraesentatus sit, haecque inscripta fuisse referunt: *Cy gist maistre Jaques de Guise, docteur et frere Mineur, auteur des croniques de Hainau, qui trepassa l'an mil III° novante-huit le sixieme de Fevrier. Priez Deu pour s'ame!* Quae inscriptio etsi recentioris aetatis esse videtur, sola tamen de tempore obitus nos certiores facit. 5) Paris. Lat. nr. 5995, de quo infra, in folio vacuo ante Guisii opus relicto. Ed. Fortia vol. I. 6) Prol. c. 6. 7) Prol. c. 14: *protestor, quod, si fuerint alie historie principatum aut patriam Hanonie aut eius membra tangentes ab hiis, quas vidi et repperire potui, non intendo illis contradicere, contrariari aut subalternari.* 8) L. IV, c. 18. 9) Cf. l. IX, c. 13. XIV, c. 5. XX, c. 44. 10) Prol. c. 14.

doctores et historiographi nacionum diversarum, et de cuius existencia oculata fide vestigia manifesta possunt demonstrari[1]. *Itaque non ea debere conscribi contendit*, que nulla auctoritate doctoris solempnis aut historie approbate aut verisimilitudine fulciri possunt[2]. *Quamobrem se nihil dicturum esse scribit* contra sanctos et approbatos doctores aut contra sanctas et approbatas historias ab ecclesia receptas[3]. *Quales autem auctores approbatos et sollemnes putaverit, non exponit. Tantum cognoscere licet, eum illos summi habuisse, quorum nomina suo tempore maxime clarescebant*[4], *et magni aestimasse copiosa narratione stiloquê eleganti conspicuos, simplicem aliorum relationem parvi duxisse ac neglexisse. Itaque Gislebertum, qui veritatis studio omnibus fere aliis, quibus utitur scriptoribus, antecellit, quia parvam minusque divulgatam historiam scripsit, Hugoni Tullensi, Balduino, aliis postposuit*[5]. *Tanta autem reverentia hos historiographos*[6] *coluit, ut ubicunque opiniones eorum inter se differebant, vix alicui contradicere ausus sit, sed legentibus,* cui sit assentiendum, *relinqueret*[7]. *Sententiae enim illis temporibus communis particeps eaque vera esse, quae scripta inveniantur, existimans relationes discrepantes semper fere ita aequare ac conciliare nisus est, ut de diversis eiusdem nominis personis dicta aut diversis temporibus gesta esse quae ab aliis aliter referuntur arbitraretur*[8]. *Fabulas diversorum auctorum coniungendo et concordando vero propius abesse censuit, quam si separatim eas enarrasset*[9]. *Indolis quidem tenuis, ut ipse modeste asserit*[10], *non tamen omnino caruit iudicio, quippe qui bene perspexerit, quibus in rebus auctores ab ipso adhibiti differrent; quae ut explicaret aut inter se concordaret, diligenter, sed frustra plerumque studuit. Pueriliter atque ineptę critica arte usus in nugis ineptiisque auctorum, poetarum quidem aliorumque auctorum fabulantium ineptias, si contra naturam peccabant, refellere haud dubitavit*[11].

Fontibus suis eodem fere modo ac Vincentius Bellovacensis usus est, etiam quae hic in Speculi prologo fusius de ratione, quam in libro componendo secutus sit, exposuit, paucis mutatis Iacobus exscripsit[12]. *Ut Vincentius et ipse iis quae aliunde transscripsit auctorum nomina praescripsit, ea, quae ipse adiunxerat, voce 'Actoris' praemissa significavit. Cum autem ille operis plures socios administrosque haberet, qui secundum eius praecepta fontes indicatos exscripserunt, Iacobus de Guisia, ut ipse testatur, sine cuiusquam auxilio quae ad propositum suum pertinentia invenit ita descripsit, ut inter singulas partes*

1) Prol. c. 13. 2) Ibid. c. 12. 3) Ibid. c. 14. 4) Auctores approbati vel sollemnes ei sunt: Iulius Celsus, Orosius, Isidorus, Suetonius, Helinandus (cf. Prol. c. 12), Sigibertus, Andreas Marchianensis, Gislebertus, Thomellus, Hugo Tullensis, Balduinus, Almericus (cf. Prol. c. 13; l. VIII, prol.; l. XV, prol.), Nicolaus Ruclerii (cf. l. IV, c. 26), Hist. Gallica Tornac. (l. IV, c. 55), Hist. Trever. (Prol. c. 12). 5) L. XV, prol.: *insequendo historiam quamdam parvam, que attribuitur Gilberto, maxime in illis, in quibus nulla obviat rationabilis historia, non obmittendo in diversis passibus dicta Balduini, Almerici* etc. Itaque Gislebertum deserit, ubi recentiores auctores, qui ipsi in Gisleberto nituntur, ampliorem magisque exornatam narrationem praebuerunt. 6) Cf. I, c. 59: *quia salva reverentia historiographi aut scriptoris* etc.; II, c. 28: *cum reverentia historiographi*; IV, c. 54: *salva veritate historie* (scil. Tornac.); XVIII, c. 2: *sed salva sua reverentia, non est ita.* 7)–II, c. 29: *Patet multiplex opinio fundationis civitatis Tornacensis, sed cui sit assentiendum, lectoribus derelinquo;* II, c. 40: *Sed quidquid fuerit veritatis, a parte rei determinationem lectoribus derelinquo;* VII, c. 58: *Quare, quid inde fuerit, discretioni legentium derelinquo.* 8) Cf. I, c. 38. IV, c. 21. 47. 54. IX, c. 30. XI, c. 17. XVIII, c. 2. 9) IV, c. 26. 46. 10) Prol. c. 3: *ex ignorancia mea, que magna est;* c. 16: *iuxta mei ingenioli paupertatem et imbecillitatem;* IV, c. 46: *iuxta modulam ingenioli mei facultatem;* VIII, c. 1: *mei paupertas ingenioli.* 11) Recte iudicavit II, c. 28, ubi Historiae Tornac. Titum Livium; XVIII, c. 2, ubi Gisleberto chartam pacis Hanoniensis opposuit; cf. etiam XXI, c. 44. 12) Cf. praecipue l. IV, c. 21. 13) Cf. l. I, c. 24 (de Clarembaldo); Prol. c. 13; II, c. 65 (de Buscalo); III, c. 36 (de Creso); VIII, c. 30 (de Lansellino du lac). 14) Prol. c. 16. Sed haec se e Vincentio hausisse penitus tacet.

spatia vacua relinqueret. Latinos libros ad verbum excepit, quo factum est, ut ad quorundam textus restituendos codices Iacobi nostri magno subsidio essent. Gallicos in rudi et inpollito Latino propter rigatos clericos et propter ignoranciam *suam vertebat. Revera latinitate miserrima uti solet, quae non modo formis vulgaribus infecta, sed etiam negligentia corrupta est.*

I. His summatim de fontium usu praemissis ad hos ipsos stilum vertamus, primo de prologo operi praefixo paucis acturi. Hic natura ingeniumque monachi praedicantis et disputantis, modus ille vere scholasticus cogitandi ac probandi perspicue erumpit. Prologus enim revera est sermo more illius temporis compositus[1]. Habeo theologorum ac religiosorum more sex per ordinem exequi *incipit et infra* more scolarium et bachalariorum in facultate sacre theologie de aliquo dubio respondentium[2] *nonnullas protestationes inserit. Quam dispositionem initio operis lecturis proposuerat, per* 38 *capita sequentia armis syllogismi scholastici et explanationibus metaphoricis, ab exordio epistolae Iacobi apostoli thema sumens, interdum ab ordine rerum devians, prosequitur. Tertia parte prologi quaestionem multis verbis solvere conatur, utrum historia Belgica antiqua authentica sit necne*[3]. *Neque enim ignoravit auctores antiquos de Belgi civitate penitus tacere*[4]. *Sed quid huic argumento opposuit? Eosdem nec de historia sacra quidquam tradere, quae tamen vera esset*[5]. *Deinde definitione sua historiae authenticae*[6], *quam supra recensuimus, posita, cum complures approbati historiographi de historia Belgis oppidi antiqua convenientia tradiderint, eam veram esse censet. Quibus expositis historiam Belgicam inde a Bavone rege Phrygiae enarrandam nimis credulus aggreditur.*

Hi sunt auctores, quos in hac prima parte secutum se esse dicit: Lucius Tungrensis[7], *qui Iacobo teste* in Gallico prosam texit seriose *et* solus videtur fuisse translator a Latino in grossum Gallicum[8]. *Hoc igitur Lucium ipsum dixisse censendum est. Cum autem medio aevo nemo sine dubio nomen Lucii ferret, fabulatorem illum, ut sibi facilius crederetur, aut antiqui viri habitum sumpsisse aut auctorem, quem transtulisse se simulavit, ita nominasse conicias*[9]. *Eum in Tungrensi civitate historiam suam condidisse*[10] *Iacobus suspicatus videtur esse. Cuius opus saec. XIV. fama praeclarum per capita divisum erat*[11]; *unicum autem librum continuisse videtur. Incepit a Bavone Phrygiae rege Belgarumque historiam usque ad regnum ab Ariovisto rege Saxonum destructum deduxit*[12]. *Inde ab Urso rege fabuloso Belgarum olympiadum annos*[13], *etiam modo Italicorum, Romanorum, Iudaeorum, aliorum tempora adnotavit*[14], *ut speciem antiqui auctoris indueret. Sed ex eo quod Galfredi Monumontensis fabulas legerit*[15], *locorum Gallicorum recentioribus nominibus usus sit, Prussiam*

1) Divinum auxilium imploratur c. 2; verbum divinum propalatur c. 2—11; quoddam dubium dissolvitur c. 12—15; modus tractandi exponitur c. 16; aliqua congrua praeponuntur c. 17—38. Tandem proposita historia componitur. 2) Prol. c. 14. 3) Ibid. c. 12. 4) Ibid. 5) Ibid. c. 15. 6) Ibid. c. 13. 7) Cf. Prol. c. 4; R. Wilmans in 'Archiv' IX, p. 320—322. 8) Ibid. c. 13. 9) Cf. quae Reiffenberg, 'Phil. Mouskes' I, Intr. p. cccxi sqq. et 'Nouv. Mém. de l'acad. royale de Belgique' 1835. p. 141—144. exposuit. 10) III, c. 78: *Lucius Tungrensis, qui in Tungrensi civitate suam condidit historiam.* Reiffenberg l. l. vix recte coniecit in titulo codicis scriptum fuisse *Lucius de Tongres* pro *Lucius de Tungris*, unde Iacobus scriptorem Tungris vixisse existimaverit. 11) Prol. c. 13. citatur: *auctoritate dicti Lucii, capitulo VI. historiarum suarum.* 12) III, c. 94: *Secundum Lucium hic terminatum est regnum Belgentium et devolutum est ad Saxones. — Et sic terminatur Lucii historia.* 13) II, c. 16: *Lucius Tungrensis, cuius historiam prosequor, istis temporibus incepit annos suos per olimpiades computare;* cf. c. 20. 14) Prol. c. 14. 15) Cf. I, c. 17. 53. 63. Ex Galfredo sumpsit procul dubio nomina regis Bruti Viridis-scuti (Galfr. Mon. II, c. 9) et Aganippi regis Franc. (II, c. 11), Guisii l. I, c. 59. Cf. etiam III, c. 23—29.

memoraverit[1], *scientiae heraldicae peritus fuerit*[2], *Lucium non ante saec. XIII. scripsisse elucet*[3].

Praeter hunc duo poetae antiquissima regni Belgici tempora tractaverunt, scilicet Nicolaus Ruclerii[4], *qui hexametris leoninis carmen composuit, a Iacobo modo 'tractatum'*[5] *modo 'poetarium'*[6] *dictum, quod capitibus distinctum*[7] *uno volumine exstabat. Qui eadem fere, quae Lucius narraverat, multo brevius et quasi obiter usque ad Caesaris bella cum Belgis gesta, quod ex locis a Iacobo allatis conicere licet, retulisse videtur*[8]. *Et hic sane non ante a.* 1253, *cum compluribus locis de pugna apud Westcapellas commissa sacraque expeditione Ludovici IX. regis significaverit*[9], *sed etiam non multo post hunc annum, ut opinor, scripsit, quia animum eius his eventibus valde motum esse apparet. Hic etiam Galfredum legerat*[10].

Alter poeta Clarembaldus, vulgari lingua versibus extremis syllabis consonantibus Belgis fundationem exornavit[11]. *Hic fabulis more popularium illius temporis poetarum tantopere indulsit, ut Iacobus ipse eum* multa minus digesta *scripsisse fateretur*[12]. *De quibusdam enim Belgarum regibus ineptissimas fabellas vendidit*[13]. *Quo loco carmen eius raro laudatum*[14] *defecerit, non patet.*

Amplissimus scriptor antiquitatum Belgicarum Hugo Tullensis fuit. Et ipse vulgari lingua, oratione quidem soluta[15], *historiam composuit, non proprie Belgarum, sed Lotharingorum, de quorum origine multa scrutatus ac fabulatus est*[16]. *Praeterea Iacobo teste historias Hungarorum, Pannoniorum et Hunorum composuit*[17]. *Itaque non a Bavone fundationeque urbis Belgis, ut ceteri, sed a regibus Romanorum, Romulo et Tullo Hostilio, opus suum incepit*[18]. *Attamen antiquiarum cognitionem prodit fabularum, ubi Belgim Augusto iubente reparatam esse refert*[19]. *Cum igitur Hugo* de multis civitatibus, regnis, villis et oppidis *loqueretur, Iacobus multa ad suum propositum pertinentia ex eius libro assumpsit*[20]. *Seriem regem Romanorum Hugo deinde prosecutus est, ab unoquoque eorum quaedam Lotharingiae seu Belgii oppida fundata esse commentus.*

1) I, c. 36. 2) I, c. 49; cf. Reiffenberg l. l. 3) Cf. Wilmans l. l. p. 231. Reiffenberg eum Latinam saec. XII. fabulam saec. XIII. transtulisse aut imitatum esse censet. Foppens, Bibl. Belg. II (1739), p. 824, et Reiffenberg Lucium ab aliis quoque scriptoribus laudatum esse adnotant, ab Amando de Zierickee, Marco de Vaernewyck, quos eum non nisi ex Iacobi opere cognovisse verisimile est. Sanderus II, p. 131, 'Hist. des Belges' Lucii Tongrensis codicem manu scriptum asservatum in bibliotheca Iohannis Le comte domini de Jourdain affert, quae historia fortasse ex Iacobi opere extracta erat, ut ea, quae habetur in cod. Rothomag. (Coll. Mortainville nr. 2727) sic inscripta: *Histoire de Lucius de Tongres, tirée des Annales de Hayneau, compilez par frère Jacques de Guyse, religieux de l'ordre de Saint-Francois, extrait fait par G. D. Germeau, jurisconsulte, Tongres, 7. Janvier* 1707. Cf. Catal. génér. des mss. des bibl. publ. de France' II, p. 32. 4) Prol. c. 13: *Nam aliqui tractant dictam historiam metrice satis subtiliter, ut Nicholaus Ruclerii.* 5) IV, c. 26: *Nicholaus historiographus metrice ponit in suo tractatu.* Jean Molinet in Chronicis c. 46 (Coll. Buchon t. XLIV, p. 90) laudat: *Nicolaus Reuclercq et autres venerables docteurs auctorisés, lesquels on tissues et recueillies les tres merveilleuses histoires de la cité de Belges*, sed, ut quae affert ostendunt, non ipsum, sed Guisium legerat; cf. etiam Reiffenberg, Phil. Mouskes' I, Intr. p. CCCXLIII. 6) I, c. 12. 14. 52: *in suo poetario.* 7) Prol. c. 13: *capitulo II° sui voluminis;* I, c. 12. 14. 38. 8) Laudatur IV, c. 26. 29. postremo, quo capite narratur, partem Belgarum trans Scaldim in Ruthenorum terram, postea Flandriam nominatam, emigrasse; et hic carminis sui finem fecisse videtur. 9) I, c. 52; III, c. 87. Cf. etiam Raynouard in 'Journal des savans', Iul. 1831 (Fortia X, p. 316), qui tamen I, c. 17. versus e Gestis Trev. exscriptos perperam Nicolao asscribit; Reiffenberg l. l. p. CCCXLIII. 10) Cf. I, c. 52, ubi Merlinus affertur. 11) Prol. c. 13: *alii rigmatice, sed vulgariter, ut Clarembaldus.* 12) Prol. c. 13; cf. I, c. 24. 13) Cf. I, c. 20. 24. 14) Cf. etiam Wilmans l. l. p. 324. 15) Prol. c. 13: *in vulgari eandem composuit curiose.* 16) Ibid. c. 13; II, c. 26: *Sicut superius tactum est in questione libri primi, Hugo Tullensis, qui describendo Lotharingorum originem* etc. 17) Ibid. c. 13. Ut Lucius Hanoniae nomen ab Hunis deducit; cf. VIII, c. 2. 18) Prol. c. 13. 19) Ibid. 20) II, c. 26.

Ut asseclae Remi interfecti Remensium civitatem condidisse[1], *Tullus Hostilius Tullo et Hostili oppidis*[2], *alii aliis nomina dedisse dicuntur. Itemque multae aliae urbes illarum regionum ab Hunis a Servio rege vocatis aut eorum ducibus nomina accepisse referuntur*[3]. *Eodemque modo Hugo permultas alias fabellas inanes odiosasque ementitus est. Qui linguae Theutonicae gnarus fuisse videtur*[4]. *Inter fontes eius Gesta Treverorum*[5] *et Historia Tornacensis censenda sunt. Cuius opus et in plures libros dispertitum*[6] *et usque ad tempora Karoli Magni deductum erat. Qua de causa infra de ea iterum nobis dicendum erit.*

Sunt quidem qui omnes hos de antiquitate Belgarum auctores a Iacobo inventos esse contendunt[7], *quorum opinionem si sequi non vis, illorum opera necessitudine quadam inter se coniuncta fuisse statuas oportet. Alias enim fabulas ab Hugone ac Lucio, alias ab his et Nicolao Ruclerii communiter traditas Iacobus affert. Eadem etiam series ficticia regum Belgicorum, eadem olympiadum computatio*[8] *apud utrumque, Lucium et Hugonem, deprehenditur. Quae vero ratio inter eos intercesserit, diiudicatu difficillimum est, quoniam neque ipsos libros auctorum illorum nec semper pro certo habemus, quid uni alterive attribuendum sit. Utique Hugonem Lucio recentiorem fuisse ex eo conicias, quod historiam Belgicam ab illo Ariovisti tempore relictam ita excipit, ut civitatem Lucio fabulante tum destructam, denuo resarcitam fuisse referat*[9]. *Dein cum Hugo inprimis res Lotharingicas tractaverit, eum regum Belgicorum gesta a Belgico auctore assumpsisse, non ipsum commentum esse probabilius videtur. Nicolaus de Belgis civitate condita easdem fere fabulas, quas Lucius uberius narravit, tradidit, in bello Iulii Caesaris Belgarumque enarrando cum Hugone Tullensi convenit. Sed quonam modo hoc factum sit, certo perspici nequit.*

Praeter historias commenticias de antiquitate Belgica Iacobus etiam vicinarum gentium similes libros fabulis refertos in usum vocavit, ac primo Historiam Treverensem, quam 'authenticam'[10] *ac 'sollempnem' iudicavit, librum videlicet Gestorum Treverorum titulo inscriptum, saec. XII. ineunte compositum*[11]. *Huius libri Iacobus exemplari classis A*[12], *in quo capitum distinctio a vulgari discrepabat*[13], *usus est, sed hoc iam in ortu regni Francorum enarrato defecisse videtur*[14]. *De rebus Tornacensibus quinque diversi libri in Annalibus Hanoniae afferuntur, scilicet* 1) *Historia Tornacensis edita a de Smet, Corpus chron. Flandriae II, p.* 479 *sqq., et iis quae aliunde desumpta sunt omissis a G. Waitz, SS. XIV, p.* 327 *sqq.*[15]. 2) *Historia communis Tornacensis*[16],

1) II, c. 26. 2) II, c. 27. 3) II, c. 33 sqq. 4) Cf. II, c. 26: *Ursa in vulgari illius temporis dicebatur 'beere'.* 5) Cf. VIII, c. 28: *quibus concordat historia Treverorum.* 6) Ibid. c. 28: *libro primo historiarum suarum.* 7) Cf. praecipue Prosper Tarbé, 'Romancero de Champagne' III (Rheims 1863), p. IX; Wauters, 'Table chron.' IV, p. VII, n. 2. Etsi hoc fieri potuisse non omnino negem, mihi quidem persuasum non habeo, ut infra exposui. 8) Cf. II, c. 32. 9) Quod iam R. Wilmans l. l. p. 231 sq. recte monuit. 10) Prol. c. 12: *que autentica reputatur.* Cf. V, c. 23. 11) SS. VIII, p. 111 sqq. 12) Huc praecipue c. 14. deprehenditur. Quod Wilmans l. l. p. 318. monuit, excerpta Iacobi a Gestis Trev. discrepare, inde evenit, quod is tum Wyttenbachii tantum editione codice C 1 (posterioris recensionis) nisa uti potuit. Quae sententia collata Waitzii editione tollitur. 13) Exordium primi capitis nobiscum ita communicat: *Anno dominice incarnationis quadringentesimo sexto* etc., unde exemplum eius demum a cap. 20. totius historiae incepisse (cf. VIII, c. 22) conicias; sed lapsum calami fecisse videtur, cum iam Prol. c. 17. initium capitis 1. recte indicaverit. Capita in cod. Iacobi longiora erant iis editionis Gestorum, ut c. 1. et 2. hodiernae divisionis = c. 1. Iacobi, c. 7 = c. 3, c. 13 = c. 4. in fine respondeant. 14) Qui liber exscriptus est a Iacobo Prol. c. 12. 17; l. V, c. 24. VI, c. 5. 6. 8. VII, c. 41. VIII, c. 22. 25. 28. IX, c. 2. 8. 15) II, c. 28. 29. 53. 65. paucis mutatis sive additis; cf. Waitz, SS. XIV, p. 330; 'Hermann von Tournai u. die Geschichtschreibung der Stadt' in 'Forsch. z. D. Gesch.' XXI, p. 443. Ex eadem compilatione Iacobus l. XVI, c. 4. 5. exscripsit, quae *ex historia restaurationis ecclesie sancti Martini Tornacensis* sumpta esse dicit. Nonnulla in brevius contracta sunt; cf. etiam Wilmans l. l. p. 364. 16) Wilmans l. l. p. 317 sq. Historiam Tornacensem cum 'Historia communi' Gallice scripta perperam confudit.

quae non nisi cum Chronica Henrici canonici beatae Mariae Tornacensis coniuncta affertur[1]. *Quae Caesaris obsidionem destructionemque Nerviae oppidi describens nihil aliud nisi historiam primo loco memoratam vastissimis commentis adauctam praebet. Cum autem Henrici historia e loco, quo sola exhibetur*[2], *recensere liceat, etiam cuius generis 'communis historia' sit, inde intelligitur. Illa enim (l. II, c. 65) cum ad Librum de antiquitate urbis Tornacensis ex revelatione Heinrici*[3] *tam prope accedat, ut Iacobum huius libelli versionem Francogallicam in Latinum transtulisse tibi persuadeas, in Historia communi demum novae illae fabellae adiectae esse videntur*[4]. *Quartus liber ad res Tornacenses pertinens, qui laudatur, et ipse Gallice compositus inscriptusque erat: Restauratio Tornacensis per Galbam*[5], *qui quid continuerit, titulo satis indicatur. Quintam historiam propter fabulas, quas continebat, repudiatam Iacobus ipse ita producit*[6]: Reperi siquidem historiographum rigmatisatum in vulgari, qui de secunda Roma, Hostilione, Nervia seu Tornaco, mirabilia refert, cuius nomen Bucalio sive Buscalus inesse videtur. *Sed erravit, cum Bucalionem sive Buscalum auctorem huius carminis haberet. Conservata enim est et hodie codicibus compluribus historia*[7], *oratione procul dubio e carmine illo soluta, qua gesta Buscali militis nobilissimi exordiaque Nerviae urbis, 'secundae Romae', ficticia descripta sunt. Fuit igitur Buscalus ille heros fabulae et historia illa portentum poetarum illius aetatis.*

Eiusdem generis fuit etiam Historia, quae Ambianensium intitulatur[8], *qua Picardiae nomen a Picone quodam duce mercenariorum eiusdemque gentibus ducitur, qui Alexandro Magno mortuo Piconium et Ambianum 'littora diversa insimul ambiantes' fundassent. Alius auctor Rethmoldus certe Gallice Historiam Tungrorum composuisse dicitur*[9], *cuius Iacobus unum tantum locum ad Remorum proditionem Caesaris tempore peractam pertinentem exhibet. In eodem numero fabulosarum popularium historiarum Gesta Saxonum ducenda sunt*[10], *e quibus noster ficticia proelia inter Saxones una et Belgas Tungrinosque altera ex parte commissa se assumpsisse praetendit.*

Bella Romanorum cum Gallis seu Belgis gesta nimio studio atque amore a fabulatoribus illis tractantur. Qui nominibus remotarum gentium, quae in historia vera partes agunt, populos Belgicos substituerunt[11]. *Sic pro Tigurinis*

1) IV, c. 53—55. 2) II, c. 65: *Ex historia Henrici canonici Tornacensis*, quem locum G. Waitz SS. XIV, p. 354. recudi curaverat; IV, c. 42: *Ex historia Helinandi, Suetonii, Iulii Celsi, Hugonis et Henrici canonici Tornacensis in vulgari*; cf. IV, c. 46. 3) Ed. G. Waitz, SS. XIV, p. 352—357. 4) Quod Waitz, SS. XIV, p. 271 n. censet: *'Communis historia' certe idem est ac 'Historia in vulgari'; in qua Heinrici librum non solum versum, sed novis fabulis auctum esse, loci a Iacobo allati probant*, approbare non possum. 5) V, c. 1. et 2. 6) II, c. 65. 7) In bibliotheca Francisci I. regis Franciae asservatus erat liber, qui in veteri catalogo saec. XVI. ita adnotatur: *Buscalus: Ce premier volume autrement nommé 'La chronique de Tournay'. Ce premier volume traite de la premier naissance de Romme, et dont descendit le noble chevalier Buscalus, et de ses grans et vertueulx faicts, et comme Tournay fut premierement nommé Hostille de Tullus Hostilius Roi de Romme; puis après fut appellé Nerves de Nerviens. De Nerviens parle grandement Cesar en ses comentaires. Puis seconde Romme de Tarquinius; et finist ce present volume a Philippus Seigne de Tournay. Buscalus second volume parle come ce Nerviens envoyerent querir le Roi Tournus, le quel nomma la ditte cité Tournay de son nom. Parle aussi des grans faicts d'armes de dits Tournaysiens et finit à Pharamond roy de France;* 'Mém. de l'acad. de Bruxelles' V, p. 213, n. 22; cf. Reiffenberg, 'Phil. Mouskes', Intr. I, p. CCXLV. Alios codd. bibl. ducum Burgundiae et Tornacensis affert Dinaux, 'Trouvères de la Flandre et du Tournaisis' II, p. 131. 8) III, c. 45. 9) Locus ex eo allatus cursum illum rhythmicum Iacobo assuetum ostendit; IV, c. 22:

Deinceps secreta delegentes Gallorum
Et consilia procedentes eorum
Antiquos ritus spernentes
Et gentem propriam invadentes
Ceteri civitates presentaverunt
Et sic Gallos prodiderunt.

10) III, c. 49. 11) Cf. etiam Gachet, 'Les chroniques de Baudouin d'Avesnes' in 'Compte rendu de la comm. royale d'hist.' II^e sér. 9 (Brux. 1857), p. 282—286.

Tungrinos posuerunt et de illis in authenticis historiis narrata his attribuerunt. Hoc quoque illi scriptores commune habent, quod habitum antiquum induunt nominibusque Romanis gloriantur. In hac classe certe **Fabius historiographus** *numerandus est, qui, quo loco primo affertur*[1]*, Gallorum in Italiam factam invasionem, altero insimul cum Lucio*[2] *laudatus L. Cassii et G. Publii bellum Tungrinis illatum enarrat. Utique et hanc historiam vulgari lingua scriptam fuisse ex colore sermonis Latini cognoscitur*[3]*. De Caesaris bellis Gallicis Iacobus hos fontes laudat: Iulium Celsum de bello Caesaris contra Gallos, Helinandum, Orosium, vulgares translationes Iulii Celsi, Suetonii, Lucani, quas semper omnes simul coniunctas in titulis capitum attulit. Iulio Celso attributum opusculum, quod quinque libris excerpta e scriptis Iulii Caesaris continebat, a scriptoribus medii aevi lectitatum esse R. Wilmans*[4] *e Vincentii Bellovacensis locis allatis acute demonstravit. E Vincentio quoque Iacobus noster hausit quae ad verbum e Iulio Celso sumpta exhibet*[5]*, neque alio fonte usus est, ubicunque Helinandum*[6] *vel Orosium*[7] *laudat. Sed cum quae Vincentius de Caesaris rebus in Gallia gestis praebet, exigua sint, Iacobus, qui libris Latinis atque antiquis hac in re careret, narrationem suam e fontibus Gallicis recentioribus explere coactus est. Inprimis translationem Iulii Celsi ascivit*[8]*, quae Caesaris textum satis accurate reddidisse videtur*[9]*. Ubi autem auctor praeter Celsum e versionibus Suetonii ac Lucani se hausisse profitetur, fundamentum quidem Caesarianum facile cognoscitur, sed locorum gentiumque nomina, ut supra exposuimus, regionibus Belgicis accommodata sunt*[10]*. Sic non modo pro Aquitanis, Suevis Allobrogibus Pictavi*[11]*, Saxones*[12]*, Burgundi*[13] *leguntur, sed etiam Tigurinorum loco Tungrini*[14]*, Helvetiorum Hericini-Belgici*[15]*, Arvernorum Ruthenorumque Nervii et Flamingi*[16] *substituti sunt. Totius belli sedes ad Belgarum partes translata et alia multa temere mutata ac conturbata sunt. Quae ineptiae ut maioris momenti haberentur, aut falsarii illi a Iacobo laudati aut — quod*

1) III, c. 29. Cf. Wilmans l. l. p. 314. Ei nihil negotii esse cum Q. Fabio Pictore, cuius historiae tantum parva fragmenta apud Müller, Fragmenta hist. Graec. III, p. 80—92. exstant, non est, quod moneam; cf. Bähr, 'Gesch. d. röm. Literatur' II, p. 28 sqq. 2) III, c. 68: *Fabius historiographus atque Lucius.* [Unde coniciendum videtur Fabium a Lucio laudatum fuisse, unde Iacobus eum assumpserit; qui, ut infra multis locis videbimus, auctores in libris ab ipso lectis laudatos inter testes suos afferre solitus sit. H.-E.] 3) III, c. 29: *transalpantes;* C. Atilius Regulus consul a. 225, collega L. Aemilii Papi, Anchus (cod. Paris. 5995) vel Acillus (cod. Paris. 12828) Wasto dicitur. 4) 'Archiv' IX, p. 303 sqq.; cf. Vinc. Bellov. VI, c. 5. Sed hinc nondum efficitur, opinionem eorum, qui Iulii Celsi nomen e subscriptione grammatici cuiusdam in veteribus codicibus addita sumptum esse volunt, falsam esse (cf. Bähr in 'Heidelberger Jahrbücher der Literatur' 1848. p. 221 sqq.). Praeter Caesaris bellum Gallicum Iulio Celso perperam asscriptum extitisse potest opusculum brevius conceptum, quo Vinc. Bellov. usus esset. 5) III, c. 78: *De Hericinia loquitur Iulius Celsus in bello Cesaris contra Germanos* = Vinc. Bellov. VI, c. 2; III, c. 79: *Et ut ista materia clarius elucescat, propriis utar verbis Iulii Celsi, et recitantur a Vincentio libro VII, c.* 2. = Vinc. Bellov. VI, c. 2; IV, c. 26: *Iulius Celsus in libro primo* = Vinc. Bellov. VI, c. 5. 6) IV, c. 20: *et ut verbis propriis Helinandi utar in hac parte* = Vinc. VI, c. 3; IV, c. 51: *ut verbis propriis utar Helinandi* = Vinc. VI, c. 4. 7) IV, c. 52: *prout recitat Orosius . . . et haec ponit Orosius et tangit ea Vincentius libro VII°, capitulo IV°* = Vinc. VI, c. 4. 8) IV, c. 1: *Ex vulgari translatione Lucani et Iulii Celsi de bello Cesaris contra Gallos;* IV, c. 2: *Ex vulgari translatione Lucani, Iulii Celsi et Suetonii* (c. 2—13); IV, c. 14: *Ex vulgari translatione Lucani et Iulii Celsi de bello Cesaris contra Gallos* (c. 14. 17. 18); IV, c. 19: *Ex historia Iulii Celsi, Suetonii et Helinandi de bello Cesaris contra Gallos, in vulgari* (c. 19. 20); IV, c. 22: *Iulius Celsus et Helinandus* (c. 22—25); IV, c. 42: *Ex historia Helinandi, Suetonii, Iulii Celsi, Hugonis et Henrici canonici Tornacensis in vulgari* (c. 42—45). 9) IV, c. 22—25. *Iulius Celsus et Helinandus* afferuntur; cum autem his capitulis ne levissimum quidem Helinandi vestigium invenietur, Iacobum aut errasse aut mentitum esse elucet, ratum ab Helinando, cuius librum non ipse legit, sed a Vincentio saepe laudatum vidit, plura his de rebus relata esse. Haec enim partes cum textu Caesaris satis convenire apparet, quibusdam tamen additis nonnullisque orationibus insertis. Quae nescio an Iacobo transferenti attribuenda sint. 10) Cf. Fortia in edit. III, p. 128. 11) Cf. IV, c. 1. 12) Ibid. c. 14 sqq. 13) Ibid. c. 8. 14) Ibid. 15) Ibid. c. 2 sqq. 16) Ibid. c. 17.

facile crediderim — ipse Iacobus Lucanum[1] *et Suetonium*[2] *illustres auctores testes attulerunt.*

Ab eo loco, quo Iulius Caesar contra Nervios profectus esse dicitur[3], *Iacobus, quos adhuc secutus erat, auctores reliquit, nonnullis eorum, ut asserit, materiam eodem momento deserentibus*[3], *reversus ad historiam Belgis civitatis specialem, de qua a Caesare obsessa permulta fusius copiosiusque pertexta commenta scripserant historiographi quidam, quorum narrationes se coniunxisse atque inter se concordasse Iacobus ipse brevi praefatiuncula praemissa indicavit, ut, quos auctores secutus sit, non appareat. Attamen coniciendum est, ineptiarum illarum maximam partem ex Hugonis Tullensis*[4] *et Nicolai Ruclerii*[5] *historiis haustas esse. Post hanc longam digressionem auctor bellum contra Nervios gestum*[6], *Caesaris commentarios modo supra exposito secutus, usque ad Nerviorum deditionem multis verbis narravit*[7] *et Hugonis Tullensis de Belgis civitate ab Octaviano restaurata fabulas exhibuit*[8]. *In sequenti autem parte minus de Belgicis quam Lotharingicis rebus, praecipue de Treveri civitate egit*[9] *et de rebus gestis Germanorum, de quibus perpauca comperta habuit*[10], *tot tantasque ineptias enarravit, quarum mole perpauca vera quae illis insunt quasi obruantur*[11].

E fabulosis exterarum nationum scriptoribus Iacobus ea tantum, quae apud Galfredum Monumontensem et Cresum Scotum ad propositum suum pertinebant, in usus convertit. Illius auctoris, cuius fabellas Venerabilem Bedam conscripsisse ariolatur[12], *prolixiores partes exhibet*[13], *Cresi historiam Albanorum sive Scotorum, quae a.* 1339. *e lingua Anglica in Gallicam Wilhelmo II. comite Hanoniae iubente versa,* in quatuor magnis voluminibus *vastissimam fabularum Scoticarum collectionem continebat, ita ipse repudiavit, ut unum tantum locum ex ea afferret*[14].

Praeter hos scriptores, quorum subsidio historiam antiquiorem Belgarum contexuit, gloriam viri in scriptis multorum volutati ut Vincentii affectans, alios fontes plus minusve historiam Hanoniae spectantes laudavit. Neque enim modo

1) Utercque postea semel testis laudatur, ubi Iacobus de quatuor classibus Belgim urbem defendentium loquitur; cf. IV, c. 29: *Et eorum dux fuit Quintus, filius Quinti Curii, qui hactenus coniuraverat cum Catilina contra Romanos, secundum quod recitat Lucanus. . . . Galba, filius Galbae regis Suessionensis . ., qui, cum Suessiones a Cesare caperetur, potius elegit cum multis a civitate propria exulari quam Cesari subici, secundum quod recitat Suetonius.* Hic fraudem boni Iacobi suspicor. 2) I. Caesaris Comm. II, c. 15. 3) Iac. de Guisia IV, c. 26. 4) IV, c. 29: *Hugo et Nicolaus;* IV, c. 38: *prout recitat Hugo.* 5) IV, c. 26. 29: *sicut recitat Nicolaus.* 6) IV, c. 41: *Et quia Nervia vicinatur patrie Hanoniensi . . ., idcirco de eius destructione per Iulium Cesarem facta que reperire valui fideliter recitabo.* Abhinc etiam Henrici Tornacensis libri Gallica versio exscribitur. 7) Caes. Comm. VI, c. 3; Iac. de Guisia IV, c. 52. 8) V, c. 1. 8—11. 9) V, c. 13—16. 18. 23. etc. 10) Cf. V, 33. VI, c. 16—18. 49. 50. 66—70. VII, 1. 11) VI, c. 18. tanguntur res narratae a Tacito, Ann. I, c. 62. ut Fortia iam recte monuit. Aliis quoque, quae de expeditionibus Drusi et Tiberii, Quintilii Vari, Germanorum seditionibus tradit, tanquam umbra quaedam veritatis inest; V, c. 23. pugnam apud Bingam commissam e Gestis Trev. c. 13. sumpsit, ita autem, ut Bingam — ad Rhenum fl. scil. sitam — Binch Hanoniae oppidum esse crederet. Cum de imperatoribus Romanis in Gestis Trever. brevissime tractatum esset, hinc ad ea amplianda atque plura de eis fabulanda, nisi fallor, motus est. 12) Cf. I, c. 59: *Quia autem in historiis Britonum, quas venerabilis Beda dicitur composuisse, legitur de Leire rege Britonum* etc. Sic semper *Historiae Britonum* laudantur. Attamen Galfredus XI, c. 1, qui locus apud Guisium l. VIII, c. 61. exstat, se ipsum nominavit; cf. Wilmans, 'Archiv' I. i. p. 319. 13) Loci hi sunt: Guis. I, c. 59—63; II, c. 56; III, c. 20—22; V, c. 6—8 (cum Almerico); V, c. 9—15; VIII, c. 31—62. Tribus locis Galfredum correxit: I, c. 59: *Aganippo regi Francorum i. e. Belgorum, quia salva reverentia historiographi aut scriptoris, Gallia nondum dicebatur Gallia Belgica;* similiter I, c. 61; II, c. 56. 14) III, c. 36. Qui spectat ad Alexandri Magni tempora, qui Liriopae nobili Anglae puellae silvam Carbonariam concessisse fertur. Ceteroquin Hanoniensia nomina auctorem illarum regionum peritum produnt.

historiam Iesu Christi, quippe qui summus princeps omnium principum esset[1], *et veterum sanctorum terrae Belgicae*[2] *a suo proposito alienam non esse iudicavit, sed etiam, ut tempora certius definirentur, rebus Graecis aut Romanis nimium forte spatium pro historia Hanoniensi concessit. Revera tantum numerum scriptorum et ecclesiasticorum et antiquorum laudavit, ut summam admirationem mereretur, nisi hanc doctrinam vili pretio emptam plerumque esse constaret. Omnia enim fere, quibus materiam supramemoratam supplevit, Vincentii sunt Bellovacensis, quem tamen raro nominavit*[3]*; neque solum eius fontes, acsi ipse eos inspexisset, sibi vindicare, sed etiam, quae ille suo nomine, 'Actoris' scilicet, adiecerat, tanquam sua propria verba afferre solet. Eadem via illo tempore usitata aliis quoque occasionibus progreditur: nam Orosii, Isidori, Herodoti*[4] *sententias e Bartholomaeo Anglico, Titi Livi e Martino Oppaviensi*[5]*, Salomonis Sarchi dicta*[6] *e Nicolao de Lyra deprompsit. Neque eum Aristotelem*[7]*, Platonem*[8]*, Vegetium*[9]*, ipsos evolvisse quisquam putet, etsi, unde eorum verba exscripserit, non inveni. Ne Fulgentii quidem Mythologiam*[10]*, ad quod opus bis lectorem revocat, visu cognitam habuit.*

Hi autem auctores ipsi praeterea in hac parte praesto fuerunt: Martinus Oppaviensis[11]*, Augustini liber de civitate Dei*[12] *eiusque sermo de sancto Laurentio*[13]*, Boetius*[14]*, Guilelmi Lugdunensis liber de fide et legibus*[15]*, Iohannis Saresberiensis Polycraticus*[16]*, Hieronymi versio chronici Eusebiani, cuius codice Valentianensi hodieque asservato usus est*[17]*, Nicolai de Lyra postilla*[18]*, Bartholomaei Anglici libri de proprietatibus rerum*[19]*, unde scientiam suam geographicam cepit, Albumazari*[20] *et Leupoldi Austriaci*[21] *opera astrologica, Iacobi de Cessolis liber scachorum*[22]*. Maiores partes ex Ovidii Fastis*[23] *assumpsit initiumque carminis 'De Vetula' Ovidio falso attributi descripsit*[24]*.*

II. Iacobus de Guisia alteram operis sui partem aditurus se hucusque fabellas vendidisse haud prorsus sibi inscius erat; nam novum nunc velle se stilum pro-

1) Cf. V, c. 95. 2) Cf. VI, c. 1. 3) Ex hoc *Videtur autem aliter sentire Nicholaus de Lyra.* Iacobus ipse a. 1397. Nicolai de Lyra expos. in Pentateuchum, Iesaiam, Ieremiam conventui Montensi fratrum Minorum donavit; cf. chartam in 'Mémoires du Hainaut' V, p. 145. 19) De eo cf. Quétif et Echard, Script. ord. Praed. I, p. 486. Laudatur Prol. c. 15. 18. 19. 23—33. 20) Introductorium in astronomiam Albumasaris Abalachi, Augustae Vindel. 1489, et De magnis coniunctionibus, annorum revolutionibus et eorum perfectionibus, Aug. Vindel. 1489; cf. I, c. 9. 21) Compilatio Leupoldi ducatus Austrie filii de astrorum scientia, Augustae Vindel. 1489; cf. I, c. 9. 22) Iacobi de Cessolis liber de moribus hominum et officiis nobilium ed. Köpke, 'Mittheilungen aus den Handschriften der Ritter-Akademie zu Brandenburg a. H.' fascic. 2, 1879. E quo opusculo saec. XIV. clarissimo auctor historium inventionis ludi scachorum l. II, c. 46. et 47. ad verbum exscripsit. 23) Exscribuntur Ovidii Fast. lib. I, 87—92. 99. 100. 133—140. 143. 144. 235. 236; II, 267—272. 277. 278. 281—302. 857—862; III, 713. 714. 735. 736. 809—818. 849. 850. 883. 884; IV, 621—624. 863—866; V, 549. 550. 552—554. 559. 597. 598. 603. 604. 663. 664. 691—694. his locis: I, c. 29. 41. 43. 44. 46—48. 59. 68; II, c. 37. 24) V, c. 43. De carmine illo v. Teuffel, 'Gesch. d. röm. Literatur', ed. 4. (Leipzig 1882) p. 533.

scripsit, quae omnia hic enumerare longum est. 4) Prol. c. 15. 18. De Erodoco, ut Iac. scribit, cf. Wilmans l. l. p. 319. Capitulo 34. nomen Erodoci per errorem praescriptum est. 5) Cf. l. II, c. 19 (= Mart. Opp. SS. XXII, p. 402); II, c. 20 (ib. p. 403). 6) Cf. Prol. c. 3. 7) Prol. c. 1. 4. 8) Ibid. c. 1. 9) Ibid. c. 4. 10) Quem librum Tractatum de forma et natura deorum I, c. 39. vocat; II, c. 37: *Imago dicti idoli, iuxta opinionem antiquorum et maxime Fulgentii . . . Exponunt autem Fulgentius et Rabanus.* Guisius, qui, ut plura iis quae Lucius Tungrensis de diis templisque Belgicorum deorum dixerat adderet, studuit, multo fusiora apponit, quam Mythologiarum libri III (ed. Muncker, Mythographi latini, Amstelodamiae 1681) praebent. Neque cum Rabano (De Universo XV, c. 6) nisi ad sensum convenit. Cum autem fontes suos ad verbum exscribere soleat, ex ignoto quodam fonte hausisse videtur, nisi forte eum e memoria quae apud utrumque legerat reddidisse vel ampliasse credas. 11) II, c. 19. 28. 30; IV, c. 29; postea semel XVII, c. 30. 12) I, c. 24. 13) Ibid. 14) De consolatione philos. III, c. 9; Prol. c. 1. 15) Ed. 1469, l. VII, c. 4; I, c. 28. 16) Prol. initium. 17) Cf. VII, c. 72. 18) Ed. cum Biblia glossata, Antwerpiae 1634. Prol. c. 3. laudat: *N. de L. super principium Psalterii et libros Esdre et Nehemie;* I, c. 64: *N. d. L. super Matheum;* V, c. 52:

sequi declarat iuxta historias Sigiberti Gemblacensis, Balduini, Andree Marsianensis, Almerici, Thomelli, Gilberti et aliorum approbatorum historiographorum[1]. *Dissertatione de etymologia vocis Hanoniae praemissa, quam auctoritate Thomelli aliorumque auctorum nisus a Hunis deducendam esse, multis aliis opinionibus examinatis, decernit, historiam Hanoniensium comitum ecclesiaeque illius territorii aggreditur. Praeter ecclesiasticos fontes, quos infra enumerabimus, hos sibi vindicavit:*

Ante omnes in sequentibus libris se Sigebertum secutum esse auctor ipse profitetur[2], *cuius chronicon revera totum fere exscripsit. Quod ex ipsius verbis conicere licet, praeter textum simplicem Sigeberti plures codices eius additamentis auctos adhibuit*[3]. *Sed pauca tantum de his cognosci possunt. Cum Iacobus locos, qui in Sigeberti codicibus classis A et D desunt*[4], *praebeat, unum saltem codicem eum in usum vertisse apparet, qui neutrius erat. Habuit etiam codicem classis Attrebatensis, aut C* 1 *(Cantabrigiensem) aut C* 3 *(S. Martini*[5] *Tornacensis), ut videtur. Tertio exscripsit codicem B* 4''[6], *olim Marchianensem, iam Duacensem nr.* 798. *saec. XIV. Hic enim permultis additamentis partim in marginibus foliorum, partim in schedulis insutis auctus est, quorum non parva pars in Annales Hanoniae transiit*[7]. *Sed cum non omnia, quae Iacobus inter Sigeberti excerpta exhibet, in hoc codice inveniantur, eum aut apographum eiusdem novis additamentis ampliatum aut alium codicem reliqua praebentem evolvisse aut quasdam schedulas codici olim annexas fuisse, quae perierint, patet. Quae additamenta*[8] *sumpta erant e Vitis S. Amandi, S. Rictrudis, S. Amati, Chronico Marchianensi*[9], *praecipue ex Annalibus Blandiniensibus et Elnonensibus maioribus ac minoribus, e quibus auctor multo plura exhibet, quam in codice S. Rictrudis legere potuit*[10]. *Neque vero Iacobus Annales Elnonenses ipsos adhibuisse putandus est*[11], *quia non modo nunquam eos laudat*[12], *cum tamen alios, ut S. Gisleni, Crispinienses, Catalaunenses citare soleat, sed etiam eorum locos semper cum aliis Sigeberti coniunctos exhibet. Huc accedit, quod ipse lectores*

1) VIII, c. 1. 2) VII, c. 57: *cuius historiam in libro sequenti diligenter prosequemur*; VII, c. 72: *quem super alios historiografos, Dei duce, in sequentibus prosequi propono*; VIII, c. 1: *quia ipsum insequor in hac parte secunda, ubi non video rationem sibi repugnantem.* 3) VIII, c. 1: *Verum quia plures repperi libros historiales a Sigiberto denominatos inter se valde diversificantes, licet Francorum historie indubie equaliter continuentur, quia in uno de fundacione unius ecclesie et in altero de fundacione alterius et in tercio de neutris, sed alterius reor perlegisse, ideirco in dubiis passibus ipsum allegare propono.* Aliam interpretationem R. Wilmans l. l. p. 343. praeferre videtur, libros illos a Sigeberto denominatos Sigeberti fontes fuisse; quae refellenda est. 4) Ad a. 384. 413. 447. 509. 512. 620. 646. 750. 767. 790. 827. 869. 945. 959. 960. 965. 998. 1003. 1012. 5) Ad a. 457. Iacobus praebet *annis XVI* cum codd. C 1. 2*. 3. D. Ad a. 685. in Auct. Aquic. convenit cum codd. C 1. 2*. 3. D. E. A. 962. eadem verba omittit, quae etiam desunt in codd. C 1. 3. 4*. D. Iam ex hoc sequitur eum aut cod. C 1 aut C 3 aut D habuisse. Sed hos codices vel unum ex iis solum eum in usum vertisse fortasse neges, quia ad a. 953. *Haginoensium* praebet, ubi C 1. 3. D *Baginoensium* exhibent. C 2* non in eius manibus fuisse videtur, cum neque ad a. 962. cum eo conveniat, et ad a. 937. et 1012. quaedam verba habeat, quae in hoc codice desunt. Idem in cod. C 4* ad a. 1003. 6) Hunc codicem ipse evolvi. 7) Haec additamenta ex hoc codice fluxisse, cum e notis L. Bethmanni, tum codice evoluto mihi persuasi. Leguntur ad a. 571. 609. 633. 649. 661. 677 (e Vita S. Amandi). 609. 615. 645. 650. 688. 701 (e fontibus S. Rictrudis), 685. 690 (S. Amati). 697. 698. 782. 862. 1050 (Ann. Elnon.). 941. 1029. 1030 (Ann. Bland.). Iacobum hunc codicem exscripsisse etiam ex loco a. 927. patet, ubi verba *Rodulfus — subrogatur*, in codd. B 4*. B 4'' omissa, apud Iac. quoque desunt. 8) Quae R. Wilmans l. l. p. 344. enumeravit. 9) Hoc verisimilius est quam codicis additamenta in Historiam March. assumpta esse; cf. 'N. Archiv' XV, p. 455. 10) Scil. ad a. 913. 918. 933. 966. 987. 990. 1030. 1036. 1051. 1054. 1061. 1067. 1102. 1107. 1109. 1111, quibus Ann. Elnonenses inseruit; alia quaedam addidit ad a. 404. 425. 457. 459. 620. 693. 762. 795. 809. 902. 939. 953. 981. 994. 1000. 1029; quae unde sumpta sint, incertum est. Cf. etiam Wilmans l. l. 11) Quod R. Wilmans p. 346. censuit. 12) Historiam enim S. Amandi, quam prol. c. 35. laudat, esse Annales Elnonenses, ut Wilmans p. 348. vult, mihi quidem minime constare videtur.

se, ubicunque non assignatur rubrica auctorum, *Sigebertum* de verbo ad verbum sine quacumque diminutione aut additione *excerpsisse monuit*[1]. *In dubio igitur relinquendum est, num Iacobus exemplar Sigeberti his additamentis, Elnonensibus praesertim, ampliatum habuerit, ex quo locos illos descripsisset. Pro certo tantum habemus eum Auctaria Aquicinense*[2] *et Crispiniense*[3] *in usum vocasse; fortasse etiam Hasnoniense*[4]. *Ex Anselmi continuatione unum locum exscripsit*[5].

Chronico Sigeberti Iacobus ita usus est, ut ex eo singulis annis plerumque numeros praescriberet, nonnumquam tamen locos ex eo sumptos alio ordine disponeret, ea praesertim quae inter se cohaerebant ordine chronologico posthabito coniungeret. Qua de causa etiam accidit, ut multis locis anni utriusque auctoris non congruant, modo Iacobus Sigeberto, modo Sigebertus Iacobo uno vel duobus annis praecurrat. In pontificum Romanorum numeris ordinis et annorum computandis auctor Sigeberti errores correxit.

Historias Francorum plures in usum vocavit; inprimis Andream Marchianensem[6], *quem saepissime librorum capitumque numeris interdum adnotatis ante a.* 1050. *laudavit*[7], *maxime de rebus Merowingicis consuluit. Praeterea 'Historiam communem Francorum' semel laudavit*[8], *qua Andreae chronicon exscriptum ampliatumque fuisse videtur. Semel quoque 'Historias Francorum' attulit, ubi locum Gestorum Francorum veterum in aliam formam redactum stiloque mutatum recognoscimus*[9]. *Brevem regum Francorum historiam inde a Karolo Simplice usque ad Hugonem Capet, quae paucis exceptis ex continuatione historiae Francorum Aimoini hausta est, e 'Chronicis S. Dionysii Parisiensis'*[10], *denique unum locum e Rigordi Gestis Philippi II.*[11] *exscripsit.*

Vincentii Bellovacensis Speculum historiale secunda parte non nisi perraro in usum vertit[12]. *Bis denique fratris Aegidii de Lessines opus de concordantia temporum compositum*[13], *nondum in lucem protractum, consuluit.*

Ut pro antiquis temporibus fabulosa series regum Belgarum, ita pro mediis ficticia historia comitum Hanoniensium a Iacobo de Guisia exhibetur, ad quam componendam eum praecipue tres auctores adiuverunt: Hugo Tullensis,

1) VIII, c. 1. 2) Quod exscripsit ad a. 685. 773. 1079. 1105. 3) Cf. l. XV, c. 40: *Ex annalibus ecclesie Crispiniensis, quibus concordat Sigibertus.* Codicem igitur habuerit oportet Annalibus Crispin. auctum. 4) Ex quo notam de fundatione coenobii Hasnoniensis ad a. 609. hausisse possit. Auctarium Mortui-maris non exscripsit, cum locus a R. Wilmans p. 343, n. 1, allatus e Vinc. Bellov. in Annales Hanoniae transierit. [Quaestio haec, quaenam exemplaria Chronici Sigeberti Iacobus adhibuerit, solvenda eo difficilior evadit, quod hic aliis libris usus sit, in quibus permulta ex Sigeberti Chronico auctariisque ac continuationibus eius exscripta erant, Andreae videlicet Marchianensis Chronico et Vincentii Bellovacensis Speculo historiali, qui cum ipsius Sigeberti Chronicon cum auctariis et continuationibus Gemblacensibus et Ursicampinis, tum Helinandi et Roberti Altissiodorensis Chronica exscripsit, qui alia exemplaria Sigeberti aliis additamentis aucta adhibuerant. H.-E.] 5) Ad a. 1112. 6) De eo cf. SS. XXVI, p. 204 sqq. Integram editionem curavit Beauchamps Duaci 1633. 7) His locis IX, c. 2. 3. 10—13. 16. 17. 30. 33; XI, 42. 47; XIII, 42. 49. 50; XIV, 11. 14. 18. 37. 40. 41. 42. 57. Cum autem Andr. III, c. 4. et 6. antea iam l. VIII, c. 2. afferantur, codicem Iacobi res quoque post a. 1050. gestas continuisse cognoscitur. 8) L. IX, c. 2. 9) L. IX, c. 33. 10) XIV, c. 20. 30. Quae fuerint haec chronica, ignoro, quae cum Chronicis S. Dionysii vulgari lingua conscriptis non conveniunt. Cf. Aimoini Hist. Franc. V, c. 42. 44, Freher, Corpus Francicae hist. p. 509. 511. 11) VIII, c. 23. 12) IX, c. 9. 14. 15. 43; XIII, c. 3—8. 44. 13) Quod Iacobus hoc titulo affert XIII, c. 52: *in collectionibus annorum mundi* et XIV, c. 17: *in revolutionibus annorum mundi.* Idem opus, nisi fallor, in codice Sorbonae sic inscriptum esse manu posteriore, sed vetusta, dicitur: *Vidi sic intitulatum: Incipit liber de temporibus a fratre Egidio de La . . .*, cetera desunt. Tertius liber huius concordantiae notas chronologicas usque ad a. 1325. pertinentes continuit, unde Iacobus hausisse videtur; cf. Quétif-Echart, Scriptores ordinis Praedicat. I, p. 371; Paquot, 'Mémoires pour servir à l'hist. littér. des Pays-Bas' XI, p. 75—79; 'Hist. littér. de la France' XIX, p. 348. Buderius opera huius Aegidii fratris ord. S. Dominici apud fratres Minores Valentianis vidit.

Balduinus, Almericus. Qui modo singuli, modo omnes simul laudati, res a comitibus Hanoniae regum Francorum temporibus gestas suo modo fabulosissime, vera historia tamen, praecipue Gestis Francorum, aut carminibus heroicis Gallorum aliquantum materiae praebentibus confinxisse dicuntur. Eandem principum seriem, quorum originem ab Alberico, filio Clodii regis Francorum, duxerunt[1], *eadem fere eorum facta*[2], *quae plerumque verae historiae quasi quandam incertam umbram exhibent, omnes tres memoriae tradidisse dicuntur, ut inter eos necessitudinem quandam intercedere facile tibi persuadeas, nisi Iacobum horum etiam omnium aut saltim nonnullorum inventorem fuisse credere malis*[3]. *Quos auctores hoc inter se commune habuisse conciendum est, quod diversi temporis personas veras*[4] *confuderint, perpaucis quae per historiographos comperta habebant prolixas narrationes texuerint, multa, ut nomina locorum quaedam etymologice explicarent, confinxerint. Hugonem Tullensem*[5] *— Balduinum et Almericum alio loco specialius recensendos relinquentes — Iacobo testante inprimis res Lotharingorum narrasse iam supra (p.* 50*) diximus. Quare huius et Balduini libri a Iacobo Historiae Austrasiae vocantur*[6]. *Hugonis nomine fabulae ex magno illo corpore carminum heroicorum*[7], *quod inscribitur 'Les Loherains', eiusque partibus 'Garin le Loherain', 'Hervis de Metz', 'Girbert de Metz', sumptae a Iacobo traduntur. Hinc venit ille 'Gautier l'orfenin' comes, de quo tanta a nostro narrantur. Hugo vero vel Iacobus etiam carminibus cantilenisque quae perierunt vel nunc latent usus esse videtur. Iam etiam viri docti, quis fuerit iste Hugo, inquisiverunt. Cum enim Symphorianus Champier*[8] *et Richardus Wassebourg*[9] *in operibus suis historiam Garini narrantes ad Hugonem Tullensem, quem a Iacobo laudatum videbant, lectores relegarent, Calmet, qui primus carmen illud de Garino compositum in lucem traxit, Hugonem Metellum, canonicum S. Leonis Tullensem, qui saec. XII. vixit, eius auctorem habuit*[10]. *Quod nihilo probari potest; neque enim in multis quae exstant epistolis Hugonis Metelli quidquam, quo haec opinio fulciatur, indicium reperitur*[11], *neque ille*

1) Cf. IX, c. 1. 2) In quibusdam tamen inter se discrepasse a Iacobo dicuntur. Fabulas illas explicavit Wilmans l. l. p. 331—335. Plerumque duo ex his auctoribus insimul a Iacobo laudantur, qua de causa, quid quisque eorum scripserit, discerni nequit. 3) Et revera in eorum fabulis Andream Marchianensem, quem Iacobus ipse permultum in usum vertit, adhibitum esse constat, quo haec opinio aliquantulum fulciri possit; cf. IX, c. 12. 30. 32. 4) Ut Aegidium magistrum militarem Clodii regis cum Meroveo, IX, c. 1. 5) VIII, c. 27 sqq.: *Ex historiis Hugonis Tullensis et Almerici*; VIII, c. 30: *Almericus et Hugo*; IX, c. 1: *Balduinus et Almericus et Hugo*; IX, c. 6: *Ex historiis Hugonis*; IX, c. 9: *Hugo*; c. 30: *Hugo*; c. 32: *Balduinus et Hugo*; XI, c. 1: *Hugo et Almericus*; c. 3: *Hugo*; c. 66—68: *Hugo*; XIII, c. 1. 2: *Hugo*. 6) IX, c. 33. 7) Cf. Reiffenberg, 'Phil. Mouskes' II, Intr. p. CCLXV sqq.; Wilmans l. l. p. 335; Du Méril, 'La mort de Garin le Loherain' (Paris 1846) intr. 8) 'Le recueil ou croniques des hystoires des royaulmes d'Austrasie' 1510. 9) 'Antiquités de la Gaule Belgique', Parisiis 1549, III, fol. CLVII: *Ce que conferme Symphorian Champier au quatrieme chapitre de ses croniques, alleguant Hugues de Toul, ancien historien, disant de ce Guerin, qu'au temps qu'il gouvernoit Lorraine soubs Pepin roy de France, Flandres estoit gouvernée par les forestiers du dict roy Pepin* etc. Sequuntur quae Iac. d. G. l. XI, c. 68. ex Hugone exscripsit. Et ex Iacobi Annalibus procul dubio et Champier et Wassebourg hauserunt quae de Hugone eiusque relationibus afferunt. Ille enim, cum alia quoque, quae Iacobus habet, assumeret, huius librum, non fontem eius se exscripsisse prodit, cum de origine Merovei Sigebertum et Andream Marchianensem a Iacobo laudatos citaverit. Wassebourg autem Hugonem l. II, fol. CIII'. laudat, quo loco fabulosas eius genealogias recepit. Wilmans quidem l. l. p. 334, n. 1. Champier aut Wassebourg Hugone ipso usos esse existimat, sed hoc loco allato minime probatur. 10) Calmet, 'Hist. de Lorraine' I (1745), p. XCIX: *Wassebourg cite Hugue de Toul, qui suivoit l'histoire de Garin de Lorrain. . . . Nous donnons cy après de grands Extraits de l'ouvrage de Guarin ou plutôt de Hugues Metellus.* I, Intr. p. CCXL: *J'ay deja parlé de cet ouvrage et de son auteur, que je crois être Hugues Metellus chanoine regulier de l'abbaye de St. Léon de Toul.* 11) Ed. Hugo, Sacrae antiq. Monum. II, p. 312—412. Ut ex ep. 16. 17. 21. 34. 45. 51. elucet, versibus componendis studiisque mathematicis operam dederat. Historiam tangunt ep. 2 (p. 325) et 17 (p. 349). Sed his locis nihil probatur, etsi etymologicae explicationes apud utrum-

fabulator Tullensis ante saec. XIII. vel XIV. scripsisse potest[1]. *Quem narrationem non ultra Karoli Magni aetatem produxisse Iacobus contendit, quo regnante Walterum, filium Walteri ducis Alsatiae, prole mascula carentem e vita migrasse in fine operis eum narravisse dicit*[2].

Ex aliis etiam libellis quaedam Iacobus ad historiam veterum comitum Hanoniae pertinentia se hausisse praetendit. Albone comite sanctimoniales Leodiensis ac Cameracensis dioceseon decretis concilii Aquisgranensis a. 817. *celebrati restitisse Gesta Walcandi Leodiensis episcopi secutus, ut dicit, copiose exposuit*[3], *cui narrationi nullam fidem dandam esse mihi persuasum est*[4]. *Hanc historiam procul dubio tantum apud Almericum laudatam*[5] *invenisse, non ipse legisse videtur. Neque aliunde, ut equidem opinor, Gesta Manicherii comitis Regitestensis*[6], *filii Albonis comitis, laudavit, quae loco a Iacobo exscripto fabulam quatuor filiorum Haimonis praebent*[7]. *Pleniorem historiam comitum Regitestensium Guillermus de Mascandio*[8] *Gallice composuisse dicitur, quem de Raginero Longi-colli comite Montensi, filio Manassis vel Manicherii comitis Regitestensis, auctor consuluit. Hic Gisleberti chronico niti*[9], *post eius igitur tempora scripsisse videtur.*

Inter auctores vicinarum Hanoniae regionum Iacobus nominavit Tomellum, quem historiam territorii Ostrevanensis conscripsisse dicit[10]. *Ex qua cum locum amplum ad Ostrogothorum Hunorumque invasiones pertinentem*[11] *cum Almerici dictis coniunctum attulerit, hunc ab Almerico laudatum fuisse, non ab ipso Iacobo lectum esse censeo*[12]. *Etiam num revera Tomellus Gesta Ostrevanensium scripserit, dubitare licet, sane num idem fuerit, qui circa a.* 1080. *historiam monasterii Hasnoniensis composuit, in dubio relinquendum est.*

Tum Iacobus adhibuit 'Historiam communem secundae destructionis ecclesiarum Ostrevanensium in vulgari'[13], *fabulis plenam, cuius auctor aut ipse*

que Hugonem deprehenduntur. Eum auctorem carminis Garini fuisse, quod Calmet nullo iure coniecit, 'Hist. littér. de la France' XVIII, p. 738 sqq. refutavit. De Hugone Metello cf. ibid. XII, p. 493. 1) Cf. Reiffenberg, 'Phil. Mouskes' II, Intr. p. CCLXV sqq. 2) L. XIII, c. 2. 3) XIII, c. 37. 4) R. Wilmans quidem paulo melius, non tamen sine dubitatione de ea iudicare videtur. Praecipue eo moveor, quod quae ibi narrantur ne unico quidem testimonio coaevo vel suppari confirmantur. 5) Capitulum ipsum Almerici nomine inscriptum est; cf. quae infra p. 62. de Almerico exposui. 6) XIII, c. 39: *Ex gestis Manicherii comitis Regitestensis.* 7) Sequitur in codd. spatium vacuum, quo 'historia Haimonis' collocari debebat, quae in translatione Gallica Iohannis Wauquelin hoc loco posita est. Manicherius certe 'Maugis' ille est, qui in carmine heroico 'Renaus de Montauban' inscripto occurrit. 8) XIII, c. 45: *Ex historia Guillermi de Mascandio;* XIV, c. 5: *una sola historia, videlicet Guillermi de Mascandio in cronica, quam compilavit de comitibus Regitestensibus, proloquitur;* cf. Wilmans l. l. p. 339. 9) Hoc e l. XIII, c. 45. patet, ubi de eadem re Guillermus et Gislebertus affernatur. Post verba Gisleberti, qui de comite quodam sanctimoniales e monasterio S. Waldetrudis expellere volente retulerat, Iacobus ita pergit: *Quis autem fuerit iste comes, Gilbertus silet; sed in quadam vulgari historia reperi fuisse Manassem, qui in comitatu Montensi ante Raginerum Longi-colli regnavit; de huius vita et genealogia pauca calde reperi.* Cum vero antea eadem de Raginero Guillermi historiam secutus dixerit, vulgaris illa historia, quam citavit, Guillermi fuisse videtur, et postea quoque eandem de Ragineri aetate laudavit. Conicio eum locum illum dictis Gisleberti adiecisse, antequam ipsius Guillermi verba exscripta loco Gisleberti anteponeret. 10) Prol. c. 4: *Tomellus gesta Hostrevanensium;* VIII, c. 4: *Thomellus, qui de territorio illo historiam compilavit.* 11) Nomen Ostrevanensium nempe ab Ostrogothis deducit. Cf. VIII, c. 5; IX, c. 5; Wilmans p. 327. 12) Cf. VIII, c. 4: *Hec in virtute Thomellus et Almericus;* c. 6: *et si sic, non differunt tunc Hugo et Thomellus aut Almericus a Sigiberto* etc. Ibid.: *Potest esse, quod Hugo et Almericus sive Thomellus loquuntur de maiori et Sigibertus de minori vel e converso.* Ex his locis patet Iacobum Almericum et Thomellum non duos diversos auctores legisse, cum unum pro alio ponere videatur. Neque huic sententiae repugnat, quod VIII, c. 5. et IX, c. 5. Tomellum sine Almerico nominaverit. Nam his locis Almericus ad illum lectores relegasse potest. Cf. etiam Wilmans p. 327, qui saltem Almericum Tomelli librum totum recepisse suspicatur, unde Iacobo commodius fuerit maius opus evolvere. 13) XIV, c. 15—17. Continet historiam Rollonis usque ad id tempus, quo baptizatus suis novas sedes in Francia septentrionali paravit.

compluria chronica Normannica[1], *exscripsit aut chronico quodam illorum ope composito usus est. Sed Hanoniensem vel Ostrevanensem eius auctorem quae Raginerum locaque Hanoniensia respiciunt adiecisse apparet.*

Saec. XIII. exeunte Wilhelmus II. abbas S. Trudonis[2] *'carmen de origine ducum Brabantiae'*[3] *distichis factum, plures satis prolixos libros complexum*[4], *composuisse videtur. Ex quo carmine adhuc ignoto Iacobus, qui auctorem* magnum compositorem et poetam *celebravit, paucos versus operi suo inseruit*[5], *quibus duces Brabantiae per Raginerum Montensem a Troianis Francisque originem traxisse probaretur. De alio quoque comite, ut credebatur, Brabantiae, Gerardo videlicet de Rossilione, carmen vulgari lingua conscriptum Iacobus legit*[6], *non idem, quod lingua Provinciali conditum hucusque exstat*[7], *sed aliud quoddam a poeta Galliae inferioris sive Brabantino sive Flandrensi saec. XIII. compositum*[8], *quo praeter fabulas carmine Provinciali iam traditas inprimis de ecclesiis ab illo comite fundatis relatum erat. Quem poetam ex carmine illo vetustiore*[9] *et Vita Gerardi lingua Latina*[10] *saec. XI, ut videtur, conscripta materiam rerum hausisse censeo. Atque cum iis quae in carmine illo legit*[11] *Iacobus res in Translatione S. Mariae Magdalenae narratas coniunxit*[12], *quam Legendam S. Badilonis dixit, cum a Badilone monacho corpus illius sanctae ab urbe Aquensi in monasterium Verzeliacense translatum esse traditum sit*[13]. *Ut has res a proposito suo alienas exscriberet, Iacobus eo procul dubio permotus est, quod in eo de Gerardo illo, qui comes Brabantiae fuisse credebatur, quaedam relata invenerit*[14].

P. Meyer hunc libellum saec. XI. compositum esse censet[15], *sed magis*

1) Tria fabulosa inter se cohaerentia chronica Normanniae edidit Franciscus Michel 'Les chroniques de Normandie' (Rouen 1839) et 'Hist. des ducs de Normandie' (Paris 1840). Cf. Wilmans l. l. p. 340. 2. Prol. c. 4: *abbas S. Trudonis, historias Brabantinorum;* VIII, c. 2: *ex quodam libro metrificato, quem edidit abbas Sancti Trudonis de historiis Brabantie;* XIV, c. 41: *Ex historia dompni Guillermi abbatis Sancti Trudonis Hasbaniensis in ducentesimo XXI^o versu libri 2^i cronicarum suarum.* Sine dubio Wilhelmus II. hic fuit, qui inde ab a. 1277—1297., abbatiam rexit; quippe qui in Gestis abb. Trud., SS. X, p. 404: *bonus metricus* dicatur. R. Wilmans p. 359. e versibus:

Huic quoque germanam dant cronica scripta sororem,
Nomine Gebergam, que michi visa fuit,

cum *que michi visa fuit* ad Gebergam referret, auctorem saec. XI. floruisse coniecit. Sed *que — fuit* ad *cronica scripta* pertinent, unde pro *dant* emendandum est *dat*. Neque cum Ioh. Heller, SS. XXV, p. 406. censeo poetam coaevum fontem in usum vertisse. Si enim loco nostro agmen ducum Brabantiae Lambertus II. claudit, Iacobus ceteros, qui ad propositum minime spectabant, omisisse putandus est. Neque e versibus:

Hunc quoque subsequitur Lambertus patruus eius,
Qui regit has terras Loranioque preest.

de aetate poetae vel fontis aliquid coniecere velim, ratus tempus praesens hoc loco pro praeterito positum esse. 3) Cf. locos, quos in editione annotavi. 4) Cf. n. 2. 5) XIV, c. 40. E codice suo Iac. de Guisia interlinearem glossam descripsit. 6) XI, c. 49: *De isto Gerardo aliqua reperi in quodam libello metrificato in vulgari, cuius tenor talis est.* 7) Cf. P. Meyer, 'Girart de Roussillon, chanson de geste'. Paris 1884. 8) Meyer l. l. p. CXII. et CXIV. Notandae sunt ineptiae etymologicae, quae poetam posteriori aetati assignant. 9) Inde hausit Gerardum comitem Brabantiae fuisse; cf. Meyer l. l. p. CXIV. 10) Ed. P. Meyer, 'La légende de Girart de Roussillon', 'Romania' VII, p. 161—235. 11) Verba Iacobi exscripsit Ioh. Wauquelin saec. XV. in historia sua prosaica Gerardi de Rousselione; cf. Meyer p. CL sqq. 12) XI, c. 50—54. 13) R. Wilmans l. l. p. 337. hanc historiam ineditam putaverat, cuius Bollandistae iam bis maiores partes collectioni suae inseruerant, initium videlicet Acta SS. Iul. V, p. 207. et sequentes partes, ad translationem ipsam pertinentes, scil. a *Contigit — Aprilis reposuerunt* ib. Oct. IV, p. 355 sqq. Praetermiserunt miracula quaeque ex historia Verzeliacensi adiuncta erant, Faillon, 'Monumens de l'apostolat de Sainte-Marie-Madeleine en Provence' II, p. 735—740. eadem, quae Bollandistae (c. 50—53) et p. 743—752. miracula et cetera e duobus codicibus imprimenda curaverat. Minorem partem ad a. 1037. spectantem, quam Faillon nonnisi mutilam edidit, Chérest in 'Bulletin de l'Yonne' XVI, p. 465. exhibet. Neque Iacobus totam historiolam olim vulgatissimam transscripsit, ut lecto cod. S. Audom. nr. 716. VII, fol. 67 sqq. mihi persuasi. Tamen c. 54. quandam partem quod scio nondum editam praebet, quae de Gerardo comite nonnulla continet. 14) Cf. P. Meyer in 'Romania' VII, p. 231—235. 15) 'Romania' VII, p. 234.

patribus Bollandistis assentiendum videtur, qui statuerunt illum primo saec. X. conditum, postea retractatum et in aliam formam redactum esse[1]. *Recentiorem formam a Iacobo exscriptam esse mihi persuasum est.*

III. In tertia parte ea tantum, quae ad historiam Hanoniensem pertinent, auctor tractare sibi proposuerat. Itaque ante omnia Gisleberti Chronicon[2], *parvam historiam ab ipso contemptim dictam, illis locis secutus est*, in quibus nulla obviat rationabilis historia[3]. *Quo factum est, ut hunc libellum totum fere exscriberet neque eum relinqueret*[4], *nisi fusiorem elegantioremque sibi visam narrationem invenisset. Neque autem deerant tales historiae, quae et ipsae maximam partem in Gisleberto nitentes eius narrationem sermone inani seu fabulis commentisque ampliaverant. Cuius generis fuerunt, quos auctor laudat, Balduinus, Almericus, Historia communis Hanoniae.*

Sed de his inquirentibus ex eo difficultates se obiciunt, quod in his partibus perraro, quo libro Iacobus usus sit, indicaverit; ubi vero hoc fecit, modo Balduini, *modo* Balduini et Almerici, *modo* Historiae Hanoniensis *nomina praescripsit*[5].

Cum autem historiae sub his nominibus allatae multaeque aliae nullo auctoris nomine praeditae quodammodo cum Balduini Avennensis chronico conveniant[6], *non mirum, quod Balduinus Iacobi idem Avennensis fuisse putaretur*[7]. *In contrariam sententiam nimirum discesserunt Delewarde*[8] *et R. Wilmans*[9], *qui nonnisi Latinam chronici illius versionem legerant; hanc vero Iacobum in usum non vertisse facile contendere licuit scienti eum fontes Latinos ad verbum exscripsisse. Sed ne Gallicam quidem recensionem plerumque convenire cum iis, quae Iacobus nomine Balduini praemisso exhibet, Gachet exposuit*[10]. *Deinde autem Wilmans locum*[11] *auctoris nostri attulit, quo Balduinum comitem Flandriae et Hanoniae, postea imperatorem Constantinopolitanum*, historias a mundi creatione abreviatas usque ad tempora sua sub brevi epilogacione recoligi atque conscribi *iussisse dictum erat;* et specialiter historias — *ita pergit Iacobus* —, que tangere videbantur patrias atque genealogias, a quibus ipse dirivari credebatur, de quibus nonnullas in precedentibus huic operi annotavi, quas in Gallicano ydiomate redigi fecit, que ab ipso Historie Balduini nuncupabantur. *Has igitur historias nomine Balduini afferri conclusit Wilmans. Profecto post huius*

1) Codices inter se differunt. Boll. exhibent hunc locum: *viros namque et mulierum quam plures vivos decoriabant, ut mos est Sarracenorum hominibus nostrae gentis facere, ut ipsimet postmodum vidimus*, unde recte coniciunt auctorem, qui hoc in Provincia viderit, saec. X. floruisse; sicque praebet Cod. Paris. 12602, f. 267' (Meyer p. 231), Cod. S. Audomari et Iac. de Guisia. Apud Faillon recentior corrector addidit: *qui videre.* Itaque Boll. priora capita, fabulosa de Gerardo praebentia, et miracula saec. XI. addita a priore recensione aliena censent. Revera Boll. codice usi sunt, quo in exordio quasdam partes diversas conglutinatas esse melius elucet quam in ceteris, ubi manus aequans corrigensque iam deprehenditur. 2) Ed. W. Arndt, SS. XXI, p. 481—601, collato codice Paris. nr. 5995. Iacobi de Guisia, quem codice S. Waldetrudis usum esse editor suspicatur. 3) L. XV, prol. 4) His locis exscribitur: XI, c. 3. 5—7; XIII, c. 45; XIV, c. 41; XV, c. 1. 2. 24. 41—43. 45; XVI, c. 1—3. 15. 19; XVII, c. 22. 47; XVIII, c. 3. 5—13. 16. 17. 20. 22. 31—49. 52—77; XIX, c. 1. 2. 5) L. XV, c. 1: *Balduinus et Almericus;* XV, c. 2. priore loco: *Ex communi historia Hanoniensi;* deinde *Balduinus;* XV, c. 46: *Ex communi historia Hanoniensi;* XVI, c. 7: *Ex historia Hanoniensi in vulgari. Balduinus et Almericus;* XVII, c. 1: *Balduinus*, deinde in textu: *Legitur in communi historia Almerici*, in fine capituli: *prout patet in historiis Balduini et Almerici;* XVII, c. 41: *Balduinus;* XXI, c. 44. postremo in textu *historia communis* laudatur. 6) L. XV, c. 1. 2. 46; XVI, c. 7—10. 16. 20. 28; XVII, c. 1. 2. 37—41; XVIII, 1—5. 7. 13—15. 17—21; XIX, c. 11—13. 20. 21. 7) A marchione de Fortia t. I, p. 34; XVI, p. 175. Hic autem procul dubio Balduinum nunquam viderat. 8) 'Hist. générale du Hainaut' I (Mons 1718), praef.: *Ce n'est pas au moins Bauduin d'Avesnes.* 9) 'Archiv' IX, p. 328 sqq. 10) 'Les chroniques de Bauduin d'Avesnes' in 'Compte-rendu de la comm. royale d'hist. 2. série', IX (Brux. 1859), p. 270 sqq. 11) XIX, c. 5.

Balduini comitis aetatem Balduinus historiographus a Iacobo non iam laudatur. Attamen genealogiae, quas ex opere iussu Balduini comitis collecto se annotasse fatetur, cum Balduini Avennensis Chronico usque ad a. 1278. deducto optime conveniunt. Etiam auctores, quibus Balduinus Avennensis usus est, Galfredus Monmutensis[1] *et Andreas Marchianensis*[2]*, locis Iacobi sub nomine Balduini signatis exscripti sunt. Gachet quidem difficultates ita repellere conatus est, ut Balduinum et Almericum iussu comitis Flandriae historias illas composuisse existimaret, quae postea a Balduino domino de Avennis retractatae ac continuatae essent*[3]*. Alii 'Historias Balduini', de quibus auctor noster loquitur, Chronicas abbreviatas Balduini Avennensis intelligendas esse censuerunt*[4]*. Sed cum Ioh. Heller rectissime probaverit*[5] *Balduini Avennensis quod dicitur Chronici Hanoniensis recensionem A*[6] *fundamentum genealogiarum aliorumque esse, quae Iacobus ampliata narratiunculisque aucta exhibet, sequitur 'Historias Balduini' minime iussu Balduini comitis conscribi potuisse*[7]*. Sane mira confusio! Alia Balduini et Almerici vel solius Balduini vel Historiae Hanoniensis titulo inscripta sine dubio ex Avennensis Balduini Chronico Hanoniensi fluxerunt, alia et plura Balduino attributa nullo modo cum hoc opere conveniunt*[8]*.*

Ut quaestionem solvamus, ad Almericum accedamus. Ex iis quidem, quae Iacobus ex eius opere descripsit, elucere videtur Almericum magnam historiam Hanoniae composuisse, cuius fontes Iacobus suo more interdum ab ipso denuo non inspectos sibi vindicaverit. Sic, ut supra p. 59. exposui, Tomellum historiam pagi Ostrevanensis composuisse, quam revera exstitisse mihi minime persuasum habeo, procul dubio ex loco Almerici, qui hunc auctorem laudaverit, coniecit; sic ex eo quod Almericus modo Rogeri Vitam Brunonis, modo Gesta Brunonis laudavisset, praeter Vitam archiepiscopi Coloniensis historiam, 'quae Brunoni archiepiscopo Coloniensi ascribitur', vel 'historias Brunonis' inter fontes suos affert[9]*, ut in multorum scriptis volutatus credatur. Cuius vanae gloriae*

1) L. VIII, c. 30, ubi Balduinus de Arturo rege affertur (de quo loco cf. Gachet, 'Les chroniques de Bauduin' l. l. p. 270) Balduini Avennensis narrationem ampliatam esse apparet, quod Almericus fecisse videtur. Balduinum Avenn. Galfredum Monmutensem exscripsisse etiam I. Heller, 'N. Archiv' VI, p. 134; SS. XXV, p. 414. monuit. 2) Cf. l. IX, c. 30: *Et hec sui* (scil. Andreae) *sequaces conscripserunt Gallice, cuius oppositum superius est ostensum evidenter.* Andream Marchianensem a Bald. Avenn. exscriptum esse docuit Heller l. l. 3) 'Compte rendu' l. l. p. 273. 4) 'Hist. littér. de la France' XXI, p. 757. De hac recensione, quae et ipsa a mundi creatione incipit, cf. 'N. Archiv' VI, p. 140; Gachet l. l. p. 268; Kervyn de Lettenhove, 'Istore et croniques de Fl.' I, Intr. p. v. 5) 'Ueber Balduin von Avesnes und verwandte Quellen', 'N. Archiv' VI, p. 145–151. 6) Ibid. p. 147; alia exempla, ubi fac. recensionem A sequitur, vide l. XVI, c. 8. 9. 7) Cf. Heller l. l. p. 147. 8) Cum prior pars Chronici Balduini Avennensis non edita sit, non nobis constat, quae ratio intercedat inter hoc et locos sub Balduini nomine a Iacobo in hac parte allatos. Nescimus igitur, num in illo legantur quae Balduino auctore laudato Iacobus de Gerardo de Roussillon (l. XI, c. 17) et de invasionibus Wandalorum (l. XIV, c. 1–4 narrat. Fabulosam autem Iacobi seriem comitum Hanoniae, quantum e capitulorum titulis vel quibusdam notis eorum, qui codices viderunt (Gachet, Kervyn, Heller), conici potest, Balduinus Avenn. non exhibuit. Ex tertia parte certe non inveniuntur apud eum, quae Iacobus l. XV, c. 3. de Leone IX. papa et l. XVIII, c. 23. de vectigalibus clericis Cameracensibus impositis affert. 9) L. XI, c. 6. Iacobus dicit: *Nota, diligens lector, quod Gilbertus et Ailmericus, Rogerus et Bruno multum in historiis ecclesie sancte Waldetrudis et eius fundatione atque dotacione videntur discrepare;* c. 7: *sed historia, que Brunoni archiepiscopo Coloniensi ascribitur inferius suo loco . . . de supradictis ecclesiis tractans conscribetur.* Hae partes sequuntur l. XIV, c. 31—35: *Ex gestis Brunonis sancte ecclesie Coloniensis, que Rogerus descripsit, et ex historiis in vulgari, quas Almericus compilavit, que sequuntur, diligenter excerpsi.* Itaque in fine c. 35. legitur: *Et quia historia Gilberti in multis obviat historiis Brunonis, Rogeri atque Almerici* etc. — *idcirco lectoribus supplico, quatinus pauca, que reperi de supradictis* (scil. ecclesiis) *et sine assertione conscripsi.* Videtur igitur in animo tres auctores habere: Almericum, Rogeri Vitam Brunonis et opus quoddam Brunonis. Sed in Rogeri Vita de ecclesiis illis Montensibus nihil legitur neque quidquam de Hanonia reformata, unde conicio auctorem nostrum

exempla iam supra attulimus. Iam sane omnes nunc facillime adducuntur, ut credant eandem fraudem Iacobum etiam hac in re commisisse, Balduini historiam nempe ab Almerico laudatam inter fontes suos attulisse, tanquam ipse eam legisset. Si enim Almericus Balduinum Avennensem, cuius loci procul dubio a Iacobo repetiti sunt, nonnunquam laudaverat, facile evenire potuit, ut Iacobus ei temere fabulas quoque asscriberet, quae Almerici ipsius erant. Fortasse etiam Almericus ad mendacia sua confirmanda alios auctores falso citavit. Huc accedit saepissime utrumque a Iacobo coniunctim afferri, semel[1] *etiam Balduinum in rubrica, in textu autem Almericum fontem nominari, quibus omnibus coniectura haec optime concordat et confirmatur. Neque praetermittere velim inter fontes in prologo Annalium recensitos in codice recensionis prioris Valentianensi nomen Balduini desiderari ac demum in recentioribus codicibus additum esse.*

Almericum Valentianensem fuisse iam Delewarde[2] *iusto iure coniecit ex eo, quod hic copiosam descriptionem oppidi a Valentiniano imperatore restaurati dedit. Quod etiam alii loci eiusdem suadere videntur*[3]*. Praeter libros iam nominatos, Galfredi*[4] *videlicet, Tomelli*[5]*, Rogeri*[6]*, Andreae Marchianensis*[7]*, Balduini Avennensis, Almericum etiam Gesta Treverorum*[8] *et Gesta Francorum*[9] *exscripsisse patet. Qui fontes suos, inprimis Balduini historiam, non ad verbum in linguam Francogallicam vertit, sed ut eos ampliaret verbisque exornaret, studuit, velut genealogiis Balduini perpauca de liberis ex postrema gentis cuiusdam prole ab illo nominata natis, nominibus non adnotatis, adiecit*[10]*, inania quaedam in laudem feminarum*[11]*, quae habitum religiosum assumpserant, addidit, quamdiu personae in genealogiis recensitae vixerint, aliave de eis adnotavit*[12]*, sed perpaucis locis novi quidquam, quod alibi non relatum est, adiecit*[13]*. Neque vero patet, num haec aliaque quae recensuimus ab Almerico ipso an a Iacobo addita mutatave sint.*

Historiam communem Hanoniensem lingua Gallica conscriptam, perraro et primo Richildis comitissae temporibus a Iacobo laudatam[14]*, non novum quendam librum, sed ipsius Almerici historiam fuisse apud me constat*[15]*. Locis enim paucis ex ea allatis Balduini Avennensis Chronicon eodem modo atque ab Almerico exscripta atque ampliata exornataque est, etiam uno loco, quo haec quaestio absolvitur, l. XVII, c. 1. Iacobus sic scripsit:* Legitur in communi historia Almerici. *Quae postremo l. XXI, c. 44. laudata est, ubi dicitur in ea matrimonium Margaretae comitissae et Wilhelmi de Domno-petra*

hanc Vitam nunquam in manibus habuisse; nec plus auctoritatis historiis illis Brunonis attribuere velim; immo dubium esse nequit, quin Almericus modo Rogeri Vitam, modo historiam Brunónis laudaverit, quos Iacobus Almericum solum exscribens diversos auctores habuerit. Suo autem more, ut doctior videretur, fontes alibi indicatos, sed non denuo inspectos, ipse nominavit; cf. Wilmans l. l. p. 367 sqq. 1) L. XVII, c. 1. 2) 'Hist. générale du Hainaut' (Mons 1718), praef.: *Cet Almeric est apparement auteur de quelque cronique de Valenciennes, mais jusqu'à présent on ne sait personne qui l'ait cité, et quoiqu'on l'ait cherché à Paris et ailleurs, on n'a pu le déterrer, ni en avoir nouvelles'.* 3) L. XI, c. 40, ubi a Pippino maiore domus duas ecclesias Valentianenses fundatas esse traditum est, Almericus et Balduinus auctores laudantur. Cf. Heller, 'N. Archiv' VI, p. 149. 4) L. VII, c. 40. Qui hoc loco tempus Constantini respiciente primo laudatur. 5) V. supra p. 59. 6) Ibid. p. 62. 7) L. IX, c. 12. 30. 8) L. VIII, c. 22. 9) L. VIII, c. 30. 10) Heller l. l. p. 147 sqq. 11) Cf. l. XV, c. 2. 12) Cf. l. XVII, c. 40. 13) Sicut l. XVIII, c. 3. 14, fortasse etiam XVI, c. 16. 11. 14) In prima parte Annalium l. IV, c. 21. de tempore Caesaris 'Historia communis' semel commemoratur, sed hanc historiam Hanoniensem esse nihilo sequitur. 15) Hoc primus Heller l. l. p. 151. suspicatus est. Neque mihi necesse videtur aliter de l. XV, c. 7.° iudicare, cum inscriptio: *Ex historia Hanoniensi in vulgari. Balduinus et Almericus* ita exponi possit, ut Balduinus et Almericus auctores historiae Hanoniensis in vulgari dicantur.

a. 1244. *contractum perperam relatum fuisse; quem errorem quamquam etiam Ingerannus de Coucy in opere inedito*[1] *'Livre du lignage de Coucy' commisit, non tamen habemus, quod hunc libellum Iacobi Historiam communem fuisse credamus.*

Post mortem Balduini imperatoris auctores rerum narratarum a Iacobo multo rarius laudati et hac in parte iam pauci sunt, quos adhibuit, econtra magis magisque progrediente narratione Iacobus chartas atque instrumenta consuluit ac libro suo inseruit, iamque non tam res ab aliis relatas transscripsit, quam ipse rerum gestarum narrationem contexuit. Sed etiam hac in parte ei chronicon quoddam usui fuisse apparet, ex quo praecipue hausisse videtur quae de rebus Anglicis et Flandricis retulit. Quorum multa quidem ex anonymi Bethuniensis 'Historia ducum Normanniae et regum Angliae'[2] *sumpta sunt*[3]*, sed cum haec ampliata*[4] *appareant aliaque ad Angliam Flandriamque spectantia ab eo tradita sint, quae in hoc libro aut aliter relata aut omnino non inveniantur*[5]*, Iacobum chronicon quoddam, cuius auctor Historiam ducum Normanniae exscripserat, in usum vocasse conicio. Monendum autem est fieri potuisse, quod nescio, ut Almericus historiam illam in Historia communi Hanoniae exscripserit et per hanc partes ex illa sumptae ad Iacobum pervenerint. Praeterea patet Iacobum historiam quandam adhibuisse, quae in chronico lingua Francogallica conscripto, cui inscribitur 'Istore et Croniques de Flandre'*[6] *exscripta est*[7]*. [Cum igitur nuper V. Cl. L. Delisle*[8] *docuerit auctorem chronici Flandrensis permulta ex anonymi Bethuniensis chronico lingua Francogallica composito usque ad a.* 1214. *sumpsisse, quod in codice ms. nuper bibliothecae publicae Parisinae empto hucusque ineditum continetur, hoc Iacobo vel auctori ab eo adhibito usui fuisse videtur. H.-E.]*

Burchardi de Avennis filiorumque eius gesta magnum in hac extrema parte operis spatium occupant. Quibus conscribendis opusculum Flandrice compositum sibi usui fuisse, quod ipse in linguam Gallicam verti iussisse[9]*, Iacobus dicit. Quem libellum in favorem laudemque Burchardi, prioris Margaretae comitissae maritum, conscriptum multa quidem fabulosa nimiumque depicta atque exornata, tamen etiam quaedam fide non indigna continuisse apparet*[10]*. De Iohanne de Avennis, filio Burchardi, Iacobus praeterea quandam 'cantilenam' affert*[11]*, alia sive e traditione populari*[12] *sive aliunde collegit. Maximam autem partem eorum, quae ad litem celeberrimam filiorum Margaretae comitissae pertinent, e chartis*[13] *hausit, quas chronologico, falso quidem nonnunquam, ordine allatas narrationi ex documentis ipsis haustae vel proprio ingenio contextae coniunxit. Sed his in rebus narrandis, cum vera annalium memoria careret, saepe nimis erravit*[14]*. Animum vero Margaretae comitissae infestissimum ex carmine quodam inscripto* Libro societatis

1) Cf. Kervyn de Lettenhove, 'Istore et croniques de Flandre' I. introd., p. XVIII. 2) Ed. Holder-Egger, SS. XXVI, p. 703—717. 3) L. XX, c. 17—24. 4) Cf. quae de Tornaco ib. c. 19. referuntur. 5) L. XX, c. 41. 42. 45. 6) Ed. Kervyn, 'Istore et croniques de Fl.', Bruxelles 1879. 7) Cf. quae ad locos laudatos notavimus. 8) 'Notices et Extraits des manuscrits' XXXIV, 1 (Paris 1891), p. 365 sqq. 9) L. XX, c. 3. 10) Cf. Wauters, 'Table chronol.' IV, introd. p. VII sqq., qui tamen aliquanto acrius de eo iudicavit. Velut dicit p. VII, n. 2: *L'annaliste du Hainaut prétend s'être servi d'une ancienne biographie de Bouchard écrite en langue flamande, assertion dont rien jusqu'à présent n'est venu confirmer la veracité*; p. XXXIX: *la vérité historique s'y trouve à une si faible dose qu'on peut hardiment les répudier.* 11) L. XXI, c. 37. 12) Cf. l. XXI, c. 40. de Thoma comite. 13) XXI, c. 51—53. 55—57. 59—64. 14) Vide quae singulis locis adnotavimus; cf. etiam Sattler, 'Flandr.-holländ. Verwicklungen' p. 85; Ulrich, 'König Wilhelm' p. 125; Hintze, 'Königtum Wilh. v. Holland' p. 117.

Hanoniensium Rotundorum *concepisse videtur. Quo versibus duobus fere milibus lingua*[1] *Francogallica seditio Hanoniensium complurium a.* 1252. *contra Margaretam concitata descripta erat. Ac sane quae Iacobus ex hoc carmine de rebus Chirviae vicinisque locis gestis sumpsit, et optime concordant cum iis quae aliunde comperta habemus et accurate temporibus, quibus res gestae sint, adnotatis conspicua sunt; quibus bona de hoc opusculo opinio animo nostro inicitur. Quod quousque ab auctore in usum vocatum sit, minime constat; utique de invasione Karoli comitis Andegavensis in Hanoniam facta nonnulla praebuit*[2]. *Alioquin unde Iacobus quae de his temporibus partim vera, partim fabulosa atque exornata refert*[3], *sumpserit, equidem omnino nescire profiteor.*

Postremae res Hanonienses ad bellum inter Wilhelmum regem Germanorum et Karolum Andegavensem gestum pertinent, in quarum narratione 'Historiae Hollandiae' bis[4] *allatae sunt, quae initio quidem cum Iohannis de Beka Chronico Hollandiae penitus concinunt, deinde vero additamenta praebent, quae utrum e fonte Iohannis sumpta*[5] *an eius narrationi adiecta sint, disputatum est. Mihi quidem non dubium videtur, quin Iacobus Bekam aut ampliatum invenerit aut potius ipse quae in illius libro non leguntur adiecerit. Stilus enim in partibus cum chronista Hollandino convenientibus ita Iohannis proprius est, ut eidem et non libro cuidam ab eo exscripto eae attribuendae sint*[6]. *Iam etiam illis temporibus Bekae librum a compluribus auctum et continuatum esse constat*[7], *et quae apud Iacobum illius narrationi addita leguntur, de Flandrensibus in pugna Westcapellana captis praecipue, talia sunt, quae potius aliunde adiecta quam a Beka omissa videantur. Quo loco historias Hollandiae reliquerit, Iacobus non dixit, sed est, quod fabulosa et prolixa pacis negotia a Margareta post pugnam illam incepta ex iis sumpta esse censeamus*[8].

Tabularia bibliothecasque ecclesiarum et monasteriorum mirum quantum Iacobus consuluit, quia non modo rei publicae Hanoniensis historia, sed etiam ecclesiastica enarranda ei magnae curae erat. Diligenter chartas[9], *chartularia,*

1) L. XXI, c. 66: *Extitit michi presentatus libellus in vulgari ricmatisatus, circiter duo milia versuum circumplectens, cuius materiam nusquam videram nec postmodum repperire valui, qui intitulatur 'Liber societatis Hanoniensium Rotundorum', nomine carens auctoris, in quo aliqua preambula, deinde casus singulares et postremo conciones intente inscribuntur.* Difficile est dictu, quos *casus singulares* et quas *conciones* dixerit. Hintze l. l. p. 117. illos ad eventus belli a. 1254. refert, hae quid velint, nescire se fatetur. Certe *casus singulares* ad ea, quae de morte Gerardi Rotundi et coniuratione Hanoniensium narrantur, spectant; nescio an *conciones* sermones significent, quibus populus excitatus sit. Fortasse autem actiones negotiaque intelligenda sunt, quibus inter coniuratos et comitissam tractatum esse possit. Utique cum his ipsis partibus Iacobus scribere cesset, quae praeterea in libro Rotundorum exposita fuerint, dici nequit. 2) L. XXI, c. 70: *Qualiter vero contra Karolum Andegavencium se habuerint, suo loco inferius edicetur; hec in predicto libello conscribuntur;* ib. c. 75, ubi de Karoli obsidione oppidi Enghien narratur: *prout legitur in libello societatis Rotundorum.* Denique c. 78. postrema Guisii verba *ex historia Hanoniensium Rotundorum* sumpta sunt. Neque autem dici potest, quantas partes ex hoc fonte hauserit. 3) Quae de rebus a Karolo in Hanonia gestis leguntur, alia fontibus aliis confirmantur, alia, si quaedam nimium depicta excipis, fide non videntur indigna. Ea tantum, quae ad comites Francogallicos Karolum sequentes actionesque eius cum Margareta gestas pertinent, reicienda sunt. Wauters in 'Bulletin de l'académie de Bruxelles' (1875) XXXIX, p. 153 sqq. invasionem Karoli a Iacobo relatam ita recensuit, ut hunc virum doctissimum Annales Hanoniae legisse minime credere possis. Constanter enim Iacobo ea crimini dat, quorum ne minima quidem vestigia apud eum inveniuntur. 4) L. XXI, c. 71. 78. 5) Hoc Ficker, Regesta imp. V, nr. 5192ª. et 5197ᵇ. contendit; eius opinionem refutavit Hintze l. l. p. 117, qui tamen, utrum Iacobus Bekam ipse ampliaverit an iam auctum habuerit, in dubio reliquit. 6) Hoc exposuerunt Müller, 'Die hollantsche cronike van de Heraut' in 'Bydragen voor vaderlandsche Geschiednis, Deerde reeks, tweede Deel' (s'Gravenhage 1885), p. 39. et Hintze l. l. 7) Müller l. l. p. 36 sqq.; Lorenz, 'Deutschl. Geschichtsq.' II, p. 42 sq. 8) L. XXI, c. 72. 73. Prima enim verba c. 72: *Margareta comitissa ruinam* ex Ioh. de Beka sumpta sunt. 9) Chartas a Iacobo integras transscriptas recensuit R. Wilmans 'Archiv' IX, p. 378—382.

missalia, annales, martyrologia, alios libros rimatus est, ut origines conventuum illustraret. Neque relationibus conventualium vel memoriae vulgari aurem praebere neglexit[1]. *Tali modo multa et haec fere omnia maioris pretii collegit de ecclesiis, coenobiis, hospitalibus Audriniaci*[2], *Ath*[3], *Bethleem iuxta Montes*[4], *Bonae-Spei*[5], *Cambronensis*[6], *Chirviae S. Martini*[7], *S. Mariae Condatensis*[8], *S. Foillani*[9], *Fontis-beatae-Mariae*[10], *Querceti*[11], *Lendii*[12], *de la Thure*[13], *Spinosi-loci*[14], *de ecclesiis Valentianensibus S. Gaugerici*[15], *S. Iohannis*[16], *S. Mariae*[17], *de hospitalibus S. Elisabeth*[18] *Insulensi, Gandensibus, Montensibus, aliis*[19].

Non parvo studio de historia conventus sui Valentianensis inquisivit; cistas armariaque chartas continentia aperuit[20]. *Quarum subsidio et iis, quae in conventu aut publice hac de re memoriae tradita esse videntur*[21], *adhibitis fundationem conventus atque exordia Minorum Valentianensium in tractatu descripsit*[22], *quem tanquam partem specialem et separatam*[23] *Annalibus Hanoniae inseruit. Neque vero egregie munere historiographi hac in parte functus est, quippe qui non modo vulgares narratiunculas credulus acceperit vel ipse nimium depictas sermonibus fictis instruxerit*[24], *sed etiam parum religiose bonos mores primorum fratrum verbis Bonaventurae e Vita S. Francisci assumptis exornaverit*[25]. *Attamen multa etiam pretiosa ac fide dignissima retulit de conventu Minorum Valentianis instituto eiusque historia domestica*[26]. *Huic parti etiam historiam falsi Balduini, quam paulo post Balduinum Avesnensem secutus iterum retulit*[27], *inseruit, narrans quae memoria fratrum Minorum tradita accepit, quorum merita de fraude detegenda laudibus praedicavit*[28]. *Alium quoque fontem conventum suum respicientem infra afferendum Iacobus sibi proposuerat, scilicet 'Tractatum sepulturarum conventus Valencenensis'*[29], *sed usque ad hunc locum opus suum non deduxit.*

Aliam ecclesiam Valentianensem[30], *scilicet S. Iohannis, carmen respicit a Iacobo adhibitum, quod periit, cui eo teste 'Vita Gilberti primi abbatis ecclesiae sancti Iohannis Valencensis' inscribebatur*[31]. *Hoc salebrosis hexametris leoninis nimia prolixitate compositum 'multum obscurum et involutum prima facie videlicet et tropice ac figuraliter locutum esse et nonnulla posuisse, quae suo operi dissona visa essent', Iacobus docet. Qua de causa pauca tantum ex eo*

1) L. XX, c. 13: *Fertur ex veridica relacione dominarum de Fonte beate Marie iuxta Valenchenas et ex oppinione vulgata recitatur*; l. XXI, c. 49: *Fertur ab antiquo* etc. de Lendio. 2) XX, c. 69. 3) XXI, c. 35. Margaretae comitissae charta a. 1258, Iun. 4) XX, c. 47. 5) XVII, c. 28. Iac. ibi Chronico Iohannis de Sinry aut simili quodam fonte usus esse videtur; cf. Brasseur, Origines omnium Hanoniae coenobiorum p. 180; Wilmans, 'Archiv' IX, p. 372, n. 1. 6) XVII, c. 31, ubi de fundatione coenobii retulit: *Nichil aliud reperire valui de fundacione tante ecclesie, de quo ammirari satis non valeo.* 7) XVI, c. 11: *prout patet in bullis, que conservantur adhuc in ecclesia parrochiali sancti Martini Chirciensis.* 8) XV, c. 44: *Ex archivo ecclesie beate Marie Condatensis.* 9) XVII, c. 29; hic unam tantum chartam *in quodam libro antiquo casualiter conscriptam* invenit. 10) XX, c. 16. Tres chartas hic reperit a. 1216. et 1218; cf. n. 1. 11) XXI, c. 34. Martyrologium huius loci consuluit. 12) XXI, c. 49. 13) Ib. c. 48. 14) XX, c. 52. Usus est chartulario monasterii, ex quo nonnullas chartas assumpsit; aliarum tantum titulos in usum vertit. 15) XVII, c. 30: Privilegium Anastasii IV. 16) XVII, c. 19: Privilegium Alexandri III. 17) XVI, c. 13: (charta) *quam in archivis predicte ecclesie repperi.* 18) XXI, c. 46. 19) Cf. XX, c. 48. 20) Cf. l. XXI, c. 12. 13. 16. 22. 21) Quae de ludoco de Matrene expeditioneque viginti octo militum Flandrensium in Marochiorum regnum suscepta leguntur, sine dubio e tali fonte hausta sunt. 22) L. XXI, c. 1—22. 23) Cf. c. 22: *Et sic terminatur tractatulus fundacionis conventus fratrum beati Francisci Valencenensis*; c. 23: *Et quia occasione fundacionis conventus fratrum Minorum Valencenensis* etc.; c. 36: *prout superius in fundacione conventus fratrum Minorum Valencenensium plenius continetur.* Quo etiam factum est, ut plura anticiparet, quae postea denno secundum ordinem chronologicum tractavit. 24) Cf. XXI, 5—8. 14. 15. 25) C. 2. 3. 26) Hae copiosae relationes mirum quantum viros doctos adhuc penitus effugerunt. 27) C. 25. 26. 28) C. 9—11. 29) Cf. c. 22: *prout inferius patebit in collatione in principio tractatus sepulturarum conventus Valencenensis.* 30) L. XVII, c. 12—18. 31) Ib. c. 12.

excerpsit[1], *extremam partem 'ex causa racionabili' omisit*[2]. *Fortasse praeter obscurum sermonem eum offendit, quod poeta inimicissimo animo in Balduinum IV. comitem Hanoniae eiusque uxorem Aelidem invehebatur. Cum enim comes oppidum Valentianense denuo munire ideoque fratres S. Iohannis in alium locum transferre vellet, Gilbertus abbas nec precibus nec minis moveri potuit, ut de vetere domicilio cederet, donec cum fratribus expulsus est*[3]. *Cuius controversiae ordinem multis verbis chronologica ratione prorsus confusa, poeta, ut videtur, saeculi XIII. depinxit.*

Magnum numerum librorum historiam aliarum ecclesiarum illustrantium auctor noster adeptus est, quos hic insimul recensere liceat:

Historia Cameracensis, quam Iacobus excripsit[4], *ex Gestis episcoporum Cameracensium ita excerpta erat, ut modo plura capitula in brevius contracta, modo verba integra exscripta essent. Ex iis vero quae de libertate privilegiisque ecclesiae Atrebatensis addita sunt, hoc opusculum ab Atrebatensi quodam confectum esse elucet. Atque idem Brial, SS. rer. Gall. XIII, p.* 533. *hoc titulo laudasse videtur*[5]: Ex Balderici chronico abbreviato et continuato per anonymum Atrebatensem, *ex quo catalogum episcoporum Atrebatensium inde a Gerardo II. usque ad Robertum II. edidit. Iacobus enim et hunc brevi historiae subiunxit*[6], *qui cum iam a.* 1173/4. *desinat, quo tempore hoc opusculum compositum sit, inde apparet. Sequitur in Annalibus Hanoniae catalogus episcoporum Cameracensium, qui et ipse a Gerardo II. incipiens usque ad Andream de S. Paulo (*1390—1396*) deductus est*[7]. *Praeterea Iacobus quandam 'Historiam Cameracensem', lingua Francogallica, ut videtur, scriptam in usum vertit de temporibus Lietberti episcopi*[8], *cuius locos ubique fere inter Sigeberti excerpta exhibet*[9].

Ex Historia ecclesiae Rothnacensis Iacobus quosdam locos de translationibus S. Hermetis et S. Caelestini mutuatus est[10]. *Plura exscripsit ex Historia Marchianensi*[11], *quae e Chronico Marchianensi circa a.* 1200. *composito*[12], *Vitis SS. Amandi et Amati, S. Rictrudis miraculisque eiusdem, Andreae quoque Marchianensis atque Sigeberti chronicis congesta*[13] *alibi non reperitur. Coenobium monialium S. Reginae Dononiense plures historiographos sortitum est. Postquam enim Gerardo I. episcopo Cameracensi reparatum religionique redditum est, Fredesindis abbatissa, cum Vita S. Ragenfredis, loci fundatricis, iam haberetur*[14], *S. Reginae matris eius Vitam Miraculaque S. Ragenfredis describi*

1) C. 13: *Sequitur post multa*; c. 14: *Et sequitur post multa*; c. 15: *Et sequitur multis interpositis*; c. 17: *Et illud tangitur post centum sexaginta quinque versus*; inferius: *Et sequitur post multa*. Attamen ipse 311 versus exhibet. 2) C. 18. 3) C. 13. Iacobus poetae relationem ex historia Balduini explevit. 4) L. XII, c. 36—40: *Catalogus episcoporum Cameracensium et Attrebatensium*. 5) De codice, quo usus sit, ita dicit: *Compendium istud Balderici habetur in ms. codice S. Sepulcri Cameracensis post vitam b. Lieberti incipitque ab his verbis: 'Auctores Cameracensis et Attrebatensis urbis ignorantur'*. Iisdem verbis Gesta abbreviata Camerac. incipiunt, quarum partes posteriores editae sunt SS. VII, p. 504 sqq. et SS. XIV, p. 248. Cum haec autem cum fonte Iacobi non congruant, censendum est eandem Gest. Camerac. epitomen et ab auctore Cameracensi et Atrebatensi retractatam continuatamque fuisse. Codicem, quem Brial evolvit, in Catalogo bibl. Camerac. ed. Le Glay annotatum non inveni. 6) XII, c. 41. 7) XII, c. 42. Idem catalogus Iacobi iam editus est SS. VII, p. 491. 8) Cf. Wilmans, 'Archiv' IX, p. 349 sqq. 9) L. XIV, c. 56. 57. XV, c. 40. 10) L. XI, c. 9. 17. XIII, c. 46. XVII, c. 37. Locos l. XI, c. 17. et XIII, c. 46. ex Hist. Rothnac. in Gesta episc. Camerac. I, c. 76. et II, c. 44. assumptos esse R. Wilmans l. l. p. 363. contendit, [sed equidem ex Gestis Camerac. in Hist. Rothnacensi eos transscriptos fuisse censeo. H.–E.] 11) Quae quidem semel laudata, scil. l. XI, c. 10. sed sine dubio etiam sequentibus capitulis c. 11—16. et 18—22. exscripta est; cf. quae exposui 'N. Archiv' XV, p. 454. 12) Quod exscripsi e cod. Duac. 850. et edidi 'N. Archiv' XV, p. 455—461. 13) Quaedam cum Andrea, quaedam cum Sigeberto magis conveniunt; unde auctor chronici Marchianensis recentioris utrumque chronicon excerpsisse videtur. 14) Cf. l. XII, c. 29. in Vita S. Reginae: *sicut in gestis vite eius* (scil. sanctae Ragenfredis) *pleniter legitur*.

iussit[1]. *Quem librum fortasse non integrum Iacobus solus conservavit*[2]. *Vita S. Reginae nihil nisi inania verba atque ficticia filiarum eius decem gesta continet*[3]; *maioris pretii sunt, quae ex Miraculis S. Ragenfredis post quaedam de vastationibus Normannorum partim e Fulcuini Gestis abbatum Lobiensium exscripta*[4] *de corpore huius sanctae pecunia venum dato ac saec. XI. recuperato referuntur*[5]. *Eadem historia subsidio fuisse videtur auctori 'Historiae destructionis ecclesiae Dononiensi in vulgari'*[6], *qua bella Ragineri Franconisque episcopi contra Normannos gesta narrantur. Neç chronica Normannica lingua vulgari scripta, de quibus supra*[7] *locuti sumus, auctori eius incognita erant, qui etiam satis recte omnia coenobia a Normannis in Hanonia destructa enumeravit. Denique ex 'Historia sanctae Reginae Dononiensis'*[8] *Iacobus quandam fabulam ad mortem Clodii regis spectantem sumpsit. Tomelli Historiam monasterii Hasnoniensis, cui apud eum inscribitur* Thomellus de laudibus Balduini VI. marchionis Flandrie *fere integram, ordine tamen paululum mutato, transscripsit*[9]; *itemque Historiam Laetiensem*[10] *a.* 1204 *ex. vel* 1205. *scriptam*[11], *quae in eius opere solum servata, aliis codicibus mss. non continetur, sed apud eum additamentis ex Herimanni libro de restauratione S. Martini Tornacensi sumptis ampliata legitur*[12]. *Ad a.* 831. Historia ecclesie S. Amandi *affertur*[13], *ubi Ludovicum Pium monasterio illo Siriacum in pago Hanoniensi situm dedisse legitur. Praeterea laudatur*[14] interlinearis historia, quam in ecclesia sancti Amandi Helnonensis sine dubio repperi, sed historia nullo auctore dignoscitur intitulari. *Auctor inde locum ad etymologiam nonnullarum gentium vicinarum nominum spectantem exscripsit. Sed verba* sine dubio repperi *Iacobum rem non certo scivisse probant; deinde cum in Annalibus Elnonensibus nostris, qui revera cyclis paschalibus asscripti sunt, de eadem re nihil legatur, utrum in eodem codice ea, quae Iacobus exscripsit, annotata fuerint necne, in dubio relinquendum est. Ex* Historia ecclesie beate Marie Duacensis, que nunc sancti Amati dicitur[15], *Iacobus noster locum exhibet, quo de multis sanctorum reliquiis Normannis invadentibus in castra tutiora translatis et, quomodo eorum auxilio Normanni a Duaco repulsi sint, relatum est. Locum, qui huic narrationi praecedit, de translatione S. Amati Iacobus ex Andrea Marchianensi sumpsisse censendus est. Patres Bollandistae*[16] *quidem narratiunculam quandam huius translationis ex codice Duacensi, dicto argenteo procul dubio*[17], *attulerunt, sed hunc codicem Iacobum*

1) L. XII, c. 31, ubi de Fredessendi abbatissa agitur his verbis: *quandoquidem in vita sua laudari hominem prohibet sapientia. Ipsa enim Vitam sancte Regine et miracula sancte Ragenfredis describi precepit.* Cum in Mirac. S. Ragenfredis monasterii Mechiniensis a. 1065. fundati iam mentio fiat, non antea hoc opusculum scriptum esse elucet; cf. Acta SS. Oct. IV, p. 295. 2) Miraculorum enim S. Ragenfredis unum tantum narratur; cetera omissa esse videntur. 3) Cum Bollandistae de S. Regina, Acta SS. Iul. I, p. 267. dissererent, nonnisi Francogallicam Iacobi translationem legerant; cf. l. l. p. 303, quae de Vita illa dicta sunt. Quam, cum nullius momenti, quamvis nondum alio loco edita sit, praetermisimus, miraculum tantum in fine relatum exhibuimus. 4) L. XII, c. 31. 5) L. XII, c. 31—34. Ex hac parte etiam Bollandistae, Acta SS. Oct. IV, p. 316, iam textum Latinum Iacobi adepti, quaedam typis mandarunt. 6) L. XIV, c. 9. 10. 7) P. 60. 8) L. IX, c. 1. Titulus ille minus chronicam coenobii illius, quam locum, quo Iac. historiam gesta Francorum fabulose tractantem invenerit, indicare videtur. 9) L. XV, c. 4—21. hoc ordine c. 8. 1—7. 9—16. 18. 17; ed. O. Holder-Egger SS. XIV, p. 147—158; cod. Valentianensi adiuvante; cf. Wilmans l. l. p. 365. 10) L. XVI, c. 24—29. 34—39. 11) Copiose de hoc opere disputavit Iob. Heller, SS. XIV, p. 487 sqq., qui eum ibidem edidit, unde quae Wilmans l. l. p. 359. statuit, abolentur. Editio e codd. Valent. et Paris. parata est. 12) L. l. c. 30—33. Sed certe non ab ipso, ut etiam Heller agnovit, ampliatum, cum Guisius Herimanni librum non habuerit; sequitur igitur eum iam interpolatum codicem in usum vertisse. 13) L. XIII, c. 43. Haec non historia coenobii Elnonensis fuit, immo liber quilibet apud S. Amandum asservatus, qui hanc notam ubivis additam continuisse potest. 14) Prol. c. 35. 15) L. XIII, c. 51. 16) Acta SS. Sept. IV, p. 120; Ghesquier, Acta SS. Belg. IV, p. 574. 17) Ex eodem enim

habuisse nihil est cur credamus. Tum titulo Annalium ecclesiae Viconiensis[1] *Iacobus anonymi historiam dicti monasterii paulo ante a.* 1168. *confectam adhibuit, quam primus Dacherius*[2]*, deinde I. Heller*[3] *cum duabus continuationibus ediderunt. Atque, quam citavit, Historia restaurationis ecclesiae S. Martini Tornacensis est libellus ille Tornacensis, non Herimanni, sed recentior*[4]*, quam iam prima parte in usum verterat*[5]*. Quem cum hac in parte alio titulo, nonnullis locis etiam in brevius contractis ac mutilatum afferat, nescio an eum iam ita retractatum invenerit. Titulo vero praemisso Historiae fundationis ecclesiae Aquicinensis*[6] *non relationem fundationis huius monasterii iam editam*[7]*, sed Annales Aquicinctinos*[8] *laudavit, quorum locos paululum mutatos et melius inter se coniunctos contextosque attulit*[9]*. Ex 'Historiis ecclesiae Gillengiensis', quae non exstant, parvum locum, quo de fundatione illius loci relatum est, asservavit*[10]*.*

Iam veniamus ad Annales a Iacobo exscriptos. Quorum num Elnonenses et Blandinienses ipse inspexerit, iam supra dubitavimus[11]*. Verum ex Annalibus S. Gisleni, qui perierunt, multos locos ad a.* 934.[12] 975.[13] 985.[14] 1000.[15] 1005.[16] 1030.[17] 1036.[18] *excerpsit; sed ex his nihil novi discimus. Minime enim hi annales, quos R. Wilmans dignos habuit, locos quorum a Iacobo excerptos in 'Archiv' IX, p.* 356—358. *colligeret, saec. X. et XI. a coaevis scriptoribus, sed multo post ex aliis libris congesti sunt, videlicet Ann. Blandiniensibus*[19]*, Leodiensibus vel aliis inde derivatis*[13]*, Gestis episc. Cameracensium*[20]*, Sigeberti Chronico*[21]*, denique privilegio quodam Conradi II. imperatoris*[22]*. His demptis restant paucissima, quae unde sumpta sint, ignoramus*[23]*. Perierunt etiam alii, quos Iacobus ascivit, annales, S. Stephani Catalaunenses et ecclesiae Crispiniensis, quorum illi de historia Rogeri episcopi Catalaunensis, qui filius Richildis comitissae dicitur*[24]*, hi de exordiis coenobii Crispiniensis consulti sunt*[25]*.*

Denique permultas Vitas sanctorum vel sanctarum Iacobus aut integras transcripsit aut excerpsit. Vitam S. Aldegundis[26] *eandem, quam Hucbaldus retractavit*[27]*,*

codice Ghesquier l. l. argumentum cuiusdam loci exhibuit, quem Buzelin, Gallo-Flandria p. 169. ipso teste e libro argenteo ecclesiae Amatensis ad verbum exscripsit; cf. quae ad l. XIII, c. 49. adnotavimus. 1) L. XVII, c. 22—27; cf. Wilmans l. l. p. 364. Iacobi textus cum ed. Dacheriana e cod. Hasnoniensi parata satis convenit, tamen non penitus, ut Wilmans l. l. p. 365. censuit; qua de causa Iacobum non eodem codice usum esse puto. 2) Spicilegium II, p. 871—874. 3) SS. XXV, p. 291—300. 4) L. XVI, c. 4. 5; cf. Wilmans l. l. p. 364. 5) Cf. supra p. 52. 6) L. XVI, c. 4. 6. 7. 7) SS. XIV, p. 578 sqq. 8) Ed. G. H. Pertz, SS. XVI, p. 503—506. e cod. Duacensi. 9) Iacobus hanc historiam affert ad a. 1080. 1081. 1087. 1088. 1102. 1111. 1123. 1130. 1133. 1166. 1171. 1201. 1203. 1204. 1208. 1218. 1219. 1234. 1243. 1250. 1259. 1262. Duo ultimi annales in editione Pertzii non iam exstant. In superioribus quoque pauca additamenta praebet. Non parvi autem momenti est, locis a Iacobo exhibitis textum codicis valde mutilum lacunosumque optime suppleri et eorum quae Pertz coniecerat multa corrigi. Ceterequin auctor eodem codice usus esse videtur, cum cod. Valent. ad a. 1181. eandem lacunam, quam textus editus, exhibeat. 10) L. XVI, c. 16. Qui locus in cod. Valentianensi Iacobi, ut videtur, manu in inferiore paginae parte suppletus est. Unde minus probabile mihi videtur, quod Heller, 'N. Archiv' VI, p. 151, n. 2. voluit, etiam partes praecedentes ex hoc fonte haustas esse. 11) P. 56. 12) L. XIV, c. 35. 13) Ib. c. 37. 14) Ib. c. 39. 15) Ib. c. 43. 16) Ib. c. 49. 17) Ib. c. 54. 18) Ib. 19) Ib. c. 35. 20) Ib. c. 39. Minime hi Annales in Gestis adhibiti sunt, ut Rethmann SS. VII, p. 394. contendit. 21) Cf. XIV, c. 49. 22) Cf. XIV, c. 54. 23) Unus locus l. XIV, c. 43. cum Alberici Chronico quodammodo convenit. L. XIV, c. 54. locus ex Raineri Miraculis S. Gisleni exscriptus ex Annalibus S. Gisleni sumptus esse dicitur. Cum autem in capitibus praecedentibus et sequentibus Raineri Miracula ipsa exscripserit, hunc locum etiam ex ipso Raineri libello Iacobus sumpsisse videtur, titulo Annalium S. Gisleni aut per errorem aut arbitratu suo praemisso. 24) L. XV, c. 3; qui non confundantur cum Annalibus S. Petri editis SS. XVI, p. 488; cf. Wilmans l. l. p. 352. 25) L. XVI, c. 40: *Ex Annalibus ecclesie Crispiniensis, quibus concordat Sigibertus;* Wilmans l. l. p. 352. hunc locum ex auctario Sigeberti, qui perierit, sumptum esse censuit; sed apparet auctorem nostrum praeter tale auctarium annales ipsos evolvisse, cum ipse dicat, quae exscripsit, duobus diversis locis se legisse. 26) L. X, c. 31—60. 27) Acta SS. Ian. II, p. 103 sqq.

descripsit; sed cum Iacobus quibusdam partibus abundet, quae non in priore recensione Vitae edita, sed tantum apud Hucbaldum stilo mutato leguntur, dubitari potest, utrum hae ex Hucbaldi Vita in eam, quam Iacobus praebet, interpolatae sint, an Hucbaldus iam pleniorem recensionem habuerit. Vitae S. Autberti[1] *episcopi Cameracensis maiorem et fere integram extremam partem, qua de S. Gaugerici et Autberti translatis relatum est*[2]*, Vitam S. Ayberti auct. Roberto archidiacono Ostrevanensi*[3]*, Aycadri interpolatam*[4]*, Bavonis breviatam*[5]*, Drogonis de Sebourch*[6] *totam fere transscripsit. Legendam S. Dominici*[7] *e Vincentii Bellovacensis Speculo hist. exscripsit, S. Francisci minorem auct. Bonaventura inseruit*[8]*, Vitam Gaugerici*[9] *non integram in Annales Hanoniae recepit. De Vita S. Wilhelmi Olivensis*[10] *longius disputandum est. Auctori enim recensio praesto fuit, qua nomen viri sancti constanter deletum erat, ita ut penitus ignoraret, quem respiceret. Haec autem differt in multis ab edita huius sancti Vita*[11]*. Prior quidem pars*[12]*, qua conversatio religiosa eremitae usque ad fundationem Olivensis coenobii narratur, cum ea quam Bollandistae ediderunt in universum congruit, paucis omissis, aliis perpaucis nullius pretii adiectis; posterior autem pars cum edita in multis quidem congruit, sed haec multo fusior est; etsi novi quidquam ne hic quidem dreprehendatur*[13]*. Itaque utra earum genuinam auctoris redactionem praebeat, dubitari potest, quippe cum modo haec, modo illa pleniorem textum habeat. Attamen Iacobi melior priorque recensio esse videtur, cum nonnulla hic tantum reperiantur, quae aperte auctorem produnt*[14]*. Cum autem propter priorem partem nomenque Wilhelmi omissum alteram e nostra fluxisse haud facile credi possit, restat, ut aut communem utriusque fontem extitisse aut utramque recensionem ab eodem auctore compositam esse censeamus. Quo tempore quidem Catarina abbatissa, cui praefatio, a Iacobo omissa, directa est, sederit, memoriae non traditum est, sed Vitam hanc non multo post mortem Wilhelmi (†* 1240*), id est circa a.* 1250*, compositam esse ex eo efficitur, quod primarum sanctimonialium circa a.* 1220.[15] *coenobium Olivense ingressarum nonnullae, cum auctor scriberet, etiamtum vita fruebantur*[16]*. Praeterea transscripsit auctor noster Vitam S. Gisleni*[17] *Rainerique Miracula*[18]*, quorum tantum nonnullas partes diversis locis inseruit*[19]*, Hildetrudis*[20]*, Hum-*

1. L. IX, c. 35—45. Ed. Surius, Vitae Sanctorum (Coloniae 1617) IV, p. 249 sqq. 2) Cf. quae exposui 'N. Archiv' XV, p. 469, ubi has partes a Surio magnopere decurtatas et in Gestis episc. Camerac. I, c. 77. exscriptas ex cod. Duacensi nr. 864. saec. XIII. edidi. 3) L. XVI, c. 33—50; ed. Acta SS. Apr. I, p. 763 sqq. 4) L. XI, c. 23—29; ed. Surius III, p. 152 sqq. Edidimus partes quibus lac. abundat. Translationem S. Aycadri et Hugonis Iacobus legerat, antequam librum suum componeret. Quam cum postea invenire non posset, quae legerat e memoria reddidit l. XIV, c. 6. Ex hoc libello in Gest. episc. Camerac. II, c. 29. quaedam sumpta esse videntur. 5) L. IX, c. 28: *Ex gestis Bavonis*; ed. Acta SS. Oct. I, p. 230 sqq. 6) L. XVIII, c. 24—39. R. Wilmans l. l. p. 376. eam ineditam putaverat; sed exstat Acta SS. Apr. II, p. 442 sqq. 7) L. XIX, c. 22—24. 8) L. XIX, c. 35—62. Egi de hac legenda alibi non exstante 'N. Archiv' XV, p. 603—605. Adnexa sunt Miracula S. Francisci eadem, quae maiorem Vitam excipiunt, l. XIX, c. 64—67. Omisimus c. 43—61, quibus tantum laudes sancti pie celebrantur. 9) L. IX, c. 18—21; ed. Acta SS. Aug. II, p. 672 sqq. Sequitur caput miracula post obitum sancti facta continens (Acta SS. l. l. p. 680, § 65—71), deinde sermo in octavis S. Gaugerici habitus, quem nondum editum propter inania verba, quae continet, omittendum duxi. 10) L. XX, c. 51—65. 11) Acta SS. Febr. II, p. 494 sqq. 12) C. 2—24. 13) Ordo quoque aliquantulum mutatus est, capita secundum Boll. computata ita sequuntur: 25. 26. 30. 32. 31. 32. 27. 29. 33. 14) C. 55 (Fortia c. 59): *sicut relatione multorum didici*; c. 58 (Fortia c. 62): *Studui ad memoriam singula reducere, que ad laudem viri Dei et honorem ipsius esse possint*; c. 62 (Fortia c. 66): *Narratur eciam de ipso heremita*; cf. n. 16. 15) Quo anno hoc coenobium fundatum sit, non constat; modo a. 1219. vel 1220, modo 1228. indicatur; cf. Brasseur, Origines omnium Hanoniae coenobiorum p. 152. 16) C. 63: *cum adhuc quedam earum superstites sint*. Qui locus in editione Boll. deest. 17) L. X, c. 67—79; ed. Mabillon, Acta SS. II, p. 790 sqq. De qua vita v. Anal. Bolland. VI, p. 210. 18) Ed. SS. XV, p. 579 sqq.; Analecta Bollandiana t. V, p. 239 sqq. 19) Post V. S. Gisl. l. X, c. 80—85. Mirac. c. 2. et 3; c. 10—12. demum l. XIV, c. 26. et 38; c. 13. l. XIV, c. 54; cf. quae supra notavi p. 69, n. 23. 20) L. XII, c. 1—25; ed. Acta SS. Sept. VII, p. 492 sqq.

berti[1], *Hugonis Rothomagensis*[2], *cuius ampliatam recensionem*[3] *in usum vocavit, Landeberti*[4], *ex qua brevia excerpta dedit, Landelini auctore Philippo de Harveng*[5], *Landrici*[6], *Maximi Regiensis*[7], *qua antiqua illa Dinamii stilo mutato in recentiorem aptioremque formam redacta est. Sed additamento subiuncto*[8] *commenticie traditur Maximum cum duobus sociis Luxovium, deinde Teruanam peregrinatum, in huius urbis vicinia, loco Vima dicto, oratorio in honorem SS. Mariae et Andreae constructo, e vita decessisse. Miraculum quoddam, iam in genuino Vitae textu relatum, post obitum sancti viri ibidem factum, denique eum in basilica hoc loco nuper aedificata esse sepultum. In hac igitur ecclesia additamentum hoc Vitae insertum esse patet. Etiam Vitam S. Monegundis*[9] *a Gregorio Turonensi compositam*[10] *mutato stilo in novam formam redactam transscripsit Iacobus*[11]. *Breviatas autem recensiones adhibuit Passionis SS. Marcellini et Petri*[12] *atque Vitae S. Norberti*[13], *cui aut ipse aut alius Valentianensis quosdam locos inseruisse videtur*[13]. *Neque eadem forma, quam auctor descripsit, Vitae S. Piati*[14] *alibi exstat. Sed haec recentiore tempore retractata nulliusque pretii est, posterior procul dubio ea, cuius partes aliquae in Actis Sanctorum*[15] *vetustiori Vitae subiunctae sunt*[16]. *Denique inseruit Vitas Priscae*[17], *Salvii*[18], *Veroni*[19], *Vincentii*[20], *Wulframni*[21], *Waldetrudis*[22]. *Praeter has paucis locis occasione data consuluit Vitas Amandi*[23], *Amati*[24], *Gerardi Bronien-sis*[25], *Ydulphi*[26], *Wandregisili*[27].

Quo statu ad nos venit opus, cui auctor ipse nomen indidit: Annales historiae illustrium principum Hannoniae, *tribus partibus consistit, quarum quaeque septem libros complectitur. Libri singuli capitulis divisi sunt*[28]. *Cuique parti prologus praemissus et index rerum, quo auctor lectori materiam quandam quaerenti subvenire voluit, adnexus est. Tertium volumen — singuli enim tomi codicibus completis*[29] *singulas partes continent — medio in sermone iam in rebus a.* 1254. *gestis abrumpitur. Quaestio igitur oritur, utrum opus nunquam amplius deductum sit, an pars extrema perierit. Hanc opinionem Vinchant*[30],

1) L. X, c. 86—110; ed. Acta SS. Mart. III, p. 560 sqq. 2) L. XIII, c. 13—23; ed. Moustier, Neustria pia p. 282 sqq.; cf. de vita illa fabulosa Acta SS. Apr. I, p. 843 sqq. 3) Has partes prorsus ficticias exhibuimus. 4) L. XI, c. 45; ed. Mabillon, Acta SS. III, 1, p. 71 sqq. 5) L. X, c. 111—120; ed. Migne, Patrol. Lat. CCIII, col. 1349 sqq. 6) L. X, c. 61—66; ed. Acta SS. Apr. III, p. 489 sqq. 7) L. XI, c. 56—65; ed. Surius (ed. Colon. VI, p. 611 sqq.); Barralis, Chronologia abb. Lirin. II, p. 120 sqq. 8) C. 64. 9) L. XIV, c. 64—71. 10) Vit. Patrum c. XIX, c. 1—4. 18. Additum est caput miracula breviter complectens. 11) L. XV, c. 22—23; ed. Acta SS. Iun. I, p. 171 sqq. Hanc omisit R. Wilmans, 'Archiv' IX, p. 377. 12) L. XVII, c. 3—11; ed. Acta SS. Iun. I, p. 819—844. 13) C. 6. et 7. 14) L. VII, c. 27—38. 15) Oct. I, p. 22—24. 16) L. VII, c. 35: *Traditur autem in antiquis gestorum monumentis, quod persecutores ab imperatoribus transmissi, postquam a Roma discessi sunt, sexto sabbato Tornacum pervenerunt.* Haec autem nonnisi in interpolatis Actis leguntur l. l. p. 25. Cf. etiam c. 37: *Pius exordium — in partibus Italiae — habuisse cognoscitur.* Ibidem: *Hec vero beati Piati venerande passio prime Kalendarum Octobrium ascribitur; et antiquorum auctoritas obtinuit, ut ea dies martyrii eius condonetur celebris*, c. 38: *Seniorum autem traditio et vulgaris relatio* etc. Multa praebet Iacobus, quae in antiquissima Vita desunt, in posteriore inveniuntur, ut nomina sociorum S. Piati locumque tumuli Siciliniam vel Sacilinum. 17) L. XIV, c. 59—63; ed. Acta SS. Ian. II, p. 184 sqq. 18) L. XIII, c. 25—34; ed. Acta SS. Iun. V, p. 198 sqq. 19) L. XIV, c. 44—48; ed. Acta SS. Mart. III, p. 485 sqq., inscriptione omissa; excerpta cum prologo ed. Holder-Egger, SS. XV, p. 749 sqq. 20) L. X, c. 16—30; ed. Acta SS. Iul. III, p. 669 sqq. 21) L. XI, c. 71; ed. Mabillon, Acta SS. III, p. 357 sqq., ex qua brevem epitomen Iac. dedit. 22) L. X, c. 1—15; ed. Acta SS. Apr. I, p. 838, ubi prologus auctoris Philippi de Harveng deest; hic in Opp. Philippi ed. Chamart (Duaci 1621) col. 788, editus est. 23) Prol. c. 35; auctore Philippo de Harveng. 24) L. XI, c. 18. 25) L. XIV, c. 26. 26) L. IX, c. 12. 27) Ib. c. 13. 28) Prol. c. 16. 29) Cod. scil. Valent., Paris. et vers. Gall. 30) 'Annales du Hainaut' III, p. 318: *je tiens qu'il doit avoir un quatrieme volume (que je n'ay pas encore veu) qu'on a supprimé.*

marchio de Fortia[1], *Wilmans*[2] *rationibus non satis gravibus moti amplexi sunt. Quod enim auctor ad res posteriores infra tractandas lectorem provocet*[3], *quod series comitum Hanoniae catalogusque episcoporum Cameracensium usque ad finem saec. XIV. deducti sint*[4], *certe nihil faciunt ad sententiam illam probandam. Denique locus, quo Fortia et Wilmans paene iam probatum esse opinantur quod censent, extremam partem operis, eo quod nimis libere de rebus suo tempore gestis iudicaverit, ne forsitan qui tunc eminebant viri offenderentur, suppressam esse, sine dubio non ipsius Iacobi, sed auctoris cuiusdam saec. XIII. est, quem Iacobus ad verbum minus iuste ac religiose exscripsit aut transtulit*[5]. *Neque ullum vel minimum indicium superest usquam codicem ms. exstitisse, qui Annales usque ad tempora Iacobi deductos continuerit*[6]. *Immo in codice Valentianensi nr.* 784—786, *quem quasi primam redactionem vel exemplar eius habendum esse infra ostendemus, librarius eodem loco et in extrema parte folii recti scribendi finem fecit, ita ut casu, quominus pergeret, eum esse prohibitum facile conicias. Et permultis lacunis, foliis vacuis relictis, lemmatibus hic deficientibus, illic postea, ut videtur, additis opus nusquam ad finem perductum consummatumque esse ostenditur. Huc accedit, quod codicibus ipsis probetur nusquam plus tria volumina Annalium Hanoniae extitisse. Nam in prima imagine codicum Valentianensis et Parisini Lat. nr.* 5995, *qua museum Iacobi scribentis depictum est, super armario tria rubra volumina eiusque in loculo aperto totidem libri cernuntur.*

Auctorem nostrum adversaria propria manu confecisse supra monuimus[7]. *Haec autem iam non exstant. Ope vero codicum asservatorum satis bene, qualia fuerint adversaria illa, cogitatione assequi possumus. Proximus codex Valentianensis iis esse videtur, quippe qui nonnulla additamenta aut in textu aut in inferiore margine foliorum aut in fine librorum suppleta necnon folia vacua aliaque, quae eum perfectum non esse prodant, exhibeat*[8]. *Neque haec omnia casu omissa, ex altero codice postea addita esse putemus; immo natura rerum ac locis, quibus leguntur, horum locorum maximam partem*

1) Edit. Iacobi de Guisia XV, p. 253: *en sorte, qu'il est possible que tout ce qui suit sur la comtesse Marguerite, ait été tenu secret.* 2) 'Archiv' IX, p. 295, n. 2. 3) Prol. c. 6: *quia tempore Iohannis comitis, qui dictas legitimas uxores duas desponsaverat, tandem Hollandiam et Zelandiam dictis adiunxit, prout ostendetur suo loco.* I, c. 49. de eodem comite Iohanne II. de Avennis, qui a. 1303. obiit, loquitur: *sed per tres annos ante eius mortem, prout inferius apparebit* etc. — Sed unde probatur, auctorem usque ad haec tempora processisse? 4) Haec Wilmans proferebat; praeterea revocat ad Raynouard, qui 'Journal des savans, Juillet' 1831, (Fortia X, p. 304) titulum operis in cod. Paris. 5995 his verbis reddit: *Annales Hannoniae seu Chronica illustrium principum Hannoniae ab initio rerum usque ad annum Christi* 1390. Quae neque in cod. illo leguntur neque unquam legi potuerunt, quia Iacobus non ab initio rerum, i. e. mundi, incepit. Unde Ioh. Heller, 'N. Archiv' II, p. 314, n. 1. hauserit, cum Iacobum libros 28 voluminibus quatuor scripsisse diceret, mihi ignotum est. 5) L. XXI, c. 18: *tempora fuerant adeo turbida, tenebrosa et obscura, quod de eisdem non fuissem ausus quicquam conscripsisse, nisi compassione et conscientia, zelo veritatis et iusticie animatus extitissem, ex eo quod videbam innocentes et iustos iniuste et contra iura et veram iusticiam confundi, deprimi et infamari cotidie* etc. — *ista sustinere non valens, exemplo Iude Machubei animatus malo pro veritate mortis dispendio me ipsum exponere, quam sic cotidie videre et audire gentis nostre* etc. Et istas iniurias tempore Margaretae, i. e. inter annos 1244—1279, acceptas Iacobum, qui a. 1399. decessit, vidisse volunt! Credat Iudaeus Apella! Hic alienis bonus Iacobus gloriatur bonis, ut aliis quoque multis locis. 6) Etiam codex conventus Minorum Montensis, a. 1691. flammis consumptus (cf. Paquot, 'Mémoires' IV. p. 225), qui olim autographus auctoris habebatur (cf. Vinchant, 'Annales' III, p. 318; Paquot l. l.), Vinchantio teste tertio volumine imperfectus desiit. Translator quoque saec. XV, postquam seriem comitum Hanoniae usque ad Philippum ducem Burgundiae deduxit, ita pergit: *combien que les hystoires maistre Jacque de Guise ne procedent point si avant, au mains, ensy que il m'est apparut, et que jusques a la contesse Marguerite, soer de la contesse Jehenne* etc.; Cod. Mont. nr. 122/290. fol. 20'. 7) Cf. p. 48 sq. 8) Cf. etiam Heller in 'N. Archiv' II, p. 314: *Das vorliegende Manuscript kann für die Reinschrift des Originals gehalten werden.*

posteriore cura aut ab auctore ipso aut ab alio quodam adiectas esse probatur[1]. *Additamenta illa in reliquis codicibus iam textui inserta vel eadem manu atque cetera exarata sunt. Quodsi codex Valentianensis recensionem operis continet descriptam, priusquam quidam loci adiungerentur, antiquiorem eam habentes, A littera iure significabimus. Alteram recensionem, scilicet B, quae lectionibus variis*[2], *locis etiam nonnullis mutatis vel omissis*[3], *aliis additis*[4] *ab A differt, duo codices Parisinus nr.* 5995. *et* 12828. *continent, quorum hic solum secundam Annalium Hanoniae partem praebet, ideo infra B 1 signatus, quia hic et mendis non sublatis*[5] *et lacunis non expletis*[6] *propius ad codicem Valentianensem accedit.*

Hic autem quaestio oritur, utrum ex codice A reliqua exemplaria manaverint necne. Ad quam dissolvendam maximi momenti est, quod omnia exemplaria iisdem verbis desinant, quibus librarius media in sententia in codicis Valentianensis extrema pagina folii recti scribendi finem fecit. Ponamus igitur et codicem A et recensionis B codicem antiquissimum ex archetypo iisdem verbis desinente descriptos esse, tum vero nescio, quomodo explicari possit, ut opus Iacobi nostri sermone subito interrupto conclusum sit, et ut scriba codicis Valentianensis finem paginae ipsum iisdem verbis attingeret[7], *quem casu, quominus pergeret, prohibitum esse coniecimus. Denique picturae cod. A et B 2 penitus congruunt; cum autem Iacobi schedae procul dubio picturis carerent, hoc explicari nequit, nisi alterum ex altero descriptum esse ponimus. Neque vero tacendum est, cod. B 2 permultas meliores praebere lectiones*[7], *sed harum*

1) In calce primi prologi fol. 12′. verba: *Item dominus — libro primo capitulo*, ab eodem, qui vol. II. et III. scripsit, addita, in fine l. III, fol. 73: *Dicit Hugo* usque ad finem alio atramento suppleta sunt. Vol. II, fol. 109′. et 110. in fine l. XI. privilegium spurium Karoli Martelli, deinde fol. 168—171. Vitae S. Priscae et Monegundis libro XIV. postea adnexae sunt. Manu quadam nitida, minutis characteribus usa, quae nescio an ipsius Iacobi fuerit, adiecta sunt haec: vol. I, fol. 12′: *In historiis Britonum* usque ad finem capitis; fol. 61, III, c. 36: *Lucius: Hiis temporibus — Actor: Nichil aliud de ipso [repperi]*; VII, c. 20, fol. 143: *Actor: Quia multorum relatione comperi — cuius legendam ipsius [huic operi ascribere curavi, prout patebit consequenter]*; vol. II, f. 29′, l. IX, c. 13: *Actor: Ex legenda sancti Ydulphi — interfecit* (cf. l. l.); vol. III, fol. 22. locus ex Historiis Gillengin. sumptus. Eadem manu suppleta sunt vol. I, fol. 21: *nisi consimilia — utpote*, fol. 24′: *proinde Belgii — denominari legitur*, quem utrumque locum scriba negligenter omiserat. 2) Pauca hic annotare licuit, ut lectori persuadeam; l. VIII, prol. A: *eius*, B: *huius*; VIII, c. 2: *socierit* A, *sorcierit, sortierit* B; c. 3: *Almericus* A, *Ailmericus* B; *Cameracensi* A, *Camberacensi* B; *Wallers* A, *Walers* B; c. 4: *paulatim* A, *paulatine* B; c. 5: *non differunt tunc* A, *tunc non diff.* B; c. 11: *Wauberti* A, *Wausberti* B; l. IX, c. 1: *ante Suessionas* A, *autem Suessionas* B; c. 34: *Theodericus* A, *Theodorus* B; c. 45: *Didolis* A, *Didilonis* B; l. X, c. 34: *nobilissimum dare in coniugium* A, *nobil. virum dare in coniug.* B. 3) L. IX, c. 12. verba: *Actor: Ex legenda sancti Ydulphi* etc., in A in inferiore parte paginae addita, eodem loco textui inserta sunt B; l. XIII, c. 2: *Actor* A, *Hugo* B; ibidem utrique cod. B classis locus e Sigeberto haustus deest; l. XIV, c. 26. initium B ab A omnino differt. Denique capitulorum lemmata non pauca in duabus recensionibus discrepant. 4) In fine l. XI. locus e Iohanne de Beka sumptus apud B solum; l. XII, c. 27. verba: *edificandum, quia dulcis erat labor* apud B solum; l. XIV, c. 17. sententia quadam abundat B; l. XIV, c. 28. addit B: *in quo fugam petiit Conradus*, quae verba et Sigeberto a. 953. et Cod. Valent. desunt. 5) Exempli causa inter innumerabilia haec tantum annoto: l. VIII, prol.: *chimeras* A. B 1, *chimerinas* B 2; *ac* A. B 1, *et* B 2; *habuerint* A. B 1, *habuerunt* B 2; *in parte precedenti* A. B 1, *in opere prec.* B 2; *diminussione* A. B 1, *diminutione* B 2; c. 1: *abbassiam* A. B 1, *abbatiam* B 2; *viditur* A. B 1, *videtur* B 2; c. 2: *aut* A. B 1, *et* B 2; *belvacinium* A. B 1, *beluacinum* B 2; c. 4: *per u* A. B 1, *cum u* B 2; c. 5: *potuisse concurrisse* A. B 1, *concurrere potuisse* B 2; l. X, c. 38: *radicibus* A. B 1, *radicitus* B 2. etc. etc. 6) L. X, c. 34: *cum . . . dimisit* A. B 1, *cum nuncio dimisit* B 2; *fecit . . . de supradictis liteanobis abbas* A, *fecit in . . . de supradictis liteanobus abbas* B 1, *fecit vestimentum de supradictis liteaminibus* (*inibus* in loco raso) B 2; c. 39: *nisi . . .* A. B 1, *insidiatoribus* B 2; l. XII, c. 30: *impetrare . . . est sanctum corpus elatum est* A. B 1, *impetrare. Sanctum igitur corpus elatum est* B 2; *pro adventu tante . .* A. B 1, *pro adventu tante sancte* B 2; l. XIV, c. 8: *pariter abbas Robertus cum . . . loco Beluacus venerunt* A. B 1; *cum suis loco* B 2. 7) Quae tollas occurrunt, ut hic nonnullas annotare supersedeam.

maximam partem e coniectura a librario emendatas, non ex codice antiquiore sumptas esse nobis persuasum est. Multa enim, quae scriba huius codicis correxisse sibi videbatur, collatis fontibus vel respectu sensus falso mutata esse facile cognoscitur[1]. *Etiamsi vero fieri potuisse non omnino negem, ut librarius nonnullas veras lectiones fontium, quas hic codex habet, e coniectura adeptus sit*[2], *tamen restant aliae, quas restituere facile non potuisset nisi adversariis vel fontibus denuo inspectis*[3]. *Quae cum ita sint, restat, ut aut auctorem ipsum aut alium virum peritum in archetypo recensionis B nonnulla muiasse vel collatis schedulis emendasse censeamus, deinde autem in eodem archetypo, antequam B 2 describeretur, vel in exemplo eius alia multa sive mutata sive correcta esse.*

Quibus causis permoti codicem Valentianensem pro fundamento editionis ita sumpsimus, ut non modo eius rationem scribendi maximam partem sequeremur, sed etiam multa menda, praeter ea quae calami lapsu orta videntur vel fontibus collatis tolli poterant vel in codicibus B recte procul dubio correcta erant, conservaremus, praesertim cum latinitate misera, qua Iacobus de Guisia semper utitur, nemini nimia opinio de scientia grammaticae eius iniciatur.

Iam igitur ad codices describendos stilum vertamus[4].

A) Codex Valentianensis nr. 784—786 (*Mangeart, 'Catalogue des*

1) L. X, c. 36: *vestimentum* loco *vestes albas; insidiatoribus* loco *nisi resipiscant;* XI, c. 12: *privignus* e *puer*[9] pro *patricius;* c. 19: *iter eunti* pro *inter eundum; Ablatonas* loco *Albatino;* c. 20: *Adunensi* ex *Edunensi* loco *Sedunensi;* c. 21: *elevationis* ex *eulacionis* loco *exulacionis;* c. 25: *vocis* e *voci* loco *voti;* l. XII, c. 30: *in communiis* loco *in communibus; imitatur* e *mutatur* loco *multatur;* XX, c. 20: *ceperat* suppl. loco *arserat,* aliis locis. 2) Fortasse his locis: Sig. 636. et B: *Theodorus,* A: *Theodericus;* Sig. 978. et B: *amisit,* A: *admisit;* Sig. 730. et B: *contricit,* A: *concernit;* l. XI, c. 12: Mir. S. Rictr. I, c. 1. et B: *effectui,* A: *affectui;* l. IX, c. 3: Sig. et B 2: *diripuit,* A. B 1: *disrupuit;* Sig. et B 2: *terrori,* A. B 1: *territori.* 3) Sic l. XIV, c. 57. desunt in A *cuius meriti,* quae Sig. et B exhibent; l. XI, c. 15. Mir. S. Rictr. I, c. 1. et B 2: *die ac nocte, die et nocte* A; l. XVI, c. 5. Hist. Torn. et B 2: *tempore, anno* A; l. XXI, c. 71. Beka et B 2: *legatione, legationem* A etc. In chartis quoque B 2 quandoque meliorem textum praebet, velut l. XXI, c. 56, et l. XXI, c. 46. in chartae Radulphi prioris S. Salvii nonnullis locis B 2 cum versione Franco-gallica recentiore in usum vocata a Le Boucq, 'Hist. de Valent.' p. 73. convenit. Alioquin semper fere A cum fontibus melius convenit quam codices classis B. Vide etiam quae I. Heller, SS. XIV, p. 490 sqq. exposuit. Quodsi autem e lectionibus nonnullis melioribus cod. B 2 coniecit hunc et cod. Valent. e communi fonte fluxisse, ei assentiri nequeo, quia nec finem operis neque additamenta cod. Valent. respexit, nec cod. B 1 cognitum habuit, cuius cum B 2 ex eodem codice derivatae lectiones ad cod. A proxime accedentes aperte docent B 2 vel fontem eius postea correctum et emendatum esse. [At cum quaeramus, unde hae verae ac bonae lectiones codicis B 2 originem sumpserint, in quo huius rei summus vertitur cardo, mihi quidem negari non posse videtur, multa collatis schedis Iacobi recte emendata ideoque in textu recipienda esse. Huc sane multo probabilius videtur ac facilius fieri potuisse censebis, quam librarium quendam libros a Iacobo exscriptos denuo textus emendandi causa evolvisse. Ac sane iam inter lectiones veras supra allatas sunt quas scribam coniectura assecutum esse nemiquam credo, et ut editor monuit, restant aliae (non paucae), quas et ipse a librario coniectando recte emendatas esse negavit. Sed quod, dubius quidem ipse, coniecit Iacobum ipsum in archetypo codicis B nonnulla emendasse, omnino refellendum esse censeo. Neque enim adduci possum, ut credam iam eo vivo duo exemplaria operis nunquam ad finem perducti ac sane ab ipso non in publicum emissi extitisse. Sed cum schedae Iacobi procul dubio in conventu Valentianensi eo mortuo remanserint, has adhibitas esse, ut exemplar emendatius conscriberetur, haud absonum videtur. Etiamsi vero statueris Iacobum ipsum archetypo B manum admovisse, eius meliores lectiones in textu reponendas esse patet. H.-E.] 4) Saec. XVII. in conventu fratrum Minorum Montensi codex exstitit, et ipse tria volumina complectens medioque in sermone desinens, qui ab auctore ipso scriptus esse dicebatur; quem vix legi potuisse et a. 1691. in obsidione civitatis flammis consumptum esse traditur; cf. Vinchant, 'Annales du Hainaut' III, p. 318; Bayle, 'Dictionnaire' II, p. 645; Paquot, 'Mémoires' IV, p. 225; Miraeus, Opp. dipl. I, p. 246; Sanderus, Bibl. Belg. Manuscr. I, p. 24; Wilmans in 'Archiv' IX, p. 296; Heller in 'N. Archiv' II, p. 314; Fortia I, p. 4. Dubitari potest, utrum hic codex adversaria auctoris continuerit, an forte idem fuerit, ex quo Parisini descripti sint. — Alius codex, qui periit, a. 1609. Antwerpiae extitisse commemoratur; Sanderus l. l. p. 251; Paquot l. l. p. 225; 'Archiv' IX, p. 297. — Primam tantum partem cod. Tornacensis praebuisse fertur; Sanderus l. l. p. 222; Paquot l. l. p. 225; 'Archiv' IX, p. 297.

manuscr. de la bibl. de Valenciennes' nr. 578) *mbr., exaratus apud Recollectos Valentianenses*[1], *saec. XIV ex.*[2], 4°, *tria volumina complectens, duabus columnis scripta, olim autographus Iacobi de Guisia habitus est*[3]. *Capitulorum tituli, quas numeri constanter sequuntur, minio, sed in primo volumine eadem manu, quae reliqua scripsit, picti, auctorum nominibus in opere laudatis linea rubra subducta est. Qui codex mendis innumeris scatet sive negligentia scribae sive auctoris male fontes exscribentis exortis. Nonnullos locos a scriba vacuos relictos altera manus, eadem nitida maximam partem, ut videtur, quam iam commemoravimus, explevit, multa erasa eorumque loco alia rescripta sunt. — Primum volumen (nr.* 784) 167 *foliorum, continet Prologum et libros I—VII. Picturarum singulis libris antepositarum nonnullae excisae sunt*[4]. *Nonnulla in textu eadem quae reliquos duos tomos exaravit, plura manus illa nitida, de qua superius egimus, adiecit. Fol.* 157—167. *legitur:* Tabula huius prime partis. Ut autem que gesta fuerunt ab illustris Hanonie principibus et de vetustissimis veterum paucis adiunctis lector distinctius et facilius que voluerit repperire valeat, ea per modum concordanciarum aut tabule secundum ordinem alphabeti in fine cuiuslibet voluminis feci connotari, prout patet consequenter. *Alterum volumen (nr.* 785) 181 *foliorum, quod libros VIII—XIV, continet, altera manu, quae et tertium volumen exaravit, scriptum est. Superioris marginis nimia parte resecata librorum numeri et inscriptiones nonnulli perierunt. Diversis manibus capitum lemmata exarata sunt, quorum permulta in inferiore foliorum parte praescripta erant, sed omnia fere ita erasa sunt, ut vix eorum vestigia cognoscere liceat. In hoc tomo inter singulas partes, Vitas sanctorum etc. maiores loci vel folia tota vacua relicta sunt. Tabula, quae titulo caret, folia* 173—181. *occupat. — Tertium volumen (nr.* 786) 211 *foliorum, libros XV—XXI. complectitur. Sed iam in extrema folii* 195. *pagina, ut supra monuimus, textus desinit. Fol.* 197. *legitur:* Incipit tercia pars cronicorum illustrium principum Hanonie. Tabula 3ª partis. *Foliorum* 18—108, *amplus angulus dexter superior a muribus*[5] *corrosus est, ut l. XVI—XVIII. grave damnum paterentur. Lemmata neque omnia minio neque eadem manu scripta sunt, quorum nonnulla nigro atramento miniatori praescripta, eorum capitum praesertim quae integra ex Vincentii Speculo hist. sumpta sunt, adhuc exstant, a rubricatore nonnunquam non exacte descripta. Hunc codicem ipse Valentianis contuli exceptis l. XVII, c.* 12—18, *quae O. Holder-Egger iam antea in usus verterat*[6].

B 1) *Codex Parisinus nr.* 12828, *inde ab a.* 1732. *S. Germani nr.* 1091, *olim Coislinianus, olim Seguerianus*[7], *chartac.,* 473 *fol., saec. XV,* 4°. *Fol.* 1: Incipit tabula presentis; *sequuntur tituli decurtati prologi librorumque I—VII. Fol.* 8—209'. *prima pars Annalium,* 210—433'. *altera continetur, quarum quaeque olim separata uno codice compacta erat. Folia enim alterius numeros proprios vetustiore manu scriptos habent. Sed ne ex eodem quidem codice utraque pars operis nostri descripta est. Cum enim secunda duabus columnis scripta, tabula in fine annexa, ut supra exposui, textu medium locum inter*

1) Cf. etiam Heller, 'N. Archiv' II, p. 314; Fortia X, p. 306 n. 2) Manum eandem, quae vol. II. et III. scripsit, chartam a. 1393, Maii 22. in tabulario Valentianensi sub G 215. inter chartas fratrum Minorum Valent. asservatam scripsisse arbitror; cf. 'N. Archiv' XV, p. 440, n. 2. 3) Cf. Fortia I, p. 4; 'Archiv' IX, p. 296; 'N. Archiv' II, p. 313. 4) Libri V. fol. 93. et l. VII. fol. 137. 5) Minime vero crematus, ut Heller, 'N. Archiv' II, p. 314. contendit. 6) Praeterea adiutus sum quibusdam, quae mecum communicaverunt viri cl. H. Sabersky, phil. doct., et M. Hénault, bibl. Valentianensis praefectus, quibus hic maximas gratias agere mihi liceat. 7) Haec ex schedula in codice agglutinata apparent.

codices Valentianensem et Parisinum nr. 5995. *teneat, prima lineis longis exarata, tabula alphabetica in fine omissa, indicem titulorum exhibet et in textu a codicibus A et B* 2 *longius recedit, ad recensionem C pertinens, de qua iam dicemus. Tamen usque ad fol.* 265′. *eadem manus utramque exaravit, sequentia usque ad finem fol.* 433′. *alter scripsit, qui in fine haec verba adiecit:* Et sic est finis Deo gratias per me fratrem Dyonisium Paradisi manu propria. *Ipse hunc codicem exscripsi. Cuius extrema pars continet translationem Latinam quarti libri Strabonis* de situ orbis, *saec. XVI.*

B 2) *Codex Parisinus nr.* 5995, *mbr., saec. XV, fol. max., ut Valentianensis tribus tomis consistens, una et eadem manu eleganter confectis. Singuli libri singulis picturis ornati sunt, quarum primae, ut iam dictum est, cum iis codicis Valentianensis congruunt. Eadem spatia vacua quae in illo exemplo et in hoc relicta sunt, ubi etiam tituli minio exarati, nomina auctorum rubra linea subducta insignita sunt. — Primum volumen habet folia* 135 *numerata, quibus epitaphium Iacobi de Guisia, supra p.* 47. *editum, praemissum est. Fol.* 128—135. *tabulam continent, cui subscriptum est:* EXPLICIT PRIMA PARS ILLUSTRIUM PRINCIPUM HANONIE. — *Volumen II. totidem foliis libros VIII—XIV. continet. Tabula in hoc quoque volumine fol.* 128—135. *occupat. Tertium volumen* 140 *foliorum complectitur l. XV—XX, cum ultimus liber cum praecedente coniunctus sit. Attamen spatium picturae inter c.* 69. *et* 70. *vacuum relictum veterem divisionem etiamnunc indicat. Tabula fol.* 138—140. *exstat. Ratio scribendi huius codicis constantior minusque insolens quam in cod. A est*[1]. *Quem ipse contuli.*

C) Tertiae recensionis prima tantum pars exstat[2]. *In hac classe hi codices numerandi sunt:*

C 1*a*) *Codex Parisinus nr.* 12828, *S. Germani, quem supra p.* 75. *descripsimus.*

C 1*b*) *Codex Montensis nr.* 121. *et* 289, *chart. a.* 1453[3], 4°, *continet praeter primam partem (Prol. et l. I—VII) Annalium Hanoniae fol.* 188—222. *opusculum Ludolphi de Spirhem*[4] *de statu partium ultramarinarum et orientalium inter a.* 1336—1341. *compositum, deinde breves Annales S. Winnoci Bergenses*[5], *fol.* 222′. *Testamenta duodecim prophetarum, fol.* 224—238. *chronicon a* Gerardo de Antwerpia clerico domini pape Gregorii X^mi *e Vincentii Speculo hist. confectum, denique f.* 238: dyalogum Iacobi de Merlano Flandrensis ad Martinum Traiectensem socium suum translatum de Flamingo in Latinum. *Hic codex proxime ad C* 1*a accedit, non ita tamen, ut alter alterius apographum haberi possit, immo ex uno codice uterque descriptus esse videatur.*

C 2) *Codex Vindobonensis palatinus Lat. nr.* 3440, *olim S. Mariae Boneffiensis*[6], *saec. XV, chartac.,* 498 *fol.,* 4°. *Fol.* 1—102. *prologus et libri I*

1) Lectionem variam orthographicam eius non adnotavi, cum rationem scribendi a librario immutatam esse mihi persuasum habeam. Ubicunque enim legitur A: *oppinio, vepperire, verumptamen, căpud, velut* etc., B 2 praebet: *opinio, reperire, verumtamen, caput, velut* etc. Pro *ci* plerumque *ti*, ut *etiam* pro *eciam*. 2) Hic prol. c. 4. inter auctores enumeratos nomen Iohannis de Beka insertum est; I, c. 49, quae de Iohanne comite Hanoniae narrata sunt, ad Margaretam comitissam referuntur; cf. etiam prol. c. 2. 5. 3) Fol. 185: *Scripta et completa per manus Iohannis de Loe, fratris Iacobi de Gandavo, clerici Tornacensis diocesis, magistri in artibus, die Veneris, que fuit XXVIII^a mensis Aprilis anno Domini millesimo quadringentesimo LIII°. Deo gracias.* — De hoc codice cf. 'Archiv' VIII, p. 474; 'Publications et Mém. de la société du Hainaut' VII (1847), p. 198 sqq. 4) Alias 'de Sudheim' dicti, de cuius opere cf. Lorenz, 'GQ.' II, p. 81. 5) Legitur enim ad a. MXXI: *Monasterium sancti Winnoci construitur Bergis.* Extrema eorum verba sunt: *Anno D. MCCCXIII. Henricus imperator intoxicatur.* 6) Quem descripsit I. b. de Reiffenberg, 'Phil. Mouskes' I, Intr. p. 352; cf. 'Archiv' II, p. 409.

—*VII. continentur, textu saepe breviato, capitulis nonnullis omissis, aliis inter se coniunctis, librorum ac capitulorum titulis contractis*[1]. *Mendis scatet, quae non omnia adnotavi. Lectiones a C 1a. b magis discrepant. Fol.* 102—498. *sequitur translatio Francogallica secundae partis Annalium iam recensenda.*

Haud multo enim ante medium saec. XV.[2] *Iohannes Wauquelin*[3] *civis Montensis Simone Nokart*[4] *notario baillivi Hanoniae incitante, iussu Philippi Boni ducis Burgundiae et comitis Hannoniae ut alia opera ita Annales Iacobi de Guisia in linguam Francogallicam redegit. Quae translatio et ipsa uno et viginti libris divisa tantum usque ad finem regiminis Iohannae comitissae, scilicet l. XXI, c.* 43. *textus Latini, pertingit. In qua nonnulla breviata, alia omissa, alia addita sunt*[5]. *Multi codices huius libri extitisse videntur, quorum hi in nostram notitiam pervenerunt: Boloniensis nr.* 149. *saec. XV. mbr., qui primam et tertiam tantum partem continet*[6]*; Montensis nr.* 122/290. *saec. XV. chartac., qui solam secundam (l. VIII—XIV) praebet*[7]*; eandemque continent Vindobonensis palat. nr.* 3440, *quem supra recensuimus, et Parisinus bibl. S. Genovefae L f. fol.* 29, *saec. XV.*[8] *Omnes tres partes iam in brevius contractae exstant in codice Montensi nr.* 120/145, *chartac., saec. XVII. exarato*[9]. *Apud Anglos asservantur codex Holkhamensis (Norfolk) nr.* 658, *saec. XV, duas priores partes, ut videtur, continens*[10]*; Oxoniensis Bodlei. Fr. Douce nr.* 205, *saec. XV, l. XV.*[11] *complectens. Eadem versio, mutila quidem, iam a.* 1531. *Parisiis in lucem prodiit.*

Alias versiones usque ad finem operis deductas continent codices Cameracensis[12] *nr.* 621, *saec. XIV (?) et Valentianensis nr.* 834 *(Mangeart*[13] *nr.* 579), *saec. XV.*

Posteriore aetate Iacobi de Guisia Annales saepissime exscripti et retractati sunt. Omnes fere rerum Belgicarum scriptores ut Molinet, Iohannes Lefevre[14]*, Symphorianus Champier, Wassebourg, Vinchant, Meierus, Brasseur, Delewarde, alii opere illo nitebantur. Iohannes Wauquelin translator ille primus in historia sua Girardi de Roussillon ad locum quendam Iacobi lectorem relegavit*[15]*. Bollandistae, postquam prius editionem Gallicam saepe in usus suos verterunt*[16]*, etiam textum Latinum inspiciebant*[17]*. Valde differebant inter se iudicia virorum doctorum de Iacobo nostro eiusque opere. Ut enim priores antiquitatis Belgicae fabulas nimis creduli omni scrupulo posthabito recipiebant, ita alii nostris temporibus eo progressi sunt, ut non modo eas reicerent,*

1) Idem codex notam de natali oppido Iacobi de Guisia continet; cf. supra p. 44, n. 6. 2) 'Prol. du translateur' etc.: *est a présent regnant qui est l'an de l'incarnacion nostre seigneur Jhesu Christ mil CCCC quarante six*; cf. 'N. Archiv' X, p. 599. — In fine secundae partis (cod. Mont. 122/290): *qui est le VI^e^ jour d'aoust l'an de l'incarnation nostre signeur mille IIII cens XLVIII.* 3) De eo cf. P. Meyer, 'Girart de Roussillon' (Paris 1884) p. CXLII; Hachez in 'Annales du cercle archéol. de Mons' (1887) p. 186; 'N. Archiv' XV, p. 445, n. 2. 4) In prologo translatoris dicitur: *a son temps clerc du bailliage de Henault et conseillier de mondit tres redoubte seigneur* etc. *Simon Nokars clerc doudit bailliage* occurrit etiam apud Alex. Pinchart, 'Extraits de comptes relatifs au Hainault' (Mons 1884) p. 116. 138. 162. 5) Gesta Haimonis filiorumque eius et Garini ducis, quae apud Iacobum desiderantur, hic suppleta sunt. 6) Cf. 'Catal. des manuscr. des départ.' IV, p. 665; 'N. Archiv' II, p. 322; XV, p. 444. 7) Cf. 'Archiv' VIII, p. 474; Reiffenberg, 'Phil. Mouskes' I, Intr. p. 364; 'N. Archiv' XV, p. 445. 8) Quod v. cl. A. Molinier mecum communicavit. 9) *escrit par Philippe Masure portier a la porte de Haurets a Mons* 1641. Capitulorum numeri omnes desunt; paginae cuiusque partis separatim numerantur. Prima pars 344, altera 254, tertia 320 paginas continet. Quem codicem ipse inspexi; cf. Reiffenberg l. l. p. 364; 'Mém. et publ. de la soc. du Hainaut' VII, p. 1198. 10) V. 'N. Archiv' X, p. 599. 11) Ib. IV, p. 385. 12) Cf. Le Glay, 'Catal. des manuscr. de la bibl. de Cambrai' 1831. 13) Qui minime translationem supra recensitam continet, id quod Mangeart contendit. 14) Cf. edit. Fortiae V, 1, p. 11. X, p. 399 sqq. XV, p. 253 sqq. 15) Cf. P. Meyer, 'Girart de de Roussillon' p. CXLII. 16) Ut Acta SS. Febr. II, p. 493; Iul. I, p. 266 sq. 17) Acta SS. Oct. IV, p. 303 sq.

sed etiam quosdam earum auctores a Iacobo laudatos ab ipso fictos ac more Trithemii praetentos arbitrarentur. Etsi ea ratione, qua Iacobus auctores suos attulit, deinde eo quod maior eorum pars hucusque in lucem non prodiit, suspicio talis fraudis revera nobis inici possit, tamen cum permultis, quos etiamnunc habemus, libris satis iuste diligenterque ac religiose usus sit, diversis auctoribus collatis ac comparatis, curiose adnotaverit, cum eos inter se in quacunque re dissentire deprehenderet, eodem modo eum illos qui perierunt vel hodieque latent adhibuisse ut coniciamus oportere opinor. Aetas sane, qua vixit, tot poetarum portenta commentaque fabulantium protulit, ut ea quoque, quae praetendit, tunc extitisse iure credere possimus nec habeamus, cur virum, quod cognoscere licet, probum sane tantae fraudis arguamus, etiamsi concedam eum nonnulla addidisse, ut quae relata invenerat coniungeret expleretque; deinde hoc ei utique obiciendum est, quod vanitate, ut doctior videretur, adductus fontes suos spoliaverit eorumque auctores acsi ipse eos evolvisset attulerit, quod ubicunque pauca de rebus gestis comperta habuit et uberioribus fontibus caruit, coniectando et quae ex chartis lectis didicerat inter se nimis temere coniungendo ac complendo rerum ordinem gestarum sibi confinxerit aut ex ingenio suo exornaverit.

Editionem integram paravit subsidio codicum Parisinorum XXII voluminibus marchio de Fortia d'Urban, 'Histoire de Hainaut par Jacques de Guyse', Parisiis 1826—1838, *versione Francogallica nova apposita, ingenti sane adhibito labore, quo optime meritus laudandus est. Qui quidem lectiones varias non adnotavit, immo textus utriusque codicis permixtos suo arbitratu mutavit ac supplevit, nec rationem codicum scribendi conservavit, nec fontes quos Iacobus adhibuit, indicare conatus est.*

In nova editione curanda id maxime studui, ut de fontibus auctoris accuratius investigarem, hac in re magnopere adiutus tractatu egregio, quem R. Wilmans scripsit in 'Archiv' IX, p. 292—382. *Maiores fontes alibi asservatos, quos auctor integros transscripsit, praesertim eos, qui in Monumentis Germaniae editi iam erant, repetere nolens, reliqua etiam, quae ex libris hucusque exstantibus hausta sunt, omnia fere omisi, prima tantum verba et postrema eorum minutis litteris expressa indicans. Chartarum quoque eas, quae aliis locis iam editae exstabant, omisi. Ex prima autem parte Annalium fabulis, ut supra exposui, referta ea tantum exscribenda esse duxi, quae ad auctoris ingenium aut fontes eius aut posteriora tempora illustranda aliquid facerent. Neque multum hoc fuit. In partibus reiectis nonnulla quidem legi confiteor, quae in fabulis romanensibus versantibus usui esse possent, sed haec a collectionis nostrae consilio nimis aliena ab ea excludenda esse duximus.*

Quae non nisi in B vel C classis codicibus exstant aut uncis inclusi aut asterisco apposito adnotavi.

Berolini a. 1890, *mense Martio.* *E. Sackur.*

INCIPIT[a] PROLOGUS IN ANNALIBUS HISTORIIS ILLUSTRIUM PRINCIPUM HANONIE.

Tractaturus divina opitulante gratia de primitiva fundatione ac initiali origine, progressu, statu, disgressu atque casu illustrium principum patrie ac territorii Hanoniensis necnon et de restauratione, transmigratione, divisione, continuatione, denominatione atque

a) *in picturis codd. A et B 'a Iacobus de Guisia hic legens, illic scribens cernitur; ad cameram parietem armarium est, super quo hic duo, illic tres libri rubei iacent; simules tres libri in loculis apertis picti sunt.*

genealogia eorundem, et de quibusdam, que suis per orbem[a] acciderunt temporibus, habeo theologorum ac religiosorum more sex per ordinem exequi. Et primo[b] habeo divinum auxilium implorare, secundo verbum divinum propalare, tercio quoddam dubium dissolvere, quarto modum tractandi exponere, quinto aliqua congrua preponere[c] et sexto tandem propositam historiam conponere[c]. Quantum igitur ad primum, dicere valeo cum Carnotensi in prologo sui octavi libri Policratici[1]:

Cap. I. Causa invocationis divini auxilii.

Vita brevis, sensus hebes, negligentie torpor, inutilis occupacio, potenciarum[d] *anime dispersio me paucula scire permittunt. Et eadem iugiter excutit et evellit ab animo fraudatrix scientie inimica et infida semper memorie noverca, oblivio. Quapropter nichil in me agnosco, quod attentionem provocet auditorum. Homo undique immunitus, et*[e] *cui nec vita ad conscienciam, nec ad doctrinam scientia, nec opera suppetunt ad exemplum. Sed quia scienciarum dominus est, qui dat sapientiam sapientibus et intelligentibus disciplinam,* Danielis[f] III°, illam, inquam[g], sapientiam, que *aperit os mutorum et linguas infantium facit disertas,* Sapientie III°, ipse enim dat sapientiam affluenter petentibus *et non improperat,* Iacobus[h]: ideo in huius operis exordio ad divinitatis auxilium me diverto, et merito, dicente[i] Platone in Thimeo[2]: *Mos,* inquit, *est et quasi quedam religio, ut qui de maximis*[k] *acturi sunt, aliquid deprecari ad auxilium divinitatis. Quanto,* inquit, *equius nos, qui plurime scientie natureque racionem reddituri sumus, invocare divinam opem debemus, nisi sevo quodam furore aut implacabili capiamur amencia. Decet enim deos honorare et ad eos confugere et ipsis reverentiam et culturam exhibere.* VII° Politicorum, XIII° capitulo. Et Maximus in quodam sermone[3]: *Merito vacillat humanum subsidium, ubi non imploratur divinum auxilium.* In cuius figura tercii Regum III° capitulo[l] legimus regem Salomonem in principio regni sui et, cum adhuc parvulus esset, Dominum invocasse. Ideo dicebat Philosophia Boecio III. de consolatione, prosa IX[a][4]: *Nobis*[b], *inquit* Philosophia, *placet, ut in minimis rebus divinum presidium habeas*[i] *imploranda. Quid nunc faciendum censes, ut illius summi boni sedem reperire mereariss*[m]*? Invocandum*[n]*, inquit*[o]*, omnium rerum patrem; quo pretermisso, nullum rite fundatur exordium.* Idcirco in exordio[p] presentis operis ad patrem omnium creaturarum et ad divinam sapientiam recurro, ut mecum sit et mecum laboret, ipsum invocando una cum Alano[q] in Anticlaudiano[r-s]:

Pol. prol. l. I.

prol. l. VIII.

*2, 21. Sap. 10, 21.

*1, 5.

*v. 7.

Summe parens, eterne Deus, vivensque potestas,
Unica[r*] *forma boni, recti via limes honesti,*
Tu michi perradia[s] *divina luce micanque*
Plenius irrorans divino nectare mentem!
Discute, meque tue lucis splendore serena!
Tu reppara calamum, purga rubigine linguam,
Da blexo tua verba loqui mutoque loquelam
Prebe, da fontem sicienti, dirige callem,
Erranti duc, nauta, ratem portumque timenti[t]
Dona celesti perflans mea carbasa vento!

Da igitur michi, Domine, sedium tuarum assistricem sapienciam, et noli me reprobare a pueris tuis, quoniam servus tuus sum ego et filius ancille tue. Homo infirmus et exigui temporis et minor ad intellectum iudicii et legum. Mitte illam de celis sanctis tuis et a sede magnitudinis tue, ut mecum sit et mecum laboret, et sciam, quid acceptum[u] *sit coram te. Scit enim illa*[v] *omnia et intelligit et deducet me in operibus meis sobrie et custodiet me in sua potencia, et erunt accepta opera mea.* Sap. IX°. Et hoc de primo brevitatis causa.

Sap. 9, 4–5.

Sap. 9, 10 sq.

Cap. II. Quod[w] hii qui scribunt epistolas aut libros suis fratribus in dispersionem existentibus, ipsos consolando, signum est, quod eorum[x] exoptant salutem.

Quantum ad secundum principale, accedat pro themate illud, quod scribitur in exordio canonice beati Iacobi apostoli[1]: *Iacobus, Iesu Christi servus, XII tribubus, que sunt in dispersione, salutem.* Iacobi *1, 1.

a) ordinem *C* 1b. b) primum *B* 2. c) proponere *C* 1a. b. d) potensiarum *A*; *Ioh. Saresb. non habet* pot. an. disp. e) immunitus et imminutus *Ioh. Saresb.* f) Daniel *C* 1b. g) inquit *C* 1b. 2. h) Iacobi *C* 1b. i) Pl. dic. *B* 2. k) maximo *B* 2. l) debeat *Boet.* m) mereamur *Boet.* n) est *add. C* 1a. 2. o) inquam *Boet.* p) principio *C* 1b. q) Alano *t in loco raso B* 2; Alana *C* 2; Al. in *om. C* 1a. b. r) *alia manu scr. A*; Anacl. *corr. ex* Anticl. *ut videtur C* 1a; anaclandiano *C* 1b. r*) Unica — honesti *om. C* 1b. s) per radia *B* 2. *C* 1a. t) tumenti *B* 2. u) inceptum *B* 2. v) omnia illa *C*. w) Qualiter *et sic porro in titulis C* 1a. b. x) exoptant eorum *B* 2.

1) Sequentia e prologis libri I. et VIII. Polycratici Iohannis Saresberiensis ed. Maire (Amstelodami 1664) p. 1. 524 (Migne, Patrol. Lat. CIC, col. 385 sqq.) sumpta sunt. 2) Cap. 8. In Platonis edit. Lat. trad. Mars. Ficini cura paratae (Londini 1826) p. 242; ed. Bekker VII, p. 251. Iac. de G. fortasse e Boetii de consolatione philos. l. III, c. 9. hausit, ubi idem locus, nec tamen iisdem verbis, affertur. 3) Hoc dictum inter homilias sermonesque S. Maximi Taurinensis (Opp. omnia ed. Bruno Bruni; Migne, Patrol. Lat. t. LVII) non inveni. 4) Boetii de consol. philos. III, c. 9, ed. Peiper (Lipsiae 1871) p. 70. 5) Boetius l. l.: *Sed cum, uti in Timeo Platoni, inquit, nostro placet* etc. 6) L. V, c. 5, Alani Insulani Opp. (Antwerpiae 1654) p. 371 sqq.

primo. Animadvertat[a] racio magistraque rerum experiencia, quibus concordat multiplex auctoritas scripturarum, quod, cum regnum dividitur per fortunam aut per litem, et ritus sparsim scribitur in populos et in gentem, et ortus obliviscitur intus[b], foras et in mentem, et[c] regno servire nititur exponendo cor et cutem: hii, per quos recolligitur, cunctis exoptant salutem[1]. Dico primo, quod *cum regnum dividitur* etc., *hii per quos* etc. Patet, nam in exordio ecclesie militantis, tempore predicationis[d] salvatoris nostri Dei et post resurrectionem et ascensionem eius ad celum de qualibet tribu filiorum Israel una cum gentibus aliqui ad Christi fidem[e] fuerunt conversi, qui primitus regnum christianorum inceperunt et civitatem Iherusalem tamquam metropolim et Iacobum Alphei, fratrem Domini, episcopum primarium, Spiritus sancti gracia precunte, statuerunt. Post vero Stephani lapidationem, sevicia Iudeo-
*v. 1. rum contra christianos estuante, Iudeam relinquentes in gentibus dispersi sunt, prout patet Actuum VIII°. Beatus Iacobus, dictus episcopus, cernens subditorum suorum dispersionem, salutem eorum exoptans, ad unitatem et conformitatem et recollectionem in unum corpus misticum ipsos nititur revocare, scribendo epistolam, quam iniciavit, prout habetur in themate. Ad propositum habetur II° Macabeorum[f], capitulo primo, ubi Iudei de Iherusalem scribunt fratribus suis in Egiptum existentibus et ceteris dis-
2. Mach. 1. 1. persis: *Fratribus*, inquiunt, *qui sunt per Egiptum dispersi Iudeis salutem dicunt fratres qui sunt in Iheru-*
ib. 2. 25—28. *solimis Iudei et [qui*[g]*] in regione Iudea et pacem bonam. Considerantes*, inquiunt, *multitudinem librorum et difficultatem volentes*[g'] *aggredi narrationes historiarum propter multitudinem rerum, curavimus volentibus quidem legere, ut esset animi oblectatio, studiosis vero, ut facile possint eorum memorie commendari, omnibus autem legentibus utilitas conferatur. Et nobis*[h] *quidem ipsis, qui opus hoc breviandi causa suscepimus, non facilem*[i] *laborem, sudo vero negotium plenum vigiliarum et sudoris*[i] *assumpsimus, propter multorum tamen gratiam laborem sustinemus* et cetera[k]. Huic proposito alludunt scripta sedecim prophetarum sacri canonis, qui regnum Iudeorum non solum divisum aut sectum concernentes, quod fuit temporibus Roboam atque Iheroboam, prout patet secundi Paralipom. X° capitulo, verum eciam destructum, translatum aut transmigratum in Assirios, Medos[l] et Persas, prout patet IIII Regum XVII° et Iheremie[m] XIII°. Hii siquidem prophete dispersorum salutem et eorum reintegracionem atque recollectionem exoptantes multipharie ac diversimode ipsis libros transmiserunt, sententias et modos diversos revocatorios pertractantes, prout apparet ex serie librorum; nam quatuor[n] ipsorum fuerunt exhortatorii seu informatorii, quatuor videlicet[d] principaliores, videlicet primo Yzaias[o], qui contra Sennacherib[p] et
Is. 37. alios regnum Iuda deffensavit, regem et populum informando, Yzaie[q] XXXVIII° et[r] per totum; Iheremias Iudeorum dispercionem sepe predicavit, ipsos increpando, patet per[d] totum librum suum; Ezechiel civitatis Iherusalem atque templi redificationem[s] captivis pronunciavit, ipsos ad spem[t] reducendo, patet a[r] XXXIII° capitulo usque ad finem libri sui[u]; Daniel monarchias quatuor regnorum scriptis clare reseravit, ipsos in fidem[v] roborando. VII. capitulo libri sui. Alii quatuor fuerunt conminatorii, ut Ozee[w], Ioel[x], Amos et Micheas, credentes populum dispersum per conminationes ad unitatem divini cultus reducere, prout patet in suis prophetiis. Item alii quatuor fuerunt consolatorii, sperantes per promissas consolaciones populum[y] desolacionibus aversum revocare, ut Abdias, Ionas, Naum et Abacuc[z]. Item alii quatuor ultimi fuerunt revocatorii, semper salutem populi exoptantes, ut Sophonias, qui predicit revocationem fiendam per Cirum[a] regem Persarum; Aggeus et Zacharias cernunt eam presentem et exhibitam, et exhortantur populum pro eorum salute ad eundum in Iherusalem et ad redificandum[b] templum et civitatem sanctam; Malachias vero cernit de facto coadunationem populi et civitatis redificationem[b], et ideo monet ad timendum Deum et ad salutem perquirendam. Unde de omnibus predictis potest dici
*b. 62. illud[c] Machabeorum[c] IV°: *Per hos facta est salus magna in Ysrael*[d]. Et sic patet primum.

Cap. III. Quod hii qui recolligunt scripturas sparsim positas ad unam communitatem[e] pertinentes, signum est, quod eius bonum et salutem exoptant.

Dixi secundo, quod *et si ritus sparsim scribitur* et cetera, *hii per quos recolligitur* et cetera. Hinc est, quod anime virtuose et naturaliter nobiles adinvenerunt primo artem carminum ad laudandum et perpetuandum facta pulcra et mirabilia sectarum, II° Poetrie IV°. Ad idem dicit Aristotiles ad Alexandrum: *Quid*, inquit, *sublimavit regnum Grecorum? Quis eorum gesta per totum mundum generaliter*[f] *sic famavit? Hoc certe prodita diligencia studentium, qui lumen sapiencie ac sciencie ac bonum regni dilexe-*
Nic. d. Lyra. *runt*. Sic[3] beatus Ieronimus[g] *in* prologo super Psalterium[3] recitat plures doctores, qui psalmos dispersos et ritum legis conscripserant. Nominat, inquam, decem auctores psalmorum, videlicet Moysen, David, Salomo-

a) animadvertit *C*. b) regni° *expunct. A*; foris intus *C* 2. *Cf. infra c. V, p.* 83. c) et — cutem *in A. B* 2, *signis post mentem appositis, in inferiore marg. suppl., quae in reliquis codd. post* salutem *posita sunt.* d) *deest C* 2. e) ad f. Chr. *C* 2. f) machab *C* 1a. b. g) *deest A. B* 2. g') volentibus *Vulg.* h) vobis *A. C.* i) sudorum *C.* k) etc. *deest C.* l) indos *B* 2. m) lē *A. B* 2; Ieremie *C* 1b. n) IIIIor *et sic postea B* 2, *C* 1a. o) Yzayas *A*; Ysayas *C* 2. p) Sennascherib *C.* q) Yz *A*; Ysaye *C* 2. r) *deest C* 1b. s) reedific. *C.* t) fidem *C* 2. u) huius libri *C* 1b. v) fide *C.* w) Osee *C* 1a. b. x) Iohel *C* 2. y) pop. des. *om. C* 1b. z) abacuch *B* 2. *C* 2. a) cyrum *C.* b) reedific. *B* 2. *C.* c) istud. *corr.* id (illud) *A.* d) Israel *B* 2. *C.* e) citatem *C* 1b. f) *om. C* 1a. b. g) theron. *C* 1a.

1) Nota hoc loco ut persaepe in Iacobi sermone sententiarum syllabas extremas consonas. 2) Sequentia e Nicolai de Lyra Postilla ad psalmum I, Biblia sacra cum glossa ordinaria . . . et Postilla Nicolai Lirani Franciscani III (Antwerpiae 1634), col. 449. 3) Cf. Hieronymi praef. in libro Psalmorum, Opp. ed. Vallarsius VII, col. 422.

nem, tres filios Chore, Assaph, Athan[a], Heman[b] et Yditum. Preter etiam istos dicit, quod plures psalmi facti[c] sunt ab aliis sanctis prophetis, quorum nomina ygnorantur. Unde et aliqui psalmi scribuntur sine titulo. Aliter tamen dicit rabi Salomon, qui inter Iudeos fuit magnus doctor, super principium libri psalmorum[d], nominat decem actores eorum, videlicet Melchisedech, Abraham[e], Moisen[e], David, Salomonem, Assaph[f] et tres filios Chore et Yditum[g]. Verum quia dicti psalmi a diversis auctoribus et in diversis temporibus et in diversis regnis et regionibus dispersi fuerant, ne deperirent, Esdras scriba post transmigracionem Babilonis et reedificationem civitatis ac templi pro salute populi dictos psalmos legitur[h] recollegisse et in uno volumine reposuisse, quod nunc Psalterium nominatur, et non solum psalmos, verum etiam[h] libros sacri canonis et Thalmud[i], qui dispersi fuerant a tempore transmigracionis per septuaginta annos; etiam legitur idem Esdras reparasse temporibus Cyry[k], Artaxersis[l], Darii, regum[m] Persarum et Medorum, prout recitat magister Nicholaus de Lira[n] super principium Psalterii et libros Esdre et Neemie. Unde merito dicti[n] auctores possunt dicere vobis[o] illud, quod scribitur in canonica Iude, capitulo primo: *Sollicitudinem habemus scribendi vobis de communi vestra salute.* Nic. de Lira. Ind. 3.

Cap. IIII. Quot[o*] hii, qui ortus et ritus legum atque sectarum historias conscripserunt, salutem[p] communitati eorum exoptaverunt[q].

Dixi tercio, quod, *si ortus obliciscitur* etc., *hii per quos recolligitur* etc. Patet per[m] Aristotilem II° Politice[r] XIX°: *Sicut*, inquit, *circa alias artes, ita circa politicum ordinem diligenter omnia conscribi debent, et maxime pertinencia ad leges et sectas.* Sic *Lacedemonii, quibus precipue circa bellorum fuit experiencia pugnarum de eventibus et notabilibus[s] factis colligentes, artem preliorum scripsisse ac in libris registrasse firmantur, quorum insequentes instituta Romani opera, dicta factaque retinuerunt et ad eternam memoriam in scriptis reliquerunt.* Hec Vegecius de re militari[4]. Sic habetur primi Machabeorum[t] XIIII°[1]: *Placuit populo excipere viros et gloriose ponere[u] exemplum sermonum in segregatis populi libris, ut sint in memoriam populo Sparsiatarum.* Idcirco fuerunt plures historiagraphi, qui ortus et originalia, progressus et historias regnorum in libris conscripserunt, ut, *si* a memoriis hominum laberentur, saltim[v] in libris remanerent. Sic Moyses scripsit ortum mundi atque creaturarum, ritum legis et patriarcharum, Iosue terre promissionis acquisitionem[w] et formam bellorum, Samuel regimen iudicum, regum[x], prophetarum, Salomon[y] doctrinam moralem, carmen Canticorum, prophete scripturam vitalem, facta celicorum, euwangeliste et apostoli doctrinam catholicorum, doctores agiographi scripturam predicatorum; sic Iosephus scripsit actus antiquorum et Dares Frigius bella Troyanorum[z]; Lucius, Hugo, Nicholaus[a] et Clarembaldus gesta Belgorum, Tungrorum[b] atque Treverorum; Titusque Livius, Lucanus, Iulius Celsus, Suetonius, Orosius et huiusmodi scripserunt historias Romanorum; Eusebius, Prosper, Yeronimus[c] genealogias ecclesiasticorum; Sigibertus[d], Guillermus et Turpinus cronicas Francorum; Beda Venerabilis actus Britannorum, Cresus acta Albanorum sive Scotorum, Helinandus et Vincencius gesta veterum atque[e] modernorum, Nicholaus[f] historias Morinorum atque Flamingorum, abbas Sancti Trudonis[b] historias Brabantinorum[g], Hugo historias Lothoringorum, Martinus[h] gesta pontificum ac imperatorum, Almericus[*], Gilbertus[i] facta Hanoniensium[**], Tomellus gesta Hostrevanensium[k]; de quibus omnibus possumus merito dicere illud Ecclesiastici XLIIII°[e]: *Laudemus viros gloriosos et parentes nostros in generatione sua; multam gloriam fecit Dominus magnificentia[l] sua a seculo. Omnes isti in generacione gentis sue gloriam adepti sunt, et in diebus suis habentur in laudibus.* Sequitur capitulo XLVI°[e]: *Hii maximi fuerunt in salutem electorum Dei.* v. 1. 2. ib. v. 17. cf. v. 2.

*) Balduinus *add. B* 2. *C.*

**) Iohannes de Beka facta Holandrinorum[m] *add. C.*

a) ethan *C* 1a. b. b) heuian *vel* henian *A*; et heman *B* 2. c) facti — psalmi *om. C* 1a. b. d) abrahã *C* 1a. b. e) moyse *C* 2; moysen *C* 1b. f) *deest C* 1b. g) dicitur *B* 2. h) et *add. C.* i) talmud *B* 2. k) ciry *B* 2. *C* 1a. b; cyri *C* 2. l) arthaxersis *C* 1b. 2. m) *deest C* 2. n) illi *C* 2. o) nobis *C* 1b. o*) Quoliter *semper C* 1a. b. p) saluti *B* 2. q) optauerunt *B* 2. r) politici *C* 1a. b. s) noctalibus *C* 2. t) *sic omnes codd.* u) gloriose et ponere *B* 2. *C* 1a. b; viros gloriosos et pon. *C* 2. v) saltem *C* 1a. 2. w) acquisitiones *C* 1b. x) regum et proph. *C* 1b. y) Salamon *C* 1b. z) troianorum *B* 2. *C* 1a. 2. a) *om. C, cum hoc nomen infra l.* 35. *iterum enumeretur.* b) tongrorum *C.* c) Iheronimus *B* 2. *C* 1a. b. d) sigebertus *C* 2. e) ac *C* 1a. b. f) nicolaus *C.* g) brabancin. *A.* h) dñs *in marg. add. A.* i) et Gilb. *C.* k) Ostrevanentium *B* 2. l) magnificensia *A.* m) Hollandr. *C* 2.

1) Cf. R. Salomonis Iarchi comment. Hebr. in prophetas, in Hiobum et Psalmos, Latine versum a Iob. Frid. Breithaupto, Gothae 1713. 2) Pro Yditun Salomon Iarchi l. l. p. 167. Adam dicit. 3) Cf. ed. Nicolai III, p. 450; in librum I. Esdrae II, col. 1279 sqq., in librum Nehemiae II, col. 1347 sqq. 4) Vegetii rei militaris l. III (ed. Lang 1885. p. 64) ita praebet: *Laceduemoniis autem praecipua fuit cura bellorum. Primi denique experimenta pugnarum de eventibus colligentes artem praeliorum scripsisse firmantur — — Horum sequentes instituta Romani Martii operis praecepta et usu retinuerunt et litteris prodiderunt.* 5) Wilhelmus; cf. praef. p. 60.

Cap. V. Quot hii, qui se ipsos atque sua exposuerunt, libros, leges componendo pro republica, salutem populi exoptaverunt.

Dixi quarto, quod *qui regno servire* etc., *hii per quos* etc. Patet[a]. Legimus siquidem multos viros pro bono communi se ipsos exposuisse, aliquos corporaliter morti palam se tradendo, aliquos mentaliter libros gratos componendo. Quantum ad primum, legimus, Helinandus[b] libro XIII[o][9], de Ligurgo, qui pro bono communi se ipsum exiliavit; de rege expugnatore, qui se morti condempnavit[c]; de Catone[c] et de suo apparatu[c]; de milite Romano[d], qui saltavit in hiatu; de Xerse philosopho, qui contra Elmoradac ludum scacorum conposuit[e]; de Socrate philosopho, qui pro predicatione unius Dei[g] contra Atenienses[e] se morti exposuit[e]. Hos, inquam[e*], et plures alios legimus sic regno et communitati servivisse, ut vitam
Sap. 3, 1. 2. 4. eorum pro nichilo reputarent. De quibus loquitur sapiens: *Iustorum anime in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, et estimata est afflictio exitus illorum*[f], *et quod a nobis est iter exterminii. Illi autem sunt in*[g] *pace, etsi coram hominibus tormenta passi sunt. Spes illorum immortalitate plena est.* Unde merito quilibet predictorum potest nobis dicere illud, quod
*v. 5. dixit Ioseph fratribus suis: *Pro salute vestra*, inquit, *misit me Dominus ante vos*, Genesis XLV°. Tu
*v. 18. *igitur, Domine, dedisti salutem in manibus servorum tuorum*, Iudices[h] XV°. Quantum[i] ad secundum, sciam legimus plures se exposuisse mentaliter et se dedisse totaliter regno ac bono communi, libros gratos componendo. Sic Donatus et Prescianus[k] ediderunt libros grammaticales; sic Plato et Aristotiles scripserunt libros morales, logicales atque naturales. Sic Tholomeus[l], Hali[m], Albumasar[m.n], Euclides libros astronomicos atque mathematicales[o.p]; Ypocras[q], Rasis[o.10], Galienus[11], Avicenna[12] et Albucasim[13] libros cyrurgicos[p] atque phisicales. Sic Alhasen[14], Vitulo[15], Iordanus[16] libros perspectivos atque arismeticales; Iustinianus[q] et Gracianus et summi pontifices libros canonicos et legales; doctores sancti et Petrus Lumbardi[r] libros theologicales; Seneca, Boecius, Petrus Blesensis libros informatorios
44, 10—15. et epistolares; de quibus omnibus scribitur Ecclesiastici[s*]*: *Hii sunt viri misericordie*[s*], *quorum oblivionem iusticie non acceperunt. Cum semine eorum permanent bona, hereditas sancta nepotes eorum, generatio eorum et gloria eorum non derelinquetur. Sapienciam eorum narrent omnes populi, et laudes eorum pronuncial*[t] *omnis ecclesia sanctorum.* Unde merito quilibet eorum dicere potest: *Qui me inve-*
*v. 35. *nerit, inveniet vitam et hauriet salutem a Domino*, Proverbiorum VIII[o]. *Operatus est enim quilibet*
*v. 12. *eorum salutem in medio terre*, Psalmo LXXIII[o]. Sic ad propositum agiographi, prophete et sancti doctores utriusque[u] testamenti, servire reipublice totis nisibus cupientes, libros plures et epistolas sacri canonis conscripserunt. Et ut tota sacra[x] scriptura sub brevi epilogatione comprehendatur, scripserunt, inquam, libros politicos et legales, ut Moises[v] Genesim[w], Exodum[x], Leviticum, Numerorum et Deutronomium[y]. Item libros cronicos et historiales, ut Iosue, Iudicum, Ruth, Regum, Paralipomenon, Esdram[z], Thobiam[a], Iudith[b], Hester[c] et Machabeorum; item ymnidicos[d] et poetales, ut librum Psalmorum, Trenorum et Cantica canticorum; item propheticos et declamatoriales, ut Ysayas[e], Ieremias[f], Ezechiel, Daniel[g], Baruch et XII prophetas[h]; item conscripserunt libros dialeticos et disputabiles[i]; Iob et Eccle-
siastem; item monasticos et morales, Proverbium, Sapientie et Ecclesiasticum; et[k] hoc in veteri testamento. In novo vero conscripserunt libros ewangelicos et testimoniales, Mattheum[l], Marchum[m], Lucam et Iohannem. Item libros instructivos et epistolares; sed hos fuisse in quadruplici[n] differentia, secundum

a) *deest C* 1ª. b. b) leg. de rege expugn., qui se morti condempn., helinandus libº IIIº, de ligurgo — exiliavit *C*. c) cathone *B* 2. *C*. d) dici *C* 1ª. b, i *del. corr.* dei *C* 1ª. e) athen. *C* 1b. 2. e*) enim *C* 2. f) eorum *C* 1ª. b. g) *deest C* 1b. h) iudicf *C* 1ª. b; iudicū *C* 2. i) Quantum eciam *C* 2. k) prescianus *B* 2. *C* 2. l) ptholomeus *B* 2. — haly *C* 2. m) albumszar *C* 1b. 2. n) mathemathicales *B* 2; mathematicos *C* 2. o) pasis *A*. p) cirurg. *B* 2. *C* 2. q) iustitinianus, ti *del. A*; iustianus *C* 2; Iustin. — legales *post* theologicales *C* 1b. r) lombardi *B* 2. *C*. s) *spatium vacuum numero inserendo rel. in codd.* s*) misericordes *C* 1ª. b. t) pronunciet *B* 2. u) test. utr. *C* 2. v) Moyses *B* 2. *C*; ut ut M. *C* 1ª. w) genef, *A*. *B* 2. *C* 1b. 2; geñ *C* 1ª. x) exodus *C* 1ª. b; exodi *B* 2; exodum gen. *C* 2. y) deuteronom *B* 2. z) esdre *C* 2. a) tobiam *C* 1ª. b; thobie *C* 2. b) iudich *B* 2. *C* 1ª. 2. c) heester *C* 1ª; ester *C* 2. d) himpnidicos *C* 2. e) ysaye *C* 2. f) iher. *B* 2; ieremie *C* 2. g) danięt *C* 2. h) propheę *B* 2. i) disputaciones *C*. k) et hoc — testimoniales *in inferiore pag. parte suppl. A*. l) matheum *B* 2. *C*. m) marcum *C* 1ª. b. n) quadem *B* 2.

1) Auctor legit Vinc. Bellov. II, c. 90, qui de Lycurgo etiam Helinandi librum XIII. affert, quae hic exhibentur tamen ex Justino hausit. 2) Codrus intelligitur. Cf. Vinc. Bellov. II, c. 70. 71; Iacobi de Cessolis librum de moribus hominum et officiis nobilium ed. Köpke in 'Mittheilungen aus den Handschriften der Ritter-Akademie zu Brandenburg a. H.' Fasc. 2 (1879), p. 11. 3) Cf. Vinc. Bellov. V, c. 107—110. 4) M. Curtio. 5) Hoc e libro Iacobi de Cessolis habuit, cuius l. II, c. 46. et 47. ad verbum exscripsit. Ubi nomen philosophi illius *Hyerses* scribitur. 6) Vinc. Bellov. III, c. 61. 7) Hali ben Rodoan, qui saec. XI in. floruit? cf. Houreau et Lancaster, 'Bibliogr. génér. de l'astronomie' II (1882), col. 156. 8) Floruit saec. IX; cf. Wolf, 'Geschichte der Astronomie', München 1877, p. 71. 9) Hippocrates II, saec. V. ante Chr. n. 10) Abu Bekr Muhammed ben Zaka-rijja er-Rázi (Rhazes), c. 850—923 (vel 932); cf. Häser, 'Gesch. der Medicin' I, p. 568. 11) C. Galenus, a. 131. post Chr. n. — 201 vel 210; cf. Häser l. l. p. 347 sqq. 12) Abu Ali el-Hosein ben Abdallah ben Ali el-Scheich, 980—1037; cf. Häser p. 580 sqq. 13) Abu 'l-Kasim Chalaf ben Abbás el Zahrewi, c. 950—1000; cf. Häser p. 578. 14) Alhazen, Abu Ali al Hasan ben al-Hosein, saec. XI. floruit; cf. Wolf, l. l. p. 151. 15) Vitello, qui saec. XIII. Alhazeni doctrinam lucidius explanavit; cf. Wolf l. l. p. 152. 16) Iordanus Nemorarius, qui saec. XIII. ineunte floruit; cf. Delambre, 'Hist. de l'astronomie du moyen Age', Paris 1819, p. 442.

quod oportuit ecclesiam informari, quadruplici[a] videlicet respectu initiorum suorum et respectu sui decursus et eciam futurorum in fine. Idcirco destinaverunt Paulus, Iacobus, Petrus, Iohannes et Iudas Thadeus epistolas ecclesiam informantes respectu credendorum et agendorum. Lucas vero destinavit Theophilo epistolam apostolicorum actuum contentivam, informantem ecclesiam respectu initiorum suorum. Describit enim ibidem initia primitive ecclesie, que fundata est in apostolis et discipulis Christi. Iohannes vero destinavit septem ecclesiis que dicitur Apocalipsis, informantem ecclesiam respectu futurorum. Epistole vero Pauli contra canonicos[a*] distinguuntur sicut universale et particulare. Nam epistole canonice sunt universales, ad totam ecclesiam generaliter destinate, epistole vero Pauli sunt particulares, quia misse fuerunt ad speciales ecclesias et personas. Scribit enim beatus Paulus ad octo ecclesias, videlicet ad ecclesiam Romanam, Chorinthiorum, Galatas, Ephesiorum[b], Philippensium, Colocensium[c], Thessalonicensium et Hebreorum, et ad personas tres, videlicet Thimoteum[d], Titum et Philemonem[e]. Et sunt in universo epistole Pauli XIIII; nam ad Chorintios[f] scripsit duas, similiter ad[g] Thessalonicenses alias duas et ad Thimoteum alias duas, et ita[h] sunt VI, que additis VIII faciunt XIIII. Unde quilibet predictorum potest merito dicere illud II° ad Thimoteum[i] II°[k]: *Omnia substineo propter electos, ut ipsi* [l] v. 10.
salutem consequantur. Et sic patet tota propositio declarata. Nunc autem ad propositum descendendo pro tanto predicta premisi, quia, prout cunctis apparebit evidenter, regnum[l] XII tribuum, methaphoricum videlicet[k], principatus Hanoniensis[l] est huiusmodi; nam et ipsum[m] dividitur per fortunam et per litem, et ritus sparsim scribitur in populos et in gentem, et ortus obliviscitur intus, foras et in mentem. Actor huic servire nititur, pro quo ponit cor et cutem, ex quibus hic concluditur, quod cunctis exoptat salutem. Idcirco Iacobus, Iesu Christi servus, ad finem, ut dictum regnum XII tribuum in se recolligatur, mittit ipsum librum exoptando cunctis salutem.

Cap. VI. Quot per duodecim tribus Ysrael possunt figurari duodecim, que in principatu Hanoniensi repperiuntur.

Pro declaracione huius metafore sciendum, quod per[n] regnum aut per has XII tribus dispersas, quibus beatus Iacobus scribit, potest figurari Hanoniensis principatus, qui ex XII tribubus integratur, aut ratione XII parium[1] castri Montensis, quibus confirmatur et roboratur, aut racione XII honarum villarum, quibus decoratur, aut racione XII ecclesiarum notabilium, quibus adornatur, aut racione XII partium ipsum integrantium, quibus conglobatur; nam revera, sicud habetur Genesis[o] XLIX°: Iacob [o] cf. 29, 28.
patriarcha duas uxores legitimas et duas ancbillas legitur habuisse, ex quibus XII patriarchas generavit, a quibus XII tribus Israel denominationem sortite sunt[p]. Sic per similitudinem patriarcha, princeps Hannonie, quicumque fuerit ille, in exordio sui principatus duas legitimas uxores iureiurando sibi desponsat, Rachelem, id est sanctam matrem ecclesiam militantem, et Liam[q], rempublicam obsequentem. Rachel genuit primo Ioseph, qui induebatur tunica talari, per quem figurantur ecclesie particulares principatus Hanoniensis. Genesis XLIX°: *Ioseph filius accrescens et decorus aspectu. Inviderunt illi habentes* [r] v. 22–25.
iacula. Sed[r] *in forti*[s] *archus*[t] *eius, et dissoluta sunt vincula brachiorum et manuum illius per manus potentis Iacob: inde pastor egressus est, lapis Israel. Deus patris tui erit adiutor tuus et Omnipotens benedicet tibi benedictionibus abissi iacentis deorsum.* Sequitur: *Fiant in capite Ioseph et in vertice Na-* ib. 26.
zarei inter fratres suos. Iterum Rachel genuit Beniamin, quem Iacob unice diligebat, per quem figuratur nobilis militia dicti principatus. *Beniamin lupus rapax, mane rapiet predam et vespere dividet spolia,* Genesis XLIX°. Secunda uxor legitima fuit Lia, que licet lipposa, tamen fecunda et fructuosa, que sex [u] v. 27.
genuit patriarchas; et primo Ruben, per quem villa Bavacensis[2] potest figurari, de quo scribitur Genesis XLIX°: *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea et principium doloris mei; prior in donis, maior* [v] v. 3. 4.
imperio. Effusus es[u] *sicut aqua; non crescas, quia*[v] *ascendisti cubile patris tui et maculasti stratum eius.* Secundo Lia genuit Levi, per quem potest figurari villa Montensis[3], que suo modo potest sacerdotalis et regia nuncupari; unde et Moyses in sua morte benedicendo filios Israel et tribus eorum dicit Levi: *Perfectio tua et doctrina tua viro sancto tuo, quem probasti in temptatione et iudicasti ad aquas contra-* Deut. 33, 8.
dictionis. Hii custodierunt eloquium tuum et pactum tuum servaverunt, iudicia tua, o Iacob, et legem ib. 9–11.
tuam, o Israel. Ponet thimiama[w] *in furore tuo et holocaustum super altare tuum. Benedic, Domine, fortitudini eius et opera manuum illius suscipe. Percute dorsa inimicorum eius; et qui oderunt eum non consurgant.* Hec Moyses de benedictione Levi, Deuteronom. XXXIII° capitulo. Tercio Lia genuit Simeon[x], per quem figuratur oppidum Melbodii[4]. Non autem per Simeonem illum intelligo, de quo habetur: *Simeon et Levi vasa iniquitatis bellancia, in consilio vestro*[y] *non veniat anima mea.* Sed de illo intelligo Gen. 49, 5. 6.

a) IIII^{or} (quatuor) *B* 2. *C.* a*) canonicas *C.* b) ephisiorum *B* 2. c) collocens. *C* 1a; colocsen *C* 2. d) thimoteum *B* 2. *C* 1b. 2. e) philomenem *B* 2. *C* 1a. f) chorinthios *B* 2. *C* 1a; corith *C* 1b. 2. g) ad — et om. *B* 2. h) sic *C* 1b. i) reggnum *A.* k) videlicet — hanoniensis *postea suppl.*, vid. prius. *in loco raso A.* l) hanonie *C* 2. m) *post* ipsum *locus rasus A.* n) *supersor. A.* o) *sic omnes codd. pro* XXIX. p) sunt sort. *C* 2. q) lyan *C* 1a; lyam *C* 1b. 2, *et sic saepe.* r) Sedit *Vulg.* s) fortitudine *C.* t) arcu *B* 2. u) est *B* 2. v) qui *C* 1a. b. w) thimiama *B* 2. x) symeon *C saepe.* y) consilium eorum *Vulg.*

1) Duodecim pares Hanoniae enumerat Miraeus, Notitia eccl. Belgii p. 392. 2) Bavai. 3) Mons. 4) Maubeuge.

*2, 25. Simeone, de quo euwangelista Lucas[a] loquitur dicens: *Simeon vir iustus et timoratus exspectabat[a] redemptionem Israel, et spiritus sanctus erat cum illo.* Quarto Lia genuit Iudam, per quem villa Valenche-
*v. 8–10. nensis potest figurari. Genesis XLIX[o]: *Iuda, te collaudabunt fratres tui; manus tua in cervicibus inimicorum tuorum, adorent[b] te filii matris[c] tue; catulus leonis Iuda, ad predam ascendisti, fili mi, requiescens accubuisti[d] ut leo et quasi leena; quis suscitabit eum? Non auferetur sceptrum de Iuda* etc. Sequitur:
ib. v. 12. *Pulciores sunt oculi eius vino et dentes eius lacte candidiores.* Merito igitur in armis leonem deportant[e] aureum. Quinto Lia genuit Ysachar, per quem possunt figurari castra et oppida cum populo
ib. v. 14. 15. rurali patrie Hanoniensis. Genesis XLIX[o]: *Ysacar[e] asinus fortis accubans in[e*] terminos, vidit requiem, quod esset bona, et terram, quod optima, et supposuit humerum suum ad portandum; factus est tributis serviens.* Sexto Lia genuit Zabulon, per quem possunt figurari burgenses et mercatores cum residuo
ib. v. 13. tocius principatus Hanoniensis. Genesis XLIX[o]: *Zabulon in littore maris habitabit et in stacione navium pertingens usque ad „Sidonem[f]“.* Due autem alie uxores Iacob fuerunt Baale, ancbilla[g] Rachelis[h], per quam[i] potest figurari patria Hollandie[k], et Zelphe, anchilla Lie, per quam[l] etiam figurari potest patria Zelandie[l]. Et ex eo possunt dici illegitime, quia tempore Iohannis comitis[3], qui dictas legitimas uxores duas desponsaverat, tandem Hollandiam[k] et Zelandiam[m] dictis adiunxit, prout ostendetur suo loco[3]. Unde
quelibet istarum anchillarum duos generavit patriarchas, et primo Baale, ancilla[g] Rachelis, genuit Dan,
*v. 16. per quem figuratur villa que dicitur Leeden[n. 4]. Genesis XLIX[o]: *Dan iudicabit populum suum sicut alia*
*v. 17. *tribus in Israel.* Sequitur[o]: *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat*
*v. 18. *ascensor eius retro.* Sequitur[o]: *Salutare tuum expectabo, Domine.* Item Baale secundo genuit Neptalim,
*v. 21. per quem potest figurari villa Dourdrachi[o. 5]. Genesis XLIX[o]: *Neptalim cervus emissus, dans eloquia pulcritudinis.* Zelphe, ancilla Lie, etiam duos[o*] genuit patriarchas, et primo Gad, per quem figuratur villa
*v. 19. de Zeerichzee[p. 6]. Genesis XLIX[o]: *Gad accinctus preliabitur ante eum, et ipse accingetur retrorsum.*
*v. 20. Item secundo Zelphe genuit Aser[q], per quem potest figurari villa de Mildebourg[r. 7]. Genesis XLIX[o]: *Aser, pinguis panis, et prebebit delicias regibus.* Verum quia Dyna, soror dictorum patriarcharum, per quam[t] potest patria Frisie figurari, exorbitavit ab honestate morum, idcirco cum XII tribubus minime computatur. Dictis igitur XII patriarchis et tribubus et contribulibus eorum una cum quatuor matribus, Iacobus, Domini frater et Minor, ymo minorum minimus, salutem cunctis Hanoniensibus exoptans, ad[s] perlegendum et caritative examinandum et favorabiliter corrigendum et supplendum hunc librum una cum salute hominis utriusque humiliter representat.

Cap. VII. Quot principatus Hanoniensis fuit antiquitus multipliciter condivisus.

Dicta igitur methafora sic supposita, ad propositum descendendo dico primo corespondenter ad premissa, quod antiquitus Hanoniensis principatus divisus est per fortunam et per lilem. Temporibus videlicet et temporibus[t] Belgis inclite et Octovie condite et temporibus imperatorum Romanorum et temporibus regum Francorum, item Gothorum et Ostrogothorum, Wandalorum et Hunorum, item Normannorum et Danorum, Austrasiorum atque[u] Lothoringorum, divisus, inquam, fuit et est, et per imperatorem Othonem et per archiepiscopum Brunonem[8] et per ducem Godefridum[9] et[v] per Garnerium[w] et Rainaldum[10] et per imperatorem Henricum[11] et per Frisonem Robertum[12] et per Brabantinos et Flamingos et per intrinsecos et[x] propinquos. Per hos siquidem et alios, antiquitus per seditiones et bella, per federationes et matrimonia, per impressiones et consimilia dictus fuit principatus multiformiter[y] dispersus et condivisus[z], ut suis locis inferius, Dei auxiliante
Dan. 5, 25–28. gracia, manifestabitur. Possumus siquidem dicere principi Hanoniensi: *Mane, Techel[a]; Phares; et hec interpretatio sermonis: Mane, numeravit Deus regnum tuum; Techel[b], appensum est in statera et inventum est minus habens; Phares, divisum est regnum tuum et datum est alienis.* Danielis V[o] capitulo.

a) exspectans consolationem *Vulg.* b) adorabunt *Vulg.* c) patris *Vulg.* d) occubuisti *C* 1[b]; obcubuisti *C* 2. e) Ysachar *B* 2. *C* 1[a]; Yzachar *C* 1[b]. e*) inter *Vulg.* f) sydonem *B* 2. *C* 2; sedonem *C* 1[a. b]. g) ancilla *C semper.* h) rachalis *C* 1[b]; racelis *semper C* 2. i) quem *A.* k) holand. *B* 2. l) zeeland. *B* 2; zelland. *C* 1[a. b]. m) zeel. *B* 2. *C* 1[b]; zell. *C* 1[a]. n) q dic. leedē *alia manu scr. A*; leedem *C* 1[a]; leyden *C* 1[b]. o) durdraci *B* 2; dordraci *C* 2. o*) gen. d. *C.* p) zerixee *C* 1[a]; zierixee *C* 1[b]; zerichsee *C* 2. q) aser *C constanter.* r) middelburch *C* 1[a. b]. s) et *C* 1[b]. t) et temp. *om. B* 2. *C* 2. u) et *C.* v) *deest C* 1[b]. 2. w) Garnerum *B* 2. *C* 1[b]. 2. x) *deest A.* y) multipliciter *C* 1[b]; multi[?] *C* 2. z) et cond. *om. C* 2. a) tethel *B* 2. *C* 2; thetel *C* 1[a. b]. b) tethel *B* 2; thetel *C.*

1) Scil. Valentianenses. 2) II. a. 1280—1304. Virdunensem in animo habuit. V. Duvivier, 'Recherches sur le Hainaut ancien' I, p. 91. 92. 3) Cf. infra l. XXI, c. 57. 4) Leyden. 5) Dordrecht. 6) Zierikzee. 7) Middelburg. 8) Cf. Gesta ep. Camerac. I, c. 94 (SS. VII, p. 439); Iac. de Guisia l. XIV, c. 32. 9) Velulum, comitem Flandriae. 10) Gesta ep. Camer. I, c. 95. l. l.; Duvivier l. l.; Iac. de Guisia l. l. 11) II. 12) Comitem Flandriae.

Cap. VIII. Quot historie Hanonienses sparsim in diversis historiis repperiuntur.

Dixi secundo, quod *Hanoniensis principatus ritus sparsim conscribitur* etc. Nam et licet modernis temporibus apud multos ipse censeatur exiguus, debilis et parvus, comparative ad sua primordialia principia, quia, V. Politicorum IX, debile regnum reputatur, quod seditione divisum est, et etiam virtus dispersa debilior est se ipsa unita, tamen de eius solo atque gleba ritu essenciali, quia existentia, licet sub alia denominacione historiographi solempnes plura conscripsere, *ritum gentis imitantes*[a], Genesis XXIIII°. Revera eius ritus sparsim conscriptus repperitur et in libris Treverorum et in factis Romanorum et in terris Tungrinorum[b] et in regnis Germanorum et in gestis Britannorum et in cartis Morinorum, et non solum in predictis, sed etiam in scriptis Saxonencium, in registris Senonencium, in actis Albanencium, in cartis Austrasiencium, in dictis Hostiliencium, in verbis Lothoriencium[c], in libris Leodiensium et in historiis Francorum et in agendis Celticorum et legendis Hungarorum, Reciorum atque Menapiorum[c*], in rescriptis Wandalorum et Hunorum, in registris Flandrinorum, Flamingorum atque Brabantinorum, prout declarabitur suis locis inferius et consequenter, annuente gratia Spiritus almi. Custodiebant igitur principes primarii *observaciones tabernaculi et ritum sanctuarii*, I. Paralipom. XXIII°. Sed nunc *dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum*, Trenorum IIII°[d]. Dispersi sunt ritus et gesta sanctuarii[e] principatus tui, o princeps, in capite omnium plateарum, id est historiarum aut nationum. *v. 34, 22. *v. 32. *v. 1.

Cap. IX. Quot leges gentium et ritus et specialiter historie Belgice obliviscuntur, et causa.

Dixi tertio, quod *principatus Hanoniensis ortus obliviscitur intus*[f], *foras et in mentem*. Et hoc potest verisimiliter deduci per locum a maiori. Nam et si ortus, leges, libri et historie divini cultus ab omnipotenti Deo dati[g] filiis Israel, pro quibus ipse Deus contra adversantes manifestissime[g*] pugnabat et speciali gracia ipsos protegebat, sepissime fuerunt pro [h]aliquibus temporibus divisi, dispersi, disrupti, perditi et oblivioni traditi et a memoriis hominum deleti, ut patet primo Machabeorum°: libri legis fuerunt conbusti et abscisi; et apud quemcunque repertus fuisset liber legis Domini, ex edicto regis trucidabatur —: quid mirum, si ortus, leges, libri et historie Belgensis regni aut Hanoniensis principatus, quod pro eodem multi veterum habent, sint an[k] fuerint oblivioni dati, dispersi, detruncati et anullati, cum essent pagani, ydolorum cultores, divinis preceptis non obtemperantes, saltim ante apostolorum predicationem, et quam maxime in tam multifaria dilapidatione atque dispersione, quibus subiacuerunt, prout superius tactum est et inferius plenius declarabitur suis locis? Procul dubio non videtur esse mirabile, ymo mirandum est, quod quidquam inde[l] repperire valui. Huic alludunt Octaviani imperatoris sententie atque decreta, qui post regni Belgorum destructionem a Iulio Cezare[k] lamentabiliter factam voluit etiam a memoriis hominum nomen atque famam eorum funditus extirpare, prout apparebit inferius libro VII°. Ad propositum etiam concordat Olbertus abbas Gemblacensis in principio legende sancti Veronis ad Raginerum[l] comitem Hanoniensem, aliquibus premissis infert[2]: *Unde*, inquit, *Galliam Belgicam et Germanicam diabolico instinctu, ab eius vitis sepe oberrantem et contra se recalcitrantem frequenter afflixit et in conculcacionem exterorum fieri permisit; sue animadversionis sentenciam in hoc mundo voluit illi infligere. Hoc afflictionis flagellum exercuit per Hunos et Wandalos, non tantum[m] ad titernecionem hominum, sed et[n] ad destructionem multarum civitatum iusto iudicio missos, qui propter scelera in Deum et in sanctos eius irremediabiliter commissa pene totam Galliam Belgicam subverterunt urbesque eius a seculo famosissimas solo straverunt, annales temporum vitasque celestium virorum combusserunt igni, noticiasque multorum subtraxerunt orbi. Unde nunc maximarum urbium ruynas tantum cernimus et vix memoriam nominum habemus* et cetera. Quere inferius libro . . .[o·2]. Potest igitur dicere merito dictus principatus illud psalmi: *Oblivioni datus sum tanquam mortuus a corde*, Psalmo XXX°. Sed [e[p]] converso ego dico sicut verus Hanoniensis: *Adhereat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui*, Psalmo centesimo XXXVI°. *v. 13. *v. 6.

a) iomittentes *A*; imutantes *C* 1a. b. b) tongr. *C*. c) *alia manu corr. in* lothar. *A*. c*) megnap. *C*. d) *deest C* 1a. b; id est *add. C*. e) sanctuarii id est *C*. f) *sequitur locus rasus A*; et *add. B* 2. *C*. g) datis *A. B* 2. g*) magnifest. *A*. h) aut *C*. i) *deest C*. k) cesare *C*. l) regnierum *C* 2. m) tam *B* 2. n) *deest A. C* 1b. o) *numerus deest codd*. p) *deest A*.

1) Mirac. S. Veroni c. 1, SS. XV, 2, p. 750. 2) Infra XIV, c. 45, ubi excerpta ex Mirac. S. Veroni.

Cap. X. De causis suscepti operis.

Dixi quarto, quod *Iacobus huic principatui servire nititur, pro quo exposuit cor et cutem.* Nam revera hic Iacobus, non solum Iesu Christi servus, sed servus servorum, utinam Dei, necnon et solum Minor, sed et minorum minimus, vestigia sue exilis sobolis insequendo dictis principibus, tribubus atque contribulibus eorum servire nititur. Equidem ipse Iacobus cernens, quod a XXVI annis tempus a Deo sibi impensum in studio logicalium et philosophie tam naturalis quam moralis necnon et mathematicis et[a] phisicis artibus exposuerat, et tandem ad apicem gradus theologie provectus[1], cum ad patriam sue nativitatis, Hanonie videlicet, reversus et modum eiusdem intuitus foisset, et quod theologia et cetere speculative aspernabantur scientie, ymo quod quasi delirantes et amentes harum possessores reputabantur: in se reversus cogitansque, qualiter residuum vite sue, ocium, quod est anime inimicum, devitando, aliqualiter implicaret ad sciencias grossas atque palpabiles, et usque ad elementa primaria intellectum retorquens et applicans, principi ac compatriotis volens inservire, hoc opus, quod est laboribus plenum, aggressus est. Et hoc quam maxime, quia dicti principis antecessores ecclesiam, in qua commoratur, non solum fundaverunt, verum eciam suis propriis corporibus, sepulturis ac beneficiis multipliciter illustraverunt, tum eciam, quia dicti Iacobi predecessores, avunculi, conati et eius germanus frater in officiis solempnibus dictorum principum constituti usque ad mortem eisdem irreprehensibiliter servierant; tum eciam, quia cetere naciones circunvicine, que fuerant ab antiquo patrie Hanoniensi sub alia denominacione subiecte, historias habebant solempniter compositas, et si Hanonia consimiles[b] haberet, illas non viderat; tum eciam, quia sibi valde indecens
Matth. 5, 15 videbatur, quod tante historie sic diu disperse sub modio latuernit, decrevit supra candelabrum eas stabilire: eapropter dictus Iacobus suorum vestigia nitens insequi genitorum, sed de quibus tantis principibus servire non habens, quia pauper et mendicus, abiit ob hoc
Ruth 1. in agrum Boos[c] cum[d] Moabitide et illuc post terga metensium non sine labore recollegit
Marc. 12, 42 43. spicas et in manipulum circonligans[e], etiam duo minuta cum vidua in gazophilacium principis Hanonie humiliter representat. Suscipere igitur dignare, serenissime princeps[f. 2], munusculum exiguum, quod dictus Iacobus cum suis laboribus in diversis provinciis, civitatibus[g], ecclesiis, librariis, historiis et relacionibus discurrendo, investigando, scribendo a pluribus annis recolligere valuit, ad finem, ut vobis et XII tribubus dictis, que a mangnis temporibus in dispersionem extiterunt, salutem denunciet sempiternam. Et hoc est, quod sine replicatione premissarum[h] brevitatis causa concludere desiderat iuxta mentem: *Iacobus, Iesu Christi servus, XII tribubus, que sunt in dispersione, salutem.* Que fuerunt verba piis legentibus proposita.

Cap. XI. De recommendatione sancti Iacobi apostoli.

Iac. 1, 1. In quibus verbis brevissime exponendo, piis legentibus proponitur intimitas noticie salutantis: *Iacobus.* Subiungitur immensitas potentie dominantis: *Iesu Christi.* Exprimitur humilitas essentie conscribentis: *servus.* Exponitur communitas patrie nunc regnantis: *XII tribubus.* Discernitur calamitas miserie vacillantis: *que sunt in dispersione;* concluditur activitas letitie triumphantis: *salutem.* Dico primo, quod *proponitur intimitas noticie* etc., que probatur ex multis. Quia revera ipse beatus Iacobus fuit Christi verus discipulus, doctor, sanctus apostolus, rector velud agniculus, pastor mitis et sedulus. Fuit, inquam, a Iudeis peramatus, iustus, verax appellatus, Christi frater et conatus, minor est cognominatus, martir Christi coronatus[3]. De quo Egisippus[4], vicinus apostolorum, in quinto commentariorum libro de eo sic proloquitur: *Suscepit ecclesiam Iherosolime post apostolos frater Domini Iacobus, cognomento Iustus. Hic de utero matris sue sanctus fuit. Vinum et siceram non bibit, carnem nullam[l] comedit, nunquam attonsus est nec unctus unguento nec usus balneo. Huic sobrium[k] erat ingredi sancta sanctorum, solus ingrediebatur templum et fixis genibus pro populo deprecabatur, in tantum ut m[l] camelorum duritiem transisse eius genua crederentur.* Nam propter sue excellentiam sanctitatis hunc sibi honorem fecerunt apostoli, ut post ascensionem Domini primus inter

a) ac *C.* b) hab. consimiliter *C* 2. c) booz *B* 2. d) ꝙ *A (saepius pro* cum*). B* 2. e) circūligans *B* 2. *C* 1ᵃ.ᵇ. f) h a n o n i e *add. C.* g) civitatibusque *C* 1ᵃ.ᵇ. h) premissorum *B* 2. *C* 2. i) ullām comedit *B* 2; ullam cōmedit *C* 1ᵃ; ullam non cōmedit *C* 1ᵇ. k) huic soli licitum erat *Hieron.* l) etiam (eciam) *C.* m) ut camelorum duritiem traxisse eius genua crederentur *Hieron.*

1) Cf. praef. p. 45. 2) Alloquitur Albertum ducem Bawariae(-Straubing), comitem Hollandiae, Frisiae, ecl. H, c. 33. exstant; Iacobus ea ex Hieronymi Hanoniae (1388–1404). 3) Hi versus ex officio Catal. script. eccl. sumpsit, ubi stilus mutatus est. in festivitate S. Iacobi cantato sumpti videntur.

eos missam Iherosolimis celebraret. Item de eius auctoritate et reverentia loquitur Ignacius ad Iohannem euwangelistam[1]: *Si licitum est*[a], inquit, *michi apud te, ad Iherosolime partes volo ascendere, ut videam illum venerabilem Iacobum, qui cognominatur Iustus, quem referunt Christo Iesu similimum facie, vita et modo conversacionis, ac si eius uteri esset gemellus; quem, dicunt, si videro, video et ipsum Iesum secundum omnia corporis lineamenta.* De quo apostolus ad Galatas primo[2]: *Alium autem apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini.* Cuius fraternitatis nos participes efficiat ille qui vivit et regnat per omnia secula seculorum! Amen. Expedito de secundo, accedamus ad tercium, ad dubium videlicet, quod debeo[a*] dissolvere.

Cap. XII. Argumenta, quod historia Belgencium[b] non est autentica.

Quia[c] superius in collacione aliqualiter tactum est, quod civitas Belgis antiqua fuit et in Hanoniensi territorio situata, idcirco consequenter talem propono questionem: Utrum Belgis illa famosa civitas, a qua Belgii dicti[d] seu Gallia Belgica extitit antiquitus vocitata[e], fuerit in Hanoniensi territorio situata, in loco videlicet, ubi nunc villa que dicitur Bavachus[f] fundamentaliter collocatur. Et hoc est querere, utrum historia Belgorum, que nunc a modernis habetur, sit approbanda seu recipienda. Et arguitur ad partes, et primo, quod non. Nam illa non debent approbari, conscribi, dogmatizari aut affirmari, que nulla auctoritate doctoris[g] solempnis aut historie approbate aut verisimilitudine fulciri possunt. Sed sic est in proposito de dicta civitate, territorio et historia: igitur pars negativa vera, maior est manifesta, et minor patet. Nam Iulius Celsus, Orosius, Ysydorus[h], Suetonius, Helinandus[i] et alii doctores solempnes, qui de bellis et civitatibus Gallie necnon et Belgorum quamplurima conscripserunt in suis historiis, de ea nichil reliquerunt. Ymo civitati Belvacensi aut Treverensi potius regnum, dominacionem et potenciam et denominacionem Belgorum videntur ascribere: igitur frustra proponitur talis questio. Secundo ad idem: Romanorum historie aut Troyanorum aut Argivorum de dicte civitatis constructione aut dominacione aut de eius destructione nullam inde faciunt mentionem[l], cum tamen de civitatibus circonvicinis[k] multipliciter elaborent, utpote de Remorum, Ambianensium, Vermendorum[l], Nerviorum aliarumque similium: igitur pars questionis negativa vera. Antecedens videtur esse verum et consequentia clara. Tertio ad idem in Historia Trevororum, que autentica reputatur, capitulo III[o] habetur: *Gallia tripharium*[m] *dicitur in Galliam Comatam, Braccatam et Togatam.* Sequitur: *Gallia Comata postea dicta est Belgica a Belgio Treberorum duce, a cuius nomine Treberis dicitur Belgis.* Hoc ibi, et si sic, igitur pars questionis negativa est vera. Quarto ad idem Erodocus de descripcione regionum, et recitat Bartholomeus libro XV° de proprietatibus rerum, capitulo Picardia: *Picardia*, inquit, *Gallie Belgice est provincia, a quodam oppido sive castro Ponticum sic vocata. Nam oppidum, quod nunc Pichon dicitur, in illo terre confinio usque ad occeanum Britannicum antiquitus obtinuisse dominium perhibetur, a quo populus totus illius patrie sic fuisse creditur in posterum nominatus. Est autem eorum terra frugum et fructuum valde ferax, irrigua fontibus et fluminibus multis, habundans populis, munita nobilibus civitatibus et castris, opidis fortissima et famosis, ut Belgis est seu Belva*[n]*, Ambianis, Attrebatis*[o]*, Moritis et Tornacus.* Hec ibi. Ex ista auctoritate apparet, quod Belgis sit ipsa civitas, que nunc dicitur Belvacus. Igitur videtur, quod pars questionis negativa est vera.

Cap. XIII. Argumenta, quot historia Belgencium est autentica.

In[p] oppositum arguitur sic: Illa historia debet censeri autentica, probabilis et vera, que secundum approbatas et receptas historias racionabiliter et scientifice procedit, et ad cuius compositionem et elucidacionem concurrunt plures doctores et historiographi nacionum diversarum, et de cuius existencia oculata fide vestigia manifesta possunt demonstrari. Sed pro parte affirmativa questionis historia est huiusmodi[q]: igitur pars affirmativa questionis est vera. Maior videtur[r] esse manifesta; sed probatur minor in quadam generalitate ex forma tractandi. Nam aliqui tractant dictam historiam metrice satis subtiliter, ut Nicholaus Ruclerii[3], alii rigmatice, sed vulgariter, ut Clarembaldus[4], qui et licet multa minus digesta conscripserit, tamen quamplurima vera et ad propositum aliorum historiographorum in suis rigmatibus reliquisse videtur. Licet enim nobis testimonium recipere etiam ab iis[s] qui foris sunt. Alii dictam historiam tractaverunt prosaice et hoc dupliciter. Nam alius in Gallico prosam texit seriose, ut Lucius Tungrensis[t], qui solus videtur fuisse translator a Latino in grossum Gallicum. Alius autem in vulgari eandem composuit curiose, ut Hugo Tullensis, qui Lothoringorum genealogiam profundius investigans, historiam Belgorum solempniter

a) inq. est *C*. a*) habeo *C* 1b. 2. b) belgentium *B* 2. *C* 1a. b. c) Quia — questionem *om. C* 2, *ubi tantum* Queritur, utrum *etc.* d) Belgi dicti sunt *C*. e) nominata *C* 1b. f) bauacus *C*. g) doctor sollempnium (sollempni) *C*. h) Ysidorus *B* 2. *C*. i) mensionem *B* 2. *C* 1b. 2. k) circumvicinis *C*. l) vermandorum *B* 2. m) tripharie *C* 1a. b; tripharie *C* 2. n) beluacus (beluacr) *C*. o) attrebatas *C* 1a. b. — morin, morinum *C*. p) Unde in oppositum predictorum arg. sic *C* 2. q) hui° *A*. *B* 2. r) viditur *A*. s) hiis *C*. t) tongrensis *C*.

1) B. Ignatii ad Iohannem apost. ep. altera, Patrum a Vinc. Bellov. laudatos cognovit. 3) De eo v. praef. p. 50.
apostolic. opera ed. Dressel (Lipsiae 1857) p. 349. 4) V. ib.
2) Quos omnes Iacobus non ipse legit, sed tantum

pertractavit; et ista inferius apparebunt. Sed specialius pars affirmativa questionis probatur auctoritatibus expressis dictorum historiographorum; et primo auctoritate dicti Nicholai, capitulo II. sui voluminis, ubi sic habetur[a]:

Rex fuit inmensus quondam, qui nomine dictus
Bavo; de genere regis Priami fuit ille.
Sequitur:
Urbem tunc magnam rex Bavo condidit unam,
Que nimis inmensa Belgis fuit illa vocata.
Et multis interpositis sequitur:
Rex septem calles inmensos regna petentes
Iussit et in[b] girum per totum pergere mundum et cetera.

Sed manifestum est, quod ista non possunt dici, neque de Belvacensi civitate neque de Treverensi neque de quacunque[c] alia civitate Gallie, alia ab illa, de qua querit questio, cum in eisdem non reperiantur septem calles, et in eadem repperiuntur: igitur questionis proposite pars affirmativa est vera. Huic racioni et oppinioni expresse concordat Clarembaldus. Item ad idem auctoritate dicti Lucii, capitulo VI[o] historiarum suarum: *Anno*, inquit, *quinto ab ultimata Troye*[c*] *destructione Bavo rex Frigie, conatus Priami*[d] *regis Troye, incepit potentissimam civitatem fundari in finibus Europe, in eminenti loco a paludibus et fluminibus sequestrato sub Treverorum dominio, ad triginta milia passuum, ubi Rethnus equora perturbat*[e], *quam Belgis, deinde Belgis, postmodum Octovium contingit*[f] *nominari.* Manifestum est autem, quod ista auctoritas non potest intelligi de quacunque Gallie civitate, nisi de illa, de qua querit questio; et maxime non potest intelligi de civitate Belvacensi, propter multa: tum primo, quia ipsa non est in loco eminenti situata, secundo nec iuxta mare, ubi Rethnus equora subintrat[g]; et tertio, quia ipsa est fundata in paludibus et supra fluvium, quod Terremum dicitur et cetera[h]. Nec etiam potest intelligi de civitate Treverensi, non solum propter dictas raciones, quia ipsa situata est supra fluvium Moselle, sed eciam quia auctoritas ponit sub Treverorum dominio. Non est verisimile, quod historiographus sic posuisset, si de propria civitate Treverorum intellexisset; et preterea Treveris multum distat ab hostiis et locis, in quibus Rethnus equora perturbat[i], que secundum opinionem communem sunt inter Hollandiam, Zelandiam et Flandriam. Eciam si dicte expositiones nichil valerent, processus tamen dicti auctoris rei veritatem et quid intendat plenius manifestat partem affirmativam questionis esse veram. Item ad idem: licet enim Hugo Tullensis de Belgis primaria fundacione minime loquatur, cum historiam suam a Romulo et Tullio Hostilione exordium capiat, tamen, sicut patebit ex serie sui processus, pars questionis affirmativa est vera. Et hoc maxime patet ex historiis Hungarorum, Pannoniorum et Hunnorum, quas ipse compilavit, ubi loquitur de exordio[i*] Hanonie, Cameracisii[k] et aliis quam pluribus locis, que de facto repperiuntur in Hanonia. Ex quibus manifeste patet partem affirmativam questionis fore veram. Patet eciam per eundem Hugonem, tractans[l] Belgis restauracionem factam tempore Octaviani[m] imperatoris, prout apparebit inferius; qui cum dictus imperator Octovianus edictum generale dedisset, ut Belgii, qui per Iulium Cezarem fuerant effugati, secure ad propria remearent[n], turmatim repatriantes, villulas et oppidula reedificantes, nomen proprium antique Belgis de imperatoris licensia pluribus villulis imposuerunt, ut patet in villule redificationis[o] iuxta montem castrorum Cesaris, quam vocaverunt Gallice Belgies, et nunc dicitur Belignies[p 1]. Item ibidem, in territorio dicte ville Bavaci, Bliaugies[2], Briaugies[3], Hugnies[4] et cetera. Item ad idem auctoritate dicti Hugonis, ubi superius: *Octavianus*, inquit, *palacium*, suple Belgense, *et vicos septem reparans, octavum subterraneum ad Fanum*[q]*-Martis transiens etiam redificans, Octoviam, a re nomen suscipiens, in sui perpetuam memoriam a cunctis generaliter precepit appellari.* Sed manifestum est, quod vici septem regales et generales non egrediuntur a Treveris nec a Belvaco neque ab aliis civitatibus Gallie, prout superius pluries recitatum est, nec Fanum-Martis iuxta easdem repperitur, de quo fit mencio[r], quod in eodem subterraneus meatus existat, sicut notum est, quod sunt et est iuxta dictam civitatem, de qua querit questio, que eciam, ut manifestum est, quod in Hannonia collocatur. Igitur pars affirmativa questionis videtur esse manifesta.

Cap. XIIII. Protestationes huius actoris.

Antequam ad huius questionis decisionem descendam[s], more scolarium aut bachalariorum in[t] facultate sacre theologie de aliquo dubio publice respondentium[u] volo protestationes premittere. Protestor igitur primo, quod in hac questione et in toto consequenti[v] processu non intendo dicere aut scribere quidquam, quod sit contra catholicam fidem aut contra determinacionem sacrosancte matris ecclesie aut contra sanctos et approbatos

a) Versus *add. B* 2 *(in marg.). C* 2. b) inde *C* 1a. b. c) alia quac. *B* 2. c*) destr. tr. *C.* d) primi *B* 2. e) perturbât *A. B* 2. f) contigit *C* 2. g) perturbat *C.* h) et cet. *deest B* 2, *C* 1a. b. i) perturbant *A.* i*) historia *C* 2. k) cameracesii *B* 2. *C* 2. l) tractantem *C.* m) Octoviani *B* 2. *C* 2. n) remearent *A. B* 2. o) reedificatione *C.* p) bellignies *B* 2; beligniez *C* 1a. b; belgnies *C* 2. q) phanum *C* 1b. 2 *(infra etiam C* 1a). r) mencio *B* 2. *C* 2 *semper.* s) descendatur *B* 2. t) in theologie *C* 2. u) respondendo *C.* v) sequenti *B* 2.

1) Bellignies, dec. de Bavai. 2) Blaugies, dec. de Bavai. 3) Breaugies vicus comm. de Bellignies. DUVIVIER. 4) Bougnies (?), dec. de Mons.

doctores aut contra sanctas et approbatas historias ab ecclesia receptas aut contra bonos mores. Et si oppositum contingeret ex negligencia aut ex ygnorancia mea, que magna est, prout in consequentibus[a] apparebit, ex nunc pro tunc et ex tunc pro nunc revoco et retracto, submittens me ipsum atque dicta mea pedibus ecclesie atque legentium pie correctioni. Item protestor, quod historias, quas pre manibus habeo, ad invicem applicari[b] fideliter, prout reperire valui, recitabo, nichil addendo aut diminuendo, quod variare possit veritatem historie; que vero in Latino repperi, sine quacunque variacione inviolabiliter recitabo. Ea vero, que in vulgari repperi, transferre propono in rudi et inpollito Latino propter rigatos clericos et propter ygnoranciam meam, que magna est, veritatem historie commodius quo potero semper observando. Item protestor, quod, quia intensionis mee est solum historias patrie Hanoniensis pertractare, per hoc non intendo aliis circonvicinis patriis aut principibus aut civitatibus derogare, si in eorum historiis aliqua recipiam pertinencia ad propositum meum, et eorum historias non retexam. Item si aliqua intermisceantur aut conscribantur de sectis aut sciencüis aut cultu aut ritu aut sacrificiis paganorum aut aliorum quorumcunque, protestor hoc solum recitative, nichil asserendo, ymo ipsas repudiando totaliter conscribere. Item protestor, quod, quia Lucius et Hugo et alii historiographi plures quandoque assignant tempora quandoque[b*] nunc Ytalicos et Romanos, nunc Iudeos et alios allegando, non intendo illa tempora distinguere, applicare aut proporcionare temporibus sacre scripture determinate aut distincte, nisi tantummodo sub quadam generalitate et modo grosso et specialiter in tribus primis libris[c]. Item quia cum magnis laboribus, sumptibus et dangeriis in nacionibus et provinciis diversis has paucas sparsim repperi historias, et in proprio territorio Hanoniensi apud magnos et aliquos alios fuerunt michi denegati libri et historie, protestor, quod, si fuerint alie historie principatum aut patriam Hanonie aut eius membra tangentes ab hiis, quas vidi et repperire potui, non intendo illis contradicere, contrariari aut subalternari. Ymo totis viribus humiliter supplico easdem cum istis, si videatur condecens et opportunum, applicare, et de defectibus meipsum placeat excusari[d]. Item protestor, quod, si aliqua conscribam, que videantur aliis historiis contradicere aut contrariari, illa non michi applicentur, quia non assero, sed libellis, cronicis aut historiis, quas repperi, et michi oblatis inputentur. Et ideo quelibet historia aut auctoritas nomine auctoris, Deo duce, consignabitur, ut michi non imputetur. Protestacionibus igitur fieri consuetis[e] sic presuppositis, et pro huius questionis decisione et cetera[f].

Cap. XV. Quot[g] Gallia Belgica atque civitas Belgensis habuerunt ortum a territorio, quod nunc dicitur Hanonia, patet ex multis conclusionibus.

Pro huius questionis decisione et aliquali declaratione ponam aliquas conclusiones; et sit ista prima conclusio: Quod tota terra habitabilis in tres principales dividitur partes. Ista conclusio patet per[h] Ysidorum libro XV[i. 1]: 'Tripharie'[2], inquit, 'est orbis divisus. Nam una pars Asya[k], alia Europa, tercia vero Affrica Barth. XV, 1. appellatur. Quas tres partes orbis veteres non equaliter diviserunt. Nam Asya a meridie[l] per orientem usque ad septemtrionem pervenit, Europa vero a septemtrione usque ad occidentem pertingit, sed Affrica ab occidente per meridiem se extendit. Sola quoque Asya continet unam partem habitabilem, videlicet medietatem totius terre. Alie vero partes, scilicet Affrica et Europa, aliam medietatem sunt sortite. Inter has autem paries ab oceano mare magnum progreditur eas quia[m] intersecatur. Quapropter, si in duas partes orientis et occidentis orbem dividas, in una parte erit Asya, in alia vero Affrica et Europa'. Sic[n] autem diviserunt post diluvium filii Noe, inter quos Sem cum posteritate sua Asyam, Iaphet Europam, Cham Affricam possederunt, prout dicit glosa super Genesim, capitulo X°. Idem habetur super librum Paralipomenon. Idem dicit Orosius[4] et Ysidorus ac Plinius. Secunda conclusio: Quod tota Gallia dicitur in Europa situari. Ista conclusio patet primo[h] per[b] Orosium. 'Europe'[5], inquit, 'regiones et gentes incipiunt a ib. 50. montibus Tipheis[n] Meotidisque paludibus, que sunt ab oriento, descendens ad occasum per litus septemtrionale occeani usque ad Galliam et flumen Reni[o]'. Ysidorus autem libro XV°[6] dicit: 'Europa incipit a flumine Tanay, descendens ad occasum per septemtrionalem occeanum usque ad finem Hispanie; cuius pars orientalis et meridiana a ponto consurgens, tota mari magno coniungitur et in insulam Gades finitur'. Patet eciam conclusio dicta ex divisione partium Europe facta et conscripta per Ysidorum libro XV°[7]: 'Prima', inquit, 'regio Europe est Sitia[p] inferior, que a Meo-

a) sequentibus *C* 1a. b. b) applicare *B* 2. b*) *hoc cox h. l. male repetita delenda est.* c) primis libris subsequentibus *C* 2. d) excusary *B* 2. e) consuetis et[c] presuppositis nō *finitur capitulum B* 2. f) et cet. *des. C* 1b. g) Qualiter *C* 1a. b. h) *om. C* 2. i) *numerus in loco raso A.* k) Asia *semper B* 2. *C* 2. l) meredie *h. l. A.* m) easque *C. Barth.* — intersecat *C* 2. n) *sic codd. pro* Ripheis. o) ren' *A*; reñ *B* 2; rethni *C* 1a. b. p) sitę *B* 2; sichia, sicia *C.*

1) Sequentia auctor non ex Isidoro ipso, sed e Bartholomei Anglici de proprietatibus rerum l. XV, c. 1, ubi Isidorus laudatur, hausit. 2) Cf. Isidori Etymol. l. XIV, c. 2 (Opp. ed. Arevalus 1797. IV, col. 142), quarum verba multa discrepant ab hoc loco. 3) Sequentia usque *Ysidorus ac Plinius* Bartholomei Angl. sunt. 4) Barthol. hic Chrysostomum nominat. 5) E Barthol. l. XV, c. 50. sequentia paucis mutatis usque *finitur*. 6) Etymol. XIV, c. 4. 7) Ex eodem scriptore usque *suis hec.*

Barth. XV, 50. tidis paludibus incipiens inter Danubium et occeanum septemtrionale[a] usque ad Germaniam porrigitur, et hec terra propter barbaras gentes specialiter Barbaria nuncupatur'. 'Et sunt gentes in universo', ut dicit Orosius[1], 'quinquaginta quatuor, inter quas prima est Alania, que ad Meotides paludes attingit, post Gothia, deinde Dacia, et post Germania, deinde Gallia et insula Britannica, Orcades et insule multe, tandem Hispania, in cuius[b] finibus finitur Europa ex parte occidentis. A parte autem superiori habet multas et maximas regiones, scilicet Pannoniam, Messiam, Trachiam[c], Greciam cum finibus suis, Ytaliam cum insulis et terminis suis'. Hec Ysidorus et Orosius. Tertia conclusio: Quod Gallia Belgica tanquam portio principalis Gallie situatur in Europa, que est pars orbis populorum numerosa generositate nobilior[d]. Ista conclusio patet per Ysidorum[e] libro XV° et libro IX°: 'Europa', inquit, 'dicitur esse pars orbis ab Europa, filia Agenoris regis Libie, sic vocitata, quam Iupiter rapiens ab Affrica ad Cretem adduxit, et maximam partem orbis terrarum eius nomine appellavit' et cetera. Secunda pars dicte conclusionis patet per Orosium, dicens[e. 3]: Quod etⁱ licet Europa sit quantitate minor quam Asia aut Affrica, est tamen nobilior in populorum numerosa generositate. Tota eciam conclusio patet per Bartholomeum libro XV. de

ib XV, 66. proprietatibus rerum, capitulo CLXVI[b]: *Gallia*, inquit, *Europe est provincia — — Hec quondam fuit tripharia, videlicet Gallia Belgica, Gallia Celata aut Celtica et Gallia Togata.* Hec Bartholomeus ubi supra. Quarta conclusio erit ista: Quod Gallia Belgica dicta est a civitate Belgis. Ista conclusio cum prima parte precedentis conclusionis patent[f] per Ysidorum et Orosium, prout recitat Bartholomeus de proprietatibus

ib 26. rerum, libro XV°, capitulo CXXVI°, ubi sic habetur: *Belgica dicitur Gallie provincia — — est hec dicta Belgica subdivisa.* Hec Bartholomeus libro et capitulis preallegatis. Quinta conclusio: Quot Francia quondam Gallia Belgica a civitate que Belgis dicitur fuit vocitata. Ista conclusio patet de proprietatibus rerum, libro XV°, capitulo CLVII[g], ubi sic habetur: *Francia, que et Gallia, a Francis Germanicis primitus, ut dicitur, nominata, ab oriente — — a civitate que Belgis dicitur fuit sic vocitata, ut dicunt Ysidorus et Orosius.* Hec Bartholomeus. Sexta conclusio: Quot et licet patria Hanonie quandoque[h] dicta fuerit Picardia inferior, tamen per prius dicta est Gallica Belgica. Prima pars patet de proprietatibus rerum,

c. 123. libro XV, capitulo[c] Picardie. *Est*, inquit Bartholomeus, '*duplex Picardia* — — *idiomatis magis grossi aliarum Gallie*[i] *nationum.* Hec ibi. Sed probatur secunda pars reductive per descriptionem patriarum, cum quibus Hanonia cohiungitur; et primo per descriptionem Flandrie datam a dicto Bartholomeo

c. 38. libro XV, de proprietatibus rerum, capitulo[c] Flandria: *Flandria*, inquit, *est provincia Gallie — — a me-*

c. 23. *ridie Gallium Senonensem.* Item libro preallegato, capitulo CXXV[c]: *Brabancia*, inquit, *Germanie finalis*

c. 110. *est provincia — — Franciam a meridie.* Item descriptio Hollandie libro preallegato, capitulo[c] Hollandia, talis est: *Hollandia*, inquit, *est quedam provincia modica — — Flandrie ab occidente.* Hec ibi. Item potest demoustrari dicta secunda pars per descriptionem Lotharingie, quam inferius conscribam. Has descriptiones dictarum patriarum discussiendas piis legentibus derelinquo, ut ipsi iudicent, si dicta secunda pars V^m^ conclusionis in se apparentiam veritatis contineat. Septima conclusio: Quot, sicut civitas Belvacensis non fuit illa civitas, a qua Gallia denominatur Belgica, ita nec civitas Treverensis fuit illa Belgis, de qua querit questio. Ista conclusio quoad suas partes manifeste patet per rationes superius in pede questionis positas. Item patet per descriptionem Lotharingie positam libro XV° de proprietatibus rerum,

c. 92. capitulo[c] Lotharingia. *Lotharingia*, inquit, *est Germanie quasi ultima — — Galliam vero Belgicam a septemtrione.* Hec ibi. Ex prima parte dicte descriptionis concluditur, quod Treveris non fuit civitas, de qua querit questio, tum quia Lotharingia est quasi ultima pars Germanie, tum quia Treveris profundius stat in Germania quam Lotharingia, tum etiam quia Treveris est respectu Lotharingie a parte orientis, tum etiam quia[n] Treveris est civitas metropolis quasi maioris partis Lotharingie, quod nullo modo silvisset auctor Lotharingiam describens, si Belgis sic de prope extitisset. Patet etiam ex ultimata parte dicte descriptionis, quia revera Hanonia est recte septemtrionalis respectu Lotharingie. Per penultimam partem dicte descriptionis excluditur civitas[o] Belvacensis, quia respectu Lotharingie ipsa in occidente collocatur. Octava conclusio: Quot civitas illa, que antiquitus fundata fuit in loco, in quo nunc[o] villa Bavaci collocatur, que est in Hanonie finibus, fuit pro tempore maior omnibus civitatibus Gallie

Rom 1, 20. Belgice. Hec conclusio potest demonstrari a posteriori sic. Dicit enim apostolus, quot *per ea, que facta sunt, intellecta conspiciuntur*; sed plura edificia, plura mirabilia, plures macerie, plures novitates seu vetustates a magnis temporibus reperte sunt et cotidie repperiuntur in territorio longaque circonferencia et loco, in quo dicta villa collocatur, quam in quibuscumque civitatibus Gallie: igitur et cetera. Huius rationis maior est manifesta, et minor probatur per experientias cotidianas et per famam publicam et per incolas dicti territorii, qui sepius hec experiuntur. Nona conclusio est responsalis ad quesitum: Quot Belgis, illa famosa civitas, a qua Gallia Belgica extitit antiquitus nominata, fuit in Hanoniensi territorio, in loco, ubi nunc villa que dicitur Bavacus dignoscitur collocari. Hec conclusio patet ex predictis et clarius, Deo duce, manifestabitur ex dicendis. Et tunc restat respondere ad raciones in oppositum, quando arguebatur sic[4]: *Illa non debent poni, conscribi* et cetera. Concedo maiorem, sed declino minorem; et ad eius probacionem dico, quot dicti historiographi in multis passibus historiarum suarum de dicta civitate et regno et historia Belgorum plenam atque multiplicem faciunt mencionem, prout in processu clarius apparebit; et preterea dico, quod, et si per ipotesim de dictis historiis nullam fecissent mentionem, propterea non sequitur, quod historia Belgorum sit reprobanda. Multa enim novit et trac-

a) *sic h. l. codd.* b) quibus *C.* c) trachiam *B* 2. *C* 2. d) *deest C* 1^b^. e) diceñ *B* 2; dicentem *C.* f) licet et *B* 2. g) generalitate *C* 2. h) LXVI *B* 2. i) patet *B* 2. k) ꝙ (quod) *B* 2. *C* 1^a^. l) Gall *B* 2. m) *sic A. C* 2; V°, *post corr.* VI° *C* 1^a^, *et ita B* 2, *C* 1^b^. n) que *C* 1^b^. o) *om. C* 1^a. b^.

1) I, c. 2. 2) E Barthol. Angl. eod. cap.; cf. Etym. XIV, c. 4. 3) Quae sequuntur, apud Orosium desunt; neque Barthol. dicit se hic Orosio usum esse. 4) V. supra c. 12.

tavit Ieronimus, que nec novit nec tractavit Augustinus. Ad secundam racionem, quando arguitur sic: 'Historie Romanorum de dicta civitate, regno et historia[a] nullam faciunt mencionem', respondeo sicud ad primam racionem respondi, et preterea non sequitur. De mundi creatione, de diluvio, de patriarchis et lege data filiis[a*] Israel historie Romane nullam faciunt mencionem: igitur huiusmodi[b] historie non sunt recipiende! Et insuper ante Romanorum tempora et ipsorum temporibus fuerunt et erant regna quam plurima, de quibus historie Romane nullam penitus faciunt mencionem, utpote regnum Sitarum, Assiriorum, Ammonitarum, Philistinorum et huiusmodi: igitur huiusmodi[c] regna aut historie[d] non fuerunt. Nichil valet huiusmodi sillogismo. Ad terciam racionem, quo est auctoritas et habetur in historiis Treverorum, capitulo III[o][1], concedo, quod pro tempore Treveris dicta fuit Belgis a Belgio[e] Treverorum[f] duce. Sed iste Belgio[g] descenderat de civitate Belgensi et fuerat filius magni sacerdotis Belis[h] in civitate Belgensi, prout inferius declarabitur, libro I[o], capitulo XXXIII[o]. Nam, sicut ibidem declarabitur, fuit triplex Belgis: prima et principalis Belgis sine quacumque alia cognominacione, et hec est illa, de qua querit questio, nisi quia aliqui vocaverunt eam Belgim Togatam aut Armatam; alia dicta est Belgis Comata, que et Treveris dicta est; alia vero dicta est Belgis Gallica, que et Belvacus nunc dicitur; ex qua distinctione leviter potest responderi ad argumenta. Ad quartam racionem primo respondeo iuxta distinctionem inmediate superius[i] positam. Aliter eciam respondeo racione auctoritatis allegate dicendo, quod dicta auctoritas eque facit pro parte affirmativa questionis sicut pro parte negativa, qui diligenter totum considerat capitulum allegatum. Nam ibidem tractat auctor de duabus Picardiis, superiori videlicet, que est propinquior Gallie, et inferiori, que est propinquior Flandrie et Retie, id est Brabancie, quam appellat Hanoniam; de quibus Picardiis simul sumptis dicit ad propositum[k]: *Est autem eorum terra populis munita, nobilibus civitatibus et castris, oppidis fortissimis et famosis, ut Belgis seu Belvea, Ambianis, Altrebatis[l] et Tornacus.* Clarum est, ex quo non specificat, in qua Picardiarum Belgis consistit, ad utrumlibet potest applicari. Quare non videtur, quod dicta auctoritas interimat conclusionem responsalem; et sic patet, quid est de dicta questione senciendum. Expedito[l] de tertio, accedendum est ad quartum, videlicet ad modum tractandi.

Cap. XVI. De forma tractandi et titulo[m] libri.

Cum animadverterem quamplurimos homines errare graviter[n] in historiis Belgorum, Treverorum[o], Tungrorum[p], Mosellanorum, Morinorum, Rutenorum, Retiorum, Romanorum, Saxoniorum[q], Senoniorum[o], Secanistarum, Britannorum, Albanorum, Gallorum[r], Picardorum, Silvanorum, Austrasiorum, Lothoringorum[s] ac Hanoniensium, in compositione et assignacione aut allegacione temporum aut erarum[t], de quibus tractant, quia aliqui in confuso eas tractant[u] nec assignant eras[v] nec tempora, alii vero applicant suas eras[v] aut[v*] tempora Latinis, alii Argivis, alii Britonibus, alii Albanis, alii Romanis, alii Saxonibus, alii Senonensibus et consimilibus, quorum tempora sunt multis penitus ignota, et sic allegant et probant ignotum per minus vel equaliter ignotum; aliqui fingunt inaudita, aliqui incredibilia depingunt et tanquam res gestas suis interserunt scriptis: eapropter huius operis sarcinam iuxta mei ingenioli paupertatem et imbecillitatem agrediens[w], succurrendum eciam et consulendum oppinioni eorum fore existimavi, recolligendo, componendo, discuciendo, computando, applicando[x], resecando et assignando eras[v] et tempora dictorum manifestissimis scripture sacre temporibus, que non exorbitant a via veritatis. Unde cum apud me Vinc. prol. sollicite et[y] studiose perquirerem[z], quonam modo vel ordine cuncta que repperi dictam patriam tangencia in unum corpus apertim[a] congingerem, cernens, quod, si diversorum sentencias ad eandem materiam pertinentes, ut fieri solet, per singulos titulos annotarem, verbi gracia, sub uno titulo sentencias et exempla de iusticia aut magnanimitate[b·2], et sub alio[c] de divino cultu aut prudencia[3] et sic de ceteris virtutibus aut viciis sigillatim tractando procederem, totam utique principum Hanonie genealogiam[4], quam nichilominus describere diligenter disposui, necessario ab hoc opere excluderem necnon et ordinem historie totius[d] omnino confunderem et everterem. Consideratis igitur omnibus, competenciorem procedendi modum nullatenus repperi quam istum, quem pre cunctis elegi, videlicet ut, sicut tactum est, iusta ordinem sacre scripture[e] procedam, incipiendo ab anno III[o] Abdon, de quo habetur Iudicum XII[o], de quo Eusebius in cronicis, et recitatur in historiis

a) historiis *C*. a*) de filiis *C* 1b. b) huius *A*. *B* 2. c) huius *A*. *B* 2. *C* 1b. 2. d) eorum hist. *C*. e) belgis *B* 2. f) duce treberorum *C*. g) belgius *C* 2. h) beelis *C* 2. i) *deest B* 2; superpositam *C* 1a. 2; suppositam *C* 1b. k) atrebatas *C*. l) Expedito — tractandi *om. C* 2. m) modo *B* 2; libri *deest C*; De modo agendi et titulo huius libri *Vinc. Bellov.* n) *deest B* 2. o) treberorum *C*. p) tongrinorum *C*. q) saxaniorum *B* 2. r) *deest C* 1b. s) lotharingiorum *C* 1b. t) orarum *A*. u) tractantes *C* 1a. b. v) oras *A*. v*) nec *A*. w) aggredieus *B* 2. *C*. x) ampu-
tando *B* 2. y) ac *C* 1b. z) inquirerem *Vinc.* a) aptius *Vinc.*; aptē *C* 1b. b) aut sub magn. *B* 2. c) alio titulo *B* 2. d) *hic. omisit verba Vinc.* non parum utilitatis et pulcritudinis habentem.

1) Cf. supra c. 12. 2) Vinc. Bellov. Spec. doctrin. Prol. *primo de creatore, postea de creaturis, postea quo-*
c. 3: *de caritate.* 3) Vinc. l. l.: *de castitate.* 4) Vinc. *que de lapsu et reparatione hominis.*
l. l.: *totam utique rerum naturam.* 5) Vinc. l. l.:

Francorum, quot tempore Aioth edificata est Troya, et stans centum octoginta[a] quinque
Vinc. prol. annis, tempore Abdon, anno tertio capta est, deinde vero de rebus gestis iuxta seriem temporum earum ordinate dissererem. In fine vero tocius operis singulas eius particulas ad idem pertinentes per singulas materias quibusdam titulis et notulis concordarem, per modum tabule aut concordanciarum. Denique[b] quia ex diversis auctoribus hoc opus contextum est, ut scistur, cuius sint[c], singulorum dictis eorum nomina annotavi, ac ut non facile transponerentur de locis[d] propriis, nequaquam in margine, sicut fit in Psalterio glosato et epistolis Pauli et Sentenciis Petri Lumbardi[e. f], sed inter lineas ipsas, sicut fecit Gracianus in compilacione canonis et Vincencius in suo Speculo, ea inserui. Interdum etiam ea, que ego ipse vel a predecessoribus meis aut modernis doctoribus didici vel in quorundam scriptis repperi, nomine meo, id est Actoris, intitulavi. Illud autem lectorem non lateat nonnulla in hoc opere non ita penitus[g] continuata, profundata, digesta aut appropriata fore, ut desideravi, et maxime in gestis aliquorum principum aut ecclesiarum fundacione, a quibus historias aut libros precibus nec precio extorquere valui. Pauper autem repulsam sustinens ab incepto opere propterea non destitit[h. i], etiam nimirum aliis studiis per obedienciam aliisque sermonibus, lecturis et disputationibus negociisque necessariis interdum occupatus et intentus, interdum etiam attediatus et confractus, quia sine quocumque adiutorio, nisi divino, hoc opus compilando solus conscribens[k], que pauca in diversis mundi partibus ad propositum meum repperire valui, applicavi, ut potui. Ut autem huius operis partes singule lectori facilius elucescant, ipsum totum opus per libros et libros per capitula distinguere volui, quod et Annales historias illustrium principum Hanonie appellandum decrevi.

Cap. XVII. De quibusdam preambulis congruentibus ad intelligendum subsequencia[g].

Quoniam de diversis provinciis, nacionibus et regnis, gentibus et populis, Deo auxiliante, tractaturi sumus et gesta, historias, genealogias atque legendas recitaturi, quorum vel quarum nonnulli originem, statum, progressum, digressum, regionem, nacionem, denominacionem, descripcionem, diffinitionem penitus ignorant; quia eciam aliqua dicendorum multum conferunt ad subsequencia capienda: idcirco plurium descripciones provinciarum iuxta famosorum historiographorum sentencias huic operi premittendo describere curavi. De pluribus siquidem mencionem[b] fecimus[l] superius, de aliquibus aliis aliqua perstringemus. Idcirco de eis que[b] reperi pauca declarabimus. De[l] provincia Trevero-
G. Trev. c.1. rum. Ex Historia Treverorum capitulo primo: Anno ante urbem Romam conditam millesimo trecentesimo Ninus — — pax est non dissociati.

Cap. XVIII. De provincia Grecie.

Barth. XV, 68. Valdorus[m]: Grecia a Greco rege — — laudibus narrat. Varro.

Cap. XIX. De provincia Troiana.

ib. c. 164. Varro: Troyana provincia in Frigia — — historie attestantur, prout dicit Varro.

Cap. XX. De causa belli Troiani.

Vinc. II, 60. Helinandus: Anno quo mortui sunt Iepte — — Tetide Achilles[n] natus est.

Cap. XXI. De inicio belli Troiani.

ib. II, 62. Summam belli Troiani ex historia Daretis[o] — — inducias ad annum[p].

Cap. XXII. De consummatione belli Troiani.

ib. II, 63 In bello XI[o] Palamedes — — CCLXXVI milia. Greci tandem victores deletam Troiam reliquerunt[q].

Cap. XXIII. De provincia Britannie.

Barth. XV, 14. Britannia, que et Anglia nunc dicitur, occeani — — alii obscurius retulere. Hec Bartholomeus in
ib. XV, 28. libro de proprietatibus provinciarum. Item de eadem provincia dicit idem[r] actor: Britannia occeani est insula in Europa et octera[s].

a) et octaginta *C* 1a. b. b) deinde *C*. c) sit *B* 2. d) de locis *om. B* 2. e) lombardi *C*. f) desisti *B* 2. g) subseq. *deest C*. h) mecucionem — aliis *om. C* 2. i) superius fecimus *C* 1a. b. k) quid repperi *C*. l) De prov. Trev. *in marg. A, om. B* 2, *in textu C* 1a. b; *novum caput inc. C* 2. m) *minio scr. A. B* 2. n) achilles *B* 2. *C*. o) Darietis *C* 1b. p) ulterius sequitur *add. C* 2. q) deroliquerunt *C* 1b. r) *deest B* 2. s) Quere inferius in prologo secundi libri et scribas hic consequenter *add., sed del. A.*

1) Cf. Petri Lombardi prol. in librum Sentent. l. l. *nolui penitus ab opere cepto desistere.* 4) Vinc. col. 522: *complicans patrum sententias, appositis* l. l.: *non omnia manu propria, sed pleraque per eorum testimoniis.* 2) Vinc. l. l.: *non ita penitus manus notarigrum abbreviari, ut potui. abbreviata.* 3) Vinc. l. l.: *sciens tamen utilitatem*

Cap. XXIIII. De Albania.

cf. Barth. XV, 7. ib. XV, 152.

Albania, que et Scocia nunc dicitur, ab Albion insula antiquitus Albiana aut Albania dicta est, nunc autem Scocia a Scotorum gentibus — — quodam modo asperuatur. Hec[a] Bartholomeus.

Cap. XXV. De provincia Romana.

Romanorum provincia, ut ait Varro — — breviter et sub compendio recitantur. Bartholomeus libro XIIII°. ib. XV, 128.

Cap. XXVI. De Germania, que et Alemannia dicitur.

Alemania nobilis et generosa — — prout dicit Beda in libro de gestis Anglorum. ib. XV, 13.

Cap. XXVII. De Saxonia.

Saxonia est provincia in Germania — — prout dicit Orodocus[b]. Bartholomeus[c] libro XIIII°. ib. XV, 139.

Cap. XXVIII. De Pannonia.

Pannonia Europe est provincia — — iuxta Pannoniam circumfundit[d]. Hec Ysidorus ubi supra. Actor: De ib. XV, 116.
Anthenoria et Anthenoridibus[e] inferius forte[e] tractabimus, cum de Francia et Francis historias recitabimus. Licet autem Sigibertus[f] de regno Hunnorum[g], prout patebit inferius, in initio secunde partis huius operis longam faciat descriptionem, que opinionibus auctorum, quos hic insequor, prima facie videtur discrepare, non video causam in Sigiberto, quare descriptiones Pannonie atque Hunie aut aliarum nacionum a dictis auctoribus[h] positarum in quocumque debeant infirmari aut alibi, quam ubi posite sunt, collocari, cum equalis aut maioris reputacionis dicti auctores sint apud plures, quam fuerit Sigibertus. Bartholomeus libro XIIII°.

Cap. XXIX. De Gallia Senonensi. ib. XV, 145.

Senonensis Gallia Gallorum est provincia — — ampnis, qui Secana[i] appellatur.

Cap. XXX. De Suevia.

Suevia Germanie Renensis — — venusta facie et decora. ib. XV, 154.

Cap. XXXI. De Thuringia.

Thuringia[k] Germanie est provincia — — secreta Germanie confinia[l] inscrutata. ib. XV, 166.

Cap. XXXII. De Celtica provincia.

Celtica provincia, que et Burgundia dicitur, pars est — — cervis et multis aliis. Hec Bartholomeus ib. XV, 31.
de proprietatibus provinciarum.

Cap. XXXIII. De provincia Britannie.

Britannia[m] occeani est insula in Europa — — populi nec merito[n] maiori Britannie proporcionari valet. ib. XV, 28.
Unde quidam[o] describens insulam Anglicanam[o'] sic dicit:

Anglia terra ferax[p] et fertilis angulus orbis,
Insula predives, que toto vix eget orbe,
Et cuius totus indiget orbis ope.
Anglia plena iocis, gens libera, apta iocari.

Cap. XXXIIII. De Ruthenis.

Erodocus[q]: Rutheni, qui et Albani, Northwint-Combrii[r] atque Britones antiquitus extiterunt, a Rutheno duce eorum Rutheni noncupati, maritimas partes a portibus Gallicis et Mauritanicis[s] usque ad Rethnoticos[t] portus occupantes, semper littora occeanica coluerunt, Morinos prius infestantes, civitatem quoque[u] eorum tandem subicientes, in gentem magnam postmodum succreverunt. Ex[v] quadam epistola Roberti archidiaconi Austrevanensis ad Alvisum episcopum Attrebatensem de instabilitate regnorum mundi[2].

Cap. XXXV. De Propanciis et nationibus circonvicinis[w].

Menapii a Menapo Morinorum duce, deinde Tarquicenses a Tarquino, et nunc Torna-

a) dicit *add. C* 1b. 2. b) Orody *A. B* 2. *C* 1a; Orodius *C* 2. c) Barth. libro XIIII° *post titulum cap. sequentis C* 2. d) circumfudit *B* 2. e) *post add. A; deest C.* f) Sigebertus *C* 2 *semper; modo* Sigeb. *modo* Sigib. *B* 2. g) hunorum *B* 2. *C* 1a. 2. h) actoribus *B* 2. i) *corr. in* syona *C* 1a. k) Turingia *B* 2; Thuryngia *C* 1b. l) confinio *B* 2. m) ut dictum est *add. C* 2. n) *deest C* 1a. o) quidem *A*; quidf *B* 2. *C.* o') anglicam *C.* p) *sic C* 2; ferox *A. B* 2. *C* 1a-b. q) *abhinc alia manus A.* r) Northwinchombrii *C* 2. s) mauritaneis *C* 2. t) rechnot. ? *A*; rethloticos *B* 2. *C* 2; recioticos *C* 1a-b. u) civitatemque *C* 2. v) Ex — mundi *post titulum cap.* 35. *C.* w) eis circumvicinis *C* 1a? 1b. 2.

1) Incolis Ath oppidi. 2) Inter 46 epistolas ad Alvisum datas, quas Baluzius, Misc. V, p. 401—442. edidit, nulla a Roberto scripta invenitur. Cf. Hist. litt. de la France XII, p. 162.

censes a Turno, Nervii a Minerva, qui et Bracbatenses, ymo potius Burbatenses, dicti Tarquini Burbancii aut Superbi, quod ydem sonabat[a] apud Romanos; Belgii a Belgis civitate, Propancii ab ydolo Pan, qui et Hanonienses, ymo verius[b] Huynienses[c] a Hunis, Rutheni a duce Rutheno, qui et Flandrenses, ymo verius Flammenses a flammeis cervicibus, Rethii[d] a Rethio quodam rege, qui et nunc Brebrentinenses[e], a duobus ducibus Gallorum Senonientium antiquitus nuncupatos[f] fuisse credimus. Actor: Huic sentencie concordat quedam interlinearis historia, quam in ecclesia sancti Amandi Helnonensis sine dubio repperi, sed historia nullo auctore dignoscitur intitulari.

Item[g] dominus Philippus abbas de Elemosina[1] tractans vitam beati Amandi episcopi de Propanciis commemorat, ubi de loco[h] Elnonensis abbasie et eius territorii atque[i] situatione, tociusque ecclesie discrepacionem ponens, in hiis prorumpit verbis[2]: *Divertente a*[k] *beato Humberto Maricolas, vir Domini Amandus secessit Helnonem, quem sibi locum Dagoberti regis munifica manus dudum concesserat et ad amplificandum divinitatis cultum donacione solempni liberaliter assignarat*[l]. *Locus ipse intra Menapiorum positus fines Propantiis Nerviisque conterminus, sicut regni Germanici et Romani finis est imperii*[m], *sic Belgice Remense porcio, sic limes dinoscitur*[m] *esse Francorum. Hic duobus in unum convenientibus fluviis Helnone et Scarpo spatiosus in medio distenditur angulus, circa quem fluentis irriga prata, pascualis uberius et piscacio fecunda porrigitur.* In[n] historiis Britonum, capitulo de nece Lucii procuratoris Romanorum, habetur[o], quod Arturus rex Holdinum[p] regem Ruthenorum mortuum in civitate sua propria Terwana sepeliri fecit; et hoc habetur inferius partis secunde libro primo[q], capitulo . . .[4].

LIBER[r] I.

HIC[s] INCIPIUNT ANNALES HISTORIE ILLUSTRIUM PRINCIPUM HANNONIE.

. . . . . .

Cap. IX.[t] Quot[u] Bavo experire voluit latitudinem regionis illius, quantum ad aspectum celi secundum astronomiam celestem et terrestrem et per alias artes[v].

. . . . . .

Actor: Occasionem in predictis suscipiens, ut vere scirem pro nunc latitudinem regionis illius propter temporum distanciam racione accessus et recessus octave spere super polos zodiaci, accessi ego ipse ad locum, videlicet ad villam Bavaci, et cum astrolabio hora noctis debita diligenter polum aspiciens, repperi ipsum supra orisonta[w] elevatum per quinquaginta et[x] unum gradus, XV superadditis minutis vel circiter. Quantum ad signa dictam regionem respiciencia, multos revolvi libros[5] et diversorum opiniones ruminans repperi Leupoldum libro IIII°, parte prima[6], dicte opinioni aliqualiter concordantem. Inquit Leupoldus: *Aries habet capud et faciem, et respicit Germaniam et Britanniam; cancer habet pectus et pulmonem, et respicit Affricam, Babiloniam et Franciam; libra habet umbilicum, pectinem et hancas*[y], *et respicit terram Romanorum et Ethiopiam; pisces*[z] *habet pedes, et respicit septemtrionem, Alexandriam et terram Anglorum et vicinas regiones.* Hec Leupoldus. Albumasar[a] vero in suo introductorio, libro sexto, differentia nona[7], et de mangnis coniunctionibus[8], ubi tractat de significationibus signorum super universitatem regionum mundi, provincias et loca terrarum aliter diffinit, prout multis apparet; nam de signo arietis nullo

a) sonat *B* 2. b) potius *B* 2. c) huinienses *B* 2; huinenses *C* 2. d) Rechii a rechio ? *A*; recii a recio *C* 1a. b. e) brebotinenses *B* 2; brabantinenses *C* 2. f) nominatos *C* 1a. b; quos sic nominatos *C* 2. g) *alia manus pergit, eadem, quae volumina II. et III. scripsit A.* h) loci *A. B* 2. i) *deest C* 2. k) autem *rectius C* 2; *deest V. Ap.* l) assignavit *C.* m) dignoscitur *B* 2. *C* 1a. b; dr *C* 2. n) In hist. — capitulo *in cod. A manu nitida, subfusco atramento usa, suppleta sunt, quae scriba inde postea in textu descripsit.* o) habetur — ruthenorum *des. C* 2. p) hildinum *C* 1b. q) parte secunda libro V° *cap. A in marg.* r) L. I. *deest B* 2. *C; Bavo et Priamus sibi vate dicentes picti sunt in A. B* 2. s) Hic *deest C* 2. t) *totum caput deest C* 2. u) Qualiter *C* 1a. b. v) partes *C* 1b. w) orisone *C* 1a. b. x) *deest B* 2. y) anchas *C* 1a. b. z) piscis *C* 1b. a) Albumasar *semper B* 2, *C* 1a. b.

1) Philippus de Harveng, abbas monasterii Bonae-Spei. 2) Vita Amandi c. VII, § 64. Acta SS. Febr. I, p. 870. 3) Cf. Piot, 'Les pagi de la Belgique' in 'Mémoires cour. de l'académie de Belg.' XXXIX (1876), p. 6, n. 9. 4) L. VIII, c. 60. 5) Procul dubio etiam Vinc. Bellov. Spec. naturale, ubi l. XV, c. 34 sqq. de signis duodecim zodiaci agitur. 6) Compilatio Leupoldi ducatus Austrie filii de astrorum scientia, Augustae Vindelicorum 1489: Tractatus quartus de introductoriis indiciorum. 7) Introductorium in astronomiam Albumazaris Abalachi (Augustae Vindelicorum 1489), l. VI, de signis ad motum et quietem ducentibus. 8) Albumazar de magnis coniunctionibus annorum revelationibus ac eorum perfectionibus (Aug. Vindel. 1489). Tractatus IV: De divisione climatum quid habeant ex planetis. Quae hic ex hoc libro affert, ne ad sensum quidem satis, nedum ad verba cum eo concordant.

modo concordat cum dictis Leupoldi, ymo sic dicit: *Aries habet ex regionibus Bethil*[a], *id est Babilloniam, et Feris*[b], *id est Persidem*[c], *et Falestim, id*[d] *est Palestinam, et Arabiam; et ex locis loca harenosa et loca, in quibus operatur per ignem.* Hic Albumasar non nominat aliquas regiones nobis propinquas, quas signum arietis aspiciat. Item dictus Albumasar non concordat cum Leupoldo de signo cancri, quantum ad aspectum[e]; dicit sic: *Cancer ex regionibus habet Armeniam minorem et Mancum et Numediam*[f], *que est pars Affrice, et orientalem plagam Cuthacem, et ex locis habet collectiones aquarum et littora maris* et cetera. Hic Albumasar eciam nullam nominat regionem nobis propinquam. De signo autem libre magis inter se conveniunt; dicit enim Albumasar ubi supra: *Libra habet ex regionibus regionem Romanorum et quicquid est circa terminos suos et usque ad Affricam et ea que sunt in circuitu eius et superiora Egipti usque ad terminos Ethiopie.* Ecce quod multum concordat de aspectu libre cum Leupoldo. De aspectu eciam piscium[g] aliquantulum concordant. Dicit Albumasar ubi supra: *Piscis habet ex regionibus Trabrasthen*[h] *et partes septemtrionales terre Iurgen*[i], *et ei est participacio cum Romanis, et habet terram Assem et insulam, forte Britanniam.* Ecce qualiter isti duo solempnes auctores in iudiciis astrorum plus concordant inter se de aspectibus signorum libre et piscium[g] super regionem nostram, quam de quibuscunque aliis signis. Alios auctores istis solempniores ad istud propositum non recolo perlegisse. De triplicitatibus, faciebus, terminis, sepibus graduum, lucidorum, tenebrosorum, putealium, vacuorum aut[k] consimilium signorum aut graduum eorundem supersedeo quicquam[l] dicere, cum non sint presentis speculacionis, nisi tantummodo ad elucidacionem eorum, que in hac historia repperiuntur. Verum quia in istis historiis multa ad scienciam astrorum pertinencia tanguntur et in posterum tangere poterunt, decrevi duodecim signa zodiaci grosso modo adequare regioni Hanoniensi, ut facilius per astronomiam veram suas speculationes posteri facilius[m] assequantur, submittens dictas tabulas correctioni benivolorum lectorum, sub tali forma[n]:

Tabula[o] equationis duodecim domorum ad latitudinem ville Bavaci grosso modo calculata.

. . . . . .

Cap. XVII. De fundacione civitatum[p] Tungrie[q], Mosellane, Moriane et Carincee[r].

. . . . . .

Actor: Verum quia intencionis mee est solum historias civitatis Belgensis pertractare in isto libro, ne honeri lectoribus[s] aut tedio deveniant, idcirco de fundacionibus aut eventibus aut historiis dictarum civitatum supersedeo, eciam brevitatis causa, nisi tantummodo in passibus paucis, qui declarari non valent sine aliquali eorum palpacione, excepta duntaxat civitate Clarinea, de qua modo aliquantulum tactum est. Racione cuius multas historias atque volumina revolvi ad sciendum, in quibus partibus illa Clarinea extitit situata, de qua plures repperi oppiniones. Prima oppinio, quod illa Clarinea situata fuit iuxta Compendium in Francia secus Ausonam, supra quendam montem altum, qui nunc dicitur mons Clarini. Alii opinantur, quod dux ille, qui fundavit civitatem, de qua nunc sunt opiniones tractande[t], non dicebatur Clarineus, sed Karineus, et illam fundavit Karinam aut[u] Karineam, quod idem est; et hanc dicunt iuxta mare Ruthenorum fundatam fuisse, unde et ymaginantur, quod fuerit villa Gandensis. Alii vero et melius opinantur, quod Karintia[v] aut Karinea fuit civitas[w], que Mercurialis dicta est; que Karitia dicta est a karistia, quia ibidem erat mangnus portus mercantiarum maris, que care vendebantur; aut idcirco Karitia aut Karinea[x] dicta est a Karineo prothofundatore eius et[y] primo Karitia dicta, et deinde ab ydolo Mercurii illuc[z] transmisso Mercurialis dicta est, que nunc Ablatonas[1] dicitur, eo quod post stragem a Iulio Cesare factam ablata fuit, et in eius restauracione[a] Ablata dicta est,

a) berbil *C* 1a.b. b) foris *C* 1a.b. c) persidam *C* 1a.b. d) i. e. *des. C* 1b. e) respectum *B* 2. f) munediam *A. C* 1a. g) piscis *C* 1b. h) trabaschon *C* 1a; trabasthon *C* 1b. i) iurgé *codd.* k) et *C* 1b. l) quidquid *C* 1a.b. m) *deest C* 1a.b. n) que sequitur *add. C* 1a.b. o) *hasc minio in inferiore fol.* 15v. *parte scripta A, in superiore parte fol.* 13. *B* 2; *rubra linea subducta C*1a.b. *Tabulam ipsam, quam omittimus, tantum A. B* 2. *exhibent; spatium vacuum relictum C* 1a.b. p) civitatis *B* 2. q) tongris *B* 2. *C.* r) karince *B* 2. *C.* s) aut tedio lectoribus *C* 1a.b. t) tracto *codd.; lac. scripturae videtur* tracé (tractando). u) seu *C* 1b. v) karicia *C.* w) illa civ. *C* 1b. x) kariti *B* 2. y) hec primo *B* 2. z) *deest B* 2. a) restitucione *C* 1a.b.

1) Blaton.

sicud post Wandalos civitas Morinensis Terra-vana[1] dicta est. Et hanc opinionem insequitur Lucius, cum de Leire rege Britannorum inferius[a] facit mencionem.

Cap. XIX. De ortu Latinorum atque Romanorum et successionibus principatuum eorum.

Actor: Et quia tam Latini quam Romani quam etiam Belgii a Troianis equaliter exordium habuerunt et insimul concurrentes diversos fines concluserunt, idcirco recitare decrevi duces et reges, consules et imperatores, annos et eras, tempora et eorum historias, ut cognoscat lector diligens temporum concursus atque proporciones, distribuciones, decisiones et allegaciones eorumdem, et qualiter regna et imperia conclusa referuntur. . . . . .

Cap. XXIIII. De[b] Bavone Lupino summo sacerdote et de Diomede[c] deo Grecorum et eius transformatione.

. . . . . .

Actor: Hic[2] in carminacionibus, prestigiis, transformacionibus et aliis incredibilibus multum insudavit, prout declarat Clarembaldus. Que facta seu historiam tanquam[d] derisoriam reliquissem, nisi[e] consimilia in autenticis historiis repperissem, utpote in XVIII[e] libro de Civitate Dei, ubi sic habetur[3]: *Greci victores .— — ut etiam perimant, volnerare. Hec Varro ut astruat — — reformabantur[f] in homines.* Et cetera multa ponit beatus Augustinus in libro preallegato, que brevitatis causa pretermitto. Verum quia presens historia tractat consimilia impossibilia, invitissime conscribens, de multis tamen pauca excerpens, fundatus in auctoritate dicti beati Augustini in sermone sancti Laurencii; nam inquit[4]: *Cum audivi aliquando que michi impossibilia viderentur, cepi ea credere potuisse fieri, dum similia facta esse conspexi.*

Cap.[g] XXV. De Bavone Lupino sacerdote summo incarminatore et aliis pluribus ad prestigia diversa pertinentibus.

Actor: Et licet Bavo Lupinus diversis insudarit[h] scienciis, utpote[i] scienciis[k] mathematicis, nigromanticis, auruspiciis, auguriis, oroscopie et consimilibus merito christianis prohibitis, ipse tamen insequendo Bavonem Priscum astronomie terrestri[l], scilicet geomancie, mirabiliter insudabat, prout Lucius ostendit diffusius in tribus aut quatuor disgressionibus, quas ex certa scientia pretermitto[*]. Verum quia a principio huius libri et consequenter multa repperiuntur capitula, que lectoribus declarari non valent sine aliquali elucidacione huius sciencie prohibite[m] nobis[n], idcirco cupiens eorundem intellectibus satisfacere, et eciam quia secundum Augustinum non evitatur malum, nisi fuerit cognitum, bonum videtur aliquibus hanc scienciam scire, ut cognitis suis principiis facilius ex propriis conclusionibus condempnetur: idcirco hanc scienciam in brevibus conclusionibus redegi per modum tabule sub hac forma[o].

. . . . . .

Cap. XLIX. De armis et intersigniis Brunehuldis[p], civitatis atque regni Belgorum.

Hic Brunehuldis[q] inter Belgos extitit primus, qui intersignium proprium civitati ac regno appropriatum in vexillis, scutis, clipeis, papilionibus et tentoriis, deffensionibus et armis depingi iussit. Et erat secundum Lucium scutum cum septem tignis aut tectis, quorum erant quatuor aurea et tria nigra seu terrea. Et licet videantur prima facie sex tigna solum fore in scuto, componitur tamen ex quatuor integris et tribus imperfectis, uno vide-

*) *C* 2 *ita pergit:* Et nota quod hic solet poni tabula astronomie terrestris, quia non evitatur malum, nisi fuerit cognitum, et eciam multa capitula huius libri minime possunt declarari sine aliqua cognitione huius scientie nobis prohibite: nichilominus ipsam tabulam derelinquo.

a) facit (fecit *C* 1b) inf. mer. *C*. b) Actor de Bavone *B* 2; De *deest C* 1b. c) Dyomede *C*. d) *deest B* 2. e) nisi — utpote *in textu omissa, in paginae inferiore parte manu illa nitida supra memorata suppleta sunt A.* f) reformarentur *C* 1b. g) *hoc caput titulo omisso in C* 2 *cum praecedente coniunctum est.* h) insudavit *C*. i) *deest C* 1a. b. k) *deest C* 1b. 2. l) terrestris *B* 2. m) *corr. e* prohabite, *ut videtur A.* n) *supersc. A.* o) *sequitur* Tabula astronomie terrestris *f.* 22. *A, f.* 18'. *B* 2, *quae omissa est C; spatium vacuum C* 1a. b. p) Brunehuldus *C* 1b; Brunehuldi *C* 2. q) Brunehuldus *C* 1b. 2.

1) Thérouanne. 2) Scil. Bavo Lupinus. 3) C. 16. 17. 4) Pseudoaug. sermo CCVII, § 1, Opp. ed. Bened. V (Venetiis 1731), App. col. 342.

licet nigro imperfecto et duabus peciis aureis eminentibus, que licet unicum videantur denotare tectum aut tignum, denotant duo imperfecta tamen, quia due[a] ille partes superiores scuti non coniunguntur ad invicem[1]; et hoc intersignium videtur assumpsisse propter connotacionem septem viarum generalium civitatis Belgensis tectis coopertarum, prout superius explanatum est, quarum quatuor fuerunt totaliter perfecte, quamdiu terra duravit habitabilis sub eorum dominio, alie vero tres fuerunt imperfecte et breves propter concitum occeani concursum, ut patet de illo vico Mercuriali, qui versus portum qui dicitur Ganda protenditur, quia statim propter occeanum ibidem terminatur, et sic de aliis duobus. Iterum Brunehuldis applicavit septem vicis septem colores, utpote vico Saturni colorem nigrum, vico Lune colorem album, vico Solis colorem aureum, vico Martis colorem rubeum, vico Iovis colorem celestinum seu azurinum, vico Veneris colorem viridem et vico Mercurii colorem ex albo et aliis coloribus permixtum. Imperavit autem ducibus et comitibus et officiariis aliis, ut iuxta colores appropriatos vicis eisdem commissis observandis campum scuti aut intersignium eorum cum differenciis certis assumerent et perpetuo locis, palaciis, castris aut mansionibus eorum applicarent; quod et factum est. Actor: Videtur Lucius sentire[b], quod omnes nobiles arma aut intersignia portantes ex figuris lignorum[c] composita habuerunt ortum a Brunehulde et Belgensibus, intersignia vero de animalibus, ut sunt leones, pardi, ursi, a Hunis et Pannoniis et Saxonibus, intersignia vero de volucribus et de aquilis, grifonis[d], alerionibus, merulis et consimilibus a Romanis dirivarunt. Si dicta Lucii sunt[e] vera, arma illa propria per[f] principes particulares territorii, quod nunc dicitur patria Hanoniensis, deportata fuerunt plane et patenter a tempore Brunehuldis dicti usque ad tempora[g] comitis Iohannis[2], qui obiit in Montibus Hanonie et sepultus est Valenchenis in ecclesia beati Francisci, fundatoris ordinis fratrum Minorum, anno dominice incarnacionis MCCCIII; et sic duraverunt per spacium duorum milium[g] quadringentorum et quatuor annorum. Nam a tempore David regis Israel, quo tempore Brunehuldis dominabatur, usque ad Christum fluxerunt anni MCIIII, et ab incarnacione Iesu Christi usque ad mortem dicti Iohannis comitis Hanonie, saltim usque ad tempus, quo assumpsit scutum aureum cum quatuor leonibus[3], quorum duo sunt nigri et duo rubei cancellatim positi, dicta Brunehuldis intersignia relinquendo, fluxerunt anni MCCC vel circiter, quibus ad invicem combinatis resultant anni MMCCCCIIII. Moriebatur siquidem dictus Iohannes Hanonie comes anno incarnacionis dominice MCCCIII[h], sed per tres annos ante eius mortem, prout inferius apparebit[4], dicta intersignia reliquerat et alia dicta sibi appropriaverat.

. . . . . .

*) *Pro reliqua parte huius capituli C praebet:* comitisse Margarete[5], que obiit in Montibus Hanonie et sepulta est Valenchenis in ecclesia beati Francisci, fundatoris ordinis fratrum Minorum, anno dominice incarnacionis MCCLXXIX; et sic duraverunt per spatium MMCCCC[b] et IIII annorum. Nam a tempore David regis Israel, quo tempore Brunehuldis dominabatur, usque ad Christum fluxerunt anni M centum et IIII, et ab incarnacione Iesu Christi usque ad mortem dicte Margarete comitisse Hanonie, saltem usque ad tempus, quo assumpsit comes Hanonie scutum aureum cum quatuor leonibus, quorum duo sunt nigri et duo rubei cancellatim positi, dicta Brunehuldis intersignia relinquendo, fluxerunt anni MCCC[c] vel circiter, quibus ad invicem combinatis resultant anni MMCCCCIIII. Moriebatur siquidem dicta Margareta Hanonie comitissa anno incarnacionis dominice MCCLXXIX, sed per plures annos ante eius mortem, prout inferius apparebit, dicta intersignia reliquerat et alia dicta sibi appropriaverat.

a) ille due *C* 1b. 2; ille dues *B* 2. b) consentire *C* 1b. c) *sic omnes codd.; tignorum leg.?* d) griffonibus *B* 2. *C*. e) sint *C*. f) *post add. A; deest B* 2. g) milia[m] *A*. h) MCCCC *C* 1a. b; milium IIII[c] *C* 2.

1) Scribu codicis Valentianensis in inferiore paginae parte, ut rem explicaret, duo scuta pinxit. Cf. Vinchant, 'Annales du Hainaut' VI, 'Carte héraldique'. 2) H. de Avesnis. 3) Hoc a Iohanne Longo in Chron. S. Bertini c. 48, 4, SS. XXV, p. 844. confirmatur. Cf. epitaphium Iohannis de Avesnis, 'Mémoires hist. de Valenciennes' IV (1876), p. 285: *En son vivant laissa les anciennes armes de Haynau, dittes chevirons et pour icelles porta lion de sable en camp d'or armé de gueulle.* 'Recits d'un bourgeois de Valenciennes' ed. Kervyn de Lettenhove p. 85; cf. Vinchant, 'Annales du Hainaut' VI, 'Carte héraldique'. Iac. l. XIX, c. 3. ipse refert arma vetera Hanoniensia iam a Balduino IX, qui leonem Flandrensem nigrum assumpserit, derelicta fuisse. 4) Sed hucusque auctor Annales suos non perduxit. 5) Elucet hoc demum e l. XXI, c. 52, ubi Hanoniae arma tempore Margaretae relicta esse refertur. 6) Attamen tempore Margaretae arma vetera abolita esse dicuntur!

Cap.[a] LII. De diversis Sibillis et aliquibus dictis earum.

Actor: Refert Nicholaus Ruclerii in suo poetario, quod temporibus Salomonis — forte vult dicere Solonis philozophi — quedam Sibilla de civitate atque regno Belgorum multa prophetando conscripsit, unde sic dicit[b]:

Austri regina Salomoni dicta Sibilla
Sic ait in scriptis narrando versibus istis:
'Mira canam vobis extremis partibus orbis.
Quedam Belgensis de semine nata leonis
Ursa[c] lupos pariet plures simul atque leones
De proprio ventre, qui Belgica regna tenere
Optabunt[e] omnes inter se bella moventes.
Unusquisque suo terrarum sumere telo[d]
Iura dabit, curam capiendo vertet in iram.
Unde[e] leopardus[2] veniet cum prole marinus
Fortis in occursum[f], qui conteret ossa leonum.
Ut fuit in Memphis denis percussa flagellis
Egiptus quondam, sic Belgica sanguinis undam
Ploret natorum pro magnâ cede suorum.
Tunc flabunt pariter boreas, notus, eurus et auster
Cum magno flante zephiro sua fulmina dante.
Convenient omnes aquile milvique[g], cicones[3];
Belgica pro domino perdetur perfida[h] iusto,
Tunc aderit nimia sua perdicio[i] manifesta.
Ve[k] tibi, promissum, gens Belgica, crede per evum!'

. . . . . .

ET SIC TERMINATUR LIBER PRIMUS.

LIBER[l] II.

IN[m] NOMINE SANCTE TRINITATIS INCIPIT LIBER SECUNDUS ANNALIUM HISTORIARUM ILLUSTRIUM PRINCIPUM HANONIE.

. . . . . .

Cap. XVI. Quot[n] Ursus rex transferre voluit monarchiam et dominationem civitatis Belgensis in civitatem Treverinam[o].

Actor[p]: Lucius Tungrensis[q], cuius historiam prosequor, istis temporibus incepit annos suos per olimpiades computare, dicendo Ursum regem in Belgensi civitate atque regno dominasse circa olimpiadum[r] primariam[s] constitutionem et anno quarto olimpiadis prime Belgim sibi rebellantem ferociter edomasse et cum Germanis iniisse pactiones.

. . . . . .

Cap. XXVI. De fundatione civitatis Remorum.

Actor: Sicut superius tactum est in[t] questione libri[u] primi, Hugo Tullensis, qui describendo Lothoringorum originem Belgorum tractans cronographa, a Romulo rege[v] primo Romanorum sui processus incepit historiam et non ante; verum quia de multis civitatibus, regnis, villis et oppidis tractat et declarat, ab eius tamen dictis solum elicere illa proposui,

a) Cap. LII. *om.* C 2. b) sibylla. Versus *add.* B 2; ver[sus] *in marg.* C 1ᵃ. c) *hic versus in inferiore marg. signo apposito suppl. A.* d) *haec corrupta vel potius versus omissus esse videtur.* e) inde C 1ᵇ. f) occurau C 1ᵇ. g) milveque cithones C 1ᵇ. h) Belgica B 2. i) prodicio (proditio) C 1ᵃ·ᵇ. k) Ut C 1ᵇ. l) L. II. *minio A; deest cet. codd. Imago Ursi regis coronati picta est in A; Ursi regis in tentorio quodam et altertus viri duos clericos clava expellentis imago in* B 2. m) Incipit liber secundus C 2. n) Qusliter C 1. o) treberinam B 2. C 1ᵇ; treberrinam C 2. p) *deest* C 2. q) tongr. C 1ᵃ·ᵇ. r) olimpiadis B 2. C 1ᵇ. 2; olimpiadem C 1ᵃ. s) primario B 2. C 2. t) in — primi *om.* C 2. u) primi libri C 1ᵇ. v) pr. r. C 1ᵇ. 2.

1) Sine dubio hoc ad Margaretam comitissam Flandriae et Hanoniae spectat, quae Burchardo de Avesnis duos, Wilhelmo de Domno-petra tres filios postea de haereditate diu bellantes genuit. Lupi filii Burchardi dicuntur, leones filii Wilhelmi. 2) Est Wilhelmus rex, qui a. 1253, die 4. Iulii apud Westcapellas in Walcheren insula Flandrensibus gravem cladem intulit filiosque Wilhelmi de Domno-petra ipsos cepit. 3) l. q. cygni.

que materie mei conceptus congruunt et applaudunt, prout consequenter apparebit in allegationibus. . . . . .

Cap. XXVIII. Opiniones fundationis civitatis Tornacensis.

Actor: Hic[a] apparet magna discordia inter Hugonem, Lucium et historiam Tornacensem; nam historia Tornacensis, que communiter habetur, videtur dicere, quod Tarquinius[b] Priscus rex Romanorum Tornacum fundaverit ad finem, ut ceterarum civitatum Romanis subditarum tributa susciperet, et multa consimilia, prout inferius declarabitur. Cum reverentia historiographi, dictum suum non consonat huic nec veris historiis Romanorum, cum nullum penitus dominium haberent Romani tempore regum eorum ultra quindecim miliaria extra urbem, prout expresse ponit Titus Livius et alii plures historiarum Romanorum conscriptores; et ut eorum propriis utar verbis: *Post,* inquiunt[1], *Tarquinum*[c] *Superbum cessaverunt reges regnare in Urbe, qui per annos ducentos et quadraginta regnaverunt*[d]. *Deinde ordinaverunt rempublicam regendam per consules, Lucium videlicet et Brutum; et tunc Roma vix aduc usque ad XV. lapidem imperium tenebat.* Sequitur: *Miliaria enim tunc lapidibus distinguebantur, sicut et modo alicubi agrorum termini per lapides distinguntur*[e]. Hec ibi. Et preterea secundum veritatem tributa et exactiones fuerunt primitus a rege Servio stabilite et adinvente, qui successit Tarquino Prisco, prout inferius declarabitur. Et preterea, si Tarquinus Priscus eam fundaverit, prout dicit Tornacensis historia, et Servius rex, qui sine medio Tarquinio[f] successit in regno, qui eam destruxit, quomodo potuit in tam brevi spacio huiusmodi civitas sic multiplicari, sicut habetur in dicta historia? Videtur igitur, quod opinioni Hugonis potius sit assenciendum; et ut clarius habeatur oppinio historiarum Tornacensium, que dicte opinioni videtur subalternari, que repperi hic ascribere[g] curavi[2]. Martin.

. . . . . .

Cap. XXXV. De primaria fundatione multarum civitatum ad regnum Belgorum pertinentium.

Actor: Hii[3], prout refert Lucius, plures condiderunt civitates etoppida, ut Numeiam[h], Neomagum[i], Iupiliam, Caprimontem, Durbeium et ceteras alias plures michi penitus ignotas, quarum nomina causa brevitatis pretermitto. . . . . .

Qualiter vero Reciam dictus Condro et eius sequaces edomaverunt[k] et suas usque ad occeanum et Rethinum[l] dilataverint alas, Lucius edocet; verum quia longa valde claret historia, et patria michi penitus ignota est, conscribere pigritavi. . . . . .

Cap. LIII. De secunda destructione Hostilis[4] civitatis.

. . . . . .

Ex historia Tornacensi: Expulso[5] Tarquino Superbo ab urbe Romana et ipso mortuo, II. Torn. consules, tribuni et dictatores Rome facti sunt[m]; quorum temporibus Hostilis civitas turpiter destructa est muris, edificiis[n] et civibus, ut vix vestigium solum appareret civitatis; sed a quo vel a quibus tam horrenda et crudelis vastacio fuerit executa, in voluminibus minime reperimus. Hec ibi.

Actor: Miror, quod historiographus civitatis Tornacensis repperit precedentia et subsequentia tangentia[o] dictam civitatem, et non repperit, quis actor fuerit tam enormis excidii. Querat igitur diligens inquisitor historias Hugonis Tullensis[p] et Lucii Tungrensis[q], et repperiet, qui dicte ruyne fuerunt executores[6].

. . . . . .

Cap. LXV. Opiniones reedificationis civitatis Nervie[7].

. . . . . .

Actor: Cui aut quibus de fundatione dicte civitatis sit asscensiendum[r], lectoribus de-

a) Licet *C* 1b. b) tarquinus *C* 1. c) tarquinium *h. l. C* 1a. d) regnaverant *C.* e) destinguntur *A.* f) tarquino *C.* g) scribere *C* 2. h) numegis *C* 1b. i) neomagiam *C* 1b. k) *sic A*? *B* 2; edomaverint *C* 1? 2. l) regnum *B* 2? *A.* m) per 464 annos *add. Hist. Torn.* n) edeficiis *A.* o) tangensia *A.* p) tullu *C* 1a; tully *C* 1b; tullii *C* 2. q) tongrensis *C.* r) assent. sit *C* 1a.

1) Martinus Oppav., SS. XXII, p. 403. 2) Sequitur capite XXIX: *'Ex historia Tornacensi'* locus: *Anno igitur CXLIII°. a constitutione — — Servius rex interfectus occubuit,* ex Historiis Torn. editis SS. XIV, p. 329 sqq. 3) Scil. Huni. 4) I. e. Tornacensis. 5) Hic locus a G. Waitz in editione Hist. Torn., SS. XIV, p. 330. annotatus non est. 6) Belgae scilicet. 7) Tornaci.

relinquo. Repperi siquidem nuper quendam novellum fictum historiographum rithmatizatum[a] in volgari[b], qui de secunda Roma, Hostilione, Nervia seu Tornaco mirabilia refert, cuius nomen Bucalio sive Buscalus inesse videtur[1]; sed quia inopinabilia et falsa multa conscribit, et si qua vera, pauca tamen etiam suis temporibus non applicat: idcirco dicta sua minus reputans, eadem relatione[c] indigna non allego.

. . . . . .

ET[d] SIC FINITUR LIBER SECUNDUS.

LIBER[e] III.

Cap. I. Quod[f] civitas Belgis annuos duces eligendos super se instituit.

Actor: Septingentesimo ferme a fundatione Belgensis civitatis[g] anno secundum[h] Lucium, sed secundum aliam computationem[i] sexcentesimo nonagesimo quarto[k] post obitum[l] immediate[l] Cyri regis Persarum, anno quinte etatis LXI[o], mundi vero III[M]CCCCXXXIIII, anno[m] II. olimpiadis LXXII[m. 2], tempore quo Cambises apud Persas regnabat, Belgensis civitas super se primo ducem annuum, id est annuatim renovandum, elegit, ceteris regni civitatibus reges super se statuentibus. Horum ducum temporibus, quod duravit ultra XXVI olimpiades, respublica civitatis vehementer aucta est et federatio civitatum repparata; etiam Huynienses[n] Condronici[3], Huynienses Reciani atque Menapii et Huynienses Belgici ad invicem amiciciis colliguntur. Erat enim, prout superius est explanatum[o], Belgis[p] in triplici differentia, quarum quelibet suas habebat civitates, populos et oppida, quarum omnium Belgis Armata[q] semper[r] obtinuit principatum. Verum quia Lucius et alii plures historiographi dispersim nominant regiones eisdem subditas, decrevi illas recolligere et huic capitulo intexere. Belgis siquidem Armata has habebat civitates, territoria atque nationes sine medio ab aliis principalibus regni partibus sequestratas: et primo silvam Carbonariam a Servio rege Romanorum et Cambro duce Hunorum sic primitus vocitatam, vel a re[s] nomen habens, et hec proprie nunc dicitur Hanonia; et has[t] notabiles antiquitus[u] civitates legitur[v] habuisse: et primo et principaliter Carina[w], que et[w'] civitas Mercurii, que nunc Ablatonas[4] dicitur. Post illam civitas Serviensis[5], a dicto rege Romanorum Servio legitur dominium et locum obtinuisse[x]. Deinde Portum Belgorum, que nunc Silva-portus Belgorum[6] iuxta Aldenardum dicitur, denominationem obtinuit. Tandem a Saxonibus fuit civitas fundata in territorio illo, que Saxonia dicta fuit, sed nunc Lessines[7] supra rippariam Tenoris[y] appellatur. Item in dicta silva Carbonaria leguntur Albani commansisse, qui oppida, villas et castra fundaverunt; et fuit territorium eorum circa[z] fines fluviorum Scadi[a] ac Tenoris, incipientes a fluvio Albe[8] fluente secus civitatem Servii regis a septentrione, et terminatur in Thenoris fluvio iuxta locum, in quo Anthenorides commanserunt[b], prout[c] dictum est supra. Item leguntur in dicta silva postmodum Hericinos[d] silvam pro parte inhabitasse et castrum nomine eorum Hericinium[e.9] appellatum fuisse. Qui postmodum in gentem magnam excreverunt, prout inferius declarabitur, et extensa fuit eorum potentia usque ad fluvium Reni per silvas et nemora. Has civitates antiquas in silve[f] Carbonarie ultra paludes territorio recordor perlegisse; sed citra paludes dicte silve a temporibus Hunorum usque ad Iulii Cezaris tempora non legi civitates notabiles habuisse nisi paucas et exiles, quas Huynienses[g] Belgici condiderunt, de quibus fiet mentio suis locis. In medio autem dicte silve Carbonarie erat phanum Pan super unum montium, a quo terri-

a) rithmatisatum *B* 2; rigmalizatum *C*. b) vplgari *B* 2. *C*. c) ratione *B* 2. d) *alia manu nigro atramento add. A*; Explicit liber secundus *C* 1b; Et sic est finis secundi libri annalium historiarum illustrium principum hanonie *C* 2. e) sic *A*, Incipit liber tercius *C* 1a. b; Liber tertius *manu recentiore B* 2. f) Qualiter *C* 1a. b. g) qui nunc dicitur Bavacus in hanonia *add. C* 2. h) ser. — sed *om. B* 2. i) supputationem *B* 2. k) vel octogesimo nono *add. C*. l) *deest C* 2. m) olimpiadis LXXII anno II° (2° *C* 1a) *C*. n) huynenses *B* 2; huyinenses *C* 1a. o) expl. est *B* 2. *C* 2. p) Belgis *in loco raso, sequebatur* belgica, *postea del. A*. q) que nunc dicitur Bavacus *add. C* 2. r) obt. s. *C* 2. s) rege *C* 1a. b. t) hec *C*. u) civ. ant. *C*. v) dicitur *C* 2. w) Karinā *B* 2. *C* 1a. b; Karina *C* 2. w') est *C* 2. x) que nunc dicitur Servia *add. C* 2. y) teneris *C* 1b; tenere vocatur *C* 2. z) iuxta *B* 2. a) sc. et ten. *C* 1b; scaldi et tenere *C* 2. b) que nunc dicitur Ath *add. C* 2. c) prout — supra *om. C* 2. d) hircinos *C* 1b. e) hercinna *C* 2. herciminium *C* 1a. b. f) silva Carbonaria *C* 2. g) huyinenses *B* 2.

1) De hoc libello in praefatione p. 52. egimus. 2) Iohm. olympiadis 61. Cf. Hieronymi versionem p. 337. 3) Chièvres. 4) Ablaton prov. Brabant, cf. I, c. 17. 5) Nescio, quid sit. 6) Nescio, quid sit. 7) Lessines ad Dendre fl. Eusebii ed. A. Schoene (Berolini 1866) p. 99. 8) Aube. 9) Herchies (arrond. pago Condrusti vel Condrustio v. Duvivier I, 2, Mons), ut videtur.

torium illud dictum fuit Pannonia vel Propancia[a,1] a Pannoniis, qui illuc phanum fondaverant[b]; et extitit phanum illud in magnificentia usque ad Iulii Cesaris tempora, qui primitus ex phano castrum[c] instituit, prout inferius ostendetur[d]. Et istud territorium nunc Montense in Hanonia ab omnibus appellatur. Fuerunt autem alie civitates, oppida et castra ab antiquo et consequenter in dicto territorio fundate, sed ille fuerunt excellentiores et antiquiores, quas prenominavimus. Habebat secundo Belgis Cambrianam sibi subditam, que et Cameracisium, a[e] civitate Cambri sic dictam — Cameracisium nunc appellatur — cum suis oppidis et castris. Habebat[f] et Phanum-Solis, civitatem solempnem valde, que et[g] nunc Gallice Solempnes[h] appellatur, cum suis oppidis et castris sibi subditis. Habebat et Phanum-Martis, potentem civitatem valde, a phano Marte[i] sic dictam, cum suis oppidis et castris sibi circumvicinis, que nunc Fanmars noncupatur[k]. Habebat et Nerviam, a Minerva dea vel a Nervis sic dictam, que et Tornacus nunc[l] dicitur, cum suis oppidis et castris sibi subditis. Habebat Morianam, civitatem prepotentem, a Morieno[m] prothofundatore eius sic noncupatam[n], que et Terravana[o,2] nunc appellatur, cum suis oppidis, territoriis et castris sibi subditis. Habebat et Rutheniam, id est territorium Ruthenorum, a Rutheno duce[3] sic appellatum, que nunc Flandria dicitur, cum oppidis Herlebaccensi[p,4] et Blandinii[b] et ceteris territoriis sibi subditis et in eadem inclusis. Item et habebat Vermandiam, a Vermendione[p] duce sic dictam, cum suis oppidis et castris. Que civitas extitit magnifica, et hec iuxta ripparium Summe[q] extitit situata, que nunc Vermans[6] Gallice nominatur[r]. Item habebat Belgis sub se Remenciam[s,7], a Remo, fratre Romuli, prothofundatoribus civitatis Romane, sic appellatam. Et erat regio illa inter fluvium Ausone[8] a parte septemtrionis et Materne[9] a parte meridiei; que quidem Materna Belgos a Senonensibus dividebat[t], et[u] dicebatur territorium Remorum, et nunc Remense denominatur. Item habebat Belgis Armata sub se territorium Durbeiense[v,10], a gente Durbeica sic appellatum; et erat territorium grande atque dispersum, nunc plures comitatus continentem, utpote Namurcum et ceteros comitatus usque ad fines Mosellanorum a parte australi et usque ad Recios[w] a parte septemtrionali. Has enim terras sine medio possidebat Belgis Armata, ceteris vero mediantibus aliis gubernatoribus dominabatur. Belgis autem Gallica[x] has regiones et populos legitur habuisse: et primo Superiorem Neustriam, que plures populos, civitates et oppida continebat; et durabat a Belvaco usque ad Ligerim[y] et usque ad Armoricos[z], que Britannia Superior dicitur, et occeanum. Ibidem erant civitates solempnes, ut Rodomis[11], Nannetum[a,12] atque Carnotum, et nunc dicuntur Normannia Superior; Alenconia[13], Stampis[14], Haricuria[15], Brissia[16], Carnotesium, et sic de aliis, que causa brevitatis pertranseo. Item Neustriam Inferiorem, que situatur inter Secanam et Sommam et occeanum, que nunc Normannia, Vexunia[b,17] et Cauchia[18] a multis appellatur. Item Piconia, videlicet[c] territoria, que Piconii postmodum subiecerunt, que nunc Picardia dicitur, in quibus tunc erant civitates Ambianis, Pontinicum[19], Piconicum[20], Luthesia, que Parisius nunc dicitur, et Ysia; plura territoria adhuc possidebat, sed quia removentur a nobis, non curavi illa distinctius numerare[d]. Belgis autem Comata[e] has dicitur[f] habuisse regiones: et primo Reciam, que nunc Brabancia dicitur, cuius civitas principalis extitit Tongris, que pro tempore Belgim Comatam in potentia et fortitudine multipliciter excessit; item Huyniam[g] Condronicam, cuius civitas metropolis fuit Hoyum[21]; item Huiniam Retianam[22], et hec ex altera parte fluminis Mose situabatur; item Hericinam ultra Mosam, que nunc Ardenna[h,23] appellatur; item Caprimontem[24], que nunc Leodium a modernis dicitur; item Mosellaniam, que nunc

a) Propancia *in marg. A.* b) dictum — fondaverant *in loco raso A*; fundaverant *B 2. C.* c) Meno. *in marg. A.* d) videtur *C 1ᵃ*; videbitur *C 1ᵇ.* e) a Cameracisium *om. C.* f) Habebat — castris *om. C 1ᵇ.* g) *deest B 2. C.* h) solemnes *B 2. C 2.* i) martis *C 2.* k) nuncup. *B 2. C.* l) *deest B 2.* m) moriano *B 2. C 2.* n) gallice terruane *add. C 2.* o) herlebaccensis *C 1ᵇ. 2* p) vermandiono *C 1ᵃ.* q) somme *B 2. C 2.* r) nuncupatur *C 2.* s) remensiam *C.* t) dividens *C.* u) *deest C 2.* v) durbense *C.* w. reibios *B 2. C.* x) que nunc Beluacus *add. C 2.* y) legium *C 2.* z) *in marg. A.* a) nanetū *B 2, C 1ᵃ. b.* b) vexumia *B 2*; veximia *C.* c) et *add. C 1ᵃ.* d) noiare *C 1ᵃ. b* e) que et treueris nunc dicitur *add. C 2.* f) legitur *C.* g) huyniam — item *om. C 1ᵇ.* h) Ardēna *C 1ᵇ 2*

1) Brabantia. FORTIA. 2) Thérouanne; cf. I, c. 17. 3) Cf. Prolog. c. 35. 4) Harlebecq. 5) Aut Mont-Blandin Gandav. aut Blandain prope Tournai. 6) Vermand prope Saint-Quentin. 7) Reims. 8) Aisne fl. 9) Marne fl. 10) Durbui. 11) Rouen. 12) Nantes. 13) Alençon. 14) Étampes. 15) Harcourt (dép. Eure). 16) Brest. 17) Vexin c. 17. 18) Caux. 19) Pontigny a Troyes ad meridiem. 20) Picquigny ab Amiens ad occidentem. 21) Huy. 22) Houx ad Mosam fl.? 23) Ardenne prope Dinant. 24) Chèvremont fuit castrum Leodio adiacens.

Lotharingia a Mosellana civitate, que Mediomatricum[a] et nunc[b] Methis dicitur, nunc[c] sic appellatam legimus; item Alsatiam, cuius Vogis[d] civitas extitit principalis inter Alpes et silvas situata; item Agripinam, que nunc Colonia dicitur, inter enim fluvium Reni ab oriente et Mosam ab occidente et Alpes a meridie et occeanum a septemtrione. Hos qui sequuntur populos legi hiis temporibus permansisse sub dominatione Treverorum, videlicet Russios, Bathuanos, Neomagos, Lucellemburgenses[e], Merlenses[f.1], Andernascenses, Confluentinos, Waselienses, Wethflarienses[g.2], Lipurgenses, Eburiones[3] et Analdos[4]. Verum quia patria illa michi penitus est ygnota, timens reprehendi applicationes eorum lectoribus dereliqui[h].

. . . . . .

Cap. XXXVI. Quod[i] Alexander Magnus dedit Liriope silvam Carbonariam.

Actor: Hiis temporibus acciderunt illa, que Cresus[k] historiographus ponit in historia Scotorum, qui et Albani in dicta historia vocitantur[l]. Dico, si historia veritatem in se contineat usquequaque, quam illustris princeps ac nobilis comes Hanonie Guillelmus huius nominis secundus, cum esset in Anglia[6] iuxta illustrissimam materteram[7] suam reginam Phillippam, uxorem magni Eduardi[l.8] regis Anglie, ab Anglico in volgari nostro Gallico transferri atque transcribi fecit[9] in quatuor magnis voluminibus, in quibus aliqua, pauca tamen continentur ad meam pertinentia materiam; et illa excerpsi et huic opusculo applicui, fabulas ibidem intermixtas fabulatoribus relinquendo.

. . . . . .

Cap. LXXVIII. De[m] Hericinia silva et natura Gallorum.

Vinc. VI. 2. De istis Hericiniis loquitur Iulius Celsus de bello Cesaris contra Germanos[6]. Gallorum, inquit — — uri. Hec Iulius Celsus. Actor: Hic potest oriri questio, utrum hec silva Hericinia[n] sit citra Rethnum[o], prout clare ostendit Lucius, aut ultra Rethnum, prout prima facie videtur sentire Iulius Celsus ex immediate recitatis. Ad quam quidem questionem, salvo meliori iudicio, respondeo, quod dicta silva, prout ostendit Lucius Tungrensis[q], qui in Tungrensi[q] civitate suam condidit historiam, dicta silva citra Rethnum situatur, et incipit ab oppido Hericinio iuxta villam Servie in Hanonia, et tunc continuabatur per silvas Ardenne usque ad Renum et Alpes Yure, qui Sancti Godardi nunc dicitur. Et tunc ad auctoritatem Iulii Celsi respondeo dicendo, quod Iulius Celsus Romanus in Roma suas condidit historias, et illis temporibus ab aliquibus partibus dicte silve non erat via aut aditus ad Romam, nisi pertranseundo fluvium Reni; et tunc Iulius locum dicte silve specificando dicebat ipsam ultra Renum collocari: et valde bene dixit, quia illud, quod[r] erat sibi ipsum[s] in Roma existentem[t] ultra Renum, illud idem erat Lucio ipso existente[s] in Tungris citra Renum.

. . . . . .

Cap. LXXXVII. Quod[t] ab aliis diis et prophetis et[u] Sibillis fuit Belgis maledicta.

Actor[v]: Notandum igitur, quod non solum a diis, prout superius declaratum est[10], maledicta[w] decernitur, verum etiam a prophetis illius temporis et Sibillis extirpanda et funditus destruenda prenosticatur[x], prout ostendit Nicholaus in suis metris, ubi sic habetur[y]:

Codicibus multis legitur, quod perfida Belgis
Corruet in finem[z] proprio madefacta cruore:

a) *in marg. suppl. A*; mediatricum *B 2. C 1a. b.* b) *deest B 2* c) *deest C 1a. b*; *sic. nunc des. C 2.* d) *corr. ex* Vagis *A.* e) Menapios *erasum et superscr.* lucellemb. *A*; luceburgenses *B 2*; lucemburgenses *C 1b.* f) Merlenses — lipurgenses *in textu omissa, infra supplela sunt A.* g) *deest C 1a. b.* h) derelinqui *C 1a. b.* i) Qualiter *C 1a. b.* k) vocantur *B 2*; nuncupantur *C 2.* l) edwardi *B 2. C 1a*; eduwardi *C 1b. 2.* m) *hoc caput tantum ex codd. B 2. C 1a. b edidi.* n) Romanos *B 2.* o) hericinie *B 2.* p) renum *semper C 1a. b.* q) tongr. *C 1a. b.* r) erat quod *corr.* q. er. *B 2.* s) *sic codd.* t) *titulus deest C 2, ubi hoc caput cum praecedente coniunctum est.* Qualiter *C 1a. b.* u) et Sibillis *om. B 2.* v) *alia manu suppl. A.* w) Belgis civitas *add. C 2.* x) pnoscitur *C.* y) versus *add. B 2 (minio). C 1a. b*; *et iterum in marg. B 2. C 1a, ubi post add.*: nicholai. z) fine *B 2. C 1a.*

1) Nescio an comitatum Moers dicere voluerit. 2) Incolae Wetzlar oppidi. 3) Qui in territorio Leodiensi habitabant. 4) Anholt? 5) V. praef. p. 54. 6) A. 1339; de hoc itinere cf. Iohannem, Scotis gesta apud Anglos studium rerum Scoticarum valde provocasse videntur; cf. Froissart, 'Oeuvres' Froissart, 'Oeuvres' ed. Kervyn de Lettenhove III, p. 114. XVII, p. 84. XXIII, p. 407. 7) Immo sororem. 8) III. 9) Bella eodem tempore cum I, 1, p. 133. 10) L. III, c. 86.

Sic predixerunt plures testesque fuerunt.
De se Merlinus ait, horum qui fuit unus:
'Ardebunt omnes quercus, nemorum quoque frondes;
In ramis cernes tiliarum[a] crescere glandes.'
Sic alias dixit nobis qui multa notavit,
Que sunt ventura: quod aper de villa profunda
Exiliet, vulpes qui secum colliget omnes.
Hic capud ornatum gemmis auro feret altum[1],
Ursica Belgensis proles[2] se conferet illis.
Martis in auxilium tunc Gallia[3] sentiet illum;
Eius nam silvas cupiet prosternere cunctas
In[b] quercus, glandes illarum colliget omnes.
Tunc venient vulpes in summis scindere vites[c]
Montibus ac dulces illarum dente terentes
Uvas, sic[d] ventres saciabunt, vina bibentes.
Obvia cum magnis Hispania griffibus[e] illis,
Omnes in occursum venient committere bellum
Ethiopes, Indi, Cretes, Arabes, Arimaspi,
Archadie tellus, longinca Britannia, Cyprus,
Perses et Medi, Tragodite[f], Dacia, Sardi,
Affrica cum Libia, pariter regio Lusitana[g].
Omnis[h] et horrenda nimium sic[i] Thessala[k] monstra,
Ora canum sevi portantes pessima Bardi;
Sunt homines[l], magna nimium set cetera membra,
Namque comestores hominum sunt ore latrantes.
Devorat hec gentes, repperit quas pessima proles;
Constat et infelix horum et Tracia nutrix.
Orbis commota venient animalia cuncta,
Immensis dictis se iungent insimul istis.
Tunc aper immensus quasi rex perget furibundus,
Per silvasque lupos rapiens[m], in montibus ursos
Atque feras omnes. Secum gaudere leones
Necnon serpentes venient sevique dracones,
Flammas prebentes de naribus, ore vomentes.
Illius in girum volitabunt[n] semper in altum,
Sompnia spernentes, sed semper erunt vigilantes,
Illum servantes, inimicos igne cremantes.
India cum magnis elefantes longa camelis
Transmittent fortes, in dorsis castra gerentes.
Sed prius in clerum discordia vertet in unum
Invidia gentes[4], gaudebunt dampna videntes.
Nam fuit in cleris semper contrarius omnis
Mundus et hiis plures linguarum tela ferentes.

Item post multa in dictis metris sequitur:

In scriptis Balaam narravit tempus et horam,
Quando vicecomitem Belgenses iura petentem
Contempnent omnes de se mala cuncta loquentes[5].

a) tiliorum *B* 2. b) Et *emendandum est.* c) vires *B* 2. *C* 1b. 2. d) sic dulces ventres *C* 1a; sic dulces sac. *C* 1b. e) gressibus *C.* f) tragedite *C* 2. g) lusitana? *A.* h) omnes *C* 1b. i) sit *C.* k) tessale *B* 2. *C* 1a. b; tesale *C* 2 l) homines *C* 1b. 2. m) capiens *C* 1a. b. n) volitabant *C* 1b.

1) Procul dubio Wilhelmus II. comes Hollandiae, rex. 2) Scil. Iohannes et Balduinus de Avesnis. 3) Poeta aut auxilium, quod Franci Margaretae in pugna apud Westcapellas commissa praestiterunt, aut expeditionem Karoli comitis Andegavensis a. 1254. significat. 4) Hoc ad motus illos referendum est, qui in omnibus terris saec. XIII. contra avariciam et insolentiam cleri vertebantur. 5) Iohannes de Avesnis intelligitur, qui matre vivente Flandrensium animos sibi asciscere frustra conatus est.

Belgica nam, dixit, dominum tunc seva negabit,
Cum rex[1] *in bello fuerit detentus, in uno*
Trans mare Francorum, necnon mala tanta suorum
Belgica plangebit, procerum quia[a] *turba peribit*
Maxima cum rege predicto bella tenente.

Actor: Hec et plura alia a multis extiterunt contra Belgim scripta atque prophetata.

. . . . . .

Cap. XCII. De regno Hyrcani.

. . . . . .

Actor: Videntur aliqui sentire et non sine causa, quod in hoc excidio a Iulio Cezare facto fuerit Belgis civitas prostrata funditus, et quod ea, que dicentur in libro sequenti, fuerint hoc tempore executa; sed Hugo, Lucius, Nicholaus, Clarembaldus et alii, quos insequor, dicunt oppositum, prout inferius apparebit.

. . . . . .

Cap. XCIIII. Quod[b] oppidum Vallis Senonentium nomen primum transmutavit Ariovistus rex Saxonum.

. . . . . .

Post igitur recessum[2] Arioviſti anno tercio civitates regni Belgensis ad invicem federate decreverunt unaniniter residuum civitatis Belgensis[c] solo coequare, dum languida et morbida iacebat et prostrata, ultra non resuscitaturam; ut, que contra deos bella tulerat et que deorum maledictionibus subiacebat et per tyrannidem regna per tot tempora domaverat, penitus prostrata ceteris cederet in exemplum; quod et factum est. Actor: Secundum Lucium hic terminatum est regnum Belgentium et devolutum est ad Saxones; verumptamen Hugo Tullensis in suis historiis, Nicholaus Ruclerii atque Clarembaldus in suis metris dicunt oppositum, prout patebit in sequenti libro[d], Deo duce; et sic[e] terminatur Lucii historia.

[EXPLICIT[f] LIBER TERCIUS.]

[LIBER IIII[g].]

. . . . . .

Cap. XXVI.[h] Qualiter Iulius Cesar primo descendit ad invadendum civitatem Belgis, et qualiter Belgi venerunt sibi obviam ad ipsum invadendum.

Actor: Et quia plures historiographi materiam, quam tractare incepi, in isto[1] passu derelinquunt nec eam tractant in suis scriptis, plures eciam alii diffusius elucidant: idcirco illa, que a solempnibus historiographis repperire potui, huic operi annectere curavi. Et primo ponam, quod Nicholaus historiographus metrice ponit in suo tractatu, unde post multa ad propositum sic dicit: . . . . . .

Actor: Deinde consequenter ponam oppiniones illorum, qui de hac materia locuti fuerunt, quorum dicta repperire potui; et inde unam recollectionem composui non allegando talem doctorem aut talem, quia veritatem historie confunderem, sed verius quam potui, ipsos adinvicem concordavi, prout consequenter apparebit. . . . . .

Cap. XLVI. Quod fere tota Gallia Romanis rebellavit.

Actor: Quia vero a proposito disgredi non intendo, nisi quantum ad aliqua accidencia, sine quibus substantia rei geste, quam perscrutor, declarari non valet, idcirco Cesaris facta, que in annis, quibus post destructionem[k] Belgis in Galliis militans feliciter triumphavit, non intendo declarare, nisi solum illa, que materiam tangunt, quam assumpsi.

a) proceriq. *C* 1a. b; procerum quoque *C* 2. b) Qualiter *C* 1a. b. c) Belgis *B* 2. *C* 1a. b. d) sequentibus Deo *C* 2. e) sic — historia *alia manu, quae negligentius scripsit, addita sunt A.* f) sic *C* 1a; Et sic est finis tercii libri. Expl. l. t. *C* 1b; Expl. l. t. *des. A. B* 2. g) *deest A. B* 2; Sequitur liber quartus *C* 1a; Incipit liber quartus *C* 1b. *Picturam praebent A. B* 2, *qua rex in humo iacens mortuus cernitur scutum Hanoniae ferens.* h) XXV. *C* 1b. i) hoc *C* 2. k) Belg. *destr. C.*

1) Ludovicus IX, qui a. 1250. apud Damietam captus est. 2) A Belgis, quibus devictis tributum imposuerat.

Verum quia plures hanc materiam tractant, utpote Iulius Celsus et Suetonius, Orosius, Helinandus, Henricus et Hugo, et quod unus ponit, alius tacet, et quod unus omittit[a], alius supplet, idcirco ipsos adinvicem concordando iuxta modulum[b] ingenioli mei facultatem rem gestam recitabo. . . . . .

Cap. LIIII. De primo bello Nerviorum contra Cesarem post eorum obsidionem et rebellionem.

. . . . . .

Actor: Quod vero ponitur in eadem historia[1], quod nocte eadem Turnus[2] cum tota potestate sua, hora medie noctis civitatem exierint et Romanos iterato cum occisione invaserint, hoc non videtur verisimile propter locorum distantiam; sed opinor, salva veritate historie, quod hoc ponitur per modum recapitulacionis, quia ille exitus accidit, dum Anthonius adhuc ante portam Servie[3] civitatem obsidebat, prout superius dictum est.

. . . . . .

Cap. LVI. De bellis[c] Cesaris contra Romanos et brevi epilogacione bellorum Cesaris.

Actor[d]: Quia, sicut superius declaratum est in prologis[e], intentio mea versatur circa principes, qui in Hanonie territorio dominium supremum habuerunt, de quorum numero Iulius Cesar unus extitit, prout evidenter manifestum est, et plures alii imperatores sibi succedentes eciam principes extiterunt Hanoniensis territorii: idcirco de eorum vita et moribus et fine aliqua sermone succincto, que reperi, breviter hic ascribam. . . . .

ET[f] SIC FINITUR LIBER QUARTUS.

[LIBER[g] V.]

. . . . . .

Cap. XIX. De conceptione beate Marie virginis.

Actor: Quia vero in superioribus libris declaravi iuxta posse de naturis, formis et festivitatibus deorum aut ydolorum, quibus tunc temporis populus Belgensis, qui et nunc Hanoniensis, subiciebatur, de iusto et equo michi videtur opportunum, quod de origine secundum humanitatem salvatoris nostri Iesu Christi, cui merito populus Hanoniensis nunc subicitur, cum timore et reverencia, protestacionibus subpositis, et de eius progressu aliqua subscribam. . . . . .

Cap. XXXV.[h] De benedicta nativitate domini nostri Iesu Christi.

. . . . . .

Actor: Obmissis[i] cunctis supputacionibus annorum[k], olimpiadum, erarum[l] aut consimilium, deinceps ab incarnatione verbi divini annos dinumerare propono, Deo duce.

Actor[m]: De Christi autem nativitate, pastorum denunciacione, circumcisione, magorum adoratione, innocentium occisione, fuga[n] Christi in Egiptum plenius ewangeliste prolocuntur: idcirco cum reverentia pauca recitabo. . . . . .

Cap. XCV.[o] De morte Pylati.

. . . . . .

Actor: Quia in precedentibus longam fecimus disgressionem — si pro vero[p] digressio debeat vocitari, pro eo quod de principibus principatus Hanoniensis loqui propo-

a) obmittit *B* 2. *C* 1a. b. b) modulam *C* 2. c) bello *B* 2. d) *deest C* 2. e) in prol. *om. C* 2; prologo *C* 1a. b. f) Explicit liber quartus *C* 1a. b. g) *pictura f.* 93 *cum foliis superiore parte exsisa est A; libri inscriptio deest B* 2; Sequitur liber quintus *C* 1a; Incipit liber quintus *C* 1b. h) XXXIIII. *C* 1a. b; *totum caput om. C* 2. i) *sic omnes codd.* k) eorum olimpiad *C* 1a. b. l) earum *C* 1a. b. m) *deest C* 1a. b. n) fuge *A. C* 1a. b. o) XCIII. *C* 1a. b; *totum caput om. C* 2. p) ꝺ̄o *A. B* 2. *C* 1a; non *C* 1b; nomine *em. Fortia.*

1) Historiam communem Tornacensem vel chronicam Henrici canonici S. Mariae Tornac. intelligit. 2) Rex Nerviorum, a quo postea nempe Nervia Tornacus nominatur. 3) Chièvres.

sueramus et de summo principe omnium principum, videlicet Iesu Christo, locuti fuimus — de cetero et consequenter ad materiam propositam revertamur.

. . . . . .

[EXPLICIT[a] LIBER QUINTUS.]

[LIBER[b] VI.]

Cap.[c] I. De causa primi concilii Iherosolimis congregati.

Actor: Postquam in superiori libro declaravimus, qualiter catholica fides fuit[d] apostolis, discipulis atque Iudeis aliis[d] et multis filiis Israel in Iudea et Palestina existentibus reserata atque manifestata[e], hic consequenter manifestabimus, qualiter eadem fides fuit gentibus et maxime Gallis Belgensibus, Hanoniensibus et territoriis circumvicinis disseminata atque predicata, materiam, quam assumpsimus, semper Dei gratia preeunte, non omittendo. Et primo ostendemus causam primi concilii Iherosolimis congregati.

Cap. LXX. Quod[f] Maximianus tirannus cum Caradoco[g] invaserunt imperium et specialiter Galliam inferiorem.

. . . . . .

Actor: Hunc, quem historie Britonum et Almericus vocant Maximianum, Sigibertus et plures alii Maximum tirannum consueverunt appellare, prout apparebit in principio secunde partis huius operis, ubi Sigibertus de ipso facit mentionem. Licet enim me superius et merito excusaverim[i] de denominationibus nacionum Germanie, quasi ydioma ignarus, tamen hic decet, ut ostendam iuxta veritatem historie naciones, quas idem Maximus[k] sibi in Germania subiugavit. . . . . .

ET SIC FINITUR LIBER VI.[l]

[LIBER[k] VII.]

Cap. I. Qualiter Germani et Galli ab imperio Commodi[l] totaliter recesserunt.

Actor: Quia autem ab exordio huius operis determinare decrevi de illustribus principibus, qui in Hanoniensi territorio principalem principatum habuerunt, et temporibus Commodi[l] tota Gallia tam superior quam inferior proprium principem, Commodum[m] videlicet, abiuraverunt: idcirco de illo, qui loco Commodi in dicto territorio principatum obtinuit, tractare cogor, neminem repperiens, qui de hac loquatur materia, nisi Hugonem Tullensem[n]. . . . . .

Cap. LVII. De institucione simboli et exilio Arrii et de viris, qui floruerunt temporibus[o] Constantini.

. . . Lactencius, qui magnus in Grecia compilator extitit librorum, quorum translaciones non reperimus. . . . . .

Deinde Prosper historiam continuat usque ad annum Domini CCCCLXI; sed Sigibertus incipit ab anno Domini CCCLXXXI[p].

Vinc. XIII, 20. Exinde Sigibertus Gemblacensis monachus usque ad annum Domini millesimum CXIII. cuius historiam in libro sequenti diligenter prosequemur.

. . . . . .

Cap. LXXII. De morte Valentiniani et imperio Valentis.

. . . . . .

Actor: Hic autem finit Ieronimus cronicam suam. Fluxerunt autem ab incarnatione

a) Expl. l. q. *des. A. B* 2. b) *titulus libri deest A. B* 2; Sequitur liber sextus *C* 1a. b. *Pictura cod. A. clericum crucem gestantem ostendit, ante quem complures viri genibus flexis sacent; omnes nimbis praediti sunt.* c) *totum caput om. C* 2. d) *deest C* 1a. b. e) man. fuit *C* 1a. b. f) Qualiter *C* 1a. b. g) Karoduco *C.* h) Maximianus *C* 2. i) Explicit liber sextus *C* 1b; Sequitur liber septimus *add. C* 1a. b. k) L. VII. *manu recentiore A, cum pars folii* 137. *picturam continens excisa sit.* l) imperatoris *add. C* 2. m) symodumque *B* 2. n) tullensem *A*; tullēsem *B* 2, *C* 1a. b. o) anno *C* 1b. p) CCCCLXXXI. *B* 2.

l) L. III, c. 1.

Domini usque ad finem Valentis anni CCCLXXX, ab Urbe condita MCXXXI, scilicet sub regibus anni CCXL, sub consulibus CCCLXIIII[1], sub augustis et cesaribus DXXVI, ab initio autem mundi secundum Hebraicam veritatem anni IIII[M]CCCXLIII, secundum Septuaginta[a] vero V[M]V[C]LXXVIII[1]. Abhinc vero scribunt Prosper et Beda et consequenter Sigibertus Gemblacensis, quem super alios historiografos, Deo duce, in sequentibus prosequi propono. A tempore igitur Iulii Cesaris usque ad tempora Valentis et Valentiniani et usque ad Arturi atque Gothorum, Hunorum atque Wandalorum tempora fuit territorium Hanoniense semper principibus Romanis, demptis aliquibus tyrannis, totaliter subiectum. Quare si in premissis de moribus et factis eorum pauca conscripserim, non credidi in hoc a conceptis et promissis exorbitare, cum fuerint veri principes territorii Hanoniensis.

ET SIC FINIT[b] LIBER SEPTIMUS.

EXPLICIT PRIMA PARS HISTORIE ILLUSTRIUM PRINCIPUM HANONIE EDITA A FRATRE IACOBO DE GUYSIA[c] ORDINIS FRATRUM MINORUM CONVENTUS VALENCHÊNENSIS.* DEO GRATIAS.**

[LIBER VIII.]

INCIPIT[d] PROLOGUS IN SECUNDAM PARTEM HISTORIARUM ILLUSTRIUM PRINCIPUM HANONIE.

Capitulum primum.

Actor[e]: Quoniam, iuxta quod ait Ebrardus[2], ignorantie nubilo turpiter excecati quidam imperiti, fatuitatem exprimentes asininam, chimerinas[f] ymaginantes statuas, nescio quid inopinabile sompniantes discrepanciam matrimonio non legali et sinzugia[3] nullatenus coherenti copulant inconcine, succurrendum oppinioni eorum et consulendum fore, sicut superius dictum est, exstimavi[g]. Cum igitur sic[h] considerarem quamplurimos[i] errare et chimerales historias sompniare atque compingere parcialiter et odiose, non veraciter et compendiose res gestas conscribere, ut consimilium oppinionum correctionis et correpcionis lima, non reprehencionis invidia valeam retundere, huius secunde partis dilucidationem ausus sum aggredi, quantum mei paupertas ingenioli valuit sustinere. Regnorum, ducatuum ac comitatuum aliquorum denominationes ac[k] eorum originales progressiones, differencias et conveniencias eorumdem et, unde ortum habuerint[l], de civitatibus aliquibus et territoriis, ecclesiis et prebendis, sanctorum atque sanctarum legendis ac nobilibus viris, specialiter patrie Hanoniensis, necnon et legibus ac libertatibus sive consuetudinibus eorumdem, una cum genealogiis illustrium principum Hanonie, prout in parte[m] precedenti huius operis plenius explicavi, utilitati ac solacio plurium Hanoniensium credens inservire, proposui residuum eorum, que inceperam, plenius declarare, novum prosequendo stilum iuxta historias Sigiberti Gemblacensis, Hugonis Tullensis, Balduini, Andree Marsianensis, Almerici[n], Thomelli, Gilberti[o] et aliorum approbatorum historiographorum, doctorum, clericorum, qui de eiusmodi[p] historiis tractaverunt, maxime illorum, quorum dicta aut

*) *C 1b pergit:* Scripta et completa per manus Iohannis de Loe, fratris Iacobi de Gandavo, clerici Tornacensis diocesis, magistri in artibus, die Veneris, que fuit XXVIII[a] mensis Aprilis, anno Domini millesimo quadringentesimo LIII[o]. Deo gracias.

**) *In A. B 2 sequitur index alphabetico ordine paratus, his verbis ab auctore praemissis:* Tabula huius prime partis. Ut autem que gesta fuerunt ab illustris Hunonie principibus et de vetustissimis veterum paucis adiunctis lector distinctius et facilius que voluerit repperire valeat, ea per modum concordanciarum aut tabule secundum ordinem alphabeti in fine cuiuslibet voluminis feci connotari, prout patet consequenter.

a) septuaginta vero interpretes *C 2*; secundum latinos veros *C 1b*. b) finitur *C 1a. b*. c) Guisia *B 2*, *C 1a. b*. *Hic codd. classis C desinunt.* d) *folio 1. secundi volum. A in margine mutilato, inscriptionis nihil iam legitur nisi:* principum hanonie. Ca[m] p.[m] Actor. *Sequitur pictura, qua monachus librum rubrum viro cuidam duobus aliis viris circumdato offerens cernitur A. Similis figura in B 2. Hoc loco incipit B 1.* e) *deest B.* f) chimeras *A. B 1.* g) existimavi *B 1.* h) consid. sic *B.* i) quamplurimas *A.* k) et *B 2.* l) habuerunt *B 2.* m) in opere precedenti plenius *B 2.* n) silmerici *B 1.* o) gilleberti *B.* p) eius *A*; hui[s] *B.*

1) E numeris intelligitur Iac. de Guisia Hieronymi A. Schoene in editione Eusebi Chronicorum II, p. x. codice A (Amandino) adhuc in bibl. Valentianensi de eo dicit et cf. ibidem p. 199. 2) Nescio, quis sub nr. 455. asservato usus esse. Vide, quae hic sit. 3) I. e. συζυγία (coniunctio).

scripta ad meam devenerunt noticiam. Unde notanter sciant lectores, quod in ista secunda parte, ubicunque non assignatur rubrica auctorum, sciant hoc esse de verbo ad verbum, sine quacumque diminutione[a] aut additione excerptum de historia Sigiberti Gemblacensis, quia ipsum insequor in hac parte secunda, ubi non video rationem sibi repugnantem. Verum quia plures repperi libros historiales a Sigiberto denominatos inter se valde diversificantes, licet Francorum historie indubie equaliter continuentur, quia in uno de fundacione unius ecclesie et in altero de fundatione alterius et in tercio de neutris, sed alterius reor perlegisse: idcirco in dubiis passibus ipsum allegare propono. Et primitus pro aliquali appertione intellectus lectorum unicam intendo declarare questionem.

Cap. II.[b] Questio, a quibus nacionibus patria Hanoniensis fuerit sic vocitata.

Actor: Utrum patria Hanoniensis, que diversis temporibus diversas sortita est denominaciones, primitivam denominacionem Hanonie a Hunis assumpserit? Et arguitur ad partes. Et primo, quod non, quia primam denominacionem assumpsit ab hiis qui cum Pannoniis tempore Servii regis Romanorum ad Galliam inferiorem descenderunt; sed hii non fuerunt Huni, qui postmodum dicti sunt Hungari: igitur pars questionis negativa est vera. Maior patet superius libro . .[c], capitulo . .[c.1], et minor videtur manifesta, prout ostendit Sigibertus in principio cronicarum suarum, capitulo de Hunis[2], ubi videtur pretendere, quod Huni, de quibus loquitur, non adeo habuerunt denominationem antiquam, sicut Lucius atque Hugo ostendere videntur. Secundo ad idem dicit Andreas Marsianensis libro tertio, capitulo quarto et sexto historiarum suarum[3], ubi agit de Balduino comite Hanonie ac Flandrie, filio Balduini Insulensis comite[c*] Flandrinorum, dicit, quod ille Balduinus idcirco dicitur Hanoniensis, quia abbassiam Hasnonii reedificaverat. Et si sic, non videtur[d], quod dictus comitatus denominetur a Hunis, sed a dicto cenobio. Tertio ad idem auctoritate cuiusdam rigmatis in vulgari, quod[e] dicit, quod Haynnau[f] dicitur quasi 'Hait nom', id est oditum nomen[4]. Que ethimologia videtur michi satis mirabilis; si igitur ita est, videtur[5], quod pars negativa questionis sit vera. Quarto sic ex communi oppinione, que est, quod ipsa denominetur a fluvio Haynie, qui fluit per medium eius[g]; et si[h] sic, igitur et cetera. Quinto ad idem: dicunt enim plures, quod dicitur a hagis, quibus tota patria plena cernitur; et si sic, igitur et cetera. Consequencia est clara, si[i] probatur antecedens; nam in legenda sancti Humberti Maricolensis[6] et pluribus aliis dictum territorium Hagnou appellatur, sillabicatum per h et g; racione cuius posset dici, quod a dictis hagis sic denominetur. Sexto ad idem: nam posset dici, quod Hanonia dicitur ab annona propter fertilitatem territorii, quia plena est annona; si sic, igitur et cetera. Antecedens potest apparere ex quodam libro metrificato, quem edidit abbas[7] Sancti Trudonis de historiis Brabancie[8], ubi dictum territorium appellabat[k] Annonia sine h et sine g etc. Septimo ad idem: nam posset dici, quod denominetur ab agonia, quia tam in historiis Flandrie quam in multis legendis repperi, quod sillabicatur solum[l] per g: Agnonia; quia in ea ab antiquo semper reperti fuerunt agoniste, id est milites agonizantes, aut quia plus ceteris patriis plus[c] passa est agonias: igitur et cetera. *In oppositum*[l] arguitur auctoritate Hugonis atque . . .[m], qui expresse in suis historiis ponunt, quod Huinia dicta est a Hunis, prout patet superius, libro . .[c], capitulo . .[c.9]. Et hoc quidem sentiunt Almericus atque Thomellus in suis historiis, prout patebit inferius, Deo duce. Et hec oppinio persuaderi potest ex eo, quod multe regiones hactenus Romanis subiecte temporibus Honorii, Theodosii atque Leonis imperatorum et nomen et dominium mutaverunt, utputa Gallia, que sub Romanis et per prius dicta erat Gallia, sed illis temporibus sub Clodio Francorum rege incepit Francia vocitari. Item[n] insula Albion sub Romanis et per antea dicta erat Britannia, sed dictis temporibus ab Anglis, qui eam subiecerunt, dicta est Anglia, prout apparebit inferius. Ita verisimiliter potest dici, quod silva Carbonaria et terra Pabulosa temporibus Honorii denominaciones et dominaciones proprias mutaverunt, et[o] una Hanonia a Hunis, et alia Ostrogotia seu Ostrevannus ab Ostrogotis appellarentur. Et si sic, igitur pars affirmativa questionis est vera.

a) diminussione *A. B* 1. b) Primum capitulum *A per errorem, et sic porro.* c) *numeri des. codd.* c*) comitis *emendandum.* d) viditur *A. B* 1. e) *ita codd.* f) haynau *B* 2. g) viditur *B* 1. h) *deest codd.* i) sed *A*; & *B* 2. k) *in loco raso A.* l) In opp. *litteris goth. scr. A.* m) *spatium vacuum in codd.*; Lucii *supplevit Fortia; quod nomen hic ponendum esse ex l. II, c. 35. appuret.* n) *litteris goth. scr. A.* o) et *emendandum videtur.*

1) L. II, c. 36. 2) SS. VI, p. 301 sq. 3) Andr. March. III, c. 4 (ed. Duac. p. 797; SS. XXVI, p. 208): *qui Hasnoniensis dicitur propter cenobium Hasnoniense, quod reedificarit.* In capite 6. talem locum non inveni. Sed patet, Iacobum Andream prorsus male intellexisse, cum propter abbatiam Hasnoniensem Balduinus non Hanoniensis, sed Hasnoniensis dictus sit, id quod etymologiam vocis Hanoniae minime tangit. 4) Cf. epistolam Guidonis de Basochiis (ed. Wattenbach, 'N. Archiv' XVI, p. 86): *territorii Cameracensis illius, cuius vocabulum lingua Francorum sonare videtur odium, sive habeat in fine quartam vocalium vel au diptongum.* 5) Idem sentit Guido de Basochiis l. l.; cf. Duvivier, 'Recherches sur le Hainaut ancien' I, p. 29. 6) V. infra c. 5. 7) Wilhelmus II. 8) De hoc v. praef. p. 60. 9) Cf. l. II, c. 35.

Cap. III. De diversis denominacionibus patrie Hanoniensis.

Ad propositam igitur questionem breviter respondendo dicendum, quod territorium Hanoniense sicut et cetera territoria duplicem habere potuit denominacionem: unam generalem cum territoriis, quibus coniungitur, sibi generaliter impositam, aliam vero[a] particularem aut singulariter sibi appropriatam; et iuxta istam distinctionem ponam duos articulos. Primus erit de generali[b] glebe cum adiunctis denominatione, secundus erit de particulari territorio contra omnes alios distinctos singulari impositione; et de quolibet articulo ponam aliquas breves conclusiones. Pro primo igitur articulo sit ista prima conclusio. Et licet territorium, quod nunc dicitur Hanoniense, quodammodo naturaliter aut primitus nominatum fuerit Gallia inferior a populi candore[1] et ab eo, quod ceteris partibus Gallie plus appropinquat ad polum articum, tamen, stante eadem generali denominacione, quandoque dictum est Treberense territorium ex eo, quod Trebercnsibus primo extitit applicatum. Prima pars patet superius in prologo prime partis, capitulo . .[c], quod[d], generali denominacione Treberencium terminata, idem territorium cum suis adiunctis dictum est Belgense, pro eo quod Belgenses ipsum incoluerunt et civitatem grandem Belgis in eodem fundaverunt, prout declaratum est superius, libro primo, capitulis pluribus. *Quod, stante generali denominacione Belgis, dictum territorium quadam generali applicacione appellatum est Inferior Picardia; patet libro . .[c], capitulo . .[c. 2] et consequenter; *quod et licet dictum territorium in sua semper generali denominacione dictum fuerit Inferior Picardia, prout est ostensum, postmodum tamen et Austrazia Inferior et deinde Lotharingia Inferior et tandem imperio specialiter applicatum Alemannia[f] Inferior appellatum legitur extitisse. Ista superius et, Deo duce, inferius clarius ostendentur. *Quantum vero ad secundum articulum, erunt etiam conclusiones[g] plures, quarum prima erit ista. *Et licet territorium, quod nunc dicitur Hanoniense, ex multis integretur comitatibus et territoriis diversimode singulariter nuncupatis, tamen Serviam Cambronariam aut Silvam Carbonariam primo legimus particulariter fuisse nuncupatam. Prima pars huius conclusionis patet superius, libris et capitulis quampluribus, et declaratur distinccius. Componebatur siquidem principatus Hanoniensis antiquitus ex principatu aut[h] dominio Belgorum aut Ottovianorum, quod nunc dicitur Belvacinium[i], et ex comitatu Phani-Martis[k], qui nunc dicitur Castellaria Vallencenensis, de quibus certum antiquitus fuisse de territorio et denominacione Silve Carbonarie[l], prout patet superius in historia Cresi, libro . .[c], capitulo . .[c. 3], et in pluribus prime partis passibus. Et illa territoria erant a parte paludum Hanie[m] versus austrum[n], ab alia vero parte dictorum paludum, a parte[o] septentrionis erat comitatus Bracbatensis, antiquitus a Gallis Braccatis sic dictum, in quo silva Carbonaria suam propriam denominationem aduc[p] videtur obtinere. Comitatus ille suis temporibus magne extitit auctoritatis. Coniungebatur cum Nerviensibus, cuius metropolis erat ipsa Nervia, que et Tornacus appellatur; coniungebatur[q] etiam cum Menapiis mediante ripparia Scadi[r]; coniungebatur etiam cum Ruthenis, Reciis et Propanciis; continebatur igitur inter paludes a parte austri et occeano ab aquilone. Dictus enim comitatus plures legitur denominaciones habuisse, et primo Albania ab Albanis illuc adventantibus[s], prout superius[t] patet libro . .[c], capitulo . .[c. 10]; deinde dictus est Servia Carbonaria[u], postmodum dictus est Silva Carbonaria; sed utrum nomen a re susceperit aut aliunde impositum fuerit, reperire non[v] valui. Consequenter dictus est comitatus Brachatensis a Gallis Braccatis ipsum inhabitantibus, proinde Burbatensis a Tarquinio[w] Barbantio, qui quondam[x] territorium subiugavit[y], appellatus est. Insuper comitatus Nerviensis a Nervia eius metropoli civitate dictus est, prout superius est ostensum, libro . .[c], capitulo . .[c. 12], et sub ista finali denominacione vicissim fuit comitatui Montensi coadiunctus, prout, Deo duce, inferius ostendetur suo loco. Item ad dictum comitatum pertinuit territorium Propancium, sic ab ydolo Pan antiquitus vocitatum, prout patuit superius in multis passibus prime partis et specialiter in primo prologo[z], capitulo . .[c], et libro . .[c], capitulo . . .[13], et hic comitatus nunc dicitur comitatus Montensis, et ista patent ex superius dictis et dicendis. Ex supradictis igitur comitatibus et territoriis extitit territorium Hanoniense antiquitus integratum; et sic patet prima pars dicte conclusionis fore vera. Sed

*3a conclusio. *4a conclusio. *2a articulus. *1a conclusio.

a) *deest B* 2. b) generalitate *codd.* c) *numerus deest codd.*, XII. *supplendum.* d) *deest B* 1. e) *numeri des. codd.* f) Alemannia — appellatum *om. B* 1. g) erunt hoc̄cl . . *B* 1. h) et *B* 2. i) beluacinum *B* 2. k) cameracisium *B* 1. l) hayoie *B* 2. m) videlicet *add. B.* n) adhuc *B.* o) adiungebatur *B* 1. p) patet superius *B.* q) cambronaria *B.* r) *superscr. A.* s) tarquino *B* 2. t) condam *B.* u) *post* prol. *spatium vacuum B* 1.

1) Auctor nomen Galliae a voce graeca γάλα deduxit. 2) L. III, c. 45: *Que pars Gallie a Piconiis postmodum Picardia noscitur denominari.* 3) Solemmes intelligitur. 4) Famars. 5) Auctor describit limites totius civitatis Cameracensis, non pagi Hanoniensis proprie dicti. De ambitu silvae Carbonariae cf. Duvivier I, p. 20. 6) L. III, c. 36. 7) I. e. cum pago Brachatensi. Cf. Duvivier I, p. 10. 8) V. de hac re Ch. Piot, 'Les pagi de la Belgique et leurs subdivisions pendant le moyen âge' ('Mémoires cour. par l'académie de Belgique' XXXIX. 1876) p. 5. 9) Albanos Belgas civitatem Senonensem bellantes adiuvisse Lucius Tungrensis ap. Iacobum I, c. 67. fabulatur. 10) L. I, c. 67. 11) Vide quae auctor in prologo c. 35, supra p. 94. de Brachatensibus disserit. 12) II, c. 64, ed. Fortia I, p. 246: *Ab his postmodum . . . oppidum Blandini, quod postmodum dictum est Nervia et nunc Tornacus dicitur, fundata, populata et ampliata feruntur.* 13) Prol. c. 35; III, c. 1, supra p. 94. et 101: *In medio autem dicte silve Carbonarie erat phanum Pan super unum montium, a quo territorium illud dictum fuit Pannonia vel Propancia a Pannoniis, qui illuc phanum fundaverant.*

secunda pars eiusdem conclusionis patet superius in prima parte libri . . [a]; capitulo . . [a]. Patet etiam ex inferius dicendis: nam legitur, quod civitas Cameracensis a temporibus Hunorum atque Wandalorum, qui omnes quasi civitates Galliæ prostraverunt, usque ad tempora Walteri Montensis comitis[1] ipsa extitit metropolis non solum in spiritualibus, verum eciam et temporalibus tocius silve Carbonarie.

Cap. IIII. Unde comitatus Ostrevanensis sic denominatur.

Et licet ducatus aut comitatus Ostrevanensis, ab Austraziis sive Ostrogotis sic nominatus, per se nunc videatur solum aliquali denominacione segregatus a dicto Hanoniensi comitatu, fuit tamen et est auctoritate imperiali a tempore Balduini Animosi comitis Hanonie et Flandrie[2] eidem inseparabiliter tamquam allodium liberrimum copulatus et adiunctus. Ista conclusio patet quoad suas partes. Fuerunt nonnulli dicentes, quod ducatus ille ab Austrasiis regibus Germanie sortierit[b] denominacionem. Ad quorum oppinionis confirmationem allegant[c] ducis Aldebaldi[d] Duacensis et Vitam sancte Regine Dononiensis[e.4], qui de sanguine Austrasiorum descendentes dictum ducatum possederunt[5]. Iterum iidem sunt allegantes Fundacionem ecclesiarum sancti Amandi Elnonensis in Pabula[6], sancti Maurunti atque Rictrudis Marsianensis[7] et sancti Petri Hasnoniensis[8], qui a Dagoberto et eius filio aliisque regibus et reginis Austrasiorum solempniter dotate et astipulate dignoscuntur. A quibus Austrasiis Ostrevannus ducatus sortitus est denominacionem, prout dicere videntur. Sed alii dicunt et verius, ut Thomellus, qui de territorio illo historiam compilavit, et Almericus[f] in sua cronica, quod Ostrevannus ab Ostrogotis suum assumpsit denominacionem. *Anno*, inquiunt, *Domini CCCCLIII° Athila rex Hunorum adiuncto sibi Walamero[g] Ostrogotorum et Ardarico Gepidarum regibus, Hernaco, Guindhzic[h], Tuidemere, filiis eorum, cum innumerabili populo aquilonari Galliam ferociter invaserunt et per Austrasiam inferiorem pervagantes Bavacum, Phani-Martis, Castrum Cesaris[9], Valencianas, Ablatonas, Serviam[10], Tornacum, Attrebatas et omnem locum munitum debarcantes, regionem illam naturaliter fertilem et inexpugnabilem inter ceteras sibi notaverunt. Consequenter Galliam superiorem devastantes et solo penitus omnia prosternentes, bello Cathalanico contra Actium patricium Romanorum completo, Athila silvam Carbonariam, Walamerus Pabulam cum suis adiunctis petierunt, annis pluribus commoraturi, novos Hunos atque Ostrogotos iterum expectando, plura fortallicia in dictis territoriis componentes, prius composita destruendo, ripparias ac territoriis nomina imponentes, alias imposita quassando. Walamerus vero in Pabula, que omne solum obtinebat a civitate Cameracensi[i] usque ad castrum dictum Insulas[11], et a civitate Attrebatas usque Valencianas suum protendit dominatum; quod quidem solum ab Ostrogotis primo Ostrogotia[k], deinde Ostrevannus ad placitum appellatur. Postremo in partibus quatuor dicisum concernitur, in Obterbentum videlicet, Lesiam[12], Carumbannum[l.13] et Pabulam, in qua Pabula denominacio primaria sola remansit. Illuc Walamer rex primum condidit fortalicium, quod nunc Wallers[m.14] nuncupatur; hinc est, quod adhuc prata illuc Walameris nuncupantur. Hernac, Athile filius, postmodum aliud construxisse fortalicium fertur, quod nunc Hornaing[n.15] appellatur. Ardaricus rex illuc etiam fertur construxisse fortalicium, quod Ardre[16] Gallice nuncupatur. Tudemer fortalicium, quod tunc Tuder, sed nunc Duacum a dote facta[o] sancte Rictrudi sic appellatum fundasse dicitur. Hii reges et principes dicta fortalicia muris, fossatis et aggeribus et quamplurima alia fortificaverunt loca, quorum aliqua usque ad ista nostra perduraverunt tempora. Paucis postmodum evolutis annis Athila Walamerum et ceteros, ut ad Ytaliam secum progrederentur, demandavit; qui, dictum territorium fortissimis Ostrogotorum militibus premunitum relinquentes, cum Athila recesserunt. Tandem Athila in Ytaliam ex appoplexia mortuo, Walamer et Tuidemer[p], eius frater, cum suis Ostrogotis ad propria remeantes, in suum tamen dominium specialius dictum territorium applicantes et personaliter inhabitantes, propriis Ostrogotorum legibus, libertatibus et iuribus censuerunt congaudere et contra adversantes Romanos, contra Hunos, Francos et Wandalos potenter se deffendentes et in suis libertatibus persistentes, allodium liberum merito censuerunt perpetuo appellare.* Hec in virtute Thomellus et Almericus[q], quibus satis concordat Sigibertus[r] Gemblacensis[13], prout inferius apparebit. Secundo vero pars dicte

a) *numeri des. codd.* b) sociorit *A*; sorciorit *B* 1. c) gesta *vel* historiam *supplendum videtur.* d) allebaldi *B* 2. e) denoniensis *B* 1. f) ailmericus *B.* g) walamaro *B* 2. h) guidhzit *B* 2. i) camberacensi *B.* k) ostrogocia *B.* l) carrumbannum *B* 2. m) walers *B.* n) horosin *B* 2. o) facto *B* 1; factum *B* 2. p) tuiduimer *B* 1. q) ailmericus *B.* r) *ita semper A. B* 1; *modo* sigibertus, *modo* sigebertus *B* 2.

1) L. II, c. 36. 2) Qui Pippini regis tempore vixisse fertur. 3) A. 1171—1195; cf. Duvivier, 'Recherches' I, p. 110. 4) Auctor hic Aldebaldum ducem, maritum S. Rictrudis, et Aldebertum ducem, maritum S. Reginae, confudisse videtur. 5) Chron. Marcianense c. 2. tradit Adalbaldum ducem multis possessionibus in pagis Flandrensi, Legiensi, Adartensi, Austrebatensi et Pabulensi sitis monasterium Marcianense ditasse. C. 5: *Dux igitur Adalbaldus necessitate urgente a pago Austrebatensi, quem vulgari nomine Ostrevannum vocant, in Wasconiam proficiscitur.* 6) Pevèle. 7) Hoc est Chron. Marcianense. 8) Thomelli Hist. monast. Hasnon., SS. XIV, p. 150, quam infra exscripsit, in animo auctor habuisse videtur, in qua nihil hac de re legitur. 9) Apud Vaulx villam exstant hodieque rudera veteris castelli origine Romana dicti Château de César. Cf. Chotin, 'Etudes étymolog. du Hainaut' p. 238. 10) Chièvres, quod oppidum Servius rex II, c. 36. fundasse traditur; cf. supra VIII, c. 3. 11) Lille. 12) I. e. pagus Leticus. 13) Pagus Karabant. Cf. Spruner-Mencke nr. 32. 14) Wallers (arrond. Avesnes). 15) Hornaing (arrond. Douai). 16) Ardres inter Arras et Calais? Potius Arbres videtur legendum. 17) Cf. Sigib. a. 457. 459.

conclusionis apparebit inferius, Deo duce, libro . .[a], capitulo . .[a], ubi ostendetur dicti ducatus acquisitio et ad Montensem comitatum applicatio et imperatorum confirmacio.

Cap. V. Quando et a quibus territorium Hanoniense sic appellatum est.

Quot et, sicut dictum, Hanoniense territorium antiquitus Huniacum[b] extitit appellatum, ita et Haynaucum aut Haynoense legitur pluribus temporibus vocitatum extitisse. Prima pars huius conclusionis patet ex dictis Thomelli dicentis, quod territorium silve Carbonarie, quod a Hunis temporibus diversis et pluries inhabitatum legitur, Hunyacum[b] et ripparia in eodem preterfluens Haynia appellata feruntur. De ista materia plenius habetur superius in prima parte, libro . .[a], capitulis pluribus[1], et inferius, libro . .[a], capitulo . .[a]; sed secunda pars dicte conclusionis patebit inferius in legendis tam beati Gisleni[c][2] et sancti Oberti[3] quam sancti Humberti[4] et Veronis[5] atque plurimorum aliorum[6]. Patet eciam in cronicis Andree Marsianensis, libro tertio, capitulis pluribus[7]. Patet etiam ex litteris donationis ecclesie beate Marie Valencenensis, quam comes Balduinus dedit monachis ecclesie sancti Petri Hasnoniensis, in quibus dictus Balduinus vocat se ipsum comitem Montis in Haynauco[8]. Et hoc idem habetur in circumferencia sigilli, quo dicte sigillate sunt littere. Sed unde ista diversitas denominacionis processerit, ignoro, nisi forte, quod[d] possibile est, quia[e] ydeoma istius territorii[9] et maxime Montensis semper fuit rude, impolitum atque grossum et grossius quam sit[f] modernis temporibus, et illa varietas potuit esse in causa. Exempli gratia: nunc communiter Montenses et circumvicini pronunciant a primam vocalem cum u[g] et e converso; et ubi debet esse u cum a, sepius dimittunt u et pronunciant a simpliciter et e converso; nam in vulgari communiter asinum, quod est animal, rude vocant 'aune' per[h] u, ubi debet simpliciter[i] esse a vocalis sine u. Item mensura panni, que dicitur ulna et vulgariter dicitur 'aune', a cum u, dimittunt u et sonant a per se; et sic de multis. Ita potest dici ad propositum de denominacionibus antedictis dicti territorii, quod aliqui sonabant a pro u aut cum u et e converso, et aliqui aliter pronunciabant; et sic de vocalibus ceteris potest dici. Responsalis conclusio ad quesitum, quod et[k] licet dictum territorium a Hunis Huniacum[l] aut Haynoense denominatum extiterit, tamen a tempore comitis Balduini[10], qui monasterium Hasnonii[m] repparavit, dotavit et ampliavit[11] et in eodem sepeliri voluit, a 1070. quibusdam gramaticis paulatim[n] usum introducentibus, forte ad evitandum cacefaton[o], Hanoniense appellatum repperimus. Prima pars huius conclusionis patet ex prehabitis; et secunda pars patet ex historiis Andree Marsianensis, libro tertio, capitulo sexto[12], et consequenter in pluribus locis suarum cronicarum.

Cap. VI. Responsiones ad argumenta in oppositum facta[p].

Et tunc[q] restat respondere ad argumenta facta in oppositum. Ad primum, quando arguitur sic: *primum denominacionem assumpsit ab his, qui cum*[13] et cetera, respondeo tripliciter. Et primo dico, quod Huni quandoque dicti sunt Hungari et e converso, prout ostendit Bartholomeus de proprietatibus rerum, libro XV°, capitulo 'Hungaria'[14]. Et hoc eciam fuit ostensum superius in prologo libri primi, capitulo 'Panonia'[15]; et si sic, non[r] differunt tunc Hugo et Thomellus aut Almericus a Sigiberto, nisi solum de tempore; quod quidem est accidens questioni nostre, licet accidens multum conferat ad cognoscendum quod quid est et cetera. Secundo aliter potest responderi, quod et[s] licet aliquota pars silve Carbonarie tempore Servii[t] regis Romanorum dicta fuit Hugnia aut Huyna[u], prout ostensum est, non tamen tota nec adeo generaliter vocitata denominacione tali, sicut fuit a tempore ultimatorum Hunorum,

a) *numeri des. codd.* b) huioiacum *B* 2. c) guisleni *B* 2. d) quis *codd.*; quod *emend. Fortia.* e) quod quis *codd.* f) si *A*; *deest B* 2. g) v *B semper.* h) cum *B* 2. i) esse simpl. *B* 1. k) et *deest B* 2; *parum clare B* 1. l) huyn. *B* 2; hunyacum *B* 1. m) qui monasterii rep. *B* 2. n) paulatinc (?) *B* 1; paulatine *B* 2. o) cachefaton *B* 2. p) facta *om. B* 2. q) nunc *B* 2. r) tunc non diff. *B.* s) *deest B* 2. t) selvii *B.* u) huynā *B* 1.

1) Cf. l. II, c. 35. 36. 39. 2) Vita II. S. Gisleni c. 4: pagus Hanoniensis *Haynau* scribitur. 3) Vita S. Autberti c. 11 (Surius VI, 2, p. 251) *pagumque Hagnon penetrans.* 4) Vita S. Humberti c. 13: *in pago Hagnon*; c. 21: *in pago Haignon.* 5) Auctor errasse videtur; nihil enim eiusmodi in hac Vita invenio, quamquam Hanoniae oppida Valentianae et Mons ibidem commemorantur. 6) L. IV, c. 13. dixerat: *et usque in hodiernum diem patria dicitur Hagenoia, a Hainicis sic dicta.* 7) Andr. March. III, c. 3: *Haginoensi comitatu*; c. 4: *comiti Hainoensi.* 8) Cf. chartam a. 1086. in Miraei Opp. dipl. I, p. 268, ubi legitur: *Balduinus . . comes de Montibus castello sito in pago Hainauco.* 9) Iam l. IV, c. 13 (Fortia III, p. 170) de idiomate Hanoniensi locutus erat, quae dicta, ridicula quidem, hic annotare liceat. Postquam enim Thuringos et Bavarios cum Hericynis Hanoniam occupasse Caesaris tempore fabulatus est, sic pergit: *et hic primo sic idiomata miscuerunt adinvicem, quod nec purum Gre-cum, quod erat idioma Haynicum, nec purum Saxonicum loquebantur. Postmodum vero, prout inferius dicetur, Cesar cum Romanis idiomata transmutavit, sed semper in illis territoriis idioma Saxonicum idioma Romanorum corrupit; quod patet usque in hodiernum diem*; V, c. 1: *usque in hodiernum diem, corrupto idiomate nostro, Belgnies vocitatur.* Similiter l. IV, c. 25 (Fortia III, p. 222) contendit Belgos lingua Graeca usos esse. 10) Balduini VI. 11) Cf. Thomelli Hist. monast. Hasnon. c. 17, 88. XIV, p. 156 sq. 12) Andr. March. III, c. 4: V. supra p. 108, n. 3. In c. 6. Andreae in codd. diversis comes modo *Hainonensis*, modo *Hainoensis* appellatur. Cf. ed. Duac. p. 798. 820. 13) Scil. *cum Pannoniis tempore Servii regis Romanorum ad Galliam inferiorem descenderunt*; cf. supra c. 2. 14) Barth. Angl. XV, c. 116: *provincia, que ab Hunis quondam occupata ab eodem populo Ungaria vulgariter est vocata.* 15) Prolog. c. 28.

de quibus Sigibertus facit mentionem. Aliter tercio potest responderi, quod, sicut Erodotus[a] ostendit et Orosius confirmat, Hungaria atque Hugnia duplex reperitur, maior videlicet et minor. Potest esse, quod Hugo et Almericus sive Thomellus loquuntur de maiori et Sigibertus de minori vel e converso; et sic non contradicunt inter se. Et tunc ad formam declino minorem, et ad eius probacionem immediate responsum est. Ad[b] secundam racionem responsum est in tercia et quarta conclusionibus immediate supradictis. Ad terciam racionem, quando dicitur, quod Hanonia dicitur quasi 'Hayt[c] nom'[d]; revera hec ethimologia fuit michi improperiose Parisius[e] et alibi quam pluries tanquam Hanoniensi improperata; et proch dolor! per experienciam multociens extra patriam veram esse comprobavi, demeritis non exigentibus. Sed unde sic generaliter huiusmodi odium originem habuerit, profundius perscrutans, consideravi plures causas potuisse concurrisse[f], videlicet improborum cotidiana sublimitas ac[g] proborum dominorum principancium magnanimitas, in adversariorum vindicte crudelitas, vicinarum nacionum invidiosa scurrilitas, officiatorum patriam regencium insaciata cupiditas, legum patrie aut consuetudinum cotidiana mutabilitas, iusticie phalerata flexibilitas, feneratorum improba rapacitas, homicidiorum crudelium pluralitas, lingue eorum contra vicinos irrefrenata loquacitas. Hec et consimilia esse[h] possunt cause forte, quare plus debito ab[i] extraneis odiuntur.

Cap. VII. De origine regum Francorum.

Actor: Quia enim sepedictus Hanonie principatus sub Francis multis extitit temporibus, prout luce clarius apparebit, et ab ipsis primis regibus et gentibus[k] principes eius moderni et aliqui eorum predecessores sumpserunt exordium, idcirco eorum originem huic operi ascri-
Sig. p. 300 bere convenienter existimavi. Sigibertus: Post igitur illud famosum — — ad internecionem[l] proterunt.

Cap. VIII. De exordio regni Hunorum.

Actor: Quia nonnulli autumant principatum Hanoniensem, prout declaratum est, a Hunis primariam sortiri denominacionem, quid magni, ymo maximi historiographi de ipsis scripserunt[l*], in prologo prime partis superius conscripsimus; sed quid Sigibertus senserit de eisdem, hic consequenter eius oppi-
Sig. p. 301. nionem conscribemus. De regno Hunorum, inquit Sigibertus — — in hoc tempore[m] annotabimus. Hec Sigibertus. Actor: Lucius Tongrensis et Hugo Tullensis de Hunis ante tempora a Sigiberto hic notata plura prolocuntur[n] mala perpetrasse, prout patet superius in prima parte harum historiarum, libro secundo, capitulo XXVII[1]. Verumptamen, quid Sigibertus de eisdem senserit, aliqua diximus[o], et iuxta eius oppinionem consequenter prosequemur.

Cap. IX. De origine Ostrogotorum.

Actor: Porro quia Ostrogocia[p] minor una est de partibus principatum Hanoniensem integrantibus, prout superius in questione declaratum est, eciam propriam sibi denominacionem importans: idcirco de Gothis et Ostrogothis, a quibus sortita est eius primaria denominacio, iuxta historiographorum scripta originem eorum in patibulo propandam. De origine Ostrogothorum igitur tractaturi, sciendum, quod Gothi
Sig. p. 301 et a. 309. apud antiquos — — in regnum coaluerunt[q] et Tholosam civitatem regiam caput regni eorum stabilierunt. Porro Gothi — — in Ytalia.

Cap. X. De origine Wandalorum.

Actor: Denique Wandali, Gothi et Ostrogothi[r] Hanonie patriam aliquantisper temporis[s] subicientes atque domantes, eam aliquamdiu inhabitaverunt. Racione cuius, qualiter et quando hoc extiterit,
Sig. p. 301. et eorum originem et finem sub brevibus verbis enodabimus. Sigibertus: Wandali quoque — — dilaceraverunt et omnes earum terras perlustrantes suis dominiis pro tempore subiecerunt[t]. Sed Gothi eos — — perturbaverunt.

Cap. XI. Cathalogum Belgorum.

Actor: Quia superius in prima parte explanavimus originem principum territorii Belgensis, quod et Hanoniensis procul dubio dicitur, prout in diversis passibus indubie ostendimus, hic breviter et succincte recapitulando eorum cathalogum annotabimus, et a Bavone quondam rege[o] Frigie incipiemus. Anno igitur a mundi creacione duo milia VII[c] LXXXVIII[o], tempore, quo iudicabat Israel Abdon, anno octavo, ab ultimata destructione civitatis Troie per Argivos fere quinto, Bavo primus[u] regnavit super Belgos annis tredecim, secundus filius eius Bavo Belgineus[s] primus archidruyndus, id est princeps sacer-

a) erodocus *B* 2. b) Sed *B* 1. c) bait *B*. d) non *B* 1. e) parisiis *A*? f) concurrere pot. *B* 2. g) et *B* 2; ac — scurrilitas *om. B* 1. h) poss. esse *B* 2. i) *deest B* 2. k) qntibus *post corr.* sequentibus *B* 1. l) internitionem *B* 2. l*) scripserint *B* 1. m) opere *Sig.* n) proloquuntur *B* 2. o) et consequenter *add., sed del. A.* p) astrogocia *A.* q) conualuerunt *B* 2. r) ostrogboti *B* 2. s) temporū *B* 1. t) subicerant *B* 1. u) regis *B.*

1) Lib. II, c. 27. nihil de Hunis legitur; auctor autem aperte ad c. 33—36. eiusdem libri revocat, ubi Lucius et Hugo exscribuntur. 2) Cf. Iac. de Guisia l. I, c. 13, ed. Fortia I, p. 230, c. 20, l. l. p. 262. 3) Ib.

dotum et regnavit annis XLIIII. Tercius Bavo Leoninus[1] annis XX. Quartus Bavo Luppinus[2] annis L. Quintus Bavo Brunus[3] annis XXXV. Sextus Brunehuldis[4] annis LXVII. Septimus Bruno[5] annis XXXVI. Octavus Aganippus[6] annis XXIX. Nonus Aganippus secundus[7] annis L. Decimus Audengerius[8] annis XXXIX. Undecimus Herisbrandus[9] annis XX. Dicti igitur archidruyndi in principatu Belgensi regnaverunt circiter annis quadringentis et uno[a] usque ad tempora Ozie regis Iude, fere usque ad annum quinquagesimum eiusdem Ozie regni. Post dictos druyndos in eodem principatu successerunt reges anno primo constitutionis olimpiadum, quorum primus fuit Ursus[10] et regnavit in regno Belgorum annis[b] XXXIIII. Cui successit Ursa[11], que, antequam maritaretur, regnavit fere annum cum dimidio. Loco cuius successit Gurgunchus[12], maritus eius, et regnavit annis XXVIII. Quartus rex fuit Sisillius[13] et regnavit annis X. Quintus Friscembaldus[14] annis XXXI. Sextus Friscembaldus[15] secundus annis XXXII. Septimus Waringerus[16] annis XV. Octavus Leoninus[17] annis X. Nonus Leopardus[18] annis V. Decimus Leopardus[19] secundus annis XIII. Undecimus Leopardinus[20] annis XXXII. A morte Leopardini usque ad Cambrum fluxerunt fere anni duo, in quibus Belgis caruit rege. Duodecimus regnavit Camber annis XX[21]. Tercius decimus Melbrandus[22] annis XV. Quartus decimus Blandinius[23] annis sex. Quintus decimus Suardus[24] annis XV. Sextus decimus Leo[25] annis VII. Septimus decimus Walacrinus[26] dux annis XIII. Et sic iuxta computacionem Lucii ab initio regum usque ad tempora, in quibus inceperunt eligere duces, fluxerunt duo et septuaginta olimpiades cum duobus annis, licet computacio Eusebii aliquantulum a dicta[c] discrepet[d] computacione. Postmodum vero ducum annuorum electio duravit fere sex et viginti olimpiadibus, quibus temporibus quasi nullus annotatur princeps, Misseno[27] dumtaxat excepto. Tandem vero temporibus Brennii et Breni[e] regum constituitur Leo[28] rex Belgensium[f], filius Misseni ducis, olimpiadis nonagesime octave et regnavit annis LX. Leo huius nominis secundus successit dicto[g] Leoni olimpiadis CXIII. et regnavit annis LVI. Leo huius nominis tercius successit dicto[h] Leoni olimpiadis centesime vigesime septime et regnavit annis LXXVI. Leo huius nominis quartus successit dicto Leoni olimpiadis CXLVI. et regnavit annis XCVI. Leo huius nominis quintus successit dicto Leoni olimpiadis centesime septuagesimo et regnavit annis XX. Goomerus[29] successit dicto Leoni olimpiadis centesime septuagesime quinte et regnavit annis VIII. Taynardus[30] successit Goomero olimpiadis centesime septuagesime septime et regnavit annis XVI. Ursarius[31] successit Taynardo olimpiadis centesime octogesime prime et regnavit annis IIII. Andromadas[32] successit Ursario olimpiadis centesime octogesime secunde et regnavit mensibus VI; in quo finitur regnum Belgense. Abhinc super territorium Belgense obtinuit principatum Iulius Cezar[i], et consequenter imperatores usque ad tempora Graciani, Valentiani[k] et Honorii. Quibus temporibus supervenerunt Franci, Huni, Ostrogoti et Wandali et cetere nationes. Qui principatum a Romanis abstulerunt, prout ostendetur inferius, Domino concedente, suo loco.

Cap. XII. Cathalogum illustrium principum Hanonie.

Sicut in superioribus libris verum ostendimus cathalogum, a quibus Belgii processerunt, ita nunc ostendemus veram, Deo duce, genealogiam, a quibus principes Hanonienses moderni originaliter descenderunt. Ostensum est etiam superius, qualiter Belgii principaliter territorium, quod nunc dicitur Hanoniense, coluerunt, et deinde, qualiter Iulius Cezar[l] cum suis Romanis dictos Belgas contriverunt et dictum territorium cum innumerabilibus aliis proprietati eorum applicuerunt, postmodum, qualiter Britones et Huni, Ostrogoti, Wandali et cetere aquilonares nationes Romanos in dicto territorio habitantes expulerunt, et finaliter supervenerunt Franci, qui tandem huiusmodi[l] populos prostraverunt et dictum territorium incoluerunt pacifice, a quibus moderni comites indubie processerunt, prout patet in hac vera consequenti genealogia. Anno igitur Graciani et Valentiniani imperatorum, qui fuit ab incarnacione Domini CCCLXXXI, primus inter Francos regnavit Priamus annis quinque[m]. Secundus Marcomirus, filius eius, annis tribus et triginta[34]. Tercius Pharamundus annis undecim[35]. Quartus Clodius rex, filius eius, qui dictus est Crinitus, annis decem et octo[36]. Quintus Albericus[n], filius eius[37]; hic a Meroviogo per violenciam expulsus, apud Austrasios regnavit annis[n.38] . . . Sextus Waubertus, filius eius, annis . . . Septimus Waubertus[o] senator, frater Ausberti senatoris, filius Wauberti, annis . . . Octavus sanctus Vincentius loco Waldetrudis, que fuit filia dicti Wauberti[p], annis . . . Nonus Hidulphus[q] loco sancte Aye, que iure naturali successit in ducatu sancte Waldetrudi, annis . . . Decimus Brunelphus [filius[r]] . . .; hunc Dagobertus interfici iussit et magnam partem ducatus sibi applicuit. Undecimus

a) unum *B* 1. b) *deest B* 1. c) ab ista *B* 2. d) dicitq *B* 1. e) brami *B* 2. f) Belgy *B* 1. g) dicti *B* 1; h) dicti *B* 1; dicty *B* 2. i) cesar *B*. k) *post in loco vacuo relicto suppl. A; deest B.* l) hui° *codd.* m) silbericus *B* 1. n) *lacunae sequentes in omnibus codd.* o) waubertus *vel* wansbertus *B* 1; u *et* n *raro distingui possunt.* p) wausberti *B.* q) Ydulphus *B* 2. r) filius hidulphi *del. A*; filius . . . *B* 2; *spatio vacuo non rel. B* 1.

1) Iac. I, c. 22. 2) Ib. c. 24—27. 3) Ib. c. 30. 31. 4) Ib. c. 33—50. 5) Ib. c. 53. 6) Ib. c. 54. 7) Ib. c. 59. 8) Ib. c. 65. 9) Ib. c. 67—69. 10) II, c. 1—10. 16. 20. 21. 11) Ib. c. 22. 23. 12) Ib. c. 23. 13) Ib. 14) Ib. c. 26. 15) Ib. 16) Ib. c. 31. 17) Ib. 18) Ib. 19) Ib. c. 32. 20) Ib. 21) Ib. c. 40. 22) Ib. c. 50. 23) Ib. c. 54. 24) Ib. c. 54. 56. 25) Ib. c. 56. 26) Ib. c. 56. 64. 66. 27) III, c. 15. 16. 28) Diversi reges huius nominis a scriptoribus in prima operis parte allatis non satis distinguuntur. Cf. c. 58. 71. 29) Ib. c. 84. 30) Ib. c. 85. 31) Ib. c. 95. IV, c. 26. 32) Ib. c. 30. 33) Cf. Sigeb. Chron. a. 448. nihil legitur. 34) Sigeb. 385. 35) Ib. 419. 36) Ib. 430. 37) De Alberico apud Sigebertum VI, p. 300. 38) Hinc auctor seriem principum Hanoniae prorsus fictitiam usque ad saec. X. exhibet.

Albericus, filius Brunulphi, anno VI^c XLVI, temporibus Sigiberti regis Austrasiorum, Pippini[a] atque Karoli Martelli. Duodecimus Walterus, filius eius, orphanus, temporibus Pippini regis Francorum. Tercius decimus Waltericus, filius eius. Quartus decimus Albo temporibus Karoli Magni. Quintus decimus Manicherius, filius eius, temporibus Ludovici Pii, qui fuit pater aut avunculus primi Ragineri. Sextus decimus Raginerus, dictus Longi[b]-colli[1], filius eius, temporibus Ludovici regis Francorum, filii Karoli Calvi. Septimus decimus Raginerus, filius[2] eius, temporibus Hugonis Capet. Octavus decimus Raginerus[3], filius secundi Ragineri, temporibus Roberti et Henrici regis Francie. Nonus decimus Hermannus ex parte Richildis uxoris sue, que fuerat filia secundi Ragineri vel secundum aliquos tercii[4]. Vicesimus filius Balduini Insulensis ex parte uxoris sue Richildis[5]. Vicesimus primus Ernulphus[c], filius eius, quem Robertus Friso[d], eius avunculus, bello interfecit[6] et comitatum Flandrie tirannice sibi uzurpavit. Vicesimus secundus Balduinus, frater eius[7], filius dicte Richildis, qui mortuus est in Terram Sanctam. Vicesimus tercius Balduinus, filius eius, huius nominis secundus[8] post Richildem. Vicesimus quartus Balduinus, eius filius, huius nominis tercius[9] post Richildem. Vicesimus quintus Yolendis[10] comitissa loco proprii filii, videlicet Balduini. Vicesimus sextus Balduinus, filius Yolendis, dictus Edificator[11]. Vicesimus septimus Balduinus, filius eius, dictus Animosus, comes Flandrie et Hanonie et marcio Namurcensis[12]. Vicesimus octavus Balduinus, filius eius, comes Hanonie atque Flandrie atque imperator Constantinopolitanus[13]. Vicesimus nonus Iohanna, filia eius, loco cuius imperavit primo Ferrandus Portugallie, primus eius maritus, comes Hanonie atque Flandrie. Tricesimus Thomas Sabaaudie, secundus maritus dicte Iohanne comitisse Hanonie atque Flandrie. Tricesimus primus Margareta, predicte Iohanne soror, comitissa[e] Hanonie atque Flandrie. Tricesimus secundus Iohannes[14] comes Hanonie et primus comes Hollandie[f], Zellandie[g] atque Frisie[h], filius Iohannis, filii dicte Margarete[i]. Tricesimus tertius Guillermus[k], dictus Bonus, comes huius nominis primus, dicti Iohannis filius[15]. Tricesimus quartus Guillermus[k], eius filius, huius nominis secundus[16]. Tricesimus quintus Margareta[l], uxor Ludovici de Bavaria[17], soror dicti Guillermi. Tricesimus sextus Guillermus, filius eius, huius nominis tercius[18]. Tricesimus septimus Albertus, frater dicti Guillermi[19].

Cap. XIII. De imperio Graciani et Valentiniani imperatorum et[l] quibusdam eventibus illius temporis.

Actor: Generalibus igitur presuppositis ad inceptam et intentam revertamur historiam. Declaratum est superius in prima parte huius operis, qualiter Iulius Cesar principatum Belgense, quod et pro parte Hanoniense[m] nunc dicitur, conquisivit, et qualiter Romani imperatores a dicto Iulio Cesare consequenter in dicto territorio principatum eciam obtinuerunt[20] et rexerunt fere ad[n] tempora Valentis imperatoris. Nunc vero in ista secunda parte declarabimus, Deo duce, principum genealogias, qui consequenter usque ad moderna tempora dictum rexerunt et obtinuerunt principatum, iuxta opiniones[o] historiographorum, quos reperire[o] valui, annos computando iuxta Sigiberti Gemblacensis annotacionem, prout
Sig. p. 302. superius repromisi. Anno igitur ab Adam quatuor milia CCCXXXI[o] secundum Dionisium[p], anno vero domini Iesu Christi trecentesimo octogesimo primo secundum Dionisium, olimpiadis ducentissime octogesime none anno

a) pipin. *semper B* 2. b) longy *A. B* 1. c) ernoulphus *B.* d) frizo *B* 2. e) comitiſſ; *codd.* f) holandie *B* 2. g) zelandie *B* 1; zelaò *B* 2. h) frizie *et sic semper* z *in* frizo, frizones *etc. B* 2. i) margherete *B* 1. k) guilfmus, guiftus *semper A.* l) et de *B* 2. m) hanoiense *B* 2. n) usque ad *B.* o) oppiniones, repperire *semper fere B* 1. p) dyonisium *B* 2 *semper.*

1) Dubium est, num totius Hanoniae comes fuerit, quia eodem tempore Sigehardus quidam comes in Hanonia invenitur. Cf. Duvivier I, p. 88 sq. 2) IV. Filius viri, qui Ludowici Balbi tempore vixit, Hugonis Capet temporibus regnavisse minime potest. Confusio orta est, quod Iacobus non solum Raginerum II. et III., Hanoniae comites, sed etiam eos, qui Ottone I. et II. imperatoribus comitatui praefuerunt, omisit. Cf. Duvivier I, c. 1, p. 90 sq. 3) V. 4) V. infra l. XV, c. 1. 5) Balduinus Montensis, I. Hanoniae, VI. Flandriae comes. 6) Pugna apud Cassellum a. 1071, Febr. 20. commissa Arnulfum III. vicit, sed non interfecit. 7) Scil. Arnulfi, dictus Hierosolymitanus. 8) III. comes Hanoniae. 9) Iacobus uno Balduino hic abundat. 10) Filia Gerardi comitis Gelrensis. 11) IV. comes Hanoniae. 12) V. comes Han., VIII. Flandriae. 13) VI. comes Han., IX. Flandriae. 14) II. de Avesnis a. 1280—1304. 15) A. 1304—1337. 16) A. 1337—1345. 17) Imperatoris, a. 1345—1355. 18) A. 1355—1389. 19) A. 1389—1404. 20) Cf. IV, c. 56, Fortia III, p. 378.

quarto, post mortem impii Valentis imperant Gracianus et Valentinianus in imperio Romanorum. In regno vero Francorum Priamus, et in regno Ostrogotorum Wignitarius[a], et in regno Hunorum Balamber[b]. In anno Domini trecentesimo octogesimo primo Theodosius a Graciano — — diademate coronari. Anno Domini CCCLXXXII[c] Gracianus imperator — — abrenunciat mundo. Sig. p. 302. ib. 381. 382.

Cap. XIIII. De origine Maximiani et Karadoci[e].

Actor: In fine septimi libri superius ostensum fuit, quod Maximus per tirannidem principatum Hanoniensem cum ceteris circumvicinis territoriis contra imperatorem Valentinianum invaserat[1] et de facto possidebat: iustum est consequenter, ut, quis et unde fuerit, ex quo Hanoniensis princeps extitit, declaretur. Sciendum est, quod diversi diversimode ipsum nominaverunt: aliqui Maximum, ut Sigibertus[2], alii Magnum, ut Hugo et Almericus, alii Maximianum, ut patet ex historia Britonum. Ex historia Britonum: Ottavius rex Britannie senio confectus — — imperium ascenderunt. Galfr. V, 9.

Cap. XV—XIX.

Acquiescens verbis — — super omnia adoptaverat. ib. V, 10—15.

Cap. XX. Quod Maximianus XI milia virginum demandavit et de invasione insule Britannie et morte Maximiani.

Dyonocus[d] ergo — — Britannia vocabatur. Actor: Fertur, quod [contra[e]] hunc Maximum tirannum post capcionem civitatum Gallie inferioris Germani, Rethii[f] atque Rutheni[g], dum adhuc in Castro Cesaris dictus morabatur, cum apparatu feroci devenerunt usquē ad locum, qui nunc dicitur Magni, ab eventu [magni[h]] belli supra vicum Brunehuldis, qui fortissime contra eum bellaverunt diebus quam pluribus. Sed tamdem devicti, campum atque patriam Maximus obtinuit; et a dicto Maximo denominationem accepit dictus locus, qui a Castro Cesaris per duo milia passuum fere distat. ib. V, 16.

Cap. XXI. Quod sanctus Iheronimus[i] psalterium transtulit et correxit et de multis eventibus illius temporis.

Sigibertus: Anno D. CCCLXXXII. Psalterium — — in Grecum transtulit. Post Frithgernum — — obiit. Visigothi — — et hoc anno D. CCCLXXXV. Eodem anno Theophilus — — pervenit. Anno vero CCCLXXXIV. Basilius — — ab ecclesia expelluntur. Anno D. CCCLXXXV. Damasus — — dicitur Latine. Sig. 382—384.

Cap. XXII. Quod Franci expulsi fuerunt a silva Carbonaria.

Ex historia Almerici: Franci tempore Theodosii primo Germaniam atque Galliam incursantes, civitates plures disrupuerunt[k], utpote Coloniam, Neomagum, Tongrim; et tandem silvam Carbonariam subintrantes, castra quamplurima prostravere. Obsidentes autem Bavacum, que Octavia nuper dicebatur, ei gravia intulere discrimina. Verumptamen Morini, Tornacenses, Nervienses, Menapii, Fanimartenses[l] atque Cambrenses ex una parte, Treveri, Metenses[m], Tullenses, Argentini atque Maguncinenses ex alia parte, et[m'] in dicta obsidione contra Francos concordantes, exeuntibus Bavacensibus, ipsos Francos cruenter debaccaverunt[n]. Residuum vero a confinibus Gallie trans Rethnum[o], unde descenderant, effugere compulerunt. Ob quam stragem dicti Franci naciones dictas deincepsp exosas habuerunt[3]. Actor: Hoc idem habetur in historia Treberorum, capitulo primo, quod incipit: *Anno dominice incarnationis quadringentesimo sexto;* ubi sic habetur: Ex historia Treberorum: Tempore Theodosii Franci cum ducibus suis — — hiemare non presumpserunt. G. Trev. c. 22.

Cap. XXIII.[q] De quibusdam eventibus illius temporis.

Anno eodem Ambrosius — — scribit. Anno Domini CCCLXXXVI. Theodosius imperator — — desevit. Anno eodem Francis — — Germanie. Eodem anno Guignicarius[r] rex Ostrogothorum — — superat. Actor: Narratur siquidem in Gestis Phillippi[s] regis Francie[4], quod revolutis ducentis et viginti[t] quinque annis, ex quo Siccambria fundata fuerat a Troianis, qui in maximam gentem ibidem creverant, vigiuti tres milia a Siccambria recesserant, habentes principem nomine Ybor, et transeuntes Alemaniam, Germaniam et Austrasiam, venerunt in Gallias; et ibidem remanentes, sedem suam apud Luthetiam[u] constituerunt octingentesimo nonagesimo quinto anno ante incarnacionem Domini; et a Paride Alexandro filio sibi primiv nomen imponentes, se Parisios vocaverunt, quietam vitam ducentes longo tempore sub Romanis; que usque in hodiernum diem famosa inter Galliarum civitates reputatur. Anno Domini CCCLXXXVII. Maximus — — duobus. Anno eodem secundo — — perimerentur. Paula Rome — — incitat. Anno D. CCCLXXXVIII. Siricius — — canebant. Eodem anno Sig. 384. 385. Sig. G. Phil. Sig. 386. ib. 387.

a) wigintarius *B* 2. b) balamber *B* 2. c) Karadoti *A*. d) Dion. *B* 1. e) *addidi; deest codd.* f) rechii ? *codd.* g) rucheni ? *A*. h) *deest A. B* 1. i) ieronimus *B* 1. k) diripuerunt *B* 2. l) fanimartes *B* 1; fanimartes *A*. m) mentenses *B* 1. m') et *delendum videtur*. n) debaccarunt *B* 1. o) renū *B* 2. p) deinde *B* 2. q) *erasa haec A; fuit tamen* XXIII. r) guignitarius *B* 2. s) Phlippi *B*. t) triginta *Rig.* u) luthecium *B* 1; luthesium *B* 2. v) filio Priami sibi *Rig.*

1) VII, c. 70 (Fortia V, p. 298) ex Almerico. 2) Cf. Sigeb. a. 383, l. l. p. 302. 3) Haec e Gestis Trev. c. 22, sumpta sunt et amplificata: *Collecto exercitu Francos de Germania eiecerunt et apud Carbonariam silvam magna strage eos vicerunt. Hinc ortum est odium Francorum contra Trebiros.* 4) Rigordus de gestis Philippi Augusti ed. Delaborde p. 58.

Sig. 388–390. Franci — delent. Eodem anno Ostrogotis — — duobus. Anno Domini CCCLXXXIX. Valentinianus — — baptizatur. Anno Domini CCCXC. Maximus — — restituitur. Ab eodem anno Ostrogoti — — quadraginta.

Cap. XXIIIbis.a De Valentiniano imperatore et eventibus sui temporis.

Actor: Maximiano mortuo principatus tocius Gallie et per consequens Hanoniensis ad Valentinianum imperatorem reducitur[1]. Anno D. CCCXCI. Gregorius — — Rome claret. Anno D. CCCXCII.b capud — — potuit. Anno D. CCCXCIII. Alexandrie — — fruebatur. Anno D. CCCXCV. Iheronimo — — interpretes. Anno D. CCCXCVI. Valentinianus — — vitam finivit et seipsum suspendit. Eugenius — — tirannizat. Anno vero sequenti Theodosius — — tredecim. Anno D. CCCXCVIII. Wisigoti — — annis XV. Anno D. CCCXCIX. Anastacius — — domini nostri Iesu Christi. Anno Domini CCCC. Romanorum — — removit.

ib. 391–400.

Cap. XXIIII. De Arcadioc et Honorio imperatoribusd et quibusdam eventibus temporibus eorumdem.

ib. 401–404. Anno D. CCCCI. imperatores Archadius et Honorius — — conscribunt. Anno D. CCCCII. sanctus Martinus — — Prosperum. Anno D. CCCCIII. beatus Ambrosius — — militum. Anno D. CCCCIIII. Innocencius — — admittantur[e], et multa alia irrita et nefanda dogmatizabat. Hunc igitur — — impugnabant. Anno D. CCCCV. Rome — — declarata est. Eodem anno Iohannes — — revocatur. Anno vero sequenti Archadius — — comprehensis. Annis duobus sequentibus Augustinus — — reprehenderit. Sigibertus: Anno D. CCCCVII. Ragadaisus — — refellit[f]. Multis tandem — — omnibus suis. Anno D. CCCCIX. Iohannes Crisostomus — — intentat. Anno D. CCCCX. Archadius — — episcopo. Honorius — — annis XIIIIg.

ib. 405–408.

ib. 407–410.

Cap. XXV. Qualiter Wandali cum Crosco rege eorum Gallias invaserunt.

ib. 411. G. Trev. c. 22. Sigibertus: Anno D. CCCCXI. Wandali — — subvertunt. Ex historia Treberorum: Temporibus Honorii — — digna morte finivit. Anno D. CCCCXII. Alaricus — — expositus.

Sig. 412.

ib. 413–415. Sigibertus: Anno CCCCXIII. Wandali Gallias — — habitaverunt. Interim Wandalis — — venisset. Franci — — nominavit, prout in primo explanavimus libro. Honorius imperator — — tirannis. Hoc tempore Predestinatorum — — sumpsisse dicitur.

Cap. XXVI. De benedictione cerei et invencioneh corporis sancti Stephani prothomartiris.

ib. 417. 418. Anno D. CCCCXVII. Zozimus — — benedici. Eodem anno corpora — — delulit. Anno D. CCCCXVIII.

ib. 419–425. Orosius — — mirificavit. Eodem anno Honorius — — tradidit eis ad inhabitandam[h']. Sigibertus: Anno D. CCCCXIX. Sunnone[2] et — — ordinant. Anno D. CCCCXX. Bonefacius[i] — — clericus. Anno D. CCCCXXI. Iheronimus — — etatis sue XCVIII. Anno D. CCCCXXII. Franci — — iudicare decreverunt. Anno sequenti Honorius — — obiit. Theodosius — — debellat. Sed anno revoluto Wandali Mauritaniam invadunt. Anno D. CCCCXXV. Wandali Mauritaniam invadunt et subiugant. Eodem anno Wandali omne solum inter Rethnum et Scadum colliduntet depopulant et martires innumeros efficiunt.

Cap. XXVII. Qualiter Wandali totam Galliam vastaverunt et Fanismartensesk martirizaverunt.

Ex historiis Hugonis Tullensis et Almerici[1]: Temporibus Honorii imperatoris post atrocissimum[m] bellum silve Carbonarie contra Francos a communitatibus Gallie perpetratum, paucis annis interpositis, supervenerunt Wandali, Alemanni et Suevi, duce Crosco, qui Gallias infestaverunt multo ferocius Francis. Qua de re[n] quelibet civitas decrevit, quicquit[o] accideret, suos precise muros observare. Hii siquidem Wandali civitates et opida et quicquid[p] resistere eis videbatur solo coequabant. Devastatis igitur cunctis civitatibus Germanie, Gallias malleo crudelitatis eorum contuderunt. Dirripuerunt siquidem Maguntiam, Argentoratum[q], Treverim, Coloniam, Tongrim, Bisancium, Lingonias, Basiliam, Methis, Trecas, Senonas, Altissiodorum, Provinum[r], Parisius, Ambianum, Belvacum[s], Cathalanum, Remis, Laudunum, Vermandiam, Morinum et Atrebatas; et generaliter per totam Galliam Belgicam gladius ira-cundie eorum efferbuit[t.x]. Tamdem silvam Carbonariam subintrantes, primo Tornacum, deinde Fanum-Martis[u] obsidione vallaverunt; sed Fanimartenses exeuntes contra eos versus quemdam pontem, nunc Morchipontem, a strage christianorum illuc a Wandalis facta[v] nominatum, statim martirizati sunt; quo facto civitatem dirripuerunt[w]. Bavacum potenter quam citius obsidentes, totam dictam silvam Carbonarium perlustraverunt. Qui in eius[x] confinibus opidum parvum, fortissimum tamen et amenissime super

a) XXIII. *rudendo corr.* XXII, *et iterum restitulum* XXIII. *A, et ita B* 2; XXIIII. *B* 1, *et sic sequentia capitula uno maiora numerata sunt.* b) CCCo XIIo *B* 1. c) Archadio *B.* d) imperator *B* 2. e) admittantur *B* 2. f) repellit *B* 2. g) XIIII *Sig.* h) invencionis *A.* h') inhabitandum *B* 2. i) bonifacius *B* 2. k) fanimartenses *B* 2. l) *bis rubro et nigro atram. scr. B.* m) actroc. *A*; atrocibus. *B* 1. n) Fr. cadere *B* 1. o) quicquam *B* 1. p) quicquam *B* 1; quitq *A.* q) argētatum *B* 1; argentañ *B* 2. r) *in loco raso A*; puinñ *B* 1; pūm *B* 2. s) belunec *codd.* t) inferbuit *B* 2. u) fanimarñ *B* 2. v) factum *codd.* w) diripuerunt *B.* x) eiusdem *B* 2.

1) Sigebertus ad a. 390. haec tantum exhibet: *Maximus tirannus — in bello perimitur; et Valentinianus imperio restituitur.* 2) Francorum duce. 3) Usque ad hunc locum omnia fere ex Gestis Trever. c. 22. sumpta sunt, nominibus oppidorum nimirum omnibus fere additis.

ripparias plures situatum in valle iuxta montem Blandinii [invenerunt[a]]. Illuc acies eorum deducere proposuerunt, capta Bavonia. Qui ad obsidionem dictam revertentes finaliter ipsam ceperunt; quam spoliantes, muros, turres et palacium inconcussos reservantes pro refugio tutissime reservarunt. Expulsis aut[b] interfectis cunctis eorum adversariis, et civitate aliquantisper pacata, ad dictum opidum super Scadum et Lisam situatum devenerunt et obsidentes post multos conflictus ipsum obtinuerunt, cunctisque rebellantibus interfectis, pro perpetua inhabitatione ipsum elegerunt, nomen proprium Wanda imponentes. Fortissime munierunt dilatando et signis eorum consignando; signa siquidem[c] eorum erant scutum nigrum, in cuius medio erat circtecā argentea. Et sic Wandali silvam Carbonariam per plures annos tirannice tenuerunt, populis ad nemora diffugatis. Unde et Athila Hunorum rex in silva Carbonaria iuxta concursum rippariarum Albe atque Thenoris fortaliciam pro recursu fundans, in eius confinibus pluries hiemavit. Unde ab illo rege locus ille denominacionem sumpsisse a pluribus fertur, et Gallice Vies[d]-Ath[l] appellatur.

Cap. XXVIII.[e] Quod Honorius imperator dedit Wisigotis silvam Carbonariam et Gandense territorium.

Temporibus[f], inquiunt[g], Honorii Alaricus rex Wisigothorum accessit ad Honorium, quod unum e duobus eligeret: aut assignaret sibi terram in suo imperio ad perpetuo inhabitandum aut recederet a Roma cum suis senatoribus, quia in brevi eos occideret aut violenter inde eos expelleret. Videns imperator cum senatoribus pericula ipsis imminere, decreverunt, quod terre rebelles et indomite et periculis semper exposite[f] eis assignarentur, tali condicione, ut adversarios reipublice et Romanis rebellantes inde expellerent. Tunc dederunt concordi assensu Burdegalam[g] et Tholosam in Aquitania[h], Bavacum et Wandam cum tota silva Carbonaria in inferiori Gallia. Tunc Alaricus dono imperiali gavisus, Aquitaniam subintrans cum suis Wisigothis, in brevi interfectis cunctis adversariis, possessione data pacifice potitus est. Abhinc versus silvam Carbonariam properans, apud opidum, quod nunc dicitur Gotigniacum in Hanonia ab illis Gothis[i], acies stabilivit; abhinc legatos misit regi Wandalorum, ut quam citius[k] exiret terram, quam Honorius imperator sibi porrexerat, aut eamdem[l] sanguine suo inebriaret. Rex de Alarico non curans, ipsum exspectavit. Qui in dicta silva congressi sunt ferociter. Wandalis tandem fugientibus, Wisigothi civitatem Bavacensem sunt ingressi, quam repparantes et iterum fortificantes cum pluribus fortaliciis, patriam pacifice perenniter possidere sperantes; tamdem versus Wandam suas acies applicans, eamdem ferociter insultant et iteram atque iterum replicant. Videns, quod inanis esset labor, retrocessit. Et ut tucius silva Carbonaria atque Bavacum remanerent, abhinc recedens, duo castra contra Wandam fundari iussit in dicta silva, unum a dextris supra Teneram[m], et alium a sinistris supra Scadum, que Alaricus nomine proprio appellari iussit; sed nunc in ydiomate communi primum Alost[k], reliquum vero[n] Aledenardum[o-q] nuncupatur. Post pauca tempora Alaricus rex considerans solum silve Carbonarie penitus exhaustum et artum, periculis et bellis undique expositum, populum ferocem et indomitum, partem gentis sue illuc reposuit, partem vero aliam in Aquitaniam secum reduxit, Wisigothis igitur inferiorem Galliam ex dono imperatoris iuste et pacifice possidentibus, et populis terre ad propria cum pace revocatis. Et ecce subito post pauca tempora Bledam regem Hunorum cum Athila, fratre suo, cum Ostrogotis et Gepidis et innumerabilibus populis, qui Germaniam et Galliam pervagantes, omnem municionem fortem, velud leones agniculos et ignis stupas[p] aut tempestas horribilis cuncta desiderans extirpare, silvam Carbonariam finaliter sunt aggressi. In qua primo contra Wisigothas et Romanos viriliter congressi, in tercio bello victoriam obtinentes, Bavacum obsederunt. Qui superficiem[q] terre velud locaste[r] cooperientes, omnem municionem subiecerunt. Octavo igitur obsidionis mense, Wisigothis[s] contra Romanos in civitate discencientibus et noctu subterfugientibus[t], ipsis[u] fame periclitantibus, Hunis civitatem feraliter[v] insultantibus, eam obtinuerunt. Qui pro tempore ipsam inhabitantes et patriam circumvicinam fortiter reparantes, perpetuo illam terram sperantes inhabitare, de facto eam possederunt. Sed tamdem ab Ostrogotis infestati civitatem, velud latronum speluncam, succenderunt, turres, portas et muros solo coequantes, omnes extra territorium aufugerunt[w]. Et sic terminatur regnum civitatis Bavacensis. Actor: Apposui huic operi illa, in quibus dicti duo historiographi concordant. Quare michi iustum videtur consequenter apponere illa, in quibus in hac historia discordant. Primo ponit hic Almericus, quod Huni in hac obsidione castra quam plurima, utpote Hoyum[x], Hugniam[x-z], Hugniacum[y], Subhugniacum, Hunoniam et consimilia . . . . . [y]. Iterum dicit, quod nomina impo-

a) *deest codd.; suppl. Fortia.* b) autem *codd.; emend. Fortia.* c) quidem *B* 2. d) viex *B* 2. e) *numerus nigro atram. post add. A.* f) *in loco raso A.* g) brudegalam *B* 1. h) acquitania *semper B* 2. i) dicitur *add. B.* k) citus *B* 1. l) eodem *A*? *B* 2. m) u. a. dextris et al. a sin. supra scadum, a dextris supra teneram *B* 2. n) *deest B* 2. o) aldenardum *B* 2. p) stupas *vel* stirpas *non satis clare A. B* 2. q) super faciem *B* 1. r) locustas *B.* s) Wisigothos *codd.* t) subterfugientes *B* 1. u) ipsos *codd.* v) funeraliter *B* 2. w) affugerunt *A.* x) huniam *B* 2. y) *deest omnibus codd.; Fortia suppl.* nova denominatione appellaverunt; *cum autem inferius villulae enumerentur, quae tantum nova nomina acceperint, hic de fundatis ab Hunis, non aliter appellatis castris dici existimo, unde edificaverunt supplendum esse conicio.*

1) I. e. Vetus Ath. 2) Scil. Almericus et Hugo vicus com. Jumetz. Cf. Duvivier II, p. 708. 7) An Tullensis. 3) Inter Bruxellam et Gandavum. Huniolum *(Rignoeul)* legendum? 4) Audenarde. 5) Huy ad Mosam fl. 6) Heigne.

suerunt rippariis[a] silve Carbonarie, videlicet Hayne, Hunelle[b] et ceteris effluentibus[b] aquis. Iteram dicit, quod villule iuxta Bavacum, que dicuntur Hugnies[2], Hon[3], Surhon et huiusmodi[c] a dictis Hunis sortite sunt denominaciones. Iterum dicit idem Almericus patriam Hanonie ab eisdem Hunis Hunoniam primo appellatam fuisse. Et cetera multa dicit, quorum oppositum, saltem[d] quo ad determinationem temporis[e], Hugo Tullensis videtur superius asserere, prout patet libro secundo, capitulo trigesimo tertio et consequenter de Servio rege Romanorum, libro primo historiarum suarum, quibus concordat Historia Treberorum, dicit, quod Huni nichil construentes omnia solo prostraverunt[4]. Quid autem supradictis sit senciendum, in questionibus habitis diligens lector potest colligere. Prostratis tandem cunctis civitatibus Gallie, non solum superioris, verum et[f] etiam inferioris, Romani derelicti primitus civitatem Cameracensem resarcierunt; et ab hiis temporibus et deinceps ipsa iuncpit super[g] omnes silve Carbonarie civitates dominium obtinere, licet sibi illis temporibus equipollere viderentur Fanum-Martis et Ablatonas; sed Romanis id procurantibus, finaliter obtinuit[h] principatum.

Cap. XXIX. De quibusdam eventibus istius temporis.

Sig 426—431. Sigibertus: Anno Domini CCCCXXVI. Celestinus — — ceperunt. Anno D. CCCCXXVIII.[i] Theodosius — — quatuor et viginti. Eodem tempore Cassianus — — exponit. Romani — — tenuerant. Anno D. CCCCXXX. Clodius — — rex Ytalie. Anno vero sequenti Clodius — — habitavit. Almericus: Clodius filiam[k] regis Thoringorum desponsavit, ex qua filios quatuor suscepit. Qui Thoringorum rex super duo regna tunc dominabatur, videlicet super[k] Thoringiam et Austriam, a quo regnum Austrasiorum per filios Clodii regis
ib. 432-436. postmodum sumpsit exordium. Anno D. CCCCXXXII. Nestorius — — crucifixum. Anno sequenti tercio — — personam. Anno sequenti Sixtus — — presidet. In Gallia — — refrenaverunt. Anno D. CCCCXXXV. Germanus Autisiodorensis[l] — — clarent. Eodem anno Sixtus — — proscribitur. Eodem anno Etius — — solum. Anno D. CCCCXXXVI. Etius in graciam Romanorum ac imperatorum recipitur, hoc agente Rigula[m] Hunorum rege[k],
ib. 438-440. qui eciam Romanis federatus anno eodem moritur; sibi autem in regno Hunorum successit Bleda. Anno D. CCCCXXXVIII. Audoxia — — Augusti. Anno sequenti Wandali — — valeat.

Cap. XXX. Quod Clodius rex Francorum silvam Carbonariam invasit.

ib. 441. 443. Sigibertus: Anno D. CCCCXLI. Leo — — hostiam. Anno D. CCCCXLIIII. corpus Iohannis — — dampnacione.
ib. 445. Anno D. DCCCCXLV. Clodius rex — — occupavit. Almericus[n] et Hugo: Clodius rex Francorum Rethnum pertransiens, silvam Carbonariam ingressus[o], rememorans pristinam prostracionem Francorum illuc affuisse, macerias[o] atque ruynas tam Fani-Martis[p] quam Octovie[q] iussit solo coequari, nunquam repparaturas, residuum silve sue dominio perhenniter applicando. Et sic finitum est dominium silve Carbonarie et devolutum ad Francos[p]. Actor: Fingunt aliqui hunc Clodium fuisse, de quo habetur in historia quadam intitulata De Lansellino[r] du Lac[10], sed quia illa historia multa fantastica ponit, non adhibeo fidem dictis
ib. 446. eius. Anno D. CCCCXLVI. Britanni — — confligunt. Hec Sigibertus. Actor: Historie Britannorum videntur consonare, quod post dictum Aurelium Ambrosium in principatu regni Britannie successit Uterpandragon, filius[11] dicti regis defuncti. Qui quidem Uterpandragon fuit pater Arturi nobilissimi regis, qui iuxta historiam Balduini circa tempora ista natus fuisse fertur. De quo Arturo sic dicit Balduinus in suis historiis: Arturus tempore Leonis imperatoris totam Galliam ab occeano a parte septemtrionali usque ad Rodanum versus austrum et a regno Armoricarum a parte occidentis usque ad fluvium Rethni a parte orientis suo dominio potenter subiugavit. Hic a Carbonaria silva Hunos, Wandalos, Ostrogothos et Francos necnon et Romanos fertur expulisse et Galliam totam a tributis et vectigalibus cunctis liberrimam restituisse et a tirannide Romanorum perhenniter eripuisse. Actor: Verum quia de memorandissimis dictis actibus Sigibertus et Francorum historie necnon et Vincencius pauca valde proloquuntur, decrevi, ex eo quod princeps extitit Hanoniensis[q] territorii, que[r] de eo in historiis Britonum[12] repperi cum principibus Hanonie, prout iustum est, dinumerare.

a) hiistoriis *B* 1. b) affluențibus *B* 1. c) hi[s] *codd.* d) saltim *B* 1. e) temporum *B.* f) etiam et *B* 2. g) supra *B* 2. h) obtimur *B* 1. i) CCCCXXVII[o] *B* 1, *ut Sigeb.* k) *deest B* 2. l) Autissiodorensis *B* 2. m) rigla *A*; rugula *corr.* rigula *B* 1. n) Ailmericus *B.* o) materias *A.* p) del anselino *corr. eadem manu* del anseloto *B* 1; lanselino *B* 2. q) hasnoniensis *B* 2. r) ex que *codd.*

1) Le Honneau vel la petite Rhouelle rivuli, qui influunt in rivum dictum La Haine. Cf. Duvivier I, p. 178, n. 6. 2) Pro Bougnies scriptum videtur. 3) Hon-Hergies (dec. de Bavai). 4) Lib. II, c. 33: *Civitates et oppida undique velut horrenda tempestas solo coaequabant.* Hoc loco Hugo una cum Lucio laudatur. 5) Clodius cum Childerico confunditur, qui Basinam, uxorem regis Thuringorum, in matrimonium duxit. Infra haec omnia fusius a Iacobo narrantur. 6) Cf. Lib. hist. Franc. c. 5: *Rhenum transiens, silvam Carbonariam ingressus;* Sigeb. 445. babet: *transiit Rhenum.* 7) Ibid. c. 5: *Tornacensem et Cameracensem urbes habent.* 8) I. e. Bavacum. Cf. supra c. 8. ex historia Almerici. 9) Cf. Sigeb. a. 445; Andr. March. I, c. 6, p. 577. 10) In poemate Gallico Christiani de Troyes nomen Clodii non invenitur. In historia autem prosaica Claudas rex Galliae saepius occurrit, quem auctor noster sine dubio in animo habuit; cf. 'Le premier volume de Lancelot du Lac' (Paris 1533) passim. 11) Potius frater secundum Galfr. Monm. VIII, c. 14. 12) Galfredi Monmutensis scil.

Cap. XXXI—LXII.

Defuncto igitur — — anno ab incarnacione Domini DXLII. Galb. IX, 1—XI, 2

[HIC[a] FINIT LIBER OCTAVUS.]

[LIBER VIIII.]

INCIPIT[b] LIBER NONUS HISTORIARUM ILLUSTRIUM PRINCIPUM HANONIE.

Capitulum I.

Actor[c]: Tractavimus in libris superioribus de territorii Hanoniensis principibus sub quadam generali applicatione, nunc autem et de cetero tractare proponimus de vera, reali ac naturali genealogia et origine seu successione eorumdem et maxime eorum, qui principantur istis modernis temporibus, modo specialiori[d]. Balduinus et[e] Almericus et Hugo: Clodius Francorum rex ex propria uxore, filia regis Austrie ac Thoringie, quatuor leguntur[f] masculos genuisse, a quibus regnum Austraziorum sumpsit exordium. Nam cum Clodius cum suis Francis Meroneum[g] nobilem militem constituisset magistrum sue milicie et a Dispargo[h] castello Thoringie usque ad portas Tornacensium et Cameracesium[i] omnia suo subiugasset dominio ac pacifice possideret, mortuo autem[k] Suessionas antiquiori filio, ceteris minoribus annis existentibus, febre gravi correptus, Meroneum sue milicie magistrum[l] ac nobiliores suarum acierum rex convocans, de sibi acquisitis et regno disponens, terras conquestas tribus filiis distribuens et assignans, uxorem, liberos, regnum et omnia sub fidelitate Meronei et sua manutenentia confidenter in presencia sue militie dereliquit. Qui pondus sibi impositum cum iuramento assumens, mortuo Clodio et in Cameraco sepulto, per plures annos, que Clodius inceperat, potenter adimplevit et regnum ampliavit. Paucis interiectis temporibus stipendiariis valefaciens, ab inceptis remissius habebatur; denique cum extranei regna Francorum, Thoringorum, Austriorum, dictis tribus pueris pertinencia, invasissent et civitates, castra et oppida, atque plebs communis ad Meroneum tamquam ad tutorem puerorum pro succursu et auxilio confugissent, Meroneus fertur respondisse se regem eorum non esse; tutorem vero puerorum, non regni se confitebatur, pretendendo se nimium gravatum de dispendio regnorum. Quid plura? populus Gallicanus elegit eum in regem[m]. Qui statim stipendiarios licentiatos remandans, contra adversantes magnifice triumphavit. Uxor tandem Clodii sibi timens cum tribus filiis versus Thoringiam et Austriam quamcitius properavit[n]. Qui cum crevissent, cum suis adiunctis contra Meroneum bella commoventes et bellis bella replicantes, tandem fulti auxilio Hunorum, Gothorum et Ostrogotorum, Germanorum, Saxonum et aliorum, terras a Clodio patre eis assignatas possederunt. Ex quibus regnum Austrasiorum ampliatum et dilatatum et inceptum est. Quod a principio regni Austrie usque ad montes Assaticos et Burgundie a parte meridiei, ab oriente usque ad fluvium Rethni, quamdiu perdurabat, a parte occidentis usque Remis, Laudoni, Cameraci et Tornaci[1], a parte vero septemtrionis usque ad occeanum protendebatur. Quod quidem regnum Meroneo et aliquibus successoribus eius multum extitit infestum. Ab hiis denique tribus filiis nobilis progenies Karlentium, Hanoniensium, Lotharingorum et Brachantiorum atque Namucensium[m] sumpserunt exordium. Horum autem filiorum nomina fuisse leguntur Albericus[3], Reginaldus et Rancharius[n. 4], qui reges suis temporibus appellati sunt. Ex historia sancte Regine Dononiensis: Clodius rex Francorum Cameraci moritur ac sepelitur Sarracenorum more anno Domini CCCCXLVIII. Balduinus: Anno primo post mortem Clodii partitum est regnum in tres divisiones eodem modo, quo Clodius in mortis articulo tribus filiis suis compartiorat; et licet divisum in partes, unica tamen denominacione sorciebatur. Sigibertus: Anno CCCCXLVII. Blede Hunorum regi — — dormiunt in Christo. Sig. 447.

a) *sic minio B 2, uncis inclusa des. A. B 1. Reliqua pars folii 24', vacat A; in inferiore parte paginae tantum legitur:* Incipit liber nonus histo, *reliqua desunt. Folii 19. pars et f. 19', totum vacant B 2.* b) *nigro atram. post add. A; spatium picturae vacuum rel. A, quae exstat in B 2.* c) *deest B 1.* d) speciali *B 2*; modo spec. *om. B 1.* e) *deest B 2.* f) legitur *B 2.* g) meronenum *B 1*; *codd. plerumque* Meroneus (*non* Meroveus) *habent.* h) dispergo *B 1.* i) cameracisium *B 2.* k) ante? *A.* l) connaci *B 1.* m) namurcensium *B.* n) ranthar *vel* rauthar *B.*

1) Liber hist. Franc., SS. rer. Merov. II, p. 435: *Clodio autem rex misit exploratores de Disbargo castello Toringorum usque ad urbem Camerarum.* Cf. Gregor. Turon. II, c. 9. et Andr. March. I, c. 6, p. 577. 2) Clodio et Meroneo adaptata sunt, quae Gregor. Turon. II, 12, SS. rer. Merov. I, p. 80. de Childerico et Egidio magistro militum narrat. 3) Ut Egidium illum. Cf. W. Junghans, 'Die Geschichte der fränkischen Könige Childerich und Chlodovech' (Göttingen 1857) p. 7. 4) Ad hanc quodammodo translata sunt, quae de Basina regina Thoringorum in antiquis fontibus leguntur. Cf. Junghans l. c. p. 12. 5) In Genealogia regum Merowingorum, SS. II, p. 307. legitur: *Meroveus genuit Hilbricco.* 6) Nomen Raucharii constat. Cf. Gregor. Tur. II, c. 27. III, c. 42, qui eum ac fratrem eius Richarium parentes Chlodovechi vocat. In Gestis episc. Camerac. I, c. 4 (SS. VII, p. 204) is Clodovei consobrinus aut nepos dicitur. Eos autem filios Clodii fuisse fabulatores recentiores finxerunt. Videmus autem hoc exemplo, quomodo illi auctores saec. XIII. aut XIV. fragmenta historiarum a Gregorio relata, veris temporibus et personis posthabitis, inter se coniunxerint atque ampliaverint.

Cap. II. De Meroveo[a] rege Francorum et quibusdam incidentibus illius temporis.

Andr I.7. Actor: Anno Domini CCCCXLVIII. mortuo Clodio regnavit super Francos Meroneus, prout dictum est superius. De cuius origine aut genealogia diversi diversimode opinati sunt. Primo Sigi-
Sig. 448. bertus: Meroveus, inquit, filius Clodii, super Francos regnat annis decem. Andreas vero Marsianensis;
Andr. I.7. Meronecus[1], qui non filius, sed affinis Clodii, post Clodium regnavit super Francos annis decem. Historia
ib communis Francorum: Mortuo Clodio super Francos regnat Merovous, qui, licet non fuerit filius Clodii, fuit tamen de genere Troianorum, a quo eciam nimis utili rege Franci cognominati sunt Merovingi. Aliorum
Sig. 449. vero opinio superius est expressa. Sigibertus: Anno sequenti Bleda rex Hunorum — — animo
ib. 450. fertur. Nova iterum — — Hunorum vastantur. Almericus: Uxor Clodii et Austrasii simul cum Hunis et Ostrogotis contra Meroveum federantur. Qui Huni et Ostrogothi portionem[b] regni Austrasiorum ob[c]
Andr. I.7. hoc postmodum diu possederunt. Anno Merovei tertio[2] Theodosius imperator — — Valentinianus imperat
Sig. 452. annis quinque. Anno quarto Merovei instancia Leonis pape, iubente Marciano — — theothocos creditur et appelletur, id est, non solum mater Christi, sed eciam mater Dei appelletur, propter blasphemias[d] Nestorii
G. Trev. c. 22. mentientis eam non Deum, sed hominem purum genuisse. Ex historia Treberorum: Regnante Theodosio minore Attila Hunorum rex civitatem[e] Treberorum bello opinavit eamque graviter depopulatus est.

Cap. III. De Athila rege Hunorum et Walamere rege Ostrogotorum, et qualiter beatum Nichasium archiepiscopum et ceteros marturizaverunt[f].

Sig. 453. Sigibertus: Anno D. CCCCLIII, Marciani imperatoris[a] anno secundo Attilas — — urbis relaxatur.
Andr. I.8. Sig. 454. Andreas[1]: Cum idem Attila — — destructe sunt. Anno sequenti Attila Yaliam — — diruit[b] aut diripuit[i] aut incendit.

Cap. IIII. De martirio undecim milium virginum.

ib. 453-456. Sigibertus[k]: Anno eodem omnibus — — reddiderunt. Anno D. CCCCLIIII. Athila Yaliam — — voluntatem[l]. Sigibertus: Anno D. CCCCLV. Marciano — — post eum regnat. Anno eodem Valentinianus — — interfecit. Sed anno sequenti consilio — — perimitur.

Cap. V. De Walamere rege Ostrogotorum et quibusdam eventibus illius temporis.

ib 457. Anno D. CCCCLVII. Genovefa virgo — — Gallias. Mortuo Marciano — — annis XVI[1]. Maximus — — rapit. Eodem anno Maximus — — discerpitur. Anno D. CCCCLVII. Ardarico — — eoque, Hernac[a] videlicet, cum triginta — — exemplum insignieus contra Hernac fundasse fertur[2]. Eodem anno mortuo Marciano[3] — —
ib. 458 accepit. Hernac filius — — compulsi sunt. Actor: Ista bella Ostrogotorum contra Hunos acta fuerunt in Ostrogotia inferiori, prout videtur sentire Thomellus. Nam Hernac contra Walamerem fundavit castrum, quod nunc dicitur Hornaing. Walameris[m] vero apud Wallers[n] quie-
ib. 458. 461. scebat, prout dictum est. Sigibertus: Anno D. CCCCLVIII. Meroveco — — annis XXVI. Qui insolentee[o], luxuriose et nequiter vivens, Franci anno quarto deturbant a regno. Qui data — — proficiunt.
ib. 469. 471. Anno consequenter octavo Egidius — — genuit. Remigius Remorum [p]it[p] episcopus. Ostrogothi — — remittunt.
ib. 459. 460. Eodem tempore regnavit Arturus. Anno D. CCCCLX. Diatzich[q] — — fuerint terrori[r].

Cap. VI. De Alberico rege, filio Clodii, regis Francorum.

Ex historia Hugonis[s]: Albericus[t] iunior, filius Clodii, tante subtilitatis et industrie, audacie et probitatis extitit, quot Merovingos, qui sibi regnum abstulerant, pluries in bello campali devicit. Hic in silvis ut plurimum morabatur, diis deabusque immolabat assidue, etiam sectam paganicam renovavit, sperans, quod dii regnum sibi redderent; nam a Marte et a Iunone[u] habuerat in responsis, quod regnum sibi vel sue proli penitus et habundancius restitueretur. Racione cuius responsionis sperando, quod cito deberet contingere, magnam gentem sibi congregavit et civitates et castra reedificavit, utpote civitatem Strasburgensem, quantum ad muros et portas per prius destructas, Tullum et Spinallum[v], Mare Salitum[10]

a) meroneo *B*, *et ita* Meron. *semper B 2, ubi* Merov. *in textu.* b) protionem *A. B* 1. c) ab *B* 1. d) blasphemias *A. B* 1. e) civitate *B* 2. f) martirizaverunt *B* 2; martizav. *B* 1. g) athila *constanter B* 2. h) diruit *B* 1. i) *sic B* 2. *Sigeb.*; diarupit *A*; diarupuit *B* 1. k) *deest B* 2. l) *sic codd. Sigeberti C* 1. 2*. 3. *D*; XVII *ceteri.* m) Walamer? *B.* n) Walers *B.* o) et *add. B* 1. *Sigeb.* p) constituitur *B.* q) diutzich *B* 2. r) territori *A*; territorii *B* 1. s) Ex h. Hug. *om. B* 1. t) Gilbericus *B* 1. u) Ioue *B* 2.

1) Ed. Beauchamps p. 577. 2) Ex Sigeb. a. 451; sed annorum Merovei computatio Iacobum Andrea usum fuisse indicat; ex eodem etiam sequentia a. 452. sumpta videntur, quamvis haec in editione Duacensi desint. 3) Qui secundum Sigebertum a. 451 Theodosio successerat. 4) Ed. Beauchamps p. 579. 5) Verba *Attila — — incendit* iam capiti III. inserta sunt. 6) A Sigeberto dicitur Hellac. 7) Sigeb.: *exemplum dedit repetendae libertatis.* 8) Haec: *Mortuo — XVI* auctor iam supra eidem capiti inseruerat. 9) Epinal. 10) Marsal ad Meurthe fl.?

et balnea Plumbaria[1] iuxta Spinallum reedificavit. In silva Vogiensi castrum in quodam monte in memoriam patris sui[2] a fundamentis fortissimum construxit. Aras plures et templa diis in regno Austraziorum instituit[a] versus montes Assaticos in silvis superioribus, in medio vero regni, in silvis Ardenne aram et castrum Namurcii, aram Mercurii, que nunc castrum Samsonis[3.4] appellatur, a fundamentis renovavit et quamplurima alia castra supra montes quasi inaccessibiles instauravit. In parte vero inferiori, id est silva Carbonaria, aras et templa et castra quamplurima resarcivit, utpote castrum Castriloci[5], et ibidem turrem quadratam fundavit suo nomine vocitatam; puteum in medio montis effodi precepit. Hic Ailbericus aram Minerve supra montem, qui nunc a christianis Mons Sancti Aldeberti[6], et tunc mons Alberici[c] dicebatur, reparavit. Item aliam aram in alio monte propinquo, qui dicitur enim Alberici mons, noviter instituit, et nunc a christianis dicitur Gallice dit houppe d'Albertmont[e]. Item in silva Visconie fundavit aram et castrum suo proprio nomine denominatum[f] ordinavit iuxta Marcisium, trans fluvium Scadi, in silva Visconii. Hic Merovingos ipsum interficere et terram suam destruere molientes in silva Carbonaria, auxilio Saxonum subfultus, bis devicit[g], in paludibus videlicet, que nunc Muevin[h], id est Merobingi[i], iuxta Castrilocum, et Mirewant iuxta Condatum[k] nuncupantur. Unde Merobingii diis silvarum victoriam applicantes per longum tempus quieverunt. Hic Albericus a Merobingis incarminator appellabatur invidiose, ex eo quod ab eis devinci non poterat, et in silvis commorans[l], ab eodem seplus vincebantur. Hic ex uxore propria multos generavit filios, inter quos Waubertus primogenitus in Austrasiorum regno successit, et terras patris Alberici atque eius avi Clodii potenter contra Merobingos defensavit. Tandem Albericus confectus senio mortuus est et more Sarracenico supra quemdam montem in territorio Nerviensi[m] sepelitur, in quo arbores magne transplantate sunt; tunc ara, sed nunc Coma[n] seu Huppa[o] Alberici ab incolis appellatur[p].

Cap. VII. De Thudemere rege Ostrogotorum[q].

Anno D. CCCCLXII. Hilarius[r] — — debellat; et anno sequenti Tuidemer[s] — — proterit; et anno secundo consequenter Thuidemer — — gratulatur. Anno D. CCCCLXVII. Simplicius — — accusatum. Anno sequenti Mammertus — — instituit. Postmodum a Viennensi — — discurrit. Sig.462-468.

Cap. VIII. De morte Thudemeris et imperio Zenonis[q].

Anno D. CCCCLXX. Theoderico — — annis XIX. Qui Eoricus[t] Gallias — — contrivit. Anno sequenti Remigius — — episcopus[u]. Anno iterum sequenti Thuidemer — — substituitur. Sigibertus: Anno D. CCCCLXXIII. Leone — — XVIII. Hic Zenon anno sequenti Theodericum — — collocat. Anno sequenti Franci — — occidunt. Anno D. CCCCLXXV. Franci — — capiunt. Ex historia Trotorum: Post mortem Valentiniani — — Francorum[v]. Actor: Queritur, a quibus Francis hec strages facta est, aut a filiis Clodii aut a[w] Francis, filiis videlicet Meronei[w]? Responditur[x] iuxta sensum historie, quod a filiis Clodii, in quibus per longa tempora huiusmodi remansit[y] denominacio, quia progenies alia non Franci, sed Merovingi dicebantur. Ib. 469-476. Sig.470. Vinc.XX.13. Sig.477.478. Vinc.XX.98.

Cap. IX. De Wauberto, filio Alberici, et moribus Zenonis et[z] de quibusdam eventibus illius temporis.

Hugo Tullensis[a]: Vivente adhuc Alberico, filio Clodii, uxoravit antiquiorem suorum[b] filiorum, Waubertum[c] videlicet, cum sorore Zenonis imperatoris, Theoderico[d], eius[d] avuncolo ex parte matris, id procurante; ex qua suscepit filios duos, videlicet[e] Aubertum et Waubertum, quos postmodum Zenon imperator propter pericula Merobingorum adduci Romam fecit; et tamdem senatores stabiliuntur Romane civitatis ab amicis Theoderici. Eodem tempore hereis achefalorum — — sine capite, vocati[f] sunt. Sig. 470. De isto Zenone loquitur Hugo Floriacensis[g] libro quinto[h]. Zenon iste scripturam contra fidem ecclesiasticam composuit, regnum — — catholicos viros gerens in animo crudelitatem. Sigibertus: Hoc tempore Genericus rex — — annis VIII. Sub hoc Eugenius — — agonizant[b]. Actor: De agonizacione ista ac ecclesie multiplici persecucione loquitur Vincentius libro XXI, capitulo LXXIIII, et consequenter usque ad capitulum XCIX, ubi inmediate ante concludit: Tandem Honoricus[i], iudicio Dei percussus,

a) *deest B.* b) Sampsonis *B* 1. c) ailberici *B.* d) *deest B* 2. e) dalbermont *A*; albermont *B* 2. f) designatam *B* 2. g) defecit *B* 2. h) muebia *B* 1. i) meroving. *B* 2 *semper.* k) condacum *A.* l) *ita codd. pro* commorantes? m) nerviensi *A* (?); rerinensi *B* 1; niuernensi *B* 2. n) cornu *B* 1. o) barppa *B* 1. p) Anno dni CCCCLXII. *pergunt codd. (minio ante lemma sequentis cap. scriptum B* 2*), cum scriba per errorem ad initium sequentis capitis transierit.* q) *inscriptio deest B* 1. r) hyllarius *B* 1; hylarius *B* 2. s) tradomer *B* 1. t) eoricus *corr.* eroicus *A.* u) Gallorum et germanorum *B* 1. v) a Francis — Clodii *om. B* 2. w) meronei *A.* x) *sic A. B* 2; respondit *B* 1. y) imansit *B* 1. z) et de — temporis *des. B* 2; *totus titulus deest B* 1. a) *deest B* 2. b) fil. suorum *B* 2. c) Wansbertum *B* 1. d) *deest B* 1. e) scilicet *B* 1. f) sunt voc. *B* 2. g) flor; *codd.* h) agonizavit *B* 1.

1) Plombières prope Épinal. 2) Forsitan montem iam c. 5. assumpta sunt. 7) Rege Gothorum, Climont in animo habuit. 3) Hodie Samson prope cuius secundum historiam haec sine dubio formata Namucum, ubi adhuc castelli moenia videntur. est. 8) Hugonis Floriac. Chron. ed. Rottendorf 4) Mons in Hanonia. 5) Mont-St.-Aubert prope (Monasterii Westphaliae 1636) p. 129. 9) Rex Tornacum. 6) Verba *Remigius — — episcopus* Wandalorum.

Vinc. XX, 98. scatens vermibus mirabiliter expiravit. Post quem Guntamundus annis novem super Wandalos regnat[1], et hic Eugenium
cf. ib. c. 99. episcopum ab exilio revocat. Huius temporibus regnum Longobardorum, quod ab aliquibus Italicum[a]
Sig. 477-484. dicitur, habuit exordium. Anno D. CCCCLXXVII. Hildericus[b] — — devastat. Sigibertus: Anno D.
CCCCLXXXI. Egidius — — substituitur. Hildericus — — audivit. Anno D. CCCCLXXXIII. Felix — — presidet.
Anno sequenti in Affrica — — afflixit. Anno D. CCCCLXXXV. Hildrico — — annis triginta. Actori Hanc 5
ib. 484, 486. regem, quem Sigibertus vocat Ludovicum, historie Francorum alie vocant Clodoveum[c]. Hic duxit
— — immerserat. Clarent — — episcopus Ruspensis.

Cap. X. De baptizatione Clodovei et quibusdam accidentibus illius temporis.

ib. 487-499. Sigibertus: Anno D. CCCCLXXXVII. Gelasius — — extinguit. Ludovicus, qui et Clodoveus — — 10
transfert. Theodericus Ostrogothorum[d] rex — — triennio. Anno D. CCCCXCI. Anastacius[e] — — LXX. Anno D. CCCCXCII.
Zenone — — XXV. Anno sequenti Simachus — — adiecit. Anno D. CCCCXCV. Ludowicus, qui et Clodo-
veus — — subiugat. Item regnum — — dilatat[f], deinde usque Ligerim amplificat. Anno D. CCCCXCV. Sima-
chus — — pretrahitur[g]. Anno D. CCCCXCVIII. Ludowicus — — capit. Rothildis regina ortodoxa[h] et christiana
Andr. I, 11. — — videbatur. Andreas[i]: Clodoveus rex — — describitur. Clodoveus igitur in baptismo mutato 15
Sig. 500. nomine Ludovicus appellatur[k]. Anno Domini D. collatis Ludovico, qui et Clodoveo — — sedi suo restituit.

Cap. XI. De morte Raucharii[l] atque Reginaldi regum[k] Cameracisii[l] et quibusdam eventibus illius temporis.

Ex cronichis[m] Balduini et Almerici[n]: Clodoveus Raucarium regem Cameracesii[o] bello in-
vasit. Qui potenter se pluries deffendens dampna gravia Merobingis intulit. Civitates et castella sibi, 20
ut pretendebat, debita iure fraterno devastans, usque Suessionas partes edomuit. Tandem a Merobingis
quibusdam sibi servientibus proditorie captus, una cum duobus fratribus, Richerio[p] atque Remerio[q], ad
presenciam Clodovei ducti. Qui Clodoveus manu propria ipsos interfecit, posteritatem eorum perse-
quens[r], quos reperire valebat[q] necans, ceteros effugando, credens progeniem Clodii regis totaliter annu-
Andr. I, 11. lare. Item ad idem Andreas Marsienensis libro I, capitulo XI[s]: Clodoveus egressus — — bello 25
trucidat anno Domini D. et X. Andreas[t]: Infra que[s] tempora — — portenta quieverunt. Factum est prelium
inter Ludowicum et Alaricum regem Gothorum, Alarico tamdem prostrato cum tota eius potencia. Sed
Sig. 506-514. anno sequenti confederantur, et anno sequenti fedus violatur, et Alaricus interficitur. Anno D. DXI. Hor-
misda[t] — — eradivit. Theodericus — — generis sui. Anno D. DXII. prima sinodus — — Dominum. Anno D.
Andr. I, 11. DXIII. sanctus Arnulfus — — tumulatus est. Anno D. DXIIII. Ludovicus Francorum rex — — pacifice pacato 30
ib. I, 12. obiit anno etatis sue — — honorifice sepelitur. Andreas[t]: Anno eodem[u] imperii vero — — Parisius.
Sig. 516-522. Anno D. DXVI. Theodericus Clochilaycam[v, b] — — perimit. Anno D. DXVII. Anastacius[w] — — annis X[x] regnat.
Sigibertus: Boecius — — edidit. Anno D. DXVIII. Theodericus — — perimit. Boecius — — perimitur.
Anno D. DXIX. Iohannes — — presidet. Ut scribit Faustus tempore — — Benedictus nigrorum monachorum 35
pater sanctissimus. Simachus — — perimitur.

Cap. XII. De matrimoniis Ausberti et Wausberti[y] senatorum[z] et genealogiis eorumdem et de multis eventibus illius[a] temporis.

Ex historia[b] Balduini et Almerici[c]: Hiis fere temporibus filii Wauberti[d], filii Alberici, filii
Clodii regis Francorum[e], Ausbertus[f] et Wausbertus ex sorore Zenonis imperatoris, sub tutela quondam[g]
Zenonis, Rome senatores[h] effecti sunt. Quibus temporibus Franci qui Austrasii[i] dicuntur contra Mero- 40
bingos bella continua gerebant; nunc Franci Merobingos, nunc e converso devincebant[k]. Tandem con-
silio sapientum usi, federa pepigerunt pacto tali, ut duo filii, ad quos regnum Francorum quod Austra-
siorum dicitur pertinere de iure debebat, matrimonio copularentur[l], Ausbertus Blithilde, filie Clotarii?,
et Wausbertus Rothilde, filie[m] Amalrici regis ex Rothilde, sorore Clotarii regis Merobingorum; et ab illo
tunc inceperunt Merobingi Franci et Franci Austrasii denominari. Ab hiis duobus germanis processit 45

a) Yticum *B*. b) Hyld. *B* 2. c) clodoneum *B* 1, *et sic porro* o *pro* u. d) ostror *A*. e) anastasius *B*.
f) delatat *B* 1. g) protenditur *B* 2. h) ortodoxa *A*; orthodoxa *B*. i) rautharii? *A*. k) regg *B* 2. l) camera-
censii *B* 2. m) cronicis *B*. n) cameracisii *B* 1. o) nicherio *B* 2. p) prosequens *B* 1. q) val *B* 1. r) Andreas
— tempora *in marg. signis appositis suppl. A*. s) q *B* 2. t) *in loco raso A*. u) A. D. DXIII. *Andr.* v) clothi-
laycam *B* 1; clothilaicam *B* 2; Chlochilaicum *Sig.* w) Lotharii *ante* Anastacius *codd. del. A; deest Sigeb.* x) XI. *Sigeb.* 50
y) Wauberti *B* 2. z) *decst B* 2. a) b° *B* 2. b) hystoria *semper B* 1. c) Ailmerici *B* 1. d) Wausberti *B* 1.
e) *deest B* 2. f) W. et A. *B* 2. g) condam *B*. h) senatores interfecti *B* 1. i) et Austr. *B* 1. k) demer-
cebant *B* 1. l) copularetur *B*. m) filie — Rothilde *om. B* 2.

1) Quae antecedunt verba praeter *super Wandalos* Vincentius e Sigeb. 485. mutuatus est. 2) Ed. Beauchamps p. 590. 3) Cf. ibid. p. 591. 4) Cf. Gregor. Turon. III, c. 42; Lib. hist. Franc. c. 18. 5) Hic Gregorio Turon. teste non a Clodoveo ipso, sed eius iussu apud Cenomannos interfectus est. 6) Ed. Beauchamps p. 592. 7) L. l. p. 593 sq. 8) Regem Danorum. 9) Ansbertus senator in Genealogiis Karolorum (SS. II, p. 308 sqq. XIII, p. 245 sqq.) primus occurrit avus, qui Blitildam in matrimonium duxisse traditur. Cf. Bonnell, Die Anfänge des Karolingischen Hauses p. 7. 34 sq. Ut hic Ausbertus vocaretur, sine dubio similitudo nominis Wauberti effecit. Ut huic frater Aubertus, ita Ausberto frater Wausbertus datus est. Tandem ad omnem differentiam removendam Hugo Tullensis etiam hos Aubertum et Waubertum nominavit. Cf. supra l. VIII, c. 9.

generosa progenies atque sancta; nam Ausbertus[a] genuit Arnoldum, et Arnoulfus[a] sanctum Arnulphum episcopum Metensem, Arnulphus[b] Ansegisum, Ansegisus Pippinum primum, Pippinus Karolum Martellum, Karolus Martelli[c] genuit Pippinum secundum; Pippinus secundus genuit Karolum Magnum imperatorem; Karolus Magnus genuit Ludovicum Pium; Ludovicus Pius genuit Karolum Calvum; Karolus Calvus genuit Ludovicum Balbum; Ludovicus Balbus genuit Karolum Simplicem; Karolus Simplex genuit Ludovicum; Ludovicus genuit Lotharium et Karolum ducem[d] Lotharingie; Lotharius genuit Ludovicum. Hic mortuus est sine herede, et Hugo dux, nomine Capet, usurpat regnum Francorum. Ex Wausberto[e] etiam sancta processit generatio: nam Wausbertus genuit Wauberium ducem et Brunulphum[f]; Waubertus ex Bertilia[g] genuit Waldetrudem[g] et Aldegundem; Waldetrudis genuit ex Vincentio Landricum episcopum Metensem et Dencliniumʰ. Qui ducatum et cuncta temporalia relinquentes, iure hereditario ducatus ad Aiam[i, k], que desponsaverat[k] Hisdulphum, devolutus est. Hisdulphus ex Aia genuit Brunulphum ducem, quem Dagobertus Ablatonas interfecit[l] et ducatum pro maiori parte ad se applicavit. Actor[l]: Ex legenda sancti Ydulphi[s] repperitur oppositum[m]. *Sanctus*, inquit legenda, *Ydulphus ex parte sancte Aye*[n], *eius uxoris et neptis sancte Waldetrudis, dux Austrasie Inferioris, post mortem sancte Aye sine liberis existens, operi ac provisioni ecclesiarum Lobientium*[o] *se totaliter contulit et de bonis propriis ac in ducatu acquisitis dictas perfecit et dotavit ecclesias et in eisdem divino cultui se ipsum perpetuo manciparit*[p]. Et sequitur post multa: *Brunulphus vero, sancte Aye*[n] *nepos ex sorore, filius comitis Templatensis*[q], *iure propinquitatis in dicto successit ducatu; quem Dagobertus rex Ablatonas postmodum interfecit.* Reliquit autem Brunulphus tres filios orphanos et unicam filiam, ducatu [pro[o] parte maiori] ad Dagobertum applicato. Post cuius Brunulphi mortem, ducatu condiviso, comitatus [qui[o] dicitur] Montensis Alberico iuniori, filio Brunulphi, devenit.

Anno D. DXX. Clodomerus[p] — — fuga elabitur. Andreas[c]: Anno D. DXXI.[10] Clodomerus — — mortuus est. Anno D. DXXIII. Theodericus rex Ytalie — — interlit rex et mortuus est. Theodericus rege Ytalie mortuo Athalericus — — presidet. Interea dum Rothildis — — tumulavit. Post hec[q] Hildebertus — — transfundens, qui meritis sancti Martini ac sancte Rothildis salvus evasit; et pace tamdem foderati[11], ad propria quisque regreditur. Sigibertus: Anno D. DXXVII. Bonefacius — — XXXVIII[r]. Anno D. DXXVIII. Cassiodorus[s] — — florent. Anno D. DXXX. Franci — — presidet. Anno D. DXXXI. Vedastus — — Remigio. Anno D. DXXXII. Iustinianus — — vocatur. Et consequenter post anno sequenti Iustinianus — — exedificat. Anno D. DXXXIIII. Silverius — — defecit. Super Ostrogothos Erario — — subicit. Anno D. DXXXV. Vigilius — — presidet. Sig. 520. Andr. I, 12. Sig. 523. Andr. I, 12. Sig. 527-535.

Cap. XIII. De vita sancti Wauberti et quibusdam eventibus illius temporis.

Waubertus[12] igitur, ex regali Francorum stirpe progenitus ex parentibus paganis, educatus per

a) arnoldus *B*. b) arnoulphus *B*. c) matelli *A*. d) *in loco raso A*. e) Wauberto *B* 2. f) burnulphum *B* 1. g) waltetradem *B* 1. h) denthelinum *B* 2. i) aram *et mox* ara *B* 1. k) disponsaverunt *B* 1. l) *verba Actoris signo apposito in inferiore paginae parte suppleta sunt A, ubi multa.* Brunulphus — interfecit *a bibliopego abscisa sunt.* m) Actor *h. l. post add. B* 1. n) aie *B* 2. o) *uncis inclusa des. A.* p) Clodoueus *B* 2. q) *deest B* 2. r) XXXVIIII *Sigeb.* s) cassiadorus *A*.

1) Nescio unde Iacobus hoc stemma exscripserit, quod cum genealogiis supra p. 122, n. 7. laudatis convenit. Cf. etiam Rigord. ed. Delaborde p. 60; Will. Malmesb., SS. X, p. 453. 2) S. Aldegundis et S. Waldetrudis patrem Waldeberti vel Walberti, matrem Bertiliae nomen habuisse Vita S. Aldegundis c. 2 (Mabillon, Acta SS. ord. S. Ben. saec. II, p. 807) et Vita S. Waldetrudis (Acta SS. Boll. Apr. I, p. 838) docent. Philippus abbas S. Amandi, qui Vitam Waldetrudis vetustiorem saec. XII. ampliavit, iam Walbertum benevolum principem nobilissimum appellavit. 3) Vita S. Waldetr. l. c. p. 839: *misit ad quendam illustrem virum Hildulfum nomine, qui per idem tempus valde inclytus et nobilis et secundum temporalem huius seculi dignitatem potentissimus erat et per coniugem suam eidem familiae Christi propinquus extiterat.* Gisleb. Chron., SS. XXI, p. 496: *videns autem filios suos omnino terrena spernere et celestibus inhiare, principatum ducatus, qui ad ipsam iure paterno deveneral, consanguinee sue, scilicet Aye, reliquit. Que Aya viro nobili, militi strennuo, nupsit, Hydulfo scilicet, cuius sancti corpus in Lobiensi ecclesia requiescit.* Saec. XVI. scripsit Romanus Chocquet Vitam sanctae Ayae Gallice, unde elucet eo tempore multas fabulas de eius parentela vulgatas fuisse. Cf. Acta SS. Boll. Apr. II, p. 580; Vinchant, 'Annales du Hainaut' VI (Mons 1853), p. 3 sq. 4) Cf. Chron. Fredeg. IV, c. 58; Gesta Dagoberti I, c. 21, SS. rer. Merov. II, p. 150. 408; *ab Latona* (Saint-Jean-de-Losne, Côte d'or), quod hi fontes praebent, Hannienses ita intellexerunt, acsi mors Brunulphi *Ablatonis* (Blaton) in Hanonia accidisset. 5) Non iam exstat. Gesta S. Hidulphi Trithemius quoque in l. III. de viris illustribus c. 303. commemorat; v. Acta SS. Iun. IV, p. 582. 6) Cf. Folcuini Gesta abb. Lobb. c. 2, SS. IV, p. 56: *beatus Ursmarus . . . idem monasterium regendum accepit per Hydulphi interventum, qui erat unus de proceribus regni maioribus.* Gisleberti Chron., SS. XXI, p. 496: *Hyldulpho scilicet, cuius sancti corpus in Lobiensi ecclesia requiescit.* Dux vocatur, quod sciam, primo in Monum. hist. Lobb. saec. XII, SS. XIV, p. 543 sqq.; cf. etiam Acta SS. Apr. II, p. 580. 7) De fundatione et lapsu monasterii Lobiensis c. 2, SS. XIV, p. 548 sqq. 8) De hoc pago v. Duvivier, 'Recherches' I, p. 101 sqq. 9) Ed. Beauchamps p. 595. 10) Annum auctor ex Sigeberto habuit. 11) Contractum ex Andrea. 12) Gisleberti Chron., SS. XXI, p. 495: *Dux Lotharingie, cuius ducatus per Cameracesium et Hanoniam et Ardennam et Brabantiam et Hasbaniam et Ardennam usque Renum protendebatur, cuius uxor fuit sancta Bertilia.* Hunc exscripsit civis Valentianensis ('Recits d'un bourgeois de Val.' ed. Kervyn de Lettenhove 1879) saec. XVI. p. 42: *on trouve en aulcunes croniques* etc.

sanctum Vedastum et Remigium in Tullo est baptizatus et in fide sufficienter eruditus, virtutibus plenus, Domini precepta complectens, ecclesie euwangelicis consiliis, prout facultas suppetebat, omnimodo se subdidit. Operibus misericordie sollicitus insistens, Domino assidue serviens, contra paganos seviens, miliciam suam tamquam Christi athleta comprobabat. Vitam celibem per temporum longa curricula perducens, tamdem vinculis matrimonialibus circumligandus, sororem Bertarii regis Thoringorum, Berthi-
Iac I, 5. liam[a] nomine, in coniugem suscepit. Qui postmodum de virtute in virtutem ascendentes, opera operibus contexentes, continue merita meritis cumularunt. Ieiuniis, elemosinis et oracionibus intenti, ecclesiarum parrochialium fabricacionibus et earum[b] dotacionibus sic tempus expendentes, soli Deo placere cupiebant; sicque factum est, Domino disponente, quod per multa annorum curricula prole privarentur. Sed
Iac I, 5. tamdem oracionibus et meritis eorum a largo datore, *qui* graciam *omnibus*[c] *dat affluenter et non improperat*, prolem sanctam impetrare meruerunt, videlicet sanctam Waldétrudem et sanctam Aldegundem, de quibus, annuente gracia Dei, de singulis sigillatim[d] que repperi pertractabo. Hic sepelitur in Curtisorra[e. 1], et a nonnullis sanctus et uxor sancta propter multitudinem miraculorum ab ipsis factorum reputantur[2]. Actor: Legi in quadam legenda sancti Wandrageselii[f. 3] tres fuisse Waubertos consequenter ex eadem[g] generacione progenitos, computato Wauberto senatore, quare apparet, quod historie prétermittunt unum, de quo non faciunt mencionem; verum quia nichil repperi de illo tercio, qui medius potest dici, nichil de eo scripsi nec ipsum in genealogia principum[h] annotavi. Supplico tamen humiliter benivolo correctori, quatinus, si sic[i] forte[k] repperiat et aliquid de eius vita et actibus inveniat, huic collectioni notare
Andr. I, 12. dignetur. Andreas[4]: Anno D. DXLII. Lotharius et Childebertus — — posuerunt. Lotharius rex — — Lotharius. Sigibertus: Maurus sancti — — claret. Anno D. DXLIII. Totila — — meritis[l]. Anno D. DXLVI.
Sig. 542-550. Vigilius — — duobus. Anno sequenti regnum Gepidarum etiam penitus est destructum. Anno D. DL. Theodebertus — — succedit. Quo post modicum tempus mortuo, regni eius heres fit cognatus[m] eius
ib. 551-554. Lotharius. Sigibertus: Anno D. DLI. quinta — — convincitur. Anno sequenti Pelagius — — iureiurando satisfecit. Anno D. DLIIII. Rothildis regina moritur.

Cap. XIIII. De Boecio philosopho et eventibus aliquibus[n] sui temporis[o].

ib. 498-515. Vincentius[n]: Eo tempore Trasamundus — — maceratur. Ceterum in Affrica — — combustus est. Constantinopoli — — disparuit. Alamindarus[p] — — mortuus est? Hoc in[q] tempore Gibrianus — — illustravit. Genovefa — — ad Dominum transit. In Alexandria — — latrabant. Actor: Floruerunt hiis temporibus Lauduni sanctus Genebaudus[5], Leonardus Lemovicensis[6], Rome Simachus patricius[7] et Boecius. De isto Boecio
Sig. 503. Vinc. XXI, 15. loquitur Vincentius libro XXII, capitulo XV: Boecius quoque multa — — alia plura. Sigibertus:
Sig. 561-571. Anno D. DLXI. in Scocia — — claruit. Anno D. DLXIII. Lotharius — — consumi fecit. Anno D. DLXIIII. Iohannes — — annis XXIII[r]. Anno sequenti Iustiniano — — XII. Anno D. DLXV. Narses — — Ytaliam. Anno D. DLXVII. Sigibertus — — occupat. Sed anno III[o] Sigibertus — — dicta est. Huni — — confederati. Armeni — — subripiunt. Anno D. DLXX. sanctus Vedastus episcopus Cameracensis et Attrebatensis obiit. Anno vero sequenti in provincia Aquitanorum et pago prefate[s] regionis, vocabulo Herbatiliaco, ex patre Sereno, genitrice Amantia, natus est venerabilis puer Amandus, qui post eius obitum in abbatia Elnone[t]
ib. 575. 577. solempniter tumulatur[8]. Anno D. DLXXV. Benedictus — — ordinatus. Hiis temporibus imperavit Iustinianus[u]. Chilpericus — — bello. Actor: Hiis temporibus floruerunt sanctus[v] Gregorius Lingoniensis[w] episcopus, sanctus Benedictus monachorum pater, cuius legendam descripsit sanctus Gregorius papa[x. 10].

Cap. XV. De sancto Benedicto abbate.

Vinc. XXI, 54. Vincencius[n]: Anno Iustiniani secundo — — quam decuit. Et dicit Gregorius in Dyalogis[w], libro II[o]
ib. c. 62 — — sensit. Actor: Eodem tempore florebant in Gallia sanctus Theodericus abbas, discipulus sancti Remigii, et
ib. c. 67. sanctus Medardus atque Gildardus episcopi Suessionensis[d] et sanctus Germanus Parisiensis et sanctus Maurus abbas et discipulus sancti Benedicti.

Cap. XVI. De Chilperico rege, qui fundavit ecclesiam beate virginis Tornacensis, et quibusdam[n] eventibus illius temporis.

Andr. I, 14. Andreas: Chilpericus rex — — regis Dagoberti. Chilpericus rex — — reddidit[z]. Andreas: Se-

a) berthilam *A.* b) eorum *A.* c) dat oma. *B* 2. *Vulg.* d) *sic codd.* e) cartisorca *B* 1. f) Wandregisilii *B* 1; Wandregesilii *B* 2. g) eadem — computato *om. B* 2. h) ipsum *iterum add. codd.; del. A.* i) sit *A.* k) fore *B.* l) monitis *Sigeb.* m) conatus *B.* n) *deest B* 2. o) tempori (rum) *B* 1. p) Alamindarius *B* 2. q) etiam *B* 2. r) XXII *Sigeb.* s) profate *A. B* 1. t) helnone *B* 1. u) lingonensis *B* 2. v) pappa *A.* w) dyalogorum 2° libro *B* 1; dialogo *Vinc.* x) reddit *B* 1.

1) Coussolre; cf. Vita S. Aldeg., Acta SS. Boll. Ian. II, p. 1035: *Curtissolra, ubi uterque suus parens tumulati esse dicuntur.* 2) Miracula eorum demum saec. XVII. Francogallice scripta sunt. 3) In Vitis S. Wandregisili editis nihil de Waubertis illis inveni. 4) Ed. Beauchamps p. 598. 5) Cf. Vinc. Bellov. l. XX, c. 7. 6) Cf. ib. c. 11. 7) Cf. ib. c. 14. 8) Cf. Vita S. Amandi c. 1. 9) Immo Iustinus, qui a. 577. mortuus est. Cf. Sigeb. a. 577. 10) Haec ex Vinc. Bellov. l. XXI, c. 53. 54.

quenti[1] anno, videlicet DLXXVIII, Chilpericus — — Marie condonavit et ecclesiam beate virginis eius- Andr. I, 14.
dem civitatis[2] fundavit ac dotavit. Eodem anno — — interficitur. Sigibertus: Anno D. DLXXXI. Sig. 581. 582.
Pelagius Romane — — quadragesimali et non plures. Anno D. DLXXXII. Winocus — — in alia[a], que nunc
Flandria nuncupatur.

Cap. XVII. De Tiberio imperatore et Gregorio papa et eorum aliquibus factis et aliquibus eventibus illius temporis[3].

Andreas[4]: Anno Chilperici regis — — vita decessit. Anno D. DLXXXIII. Tiberio — — XXI. Anno Andr. I, 14. Sig. 583.
Chilperici regis XIX. Clodoveus, filius Chilperici — — fuerit domine suo. Sigibertus: Anno D. DLXXXVII. Andr. I, 14
mortuo Chilperico, iussu Fredegundis, uxoris sue, Lotharius — — annis XLIIII[c]. Anno D. DLXXXVIII. Childe- Sig. 587-594.
bertus — — evasit. Anno D. DXC. nimis pluvie — — a seculo preter diluvium generale meminerit aut
legerit extitisse. Anno vero sequenti in Italia — — ira Dei quievit. Sigibertus: Anno D. DXCII.
Gregorius — — censuit recitari. Anno[d] sequenti Gaugericus — — claret, cuius vita talis est.

Cap. XVIII — XXI.[4]

Beatus igitur Gaugericus — — per omnia secula seculorum. Amen. V. S. Gaug.

Cap. XXII — XXIIII.[5]

Sepulto itaque patre nostro — — opprobrio testabatur. Mir. S. Gaug.

Cap. XXV.[e] XXVI.[6]

Quia octavas beatissimi patris — — pensanda sunt.

Cap. XXVII. De quibusdam incidentibus illius[f] temporis.

Sigibertus: Anno D. DXCIII. tunica Domini — — posita. Tassilo — — triumphum. Anno D. DXCVII. Sig. 594—609.
Gregorius — — fratrueli eius. Anno D. DXCIX. Edilbertus[g] — — vite. Anno D. DC. Augustinus — — subrogantur.
Anno sequenti contencio — — in Thuringia. Anno D. DCII. sanctus Columbanus — — cepit. Anno D. DCIII.
Theodericus rex — — recepit. Anno D. DCIII. Mauricius imperator — — Christi convertuntur. Anno D. DCV.
Lotharius — — potitur. Anno D. DCVI. Sabinianus — — ecclesie presidet. Post quem Bonefacius eiusdem
ecclesie presidendo subaequitur anno sequenti. Qui obtinuit — — ecclesiarum. Anno D. DCIX. mortuo
Bonefacio papa, successit sibi alius Bonefacius in eadem sede LXIIII[us]. Qui Pantheon — — sanctorum.
Eodem anno monasterium sancti Petri in Blandinio edificatur a sancto Amando iuxta muros Gandenses;
et anno sequenti monasterium Marchianense eciam edificatur a dicto sancto Amando iam quadragenario[7].
Actor: Illis temporibus floruit sanctus Iohannes dictus Elemosinarius, episcopus Alexandrinus, qui sancti- Vinc. XXII, 117.
tate et miraculo magnifice coruscavit. Anno D. DCXII. Eraclius — — XXX[h]. Anno D. DCXIII. virtus ib. 612-614.
— — corporis divinitus illustratam[i]. Sigibertus: Anno D. DCXIIII. Deusdedit — — si vult, vivat. Eodem
tempore sanctus Amandus — — erat omnibus.

Cap. XXVIII. Vita sancti Bavonis confessoris.

Ex gestis sancti Bavonis[8]: Hic sanctus Alluinus — — ad sepeliendum corpus suum; quod et V. S. Bav.
factum est.

Cap. XXIX. De morte Brunechildis regine et aliquibus eventibus illius temporis.

Eodem tempore Glodesindis Metensis — — sua Deo delegavit. Sancta Rictrudis apud Tholosam ex Sig. 615.
regio stemate nascitur[9]. Sanctus Lupus — — claret[j]. Anno D. DCXVII. inter fratres — — revolvuntur. Sigi- ib. 616—618.
bertus: Anno D. DCXVIII. Bonefacius — — ecclesie. Anno[k] eodem Theodericus — — moritur. Lotharius
— — redüit. Anno eodem Eadualdus[l] — — abrenunciat, fidem Christi reverenter confitetur cum ib. 620. Vinc. XXIII, 11.
ceteris Anglis. Anno D. DCXX. Cosdroe — — admittit, sed cepit Damascum et devastavit Iherosolimam et
venerabilia loca confraglavit et populorum copias captivavit una cum patriarcha eiusdem urbis Zacharia et preciosum

a) *ita codd.*; Gallia *Sigeb.* b) temp. illius *B* 2. c) XLV *Sigeb.* d) domini *add. B* 1. e) *cap. XXV. et XXVI. adscriptum est in A f.* 35*v*. 36: istud capitulum vacat; *ad cap. XXV. etiam in B* 2 *adnotatum est* vacat; *lemmata horum capitum desunt in omnibus codd.* f) istius *B* 1. g) Childebertus *B* 1. h) XXXI *Sigeb.* i) illustrata *codd.* k) Eodem a. *B* 2. l) odualdus *B* 1; cadualdus *B* 2.

1) Ed. Beauchamps p. 601 sqq. 2) Tornaci. 3) L. l. p. 604 sq. 4) Excerpta e Vita S. Gaugerici, Acta SS. Aug. II, p. 672 sqq., c. 1. 2. 5—7. 13. 14. 5) Mirac. S. Gaugerici, l. l. p. 689 sqq., § 65—71. 6) Sermo in octavis S. Gaugerici habitus, nondum editus, sed nullius pretii. 7) Haec procul dubio ex Sigeberti cod. Duacensi (B 4[**]) sumpta sunt, in quo ad a. 609. additamentum de S. Amando legitur, ut notavit Bethmann, SS. VI, p. 289. Cf. Ann. Bland. a. 610, SS. V, p. 21; Fund. Bland., SS. XV, 2, p. 622; Ann. Marchian., SS. XVI, p. 610; Chron. Marcian. c. 2 (Cod. Duac. nr. 850): *Anno regni Lotharii regis XXIIII, porro a natalitate sancti Amandi quadragesimo construxit idem beatus Amandus ecclesiam sancti Petri in Blandinio et post Marcianensem in honore eiusdem apostoli in prefati ducis Adalbaldi alodio.* 8) Acta SS. Oct. I, p. 230 sqq. 9) Cf. Vitam S. Rictrudis, Acta SS. Maii III, p. 82.

Vinc. XXIII, 11. Sig. 622 623. crucis Christi[a] lignum secum in Persidem asportavit; sepulcri vero Domini locum nunquam intrare aut violare divina virtute est permissus. Anno D. DCXXII. Honorius — — claret. Anno D. DCXXIII. Cosdroe rex Persarum successu elatus in effusione humani[b] sanguinis et maxime christianorum ultra modum grassatur; sed Eraeleus[c] imperator, ib. 628 631. Hunis confederatus, ipsum gravi prelio contrivit, in quo pretorem Persarum, omnes[d] pene principes eius peremit et crucem Domini tandem Iherosolimis reverenter[e] reportavit.

Cap. XXX. De origine Dagoberti regis et Hairberti[f] patris sui.

Hugo: Lotharius super Austrasios quadraginta quatuor annis regnavit, et anno regni eius tricesimo[1] Beretrudis regina moritur, de qua idem rex susceperat filium unicum nomine Dagobertum[2]. Qua defuncta, copulavit eodem anno sibi in matrimonio sororem ducis Inferioris Austrasie, nomine Shichildem[g]. Ex qua idem rex suscepit filium nomine Hairbertum[3], quem in presencia omnium ducum regni, super hoc postmodum cunctis adiuratis, regem Austrasiorum[4], Dagobertum vero regem Francorum post eius[h] mortem prefecit. Ad quam quidem ordinacionem inviolabiliter observandam omnes nobiles amborum regnorum super hoc adiuravit, eo quod insolencias filii sui Dagoberti ferre non valebant principes Austrasiorum. Occasione cuius tirannidis multi principes suas totonderunt cesaries, Deo in monasteriis militaturi. Actor: Vero quia in hoc passu aliqui historiographi inter se videntur discordare de filia Clotarii dicta Blithilde, que nupta fuit Ausberto[i] senatori[k], aliqui dicunt, ut Andreas Marsianensis libro I, capitulo XVI°, quod ipsa fuit filia secundi Clotarii et soror germana Dagoberti, et ut eius propriis utar verbis: *Anno*[4], inquit, *imperii Lotharii tricesimo Beretrudis regina obiit, ex qua idem Lotharius Dagobertum et sororem eius Blithildem genuerat, ex qua Kallencium pululavit prosapia.* Et hec sui[l] sequaces[5] conscripserunt Gallice, cuius oppositum superius[6] est ostensum evidenter. Quod autem hec oppinio sit impossibilis, patet, quia iam Pippinus, filius Karlemanni, maior domus Lotharii, patris Dagoberti, principabatur, per dicta Andree capitulo superius allegato. Sed certum est, quod ille Pipinus descenderat a dicta Blithilde[m] et Ausberto iam usque ad quintum aut sextum gradum, ut patet genealogiam considerando; oportet igitur, aut deficiat in sua historia, aut quilibet Clotarius habuerit filiam unam eodem nomine, videlicet[n] Blithildem[o] nominatam; quarum prima Ausberto senatori fuerit maritata, de qua vero[p] procedit[q] progenies Kallencium, et secunda altero, qui dicebatur Ausbertus; sed quis fuerit ille, ignoramus. Sigibertus: Anno ib. 623—630. D. DCXXV. Pippinus — — Lotharii regis. Anno D. DCXXVIII. Lotharius — — regnandum. Anno vero sequenti Dagobertus — — cordi habuit. Anno D. DCXXX. mortuus est sanctus Bavo in Ganda.

Cap. XXXI. De Macometo[r] principe Sarracenorum.

ib. 631. Sigibertus: Hoc tempore, videlicet anno Domini DCXXX. Arabum — — dimisit viventem. Hoc
cf. ib. 620. tempore in Francia Meldis sanctus Pharo et eius soror virgo sancta Phara et miraculis ac[s] vite sanctitate claruerunt.

Cap. XXXII. Quod Dagobertus usurpavit regnum Austrasiorum.

Ex historia Balduini et Hugonis: Cum autem Lotharius rex Francorum et Austrasiorum proximus esset morti, convocatis ducibus Francorum et Austrasiorum regno atque filios, uxorem cum filia eis recommendans, replicavit eisdem inter cetera, quod volebat, ut Dagobertus in regem Francorum, Hairbertus in regem Austrasiorum post eius obitum proficerentur[t], omnino tutores per iuramentum eis assignando Arnulphum et Pippinum[10] Dagoberto, Brunulphum[11] et Gundelandum[12] Hairberto, quatuor ducibus[7] Austrasiorum. Mortuo tandem Lothario res aliter se habuerunt; nam Dagobertus iniquorum deceptus consilio, de Francia, Neustria, Burgundia aliisque confinibus subito populos congregans, civitates Remorum, Cathalanum, Verdunum, Tullensem, Metensem, multasque[7] civitatibus Austrasiorum pacifice subintrans, eas subiugavit[13], tutoribus suis non consencientibus. Brunulphus[14] et Guntelandus[u] duces hec videntes commoverunt acies in suis ducatibus contra Dagobertum, volentes patris sui Lotharii decreta tenere. Sed frustrati a proposito, Guntelandus a regno effugatus, Brunulphus in principali sede Ablatonas sui ducatus a Dagoberto interfectus est[15], quatuor filiis eorum a regnis duobus effugatis. Ab illo tunc Dagobertus singulare sibi applicans Austrasiorum dominium, Hairbertum, fratrem suum, alibi regem prefecit[16].

a) *deest B* 2. b) sang. hum. *B* 2. c) eraclius *B* 2. d) omnesque *Sigeb.* e) *deest B* 1. f) hauberti *B* 1. g) schichildem *B* 1. h) mortem eius *B* 2. i) ausberto *h. l. B.* k) senatore *A. B* 1; senator *B* 2. l) in *B* 1. m) blichilde *A? B* 1 ?. n) Blichildem *h. l. codd.* o) vurn *B* 2. p) machometo *B.* q) et *B* 1. r) *sic codd.* s) goutelandus *B* 1.

1) Secundum Fredegarium IV, c. 46, SS. rer. Merov. II, p 144: *anno XXXV.* 2) Cf. Gesta Dagoberti c. 5, SS. rer. Merov. II, p. 402. 3) Hoc falsum esse probavit B. Krusch in 'Forsch. z. D. Gesch.' XXVI, p. 166. Ceterum Hugo Andr. March. I, c. 16. secutus esse videtur. 4) Immo Dagobertus a. 622/623. Austrasiis praefectus est. Fredeg. IV, c. 47. 5) I. e. ipsius Chlotarii. V. infra c. 32. 6) Andr. March. I, c. 16, l. l. p. 614. 7) Scil. Balduinus et Almericus. 8) C. 12. 9) Pure ficta sunt haec. 10) Uterque a Fredeg. IV, c. 52. simul memoratur. 11) Avunculus Airiberti (Fredeg. IV, c. 55), in Gestis Dagoberti c. 16, SS. rer. Merov. II, p. 406, frater Sichildis reginae nominatus. Cf. 'Forsch. z. D. Gesch.' XXVI, p. 167. 12) Qui in Libro hist. Franc. c. 42, SS. rer. Merov. II, p. 315, incitus maior domus appellatur. 13) Cf. Fredeg. IV, c. 56, cuius narratio amplificata est. 14) Brunulphum Hairberto favisse Fredeg. IV, c. 56. tradit. 15) Haec omnia ex Andrea March. I, c. 17, p. 619. sumpta esse videntur. 16) Tolosae urbi et regioni. Cf. Fredeg. IV, c. 58.

Cap. XXXIII. Quod Dagobertus regnat in Francia et de origine filii sui Sigiberti.

Andreas Marsianensis libro I, capitulo XV[a]: Anno D. DCXXX, anno Eraclii — — protinus sub dicionem suam redegit[b]. Sigibertus: Anno D. DCXXXI, Lotharii — — XIIII. Actor: De isto rege Dagoberto diversas opiniones repperi; nam historie Francorum contradicere videntur historiis Austrasiorum. In historiis Francorum[2] sic habetur: Hic Dagobertus tria regna in monarchiam suscepit. Qui et ipse fuit nutricius orphanorum et benignissimus in Francos, in iudicio iustus, ecclesiis largus. Qui primus elemosinarum copiam per ecclesias sanctorum de fisco palacii erogari iussit. In cuncto suo regno rumor eius in bono, simulque metus et timor in omnes regiones per circuitum pervenit. Pacem in omni regno suo statuit et veluti pacificus Salomon quietus regnum obtinuit Francorum. In historiis Hugonis atque[c] Balduini sic habetur: *Hic Dagobertus inter Austrasiorum reges insolentior et sine rubore ergo provectus, imprudencior ac voluntatis proprie contra Austrasiorum leges et consuetudines, intemperaciur atque rapacior in sua aggressu primaria legitur extitisse. Austrasios potissime usque ad finem dierum persecutus est*[3]. Eodem anno Heracleus — — dedicavit. Anno D. DCXXXII. Sarraceni — — dominio. Anno eodem Mahumad — — principatur.

Andr. I, 17. Sig. 631. Vinc. XXIII, 35 ib. 631. 632

Cap. XXXIIII. Quod Sarraceni recesserunt ab imperio Romano occasione cuiusdam spadonis, et de quibusdam incidentibus illius temporibus.

Anno D. DCXXXIII. Severinus — a Romanis perimuntur. Eodem[e] anno, videlicet anno D. DCXXXIII, Dagobertus[4] rex octavo anno regni sui, cum more regibus assueto superiores Francie partes pervagaretur mestusque esset, quod non haberet filium, qui post se regnaret, puellam quamdam Ragnetrudem[f] nomine thalamo sibi sociavit, ex qua filium eo anno suscepit. Quem cum postmodum in Aurelianensi urbe venerabilis vir Amandus iuxta morem fidelium presignaret, assistente genitore pariterque Airberto Acquitaniorum[g] rege, fratre ipsius Dagoberti, finita oracione et nullo de tanta exercitus multitudine amen respondente, apperuit Dominus os pueri, qui non plus quam quadraginta a nativitate expleverat dies, ac audentibus cunctis expedite respondit: 'Amen'. Statim igitur sanctus Dei eum regeneravit et Sigibertum nominavit[5], quem Airbertus rex de sacro fonte levavit[6]. Magnus ex hoc facto stupor cum exultacione, non tam regis, quam universos cunctos replevit astantes, et a rege Dagoberto vir Domini Amandus Traiectensium constituitur episcopus[7], qui in episcopatu verbi divini instat officio. Sub quo sanctus Landoaldus floruit, qui filium Apri viri illustris Lambertum, post episcopum et martirem futurum, a puero imbuens, in viam Dei induxit. Anno D. DCXXXVI. Theodorus[h] — — presidet. Eodem anno Sarraceni — — occupant. Anno sequenti Sarraceni — — clarent. Anno D. DCXL. sanctus Arnulphus — — anchillatur. Anno eodem Dagobertus — — episcopi. Anno D. DCXLII. Heracleus[i] — — arripit. Anno sequenti Heraclonas — — hoc anno subiecit, postquam Saxones sibi tributarios fecerat in quingentarum vaccarum annuali ac perpetuo censu. Sigibertus: Anno D. DCXLVI. Dagobertus — — maior domus fuit Erchanoaldus, frater Adalbaldi[l], incliti principis, muriti sancte Rictrudis, qui castrum Duacum viribus suis repparaverunt et infra castrum sancte Dei genitricis Marie templum construxerunt[m]. Anno D. DCLI. rex Sigibertus Austrasiorum — — sanctus Landelinus, confessor Christi, qui et Sig 651. Maurosus, ab Autberto[m] Cameracensi episcopo ex predone ad Christum retractus et a beato papa Martino ad predicandum ordinatus, fundator cenobiorum Lobiensis[n], Alnei, Waslaris atque Crispiniensis, ubi corpore requiescit cum discipulis suis Adeleno et Domiciano; Gislenus Cellensis — — faciebant. Anno videlicet DCLII. Sigibertus — — regnum. Iudocus sanctus — — in Christo. Et hoc anno[o] sanctus Foillanus[p] Fossensis — — martirizatur.

ib. 633. Auct. Mosch. Sig. 638 ib. 636. 643. ib. 645. Auct. March. Auct. Aquic. 651. Sig. 651-654.

Cap. XXXV—XLIIII.

Igitur humane perdicionis — — relaberetur, custodivit[q].

V. S. Autb. c. 1—10.

Cap. XLV. De obitu sancti Autberti[q].

De obitu vero — — usque ad tempus Didolis episcopi, qui et quartus decimus in episcopatu successit. Hic cum, Normannis Galliam penetrantibus[r] et iam provinciam suam totam pene occupantibus, res ad ipsam ecclesiam pertinentes depopulari locumque sanctum cultus sui munere vacantem cerneret, cum magna diligencia sanctum corpus in ecclesiam[r] beate Marie transtulit anno dominice incarnacionis octingentesimo octogesimo octavo, presulatus vero Didolonis[s] tercio[t], indictione septima, ubi octavo Yduum Decembrium[u. 10] honorifice collocatum multo tempore quievit.

ib. c. 11.

a) *deest B.* b) reduxit *B.* c) Hugonis sic hab. atq. Bald. *B* 1. d) mahāmad *B* 1. e) *haec* Eodem — in viam Dei induxit *linea circumcincta et adscripto verbo* vacat *delata sunt A.* f) nom. Ragn. *B* 2. g) aquit. *B* 1; acquitanorum *B* 2. h) Theodericus *A.* i) eraclius *B* 2. k) et *B* 2. l) adobaldi *B* 1; adabaldi *B* 2. m) auberto *B* 1. n) leodiensis *B* 2. o) s. a. *B* 1. p) foillianus *B* q) auberti *B* 2. r) ecclesia *B.* s) didolis *A*; dodilonis *Cod. Duac.* 864. t) regni vero Arnulphi tercio eque anno *add. Duac.* u) Decembrium — collocatum *om. B* 1.

1) Ed. Beauchamps p. 619 sq. 2) Ex Historia Francorum (Libri hist. Franc. c. 42. stilo paululum mutato) Vincentius haec affert. 3) Austrasiorum odium Dagoberti Fredegarius IV, c. 61, l. l. p. 151. depingit. 4) Sequentia — *Traiectensium constituitur episcopus* ex Sigeberti codice Marchianensi (Duacensi nr. 798. B 4°), in quo haec ad a. 633. inserta sunt, Iacobus exscripsit. 5) In additamento Sigeberti haec sumpta sunt ex Vita Amandi, Acta SS. Febr. I, p. 852. 6) Cf. Andr. March. I, 17. 7) Cf. Vita Amandi auct. Philippo de Elemosina, Acta SS. Febr. I, p. 864. 8) Haec etiam ex auctario Sigeberti Marchianensi codicis Duacensis sumpta sunt. 9) Surius, Vitae SS. (Colon. 1617) IV, p. 249 sq. 10) Annus et dies translationis in editione Surii Vitae Autberti mutila non leguntur, exstant vero in cod. Duacensi nr. 864, quem contuli.

Cap. XLVI. Quod Otto imperator ad beatum Autbertum devotione allectus est.

V. Autb. Evoluto[1] autem temporum aliquo spacio — — que ante barbarica vexabatur imperio.

Cap. XLVII. Quod Otto imperator corpus sancti Auberti exposcit sibi dari.

ab Igitur licet regis potencia id facile — — in supra memorata urbe locavit. Actor: Quanti vero meriti beatus extiterit Autbertus, et que et quanta ab eodem, semper Dei misericordia preeunte, gesta extiterunt, ex sequentibus sanctorum sanctarumque legendis diligens lector poterit advertere. Verum quia illustrium principum Hanonie historias perquirimus, idcirco primo tanquam veram et naturalem principissam Hanoniensis[a] territorii, beatissimam videlicet Waldetrudem, ipsam et eius vitam et legendam in sequenti libro ante beatum Vincentium, eiusdem maritum, et omnes alios et alias sanctos[b] et sanctas tocius territorii Hanoniensis[a] merito anteponere deliberavimus[c].

[LIBER X.[d]]

Cap. I.[e] Vita beate Waldetrudis[2].

V. Wald. prol. et c. 2. Igitur regnante Dagoberto Lotharii — — ut narrationis subscribitur textus. Hec igitur temporibus — — revocemus.

Cap. II—XV.

ab c. 3. 10 Beata autem Waldetrudis — — impedire valde pertimescerent[f].

Cap. XVI—XXX.[3]

V. Vinc. c. 3. 32. Ea igitur tempestate — — in secula seculorum. Amen.

Cap. XXXI—XXXIII.[4]

V. Aldeg. pr. c. 2. 4. Postquam omnipotentis Dei — — castra locaverat, et post hec a sanctis[g] monialibus atque a[h] Christi fidelibus vocatus est Mons Castrilocus.

Cap. XXXIIII. Quod sancta Waldetrudis attraxit sanctam Aldegundem ad mundi contemptum.

ab c. 4. cf. Huch V. Aldeg. c. 9. Postquam igitur venerabilis — — pervenire mererentur. Tunc matrona supradicta Bertilia[i] misit nuncios[k] suos ad monasterium quod[l] dicitur Mons Castri-locus, ad filiam suam Waldetrudem, ut sororem suam transmitteret ad eam, timens, ne eam a seculo exalienare debuisset et sacratissimum velamen super caput eius ponere voluisset. Quod audiens famula Christi cum [nunciis[i]] dimisit virginem sanctam Aldegundam ad visitandum matrem[m] suam, deprecans[n] eam, ut a seculo se faciat alienam et cicius revertertetur[o] ad predictum cenobium. Cum pervenisset beata Aldegundis in[p] loco nuncupato Curtissorra[q], ubi mater sua morabatur, cecidit ad pedes eius, deprecans cum lacrimis eam, ut in habitaculo, quod erat edificatum iuxta ecclesiam, sibi daret licenciam habitare, dicens non esse congruum se conversare inter consorcia virorum ac mulierum secularium; tunc indicans genitrici sue de sanctitate sororis sue Waldetrudis et de sancta religione, quam[q] cotidie docebat ancillas Domini de seculo ad se conversas. Cum autem audisset mater talia verba, irata est et voluit eam disciplinare, quod male egisset. Beata virgo Aldegundis pacienter sustinuit omnia, que passa fuit a matre, sciens scriptum in ewangelio: Matth. 18, 26. Pr. 26, 14. *Pacienciam habe in [me[r]] et omnia* etc.; item in psalmo: *Expecta Dominum, viriliter age, et confortetur cor tuum, et sustine Dominum* etc. Tunc dedit ei lintheamina optima, iussit, ut vestimenta sponsalia prepararet, volens ei in proximo nobilissimum [virum[s]] dare in coniugium. Illa vero pergens cito in habitaculum iuxta oratorium fecit[t] [vestes[u]] de supradictis linteaminibus[v] albas[w], unde volebat vestire cum dignitate baptizatos pro amore Christi, quia verus sponsus igneus [in[x]] pectore manebat. Tunc

a) hasmoniensis *B* 2. b) sanctas et sanctos *B* 2. c) *totum folium* 44. *sequens vacat A; maior pars f.* 34. *vacua relicta in B* 2. d) L. X. *addidi; superior margo abscisus est A, ubi vestigia litterarum rubrarum adhuc deprehenduntur. Libri inscriptio deest B* 2. *ubi pictura; spatium picturae rel. B* 1, *ubi posteriorā manu scr.* X^us. e) *postea nigro atram. add. A.* f) *extrema verba macula obtula vix legi possunt A.* g) dictis *B* 1. h) et Chr. *B* 2. i) suos nuncios *B* 1. k) qui *A. B* 1. l) *nec B* 2; *spatium vacuum post eum A. B* 1, *in A alia manu suppl. suis.* m) suam mat. *B.* n) eam depr. *B* 1. o) revertetur *B* 1; revertatur *B* 2. p) ad locum nuncupatum *B* 2. q) q̄ *B* 2. r) *deest A. B* 1. s) *deest A.* t) tū *add. B* 1. u) *deest A. B* 1, *spatio vacuo rel.; vestimentum B* 2. v) linteanobis *A; linteanobus B* 1; minibus *in loco raso B* 2. w) *deest B* 2; abbas *B* 1. x) *deest B; alia manu suppl. A.*

1) Haec, quae c. 46. 47. de translatione S. Autberti ex Vita eius descripta sunt, edidi ex cod. Duacensi nr. 864. in 'Neues Archiv' XV, p. 470 sq. 2) Acta SS. Apr. I, p. 838 sqq. 3) Acta SS. Iul. III, p. 69 sq. 4) Acta SS. Ian. II, p. 1035 sqq. 5) Mater Waldetrudis et Aldegundis. De partibus Vitae Aldegundis c. 34—54. exhibitis vide praef. 6) Coussolre.

cepit beata virgo tristis esse et affligere corpus suum, timens se exalienare de societate sanctarum virginum, die noctuque deprecans Dominum cum lacrimis, ut ei Dominus daret auxilium et adiutorium de tam seculari sponso, quem[a] sibi mater dari cupiebat[b]. Omnipotens Dominus exaudivit deprecacionem famule sue, nupcias [distulit[c]], quas mater supra quindecim dies facere volebat. In multis diebus illum iuvenem non vidit, cui filiam suam dari[d] cupiebat in coniugium[e].

Cap. XXXV. De prima[f] visione, quam vidit beata[g] Aldegundis.

Nunc veniendum est — — maiora esse contemplari. V. Aldeg pr. c. 5. 6.

Cap. XXXVI. De secunda visione, quam vidit beata[h] Aldegundis.

Apparuit siquidem eidem[i] — — adherebat privilegio. Tunc cepit matrona Bertilia egrotare langore ib. c. 6. cf. Huch. V. Ald. c. 13. valido. Vocavit filiam suam Aldegundem, dedit ei aurum, argentum, vestimentum preciosum, predia, villas, servos et anchillas et omnia que habuit, nisi tantum que pro anima sua distribuit pauperibus, viduis, orphanis, servis et ancillis in domo Domini servientibus. Finivit cursum suum supradicta matrona in senectute bona in supradicta villa Curtissorra. Sepulta est autem ibi in ecclesia Dei genitricis Marie iuxta virum suum Walbertum a Dei sacerdotibus aliisque in ecclesiastice dignitatis ordine. Iussit[l] fideles suos preparare nupciarum divicias, voluit sibi eam accipere in coniugium[e]. Cum audivit beata virgo, timuit valde; fugit nocte in locum nemorosum, qui vocatur Melbodius, ubi Sambra girat, Melbodius rivulus, preferat[k] que pater eius et mater dimiserant[l] contra beatissimam virginem Guertrudem[m], que erat consobrina beate virginis Aldegundis. Erant ibi in proximo duo viri pariter episcopi, beatissimus Amandus atque sanctissimus Obertus in loco qui dicitur Altus-mons, ubi supradictus beatus Vincentius cum aliis Deo servientibus regulariter militans Christo [degebat[n]]. Tunc denique beata virgo rem audivit de illorum adventu in loco illo, nudis pedibus veniens, in supradicto[o] cenobio prosternens se ad pedes sancti Amandi atque sancti Oberti[p], indicans eis desiderium suum et de contrariis et passionibus, que sibi per insidias diabolicas evenerunt.

Cap. XXXVII. Quod sanctus Amandus [consecravit[q] et] velavit sanctam Aldegundem.

Tunc beatus Amandus, qui in tempore illo multis fulgens[r] virtutibus, qui plurimas per circuitum naciones predicacionis verbo et vite meritis ad christianitatis perduxerat[s] titulum multaque monachorum cenobia et collegia puellarumque congregaciones ad spiritualium provexerat honores[t], cum gaudio familiariter confortans eam, dixit: 'O dilecta Dei virgo, nichil dubites, Dominus erit tecum, ipse dicente: *Amen dico vobis, quoniam plorabitis et flebitis vos, mundus autem gaudebit.* Item dicit: *Vigilate omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere omnia que futura sunt et stare ante filium hominis.* Item: *Vade et vende omnia, que habes, et da pauperibus; et veni, sequere me*'. Deinde duxerunt eam sancti episcopi et alii servi in oratorium sancti Vedasti et consecraverunt eam et sanctum velamen posuerunt supra capud eius. Ioh. 16, 20. Luc. 21, 36. Matth. 19, 21. Marc. 10, 21.

Cap. XXXVIII. Quod sancta Aldegundis edificavit primam ecclesiam Melbodii.

Tunc beata virgo revertens in locum desertum, quem ipse nominaverat Melbodium, cepit ibi arbustis[u] et vepribus radicitus[v] extirpare et servos et ancillas Dei ibi congregare. Post hec edificavit ecclesiam in honore Dei genitricis Marie; seculi huius divicias [pro nichilo[w]] reputans, facultates predio- cf. Huch. V. Ald. c. 16 rum suorum et omnia ornamenta, que pater eius et mater ei dimiserant, ad loca sanctorum legaliter distribuit et pauperibus erogavit, sciens scriptum in psalmo: *Dispersit, dedit pauperibus, iusticia eius manet in seculum seculi; cornu eius exaltabitur in gloria.* Item in ewangelio: *Vendite que possidetis et date elemosinas; facite vobis saculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in celis.* Locum[x] vero eius, ubi pater eius et mater humati fuerant, in melius reparavit et ibi duodecim[x] sanctimoniales ad serviendum Christo domino constituit. In supradicto loco Melbodio cum consilio vel auxilio regis incliti Dagoberti atque beatissimi Amandi episcopi semetipsam atque neptes suas, que fuerant filie sororis sue Waldetrudis — una vocabatur Aldetrudis et altera Madelherta — tradidit. Ubi Deo auxiliante exemplum bonorum operum seipsam cunctis prebuit in humilitate, in obediencia, in patiencia[y], in castitate, in ieiuniis, in vigiliis et oracionibus continuis, in longanimitate[z] et mansuetudine, in modestia et benignitate[a]. Ps. 111, 9. Luc. 12, 33.

a) quam *A*. b) volebat *B* 2. c) *deest codd.*; *cf. Hugb. V. Aldeg. c.* 9: nuptiae . . . differuntur. d) daro *B* 2. e) coniugem *B* 2. f) primaria *B*. g) sancta *B*. h) *deest B*. i) ei *B* 2. k) *haec corrupte descripta esse patet.* l) dimiserant *B* 2. m) getrudem *B* 1; gertrudem *B* 2. n) *deest codd.* o) supradicta cenobia *A. B* 1. p) Auberti *B* 2. q) cons. et *des. A.* r) *ita codd.* s) perduxerit *A.* t) homines *codd.*; *emend. Fortia.* u) arbustibus *B* 1. v) radicibus *A. B* 1. w) pro n. *add. Fortia.* x) XVI *B* 2. y) potentia *vel* potencia *codd.*; *emend. Fortia.* z) longite *A*; longeuitate *B* 2; *emend. Fortia*; continuis in mansuetudine, in modestia etc., *cetera des. B* 1. a) legnite *A*.

1) Scil. Eudo. Iac. omisit sententiam, quam Hucbaldus hoc modo exhibet: *Audiens Eudo iurenis, cui prefata mater filiam suam in coniugem dari disposuerat, obitum eius* etc. Fortia idem paucis mutatis, nota nulla apposita, textui inseruit. 2) I. e. Curtissolra.

Cap. XXXIX. De prima visione, quam vidit sancta Aldegundis, postquam fuit sanctimonialis[a] effecta.

cf Hoch. V Ald. c. 20. V. Aldeg. pr. c. 7. Postquam igitur beata Aldegundis monialibus vestimentis est induta et a secularibus pompis conversa, apparuit ei quidam[b] solem[c] splendentem tenens, vestitus vestibus albis et candidis[d], et ante eum stabant angeli et adorabant eum dicentes: 'Gloria tibi, Domine'. Et ut confessa est et Deum adhibuit ib. c. 8. testem non se mentiri, in spiritu vidisse gloriam, qua perfruuntur[e] sancti in celesti gloria. Audierat aliquando famula Dei de se prolatum[f] detractionis verbum, ut est consuetudinis perversis et ocio[g] vacantibus; cumque hac de re diucius cruciaretur animus, affuit angelus solito consolans eam pollicensque celestem sedem, dicensque ad eam: 'O dulcissima virgo Christi'; detractoribus vero ociosis et invidis, nisi [resipiscant[h]], commixtus est eternum supplicium et penas infernales. Post hec videns in visu, quod sanctus Amandus — — complicibus 10 iectus est.

Cap. XL—LII.

ib. c. 9 19. Quadam die sabbati — — meruit habere propitium.

Cap. LIII. Quod[*] Aldegundis virtute Christi aquam mutavit in vinum.

ib. c. 19 cf. Hoch. V. Ald. c. 28. Contigit namque — — Aldegundis id actum. Beata virgo sciens per Spiritum sanctum appropinquantem 15 suum diem[i] ultimum, deprecans[k] Dominum, ut crucifigeret per passionem corpus suum et probaret, sicut de beato Iob scriptum est, tunc omnipotens Deus, qui per passionem corpus[l] suum et filii sui redemit genus humanum, exaudivit oracionem dilecte sue amabilis, munus, quod peciit, cicius impetravit.

Cap. LIIII. Quod Aldegundis[m] passa fuit cancrum in mamilla.

V Aldeg pr. c. 20 Cancri morbum in dextera mammilla sua evenit, unde cruciata fuit usque ad obitum suum. Sacerdos 20 — in proximo.

Cap. LV—LIX.

ib. c. 21 26. Quadam nichilominus die — — offenderet pedem.

Cap. LX. Quod sancta Aldegundis primo sepulta fuit in Curtissora[n].

ib. c. 27. Sepulta est — — eximiis. Facta est translacio a supradicto rege[1] et a multitudine episcoporum, sacerdotum, monachorum atque virginum primo Kal. Novembris. Eatque ipse locus secula seculorum. Amen.[o] 25

Cap. LXI[p]—LXVI.[2]

V S Lander c. 1—9. Cum[q] constet beatum Maldegarium[r] — — presulis membra.

Cap. LXVII[s]—LXXIX.[3] 30

V. S. Gisl. c. 2—17. Venerandus igitur — — in heremi vastitatem.

Cap. LXXX—LXXXV.[4]

Rom. Mir. S. Gisl. c. 2. 3. Hinc est, quod post tempora multa sanctus Guislenus[t] apparuit in sompnis — — secula seculorum. Amen.[u] 35

Cap. LXXXVI—CX.[5]

V. S. Rumb c. 1 24. Temporibus Hildrici[v] — — secula seculorum. Amen.[w]

Cap. CXI—CXX.[6]

Phil. V. S. Landri. c. 1 7. Sicut bone conversacionis — — secula seculorum. Amen.[x]

[*] Quod aqua mutatur in vinum meritis beate Aldegundis *B.*

a) sancta monialis *A.* b) quidem *A.* c) *deest, spatio vacuo rel. B* 2. d) dentē *add. A; nescio quid sit.* e) perferuntur *A. B* 1. f) probatum *codd.* g) odio *B* 2. h) *assumpsi e V. Aldeg.; spatium vacuum rel. A. B* 1; inv. insidistoribus *B* 2. i) *verba* diem — — impetravit *in f.* 60. *scripta erant A, antequam f.* 59, *dimidia folii pars, inter f.* 58. *et f.* 60. *annecteretur, tum demum in f.* 60. *erasa et in f.* 59. *repetita sunt. In dimidio f.* 59. *unius columnae c.* 56. *suppletum est, quod primo omissum erat, inscriptionis spatio vacuo relicto, quae in inferiore folii parte praescripta est:* Qualiter beata Aldegundis succurrit beate nepte sue. Cam hVI. k) *ita A. B* 2; deprecante *B* 1. l) *sic codd.*; corpus suum et *ex praecedenti linea h. l. repetita delenda sunt.* m) beata Ald. *B.* n) curtisorra *B* 1. o) *inferior columnae pars vacat A. B* 2. p) *numerus deest B* 2. q) Dum *B* 1. r) Madelgarium *B* 1. s) *in A. f.* 62. *columna prior, in B* 2 *tota fere columna prior f.* 47. *vacuae relictae sunt.* t) gislenus *B.* u) *prior columna f.* 67. *fere tota scriptura caret A.* v) Hildorici *B* 1. w) *sequitur locus vacuus* 15 *linearum A, altera col. f.* 50. *fere tota vacua rel. B* 2. x) *quod paginae f.* 77'. *superest, secunda fere tota columna vacua A; post* Amen *add. manu scribae:* paradisi pp *B* 1.

1) Dagoberto scil. 2) Acta SS. Apr. II, p. 489 sq. 5) Acta SS. Mart. III, p. 560. Excerpta exstant SS.
3) Mabillon, Acta SS. ord. S. Bened. II, p. 790 sq. XV, p. 796 sq. 6) Migne, Patrol. Lat. CCIII,
4) SS. XV, p. 580 sq.; Analecta Bolland. V, p. 250 sqq. col. 1349 sq.

HIC INCIPIT LIBER XI^us.*)

Cap. I. De[a] initio regni Sigiberti regis Austrasiorum.

Hugo et Almericus: Dagoberto rege Francorum defuncto, Sigiberius, filius eius, prout superius expressum est, in regno Austrasiorum feliciter dominante[b], ruynas, quas pater suus in eodem eruerat[c], in integrum resarcivit. Nam ecclesias, quas spoliaverat, terras, ducatus comitatusque, quas a nobilibus abstulerat eius pater, ipse ecclesiis et heredibus restituit. Guntelandum[d] iam dudum a regno proscriptum revocans in suo ducatu pacifice reposuit. Quatuor denique filios ducis Brunulphi eciam ad propria revocans, ducatum patris iuxta[e] etates eorum iuste condivisit[f]. Sicque antiquiori contulit pagum Lovaniensem[g], Ailberico Haynaucum, Hidulpho Ardennam et Glomerico Durbeium. Hos Sigiberius rex in curia propria officiis sublimavit solemnibus, quos et ducum regni sui filiabus matrimonio copulavit magnifice. Sed et urbes cuilibet in suo[h] solo regalibus previlegiis adornans et munificenciis quampluribus sublimavit. Duci Lovaniensi[i] Lovanium, comiti Hainauci Cameracum, comiti Durbiensi Namurcum et comiti Ardennensi Legiam assignavit.

Cap. II. De Alberico comite Haynauci[1].

Brunulpho comite Haynauci Ablatonas a rege Dagoberto interfecto[k], prout superius explanatum est, successit eidem Albericus, filius eius iunior, dictus Orphanus; licet enim alii fratres sui consimiliter fuissent orphani, soli Alberico iuniori remansit denominacio orphanitatis. Nam patre interfecto, mater coram in exilium moriebatur; pueri[l] privati omnibus terris, girovagi quasi remanserunt, quamdiu Dagobertus supervixit. Sed ipso mortuo, Sigibertus ipsos propriis restituit possessionibus. Hunc Sigibertus rex unice filie ducis Alsasie in matrimonio copulavit, de qua filios plures atque filias suscitavit. Hic Cameraci primo sedem suam tenuit, sed a pluribus Francorum regibus invasus, cum Karolo Tutide[1] federatus pro tempore dictis regibus resistens, tandem Cameracum nimis expositum Francis, eam prius sufficienter munitam pro tempore dereliquit. Ablatonam[m] propter mortem patris respuens, ad ecclesiam beate virginis, quam Sigibertus rex construebat, in qua due sorores eius Deo serviebant[n], perrexit moraturus. Hic iuxta ecclesiam supra Montem Castri-loci antiquam turrim reparari iussit et castrum competens ad resistendum adversariis illuc[o] restauravit. Hic plenus dierum mortuus sepelitur in ecclesia sancti Petri Montensis, in medio chori monachorum, ducatum Alsasie atque Haynauci propriis filiis derelinquens. Cui successit filius eius primogenitus Walterus, cognominatus Orphanus, post revolucionem annorum multorum.

Actor: Hic Sigibertus rex legitur primus post abrenunciacionem a Vincentio et Waldetrude pompis mundalibus factam ducatum Austrasie inferioris in comitatibus condivisisse[p] et proprios terminos eis[q] limitasse necnon et proprias sedes munificenciis regalibus previlegiatas determinasse. Dicta siquidem Austrasia luferior inter ripparias Mose, Scadi et oceani solum continebatur. Sigibertus: Anno D. DCXLVII. Modoaldus — — degenerat. Anno vero sequenti Pippinus — — principatur. Tunc Eligius Noviomi, Audoenus, qui et Dado, Rothomagi clarent episcopi, quorum precibus convictus fuerat beatus Amandus, ut filium regis Dagoberti Sigibertum baptisaret[r]; et Philibertus — — nupserat. Anno D. DCXLVIII. Martinus — — presidet. Eodem anno sanctus Furseius[s] — — quiescit. Anno D. DCL.[t] Ita — — claret. Sig. 646—649. Auct. Mareh. Sig. 648. 650.

Cap. III. De fundatione ecclesie sancte Waldetrudis Montensis[u].

[Hugo[v].] Sigibertus Austrasiorum rex anime patris sui Dagoberti cupiens subveniri, de morte ducis Brunulphi satisfacere, in loco qui Castri-locus dicebatur, socus heremitorium Waldetrudis, cuius iam corpus coruscabat miraculis, ecclesiam cum criptis in honore sancte Dei genitricis Marie construi incipiens, in eadem sanctimoniales, que in heremitorio dicto degebant, in eadem ecclesia, videlicet virginis gloriose, devocius stabilivit; monachos vero, qui dictis monialibus in officiis ecclesiasticis ad nutum deservirent, in dicto heremitorio solempniter instauravit et devote. De bonis vero, quibus Ailbericus, filius ducis Brunulphi, per eius mortem spoliatus extiterat, dictus rex Ailberici precunte consensu dictum competenter ditavit monasterium. Actor: Quia de fundacione ecclesie sancte Waldetrudis et[w] prebendarum domicellarum eius et de canonicis atque prebendis earumdem necnon et de monachis Sancti Petri Montensis et canonicis Sancti Germani atque eorumdem prebendis diversi diversa senserunt, et malo opiniones recitare quam quidquam[x] temerarie diffinire: ideo oppiniones super predictis, quas repperi, huic operi ascribere curavi, quarum aliquas immediate[y] superius annotavi, reliquas consequenter enodabo. Gilbertus: De ecclesia beate Waldetrudis — — silencio pretereundum. Gisl. p. 495 sq.

*) atque ecclesie sancte Aldegundis Melbodiensis *add. B.*

a) *hoc lemma deest B* 2; XI^us de *f.* 78. *nigro atrum, in spatio a rubricatore vacuo relicto suppl. A; locus picturae vacuus rel. A. B* 1. b) *sic codd.* c) excuerat *A*; excercuerat *B* 1; exercuerat *B* 2. d) Gundel. *corr.* Guntel. *B* 1; Guitel. *B* 2. e) iusta *A. B* 1. f) condi iusit *B* 1. g) louuan. *B* 2. h) solo suo *B* 2. i) Nota hic vitam alberici comitis haynauci *B* 1. k) pueris *B* 1. l) Tucide *codd.* (?). m) ablatonem *B* 1. n) erant deo servientes *B* 2. o) illic *B.* p) condivisse *codd.* q) eisdem *B* 1. r) Furseus *B* 2. s) DCI.X. *B* 2. t) *deest A.* u) ac *B* 1. v) ℣ *A*; ℣d *B* 1. w) immeditate *codd.?*

1) V. supra l. X, c. 12. 2) Haec ex cod. Sigeberti Marchianensi (B 4°) (cf. Bethmann, SS. VI, p. 289), quae ex Vita S. Amandi sumpta sunt. Cf. supra p. 127, n. 4.

Cap. IIII. De quodam miraculo a sancta Aya perpetrato et recommendatione[a] ville[b] Montensis.

Gisl. p. 496. Gilbertus: Defuncta sancta Aya — — per cambium devenit. Actor: O vere felicitatum Castriloci territorium! cuius seclusis antiquorum gentilium prerogativis, a sanctis tamen Wauberto sanctaque Fortilia atque sancto Vincencio Madelgario[c], licet iure principatus eum possiderent, a sancta tamen
Gen. 25, 9. Waldetrude[d], herede naturali, more patriarcharum, qui speluncam duplicem a filiis Ephron precio compararunt, sic [ab[e]] ipsa sancti Guisleni[f] consilio particulariter redemptum est et solutum et ab eadem inhabitatum, a sanctis denique Amando, Lamberto, Auberto, Audomaro, Landrico, Landelino, Gisleno, Foilliano, Hidulpho, Guertrude[g], Aldegunde, Aya[h] aliisque sanctis sepius visitatum et inhabitatum, postmodum a sancto Sigiberto Austrasiorum rege, monasterii tui prothofundatore, sublimatum, sanguine[i] ducis tui Brunulphi singulariter rubricatum et tandem a Karolo Magno in metropolim patrie Hainauci assumptum est, ab eodem denique munificis imperatoris previlegiis confirmatum, finaliter venerandi corporis sancti Veronis[k] adornatum concernitur et probatur. Igitur amplius non Castri-locus, quia *castra*
Ps. 2. cf. I. Reg. 4, 7. *Dei sunt*, hec Genesis XXXII°, — Deus enim descendit in castra, secundi Regum XVII —, sed Mons ab altitudine non solum terrarum, sed eciam meritorum ac prerogativorum[l] multiplicium accumulatorum
Is. 2, 2. 3. debes[m] appellari. De quo monte prophetavit Yzayas dicens: *Erit in novissimis diebus preparatus mons domus Domini in verticem montium, et elevabitur super*[n] *omnes colles, et fluent ad eum omnes gentes, et ibunt populi multi et dicent: Venite, et ascendamus ad montem Domini et ad domum*[o] *Dei Iacob, et docebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis eius*, Yzaye capitulo II°.

Cap. V. Quod in ecclesia sancte Waldetrudis Montensi abbatissis derelictis Montensis[p] comes effectus est abbas.

Gisl. p. 496 sq. Gilbertus: Satis igitur patet — — non participet.

Cap. VI. De aliquibus libertatibus ecclesie Montensis*.

Ib. p. 497 sq. Gilbertus: Quatuor sunt — — melius posse laborare.

Actor: Nota, diligens lector, quod Gilbertus et Ailmericus, Rogerus et Bruno[1] multum in historiis ecclesie sancte Waldetrudis et eius fundacione atque dotacione videntur discrepare; sed ad eorum diafoniam pertractandam, arduitatem materie concernens, nullo modo calamum ad hoc laxare proposui. Quid tamen Gilbertus senciat de fundacione ecclesie sancti Germani Montensis, hic edissere disposui.

Cap. VII. De aliquibus[q] ordinationibus et statutis ecclesie sancti Germani Montensis.

Ib. p. 498 –500. Gilbertus: Prebende ad titulum — — similiter terre, auro et panno serico. Dominus comes Hanoniensis — — possunt proferre. Actor: Hec omnia in Gilberti historia conscribuntur[r]; sed historia, que Brunoni archiepiscopo Coloniensi ascribitur, inferius suo loco, annuente Dei gracia, de supradictis ecclesiis[2] tractans conscribetur.

Cap. VIII. Quod Grimoaldus totundi atque monacari fecit Dagobertum, filium Sigiberti regis**.

Sigibertus: Anno Domini DCLV. Dagoberto rege mortuo profluvio ventris et in ecclesia sancti Dionisii sepulto, filii eius Sigibertus in Austrasia et superiore regno, Clodoveus puer cum Nanthilde[s]
Sig. 656. matre Burgundiam, Franciam atque Neustriam rexerunt[3]. Sigibertus vero rex — — promoveretur. Qui Sigibertus Methis in ecclesia beati Martini regio cultu sepultus, pro sancto ibidem veneratur[4]. Hoc
Sig. 657-659. tempore beatus Amandus sanctum Mauruntum in clericum totundit[t][5]. Grimoaldus — — regem. Unde Franci — — Austrasiorum. Anno sequenti obiit — — excecatus est. Anno D. DCLIX.[u] Martino — — presidet.

Cap. IX. De dedicacione ecclesie sancti Amandi Elnonensis.

Ib. 661. Aut. March. Sigibertus: Anno D. DCLXI. Vitalianus — — LXXIII[us] post Petrum. Eodem anno sanctus Amandus, Domine et meritis amantissimus, post multiplices atque felices certaminum curaus sciens sibi imminere diem sui obitus,

*) beate Waldetrudis ecclesie *B* 1; eccl. sancte Waldetrudis *B* 2.
**) Austrasiorum et de quibusdam eventibus illius temporis *add. B.*

a) recommandatione *B* 1. b) territorii ville *B* 1; territorii *B* 2. c) maldegario *B* 2. d) Wadetrude *A.* e) *suppl. Fortia.* f) gisleni *B.* g) gertrude *B.* h) aye *A. B* 1; aie *B* 2. i) s. d. t. Br. *om. B* 2. k) *vox quaedam* (gleba *vel* 50, reliquiis) *omissa videtur.* l) prerogatiōr; *B* 2. m) debet *B* 2. n) inter *A.* o) montem *B* 1. p) comes Mont. *B.* q) quibusdam *B.* r) cōscribuntor *A.* s) mathilde *corr. e* năthilde *B* 1; Bătilde *B* 2. t) totondit *B* 2. u) DCLX. *B* 1.

1) Cf. praef. p. 62, n. 9. 2) S. Germani et S. Waldetrudis Montensis. 3) Haec neque apud Sigebertum neque apud Andream March. leguntur, sed originem habent ex Chron. Fredeg. IV, 79. Dagobertus I, cuius obitum Sigeb. a. 645. adnotavit, obiit a. 639. 4) Cf. infra c. 18. 5) Haec ex Vita S. Rictrudis c. 24.

ad dedicandam ecclesiam apostolorum Petri et Pauli, quam ipse construxerat, convocatis episcopis in monasterio Elnone, Aucl. March.
sancto Reolo archiepiscopo Remensi, Mommelono Tornacensi[a] et Noviomensi[b], Vindiciano Cameracensi et Attrebatensi,
abbatibus eciam Bertino, Aldeberto, Iohanne, testamentum de corpore suo, ne ab aliqua ecclesiastica secularive persona
ab eodem monasterio unquam auferretur, attestantibus et subscribentibus eiusdem anathemate confirmavit; et sic XC°
etatis sue anno in eadem ecclesia apostolorum Petri et Pauli sepultus in pace quievit[c]. Anno sequenti Clodoveus Sig. 625—
— — habitare. Anno eodem Constantinus — — urbes capit[c]. Romam — — vadit. Anno sequenti Constan- 664.
tinus — — viriliter resistitur. Eodem anno sancte Etrudis[d] Nivellensis Deo spiritum dedit. Ex histo-
ria ecclesie Rothnacensis: Quia beatus Amandus fuit primus fundator ecclesie
collegialis Rothnacensis[e] in honorem beatorum[f] Petri et Pauli, idcirco canonici in eadem
ecclesia, que nunc est parrochialis, ecclesie canonicorum propinqua, officium apostolorum
Petri et Pauli in eadem solemniter celebrant, propriam ecclesiam pro tunc descrendo.
Sigibertus: Anno D. DCLXVI. Lotharius — — sublimatur. Theodericus[g] rex — — archangeli fundavit. Ib. 668. 667.
Anno D. DCLXIX. edificata est primo ecclesia cenobii Hasnonii supra fluvium Yscarp[2] in
pago Obterbatensi[h.3], Constantinus — — annis XVII. Anno D. DCLXX. Deodatus — — illuminatur. Anno Ib. 669—
sequenti Constantinus — — abscidit. Anno D. DCLXXVI. Hildricus — — retruditur. Anno D. DCLXXVII. 677.
Bonus[i] Romane ecclesie LXXV[us] presidet. Eodem anno beatorum apostolorum Petri et Pauli ecclesia, que sita est Aucl. March.
Elnone, constructa est[4].

Cap. X. De fundatione ecclesie Hagmagiensis[k].

Actor: Hiis temporibus in pago Ostrogotensi citra[l] fluvium Yscarp erat cenobium
Hacmaticense[m] dictum, a paucis nunc cognitum, divinis tamen laudibus et humanis nec-
non[n] merito multipliciter commendatum, in sancti Petri honore retroactis temporibus a
sanctissima Guertrude[o] fundatum; historiam cuius, prout reperire valuimus, huic operi
conscribere curavimus. Ex historia Marsianensis[p] ecclesie[5]: Exist, inquit histo- Chron. Marc.
ria, a littore Marsianensi[p] spacio forme quatuor stadiorum Hangmagiensis[q] sinus, locus amenus, in quo multo- c. 9.
rum annorum basilica antiquissima cernitur, apostolorum principi Petri honore et nomine a prolixa retro etate dicata[r].
Quem locum multa laude in scriptis suis historiographi extulerunt, qui ante nos fuerunt, quod videlicet paradisiace
ibi fuerit exercitacio vite. Ibi namque aliquanto tempore angelice dignitatis persone utriusque sexus commorati[s] sunt.
Fuerunt[t] hi: sanctus Amatus Senonensis archiepiscopus, postmodum ab Ebroino impio[t] persecutore et cf. ib.
maiore domus regie tempore Theoderici regis exulatus et a sancto Maurunto ibidem adductus; ubi[u]
etiam idem Mauruntus[v], beatissime Rictrudis filius, Gertrudis[w] eciam sanctissima, predicti loci fundatrix,
venerabilis domine Geberte[x], matris Adabaldi ducis, genitrix, virgo eciam gloriosa sancta Eusebia, pro-
neptis dicte Gertrudis[w], postea dicti loci rectrix: hii in dicto cenobio vitam celibem deduxerunt. Fre-
quentabant eciam dictum locum venerabiles sancti Amandus episcopus et confessor Christi Rikarius[y].

Cap. XI. De fundatione ecclesie Marsianensis[z].

Verum quia in plerisque legitur historiis territorium Duacense de ducatu Ostrogotensi extitisse, et
eciam incepta narracio elucidari[a] non valet[b], nisi de fundacione Marsianensis monasterii aliquid decla-
retur, ideo que necessaria sunt ad nostri propositi declaracionem fideliter enarrabimus. Anno igitur ab
incarnacione domini nostri Iesu Christi DCXI, pontificatus Bonifacii[c] pape LXIIII. anno tercio, imperii 611.
Foce cesaris anno septimo, regni vero Lotharii[d] regis magni, qui ex Francorum regibus a Clodoveo
primo quartus extitit, anno XXIV.[e] beatissimus Christi confessor Amandus iamdudum Romam peregrinus
perrexerat, sed ammonitus a beato Petro, ut gentibus vite verbum predicaret[10], tamdem Roma egressus
in Gallias denuo venit et, ut officium sibi divinitus iniunctum oportunius valeret implere, ab episcopis

a) tournacen *B* 1. b) moniensi *B* 1. c) cepit *B* 2. d) ertrudis *B* 1; Gerdrudis *Sigeb.* e) rochnacensis *B* 1.
f) *deest B* 1. g) theodoricus *B* 2. h) obt[e] *B* 1; obtrebatensi *B* 2. i) Donus *Sig.* k) haugmagiensis *B* 1. l) circa *A.*
m) hagmaticense *B* 2. n) hum. non immerito *B.* o) guertrude, gu *eraso corr.* ertrude *A;* gertrude *B.* p) marcian. *B* 2.
q) hämag. *B.* r) *sic Chr. Marc.;* dilata *codd.* s) *sic codd.* t) impio *A. B* 1. u) vir *A. B* 1 *eg* v. v) mau-
rontus *B* 1. w) gertrudis, g *eraso corr.* ertrudis *A.* x) geberte *corr.* heberte *A.* y) richarius *B* 1; ricarius *B* 2.
z) marchian. *B* 2. a) *corr. ex* elicudari *A.* b) potest *B* 2.

1) Haec ex auctario codicis Sigeberti Marchianensis (B 4**). 2) Scarpo. 3) A. 670, secundum Tomelli Hist. monast. Hasnon. c. 2, SS. XIV, p. 150; Ann. Elnon. min. a. 669, SS. V, p. 18: *Aedificatio Hasnonii.* 4) Haec ex auctario Marchianensi Sigeberti cod. B 4**. Cf. Ann. Elnon. mai., SS. V, p. 11. 5) Chron. Marcianense cod. Duac. nr. 850. f. 109'. Cf. 'N. Archiv' XV, p. 452 sqq. 6) Chron. Marc. l. l. pergit: *commorantes atque sub castris regis eterni strenua milicia fortiter decertantes, crebris ictibus congresse, antiquum hostem Salvatoris auxilio efficaciter prostraverunt. Fuerunt hii: beatus scilicet archiepiscopus Amatus, cuius superius mentio habita est, vir domini Maurontus, domne Rictrudis filius, Gertrudis, venerabilis domne Gerberte, matris Adalbaldi ducis, genitrix. Hunc ergo locum terris magis omnibus unum virgo gloriosa Eusebia post-habitis aliis coluisse refertur.* 7) IV. Fuit papa LXVII[us]. 8) II. 9) Immo XXVIII. 10) Cf. Chron. Marc. c. 1: *Dein Romam profectus a beato Petro apostolo in visu est ammonitus, ut ad Gallias rediret et verbum Dei gentibus predicaret.*

absque ullo titulo, quamvis invitus[a], episcopus tamen ordinatus fuit[1]. Qui ex Aquitanie regione[b] ortus, bonorum operum gracia celeberrimus, divinitus sortiens fuerat peregrinus Dei hoc mangnifice virtutis previlegium[b], ut per diversa terrarum loca construeret oratoria ad religiosum omnipotentis Dei servicium. Videns igitur predictus Christi[c] confessor Amandus, iam in etate sua quadragenarius, in alodio nobilis Adoaldi, Duacensium et circumadiacentis[d] pagi ducis potentissimi, Marsianensem[e] locum[f] nemoribus et aquis habundantissime[f] repletum[g] desertumque seu remotum ab hominibus ac proinde aptum devotis seu religiosis viris ad inhabitandum, diligenti solercia et impensis fidelium fundavit ibidem cenobium, congregans multitudinem religiosorum fidelium simplicitate et devocione cordis sui, ut[f] ibi iugiter Deo deservirent secundum regulam beati Benedicti et ex tradicione apostolorum operibus manuum suarum victum sibi et vestitum acquirerent; et ut liberius in divinis cum eisdem philozopharent, quemdam venerabilem senem, discipulum suum, cognomine Crodobaldum, in temporalibus huius monasterii sui preposuit. Crescente itaque multitudine fratrum Elnonensium, vir Dei Amandus, senio confectus, eligens cum eis remanere, eundem Marsianensi prefecit quemdam ex discipulis suis, sanctum videlicet Ionatum, abbatem primum constituens. Qui qualis quantusve fuerit, mores et vita ipsius, miracula eciam post decessum eius per eundem devote efflagitantibus[g] perpetrata declarant.

Cap. XII. De origine et matrimonio sancte Rictrudis.

cf. Chr. Marc. Huius igitur temporibus Hercualdus[2], cognomento Nobilis, inter Wascones preclarissimus in gentem[a] Getarum, ex coniuge genuit filiam Richtrudem[b].

V. S. Rictr. c. 1. Huius filia fuit Richtrudis[b] puella bone indolis, que iam facta nubilis videtur, diligitur atque eligitur a[1] Francigena nomine Adalbalo, natalibus orto preclaris et iustis.

Chr. Marc. Nam Lotharius magnus rex duxerat uxorem Bercetrudem, quandam[k] nobilem et elegantem[l] puellam, ex qua genuit Dagobertum regem et Blithildem, sororem eius, secundum quosdam cronographos[m]; alii dicunt aliam filiam fuisse primi Lotharii, avi istius. Hec nupsit Ausberto duci nobili in Germania, unde processit Karolotidas[n] progenies regia. Ex hac progenie nati sunt tres preclarissimi principes, scilicet Adabaldus Duacensium dux et fratres eius Hercinoldus, maior domus et patricius[o,q] Clodovei regis, filii Dagoberti[p], et Sigifridus comes Pontiviensis[q], maritus sancte Berte, qui in villa sua Blangiacensi[r,1] sepultus quiescit. Huic Adabaldo nupsit gloriosa Rich-

Mir. S. Rictr. I, 1. tradis[b]. Anno Domini DCXLI[o] nobilis dux Adabaldus et frater eius Hercenaldus castrum suum Duacense reparant et in eo ecclesiam in honore beate Marie semper virginis, que nunc sancti Amati dicitur, de suo proprio edificant[s], iuxta illam turrem munitissimam ac[t] mire altitudinis, que in ius proprium beate Richtrudi[b] post mortem viri sui hereditaria successione obvenit. Unde, quia nunc Flandriarum comites turrem dictam possident, prout invicem sibi

V. S. Rictr. c. 1. succedunt, huius rei causa Marsianensi ecclesie conferre quinque solidos annuatim consueverunt[t,2]. Adabaldus etenim ex uxore sua sancta Richtrude[b] genuit filium nomine Maurontum[u], postea levitam et abbatem sanctissimum, quem sacer Richarius per baptisma salutare Deo regeneravit, et eidem spiritualis doctor et paternus extitit; tres quoque virgines sanctas: Clothsendem; hanc egregius pontifex Amandus sacris[v] dignisque manibus e[w] fonte salutari suscepit et in omnibus Deo dignam reddidit. Eusebiam vero rex Dagobertus et Namthildis[x] regina, uxor eius, de fonte susceperunt, cui redditus multos et villas in Francia[y] tradiderunt, que omnia erant ecclesie Marchianensi[y*] profutura; sed heu! in destructione Normannica et per incuriam monialium predicta perdiderunt.

Cap. XIII. De beato Adabaldo et de eius martirio.

ib. Mir. S. Rictr. c. 1. Bone et laudabilis memorie dux nobilis Adabaldus, devote Christi famule Richtrudis maritus, a pago Austrebentense[z], ubi eciam multis locupletabatur possessionibus, eundi Wasconiam nimium triste suis iter arripuit, ut vicos et castella inibi[a] sue dicionis[b] lustraret. Quem Richtrudis nobilis matrona, quam[c] licuit, prosequta est[d], quia

Chr. Marc. c. 5. statim missa domum merens revertitur, cum ultra non viseret. Cumque per Aquitanniam iter peragaret anno Domini DCXLV. et ad Petragoricum solum pervenisset, insidiis malignorum et uxoris sue consanguineorum, quibus matrimonium displicuerat[e], vir iustus appetitur, vulneratur, perimitur; indigne enim ferebant tam humili matrimonio utpote Francigene, quam gentem Gete vilipendebant, sororem suam fuisse coniunctam. Cum autem multatus foisset, ambabus manibus angelico ductu caput proprium ad ecclesiam, in qua tumulandus erat, devexit. Ad cuius tumulum multa illo tempore miracula facta sunt, et adhuc caput eius in ecclesia Petragoricensi veneratur. Corpus vero eius in ecclesia Elnonensi delatum est, sed a quibus personis vel quo tempore factum sit, nobis est incognitum[e].

Cap. XIIII. Quod sanctus[f] Amandus velavit sanctam Rictrudem.

Eodem[g] anno nobilis matrona Richtrudis, tam tristi perculsa rellacione, non modico afficitur animi

a) invictus *A*. b) previllegium *A*; privileg. *B* 1 *plerumque*. c) dei *B* 2. d) circumadiacensis pagi *A*. *B* 1. e) marsianensis *A*. f) *deest B* 2. g) affligitantibus *B* 1. g*) *sic codd.* h) rictr. *semper B* 2, *raro B* 1. i) atque *codd.* k) quendam *A*. l) elegatam *B* 1. m) historiographos *B* 2. n) karolitida *B* 2. o) pncius *A*; princius *B* 1; puignus *B* 2; patricius *Andr. March. I, c.* 18. *ed. Beauchamps p.* 626. p) dagobti *B*. q) pontiuensis *B* 2. r) blanziac. *B* 1; blansiac. *B* 2. s) et *B* 1. t) consuerunt *B* 1. u) maurontum *B* 1. v) sanctis *B* 2. w) a *B*. x) natildis *B* 2. y) franciam *B* 1. y*) *sic h. l. A. B* 1; marcian. *B* 2. z) austrebatense *B*. a) ibidem *B* 2. b) dicioni (ditioni) *A. B* 1. c) quantum *B*. d) *deest B* 1. e) innotum *B* 1. f) beatus *B*. g) autem *add. B* 2.

1) Cf. Vita S. Amandi c. 2, Acta SS. Boll. Febr. I, p. 850. Cf. Chron. Marc. c. 1: *Episcopus itaque absque ullo titulo ab episcopis est consecratus.*
2) Vita S. Amandi c. 1.
3) Cf. Chron. Marc. c. 2.
4) Cf. Chron. Marc. c. 6, 'N. Archiv' XV, p. 456.
5) Cf. ib. c. 3, l. l.
6) Cf. Andr. March. I, c. 18, ed. Beauchamps p. 626.
7) Blangy-sur-Ternoise.
8) Cf. Andr. March. I, c. 18, l. l. p. 626.
9) Cf. Chron. Marc. c. 20, 'Neues Archiv' XV, p. 460.
10) Mir. S. Rictr. c. 1: *quibus matrimonium displicuerat.*

merore. Cogit eam tamen rex secundum iuire mstrimonium, sed spreto regis precepto et minantem velut blandientem[a] parvipendens, se et sua tradidit Christo. Secum tamen indecenter[b] revolvens, qualiter regis indignacionem lenire valeat et cordis sui desiderium affectui[c] mancipare, consilio presulis Amandi fixam[d] dissimulat cordis sui constanciam, et quod magis esset utile, consilio et assensu illius se facturam regi pollicetur. Cum ita regem suspectum reddidisset, veluti voluntati eius parere voluisset, venit rex apud Baiacum[e] inter Attrebatum et Saliscum, predium videlicet beate Richtrudis, ab ea invitatus cum obtimatibus suis. Et dulci affabilitate et ciborum affluencia cunctis letificatis, surgit a mensa, licenciataque a rege in domo propria coram eo libera uti potestate, iuxta consilium presulis Amandi velum ab eo benedictum de sinu suo contrahens, invocans nostri Salvatoris auxilium, capiti suo gaudens superponit[f]. Quo facto rex ira permotus abcessit[g] a convirio, ipsa vero divino arbitrio se committens, ad edificandum domum Dei ad orientalem[g] Marchianensis ville partem viriliter se accinxit[h]. Hanc ecclesiam beatus Amandus iam diu fundaverat[i] et monachis ibidem ab eo congregatis beatum Ionatum, discipulum suum, abbatem primum fecerat. Huic operi igitur beatum Amandum preficiens, inter ipsam et regem benivolencia et pace per eum prius reformata, eidem spiritualiter adherens, omnium prediorum suorum cunctarumque opum[k] suorum, vernaculorum et cuiuscumque utriusque sexus fidelibus personis multa largissime distribuens, suis vero locis, in quibus pie actionis exercicio Deo militatura erat usque in finem, ut pauperlatis sancte amatrix, minus et pauca reservans, nichil hesitans in fide, sed dominicorum verborum continue memor, quod *habenti dabitur et habundabit*, et quod iterum scriptum est: *Timentibus Deum nichil deerit.*

V. Richt. c. 2, § 14. Mir. S. Richt. I, 5. V. Richt. c. 2, § 14. Matth. 25, 29. cf. Eccl. I, 19.

Cap. XV. Quod beata[l] Rictrudis[m] omnia bona sua et se ipsam tradidit ecclesie Marsianensi[n].

Marcheniarum denique monasterio rite composito et a[o] duobus venerabilibus episcopis, sancto videlicet Auberto et sancto Amando, in honore apostolorum Petri et Pauli solemniter dedicato, anno Domini DCLIII. VI. Kal. Novembris, nobilis matrona Richtrudis, voti compos, universa que sibi residua esse videbantur, testamentum legitimum faciens, perpetuo iure possidenda liberaliter sanctis Dei et eidem contulit monasterio. Quod testamentum ad noticiam posterorum litteris commendans atque confirmans, iuxta assensum Clodovei regis Francorum, filii Dagoberti primi et Nanthildis regine, assencientibus quoque clero et palatinis proceribus bonum opus, quod ceperat, totum laudabiliter consumavit. In hoc ergo rite confitiendo firmiterque corroborando sub rege predicto magnorum virorum auctoritas solemniter affuit et legitima testacio, memorati videlicet sancti Auberti Camoracensis et Attrebatensis simul episcopi, sancti quoque Vindiciani, nundum[p] episcopi, sed post sancti Auberti eiusdem successoris, Honorati Attrebatensis diocesecos archidiaconi, sepedicti quoque Traiectensium pontificis Amandi, Ionati primi dicti loci sanctissimi abbatis et Credeboldi eiusdem loci sub beato Amando venerabilis prepositi servorum Dei, qui auditores fuerunt eiusdem viri Dei Amandi, plurimorum quoque canonicorum illustrium ordinis sui proprietatem conservancium. Interfuerunt eciam in huius donacionis confirmacione proceres palatini laici, Maldegarius maior domus, Vincentius postea dictus, qui per revelacionem angelicam Altum-montem[q] monasterium construxit et in loco quem Sonegias[r] dicunt aliud constituit; Amalfridus[q] quoque illustris, qui in Houlsicurte[r, s] monasterium fundavit, ubi deputatis sanctimonialibus filiam suam Aurinam prefecit; Baidolo eciam, qui corpus sancte Marie Magdalene de Provincia[t] in Burgundiam in loco Versiliacum attulisse fertur. Tunc denique venerabili matrona humiliter postulante beati predicti sacerdotes Amandus atque Autbertus, quorum lingue divino munere facte sunt celi claves in virtute ligandi atque solvendi, assensu regis atque palatinorum procerum necnon et acclamacione cleri et[u] populi horribili anathemate excommunicavorunt, ut de collatis beneficiis in presentia ecclesie Marsianensi[v] vel in futuro tempore conferendis nullus unquam quippiam auferre seu diminuere quolibet modo presumat, sed ecclesia ibique famulantes Deo sua cum integritate possideant[w] et Domino fideliter in omni tempore deserviant. Obtulit quoque secum tres filias suas virgines regi Christo militaturas. Ibi ponposis abiectis vestibus, nobilis matrona habitu[x] religionis induitur, cerui admovetur cilicium, oculis quoque penitencie luctum indicit. Hec ergo monasterium ingressa tam districtam corpori suo penitenciam indixit, ut nunquam postea pro quavis occasione illius loci clausuram egredi voluerit[y], castigans corpus suum in ieiuniis et oracionibus die et[z] nocte; vitaque eius aliis fuit in exemplum. Abhinc[y] monachis ibi a beato Amando constitutis obeuntibus, ob reverenciam beate Richtrudis in loco eorum beatus Ionatus abbas primus illius loci virgines et viduas ad conversionem[z] vocavit.

Chr. Marc. c. 6. cf. ib. c. 14. ib. c. d. Mir. Richt. I, 5. cf. V. Richt. c. 2. Chr. Marc. c. 7.

*) et testamento confirmavit *add. B.*

a) blandientem *A. B* 1. b) indesinanter *B* 1. c) affectui *A.* d) fixa *A.* e) supponit (*pro* supponit) *codd.?* f) abcessit *B* 1. g) orientale *B* 2. h) operum *codd.* i) tunc Attr. simul et Camer. ep. *B* 2. — *Chron. Marc. l. l.:* non tamen sine benedictione et auctoritate presulis Camoracensis, qui ea tempestate erat Autbertus. k) per se *codd.; corr. e Chron. Marc.* l) sancta *B.* m) rictrudas *A*; richtrudis *B* 1. n) *deest codd.* o) *ita codd.* p) senogias *A. B* 1; soncias *Chron. Marc.* q) almafridus *B* 2. r) haulsicurte *A*; Honulficurte *Chron. Marc.* s) ac *B.* t) Marsiasi *A. B* 2; Marsiensi *B* 1; marceniensi *Chr. Marc.* u) percipiant *B* 2. v) habita *A.* w) *deest B* 2. x) ac *B* 2. y) Id abhinc *B* 1; abb. id *B* 2. z) conversacionem *A. B* 1.

1) Beaurain? (arrond. Cambrai, cant. Solesmes). Sigebertus eam in a. 745. collocaverit, Translatio S. Mariae Magdalenae a. 749. indicat, ita tamen, ut quae de personis referuntur ad saec. IX. pertineant. Utique Badilo testamento S. Rictrudis subscripsisse non potest. Chron. Marc. l. l. habet: *de Hierusalem*, de qua urbe nequaquam agitur.
2) Cf. Chron. Marc. c. 6, 'N. Archiv' XV, p. 456.
3) Cf. Acta SS. Febr. I, p. 820.
4) Hautmont.
5) Honnecourt (arrond. Cambrai, cant. Marcoing).
6) V. infra l. XI, c. 50—54, ubi haec translatio descripta est, cuius tempus non constat; cum enim

Cap. XVI. De morte sancte Gertrudis[a], fundatricis ecclesie Hagmagiensis, et de sancta Eusebia virgine et sancto[b] Maurunto.

V. Rictr. c. 2, 23. Interea Dei famula Gertrudis[c], vidua sanctissima, que fuerat avia Adabaldi ducis illustris[d] venerabilisque Geberte, matris eiusdem ducis, genitrix, longevitatem vite accumulans operibus bonis in Hammalico monasterio a se edificato, ubi eciam sacra virgo Eusebia, eius proneptis, educabatur, viam ingreditur universe carnis, 655. Dec. 6. anno[e] Domini DCLV. VIII. Idus Decembris. Cui succelit flos virgineus candidissimus ut lilium, predicta Eusebia, puella bone indolis, sed adhuc satis tenere etatis, utpote duodennis. Quapropter venerabilis vere christicola Rictrudis metuens pro filia, ne forte serpentina temptaretur[f] astucia, si libertate potiretur immatura, tam per se quam per alios[g] hortatur eam, ut secum habitare velit; quod illa renuit omnimodis[h]. Unde agente matre missa est littera a rege Clodoveo reverti precipiente[i]. Mesta igitur virgo Eusebia cum suo proavie sancte Gertrudis[k] corpore et cum sanctorum reliquiis, quo ibidem fuerunt recondite, atque cum omni sua congregacione ad Marsianense monasterium revertitur, relictis ibi aliquibus personis, que ibi Deo[l] deservirent, ne locus V. Rictr. c. 2, 23. desolaretur[m]; et hoc ad tempus. Beatus igitur Maurontus[n] iam in etate virili, in laicali habitu regalibus obsequiis[o] et negociis militaribus implicitus, vinculis eciam innectitur sponsalibus. Cuius mater venerabilis Rictrudis, cum persensisset ab eo, quod nequaquam sue contubernio sponse vellet uti, nimium pro eo metuens, per beatum pontificem Amandum a secularibus negociis revocat et in amore Christi et lege divina cor eius diligenter instruit. Missa tamdem ab ipso pontifice celebrata, vidit apem ter girare[p] capud eius; sed quid protenderet[q], plenius intelligens, advocato eo, hortatur, ut quam celeriter perficiat opere, quod ib. 24. corde concepterat. Tunc sanctissimus pontifex ab eodem devote rogatus iuxta morem ecclesiasticum benedicens in clericum totondit et corone signum gestare fecit. Factus postmodum levita eidem nomini et officio condigna[r] morige- rari curavit et conversacione et vita.

Cap. XVII. De fundatione ecclesie collegialis Rothnacensis[1].

Ex historia ecclesie Rothnacensis: Sciendum est, quod beatus Amandus fundator ecclesie Rothnacensis extitit, prout apparet[2] ex quadam cronica in ecclesia predicta alias reperta, sic dicente[t]: *In*[s] *vico Ronnascense*[s] *monasterium canonicorum*[t] *a sancto quoque Amando in honore apostolorum Petri et Pauli constructum, ubi martyr Dei preciosus Hermes postmodum requievit*[4]. Et sequitur: *Hoc*[u] *autem demiramur, quod hunc locum tam*[v] *antiquum et tam opulentum Ludovicus Pius Endensi*[3] *cenobio participandum donavit cum multis possessionibus et libertatibus in perpetuum libere possidendum, quas canonici dicti loci postmodum pacifice possederunt et possident.* Sequitur: *Et ut rei geste memoria cunctis pateat, Ludovicus, filius Karoli Magni iacentis apud Aquisgrani, obiit anno Domini* 840. *VIII*[c]*XL.* Ex ista[6] apparet, quod ecclesia ista fuit[w] fundata CCXX annis ante donacionem, quam Ludovicus Pius donavit Endensi cenobio, et quod predictus Ludovicus Pius imperator possessiones et libertates donavit ecclesie prelibate. Actor: Oppinio Balduini[7] est, quod Gerardus de Roussillon eam fundaverit in suo proprio Brachatensi[x] territorio; nam, prout predictus videtur sentire historiographus, dictus Gerardus in suo territorio Brachatensi imminentibus guerris contra Karolum Martellum ordinavit de suis possessionibus in dicto territorio et dedit eas ecclesiis diversis, quas in eodem fundavit, utpote ecclesie beate Marie Antogniensis[8], ecclesie[y] sancti Petri Lutosensis[7], ecclesie apostolorum Petri et Pauli Rothnacensis, ecclesie Regicourtensis, ecclesie beate Marie Condatensis[z] et ceteris pluribus, quas in dicto fundavit territorio[9]. Posset hic dici, quod utraque oppinio posset salvari, quia in dicto vico Rothnacensi plures extant ecclesie, quarum beatus Amandus unam fundaverit, et Gerardus de Roussillon[a] reliquam, et temporis successione reges et alii principes ad bene placitum eorum de eisdem ordinaverunt.

Cap. XVIII. De obitu sancti Amandi et eventibus[b] aliquibus illius temporis.

Sig. 661. Sigibertus: Anno ab incarnacione Domini DCLXI. Amandus meritis et nomine amantissimus — — VIII. Ydus

a) Ertrudis *A*, E *in loco raso*. b) beato Maur. (mauronto *B* 1) confessore *B*. c) Ertrudis *A*. d) illustri *A*. *B* 1. e) *drei codd.* f) falleretur *B* 2. g) alias *B* 1. h) omnimode *B* 2. i) peipiente *A*. i*) Gertr. *corr.* Ertr. *A*. k) loco *B* 2. l) defalcaretur *B* 2. m) mauronius *B* 1. n) asequiis *A*. o) tergare *B* 1. p) ptenderet *B*; portenderet *Vita Rictr.* q) cüdigna *B* 1. r) dicia *B* 1; dicę *A*? *B* 2. s) *num* ronnascense *an* ronnatense *in codd. scriptum sit, dubium est.* t) monachorum sive canonicorum *B* 1. u) tam *Gesta ep. Cametrac. recte.* v) fund. fuit *B* 2. w) brabatensi *B* 1. x) eccl. — Lutosensis *om. B* 1. y) luthozen *B* 2. z) condatensi *B* 1. a) Roussilon *B* 1; Rousseillon *B* 2. b) aliq. ev. *B*.

1) Renaix inter Audenarde et Grammont. 2) V. supra l. VIII, c. 9. 3) Verba *In vico — requievit* et *Hoc autem — donavit*, quae in Gestis episc. Camer. II, c. 44, SS. VII, p. 464 sq., legnntur, ex his assumpta esse mihi quidem persuasum habeo; cf. praef. p. 67, n. 10. H.-E. 4) Cf. Ioh. Froissart ed. Kervyn de Lettenhove XV, p. 51: *Aussi envoya-on pareillement a saint Hermer (Hermes?) a Renaix, lequel saint a le merite de guerir de toute frenesie.* 5) Inda seu Cornelimünster prope Aquisgranum. 6) Scil. chronica. 7) Quem carmen heroicum poetae Flandrensis de Gerardo de Roussillon in usus vocasse apparet; cf. infra c. 49. et quae in praef. p. 60. exposuimus. 8) Notre-Dame d'Antoing. 9) Cf. infra c. 49.

Februarii[1]. Eodem anno mortuo Sigiberto[2] Austrasiorum rege, qui in ecclesia beati Martini pro sancto venerator sepultus[3], Grimoaldus filium eius Dagobertum admodum parvulum sibi commendatum, ut per eum in regno promoveretur, in monachum totondit et per Didonem Pictavensem episcopum in Scocia direxit et filium suum Hildebertum regem fecit. Sed[4] Franci dolentes de infidelitate eius captum Parisius presentant[5] iudicio Clodovei, quem in carcere vinculatum amara morte fecit consumi, filium quoque suum Hildricum regem Austrasiorum fecit. Hic Grimoaldus frater fuit sancte Gertrudis Nivellensis. Anno DCLXII.[b] Clodoveus decimo octavo anno[b. 6] regni sui obiit; Lotharius, primogenitus filius eius, succedit. Defuncto Archinaldo principe palacii Ebroinus maior domus constituitur. Sanctus Leodegarius a rege Lothario et Ruthilde regina, matre eius, Augustudunorum[c] constituitur episcopus. Sed non multo post, anno quarto regni sui obiit[7]; Ebroinus autem contra voluntatem principum Theodericum in regnum sublimavit. Sub quo sanctus Amatus Senonencium archiepiscopus clarebat. Qui, ut in Vita sua legitur, demonibus sic[d] erat infestus, ut nullus eorum ad eum temptandum ei accidere[d*] esset[e] ausus. Hic eciam Theodericus instinctu Ebroini in tantam exarsit insaniam, ut non solum plebem, verum eciam primates non minime afflictos, alios trucidarit, alios a regno exterminaret. Unde sequenti anno propter insolencias Ebroini repudiatur; Hildricus vero, frater eius, rex Austrasiorum in eius regno sublimatur. Qui Theodericum diu insecutus et tandem captum in cenobio sancti Dionisii[f] tonsurari fecit, Ebroinum vero in Luxuvio sub regula vivere coegit. Pro quo Vulfaldus[g] maior domus constituitur, qui in parrochia Verdunensi super Mosam cenobium sancti Michaelis archangeli fundavit. Quo mortuo Leudesius, filius Erchenaldi, fratris Adabaldi, mariti sancte Rictrudis, germanus sancti Mauronti, maior domus constituitur. Per idem tempus beatus Maurontus hortatu suo sacre matris Rictrudis venerabilis construxit cenobium in predio suo Broilensi, quod nunc Meurivilla, quasi Maurunti villa, vocitatur. Ibi monachos congregans, quibus sufficienter necessaria[h] de proprio suo contulit.

Andr. I, 19. Sig. 662. Andr. I, 20. Sig. 672. Andr. I, 20. Sig. 667. Andr. I, 20. 21. Chr. Marc. c. 8.

Cap. XIX. De Bodilone Franco et tirannizatione Theoderici regis et Ebroino.

Anno Domini DCLXXIX. Bodilo Francus, quem Hildricus[i] rex ligatum ad stipitem sine legis iudicio cedi precepit, non immemor dedecoris sibi[k] facti Hildricum in venacione exemptum[l] in silva Lauconis[m. 8] cum Blithilde uxore eius pregnante interfecit. Theodericus regno restituitur. Leudesius, filius Archenaldi predicti, consilio beati Leodegarii episcopi a Luxovio revocatus aliorum[o] principum maior domus constituitur. Theodericus eciam rex sanctum Maurontum a cenobio suo Broilensi, quod ipse construxerat, ad se evocatum, et suum tradens anulum, fecit cum torius curie cancellarium. Ebroinus, ut audivit Theodericum regno restitutum, a Luxovio egreditur, ascitis quos olim habuit amicos, tirannidem arripit, Austrasios sibi verbis blandis allexit[p], muneribus corrupit, sicque ad regem iter[q] contendit. Sed inter eundum[q] Albatino-villa[r] perveniens Leudesium principem palacii cum thesauris defuncti regis Hildrici obvium habuit, quem sub specie false[s] pacis promissa[t] dataque fide amicicie ibi occidit, thesauros tollit, regi Theoderico eos presentavit; unde honorem amissum recepit. Inde tirannidem excercens, ut in Vita beati Amati[u] legitur, ipsum pontificem apud regem Theodericum quasi infidelem accusatum, sine iudicio et audientia a proprio sublatum episcopio, exulem Perone in monasterio in pago Vermandensi sub honorifico abbate Ultano, fratre sancti Fursei, custodie mancipavit. Anno Domini DCLXXXV. Theodericus rex Francorum anno sexto regni sui consilio Ebroini, sinodo episcoporum habito, multos episcopiis privat, alios exilio dampnat perpetuo. Inter quos sanctus Amatus episcopus mortuo Ultano[v] abbate Peronensi traditur beato Maurunto, ut eum in suo novo Broilensi cenobio iterato custodie manciparet. Beatus autem Mauruntus iuxta regis preceptum sanctum assumens episcopum venit Cameracum[10]. Ingressus autem beatus Amatus[x] sancte Dei genitricis ecclesiam cum suis custodibus maturus cappam de collo sustulit et cirotecas de manibus abstraxit et super radium solis, putans esse perticam ligneam, suspendit. Quo viso beatus Mauruntus in stuporem versus, quem proditorem regis putabat, sanctum Dei esse est admiratus[11]. Quem secum assumens ad Hammagiense cenobium adduxit, ubi eius prouia Gertrudis[w] sancta fuerat abbatissa, et successerat eius soror Eusebia; et in dicto cenobio permansit in Dei servicio pacienter perseverans[12]. Beata virgo Rictrudis indignum ferens tantum presulem cum puellis manere apud Hammaticum, eo ad se vocato Marcenis[y], aliquanto tempore cum ea mansit. Deinde hortatur sanctum[d] virum, ut ad Broilum monasterium Maurunti, filii sui, pergat et pastoralem curam monachorum ibi[y] Deo servientium assumat. Qui precibus beate matrone acquiescens apud Meurivillam accessit[z. 13].

Sig. 679 et Andr. I, 21. Chr. Marc. c. 8. Andr. I, 22. Chr. Marc. c. 8. Andr. I, 22. Chr. Marc. c. 8. Ib. c. 10.

Cap. XX. De obitu sancte Rictrudis et sancte Eusebie virginis.

Beata et venerabilis Rictrudis decurso[a] sue sincerissime vite tempore in bonorum omnium stronuissima excer- Chr. Marc. c. 13.

a) presentavit *B* 2. b) anno regni sint (?) *B* 1; regni sui an. *B* 2. c) augustidunorum *B* 1. d) *deest B* 2. d*) *sic codd.* e) fieret *A. B* 1. f) dyonisii *B.* g) Wlfealdus *B* 1; Wlfoaldus *B* 2. h) suffic[i] *A*; sufficit *B*; *corr. e Chron. Marc.* h*) neccessar *A. B* 1; necessario *B* 2. i) hilderico *B* 1. k) f. s. *B* 1. l) exceptum *Sigeb.* m) tautonis *A*; lacconis *B* 1. n) *ita codd.*; revocati aliorumque *Sigeb.* o) alexit *A.* p) *deest B* 1. q) inter eundem *A*; iter cunti *B.* r) Ablatonus *B* 1; Ablatonas *B* 2; Bacinovilla *Andr. M.* s) falso *Andr.* t) *ita codd.*; promisso *Andr.* u) Ulcano ? *A. B* 2. v) amandus *B* 2. w) Ertrudis *A.* x) marchensis *B.* y) ibidem *B* 2. z) successit *B* 1. a) decursu *codd.*

1) Eundem locum iam XI, c. 9. e Sigeberti codice (B 4'') Marchianensi lucubus descripserat. Quodsi hic cum aliis partim supra, partim infra insertis lucis iteratur, satis apparet hos semel non e Sigeberto ipso, sed alio fonte, chronico nempe Marcianensi, ad auctorem pervenisse, qui eciam in hac parte non, ut solet, Sigebertum ad verbum exscripsit. 2) Cf. XI, c. 9. 3) Cf. supra c. 8. 4) Cf. XI, c. 9. 5) Cf. ib. c. 9. 6) Andr. March. l. l. p. 620: *Anno Constantini imperatoris XVIII. Clodoveus rex Francorum obit, anno regni sui XVII.* 7) Scil. Lotharius rex. 8) Andr. March. I, c. 21, l. l. p. 634; *in silvam Lauconis; Lauconis* (forêt de Livry) Frédeg. Cont., SS. rer. Merov. II, p. 169. 9) Cf. V. S. Amati c. 5, Acta SS. Sept. IV, p. 129; Ghesquier IV, p. 590. 10) Cf. Vita S. Amati c. 6, 11) Cf. ib. c. 7. 12) Cf. ib. c. 9. 13) Cf. ib. c. 10.

Chr. Marc. c. 13. citacione anno Domini DCLXXXVII, etatis sue septuagesimo quarto anno, perceptura[a] eternam[b] remuneracionem[c] laborum suorum in pace feliciter IIII°[d] Ydus Madii diem clausit extremum. Corpus autem sacratissimum illius in dextera parte ecclesie ante altare sancti Iohannis baptiste[b] sanctique apostoli Andree iuxta morem convenienti traditur sepulture a Dei sacerdotibus beato Vindiciano[1] Cameracensi et Attrebatensi simul episcopo et Amato sanctissimo Edunensi[e] archiepiscopo aliisque in ecclesiastice dignitatis ordine ipsi militantibus seu eciam quamplurimis christiane religionis viris ad exequias tante matris undique confluentibus, presente ibidem filio suo sancto Mauronto, venerabili abbate et egregio levita, simulque sorore eius sancta Eusebia, Clothsonde[f] quoque, que duarum sororum maior natu erat. Quorum decenti compositione fuerant ista omnia rite completa. Que statim magnis et mirabilibus incepit coruscare miraculis; prout in eius legenda ulterius[g] elucescunt[3]. Anno Domini

ib. c. 15. DCLXXXIX. beata virgo Eusebia, mundo[h] cum illecebris et concupiscenciis eius viriliter superato, et hoste maligno cum pravis suggestionibus eius triumphato, virginitatis adeptura bravium, XVII. Kal. Aprilis gratanter migravit ad Christum. Sepultum autem est eius venerabile corpus in australi parte ecclesie sancti Petri Hammaticensis cenobii, cuius extiterat abbatissa. Cuius sepulchrum a quampluribus vel febribus vel quibuslibet morbis gravatis sepius frequentatur, qui solamen querentes, in fide nichil hesitantes, salutifero sompno super tum-

ib. c. 16. bam, cervice reflexa, soporati, statim celestem graciam senciunt et integre sanitati restituuntur. Post cuius transitum venerabilis Gertrudis[4], femina laudabilis, que[h] quondam[i] fuerat uxor cuiusdam Ingomari viri clarissimi, eidem in loco regendo successit.

Cap. XXI. De obitu sancti Amati episcopi et[m] confessoris et venerabili Hacta[n].

Sanctissimus Christi confessor Amatus, in sanctarum virtutum perseverans proposito et ad celestem

cf. ib. c. 10 patriam ex hac moleste peregrinacionis erumpna desiderans peragrare[o], anno[p] ab incarnatione Domini

Sept. 13. DCXC, Theodorici regis undecimo[2], exulacionis[q] sue sub beato Maurunto anno sexto, Ydibus[r] Septembris regi Christo spiritum tradidit; sacrum vero corpus illius sacer Mauruntus in sua possessione Broilensi decenter tumulavit, deinde se et sua ei tradidit per cartarum instrumenta. Fecerat preterea dictus presul ex massa ferrea cathenam inmanem sibi fabricari, cuius gravedine carnem suam secreto alligatam gaudebat affligi, que repente soluta ab exanimi corpore et presentem modis diversis illico

Chr. Marc. c. 10. prestitit virtutem et deinceps tempore longo diversas populis indulsit sanitates. Audiens autem rex Theodericus miracula, que fiebant ad eius sepulcrum, penitentia ductus venit ad sanctum, plorans et gemens pro his,

ib. c. 18. que malo consilio commiserat in eum. Sacer vero Mauruntus, relicta regali curia, ad suum in Meurisillam secessit

ib. c. 16. monasterium, abbatis curam super ceteros fratres per duodecim annos gerens vigilantissimam. Per idem tempus venerabilis abbatissa Hammaticensis Gertrudis[4], que beate Eusebie successerat, quia ecclesia sancti Petri Hammaticensis erat angusta sanctimonialibus et sanctorum corporibus custodiendis minus honesta, aliud in dextro latere memorate basilice construxit templum, quod sanctus Vindicianus Cameracensis et Attrebatensis simul episcopus, beati Auberti successor emeritus, in honore sancte Dei genitricis Marie XIIII. Kal. Decembris celebriter dedicavit[1]; in cuius dedicationis officio oportuno cum aliis ecclesiasticis personis venerabilis Hacta[t] interfuit. Qui[u] a rege Theoderico electus et ab eodem pontifice secundo ordinacionis sue[v] anno cenobii beati[w]. Vedasti primus abbas benedictus extiterat, idemque simul Gandensem sancti Petri abbaciam in monte Blandinio nobiliter regebat. Sed antequam hec ecclesia dedicaretur a predicto venerabili Hacta, ad hoc invitato cum aliis ecclesiasticis personis utriusque sexus, letaniis solempniter decantatis[x] triduanoque[y] peracto ieiunio, et cum iam tercie noctis celebres agerentur vigilie, cece quibusdam, quorum ad id singulare erat meritum, visa est quasi missa manus hominis, que conando emovere sepulcrum virginis innuebat annuereque[z] se eorum votis, illico sublata omni

Chr. Marc. c. 16 dubietate, V° Kal. Novembris inssione angelica sacre reliquie, alternantibus choris modorum sub alterna modulacione, sunt levate[2], deinde ab ipsa in novam basilicam in die quo dedicata est, scilicet XIIII. Kal. Decembris, missis celebratis, presente iam dicto sancto pontifice Vindiciano ab ipsis sunt translate.

Cap. XXII. De obitu sancti Maruntia, et de quibusdam eventibus istiusb temporis.

Auct. March. Chr. Marc. c. 18 Sanctus Mauruntus, Deo dignus levita et abbas, illustris ducis Adalbaldi et nobilis matrone Rictrudis sanctissimec filius, anno ab incarnacione Domini DCCI, anno quarto Hildeberti regis, filii Theoderici[d], in monasterio Marchianensi[e] III° Nonas Maii migravit ad Dominum, ubi et sepultus quiescit. Iuxta cuius sepulcrum extitit puteus[f], quem suis manibus fodisse dicitur, et usque hodie putheus sancti Maurunti vocitatur. Ex aqua huius puthei, ut ab antiquis scriptum reperimus, qui morbo scroellarum detorpabantur, bibebant et ulcera lavabant, ex ulceribus

Auct. March. vermes cadebant, et sanabantur. Sigibertus Gemblacensis: Anno Domini DCLXXVII. beatorum apostolorum Petri et Pauli ecclesia, que sita est Elnone, que crescentibus miraculis circa sepulcrum sancti Amandi modica

a) preceptura *A.* b) *deest B* 2. c) omnium *add. B* 2. d) 4° *corr. e* V° *B* 2. e) Adunensi *B* 2; Sedunensi *legendum.* f) clots. *B* 2. g) uberius *B.* h) mondo *A. B* 1. i) G *erasum A.* k) virique *A*; viri q *B* 1. l) condam *B.* m) ep. et *des. B* 2. n) haeca *B* 2. o) parare *codd.* p) ab inc. D. a. *B* 2. q) eulacionis (eulationis) *A. B* 1; eleuationis *B* 2; anno VI° exulatus sui *Chron. Marc.* r) ydus *B* 2. s) Ertrudis *A.* t) hatta ? *A.* u) Q *A.* v) sue ord. *B* 2. w) sancti *B* 2. x) decantantq *A.* y) triduoque *B* 1. z) leuata *codd.* a) et confessoris *add. B.* b) illius *B.* c) sanct. fil. *des. B* 1. d) theoderi *A.* e) marsian. *B* 2. f) puteus *semper B* 1.

1) De his in Vita S. Rictrudis nihil legitur. 2) Cf. V. S. Rictr. c. III, l. l. p. 88. 3) Chr. Marc. c. 10: *anno XII.* 4) Cf. Mir. S. Rictr. II, c. 2, § 13, l. l. p. 101.

erat et propter monachorum habitacula inaccessa non facile poterat adiri, constructa est devotorum fidelium sumptu alia Auct.March.
ecclesia magnitudine prestancior et accessu[a] oportunior. Hanc sanctus Eligius Tornacensium et Noviomensium episcopus in honore prothomartiris[b] Stephani dedicavit et a predicta ecclesia apostolorum in illam corpus beati Amandi, quod post quindecim a transitu annos incorruptum inventum est, transtulit. Insuper vultum eius detectum turbis prebet invendum, pedes eciam ac manus concedit ad osculandum. Quo obsequio devote et fideliter peracto, ipsum sacrosanctum corpus, ne facile posset inveniri, in profundis terre visceribus secondidit. Anno D. DCLXXIX. Agatho — — interfecit. Sig.679,677.
Eodem[c] anno Theodericus — — constituitur. Eodem anno inter Romanos et Sarracenos post interfectionem ib. 680-681
triginta milium Sarracenorum a Romanis in triginta — — solvant. Anno D. DCLXXX. Ebroinus — — impellit.
Anno D. DCLXXXI. sexta[d] sinodus — — ducenti LXXXIX. Anno D. DCLXXXII. sanctus Leodegarius — — obtruncatur. Anno D. DCLXXXIV. Leo iunior Romane ecclesie LXXVI. presidet. Huius temporibus in Neustria floruit sanctus Aycadrus[e] abbas Gemegiensis, cuius vitam huic operi ascripsimus, prout consequenter patet, eo quod eius venerabile corpus Haspris diem iudicii expetendo[f] in feretro super altare requiescit.

Cap. XXIII. Vita sancti Aycadri abbatis et[g] confessoris et primo de eius[h] origine.

Inter nobilissimas — — celeritate addiscit[1]. Nec mirum: habebat sane magistrum interius, cui ad dis- V Aic. c 1 2
cendum non tempus, non etas obsistit, qui, ubi vult, inspirat, ubi vult, sciencium infundit, quem vult, Ioh. 3, 8.
irradiat, et quem vult, illuminat. Tali magistro puer strenuus, subito iniciatus[i] subito informatur. Taliter se puer egregius agebat, scripture sacre verba attencius audiendo, crebrius interrogando, exemplo Domini, qui duodennis in medio doctorum audiens et interrogans sedebat in templo.

Cap. XXIIII. Quod puer Aycadrus spernens gentilium libros, ad scripturam[k] sacram se convertit.

Prefatus interea senior, dum puerum advertit sacram scripturam tam sagaciter attendere, blando eum cepit sermone interrogare: 'Ecce, fili[l] karissime, ecce nostri gignasii[m] scolasticos satis spectasti; liberalium arcium formas ipsis disputantibus licenter audisti; que[n] igitur ex hiis ad discendum tibi delegisti, fatere nobis, obsecro'. At ille verecunde quidem, sed racionabile querenti responsum dedit: 'Preposterum est valde, pater, ut magistro discipulus condicionem imponat, dum his[o] sane nec in parvo nec in magno ab edicto magistri debeat declinare. Veruntamen, ut tu sententiam meam[p] pernoscas, ego per aliquot[q] hos dies ab hiis discipulis tuis lectionem apostolicam recitari audivi, in qua auditores suos a mundi[r] sapiencia querens avertere apostolus dicebat: *Quia sapientia huius mundi stultitia est apud* 1. Cor. 3, 19.
Deum. Et alibi: *Stulta*, inquit, *et infima mundi elegit Deus, ut confundat sapientes*. Et iterum: *Per* ib. 1, 27.
stulticiam, inquit, *mundi placuit Deo salvos facere credentes*. Unde, si recta sencio, libros gentilium ib. 1, 21.
propter amorem sacre scripture vitandos ego iudico; nam gentilium dicta librorum exterius eloquencia nitent, intus autem vacua a virtutis sapiencia manent, nisi tibi aliud videatur, magister'. 'Haut aliter', inquit magister, 'michi nec ulli catholico sentire fas est'. Hinc pater strenuus verbum magistri prosecutus ait: 'Quodnam igitur emolumentum aut quem fructum beatitudinis, pater, isti discipuli tui thesauri sibi arbitrantur ex hiis studiis, quibus tanto opere[s] invigilant?' 'Non sunt', inquit magister, 'hec talia studia, non sunt talia dogmata, que ad ullum finem beatitudinis spectare noscantur; sed est error potius dicendus, quia non ad gloriam Dei, sed ad laudem humanam sapientes dici[t] peroptant'. At[u] puer ait: 'Igitur, pater amantissime, de hiis que Dei sunt et que ad beatam vitam iter ostendunt me, obsecro, instruere[v] et edificare ne differas'. Iam verba pueri prudens magister alto corde pertractans, divine philosophie in eo animadvertit prudenciam et sic circumstantibus infit: 'Quid[w], obsecro, hunc esse puerum, filioli, dicimus? nimirum, ex quo verba ipsius audivi, mox illud in mentem[x] venit, quod de Iohanne vicini et cognati dicebant in cordibus suis: *Quis putas, puer iste erit?* 'Vere, etenim vere[y]', inquit[z], Luc. 1, 66
'fateor, quia non sine divina inspiracione imbecillis etas talia cogitare prevaluit'. Nam multi ex hiis, qui circa philosophorum dogmata fervenciribus studiis attenti tenebantur, mox ut illum strophas librorum gentilium tanta auctoritate reprobare audierunt, abiectis codicibus, ad apostolicam divinam scripturam se contulerunt. Nec mora novicius — — ut videbatur, annorum. V Aic. c. 2

Cap. XXV. Qualiter Aycadrus mundum[a] reliquit.

Interea fuhit — — disciplinam servabat. Locus ille, beati Iuvini[b-2] presenti corpore insignis, divina ib. c. 3.
querentibus beneficia prestare non desinit. Ad ipsum iam duodennis puer, sumpta a magistro licentia, demigrare contendit, sed parentes insalutatos preterire nolebat. Primum itaque ad patrias edes divertit, ubi a parentibus cum tocius familie gaudio suscipitur. Ibi per dies aliquot demoratus sanctis eos monitis exhortabatur, ne in incerto divitiarum spem suam defigerent neve pro temporalibus eterna, pro transi-

a) accessu *A*. b) sancti Steph. proth. *B* 2. c) Eodem — solvant *ante* Eodem a. Theod. — constituitur *posita B* 2. d) septima *B* 1. e) Aycardus 4. f) *ita cadd.*; expectando *emend. Fortia*. g) abbatis et *des. B*. h) de origine eius *B*. i) sub inic. *om. B* 2. k) saeram script. *B*. l) filii *B* 1. m) *sic codd.* n) quam *B* 1. o) *sic A. B* 1; in *B* 2. p) *deest B* 2. q) hos alig *B* 1. r) mondi *semper B* 1. s) tantopere *B*. t) dici *B* 1. u) Ad *A. B* 2, *manu corr.* At *B* 2. v) instuere *A*. w) Q *A*. x) mente *A*. y) et vere *om. B* 2. z) inquam *B*. a) mundus *A*; mondi *B* 1. b) Iuvinii *B* 2.

1) Surius, Vitae SS. (1617) III, p. 152. 2) St.-Jouin, dioc. Pictavensis, Armoricum versus prope Toarcium oppidum et Thoedam amnem (le Toué). MAB.

toriis manencia bona negligerent, sed, quod maius est, diem vocacionis sue, iudicii metum et formidinem penarum pre oculis semper haberent. Iam dies aderat, quod[a] ad locum memoratum ire decreverat, sed exitum suum palam fieri parentibus dubitabat, ne ipsi a proposito eum deturbarent; sed nec sic quidem[a'] furtiva disgressio patris fefellit noticiam, nam quidam e familia[b] clandestini itineris apparatum animadvertens, patri quantocius intimare curavit. Ille insperate rei nuncio turbatus filium paterna auctoritate cohercuit, dicens: 'Quid audio de[c] te, male conciliate[d] iuvenis? Quodnam[e] est istud consilium, quod tanto tempore nobis occultum esse invaluisti, ut nocturno nos[f] transfugio eluderes? Enim[g] vero, si mens inconsulta tale quid concipere aut aliquis mali artifex persuadere potuit, ego quis eram, quem[h] tali ludibrio habitum effugere temptaveras?' Vix verba pater compleverat, et ecce mater[i] stupore simul et dolore concussa in collum filii cum lacrimabili huiusmodi[i] irruit gemitu: 'Quidnam ego misera, ego mater infelix! usque ad hunc infelicitatis diem[k] reservabar, ut matrem tuam abicores velud externam, fili[l] mi, et furtiva disgressione desereres me miseram, cui tale gaudium ex filio uteri mei restabat, qui me et patrem intra confinium vite et mortis relinquis, haud curans, qui nobis in ipso vite exitu oculos claudat et sepulture commendet'. Talibus querimoniis motus filius flentibus hac tantum voce respondit: 'Nolite, obsecro, karissimi, nolite turbari, quia vos ego neque[m] derelinquo, sed, si creditis, arcius teneo et observo[n]; neque enim familiarius vobis valeo inherere, quam si illi famulaturus[o] ad vestram salutem assisto, quem a vobis nec spacia locorum aut temporum, si eum diligitis, abiungere
Ps 72,28. poterunt, pro quo omnem gloriam regni et potenciam pro nichilo reputabat dicens: *Michi autem*[p] *adherere Deo bonum est*. Tu vero, mater, que me tanto gemitu te deserere plangis, tu te pocius deseris et te ipsam a te alienam per immutacionem mendacis voti[q] efficis. Tu sane eo tempore, quo me pater ad secularem militiam et mortalem pompam intorquere voluit, te, inquam, protestantem audivi, quod inexpiabili voto pro me illigata tenebaris[r], quod me, videlicet si mortis periculum evasisses, divinis cultibus devovisses. Nunc autem Dei iudicium quomodo effugere putas, quem mendaci voto fraudare appe-
cf Iud 11,30 —37 tebas? Certe anima longo sterilitatis tedio infracta votum vovit Deo et obedienciam explevit. Iepte iturus ad prelium, si victor de prelio rediisset, Deo vovit, quicquid[r'] primum redeunti occurrisset. Occurrit filia, paterni voti ignara, que continuo in patre Dei pocius amorem quam sui vigere cognovit. Que sane nec alienam hostiam pro sui redempcione quesivit, ne pro se voti reus pater efficeretur. Quid ego patrem
cf Gen 22. Abraham retexam, qui nec unico filio parcere voluit[s], ut obediret Deo? Nam et tu, mater, si quid cum homine mortali pepigisses, aut pactum servares aut legibus rea subiaceres. Non longum faciam: ociamsi tu mentiti federis culpam non vereris, michi tamen, qui me ipsum Deo vovi, haut expedit proprii voti
V Aug. c. 3. prevaricacionem fieri'. Talibus eos prolocucionibus cupiens delinire, dum nulla — — graciam terris infusam.

Cap. XXXVI—XXXVIII.

V Aug. c. 5 24. Interea de sua parentumque salute — — in regno quiescere, humiliter prestolari equissimum est.

Cap. XXXIX. Quod angelus Domini revelavit [sancto[t]] Aicadro obitum eius.

a) Tu vero, quoniam — — secula seculorum. Amen. Actor: Qualiter autem eius sacratissimum corpus fuerit Haspris translatum, infernis suo loco, annuente Domino, declarabitur, si legendam eius translacionis reperire valeam, cum alias temporibus venerabilis doctoris magistri Iohannis de Media-villa, tunc prepositi de Haspris existentis, vidi, perlegi et tenui, sed ipso mortuo nunquam recuperare potui aut valui[2]. 40

Cap. XL. Quod sanctus Amatus exiliatur, et beatus Leodegarius[u] martirizatur.

Sig. 681. Anno D. DCLXXXV. Benedictus[v] — — presidet. Et anno[w] eodem Amigisus — — provexerat. Eodem ab 672 anno Theodericus — — habitavit. Sanctus quoque Amatus Senonensis pontifex ab eodem Theoderico rege gravi
Auct. Aquic. et irrevocabili diu exilio consilio eiusdem Ebroini exiliatur, et a Mauranto, inclite principis Adahaldi filio, susceptus, 45.
Ann. Mosch. prout superius dictum est[3], in castro Duacensi[x] exul cum honore adducitur. Sanctus vero Leodegarius — — capitis
Sig. Gest. 687 abscisionem[4]. Anno D. DCLXXXVI. Iohannes — — annis[y] X. Anno eodem Begga[z] — — fundat. Anno D. DCLXXXVII. Cogon — — presidet. Inter Iustinianum — — et equum unum, superius notatam servitutem minime diminuendo[5]. Anno eodem Gulfoaldo — — perimitur.

a) *sic codd.* a') nec siquidem *B* 2. b) famula *B* 1. c) *deest codd.* d) consiliate *B.* e) quidnam *B* 2. 50
f. nocturnos *B* 2. g) quoniam *B* 1. h) quam *B* 1. i) hui[o] *codd.* ki dine *codd.; Fortia emend.*: hoc inf. dimine.
l) filii *A* m) non *B* 2. n) obsero *codd.: em. Fortia.* o) famdiaturus *A. B* 1. p) aut *A.* q) voci *A*; voci *an* voti *incertum B* 1, vocis *B* 2. r) tenebar *B* 1. r') quitquid? *A saepe.* s) noluit *A.* t) *deest A.* u) Laodegarius *A* Leodegarus *B* 1. v) presidet Benedictus — LXXVII *B* 1. w) eodem anno *B* 1. x) absciciones *A*; 55
abcisionem *B* 2. y) X annis *B* 1. z) regga *B* 1.

1. Ermina. 2) Nec postea librum illum invenit; nam 3) V. supra c. 19. 4) Secundum Chron. Marc. supra
L. XIV. c. 6. quae scripsit de translatione Hugo- laudatum (c. 19) ad Hamagiense coenobium. 5) Cf.
nis et Aicadri, se *sententialiter alias* legisse fatetur. Sigeb. a. 679.

Cap. XLI. De Sergio papa et summis pontificibus[a], qui misse officium composuerant[*].

Anno D. DCLXXXVIII. Sergius — — declaratur[b]. Anno eodem Ebroinum — — confugit. Hic est Ebroinus, qui olim in Luxovii monasterio timore procerum habitum monachi suscipiens, de monacho nichil habens, sed fictionem cordis vestimenti religione palliabat[c.1]. Guarratho[d] — — Neustrie constituitur. Sed anno sequenti inter Pippinum — — rege Theoderico. Anno D. DCXC. sanctus Amatus obiit et (in[e]) Meurivilla sepelitur; sed postea propter infestacionem Danorum[f] Dunco defertur et in ecclesia beate Marie reconditur[g]. Eodem anno Franci — — Bertharii. Sig. 688. Auct. March. Sig. 689. 690. Auct. March. Sig. 690.

Cap. XLII. Quod Theodericus[a] instinctu Ebroini Hainaucum invasit; et de fundatione celle[**] Hasprensis et ecclesiarum Valencenensium.

Almericus et Balduinus: Theodericus rex Ebroino instigante partes Hainauci occupare nititur, dicendo ad regnum pertinere Francorum a tempore Dagoberti, Cameracum, Sollempniam[b], Fanum-Martis atque Valenchenas capiendo. Cum palludes transire disponerent Haine[1], Waltericus comes cum nobilibus patrie atque multorum Francorum [comitatu[b]] ad Pippinum confugientes[3], ipsum[4] cum gravi potentia ad Hainaucum reduxit[1.5]. Qui contra Theodericum gravissimo bello congredientes, a finibus Hainauci Theodericum cum omni eius potentia confusibiliter[m] expulerunt[n]. Pippinus quicquid Hainauci Theodericus occupaverat in recompensacione victorie sibi applicuit et Haspris cenobium ad Dei laudem instauravit et[o] monachos ibidem instituendo, quos postmodum sub abbatis Gemegensis[6] obediencia subiugavit. Valencenensem vero ecclesiam sancti Iohannis in suo castro et monasterium in honorem sancti Gaugerici extra muros instauravit[7]. Andreas Marsianensis: Profugi igitur — — Secana fluvius imminens[p] malum [determinavit[q]]. Anno D. DCXCI. Theodericus — — obiisse dicitur. Sanctus quoque Wandregisilus[r] — — Deo construxit. Anno D. DCXCIII. Theodericus rex Francorum obiit et[s] sepelitur in ecclesia sancti Vedasti Attrebatensis, quam dotaverat atque fundaverat. Clodoveus — — quatuor. Anno sequenti Pippinus — — dirigit. Anno D. DCXCV. Iustinianus — — frustra molitur. Anno sequenti Leo — — utiliter exegit. Andr. I, 22. Sig. 691-693. Andr. I, 24. Sig. 694-696.

Cap. XLIII. De sancto[t] Guillebrodo, Ursmaro et Venerabili Beda.

Sigibertus[u]: Anno D. DCXCVII. mortuo Clodoveo — — opidum dicitur. Et hoc anno obiit sanctus Audomarus[v] episcopus[w]. Anno D. DCXCVIII. sanctus Ursmarus — — reducit. Absimarus — — transit ad Dominum. Eodem anno obiit sanctus Bertinus abbas[10]. Eodem anno Beda Venerabilis — — scripturam exegit. Guillermus Malmesbiriensis: Hic Beda — — nutu[u] corrigeret. Scripsit autem — — et multa alia, que ad nostram non pervenerunt noticiam. Ib. 697. A. Eln. mal. Sig. 698. Ib. 699. Vinc. XXIII, 133.

Cap. XLIIII. Quod Childebertus rex dedit ecclesie sancti Dyonisii Francie[v] villam de Solempmes in comitatu Fani-Martis[w].

Actor: Mortuo Clodoveo secundo[11], successit ei in regno Francorum Childebertus[12] rex, qui dedit ecclesie sancti Dionisii[x] Parisiensis[y] villam et territorium de Solempmes in comitatu Fani-Martis, prout in carta, que sequitur, continetur[z.13]: *Childebertus rex Francorum, vir illustris. Si aliquid — — Datum Corfacince[a] Martii die duodecimo, anno XII[c] regni nostri.* Actor: Hic michi oritur difficultas, videlicet[b] qualiter aut quomodo aut quo iure Childebertus rex Francie potuit dare ecclesie sancti Dionisii villam de Solempnes, cum nullum ius habuerit in comitatibus Cameracesii[c], Fani-Martis aut Hanonie, prout patuit superius[14], ex eo quod Sigibertus Austrasiorum rex restituerit Alberico Orphano libere dictos comitatus, alias iniuste a Dagoberto susceptos. Posset hic dici, salvo semper[d] meliori indicio, quod, quia Theodericus, pater huius Childeberti, comitatum Martisiensem alias invaserat[15], Ebroini consilio deceptus, dicendo, quod, quia Sigibertus restituerat, approbare non tene- Sig. 697.

[*] composuerunt et multis eventibus illius temporis *B*.

[**] ecclesie [ecclesiarum *B* 2] sancti Iohannis et sancti Gaugerici Valencenensis et ecclesie Hasprensis et multorum, que acciderunt illis temporibus *B*.

a) principibus *A*. b) declaratur *B* 2. c) pallabat *codd., corr.* palliabat *B* 2. d) Guaracho *B*. e) *deest A*. f) donorum *B* 1. g) Theod. rex *B*. h) solenia *B*. i) bayne *B*. k) *addidi*. l) reduxerit *B* 1; reduxerunt *B* 2. m) *deest B* 2. n) repulerunt *B* 2. o) *deest B*. p) imminet *B* 2. q) *deest codd.* r) blandrogisilus *B*; Wandregisilus *B* 2. s) sanctis *B*. t) odomarus *B*. u) mittu *A*. v) Parisius *B* 1; Pariß *B* 2. w) phani martis *B* 2. x) dyonisii *B*. y) pariß *A. B* 2; parisius *B* 1. z) *deest A*; continetur que sequitur *B* 2. a) corfarcince *B*. b) scilicet *B* 1. c) cameracisii *B* 1. d) *deest B* 1.

1) Cf. supra c. 19. 2) Cf. l. XIII, c. 49. 3) Omnia ruanensis. 4) Scil. Waltericum. 5) Pippinus nempe. 6) Jumièges. 7) Infra lib. XIII, c. 1. hae fundationes ab Hugone Tullensi Pippino, Karoli M. patri, attribuuntur. 8) Ed. Beauchamps p. 647. 9) Teuno 695. 10) Cf. Auct. Sith., SS. VI, p. 442; haec in Andrea March. I, c. 22, l. l. p. 637. niuntur. Ann Blandin., SS. V, p. 21. 11) Potius III; obiit 12) III. 13) Edita est haec charta a D. Bouquet, 'Recueil des hist. des Gaules' IV, p. 583; Mabillon. Dè re diplomatica p. 501; MG. DD. Mer. p. 66 sq., nr. 75. 14) V. c. 2. 15) Cf. supra c. 42.

batur invitus, quare comitatum illum Fanimartensem tamquam sibi debitum successione Dagoberti instanter requirebat forte hac occasione permotus, sicut et plures eorum successores fuerunt[a] usque ad tempora Karoli Magni, qui hanc questionem absolute determinavit, videlicet[b] quod de cetero Francorum reges super imperium quicquid[c] reclamare debeant, licet oppositum contigerit in hoc, quod Ludovicus rex[d] dedit terram Siriaci, Gallice Siraut[d], ecclesie sancti Amandi. Sed hic respondetur, quod ille Ludovicus dedit hoc non in quantum rex habens ius, sed tamquam imperator, quia terra illa iam forefacta vacabat. Dicendum igitur ad primum, quod Childebertus iuste dare poterat; nam eius[e] frater Clodoveus secundus, prout sentire videtur Balduinus, dum anno tercio regni sui disposuisset Cameracesium[f] atque Fani-Martis[g] invadere, probi viri mediantes, terra de Sollemmes sibi fuit adiudicata. Frater vero suus Childebertus, dum[h] ad regnum devenisset, conscientia motus illam dedit ecclesie sancti Dionisii, prout superius declaratum est, licet eque bene fecisset, si heredibus restituisset. Dicit aliter Almericus, quod a tempore secundi Clodovei usque ad tempora Karoli Magni comitatus Fani-Martis sub potestate ac[i] dominio extitit Francorum de facto, sed non de iure.

Cap. XLV. De vita et martirio sancti Lamberti episcopi Leodiensis.

Sig. 698. V. S. Lamb. Anno Domini DCXCVIII. sanctus Lambertus — — episcopus subrogatur. Hic Lambertus ex parentibus nobilibus — — in sepulcro propter hostes velociter posuerunt[1].

Cap. XLVI. De vindicta martirii[k] Lamberti et eius canonizatione et pluribus aliis eventibus illius temporis.

Sig. 699 700. Auct. March. Anno D. DCXCIX. Drogo, filius Pippini, — — despondetur. Dodo — — perimitur. Anno D. DCC. Romani — — milia Sarracenorum[l]. Anno D. DCCI. obiit sanctus Maurontus, Deo dignus levita et abbas, filius Adabaldi et
Sig. 702-720. sancte Rictrudis. Anno D. DCCII. Iohannes papa — — presidet. Anno D. DCCIV. Iohannes — — presidet. Anno D. DCCV. Iustinianus auxilio Therbellis — — annis VII et pacem cum Bulgaribus solvens anno D. DCCX. fidem — — honorat. Anno D. DCCVI. Sisinnius — — president. Anno D. DCCX. sanctus Hubertus[m] — — urbem transfert. Anno D. DCCXI. sancta Oda — — parrochia. Anno D. DCCXIII. sanctus Ursmarus[n] — — statuitur. Anno D. DCCXIV. Gregorius — — antea. Eodem anno Pippinus — — regni usurpat. Anno vero sequenti mortuo Hildeberto — consequitur. Deinde Karolus in pago — — persequitur[o]. Denique[o] Chilpericus — — secum abducit. Anno D. DCCXVI. Theodosius — — imperium assumere. Anno D. DCCXVII. Theodosius — — imperavit. Anno D. DCCXIX. mortuo rege Clodoveo[p] — — duobus. Anno eodem Constantinus — — magnum scandalum. Anno D. DCCXX. Sarraceni ex Affrica — — manet inexpugnabile.

Cap. XLVII. Quod[q] Walterus comes Hainauci auxilio fultus Karoli Martelli Raginfredum debellavit.

Balduinus: Hiis temporibus Raginfredus[1] cum Francis silvam Carbonariam sibi usurpare et eorum principem et eius filios exhereditare volentibus, ad Karolum iure consanguinitatis libere confugiunt[2]. Qui federa adinvicem inientes extra territorium suum potenter Francos effugaverunt; sed iterato Raginfredus cum Francis forcius in dicto subintraverunt territorio et ipsum devastantes, illuc commorari deliberantes, princeps magnam congregans Allemannorum[r] aciem, fultus Karoli auxilio, Francos
717. aggressus est. Karolus eos usque Parisius persequitur[3. 9] et Raginfredum[t] devicit[3]. Actor: Quis fuerit iste princeps Hainauci, Balduinus silet, sed credo Waltericum extitisse. Andreas Marsinnensis: Karolus
Andr. I, 28. Sig. 721-725. Martellus in pago — — eos usque Parisius persequitur cum victoria. Sigibertus: Anno D. DCCXXI. mortuo Lotharioo — — facit. Sed Karolus — — principatum recipit. Anno vero sequenti Karolus — — aperire noluit. Item Karolus — armis subiugat. Item anno quarto[4] Karolus — — sibi subiugat. Mortuo Chilperico — — regnavit. Eodem anno, quo Theodericum prefecerat in regem, Saxones armis subiugavit[5]. Item anno sequenti Karolus — — debellat. Anno tercio[10] Theoderici Karolus — — devastat. Anno D. DCCXXV. Leo imperator

a) fecerunt *emendandum videtur.* b) scilicet *B* 1. c) quidquam *B* 2. d) syraut *B* 1; sirault *B* 2. e) fr. eius *B* 2. f) cameracisium *B* 1. g) phan martin *B* 2. h) cum *B* 1. i) et *B* 2. k) sancti *B.* l) et ultra *add. B* 1. m) Hucbertus *B* 2. n) Ursinarus *A. B* 1. o) dem *B* 1. p) Dagoberto *Sigeb.* q) *lituli cap. XLVII. et XLVIII. inter se permutati sunt B* 2. r) Alemannorum *B.* s) psequitur *B* 1. t) raginfridum *B* 1. u) lachario *B* 1.

1) Ludovicus Pius. Cf. infra l. XIII, c. 41. ex historia eccl. S. Amandi. 2) Exc. e Vita S. Landeberti c. 2—11, Mabillon, Acta SS. III, 1, p. 71 sq. 3) Cf. c. 47, ubi auctor eundum locum ex Andrea Marchian. affert. Cf. n. 6. 4) Liber hist. Franc. c. 51, SS. rer. Merov. II, p. 325: *Ragamfredo in principatum maiorum palacii elegerunt. Qui commoto cum rege exercitu Carbonaria silva transeuntes usque Mosam fluvium terras illas vastantes succenderunt; cum Radbode duce gentile amicicias feriunt;* cf. Breysig, Jahrbücher des fränk. Reiches 714—741' p. 14. 5) Scil. princeps eiusque filii. 6) Cf. Andr. March. I, c. 28: *Karolus eos usque Parisius persequitur*, quae verba infra l. 41. ex hoc allata sunt. Et hoc noster e sermone Gallico transtulit! 7) Apud Vinciacum (Vinchy) in pago Cameracensi. V. Lib. hist. Franc. c. 53, l. c. p. 327. 8) Patet Iacobum ab a. 721, quem postremo indicaverat, computasse. 9) Sigeb. 726: *Karolus Saxones debellat.* 10) Ab a. 726.

— — redarguit. Anno D. DCCXXVII. Constantinopolitani — — pro hac causa martirizantur. Gregorius vero papa Sig. 727-733.
— — interdicit. Anno D. DCCXXX. Eudo dux — — Hispania[a]. Sarraceni vero cum omnibus — — contrivit[b]. Anno D. DCCXXXI. Gregorius — — Raginfredus moritur. Anno sequenti Constantinus — — semper tenuit. Anno D. DCCXXXIII. Gregorius — — sententia anathematizat.

Cap. XLVIII. De victoriis quam plurimis Karoli Martelli.

Sigibertus: Anno eodem, videlicet DCCXXXIII. Karolus Gualfero — — sibi subiugat. Item anno Sig. 733-741.
sequenti Karolus — — ducem Frisonum[c] peremit cum multis et Frisiam sibi subiugat. Anno eodem DCCXXXV. obiit — — defet. Post annos[d] duos Sarracenorum gente — — in profundo. Anno sequenti[d] Karolus — — destruit. Item Arelato[e] — — abstulit. Item Karolus — — subiugat. Item anno D. DCCXXXVIII.[f] Karolus — — facit. Eodem anno sanctus Erminus — — moritur. Anno D. DCCXLI. Leone imperatore — — imperat. Anno eodem mortuo Theoderico[g] rege Francorum Hildricus — — annis IX[h]. Paccato tamdem — — reliquit. Anno D. DCCXLII. Zacharias — — Grecum vertit.

Cap. XLIX. Quod Gerardus[i] de Roussellione[k] contra comitem Hainauci bella gessit et plures ecclesias in comitatu Nerviensi construxit.

Sigibertus: Hoc anno Aquensi urbe a Saracenis[l] desolata corpus inde beate Marie Magdalene a Ge- Sig. 745.
rardo comite Burgundie ad cenobium Vercilliacum a se constructum transfertur. Actor: De isto Gerardo aliqua reperi in quodam libello metrificato in vulgari, cuius tenor talis est[1]: Gerardus[2] Burgundionum dux, cognomento de Roussellione, extitit comes comitatus Nerviensis atque Brachatensis[3. 4], et usque ad mare fuit possessio sua. Hic in uxorem[5] accepit filiam imperatoris Constantinopolitani, sororem uxoris Karoli Martelli. Hii duo in principio amicicias inter se quamplurimas habentes, tamdem inimicicie graves valde exorte de malo in peius per longa tempora succreverunt[m]. Contra comitatum Hainauci duxit guerras, et prosequutus est eas Gerardus de Vienna[6], eius consanguineus, per plures annos. Sed suffultus auxilio Karoli Tutidis[n], ipse comes Hainauci in omnibus triumphans, prius destructis castris notabilibus, que[o] dicebantur Gerardi-mansus[p. 7] et Mons-Gerardi[8] et Castri Vienne[9], comitatus Nerviensis, finaliter pace longa potiti sunt. Hic in suo[q] dicto comitatu plures ecclesias legitur edificasse[10], utputa abbaciam de Lutosa[r. 11], in qua instituit abbatem sanctum Badilonem confessorem, cuius legendam hic consequenter annotavi[12]; item et ecclesiam beate Marie Antogniensis[s. 13], et illuc misit, prout aliqui ferunt, corpus beati Maximi episcopi et confessoris et sancte ecclesie doctoris eximii, cuius eciam legendam, prout accepi a dicta ecclesia, eciam successive conscripsi; item ecclesiam beate Marie Condatensis, et illuc posuit sanctimoniales; item ecclesiam sancti Petri Rothnacensis[t]; item ecclesiam Regicurtis[14], et illuc misit corpus sancti Adriani, sed per longa tempora postmodum quidam comes Balduinus Hanonie atque Flandrie fecit transportari ad cenobium Gerardi-montis; item ecclesiam de Houtaing[15], et posuit in eadem corpus sancti Quirini martiris. Plures alias ecclesias in dicto comitatu Nerviensi seu Brachatensi, quod idem est, fundavit et sanctis corporibus adornavit, de quibus illa historia magnam facit mencionem.

Sequitur legenda gloriosi Badilonis abbatis et confessoris[16].

Cap. L–LIII.

Anno igitur passionis[u] vel resurrectionis[v] dominice plus minusve septingentesimo quadragesimo nono, regnante Transl. Mar. Magd.
Ludovico — Aprilis reposuerunt, quo in loco exhinc diversis atque innumerabilibus Domino cooperante signorum virtutibus claruit[17].

a) hispaniä *B* 2. b) concernit *A*. c) frisonem *B* 1. d) sequente *B* 2. e) a Relato urbe *A*; arelago *B* 1. f) DCCXXXVII. *B* 1. g) theodorico *B* 2. h) decem *Sigeb.* i) gerdus *B* 2. k) rousselione *B* 1. l) bratbatensis *A*; brachbatensis *B* 2. m) succuerunt *A*. n) tucidis *A*. o) qui *codd.* p) man,s *A*; mansus *B* 1. q) d. s. *B* 2. r) lutoza *B* 2. s) antoniensis *B*. t) rochnacensis *A. B* 1. u) pass. dom. vel res. *B* 1. v) resurrexionis *A*.

1) Ab a. 734. 2) De hoc poemate, quod periit, egi in praefatione p. 60. 3) De Gerardo cf. P. Meyer, 'Girart de Roussillon' p. IV—XII. Qui memoratur in chartis inde ab a. 819. et mortuus est ante a. 879. Cognomen non nisi in carminibus invenitur. 4) Hoc historiae prorsus repugnare, non est, quod moneam, tamen iam in Carmine de gestis Gerardi vetustiore legitur; cf. Meyer l. l. p. CXIV. In Vita Latina Gerardi saec. XI. fabulosa haec leguntur (ed. Meyer, 'Romania' VII, p. 190): *Item aliud* (scil. cenobium) *in Flandria canonici utique ordinis, cuius quidem nomen ex memoria excidit. . . . Cetera vero monasteria nobis quidem sunt specie incognita, utpote longe a nobis vel in superiori Burgundia sita.* Quod Duvivier scripsit in 'Revue trimestrielle' IV, p. 172: 'Gerard de Roussillon et ses possessions dans nos contrées' opusculum videre mihi non licuit; cf. 'Recherches sur le Hainaut ancien' I, p. 21, n. 2. 5) Bertam; cf. Longnon, 'Girard de Roussillon dans l'histoire', 'Revue hist.' VIII (1878), p. 250. 272. 6) De quo cf. Dümmler, 'Gesch. d. ostfr. Reiches' ed. 2, II, p. 310. 7) Grammène a Gandavo ad occidentem versus situm; cf. IV, c. 50: *Item castrum, quod postmodum fuit Gerardi de Roussillon et nunc dicitur Gerardi-mansum.* 8) Grammont ad Teneram fl. 9) Viane prope Grammont. 10) Eadem auctor c. 17. e Balduino attulerat. 11) Leuze. 12) Potius Translationem S. Mariae Magdalenae in Verzeliacum monasterium. 13) Notre-Dame d'Antoing in prov. Belg. Hanonia. 14) Roncourt in prov. Belg. Hanonia, quod *Rogeri-curtis* Latine sonat. 15) In prov. Belg. Hanonia. 16) De hoc opere, Translatione videlicet b. Mariae Magdalenae, quod exstat in cod. Audomarensi nr. 716, quem contuli, cf. praef. p. 60. 17) Haec sententia *(quo in — claruit)*, quae deest apud Faillon, edita est in Analect. Bolland. II, p. 321. IV, p. 202.

Cap. LIIII. Quod corpus sancte Magdalene necnon[a] et Lazari* ad Versiliacense cenobium[b] translata sint.

Illud sane credimus memorie commendandum, impedimentum itineris superius prenotatum non sine divina contigisse providentia. Karolus denique rex[1], Ludovici filius, ut primitus compererat, qua de causa iam dictus Badilo legacionem eundi ad Aquitanie partes accepisset, cepit obnoxius Gerardum comitem precari, ut, si pignora corporis beate Marie Magdalene aliquatenus repériret, summe gracia amicicie velut exoptatissimum munus illi commendaret. At ille veluti de re dubia, ac sicuti contigit postmodum, nequaquam sperare poterat, levi assensu promisit facere quo ab illo rex popuscerat. Preterea idem rex necnon et[c] aliquanti suorum primatum egre ferebant huc, quod Gerardus solummodo in regno ipsius, quamvis laudabili ausu, facere presumpserat, videlicet ut universa sua patrimonia, que a genitoribus[d] illi provenerant, cleronomie[e] Christi condonans transscripsisset[f], et ut in proverbio dicitur, quoniam 'sola miseria caret invidia' et 'unde bonus proficit, inde impius conabescit', sic contigit[g]; ve illi menti, quam excrucians[h] odor bone operacionis cuiusque occidit! Nam et predictus rex atque optimates illius eumdem Gerardum inveterato odio multociens civili bello lacessiverant[i], ipse tamen, divina se iuvante gracia, triumphum victorie reportavit. Ut enim compertum habuere prodigiosum illud miraculum, quod contigerat in excepcione corporis beate Marie Magdalene, mitiores effecti, tam rex quam primates illius amicicie gracia sese illi iunxerunt. Quam multiplicibus denique miraculorum signis exinde locus iam[j] superius dictus Vicciacensis claruerit, non indiget[k] vel eget litterarum testimoniis. Sequenti denique tempore contigit ossa sancte eciam Marte, sororis eiusdem Marie, ab Affricanis partibus per quemdam monachum, nomine Gentionem, ad eumdem locum deferri; fratris quoque earum, sancti videlicet Lazari, eadem tem-

Transl. Mar. Magd. pestate ad Eduam[a] civitatem ossa delata[l] sunt[4]. Illud[m] preterea commemorandum existimamus[n] — — asseritur miraculorum virtutibus[5].

Cap. LV. Prosa facta ad honorem sancti Badilonis, primi abbatis ecclesie Lutosensis[o].

Precor[p-q] te, sancte Spiritus,
. . . . . .
abbas huius ecclesie,
vitam ducens iusticie,
condam fuit Badilo,
ortus nobili genere,
sanctum fecit in opere
cuncta creans nichilo.
Burgundie dux monuit
hunc, G.[q] nepos suus fuit,
reliquias querere
de[r] Maria Magdalena,
cepit que[s] lacrimis plena
Christi pedes tergere.
. . . . . .
in celesti curia. Amen[t].

Cap. LVI. Legenda sancti Maximi Regensis episcopi, cuius[u] sanctum corpus in ecclesia Antogniensi[v] requiescit.

[Actor[w]]: Licet diversi diversimode opinentur, quis apportaverit venerandum pignus gloriosi doctoris Maximi, episcopi et confessoris, in ecclesiam beate virginis[x] Antogniensis, quia aliqui autumant[y], quod fuerit[z] prothofundator dicte[a] ecclesie Gerardus de Roussillon, alii dicunt, quod fuerit Bruno archiepiscopus sancte ecclesie Coloniensis, alii aliter oppi-

*) fratris sui *add. B.*

a) ue *A.* b) conobium *A.* — translatę *B* 2. c) *sic B* 1 *et cod. Audomar.; deest A* ? *B* 2. d) progenitoribus *B* 2. e) clero noie *B* 2. f) conscripsisset *B* 1. g) contingit *Audom.* 716. h) excrutiens *B* 2. i) in sup. dictis *A. B* 2; in sup. dicti *B* 1; *correxi e cod. Audom.* k) ind. vel *des. Aud.* l) delati *B* 2. m) Sed et illud interea *Audom.* n) estimamus *B* 2. o) luthosensis *B* 2. p) *versus in limeis continua scripti, in codicibus modo punctis, modo virgis discernuntur.* q) *superscr. i. Gerardus A; in marg.* Gerardus *B* 2; *nomen totum in textu B* 2. r) De *A. B* 1. s) cepitque *A.* t) *deest B* 1. u) corpus, *corr. nigro atram.* cuius *A.* v) anthogniensi *B* 1. w) *deest A. B* 2. x) marie *B* 2. y) aucumaiit *A*; existimant *B* 1. z) fuerat *B* 2. a) eccl. d. *B* 1.

1) Carolus Calvus. 2) Cf. Albricum, SS. XXIII, p. 739; Longnon, 'Revue histor.' I. l. p. 261 sqq. Faillon II, col. 735—739; deinde Chérest in 'Bulletin de l'Yonne' XVI, p. 465. 3) Albricus l. l.: *beatum Lazarum . . . ab eadem civitate* (scil. Massiliensi) *destructa similiter fecit idem Gerardus ad proprium apportari Avalonense castrum.* 4) Hic maior pars opusculi omissa est, quentia apud Faillon l. l. p. 739 sqq. 5) Sequuntur in cod. Audomar. Miracula, quae hac omisit. 6) Ed. A. SS. Boll. Oct. IV, p. 361.

nantur. Sine igitur preiudicio, quia veritatem eius translacionis non repperi, cum correctione prothofundatori ascribo, cuius legenda talis est[1]: Beatissimi Maximi Regensis urbis antistitis — — V. Max. c. 1. 2. in regnis celestibus triumpharet.

Cap. LVII—LXIII.

Fuit itaque bonorum omnium — — incunctanter omnia implere poterat, in quo Spiritus sanctus pre- ib. c. 2—11. fulgebat. Cepit ergo inter hec immensa misteria pre omnibus illud dominicum in sacrario pectoris sui revolvere: *Qui non renunciaverit omnibus que possidet et secutus fuerit me, non potest meus esse discipulus.* Luc. 14, 33.

Cap. LXIIII. De obitu et loco obitus sancti Maximi episcopi[2].

Quadam igitur nocte cum se omnia post diurnum laborem quieti dedissent, sub primo tenebrarum tempore, Valerio quodam dyacono et[a] supradicto Rustico subdiacono secum assumptis, quos familiariter diligebat sociosque tanti operis habere volebat, felicem cum eis arripuit fugam, ut quidquid ei divina providentia, boni operis agere concederet, eos semper testes ac comites in Trinitatis nomine haberet; igitur cum iam tam nocturnis quam diurnis spaciis generale reliquissent solum, pervenerunt Christo duce usque ad Luxovium. Inde vero die tercio exeuntes, transierunt Germaniam et usque ad urbem Tervenentium, que ultima est septentrionali parte urbium Gallie, prospero itinere, non minus ardenti Spiritus sancti calore, pervenerunt ibique ecclesiam sancti Martini ingressi sunt. Diem illam noctemque sequentem in Dei laudibus peregerunt, mane autem facto iter ad mare vicinum convertunt, cupientes transire, si utraque elementa eis transeundi effectum prestitissent. Die vero media sub solis fervore perveniunt in desertum, quatuor ferme miliaribus ab urbe prefata distans, ibique itinere lassos, ymo calore afflictos, fixis in terram baculis membrisque sub umbra coniectis, humano more sopor[b] omnes invasit. Dormientibus ceteris facta est maxima vox celestis, dicens: 'Maxime, consummata est vita[c] tua'. Quod vir Dei audiens, intellexit locum illum sibi divina predestinacione esse concessum. Ilyco expergefactis sociis, diligenter eis ordinem visionis exponere studuit. Mox consilio comitum inito, inibi oratorium in honore sancte Dei genitricis semperque[d] virginis Marie et sancti Andree apostoli construxit locoque nomen Vima[e] imposuit, eo quod ibi Dominus viam suam consumpsit. Postquam vero in eodem loco vir apostolicus, virtutum semper miraculis plenus, octo annis et mensibus tribus feliciter conversavit, diem sui obitus esse vicinam sacratissima revelacione cognovit, ut cognitam suis omnibus diligenter, ne timerent, predixit; unde licet omnes subito turbaverit merore, isti tamen cum magna gaudii alacritate confortavit, quos turbatos de transitu suo vidit. Tunc cum in strato proprio tanquam soporem capiens ib. c. 11. — flores in unum divina provisio congregasset.

Cap. LXV. Quod sanctus Maximus post eius obitum puellam suscitavit a mortuis.

Inde quid aliud censendum est — — in seculo seculorum. Amen. ib. c. 11. 12.

Cap. LXVI. De Walterico[f] principe Haynauci.

Ex Gestis Hugonis Tullensis: Walterius[g] aut Walterus, filius Alberici dicti Orphani, comes Montensis longevus valde fuit[3]. Cognominatus est Orphanus[4] racione patris, quia avo eius interfecto Ablatonas et eius avia in exilium relegata, quatuor filiis remanentibus, soli Alberico, quia iunior, remansit denominacio orphanitatis, prout superius[h] explanatum est. Ab illo igitur denominatus est Orphanus, sive eius fuerit pater aut avus, prout aliqui dicere voluerunt. Mortuo Karolo Martello, Pippino maiore domus Francie[i] existente, in Hanoniensi comitatu regnabat Walterus comes cognominatus Orphanus, frater Hugonis comitis Cameracesii[5]. Hii siquidem duas filias Hervei ducis Metensis, sorores Garini et Begonis[6], in uxores legitimas assumpserunt. Fuit denique Walterus elegantis stature, robustus, fidelis et verax, constans et intrepide[k] decertans, nulli rei parcebat, quin ymo sua, gentem propriam ac se ipsum pro fide Christi contra Wandalos ac Sarracenos liberaliter exponens, prout in multis ostendit exemplis. Nam cum civitas Suessionis[7] a Sarracenis et infidelibus obsidione gravi grassaretur, et christiani ab eisdem quasi per totam Galliam multis tribulationibus conquassarentur, ipse Walterus comes dolore tactus cf. Gen. 6, 6. intrinsecus, Dei adiutorio confortatus, nobiles tam Hanonie quam Brachancie et magnam populi multitudinem tam ex devocione quam ex racione pecunie propriis sumptibus congregavit et Hugonem, fratrem suum, comitem Cameracesii[i], ad consimilia vota exhortans, fultus Lotharingorum aliquorum auxilio, cum Francis adiunctus, gentem illam efferam ab obsidione sic deturbaverunt et reges ac eorum duces pro-

a) ac *B* 2. b) sapor *B* 2. c) via *B* 1; vitam *B* 2. d) semp. virg. *om. B* 1. e) vinia *B* 1. f) Waltero *B*. g) Balt. *B* 2. h) *deest B* 2. i) cameracisii *B* 1 *plerumque*, *B* 2 *raro*. k) intopide *B* 1.

1) Vita Maximi edita mutato stilo a Surio, Vitae SS. (Coloniae 1617) IV, p. 611 sqq. 2) De hoc capite cf. praef. p. 71. 3) In carmine 'Garin le Loherain' ed. P. Paris I, p. 103, legitur: *Gautiers li senés*. 4) Sic etiam in carmine 'Garin le Loherain', ubi semper fere cum fratre commemoratur, I, p. 51. 106. 216. 221. 223. 251. 291. II, p. 164. 224. 245. 250; 'La mort de Garin' ed. E. du Méril (1862) p. 15. 18. 39. 41—45. 48. 189. 5) C. 2. 6) Carmen heroicum saec. XIII: 'Hervis de Metz' abhinc fons Hugonis Tullensis fuit, praeterquam quod in poemate illo vulgari Walterus comes tantas non agit partes; cf. de eo 'Hist. littér. de la France' XXII, p. 587 sqq. Secundum carmen 'Garin le Loherain' ed. P. Paris I, p. 51. Walterus et Hugo filii erant filiae quintae Hervei; cf. etiam p. 251: *Respont Garins: — — Hues mes niés et Gautiers l'orphenins;* cf. II, p. 224. Idem in carmine 'La mort de Garin' p. 189, quo loco Garinus dicit: *Di moi Gautier, mon neveu l'orfelin*, indicatur. 7) Cf. 'Hist. littér. de la Fr.' XXII, p. 599.

straverunt, quod vix unus superfuit, quin gladium christianorum, cooperante Dei clemencia, atrociter degustaret. Quid plura? Hyi qui superstites[a] remanserunt in fugam conversi, tentoriis, victualibus ac universis sarchinis[a'] relinquentes[b], civitatem reliquerunt[c]. Et sic civitate paccata Walterus Hanonienses interfectos iussit tradi[c'] ecclesiastice sepulture et missas in cenobio sancti Medardi pro eisdem iussit solemniter decantari. De parte vero predo, que iure sortis sibi contingere videbatur, pro se nichil reservans, omnia suis liberaliter distribuit. Tamdem gracias[d] Domino referentes propter victoriam ad propria cum salute remearunt. Hoc siquidem facto divulgato sic commilitones et subditos et patriarum circumadiacencium convicinos animavit, quod pene omnes contra Wandalos et Sarracenos, ceteris principibus refutatis, sub ipso optabant militare.

Cap. LXVII. Quod Walterus comes Hainauci[e] et Hugo comes Cameracesii[f], eius frater, cum Herveo federati[g] sunt.

Eadem fere tempestate regnante, mortua Aelide ducissa Metensi, matre Hervei ducis, que fuerat filia Petri ducis[i] Metensis[k] per prius[i] defuncti, iterato venerunt ad partes Gallie Wandali, Huni, Patereni et infideles multi, qui Germaniam, Austrasiam atque Burgundiam quasi totam vastaverunt. Tamdem Lotharingia[k] superiori pene destructa civitatem Metensem obsidione vallaverunt[l]. Herveus vero Lotharingie dux cum paucis ab eadem exitis[l] ad Pippinum regem Francie pro succursu velocius[m] properavit, auxilium ab eodem postulando conditione tali, quod, si rex vellet civitati sue Metensi succurrere et eam ab infidelibus liberare, ipse pro successoribus suis in perpetuum civitatem una cum Lotharingie[n] ducatu in feodum seu homagium ab eodem relevaret atque susciperet[o]. Sed rex alieno credens consilio sibi postulata denegavit[4]. Herveus vero ad Walterum Hanonie comitem et ad Hugonem comitem Cameracesii tristis accessit[5]. Qui relacionibus auditis, dolentes de regis responsione, se ipsos et quicquid poterant se facturos sibi presentaverunt, regem merito super responsis excusantes. Herveus vero consolatus, ab eisdem discedens, ad Ansegisum Colonie regem eciam[o] properavit[6], cui homagium et feodum ducatus Lotharingie[n] ac civitatis Metensis, sicut fecerat regi Francie, presentavit[7], si civitatem Metensem[o'] liberare vellet ab infidelibus. Ansegisus[p] sciens Walterum et Hugonem ac Gerardum de Leodio[8], comites sibi federatos, peticioni condescendens, pactionibus firmatis, ad arma gentem suam statim preparari[q] disposuit. Ab illa vero die, qua Herveus a comitatu Montensi discesserat, Walterus comes militiam suam et tantum congregavit populum tam precibus et precio quam ex obligacionibus et devocione ex diversis provinciis, utpote ex Hanonie, Flandrie, Cameracesii, Leodiensi, Caprimontis, Lovaniensi[r], Hasebatensi, Obdurbiensi, Namurcii comitatibus necnon et Francie regno, quos habere potuit, quod non videbatur acies comitis exigui, sed unius regis eximii. Qui versus Lotharingiam properantes et iuxta vallem Metensium tentoria figentes, licet Ansegisus rex nundum advenisset, omni die aut[s] nocte illos confidenter invadebant infideles nec quiescere ipsos permittebant; multa siquidem dampna ipsis intulerunt. Tamdem aliquibus evolutis diebus, cum rex Ansegisus cum populo gravi ad vallem pervenisset Metensem, et omnes christiani insimul[t] fuissent confederati, multos infideles prostravorunt; et sustinere non valentes pondus belli in fugam conversi sunt. Herveus autem dux eos incaute persequens, ab eisdem occiditur iuxta civitatem Metensem[9]. Cuius mortem Walterus et Hugo comites egre ferentes, decreverunt ad propria non reverti, donec mortem eius solempniter vindicarent. Quod et fecerunt; nam a civitate Metensi usque ad civitatem Trecarum illos Wandalos insequti sunt.

Cap. LXVIII. Quod[u] Walterus comes Hainauci prosequtus est Saracenos, et de inicio guerre Garrini atque Fromundi.

Interea rex Ansegisus videns Herveum mortuum, civitatem Metensem ingressus, eam sibi subiugans spoliavit, Beatrice seu Beltide[v], uxore Hervei, cum propriis heredibus effugatis[10]. Cum autem predicti Sarraceni, qui cotidie in numero crescebant, licet multi occiderentur, civitatem Trecarum obsedissent[11], Walterus et Hugo sepe nominati cum populo eorum primi fuerunt, qui eisdem et ibidem semper restite-

a) superstes *codd.* a') sarcinis *B* 1; sacrinis *B* 2. b) *ita codd. pro* relictis. c) reliquerunt *B* 1. c') tradit *B* 1. d) dñō gr. *B* 2. e) montensis *B* 2. f) cameracen *B* 2. g) confederati *B* 2. h) *deest B* 2. i) perprorius *B* 1. k) lotharingia *B* 2. l) *c. e.* exeitis; exitus *B* 2. m) velociter *B*. n) lotar. *B* 2. o) *deest B* 1. o') metheñ lib. velle *B* 1. p) Ansigisus *B* 2. q) propari *B* 2. r) lausniegsi *B* 1. s) ac *B*. t) fuissent insimul *B* 1. u) Q. W. c. Hanoniensis pros.-(persecutus *B* 1) est Sarr. et de (de *deest B* 1) in. belli sint (aut *deest B* 2) eciam guerre Fromondi (firmundi *B* 1) atque Garini *B*. v) beltilde *B* 1.

1) Stemmatis huius tabulam ex carmine 'Garin le Loherain' Kristoffer Nyrop in libro suo 'Den oldfranske Heltedigtning' (København 1883) tab. III. composuit. 2) 'Garin le Loherain' I, p. 51:

Mez ont assise qui fu au duc Hervi,
Dont grant despit en vint au palatin.
Secors va querre en France au roi Pepin.

3) 'Garin' p. 55: *Ainsi metrai le fief que tiens de ti.* 4) 'Garin' l. l.: *Li rois le quitte, voyant tous vos amis;* cf. Hervis de Metz', 'Hist. littér.' XXII, p. 601. 5) 'Garin' l. l.:

A Cambrai vint ains qu'il dut anuitir.
'Ne l'esmaier', dit Gautiers l'orfenins,
'Mais mandez tost et parens et amis'.

6) 'Garin' l. l.: *Mais je irai avant a Anscis,*
Se il m'aide, mort sunt li Sarrasin.

7) 'Garin' p. 87: *De vous tendrai ma terre et mon pais;* cf. 'Hervis de Metz' l. l. p. 601. 8) Qui in carmine 'Garin le Loherain' I, p. 51. quartae filiae Hervei proles dicitur. 9) Cf. 'Hist. littér.' l. l. p. 601. 10) Cf. carmen 'Girbert de Metz', 'Hist. littér.' XXII, p. 625. 11) Obsidionem urbis Trecensis describit carmen heroicum 'Hervis de Metz'; cf. 'Hist. littér.' XXII, p. 601.

runt, in tantum[a] quod dilatari non poterant nec dispergi. Rex autem Francie atque Lothoringi, audientes Hanoniencium constanciam, statim eis magnum transmiserunt succursum, et in tantum, quod in brevi Sarracenos illos a confinibus Francie detruserunt, et fugientes[a*] per Burgundie regnum usque ad Rodanum ipsos prosequentes, in valle profunda omnes peremerunt[b]. Tunc christiani gracias Deo agentes ad propria remearunt. Walterus vero cum ingenti honore et gloria et eius frater a rege Francie in Lauduno suscipiuntur, et muneribus susceptis et pactis simul federatis, ad Hanoniam et Cameracesium cum gaudio et honore sunt reversi. Huius Walteri temporibus fuit silva Cambronaris, cuius Cameracensis civitas erat et fuerat metropolis a temporibus Hunorum atque Wandalorum, in duabus condivisa partibus; nam Hugo, frater[c] eius, in[d] sortem habuit Cameracesium cum civitate Cameracensi, Walterus vero comitatum Montensem obtinuit cum ceteris Alemannie terris sibi a Pippino restitutis. Idem Hugo[1]: Temporibus, quibus Garinus Lothoringiam feliciter gubernabat, et Flandria a forestariis regis Pippini regebatur, Audacri[2], patre Balduini primi comitis Flandrie, in etate iuvenili tunc existente, suborte fuerunt discenciones inter Garinum Lothoringie gubernatorem et eius fratrem Begonem ex una parte et Fromundum principem Brudegalensem et Arthesiensem et comitem Bolonensem et eorum amicos[e] ex altera. Que discenciones in eorum cordibus diu latuerunt, antequam quodcunque sortiretur detrimentum; tandem in palacio Pippini regis in Laudunó Brudegalensibus ex parte Fromundi Garinum Lothoringie invadentibus, cum Garinus solus fuisset repertus, tamen contra adversarios sic se potenter defensavit, quod Hardericum, patrem Fromundi, in illo conflictu mortuum super pavimentum excerebravit. Ponderosa quippe fuit illa commocio et terribilis ad sustinendum. Succreverunt statim Lothoringi et gubernatorem eorum a mortis periculo liberaverunt et multos de parte Fromundi[f] perimerunt et alios confusibiliter extra palacium eiecerunt*.

Cap. LXX. Quod Pippinus efficitur[g] rex Francorum.

Sigibertus[h]: Anno D. DCCXLIII. Pippinus[i] — — devastat. Abhinc Karolomannus — — obsidem capit. Post annos paucos Karlomannus — — vita cessit. Anno D. DCCXLVII. Pippinus — — in Saxoniam[k] persequitur. Ubi complices suos — — fugit. Anno D. DCCL. Hildricus — — reges Francorum. Anno sequenti Pippinus — — melioravit. Anno D. DCCLII. Stephanus — — presidet. Anno eodem Pippinus — — interdicitur. Anno D. DCCLIII. Pippinus — — compellitur et sancto Petro — — fecit. Pippinus post Lemovicine regionis depopulacionem Remistammum — — in patibulo. Sig. 742–755. ib. 763. ib. 766.

Cap. LXXI. De baptismo Radbodi regis Frisonum et vita Vulfranni**.

Actor[b]: Hic arguo contra Balduinum, qui dicit, quod Rathbodus dux[k] Frisonum[l] fuit baptizatus tempore Pippini. Nam habetur in cronicis Sigiberti temporibus Leonis, qui regnavit temporibus Karoli Martelli, qui ipsos previlegiavit, ipsos fuisse ad fidem conversos, unde sic habetur: Anno primo Leonis imperatoris[4] Rathbodus — — morte periit. Ex gestis eius[5]: Hic Vulfrannus — — remeavit ad sua. Sig. 718. V. Vulfr.

Cap. LXXII. De punitione atque dampnatione Ratbodi[m] regis Frisonum[l].

Quomodo autem Rathbodus — — iuxta beatum Wandregisilum. ib.

Cap. LXXIII. Privilegium[n] speciale exhibitum[o] Frisonibus ex parte Karoli imperatoris.

Karalus[6] divina favente clemencia Romanorum rex et semper augustus — — Actum et datum Lateranis anno dominice incarnacionis DCCXX, indictione . . .

*) *Reliqua pars folii* 107. *et f.* 108. *totum vacant A. In fine prioris columnae folii* 332. *rubra linea subducta legitur B* 1: Nota hic consequenter hystoriam Garini. *Altera columna vacat; infra legitur inscriptio cap.* 70, *quod f.* 332'. *sequitur. Et B* 2 *f.* 79. *in margine manu scribae:* Nota consequenter historiam Garini, *reliqua parte paginae et f.* 79'. 80. *vacantibus. Cap.* 69. *omnibus codd. deest. Fortasse nota illa etiam in A fuit, ubi deleta aut abscisa esse possit.*

**) vita sancti Wlfranni Frisonum[l] apostoli *B*.

a) tanti *B* 1. a*) effugientes *B* 2. b) perimerunt *B* 1. c) et frater *B* 1. d) habuit in sortem *B* 2. e) amicis *A. B* 1. f) formundi *B* 1. g) Franc rex eff. *B* 1; rex Fr. eff. *B* 2. h) *deest B* 2. i) *haud multo recentior manus in marg. add. A*: Iste Pippinus fuit dux Brabantie. k) frix. dux *B* 1. l) frizonum *B* 2 *semper*. m) rathbodi *B*. n) Privilegium datum Frisonibus *B*. o) exhibitum *A*. p) *numerus deest codd.*

1) Sequentia fluxerunt e carmine 'Garin le Loherain' ed. P. Meyer; cf. 'Hist. littér.' XXII, p. 664 sqq.; Reiffenberg, 'Phil. Mouskes' II, Introd. p. CCLXVIII; Wassebourg, 'Antiquités de la Gaule Belgique' III, f. 157; Symphorien Champier, 'Le recueil ou croniques des hystoires des royaulmes d'Austrasie' 1510; Calmet, 'Hist. de Lorraine' (1745) I, p. XCIX; cf. praef. p. 58. 2) Odoacer, filius Liderici II, pater primi comitis fuisse in fabulis fertur. V. Warnkoenig, 'Flandrische Staats- und Rechtsgesch.' I (Tübingen 1835), p. 108. 3) Cf. Sigeb. a. 748: *Pippinus Griphonem in Saxonia — — capit.* 4) Mirnime ita apud Sigebertum legitur; eum autem ad a. 717. Leonem imperatorem successisse annotaverit, Iacobus inde opinionem suam hausit. 5) Excerpta ex c. 2–6. 9. Mabillon, Acta SS. ord. S. Benedicti III, p. 357 sqq. 6) De hoc privilegio ficticio cf. Sickel, Acta Karolorum II, p. 410; Reg. Imp. I, nr. 386.

[Iohannes[a] de Beke in historia Hollandie, in capitulo Harmabari episcopi Traiectensis: *Erubescant,* inquit[1], *qui apocrifa fingunt gesta, dicentes hunc aut quempiam huius nominis Karolum Romanam urbem armipotenter obsedisse et eamdem devictis Romanis cum Frisonibus expugnasse*[2].]

INCIPIT[b] XII.[c] LIBER HYSTORIARUM[d] ILLUSTRIUM PRINCIPUM HANONIE[e].

Cap. I—XXV.[3]

V Idib. Die quinto Kalendarum Octobris — — per omnia secula seculorum. Amen.

Cap. XXVI—XXIX.

V. Reginae. Tempore[4] quo rex inclitus Francorum Pippinus — — multa beneficia obtinuit apud Deum.

Cap. XXX. Miracula approbantia sanctitatem sancte Regine Dononiensis.

Matth. 5, 15. Postquam vero placuit Deo tantam lucernam amplius sub modio non latere, sed super candelabrum expositam claritatis sue radios longius emittere, eius sanctum corpus a terra levatum[f] et in ecclesia sancte Dei genitricis digno loculo repositum non ei solum loco et vicinis quibusdam signis voluit manifestare, sed eciam paulo post apud Saxones tali indicio dignatus est illustrare. Filii quippe
Ps. 4, 3. 4. hominum gravi corde diligentes vanitatem et querentes mendacium, nescientes utique, quoniam mirificat[f] Dominus sanctos suos et exaudit clamores eorum, fines suos dilatabant in partibus Saxonie ex prediis sancte Regine, que illa Deo famulantibus tradiderat cenobiis Dononiensis ecclesie. Cuius dampni iniuriam[g] Dononienses nec valentes absque detrimento sui nec volentes ferre, dum magis eligunt in Deo quam in ipsius terre principibus sperare, sanctam Reginam, advocatricem suam, rebus suis consulunt[h] illuc transferre, ut, quicquid minus valerent[i] ab hominibus per iusticiam requirere, efficacius possent a Deo per eius presentiam impetrare. [Quod[k] factum] est. Sanctum corpus elatum est et, antequam in comminus[l] veniretur, per eam regionem fama celebratum est. Unde quibusdam gaudentibus et parantibus suscepcionem, aliis autem[m] propter iniusticiam a se factam concipientibus corde penitenciam et timorem, vir quidam[n] prepoteus, qui ceteris alcius penitere debuisset, alciorem peperit sibi iniquitatem: habens enim predium predio sancte Regine contiguum pridie ante adventum eius, ne limites eorum agnoscerentur, fines eius finibus suis continuando infigi iussit aratrum, ut, dum sibi non sufficiunt sua, mortem et baratrum mercetur avaricie sue cupiditate pessima. Cui cum[o] dilectio uxoris, prout viri reverencia permittebat, inclamando resisteret, ut vel pro adventu tante [sancte[p]] tantam committere iniuriam non persisteret, statim contra eam stomacatus[q] egreditur, et tota die in eodem agro laborans,
Prov. 18, 2. hora prandendi lassus[r] regreditur. Et quia *impius, cum venerit in profundum malorum, contempnit,* more leonis frendens, uxoris verba postponit, et tantummodo[s] aquam ad lavandum requirens, sepius insistendo prandium, tum[t] mulier uxoria dulcedine yrascens et tamen aquam deferri precipiens merito ait marito: 'Prandium requiris fatigatus hodie cultura tam iusti laboris'? At ille miser, in semel concepta perdurans obstinacione, ulcione divina multatur[u] non solum cordis, sed eciam oculorum cecitate, et perurgente eum ad mirabilem exitum peccato suo, adhuc aquam requirere non cessat clamore furibundo. 'Ecce', ait uxor, 'ecce aqua; sed non vides, quia iam te punit Dei sentencia, et sanctam Reginam adhuc absentem prevenit Dei providencia'. Persistit et insistit obduracio alterius Pharaonis. Funditur aqua in manibus non videntis; sed adhuc, si penitere vellet, non deest evidens signum superne miseracionis virum peccatorem ad misericordiam provocantis. Lavatur mensa, et mappa aponitur, cibus et potus imponitur, caro cocta cruda et sanguinea redditur, vinum in sanguinem vertitur, et miser ad penitenciam non convertitur[v]; non inclinat eum tanta divine clemencie collacio, non illuminat cor eius oculorum cecacio, non terret[w] eum terribilis potus et cibi mutacio, et ideo nulla fit parendi dilacio. Exclamat tamdem mulier cum lacrimis, redarguit virum clamoribus et lamentis; sed quem non revocarat Dei vocatio, sero avocabat uxoris revocacio. Turbatur domus, et accurrit familia, tollitur mensa cum merore[x], que solebat tolli cum leticia. At ille surgit manibus et pedibus offendendo, quia cecus erat; latrinam expetit, ubi per secreta nature omnia interiora emittit; sicque miser vitam et predium simul amittit. Infelix possessio, cuius talem meruit habere finem pervasio. Non latuit res acta vicinorum noticiam,

a) *hic locus totus deest A et in versione Gallica; cf. quae in praef. p. 73. diximus.* b) *deest B.* c) liber duodecimus *B.* d) *deest B* 2. e) et primo ponitur prologus in Vitam sancte Hiltrudis virginis *pergit A.* f) dns mirif. *B* 2. g) ecclesiam *B* 2. h) consilium *B* 1. i) valent *B* 1. k) *uncis inclusa supplevi; locus* 8—9 *litterarum vacuus relictus A. B* 1; *e coniectura scriptum est B* 2: impetrare. Sanctum igitur corpus. l) communiis *B* 2. m) aut *B.* n) quidem *codd.* o) *emendavi H.-E.*; tamen *codd.* (*in lecto pro* cū). p) *sic B* 2; *locus vacuus A. B* 1. q) *emendavi H.-E.*, stelle motus *codd.*; stolide motus *Fortia.* r) *emendavi H.-E.*; lapsus egreditur *codd.* s) postponit, modo . . . modo sepius *emendandum videtur H.-E.* t) cum *codd.* u) *emendavit Fortia*; mutatur *A. B* 1; imitatur *B* 2. v) vertitur *B* 1. w) torret *A.* x) memore *A. B* 1.

1) Ed. Buchelius p. 22. 2) Hoc in diplomate momenti est, omittendam, haec tantum, quae de falso dictum erat. 3) V. S. Hildetrudis, Acta SS. miraculis Reginae eiusque filia Ragenfredis sequun-Sept. VII, p. 492 sqq. 4) Vitam S. Reginae, quam tur, recipienda esse duxi. 5) Primo S. Regina lac. solus servavit, quia nulla fide digna nullusque in ecclesia S. Martini tumulata fuerat.

sed passim divulgatur ad maiorem sancte Regine reverenciam, ita ut ei tocius etatis et sexus turba effunderet se obviam. Mulier quoque illa non misera, sed miserabilis, post exequias et tumulacionem miserrimi coniugis filiolum, quem ex eo habebat unicum, properat cum aliis sancte matri commendare, se ipsam ab[a] iniuria perditi viri fore alienam excusare, et ut preces suas, quandoquidem non his vindicat[b] Deus in id ipsum, pro anima eius dignaretur non recusare. Convertebat in se oculos concurrencium singultivis fletibus[c] et lacrimis lacrimas commovebat cocuncium. Aliis psallentibus, ipsa flebat; aliis procedentibus cum choris, ipsa gemebunda et solivaga[d] incedebat, et testis iniurie divinitus ulte reliquos, ne simile quid committerent, silendo corrigebat. Pervenitur ad predium; nox ea ducitur insomnis[e] in eodem predio circa sanctum corpus cum laudibus et choris pernoctancium. Facto autem mane, quatinus ostenderet Deus non cupiditatis, sed equitatis auctorem se esse, ita ruppes scissa apparet inter predium sancte Regine et [predium[f]] mulieris vidue, ut nullius hominis ingenium deinceps eorum[g] fines poterit[h] continuare. Sicque confecto[i] negocio ecclesie, correptis ab iniuria viris illius punitione[k], Dononium refertur corpus sanctum cum condigna[l] veneracione.

Cap. XXXI. De destructione ecclesie Dononiensis per Normannos*, et est recollectio quondam dicendorum.

Vacillante[1] siquidem rerum statu et regum naturalium, qui apud Francos hereditarii semper habebantur, successione pene deficiente, pro eo quod Carolum filium vix bimum[m] heredem regni reliquerat Ludovicus, quem propter brevitatem regnandi dicunt nichil fecisse[2], gens quedam aquilonis, de[n] qua forte dictum est, quia *ab aquilone pandetur omne malum*, quam plerique Northawingbos[o], alii usitacius Northmannos[p] vocant, fines suos egressa, pirāticam agens, novo et inaudito retro ante temporibus modo Franciam est aggressa. Et primum occupans maria, hostia tandem fluminum, que Franciam alluunt[q], ingressa, subinde restans, subinde progrediens, ubi neminem vidit resistentem, quaqua versum sibi visum est libitum, ferebatur ad regni devastacionem. Qui videlicet Northmanni quadrivialit[r] quodam compito per quatuor nobilissima flumina, Rethnum[s] scilicet et Scaldum et Ligerim et Secanam, Gallie ingressi confinia, nulli sexui vel etati parcentes, incendiis et rapinis depopulantur omnia; captivos abducunt[t], ecclesias devastant, prophanantes paganis manibus etiam ipsa altaria. Fit sanctarum ecclesiarum desolacio, villarum vero longe positarum indicibilis exterminacio. Isa fluvii nunc nomen est, qui Ysara dicebatur antiquitus, cuius ita Lucanus meminit in bellis civilibus:

Folc. G. Lobb. c. 16.

Ter. I, 14.

Hu vada liquerunt Ysare, qui gurgite ductus
Per tam multa suo, fame maioris in ampnem
Lapsus, ad equoreas nomen non pertulit undas.

Phars. I, 399 - 401.

Influit enim in Secanam, per quam Northmanni in illo delati, licet illis in partibus nimis graviter depopularentur Franciam, illi tamen, qui littora Scaldi insederant, debaccabantur plurimum, quia illic eos fecerat esse continuos locorum oportunitas et gratissima stacio navium sive ad hiemandum sive ad quotlibet suspecti belli periculum declinandum. Qua tempestate devastata ecclesia Dononiensi perit ille maximus labor, sed non merces sancte Regine et sancti Aldeberti; disperguntur moniales, et auffugiunt[u] clerici[3], exterminantur omnia, desolatur illa grandis edificacio, et dirripiuntur ornamenta. Nichil residuum fit igni preter meliorem thesaurum, corpora sanctorum scilicet, que ad tuciora loca deportata fuerant gracia evadendi, unica videlicet spes loci quandoque recuperandi. Similiter et cetera ecclesie[v] ipsius predia, que longe et prope circa Scaldum erant profosiora, hac tempestate exhausta et exinanita[w] sunt. Sed paulo post *respexit Dominus oracionem*[x] *humilium et non*[y] *sprevit precem eorum*, ut populus, qui recreatur[z], laudaret Dominum. Prospexit quippe de excelso sancto suo, et auditis gemitibus compeditorum predicte pesti obviavit non insolite pietatis remedio. Tali namque, ut dictum est, modo pace turbata ecclesie et firmamento regni posito in formidine, Franco episcopus Leodiensis et Tungrensis[4] idemque abbas Lobiensis ecclesie, quamvis illicitum sit huic ordini arma tractare, coactus est contra huiusmodi pestem bella suscipere, ascito sibi in adiutorium quodam Reginero[a], quem Longicollum vocant[b], viro excercitato in bellicarum rerum strenuitate. Qui frequenti congressu cum predictis Northmannis in acie confligentes, perraro victi, multo-

Folc. c. 16. Ps. 101, 18—21.

Folc. c. 17.

*) Normannos. Cap. XXXI. Recollectio dicendorum *B*.

a) ob iniuriam *B* 2. b) vindicāt *A*. *B* 1; vindicatur *B* 2. c) flectibus *A*. *B* 1. d) solinga *A*. *B* 1. e) in sompnis *A*. *B* 1; in somnis *B* 2. f) *deest A*. g) eos *B* 2. h) poterint *A*. *B* 1; potuerit *B* 2. i) infecto *B* 2. k) *emendavi* (veneracione) *H.-E.*; pacte *codd.* l) digna *B* 2. m) *sic Folc.*; bivium *A*. *B* 2; viuum *B* 1. n) de — malum *om. B* 1. o) northawingos *B*. p) normannos *B*. q) *sic Folc.*; alluni *A*; allint *B* 1; aluni *B* 2. r) quadrimiali *A*; quadruuiali *B*; *em. Fortsu.* s) rechun? *B*. t) adducunt *B* 1; adducunt *B* 2. u) auffugunt *A*; aufugunt *B* 1. v) ecclesia *A*. *B* 1. w) exānita *A*; examiata *B* 1. x) hum. or. *B* 1. y) *deest B* 1. z) toagrensis *B*. a) reuigero *A*; regnero? *B*.

1) Cap. 31—34. procul dubio ex Miraculis S. Ragenfredis sumpta sunt, quae, ut in extremo hoc capite dicitur, Fredessendis abbatissa cum Vita Reginae conscribi iusserat, et quae Iacobus cum Vita Reginae coniuncta in eodem codice legisse videtur. Quorum capitum sermo more saec. XI. et XII. consueto syllabis extremis sententiarum consonis exornatus est. 2) Auctor Ludovicum Balbum cum Ludovico V, ultimo rege e gente Karolorum, confudit. 3) Cf. Gesta episc. Camer. II, c. 28: *Hanc autem postea incumbente inopia inclinatam pauci canonici incolebant.* 4) Sedit a. 856—908. 5) I. comitem Hanoniensem.

Fol. c 17. cieus extiterunt victores; nec cessatur, donec, donante Deo peste attrita, rex eorum Godefridus ad fidem Christi convertitur. Quo baptizato nec multo post interfecto[1] pax ecclesie redditur. Respirat paululum languidus ignis ecclesiarum, sed tanta pressura, tam grandis iactura[a] rerum, licet affectiva, tamen effectiva non poterat instancia statim priorem recuperare[b] statum. Fit tamen dispersorum collectio, dejectorum erectio, sanctarum reliquiarum a tucioribus locis revocacio; et quantumcunque diucius immorata sit desolacio, subita permutacione repentina videtur consolacio, ut quo[c] maior vel minor fuerat rerum dilapidacio, festinatur vel tardatur redintegracio. Dononium vero penitus eversum, dum ea, que sibi prius erant utilitati et honestati, tempore persecucionis vertuntur in ruynam et opprobrium, vicinitas scilicet Scaldi et congrua obsidioni ampla et amena stacio pratorum maius requirebat spacium, consilium et auxilium, quo pristine integritatis valerent[d] repparare gradum. Quapropter[e] ibi cenobialem vitam ea vice reformari[f] non ferebat illa magna magnorum prediorum devastacio, sed pro tempore ad Dei famulatum non penitus emittendum reponitur tantummodo clericorum institucio, quatinus eorum provisione[g] et acquisicione fieret quandoque monialium restitucio. Sed raro, etsi unquam[h], talium sibi conveniat equilibratio, qui tandem necessitate, non rectorum sponte regimen adepti, laborant et instant in reparacione loci, sub obtentu quidem questus ecclesie, sed, ut postea patuit, pro emolumento sui. Denique copiis tamdiu[i] vastatis minus cito, quam volebant, sibi succurrentibus[k], inito consilio, aliud solacium[l] requirunt suis necessitatibus. Placet eis ex se ipsis quatuor eligere, per quos corpus sancte Ragenfredis statuunt efferre, elatum versus eam Francie partem, que prefatam pestem evaserat, defferre, si forte, donante Deo, aliquam exinde possint[m] consolacionem usibus suis referre. Exeunt itaque, circumquaque lustrantes et non, quantum volunt, sed quantum sibi datur, ab undique colligentes, mendicando perveniunt ad Novum-castrum[2], super fluvium Ysam situm, per quem predicti ascendentes Northmanni minime leserant regionem, declinantes incursus et recursus oppidanorum. Ubi gracia sancte Ragenfredis honorifice recepti[n] et suscipiencium affluencia admodum delectati per aliquot dies demorantur ibidem, ideo maxime, quia benivolum erga se senciunt eiusdem castri comitem. Cui[o] dum sepius referunt beneficia sancte virginis, paulatim immittunt ei concupiscenciam retinendi corporis, si forte ad hoc posset pertingere, ut eorum consensu valeret[p] illud retinere. Quam ob rem exhibet se eis omnimodis humanum, cogit eos verbis, ut accipiant, si quid foret necessarium, et sic inter eorum relaciones temptat, si forte venderent et quantulancumque[q] partem reliquiarum. Et quia egestas non habet fidem, immodico persuadet eis cupiditas; nec declinant foveam avaricie, dum largitatis sue frena laxat eis in accipiendo premio pro eorum opcione. Fit pactio et deliberacio, pecunie centum libre videlicet denariorum et bis quinque, et in eodem loco una prebenda unicuique. Item admisso lucro auri et amisso[r] lucro innocencie, exonerati[s] thesauro sancte virginis, sed onerati thesauro pecunie, ne distractio pateret, vacuum referunt scrinium iniqui delatores ecclesie. Quod restituentes deinde[t] in ecclesia sancte Dei genitricis, centum sibi retinent libras, quas possederant de mercede iniquitatis. Cetera vero, prout sibi videtur, solita fraude dispertiuntur fratribus et usibus ecclesiasticis. Latuit res acta diutius. Succedunt tempora temporibus, successus accedunt decessibus[u]. Quia tempus miserendi venerat loci ipsius, deponuntur clerici, et imponitur ordo monachorum; hisque brevi tempore substitutis et paulo post destitutis, restituitur congregacio monialium. Quibus prelata[v] abbatissa Ermentrudis[w] [3], nobilis quidem genere, sed nobilior moribus et regule disciplinis, res ipsas ecclesie auxit et provexit successibus secundis; puellas quoque nobili procreatas sanguine educavit et erudivit eidem loco in timore Domini et dilectione castitatis. Postquam vero

a) factura? *A.* b) st. rec. *B 2.* c) *emendare H.-E.*; que *codd.* d) valent *codd.* e) Quãpropter *A.* f) reparı *B 2* g) prouisone *B 2* h) *emendare H.-E.*, nunquam *codd.* i) tandem *B 2.* k) *nescio an* succurrentibus *emendandum sit H.-E.* l) consilium *B 2.* m) possent *B 1.* n) suscepti *B 1.* o) Qui *B 2.* p) valet *A B 1*, valerent *B 2.* q) quantulancunque *A.* r) admisso *codd.*; *emend. Fortia.* s) exonerato *codd.*; *emend. Fortia.* t) dne? *A B 1*, donum? *B 2*; domum *Bod.* u) decessibus *A.* v) *emendare H.-E.*; preclara *codd.* w) emertrudis *B 2.*

1) Mense Maio a. 885. Cf. Dümmler, Ostfränk. Reich' III. p. 238 sq. 2) Procul dubio Neufchatel ad Axonam fl., quod e diocesi Cameracensi Remos proficiscentibus (cf. infra c. 32) in via situm erat; cf. Acta SS. Oct. IV, p. 316. 3) Cf. Gesta episc. Camer. II, c. 28: *donec consilio domni Gerardi episcopi et Leducini abbatis moderno tempore Balduinus comes ad pristinum statum restituit ibique monialibus regulariter institutis abbatissam nomine Ermentrudem praefecit.*

ingressa est viam universe terre, una filiarum eius in Christo substituitur abbatissa, Fredessendis nomine, grandeva quidem moribus, sed iuvenis etate, nobilissime indolis nec premissa[a] matre inferior omnimoda dignitate. Locum siquidem, quem regendum susceperat, in omnibus melioravit, vetustatem et ruynam claustri pro posse renovavit, et ut ferreis temporibus erga suos aurea succederent, omnimodis elaboravit. Que ab inicio ordinacionis sue assumpta et a regina tocius nobilitatis, Adela videlicet comitissa Flandrie[1], Mechciniensi[b] cenobio[2], cuius structure[c] videbatur insudare, gracia nobilitatis et bone indolis sue prelata, quanto[d] iunior, tanto perspicacior, utrumque locum nobiliter rexit, uniusque ruynosam senectutem et alterius novellam plantacionem, plusquam talis paciebatur etas et sexus, direxit et erexit. De cuius industria et ingenio referri habentur plurima, sed parcius dicendum, quandoquidem[e] in vita sua laudari hominem prohibet sapiencia. Ipsa enim Eccli. 11, 30.
Vitam sancte Regine et miracula sancte Ragenfredis describi precepit corpusque sancte Ragenfredis, tam diu ecclesie sue sublatum, tali ordine Dononio restituit.

Cap. XXXII. De[*] perdicione et recuperatione corporis sancte Ragenfredis.

Contigit abbatissam ecclesiastice dispositionis gracia versus urbem Remensium equitare et ignaram preterite vel future rei per[f] Novum-castrum super Ysam situm, cuius superius fecimus mencionem[3], transitum habere; ibique cogente hora — Deus vero disponebat iter eius — neccessarium habuit pernoctare. Gratanter igitur suscepta hospicio ab eiusdem castri[f] comitissa[g], post suscepcionem ad ecclesiam ab eadem ducitur oratura. Oravit, et surgens ab oratione psalteriolum ibi invenit, cuius folia volvendo et revolvendo, letania oculis eius apparuit. Quam perlegens inter nomina sanctorum nomen sancte Ragenfredis dissimili colore, id est minio[4], inscriptum repperit. Cui gratia nimie dilectionis infigens osculum — sperabat enim adhuc eam se habere ex integro apud cenobium suum — requiritur iocunde cum saltibus[h] a comitissa, cui sanctorum tam dulciter cum affectu pietatis libaret oscula: 'Domine mee', ait illa, 'sancte Ragenfredi, cuius presentia in monasterio meo multas miseraciones michi exhibet et omnium peticioni'. 'Non ita est', respondit comitissa, 'antecessor quippe meus centum et decem libris emit eius sanctum corpus a quibusdam clericis in hac patria; et sine dubio requiescit in hac ecclesia'. Econtra satagebat abbatissa rem suam verbis affirmare; sed monialis quedam nomine Emma, que secum erat, maturior etate, cubito — assistebat enim ei — pulsatam innuit silere. Sic est dimissum. Itum est cenatum, post cenam dormitum, diluculo discessum. Expleto itineris[i] negotio, redit[k] abbatissa, et de corpore sancte virginis nec sibi nec comitisse multum credula, narrabat suis non sine merore visa et audita. Irruit statim super eos formido et pavor, et inerat cordibus eorum varius credendi error; res enim incredibilis erat, et ideo maxime, quia nemo credere volebat, quod[l] omnino amisisse nolebat. Sed industria abbatisse res probata, voluissent noluissent, ad credendum persuadebat. Et quid tunc facerent, incerciores erant, si celarent aut propalarent, scilicet ne locus vilesceret, si vicini tanto thesauro vacuum rescirent[m]. Ceperunt ergo deliberare, si quo modo ad recuperacionem sancti corporis possent pertingere; et quia angustia doloris requirit[n] solacium necessitatis, non defuit eis consilium superne disposicionis. Post aliquot enim dies affuerunt Dononii quidam clerici illius regionis, ferentes secum reliquias causa sue relevacionis; ecclesia quippe eorum desolata erat crebrescentibus werris[b]. Qui abbatisse iussu honori-

*) De perd. et reportatione corp. s. Rag. ad Dononiense cenobium *B*.

a) promissa *B* 2. b) merbiniense *B* 2. — cenobium *codd.* c) structura *codd.* d) tanto *B* 2. e) *emendavi H.-K.*; qua quidem *codd.* f) deest *B* 2. g) hospitissa *B* 2. h) *corruptum videtur; nescio an* salutibus *legendum sit.* i) itinere *B* 2. k) redit *B* 1. l) quod — nolebat *om. B* 2. m) restiterent *B* 1. n) *emendavi H.-K.; cf. p.* 150, *l.* 19; inquirit *codd.*

1) Filia Roberti Pii regis Francorum, uxore Balduini Insulani. 2) Messines prope Ypram, quod coenobium Adela a. 1065. fundaverat; cf. Flandria Gener. c. 11, SS. IX, p. 320. 3) C. 31. 4) In kalendariis sanctorum in ecclesia, cuius liber fuit, specialiter cultorum nomina aut forma litterarum eximia aut nitido colore insignita scribebantur. 5) Ex his verbis Bollandista (I. G.), Acta SS. Oct. IV, p. 320. hoc post a. 1035, quo Henricus rex Francorum Novum-castrum obsedit, contigisse fortasse non iniuria coniecit.

fice hospicio suscepti, reliquiis in ecclesia dispositis, se ipsos recreaturi[a] venerunt in domo Gerardi cuiusdam presbyteri. Post escam et potum, post multas circumlocuciones, ut mos est clericorum, sermo incidit Gerardo de sancta Ragenfrede, cui[b] adhuc intendebat animum. Statim vero duobus clericis, Hugone et Henrico, respondentibus se nosse locum et, si merces non deesset, posse virginis restituere thesaurum: 'Ite', ait Gerardus, 'et redite absque dubietate mercedis, si sponsionem ad effectum perduxeritis[c]'. At illi lustratis aliquibus provincie partibus discesserunt et maioris questus sponsione capti, Deo volente, rem ad effectum perduxerunt: reliquias virginis Dei nutu receptas[d] Silvanectis detulerunt[e]. Quibus in salvacione sui repositis, Henricus recurrit Dononium exigere sponsionem sue paccionis. Quem cum vidissent Gerardus et Emma[f], pre nimio anxii[g] gaudio expecierunt consilii secreta, et effectu rei audito vocatur abbatissa. Numeratur ei quantitas pecunie, et assumptis secum duobus clericis, Andrea[h] et Heldino, Silvanectis regreditur cum velocitate et eo velocius, quo minus cum securitate. Detegit eis et restituit thesaurum absconditum, maiora videlicet sancte virginis ossa, et facto sibi invicem vale, velociores votis quam gressibus, cum timore et gaudio repetit unusquisque sua. Alter vero duorum, Andreas scilicet, grandi deprehensus infirmitate, cum ceptum[h] iter male securus nullo modo auderet retardare, maxima corporis deficiebat contricione. Sed paulo post fit ei sancta virgo baculus et medicina infirmitatis sue. Cum enim pervenissent Dononium, quatinus statim laboris et timoris reciperet aliquid[i] premium, ubi in ecclesia disposuerunt reliquias cum laudibus et hympnis, clericus repentinam et integram recuperavit salutem sue invalitudinis. Quibus ita gestis grandis inerat eis exultacio de relatis, sed imperfecta adhuc supererat de relictis; clericus quippe, qui majora tulerat ossa, dum timet deprehendi, minora non perstitit comprehendere, quorum spes omnis ablata abbatisse et suis omnem consilii viam videbatur excludere.

Cap. XXXIII. Quod quedam sanctimonialis[k] per subtilitatem suam reportavit corpus sancte[l] Ragenfredis[m].

Sed non deest Dei omnipotencia, que, ut manifestius pateret, arte tractatur feminea. Emma siquidem monialis illa, quam prescripsimus cum abbatissa fuisse apud Novumcastrum, quandoquidem nullum animal audacius est muliere, animo tractat impugnare et expugnare ipsum opidum; et quod mille viri non auderent incipere, incipit et perficit unius muliercule ingenium. Parat novam expedicionem, virum videlicet rusticum et rusticam nininam[n-2], etate et pannis veterem; quibus secum pedestri gressu comitantibus, ipsa ascenso iumento tendebat ad oppidi expugnacionem. Venit autem illuc tercia die quasi iter agens, prandii iam instante hora et loco non hostis, sed hospitis; res enim adhuc latebat. Suscepta caritate qua prius a comitissa, cum se diceret illa die adhuc non audisse missam, navigio, quo cicius redirent[o], monetur adire ecclesiam; tantus enim erat per terram vie circuitus, ut navigaret et renavigaret multo cicius; elegit tamen pedes ire, quatinus notata sibi via post prandium illuc posset familiarius redire. Post missam [et[p] prandium] rogata morari reliquum diei, quod eciam non rogata petisset, libenter prebuit assensum. Sed iterum monita, ut dormiendo — erat enim mensis Mayus — requiesceret paululum, velle magis respondit adire ecclesiam psalmodiatum; et ne aliqua notaretur suspicione[q], cum rustico et ninina sua alteram assumpsit secum nininam de domo elemosinaria comitisse; cum qua securius vadens ad ecclesiam, diucius oravit et post oracionem residens psalmodiare cepit. Non valuit illa tantam orationum[r] moram cum eis continuare, sed affecta tedio psalmorum — nec enim paupertas[r] eius psalmis, sed pane egebat — egreditur sua procurare. Post cuius egressionem exiliens monialis, dispositis suis per custodias competentibus locis, ipsa aggreditur spoliare extractis brachiis scrinium, in quo erant reliquie sancte Ragenfredis. Trepidabant sui nimio timore forinsecus, illa autem

a) *dubius haereo num recte emendaverim; exenia codd.; excusantes perperam Fortia; vocem cum* presbyteri *consonam hoc loco scriptam fuisse appuret. H.-E.; exemaverunt in textu Boll., in marg.: seu exeniaverunt i. e. cibo recrearunt.* b) qui *B* 2. c) perduxeritis *A. B* 1. d) retulerunt *B* 2. e) emna *h. l. A. B* 1. f) animi *B* 2. g) Ads *B* 2. h) inf. cēcepti *B* 1. i) aliquod *B* 1. k) monialis *B* 2; puella monialis *B* 1. l) virginis *add. B.* m) Dononii *add. B.* n) mimiam *A*; miniam *B* 1; minuam ? *B* 2. *Assumpsi eam formam quae infra in omnibus codicibus legitur.* o) redissent *B* 2; rediret *Boll.* p) et pr. *des. A. Boll.* q) suspecīōe *B* 1. *Boll.* r) ... inū, *loco raso A; desunt Boll.* s) loci *supplendum esse Boll. perperam proposuit.*

1) Eos furatos esse reliquias satis aperte significatur his verbis. H.-E. 2) Quae vox nullo alio loco occurrit.

non minus gaudio quam timore trepidans et estuans[a] intrinsecus, quicquid erat in scrinio scopebat[b] in sacculo suo, eciam pulverem cum ossibus. Ubi vero suos revocavit, et dissimulacionis iterum causa tenens psalterium, satis leta, si secura, cum eis resedit, ducitur ad ecclesiam mulierecula, que per aliquot dies febricitabat et, ut mos est infirmorum, ab eadem moniali, si quid[c] contra huiusmodi pestem nosset, requirebat. At illa rogat aquam deferri, et quiddam[d] medicinale, quod totum[e] talibus solebat prodesse, dicens inesse[f] sibi, statim lavat secreto reliquias sancte virginis, quas habebat in sacculo, et dans ei potum, curatam gavisa est abire continuo. Sicque Deo disponente iter et opus suum, sole iam inferiora petente, regreditur ad hospicium. Et ne aliquis, si consideret[g], forsitan deprehenderet sacculum in sinum eius repositum, simulata incommoditate, tantummodo petit quiescendi locum. Lecto sine mora parato collocatur; lucerna, quam petierat, sub obtentu quidem infirmitatis, sed pro reverencia sancte virginis ante lectum accenditur. Sed ea nox ob tanti custodiam thesauri ab ea insompnis ducitur. Mane autem facto accedit ad comitissam, et excusans[h] se non ultra audere progredi propter werras[i] et incommoditatem suam, ne illud nobile furtum aliquo deprehenderetur signo, redeundi ad monasterium petit et accepit licenciam. Et ingressa viam, quam credebat securiorem, panigerica crustarum efferta[k], quas, si requireretur, quid ferret in sinu suo, ostentaret ad comitum revelacionem[l], Dononium tendebat concito[m] gressu per dierum et noctium successionem. Quadam vero nocte, cum fatigata ex itinere et prioribus vigiliis[n] solito iam securius dormitaret[o], custodiam autem reliquiarum iuxta se positarum Deo et sancte virgini singulariter commendasset, contigit murem[p], ut talium natura et ars est bestiolarum, ad sacculum accedere et panem, qui custos et protector perpetrati furti esse videbatur, dentibus infixis violare. Quod sancta virgo non impune[q] tulit, sed nocturna custos diurnum custodem suum perpetualiter vindicavit; statim quippe bestiola morsello nundum glutito iuxta panem expiravit. Cumque reddita luce surrexisset, monialis ulcionem indignatur, sed laudat custodiam sancte virginis. Sicque pervenit ad monasterium exultans in Christo prosperitate itineris. Videres alterum Iudith[r] sororum excipi iocunditate, letari abbatissam maxima exultacione, clerum et populum mirari rem gestam et omnes communiter Deum laudare. Sic ars deluditur arte; distractio facta clericorum factione rursus clericorum redintegratur[s] distractione. Quam rem abbatissa prudenter considerans gestam divinitus, idque ad salutem anime et gloriam vite et augmentum ecclesie suis accidisse temporibus, eiusdem monialis predicte, videlicet Emme[t], instancia et ope fabricari fecit scrinium ex auro et argento, magnificis vel munificis sumptibus, in quo debita veneracione reclusit corpus sancte Ragenfredis ad protectionem et securitatem posteris omnibus. Que medio statuta loco inter sanctam Reginam matrem suam, cui successit, et sanctam Avam, quam[u] precessit in regimine, ad gloriam et honorem sancte Trinitatis, per sponsum Dei filium, meritis earum et precibus locum suum protexit et illustravit antea et postea operibus mirificis, que sequens narracio, etsi minus compta, veridica[v] tamen rellacione studebit[w] litterare posteris.

Cap. XXXIIII. De quodam milite Valencenensi[x] volenti ecclesiam Dononiensem spoliare, qualiter meritis[y] sancte Ragenfredis fuerit[z] trucidatus.

Miles quidam Valencianensis, nomine Aldo[2], supra modum adversabatur vicinie, miles, dico, si tamen malicia insigniri potest titulo milicie. Qui nusquam militarie virtutis nominatus fama, assidue depredacionis[a] ubique notabatur infamia. Erat autem frater Gothuini[b] Tornacensis[3], a quo omnimodis degeneraus, neque Deo neque Dei[c] fidelibus reverenciam

a) estruens *A. B* 1. b) *sic codd.*; scopebam *legitur Ps.* 76, 7, *neque tamen sensus huius verbi nec verbi* scopare *huic loco convenit, nescio an legendum sit* stopebat *derivatum a verbo Germanico* stophon (stopfen), *quod tamen nusquam alibi legi. H.-K.* c) signi *codd.*; *emend. Fortia.* d) quidam *A*; quid *B.* e) locum *A*; lotum *vel* locum *B*; *emend. Fortia.* f) *deest B* 1. g) *emendavi H.-K.*; conderet *codd.?* h) exosculans *Boll.* i) afferta *B* 2. k) reuecloem *B* 2. l) cum cite *A. B* 1. m) *deest B* 2. n) dormitaret *B.* o) impugne *A. B* 1. p) iudich? *B* 1; iudic? *B* 2. q) reintegratur *B* 1. r) emnie *A. B* 1. s) que *B* 2. t) vendita *A. B* 1. u) studebat *B* 1. v) Valenciancnsi *B.* w) in meritis *A.* x) fuit *B.* y) defidicacionis *A. B* 1. z) gothini *B* 1; gotheeuini *B* 2. a) de *B* 1.

1) Fortasse a. 1037, quo anno inter Theobaldum Stephanumque comites Campanienses et Henricum regem bellatum est; cf. Acta SS. l. l. p. 321. 2) Monasterium quoque S. Gisleni c. a. 1015—1020. ab Aldono quodam raptore valde molestabatur (cf. Gesta ep. Camer. III, c. 20); ab auctore autem nostro tempus posterius aperte indicatur; quod, ne eosdem Aldones putes, impedit. 3) Saec. XII.

observando, filius utique effectus iniquitatis, aliquam videbatur inferre notam glorie fraterni nominis. Qui[a] aliquando, ut semper solebat, insolenter Valencianis egressus, cumque velud torrens inundans reverteretur per Dononium, ut exinde quoque abduceret, quidquid sibi foret obvium, rustici non ferentes incursum tante pestis cum suis omnibus fugiunt ad ecclesiam sancte Dei genitricis. Ille vero frustratus spe vana rapiendi, qua primum fuerat illectus, fugientes insequitur et propellit usque ad ecclesiam furibundus, ubi haste innisus et immisso capite caballi usque ad armos intra hostium ecclesie inclusis comminatur absque ullo contra Deum et sanctas virgines respectu reverencie. Cui cum edituus imprecaretur animum exhibendi gloriam sanctis virginibus: 'Faciam te', ait, 'et omnes istius ville viros ebdomadam transire illotis[b] pedibus et intersis naribus[c]'. Hoc scilicet volens subsanando insinuare, quod eos truncaret manibus et pedibus. Dixit et abscessit, eique divina ulcio statim sententiam dampnacionis indixit atque iram sue indignacionis absque dilacione super eum induxit. Antequam enim pervenisset Valenchianis, deprehensus mentis insania eius, cui[d] famulatum exhibuerat, crudeliter torquebatur sevicia. Quem Gothuinus[e] Tornacensis, frater suus, ad se cum grandi tribulacione reductum, aliquamdiu in eadem mentis alienacione laborantem, sed postea defunctum, non ut talem, sed ut tantum decebat virum, ante altare sancte Dei genitricis sepelivit apud Tornacum. Cuius sepulture locum suis non exigentibus meritis, custodem ecclesie per singulas noctes infestabat super sepulchrum eius apparens nigerrimus canis. Terrebat nichilominus quedam indignacio sanctorum circa altare concussionibus grandisonis. Rem custos ad fratrem clam detulit et, quia ad ecclesiam noctu ingredi non auderet, intimavit; si vero sibi minus crederet, ut duos aut tres de suis ad videndum et audiendum illuc mitteret, exoravit[f]. Ille autem preterite fratris vite non nescius et ideo relacionibus ad se delatis hautquaquam incredulus, ab ecclesia, ne et ipse offensam incurreret, eum fecit erui et in ulteriore atrii loco iussit tumulari. Nec ibi quoque defuit ille canis, pessimus custos sepulture, sed per diem et noctem obsidens locum equitibus et aratoribus — erat enim iuxta tumulum via publica — transitum prohibebat habere, ita ut equi et boves retrogradi vel resilientes prius cogerentur mori quam transire. Quo rescito, iterum frater eius exinde tulit eum et, quem nullus terre locus retinere poterat, inclusum tonello proiecit in Scaldum, prosequente eum divinitus ulcione, quam meruerat apud Dononium.

Cap. XXXV. Tenor carte[1] Karoli imperatoris de restauratione ecclesie Dononiensis.

In nomine sancte et individue Trinitatis Karolus misericordia Dei imperator augustus omnibus christicolis pax et salus. Pre timore et amore Dei multa loca sanctorum — — Actum est hoc annis[g] ab incarnatione domini nostri Iesu Christi DCCCCV[h], II. Ydus Augusti, indictione[i] X, anno XXXVII.[k] regni Karoli regis in Francia et imperii eius secundo. Signum Karoli gloriosissimi imperatoris. Signum[l] Roberti. Signum Gerlonis. Signum Willelmi. Signum Rodulphi, eius nepotis. Signum Bernardi. Nucater[2] notarius scripsi Parisiaco[3] palacio regali. Amen.

Cap. XXXVI. Cathalogus episcoporum Cameracensium et Attrebatensium[m].

Quoniam in libris superioribus atque presenti nonnulli episcoporum Cameracensium et Attrebatensium ecclesias aut monasteria consecrancium aut sanctimoniales velancium, aliquociens in uno passu Cameracenses, et aliquociens idem[n] in alio passu Attrebatenses appellantur episcopi, ut Vindicianus et Theodericus[o], et sic de pluribus aliis, orriri posset

a) Q *A*. b) illetis *A. B* 1. c) manibus *B* 1. d) qui *B* 2. e) gothuinus *B* 2. f) *emendavi*; exsecrauit *A. B* 1; excerauit *B* 2. g) *ita codd.* h) DCCCI.XXVII *Boug.* i) indicio *A*; indictio *B* 1. 2. k) XXXVIII *Boug.* l) santi *et porro semper* sci *pro* Signum *B* 1. m) commixtim *add. B.* n) iidem *B* 2. o) theodoricus *B* 2.

fuit advocatus Tornacensis Gosvinus de Warcoing, quem eundem atque supra memoratum aut prolem eius fuisse suspicor; cf. Hist. Tornac. SS. XIV, p. 326. 336. 1) Edita SS. rer. Gall. VIII, p. 673; Acta SS. Oct. IV, p. 313; cf. de eius auctore temporeque Acta SS. l. l. p. 298—302. Notae chronologicae Iacobi falsae sunt; charta a Carolo Calvo a. 877. data est. 2) Audacher legendum esse demonstratur Acta SS. Oct. IV, p. 300. 3) Corruptum ex Pontifiaco (Pontalier); cf. Acta SS. l. l. p. 300.

dubitacio, utrum fuerit alias unus et idem episcopatus, et si non, utrum fuerint translati de uno episcopatu ad alium, aut huiusmodi denominaciones sic diverse ex vicio scriptorum aut ignorancia historiographorum provenerint[a]. Unde pro huiusmodi dubiorum satisfaccione hic consequenter cathalogum episcoporum tam Cameracensium quam Attrebatensium huic operi sub brevibus superaddere decrevi. Clodoveus autem rex Francorum, cuius superius mencionem fecimus, post eventum belli minus prosperi contra Alemannos super Rethnum[b] per fidem christianam victor effectus, beatum Vedastum apud Tullum Leucorum oppidum invenit et cum socium itineris ascivit, quatinus saluberrimis ab eo imbueretur doctrinis. Qui etiam in comitatu regis ceco reddidit lumen occulorum. Baptizatus itaque rex cum optimatibus suis a beato Remigio eidem beatum Vedastum, virum virtutibus notum, commendavit. Favente ergo postmodum rege predicto, Attrebati urbi directus ipse est episcopus, ita sane, quod auctoritate loci illius Cameracensi eciam urbi presideret; non quia prius altera illarum sedium ab altera dependeret, sed quia vir sanctus propter solitudinem locorum utramque procurare sufficiebat. Conversa itaque gentilitate et reparatis templorum edificiis, maxime Attrebatis[c] ecclesia propter aram Dei genitricis integram inventam inter ruynas, loco sancti Remigii cum Mamerto ceterisque episcopis apud Viennam convenit, ubi solenne iciunium trium dierum ante ascensionem Domini est institutum. Rexit autem quadraginta annis et plenus dierum migratus ad Dominum, in ecclesia sancte Marie est sepultus. Cuius mencionem beatus Remigius in testamento suo sic fecisse invenitur: *Ecclesie Attrebatensi, cui auctore Deo*[d] *Vedastum, fratrem meum carissimum, episcopum consecravi, ex dono Ludovici principis villas duas in stipendiis clericorum delegavi, Oicos*[e] *scilicet et Sambucetum.* Ex quo constat istos beatos viros suo labore et impensa primo canonicos in Attrebatensi[f] ecclesia instituisse. Beato Vedasto ad pontificale solium Dominicius successit, cui Vedulphus. Ab[g] isto et ceteris successoribus eius Cameracensis ecclesia quamdam specialem dignitatis aulam accepit, eo quod propter solitudinem loci Attrebatensis ibidem specialius habitare ceperunt. Nemo tamen suspicetur Attrebatensem illi aliquo de iure subiectam. Quandoquidem Dionisius[h] papa, qui iuxta cronicorum fidem ducentis et LXIII fuit annis ante Ormisdam, quem tempore beati Vedasti constat Romanam sedem tenuisse, inter ceteras urbes Cameracensem atque Attrebatum[i] ascriptas cum suis eque parrochiis distinctas reliquerit. Et licet nobilis Attrebatensis ecclesia Cameracensi[k] ad tempus subiecta inveniatur, tamen sue dignitatis vestigia in ipsa subiectione conservans duos titulo suo semper habuit archidiaconos et vicedominum quemdam, qui absente episcopo causas Attrebatensis[l] episcopatus animadvertebat. Vedulpho successit sanctus Gaugericus, et post multa miracula migrans a seculo, in monte quodam apud Cameracum est sepultus[m]. Cui Berthoaldus ex nobili Francorum prosapia ortus, qui cum sancto Arnulpho sinodo interfuit, ubi multa ecclesie necessaria sunt tractata. Sextus fuit Ablebertus sive Emebertus, ex pago Brabettensi[n] oriundus parentibus vita et genere nobilibus. Hic postquam ad meliora transivit, apud Melhodium monasterium honorifice requievit.

cf. G. Cam. I, c. 6.
cf. ib. c. 7.
ib. c. 8.
cf. ib. c. 7. 8.
ib. c. 9.
ib. c. 12.
ib. c. 7.
ib. c. 12–17.

Cap. XXXVII. Ad idem et de eodem cathalogo[o].

Post hunc tempore Dagoberti regis Authertus sublimatur, qui et beatum Gilleonum[p] Atheniensem honorifice suscepit et nobiles Vincencium et Waldetrudem, coniugem eius, a seculo revocans Christo consecravit. Attrebati quoque corpus sancti Vedasti ab ecclesia sancte Marie ad locum, ubi nunc venneratur, angelo sibi locum prescribente, conadiuvante[q] quoque Audomaro Morinorum episcopo transportavit. Sepultus est idem presul apud Cameracum in ecclesia, que usque hodie nomine eius insignitur. Beatus Vindicianus post istum curam ecclesie suscepit temporibus Theoderici[r] regis, qui cum Ebruino[s] maiore domus sanctum Leodegarium Angustidunensem episcopum post multa tormenta in territorio Attrebatensi in silva sancti Leodegarii fecit decollari. Pro cuius facinoris satisfaccione, maxime beato Vindiciano interveniente, predictus rex ecclesiam sancti Vedasti de Nobiliaco regaliter locupletavit[t] et ad usos canonicorum sancte Marie Attrebattensis villas istas: Bassens[1], Frisicurtem[2], Ais[3], Lusta, Fampols et Boele[4] cum omni libertate concessit. Marcolum[5] ad usos episcoporum, ita quod[u] supranominatus episcopus quodam previlegio spiritualis libertatis et emunitatis super predictas ecclesias a Iohanne Romano pontifice consensu domini regis Theoderici impetravit[v], et in litteris suis se indifferenter Attrebatensem vel Cameracensem presulem[w] nominare consuevit[6]. Huius tempore beatus Amatus Senonensis archiepiscopus in hanc exul venit regionem, urgente persecucione regis Theoderici. Sanctus igitur Vindicianus post multa opera glorioso, postquam eciam cum beato Lamberto, Leodiencium martire, monasterium Honacourt dedicavit, transiens ad eterna, in pago Attrebatensi, in monticulo[x] sancti Eligii nomine consecrato sepultus diem superne resurrectionis securus expectat. Beato Vindiciano Hildebertus in episcopatu succesit; cui[y] Hunoldus, et ipso defuncto, scilicet Hadulphus, filius, ut dicitur, beati Ranulphi martiris, in episcopum sublimatur. Qui post gloriosam conversacionem, sicut miracula post mortem ipsius facta testantur, in castro Attrebatensi

ib. c. 17. 19. 20.
ib. c. 21.
cf. ib. c. 26.
cf. ib. c. 23.
cf. ib. c. 27. 28.
ib. c. 34.
cf. ib. c. 33.

a) puenerūt *B* 1. b) rechuū *B* 1. c) attrebatēn *B* 1; attrebū *B* 2. d) de *B* 1. e) Orcos videl. et Sabucetum *Gesta Cam.* f) attrebat' *A. B* 1. g) Ab isto *om. B* 2. h) dyonisius *B.* i) attrebat' *B* 1. k) cameracē *A. B* 1. l) brabatensi *B* 1. m) cath. *decst B* 1. n) gislenum *B.* o) quo adiuv. *B* 2. p) theodorici *B* 1. q) ebroyno *B* 2. r) itaque *B* 1. s) presulū *B* 2. t) monticlo *A.* u) dūs *add. B, quod nec in Gestis Cam. legitur.*

1) Cf. Krusch, 'N. Archiv' XVI, p. 232. 2) Gesta ep. Cam. I, c. 26: *episcopus sanctae Dei genitricis aecclesiam Atrebatensem ex rebus propriis una etiam cum rege Theoderico augmentans.* 3) Basseux. 4) Fresincourt. 5) Aix-les-Fampoux. 6) Boille. 7) Marseul. 8) A. 685; cf. Gesta episc. Camer. l. I. c. 26. 9) Quod ex epistola Gestis Camer. l. I. inserta non cognoscitur.

G Cam. I, c. 36–39. in ecclesia est sepultus, sed postmodum inde translatus in ecclesia sancti Vedasti[1] in cathalogo sanctorum veneratur. Post Hadulphum Tragnardus[a] substituitur in sedem; post quem Gonfridus eiusdem ecclesie rector extitit. Post cuius excessum Albricus, post Albricum Hilduardus tempore Karoli Magni successit; et ab eodem Karolo previlegium libertatis super res fratrum Cameracensis ecclesie impetravit; et etiam sinodo interfuisse legitur, quam Vulfarius Remensis archiepiscopus in ecclesia Noviomensi habuit anno Domini octogentesimo XIIII.

ib. c. 40. Hilduardo[b] Aluharius[c] successit, vir doctrina apostolicus, fide catholicus. Hic precibus Elbonis[d] Remensis archiepiscopi sex libellos de remediis peccatorum et ordine vel iudiciis penitencie conscripsit. Hic post multas reliquias

cf. ib. c. 42–44. sanctorum a Constantinopoli delatas dormiens cum patribus suis in Monte Sancti Eligii requiescit. Theodericus illi succedens vir spectabilis vite et sanctitatis extitit. Cuius tempore quia Daci regionem istam vastantes ecclesiis insultabant, corpus beati Vedasti diu quesitum ipse tandem invenit[e] et in loculo, quo

cf. ib. c. 49. defferi posset, si necessitas urgeret, honeste recondidit. Post vitam ergo religiosam exuens hominem, in ecclesia sancti Autberti honorifice est sepultus.

Cap. XXXVIII. Item[f] de eodem cathalogo.

ib. c. 50. Post[g] huius[h] excessum ecclesia tribus fere annis vacavit. Lothario imperatore tres clericos suos contra

ib. c. 43. 45. canones successive instituente, Gumberto[i] videlicet, Theobaldo et Hilduino[k]. Iste Lotharius fuit, qui Ludovicum patrem suum, Ebbone Remorum archiepiscopo accusante, a regno deiecit iniuste. Qui postmodum

cf. ib. c. 51–57. tamen consensu Francorum revocatus est et Ebbo a gradus sui dignitate non irrecionabiliter expulsus. Mortuo igitur Lothario sanctus Iohannes, in aula regis nutritus et cantor Cameracensis ecclesie, ordinatur; ad quem Ignuri archiepiscopi plurima scripta inveniuntur; et ipse multis possessionibus Cameracensem ecclesiam ampliavit. Assumptus est autem a carnis ergastulo, sepultus est [in ecclesia sancte

ib. c. 60. 61. Crucis, multis postmodum declaratus miraculis mundo. Sancto Iohanni in episcopatum Rotardus successit; cuius tempore Normannorum sevicia in istam miserabiliter grassata est provinciam, et multa corpora sanctorum de locis immunitis ad tutiora deportata sunt loca. Inter cuius sedicionis tempestates dictus epi-

ib. c. 62–69. scopus diem clausit, et in ecclesia sancti Autberti requievit. Post illum Dodilo ecclesie curam suscepit anno Domini octingentesimo[k] VII[2]. Multa Fulconis archiepiscopi ad ipsum extant scripta; et res ecclesie Cameracensis ab Arnulpho imperatore confirmari obtinuit. Et postquam Lobiense monasterium dedicavit, excedens a seculo in ecclesia sancte Marie Camerarci est sepultus. Dodiloni successit Stephanus, ex Alsacio[l] pago natus, qui inter cetera[m] virtutis sue opera districtum Attrebatensis episcopii a Criencione fluvio[3] usque Satis fluvium infra leugam unam ab omni seculari et iudiciaria potestate, ab omni eo quod fiscus inde recipiebat a Karolo rege liberum et emune sibi dari expostulavit et previlegio confirmari. Ab eodem preterea rege et eodem previlegio Lambris villam cum moneta et theloneo, que nunc Duacum [sunt[n]] translata, usibus episcoporum Attrebatensium acquisivit, et in eodem previlegio Attrebatensem se episcopum nominavit[4]. Duas

cf. ib. c. 68. 69 etiam abbacias Crispini et Marcolas ipse de manu secularium liberavit[5]. In terra vero sue nativitatis a seculo migrasse invenitur.

Cap. XXXIX. Item[o] ad idem de dicto cathalogo.

ib. c. 70. 73. Dominus[g] Fulbertus ei successit, Ottoni nobili imperatori familiaris in tantum, quod ab eo sancti

cf. ib. c. 77. Gaugerici abbaciam ab omni laica potestate immunem accepit[p], monetam quoque et theloneum locius

ib. c. 80. 81. civitatis[7]. Castrum quoque Novum in pago Cameracensi primus edificavit[8]. Berengarius, hunc in episcopatu secutus, quia Cameracenses ei apperire nolebant, villam[q] Lambris comiti Flandrencium[q] iniuste,

cf. ib. c. 81. 83. ut eum coadiuvaret, contradidit. Et quia ecclesiam sancti Gaugerici polluerat homicidiis, ab ipso in sompnis percussus et ob hoc egrotans Colonie obiit et sepultus est in ecclesia sancti Gereonis. Post cuius excessum Engelrannus, Corbiensis cenobii monachus, sedem[r] episcopalem promeruit, et in colli-

cf. ib. c. 87. gendo ecclesie distracta multum[s] laborans, apud Cameracum obiit et in ecclesia sancte Marie Dei genitricis est sepultus. Sequitur Autbertus[9], Attrebatensis cenobii monachus, et post X[10] sue ordina-

cf. ib. c. 89–91. cionis annos in ecclesia sancti Autberti est sepultus. Post eum fuit Wilboldus, quem primates Cameracenses sibi connatum fieri episcopum ab imperatore postularunt[t]; sed vix anno[u] uno regens ecclesiam,

ib. c. 92–94. in ecclesia sancte Marie tumulatur. Thiedo moribus strenuus, Sancti Severini Coloniensis prepositus, ab imperatore illi substituitur. Qui post multas tempestates et iniurias ab eis illatas, qui principatum sibi in urbe Cameracensi vendicabant, Coloniam veniens et ibidem in Domino obdormiens, in ecclesia,

a) Trawardus *Gesta Cam.* b) Hisduardo *h. l. codd.* c) alitarius *B* 1; alutarius *B* 2; Halitcharius *Gesta Cam.* d) *ita codd. pro* Ebbonis. e) devenit *B* 2. f) Item ad idem et de eodem cathologo *B* 1; Ad idem et de eodem *B* 2. g) *imbalis littera deest A.* h) cuius *B* 1. i) *sic codd.* k) octingesimo *B* 2. l) Alsagio *B* 1; alsasio *B* 2. m) interea *B* 2. n) *deest A*; tr. sunt *B* 2. o) Iterum ad idem et de eodem cathalogo *B* 1; Ad idem et de eodem *B* 2. p) villam nol. *B* 1. q) flandrancium *B* 1. r) in *add. B* 1. s) multam *A, B* 1. t) expostularāt *B* 1. u) uno anno *B.*

1) De elevatione, non de translatione beati Vindiciani cap. 35. legitur. 2) Gesta ep. Camer. I, 1.: *a. D.* 887. 3) Le Crinchon rivus prope Atrebates. 4) Haec privilegia in Gestis ep. Camer. inserta non sunt. 5) V. privil. a. 921, Sept. 8, Gesta ep. Camer. I, c. 61. 6) V. chartam a. 947. datam, ibid. I, c. 73. 7) A. 940, teste charta, ibid. I, c. 77. 8) De Cateau Cambrésis fundato in Gestis ep. Camerac. nihil legitur. Ab Erluino episcopo hoc castrum conditum esse refert Chron. S. Andreae c. 2. 3, SS. VII, p. 527. 9) *Ansbertus* Gesta ep. Cam. I, c. 61. 6) V. chartam a. 947. datam, Cam. I. I. 10) *quinque* ibid.

de qua sumptus est, requiescit. De isto eciam legitur, cum missas celebraret, quod hostia celitus sublevata ei manu[a] prosiluerit[b]. cf. G. Cam. c. 100.

Cap. XL. Item[c] de eodem.

Rotardus[d], ex nobili prosapia ortus, ei acclamante populo, subrogatur, qui inimicorum suorum tandem animos in se convertit preter Galterum castellanum suum, quem semper adversarium invenit. Calicem et patenam ex auro puro ecclesie sue contulit et altare aurea tabula insignivit; et dignitates ecclesie sue renovari ab Ottone[1] imperatore impetravit. Inde ad meliora vocatus in ecclesia sancte Dei genitricis sepelitur. Herluinus, Leodiensis ecclesie archidiaconus, dignitatem eius suscepit; et ecclesium sancti Autberti[e] cum episcopali domo multum ampliavit, et terciam prebendam tamen in ecclesia Cameracensi vacantem[f] canonicis dandam reliquit[2]. Post multos tandem labores mundanis exemptus in ecclesia sancti Autberti requiescit. Cuius audito decessu[3] imperator Gerardum capellanum suum ad sedem ipsam destinavit. Qui [post[g]] multas iniurias ab hominibus suis illatas, non minus post ecclesie collata beneficia carnis solutus ergastulo nutricium suum dominum Libertum dereliquit successorem. Sed ipsius Ge[rardi] temporibus in ecclesia Attrebatensi iuxta maius altare reliquie sunt invente[4], que ibidem hodie conservantur. Ad quarum inventionem multa infirmis sunt per tres annos continue collata beneficia. Dominus Libertus ecclesiam de Beaurim[h][5] cum decima canonicis Attrebatensibus dedit et Berle[6], et ecclesiam sancti Sepulcri in civitate Cameracensi fundavit, in qua cum multo honore sepultus requiescit.

ib. c. 102. 103.

cf. ib. c. 108.

ib. c. 110. 113.

cf. ib. c. 119. 122.

ib. III, 1.

cf. ib. II, 13.

cf. G. Liethb. c. 24.

Cap. XLI. Cathalogus episcoporum Attrebatensium[i].

Dompnus Gerardus iunior Liberto — — paucorum manibus est interfectus[7].

Cap. XLII. De cathalogo[k] episcoporum Cameracensium.

Verum quia superius in capitulo immediate precedente digressi sumus a coordinacione vera ac successione episcoporum Cameracensium, a tempore obitus videlicet Gerardi, qui ultimus extitit episcopus tam Attrebatensis quam Cameracensis ecclesiarum, et dimisimus coordinacionem episcoporum Cameracensium, insequendo episcoporum Attrebatensium successiones[8], hic consequenter Deo duce, prout reperire valui, ad Cameracensium episcoporum cathalogum revertor. Nam in ecclesia Cameracensi primus post dictum[l] Gerardum, cuius temporibus facta fuit episcopatuum dictorum divisio, successit Gerardo Manasses, solus regnans in solo episcopatu Cameracensi. Manassi successit Walterus[9]. Waltero successit Odo. Odoni successit Burgardus[m]. Burgardo[m] successit Lietardus. Lietardo[n] successit Nicholaus. Nicholao successit Petrus. Petro successit Robertus. Roberto successit Alardus. Alardo successit Rogerius[o]. Rogerio successit Iohannes. Iohanni successit Nicholaus electus. Nicholao successit Hugo electus. Hugoni successit Petrus de Corbolio episcopus. Petro successit Iohannes de Bethunia. Iohanni successit Godefridus de Condato in Hanonia. Godefrido successit Guiardus. Guiardo successit Nicholaus de Fontanis. Nicholao successit[p] Ingerramnus. Ingerramno successit Guillermus de Hanonia. Guillermo successit Guido de Collo-medio. Guidoni successit Philippus de Margny[q]. Philippo successit Petrus de Milapi. Petro successit Guido de Babilonia[r]. Guidoni successit Guillermus de Auxonio. Guillermo successit Guido de Venthadorio. Guidoni successit Petrus Andree. Petro successit Robertus de Gebennis. Roberto successit Gerardus de Dainvilla[s]. Gerardo successit Iohannes Cherclaus[t] tempore scismatis ecclesie. Iohanni Cherclaus successit Andreas[u] de Sancto Paulo, frater comitis Sancti Pauli.

HIC[a] INCIPIT LIBER TERTIUS DECIMUS [HISTORIARUM[v]] ILLUSTRIUM PRINCIPUM HANONIE ET PRIMO:

Cap. I. De Waltero[w] dicto[x] Orphano comite Montensi et de[y] quibusdam eventibus illius temporis.

Actor[z]: Postquam in precedenti libro disgressi[a] a vera temporum[b] et annorum computacione occasione aliquarum legendarum sanctorum atque sanctarum, quas integraliter,

a) manus *codd.* b) prosilierit *B* 2. c) Item ad idem et de eodem *B* 1; ad idem et de eodem cathalogo *B* 2. d) *tit. init. deest A.* e) auberti *B* 2. f) vacante *A. B* 1; vacati *B* 2. g) *deest codd.* h) byaurim *B* 2. i) cameracensium *B* 2; per se *add. B.* k) Cathalogus ep. Cam. per se *B.* l) supradictum *B* 1. m) bug. *B* 2. n) lieth. *B* 1. o) rogerus *B* 1. p) successus *B* 1. q) margni *B* 1. r) *tia codd. pro* Balonia. s) damilla *B* 1. t) chierclaus *B* 1. u) *haec inscr. in fine f.* 124', *manu exarata A;* 13. librum XIII. librum *B* 1; *libri titulus numerusque des. B* 2, *ubi pictura.* v) *addidi.* w) Walterico *B.* x) d. Orph. *des. B.* y) *deest B.* z) *deest B* 1. a) sumus *supplendum.* b) temporis *B* 1.

1) III; v. chartas a. 991. et 997, Gesta ep. Camer. I, c. 108. 2) Cf. Gesta abbrev., SS. XIV, p. 248: *tumulavit Erluinum episcopum, qui canonicis ecclesie sue terciam prebendam, que de donatione episcoporum erat, donandam concessit in perpetuum.* 3) Erluini scil. 4) A. 1013; cf. Gesta ep. Camer. II, c. 13. 5) Beaurain; cf. Gesta Lietberti c. 24, SS. VII, p. 497. 6) Berles; de hac donatione Gesta Lietherti tacent. 7) Ex Balderici chronico abbreviato et continuato per anonymum Attrebatensem ed. SS. rer. Gall. XIII, p. 533. 8) Walcherus potius. 9) A. 1390—1396.

sicut eas repperi, distincte et plane pandere decrevi, hic consequenter ad veram historiam superius inceptam, principum videlicet illustrium Hainauci, regredi proposuimus. Temporibus igitur Pippini regis, patris Karoli Magni, prout refert Balduinus, in comitatu Montensi regnabat Waltericus dictus Orphanus. Causa huius cognominacionis superius [c] est declarata. Hic Waltericus fuit Walteri ducis Alsasie et comitis Montensis filius. Verum quia aliqui ferunt tres fuisse Walteros in comitatu Montensi ac ducatu Alsasiensi et in eisdem successive regnasse usque ad Karoli Magni tempora, reor tamen solum duos tantum, Walterum patrem et Waltericum filium et ambos Orphanos denominatos reperisse. **Hugo:** Waltericus Alsasie dux primo sub Pippino, deinde sub Karolo Magno militavit. Hic cum Pippino in pluribus bellis contra Gnaiferum [a] ducem Aquitanie pugnavit auctentice [b]. Erat denique parvus, sed robustus, grossus, durus, sevus et ferox. [d] Hic in bello Avernico comitem civitatis Blandinium [e] cum multis devictis ad Pippinum adduxit captivatos. Item Engolismam [f] civitatem obsidens cum paucis pro tunc sibi comitantibus devictam [g] suscepit et Pippino regi liberrimam tradidit. Que post paucos menses contra Pippinum rebellans, Waltericus cum sibi adiunctis eam penitus solo coequavit, paucis civibus evadentibus, quos ligatos duxit ad Pippinum. Hic Waltericus ex una filiarum Tassilonis ducis Baioarie, quam ex assensu Pippini suscepit, nullos filios, sed tres filias habuisse fertur, quas post mortem Walterici Karolus Magnus solempniter principibus suis maritavit. Waltericus igitur consilio Tassilonis [i], patris uxoris sue, a Pippino comitatum Fanimartis repetens, eo quod iure hereditario possidere debebat, Pippinus refutans in Neustria sibi tradere voluit comitatum. Quem Walterus renuens proposuit cum Tassilone Pippinum invadere et maxime dictum Martis comitatum. Pippinus rex tandem ad opidum Valencianense descendens [k] castrum reparavit contra Walterum et in eodem ecclesiam in [l] honore sancti Iohannis baptiste fundavit et postmodum illuc canonicos apposuit. Deinde extra muros castri, infra tamen procinctum opidi abbaciam monachorum sancti Benedicti in honorem sancti Gaugerici [2] instituit et eam sub obedientia abbatis Cigniacensis [3] reposuit [4]. Procinctum vero opidi muris et turribus circumvallari fecit. Tassilone mediante pace confirmata Pippinus muros procinctui opidi Valenchenensis [k] perfici disposuit, legibus novis et consuetudinibus antiquis approbatis, Waltericum in amicicia suscepit, sibi dando in recompensacionem forefactorum pagum Barri [1] super Albam [m] [5].

Sig. 755. 762. et ib. 768. ib. 756—765. **Sigibertus:** Anno D. DCCLV. Constantinus imperator — — tirannizat. Et ab eodem Constantino multi martirizantur, et cum Sarracenis federatur contra christicolas. Anno D. DCCLVI. Tassilo — — reconciliatur [n]. Anno D. DCCLVII. Paulus Romane — — presidet. Anno sequenti Gnaiferus [o] — — pacis iniit. Contra quem Pippinus — — claruit gloria. Anno D. DCCLX. Pippinus — — monit. Anno D. DCCLXI. Gnaiferus — — principibus. Pippinus — — depopulatur. Anno D. DCCLXVI. Pippinus — — sibi subiugat.

Cap. II. De morte Walterici [p] comitis Montensis et de [q] quibusdam eventibus illius temporis.

ib. 766—768. Anno D. DCCLXVII. in presencia Pippini — — ymaginibus. Pippinus — — deponitur. Anno sequenti Constantino — — privato Stephanus eligitur. Anno D. DCCLXVIII. Stephanus LXXXIX[us] Romane — — *Gloria in excelsis* cantatur. Longa contensio [r] — — annis XLVI [s]. **Actor** [t]: Denique Pippino rege Francorum mortuo, Walterico duce Alsasie [u] et comite Hainauci in Montibus existente, Karolus Magnus scire voluit, utrum coniuracioni contra ipsum [v] facte et rebellioni procerum multorum adherere vellet. Qui ad Karolum accedens in propria, solempniter se excusans, Karolus ipsum in amicum adoptat et contra Saxones ipsum ducem belli preficiens, a Saxonibus interimitur, tres filias de propria uxore orphanas derelinquens. Karolus de eius morte dolens, terras suos manu tenuit diu, tandem dictas filias solempniter suis principibus [w] maritavit [6]. Postmodum concludit Hugo in fine historiarum suarum: *Ex his, inquit, duabus venustissimis venis, filiis Karoli et filiabus ducis Alsasie Walteriri notanter intellectis, que a primitivis* [x] *Francorum regibus irrefragabiliter* [y] *et sine interruptione sumpserunt originem, nobiles progenies* [z] *regum atque ducum Austrasie, qui postmodum Lotharingie dicti sunt, in suis dignitatibus, principatibus et* [a] *dominiis processi referuntur* [b]. **Balduinus:** Karoli igitur Magni temporibus et maxime sui Romani imperii circiter anno decimo in principatu Hainauci regnabat quidam princeps nomine Albon. Sed utrum fuerit maritus unius filiarum Walterici aut filius unius, adhuc repperire non valui; sed quod unum ex duobus fuerit, Balduinus clare ostendit [c]. Huic Alboni Karolus Magnus fiscum oppidi Valencianensis possidendum tradidit. Qui Albon [c] Genardo nobili viro sibi subiecto res predicti fisci gubernandas imposuerat tem-

a) gaiferum *B*. b) autentice *B* 2. c) blandimum ? *B* 1. d) civ. Eng. *B* 2. e) devictis *codd.* f) tassilonis *B* 1. g) *deest B* 2. h) in hon. *om. B* 2. i) cluniacen *B* 2. k) valench *A. B* 1.; valen *B* 2. l) barti *A. B* 1. m) abba *A. B* 1. n) consiliatur *B* 2. o) gaiferus *B* 2. p) Walteri *B* 2. q) *deest B*. r) contentio *B* 2. s) XLVII *Sigeb.* t) Hugo *B*. u) Alsase *A*. v) eum *B* 1. w) ducibus *B* 1. x) primatis *A*. y) irrefragabiliter *A. B* 1. z) progenies *A*. a) ac *B* 1. b) Hic — Hugonis, *quae A in fine capitis habet, hoc loco posita sunt in B* (Tull. *voce omissa*), *quae utroque loco in versione Gallica desunt*. c) Alboni *A*; albuni *vel* albuin *B* 1. 2.

1) L. XI. c. 66. 2) Supra l. XI. c. 42. has ecclesias a priore Pippino conditas esse referunt Almericus et Balduinus. 3) Cluniacum demum a. 910. fundatum est. Notandum abbatem Cluniacensem etiam in carmine, quod inscribitur: 'Li romans de Garin le Loherain', occurrere, ed. P. Paris 1, p. 7. 74. 199. 4) Bar-sur-Aube. 5) Cf. cap. praecedens. 6) Idem declarat auctor infra c. 37.

pore, quo Karolus Magnus monitu angelico Valenchenas pro elevacione sancti Salvii martiris cum imperiali apparatu[a] advenerat. De isto Albone pauca, que repperi, dicentur inferius suo[b] loco; verum quia Karolus Magnus principatum Hainauci per plures annos manuduxit, [ideo[c] aliqua] pauca de eius gestis hic interseram. Hic[d] finitur hystoria Hugonis Tullensis.

Cap. III. De forma Karoli Magni.

Sigibertus: Karolus igitur Magnus — — extendebat. Erat donis — — luculentus[e]. Vinc. XXIV, 1.

Cap. IIII. De moribus Karoli Magni.

Hugo[1]: Hic Karolus — — Karolo misit. ib. c 2.

Cap. V. De bello Ronchiavalensi[f].

Erant tunc — — cum rege erant. ib. c. 18.

Cap. VI. De morte Rolandi[g].

Peracto bello — — se muniret. Rollandus ergo — — XVI. Kal. Iulii. ib. c. 19.

Cap. VII. De morte Oliveri[h] et morte Ganalonis[i].

Turpinus: Eodem die[k] — — transivit. Quibus dixi: Quid fertis —— omnibus et retro redientibus — — discerptus[k] periit. ib. c. 20.

Cap. VIII. De sepulturis[l] Rollandi ac[m] multorum nobilium cum ipso[n] defunctorum.

Erant autem — — militibus[o]. Apud Arelatum — — Arelatem ib. c. 21.

Cap. IX. De crudelitate Constantini in sanctos Dei et maxime in sanctum Stephanum papam.

Sigibertus: Anno D. DCCLXX. Constantinus — — martirisati sunt. Eodem anno Constantinus — — excercitum. Anno D. DCCLXXI. Karlomannus — — confugit. Sig. 770.771.

Cap. X. Quod Adrianus papa dedit Carolo ius eligendi papam, et de quibusdam[*] eventibus illius temporis.

Anno D. DCCLXXII. Adrianus — — geminavit. Anno D. DCCLXXIII. Adrianus — — bona eorum publicari. Anno D. DCCLXXIIII. Karolus rex — — redegit. Karolus — — in omnibus. Anno D. DCCLXXVI. Constantinus — — imperat. Eodem anno in Ytalia — — incutit. Karolus — — spondebant. Anno sequenti Karolus — — accipit. ib. 772 Auct Aquic 773 Sig 774-778.

Cap. XI. De Leone imperatore et lamine[p] aurea repersione et de quibusdam[q] eventibus illius temporis.

Sigibertus: Anno D. DCCLXXX. Karolus — — temptabat. Anno sequenti Leo — — annis X. Anno eodem Karolus — — Aequittaniam. Et anno sequenti Constantinopoli — — me videbis. Eodem anno obiit Gillebertus episcopus Noviomensis et[r] monacus et abbas Sancti Amandi sepultusque est Elnone in ecclesia apostolorum Petri et Pauli sub archu iuxta altare ad dexteram[s]. Saxones — — delentur. Post tres annos Karolus — — capit. Consequenter post duos annos Tassilo — — letatur. Anno eodem, videlicet DCCLXXXVII, instancia — — abdicatur. Anno D. DCCLXXVIII. coniuracio — — exiliantur. Anno sequenti Karolus — — sibi subigit. ib. 780-782. Auct.March Sig. 783. ib 786-789.

Cap. XII. Quod Karolus dissonantiam cantus ecclesie[t] melioravit et de multis[**] eventibus illius temporis.

Anno D. DCCXC. Karolus — — historiam correxit. Anno sequenti Constantinus — — annis VII[u] imperat. Qui anno eodem congressus — — dilatur valde. Unde Constantinus — — privat. Anno D. DCCXCII. Pippinus — — perimuntur. Anno sequenti Feliciana — — adoptivi. Anno D. DCCXCIII. Karolus — — nominarentur. Eodem anno Saxones — — ministrare, unde et usum suppelliciorum ex pannis lineis albissimis ministrantibus et psallentibus in ecclesiam introduxit[3]. Eodem anno extruxit Aquisgrani — — fecit. Anno D. DCCXCVI. Leo — — regi misit. ib. 790-795. ib. 798.

*) de captivatione Desiderii regis Longobardorum *B*.

**) et de eius elemosinis et de factis Alcuini et de heresi Feliciana *B*.

a) opparatu *A*; aparatu *B* 1. b) suis *B* 1. c) id. al. *des. A*. d) *haec minio scripta in A; vide p.* 158, *n.* b. e) *dimidia pars columnae prioris folii* 94. *vacat B* 2. f) ronciavallensi *B*. g) ronllandi *B* 1; rollandi *B* 2. h) oliverii *B* 2. i) *nigro atram. corr. e* Ganeolis *A*. k) discreptus *codd.* l) sepultura *B* 1. m) atque *B*. n) eo *B*. o) militibus *Vinc.* p) lam. aur. *nigro atramento loco a rubricatore vacuo relicto suppl. A;* rep. lamine aurea *B*. q) et multis *B*. r) *deest B* 2. s) ecclesiarum *B* 2. t) annis VI *Sigeb.*

1) Scil. Floriacensis, non Tullensis. 2) Cf. Ann. Elnon. mai., SS. V, p. 11. 3) Karolus M. scilicet.

Cap. XIII. Prologus[a] in Vitam[b] sancti Hugonis archiepiscopi Rothomagensis.

Actor[c]: Huius temporibus Karolus imperator Anstrudem, filiam Tassilonis ducis Bayoarie[1], thalamis suis ascivit, de qua genuit Hugonem[2], cuius vitam Baldricus Britonum archiepiscopus describit[d]. Et quia corpus sancti Hugonis episcopi et confessoris in confinibus Hanonie, in Haspris[e] videlicet, diem iudicii expectando in capsa argentea requiescit[3], dignum fore duximus[f] eius Vitam huic operi ascribere, ut perpendat prudens lector, quantis
V Hug. p. 1. muneribus divinis Deus dictam patriam perornaverit. Cuius prologus talis est[4]: Baldricus Dei gratia Britannorum archiepiscopus — — fratres' implorent.

Cap. XIII – XIX.

ib. c. 2. 11 Lecturos quod de beato Hugone — — pauperibus profuturo.

Cap. XX. De[g] pluribus miraculis atque virtutibus beati Hugonis.

Cum autem aliquando[h] sancte Dei genitricis semper virginis Marie dompnus archiepiscopus Hugo rediret, iuxta domum dispensatoriam transibat, in qua suus echonomus[i] ad stipendia pauperibus largienda cum more solito expectabat, nam hoc opus piissimus ille frequenter furtim celebrabat; duos igitur ibi obviam habuit paraliticos, omnibus membris dampnatos et corporis compage[k] dissolutos, quos in locis populi presencia totaliter mirifice sanitati restauravit. Tunc populus acclamat hympnos Opifici summo, et archiepiscopum suum dompnum Hugonem habebant celebriorem, quem istius miraculi novae-
Matth. 5, 14 rant Dei cooperatorem. Iam vero non poterat abscondi civitas supra montem posita, quia dompnus Hugo extra Neustriam cunctis regionibus magnus lucifer radiabat[l]. Immolabat se ipsum pro sibi commisse plebis excessibus et castigabat carnem suam multimodis[m] conflagicionibus. Pernox erat in oracionibus, tempusque suum redimebat quibusque largicionibus. Nunquam gule sue intemperanter indulsit, vino semper sobrietatis habenas sibi indixit. Mense sue — — intellexerit et divinum oraculum ipsum singula-
Ps. 54, 8. riter[n] exterruerit. Memor ergo voti, quod Rome voverat, et pacti, quod cum Deo pepigerat, ascenciones[o] huiusce-
modi extunc in corde suo disposuit, quatinus a septuagesima usque in ramis palmarum a civitatis strepitu
Ps. 101, 8 remotus, sicut passer solitarius in tecto[p] cum fratribus Gemmeticensibus habitaret, portum monasticum ingrederet, omni vilitate contemptus se ipsum abnegaret, silencio, ieiuniis, orationibus, vigiliis insisteret. Adhuc indutus clericum iam vivebat monachum, tanquam si iam exuisset episcopum, totus ad Patrem[q] omnium suspirabat pro pane cotidiano, quia nullam alimoniam appreciabat, que non profiteretur homini intimo. Paupertatem pre omnibus diligebat, preterea se ipsum ultroneus pauperare destinabat; sed quoniam tempus expectabat, ideo tempus in tempus differebat. Interim pauperes quoscunque pro Christo sustentabat, esurientes pascebat, nudos vestiebat, quorumlibet debilitatibus promtus aderat, nulli siquidem deerat, excepto quod sibi inimicabiliter austerus vivebat. Monasteriis eciam circumsitis erat copiosus et utriusque sexus regulares suis exilarabat[r] imperrcionibus. Ipse pro omnibus in loco Gemmetico gemebat, quoniam a diebus beati Philiberti locus ille porta celi exiterat. Viginti autem et sex annis[5] Rothomagensem Hugo sanctissimus rexit ecclesiam, cuius manum nullus indigencium sensit sterilem, nemo reppertt cum inmisericordem. Erat autem[s] prudens Dei domus echonomus[i], disertus seminverbius, predicator sagacissimus.

Cap. XXI. Quod beatus Hugo post mortem Karoli [Magni[t]], patris sui, decrevit monachari.

Inferea Karolus Magnus viam patrum suorum moriendo ingressus est rebusque luculentis[u] rex gloriosus exemptus est. Dolut igitur Hugo pro morte patris inopinata et tamen gavisus est, quia senciebat se liberiorem ad complendum diu dilatum suum desiderium; voverat siquidem Rome se futurum monachum, quod hucusque non potuit adimplere propter dominum Karolum. Successit igitur patri Ludovicus, vir quidem satis industrius, sed glorie Karoli non satis coequus. Ad regem igitur salutandum et ad fratrem karissimum visitandum Hugo maturavit et ad palacium pervenit. Porro fratribus mutuis complexibus recreatis, archiepiscopus regi sui cordis archanum propalavit, acceptaque licencia non sine multorum

a) *lemma praecedentis cap. h. l. iteratum, sed post numerum cap. additum est a rubricatore:* Vita s. hugonis *B* 2. b) vita *B* 1. c) *deest B* 1. d) scribit *B* 2. e) *deest A.* f) ducimus *B* 1. g) de virt. et plur. mir. sancti hug. *B* 1; De plur. mir. et virt. sancti Hug. *B* 2. h) *quoddam omissum esse videtur.* i) ychonomus *B* 2. k) compages *codd.* l) irradiabat *B* 2. m) multis modis *B* 1. n) spaliter *B* 1. o) ascensiones *B* 2. p) toto *A.* q) patre *B* 2. r) exhilarabat *B* 2. s) luculentus *codd.*

1) Immo filia Warattonis maioris domus fuit. 2) Duo Hugones, filius Drogonis et filius Karoli Magni confunduntur; prioris mater Anstrudis vel Adeltrudis erat (cf. Ann. Mett., SS. I, p. 321; Gesta abb. Fontanell. c. 8, SS. II, p. 280), alterius Regina (cf. Einhardi Vita Karoli c. 18). Archiepiscopus Rotomagensis filius Drogonis a. 722—730. fuit. 3) Idem apud Ordericum Vital. V, c. 9, ed. Prevost II, p. 350: *ibique, in vico qui Haspis dicitur, in territorio Cameracensi nunc usque in scrinio argenteo honorifice servatum est.* Cf. VI, c. 10, ed. Prevost III, p. 84. 4) Moustier, Neustria pia p. 282 sq. 5) Minime.

singultibus[a] uberrimis Rothomagum rediit. Ibi que ad rem[b] pertinebant dispositis, frequencias plebis sibi commisse eos alloquturus convocavit et huiuscemodi sermonem ad eos luculentus heros habuit — erant autem de multis regionibus multi conglobati —: 'Fratres', inquit, 'et filii, genus regum, genus sacerdotale et Dei adoptivum, tamquam uterinos nostros carissimos vos alloquor et ex communi omnium Deo vos saluto. Indignitatem meam hucusque Dominus meus tolleravit parvitatemque nostram filiacioni vestre patrocinari permisit. Indignus, inquam, ego, qui multis obnoxius peccatis cinsmodi vitam[c] non vivo, sed langueo. Vos autem populus acquisicionis, quos sanguine suo Deus acquisivit, qui, si mei in loco bonum pastorem et patronum habuissetis, ecce gemellis fetibus divites exultaretis, nostro[d] nunc adestis colloquio et imbecillitatem nostram vestro fulcitis suffragio. Inter vos utcumque[e] Deo aliquantulum militavi, sed tamen me teste miles emeritus nundum debeo vociferari. Noveritis autem volo desiderium nostrum, quod actenus tenui[f] et volui vobis occultatum. Rome beato Petro, teste me[g], pro Deo decrevi monachandum. Quod votum instat ecce solvendum: Preces vestre iter nostrum associant nosque tueantur et muniant. Habetis pastorem et episcopum animarum vestrarum Deum, qui nulli deest fidelium suorum. Ibique pro peccatis meis, dumtaxat et vestris, in loco videlicet Gemmetico me gemebundus immolabo. Ibi soliloquens Deum alloquar et complexabor, ibi quicquid in stropitu et frequenciis curialibus deliqui, diluam. Ibi, quem unice diligo, per diem et per noctem, quoscumque invenero, queram; magni concilii angelos patrocinans vobis consilietur, vobisque perhenniter Deus opituletur. Commendo vos, carissimi, specialiter illi custodi, qui necque dormitat necque dormit, qui suum Israel[h] et in eternum conservabit vosque in perpetuum conservet. Amen'. 1. Petr. 2, 9. Ps. 120, 4.

Cap. XXII. Quod sanctus[i] Hugo episcopus[k] Rothomagensis effectus est monachus [archiepiscopatu[l] relicto].

Hiis vel huiusmodi a beato presule per triduum recapitulatis, missa publice a beatissimo presule celebrata, et qui undecunque convenerant episcopali benedicctione iocunditatis et indigentibus regalibus munificenciis sufloltis, ille indubitanter beatus, lugubri licencia a populo suo accepta, Gemmaticum migravit et ibi monachus factus archiepiscopalem exuit dignitatem. Videres cives, populos ora lacrimosis imbribus suffusos, lingua penitus prepeditos, crines unguibus discerptos, mesta capita circulatos et tamquam omni egritudine affectos. Ad monasterium usque phalanges innumere procedentem[m] subsecute sunt seniorem, et vix a mutuis avulsi complexibus, illo remanente isti ad propria sunt reversi. Beatissimus autem Hugo, quod silencio preterici non debet, cenobio Gemmeticensi in elemosina fratrum usibus profutura quedam dedit predia, hiis nominibus vocitata: in pago Rothomago fiscum unum nomine Apuliacum, in Calcino territorio fiscum alium Segiam cum suis[n] omnibus pertinenciis, in pago qui vocatur Tallau[o] fiscos duos, Belvacum et Anilidum, cum suis similiter adiacenciis omnibus. Etiam se tandem pauperavit facultatibus, pupillis et viduis munificatis[p], a se quibuslibet abdicatis possessionibus. Susceptus est itaque in monasterium regule beati Benedicti obediturus, magnis suis opulenciis, ymo et sibi ipsi renunciaturus. Facta est itaque in eo magna dextere Excelsi mutacio, etsi ante monachatum tamquam genuina[q] succrevit in Hugone religio. Pernoctabat igitur in psalmodia, circuibat sedulus orator altaria, frequens quoque conversabatur in ecclesia. In ipsis diviciis nunquam fuit ditior, quamvis modo putaretur pauperior; tanquam nichil habens omnia possidebat, quia nichil amplius appetebat, presertim cum[r] ipsum Deum contemplative videbat, exultabat, quia immunis male arridentem et lenocinantem mundum evaserat, et ei tamquam laqueum suspendii intemptans insultabat. Fere decennio in hoc vixit carnis exterminio et germen regule se ipsum deposuerat in tocius vilitatis sterquilinio. Nemini se comparabat, ymo omnium[s] humillimum se exhibebat; nulli amarus, nulli odiosus, blandilocus in sermone, verax in religione, purus in omni probitate. V. Hug. c. 11. Ps. 70, 11 V. Hug. c. 11.

Cap. XXIII. De morte beati Hugonis [archiepiscopi[t] Rothomagensis].

Die quadam matutinorum — — in secula seculorum. Amen. Actor: Qualiter autem[u] eius venerabile corpus fuerit in Haspris translatum, consequenter ostendetur Deo duce, cum de translacione sancti Aycadri[v] tractabimus[1], quia eorum corpora simul et eodem tempore a Gemmaticensi[w] cenobio Haspris translata extiterunt. V. Hug. c. 11.

Cap. XXIIII. De translacione imperii Constantinopolitani ad imperium Romanum[x] et de multis accidentibus illius temporis.

Sigibertus: Anno D. DCCXVIII. Hirene — — imperat. Et anno sequenti Constantinus — — imperator moritur. Anno eodem Romani Leonem — — quantocius. Anno D. DCCC. Karolus — — sedat. Anno D. Sig. 798–800.

a) singultus *A. B* 1; singultf *B* 2. b) regem, pertinebat *A. B* 1. c) pecc. eius morbidam *codd.* d) vro *B* 2. e) utrimque *B* 2. f) vol. et ten. *B* 2. g) meo *A.* h) est israel in et. *B* 1. i) beatus *B* 2. k) archiepiscopus *B.* l) arch. rel. *des. A.* m) Pcedentem *B* 2. n) *deest B* 2. o) tallan *B* 1; callau *B* 2. p) munificencis *codd.* q) gemina *codd.* r) iam *B* 1. s) se *tam h. l. add. codd.* t) arch. Roth. *des. A.* u) *deest B* 1. v) aychadri *B* 2; translacione *iterum add. A.* w) gemmeticensi *B* 1. x) romanorum *B* 2.

1) Cf. supra l. XI, c. 39, infra l. XIV, c. 6.

Sig. 801. DCCCI. Romani[a], qui ab imperatore — — collaudant. Abhinc sub uno — — annis XIII[b.1]. Eodem anno, videlicet DCCCI. sanctus Salvius — — cessavit. Actor: Passionem cuius et vitam de verbo ad verbum huic operi ascribere curavimus.

Cap. XXV—XXXIIII.

V. Salvii c. 1—19. Christo[2] igitur donante[c] — — secula seculorum. Amen.

Cap. XXXV. Quod Karolus Magnus Hunos subiugavit, et de multis eventibus illius temporis.

Sig. 802-805. Anno D. DCCCII, imperii Karoli Magni anno II[e], Karolus — — instituit[3]. Anno eodem Nichephorus[d] — — annis VIII. Anno sequenti Hirene — — filii sui. Anno D. DCCCIIII. Karolus — — dedit. Karolus — — instituit. Anno D. DCCCVI. Leo papa — — suo imperio. Hoc anno Avares — — dicta fuit. Anno D. DCCCVII. Karolus imperator — — ducem peremit.

Cap. XXXVI. De nominibus [civitatum[e]], que erant sub Karolo Magno subiecte[*], et de[f] quibusdam eventibus illius temporis.

ib. 806-809. Anno D. DCCCVIII. Karolus — — roboravit. Item Karolus — — superantur. In Britannia — — restituitur.

cf. Elev. S. Am. c. 1. Anno D. DCCCIX. Pippinus — — exaggerat. Anno D. DCCCX.[4] apud cenobium Elnonense sanctus Amandus a Lothario eiusdem ecclesie edituo elevatur[5], a depositione eius anno circiter centesimo quinquagesimo; cuius corpore adhuc integro invento, cum eius capilli et ungues, qui excrevisse videbantur, precliderentur, et de eius ore dentes adhibita forcipe extraherentur, sanguis inde profluxit, qui ad memoriam posterorum adhuc[g] in dicta ecclesia servatur. Ipsum vero sacratissimum corpus per XXXII dies[6] super

Sig. 810-820 terram manere permisit cunctis querentibus intuendum. Eodem anno Karolus imperator — — et[h] Britricas. Anno D. DCCCXII. Karolus — — Italie facit. Anno vero sequenti Karolus — — quintum Arelati. Anno D. DCCCXIII. Karolus — — annis XXVI. Anno D. DCCCXV. Stephanus — — accipit. Anno vero sequenti Paschalis[i] — — presidet. Anno D. DCCCXIX. Ludovicus — — subicit. Sigibertus: Anno D. DCCCXX.[k] Aquisgrani — — constituti sunt.

Cap. XXXVII. De aliquibus[l] abbatissis secularibus et de quibusdam[l] earum collegiis.

Almericus: Temporibus Ludovici Pii, filii Karoli Magni, regnabat in pago Hainauci Albon comes, sed utrum fuerit filius filiarum Walterici comitis Hainauci, predecessoris sui, aut maritus unius dictarum filiarum[7], veritatem non reperi. Hic ex propria uxore plures generavit filios, inter quos genuit[m] Manicerium, qui ab aliquibus Manasses appellatur. Credit Almericus, quod iste Albon tempore dissencionis[n] ecclesie sancte Waldetrudis contra imperatorem et consilium Aquis celebratum procuraverat abbatisse ecclesie sancte Waldetrudis perpetuam deposicionem. Ex Gestis Walcandi[8] Leodiensis episcopi[o]: Huius igitur Albonis comitis temporibus regulas atque constituciones factas in consilio Aquisgrani de monachis atque sanctimonialibus, presbyteris, clericis atque laicis[p] episcopus Cameracensis[10], suam visitans[11] parrochiam, collegiis, quibus congruebat, more debito exprimendo divulgavit. Walcandus etiam Leodiensis episcopus hoc idem faciendo venit Nivelle ad ecclesiam sancte Guertrudis[q] et statuta consilii eis declaravit. Quibus perlectis et declaratis, episcopus inde iciunus recedens dimisit eas in capitulo murmurantes, non valens eas quietare. Abhinc per totam diocesim[r] dicta statuta declarans, tamdem reversus est ad propria. Abbatissa Nivellensis cernens sui conventus distemperanciam[s], misit in Montibus, in Melbodio et alibi in locis quam pluribus ad temptandum, si Cameracensis episcopus onera tam gravia ex parte consilii eis imposuisset, et receperunt, quod sic. Que adinvicem conglobate miserunt[t] Coloniam et repererunt ecclesias plures sanctimonialium cum ipsis concordantes, nolentes videlicet dictis statutis obedire. Conglobate tamdem[u] adinvicem et consulte, de statutis non curantes, a gravaminibus illatis et inferendis et de ingo eis imposito ad futurum consilium ad papam Paschalem[v. 12] appellaverunt. Inter autem cetera statuta, que sanctimoniales tangebant, erat statutum, quod omnes sanctimoniales sub

[*]) et eius morte *pro* subiecte *B*.

a) *deest B* 2. b) XIIII *Sigeb.* c) dñante *B* 2. d) nichef. *B* 1; niceph. *B* 2. e) *deest A.* f) morte cum quib. *B* 2. g) *deest B* 1. h) pascalis *B* 1. 2. i) DCCC. *B* 1. k) *deest B.* l) de quib. *des. B.* m) generavit *B* 1. n) discens. *B* 2. o) epi leod. *B* 1. p) gertrudis *B.* q) dyocesim *B.* r) discrepantiis *B* 2. s) Col. miserunt et magunciam et fere per totam alemanniam et repperierunt *B* 1. t) igitur *B* 1. u) pascalem *B* 1.

1) C. 3. pars eiusdem loci iam e Vincentio allata erat. 2) Acta SS. Iun. V, p. 198 sqq. 3) Idem locus iam l. XIII, c. 4. e Vincentio allatus erat. 4) A. 809. secundum Milonis Elev. S. Amandi, Acta SS. Febr. I, p. 891. 5) Cf. Ann. Eln. mai. 809, SS. V, p. 11: *Elevatio sancti Amandi* 12. *Kal. Oct.*; Ann. S. Amandi 809, SS. I, p. 14; Ann. S. Amandi breves, SS. II, p. 184. 6) Usque ad X. Kal. Nov. 7) Cf. supra c. 2. 8) Walcaudus sedit a. 810—817; cf. Capitulare monasticum a. 817, Inl. 10, LL. sect. II, Capit. regum Franc. I, p. 343 sqq.; Reg. Imp. I, nr. 631. 10) Halitcharius. 11) Cf. Vita Benedicti Anian. c. 36, SS. XV, p. 215: *inspectoresque per singula posuit monasteria.* 12) Sedit a. 817—824.

imperio ac Francorum regno degentes regulam beati Benedicti profiterentur[1], vivendo in obedientia atque castitate. Cum audisset imperator, quod ille sanctimoniales a sacro consilio appellassent, misit[a] ad Pascalem[b] papam, quatinus acta sacri consilii confirmaret, quod et fecit. Audiens postmodum papa, quod ad ipsum appellassent, scripsit episcopo Leodiensi Walcando, quatinus ex parte summi pontificis eas induceret, ut saltim, si regulam beati Benedicti nollent[c] profiteri, votum castitatis emitterent. Que concordi assensu petierunt consilium sex mensium, et tunc bene consulte responderent in Nivella. Emensis igitur sex mensibus omnibus abbatissis appellacioni adherentibus in Nivella congregatis, dominus Walcandus cum[d] reverentia protulit eis verbum Dei. Sermone finito, duce Lovaniensi[2], comite Montensi Albone multisque nobilibus[e] personis presentibus, unanimiter concordi assensu omnium ecclesiarum appellacioni adherencium una voce responderunt: 'Primo protestamur coram Deo et cunctis audientibus, quod regulam beati Benedicti nunquam profitebimur. Secundo castitatem tenere proponimus, sed sub voto obligari nullo modo faciemus. Tertio obedienciam abbatissis nostris et vite honestatem vovere parate sumus. Quarto[f], si ista responsio non sufficit, parate sumus nostram prosequi appellationem'. Walcandus[g] hec audiens induxit principes illuc assistentes, sub quibus habebant possessiones atque morabantur, quatinus inducerent eis, ex quo de patrimoniis[h] Crucifixi vivebant, quod obedienciam deberent suis episcopis et imperatori et per consequens consilio Aquensi et quam maxime summo pontifici, qui consilium approbaverat. Doda abbatissa Montensis minus digeste respondit, ceteris obmutescentibus[i]. Que responsio principibus atque domno Walcando displicuit. Finaliter omnes sine conclusione discesserunt[k]. Domnus Walcandus cuncta sub sigillo summo pontifici atque Ludovico[l] imperatori rescripsit. Qui tamdem videntes mulierum obstinatos animos et pertinaciter velle quod inceperant prosequi, scientes etiam, quod coacta servicia Deo non placent, sed displicent, ut sine aliquali regula non remanerent, composuerunt formulam vite honeste brevem sine quocumque voto, nisi sicut ceteri christiani, cum[m] paucis statutis et dictis mulieribus transmiserunt, addendo, quod de cetero religiose seculares et non sanctimoniales appellarentur. Et ad earum perpetuam punicionem[n] pluribus ecclesiis earundem abbatissas deposuit, loco quarum principes seculares abbates plures stabilivit.

Cap. XXXVIII. De morte Albonis comitis Hainauci et de primaria[o] denominatione[p] Lotaringie[q].

Balduinus[r]: His circiter temporibus Ludovicus imperator cernens tres filios suos de regno discordantes, consilio principum et optimatum imperii compartivit inter eos imperium sic, quod Lotario[s] seniori dedit Franciam orientalem; et hec situatur inter Scaldum et Mozellam; omnes autem duces, comites et primates tamquam domino naturali sibi sacramentaliter adheserunt. Qui Lotharius videns tantam concordiam in subditis, mutavit pro perpetuo nomen terre illius, dans sibi proprium nomen a Lotario Lotaringiam. Paucis evolutis temporibus dictus Lotharius falso incriminatus est apud patrem suum, quod ipse cum Lotharingis incriminabantur ipsum. Qui subito proprium filium una cum suis adherentibus exiliavit a regno. Qui versus Ytaliam omnes confugerunt, ubi dictus Lotharius electus est in regem; et tamdem ibidem Romanorum imperator factus est. Interim Ludovicus, pater suus, dirripuit[t] Lotharingiam; civitates et castella, redditus et possessiones multorum aliënavit; et quamdiu supervixit, plures ducum et comitum in exilium remanserunt. In hoc siquidem turbine Albon comes Hainauci cum Lotario in Ytaliam[u] exilium sustinuit, et illuc mortuus est, Manicerio[v] filio suo in manibus Ludovici regis remanente.

Ex[w] gestis Manicherii comitis Regitestensis[x].

Cap.[y] XXXIX. De Manicherio[z] comite Hainauci.

Manicerius Regitestensis dominus, ex filiabus Walterici ducis Alsassie Albonis filius comitis Hainauci et cognatus[a] Haimonis comitis Fani-Martis et Ardenne, in dominatu Regitestensi[b] contra sibi adversantes potenter se exhibuit. Reginaldum[4] propinquum ob fidelitatem regis a se diffugavit. Hic Haimo dominus Fani-Martis etiam[c] quatuor filios suos ob fidelitatem, quam ad regem gerebat, a se

a) misit — appellassent *Fortia omisit.* b) papam pachalem *B* 1; paschalem *B* 2. c) nolent *A.* d) reverentiam *A.* e) notabilibus *B* 1. f) Quarto — appellationem *post* inducerent eis *perperam scripta A, in inferiore marg. supplela sunt B* 1, *signo ad haec spectante posito infra post* Wlcandus. — g) Wlcādus *B*; *in B* 1 hec — inducerent eis *post* Walcando *dis-* plicuit *scripta sunt, signis appositis indicantibus haec transmutanda esse.* h) patrimonio Christi *B* 2. i) obmutescentibus *A. B* 1. k) dicesserunt *A. B* 1. l) dño imperatori ludovico *B* 1. m) *ita A*; qui *B.* n) perpetuam earundem *add. A*; punic. perpet. *B* 1. o) prima *B* 1. p) impositione *B.* q) lotheringie *B* 1. r) *deest B* 2. s) lothar. *semper B* 1. 2. t) diripuit *B* 2. u) Ytalia *B* 2. v) manacerio *h. l. A*; manscho? *B* 1; mamcho? *B* 2. w) *haec post sequentem inscriptionem capite posita sunt B* 1. x) Cap. — Hainauci *des. B* 2, *novo capite hic non restituto.* y) manicero *B* 1. z) conatus *B.* a) regitestensis, *a rubric. del. B* 2. b) *deest B* 2.

1) Cf. Vita Hludovici c. 36. 2) Qui nondum exstitit eo tempore. 3) Maugis cognatus germanus filiorum Haimonis in carmine Francogallico 'Renaus de Montauban' magnas partes agit, qui quin fuerit Manicherius a Iacobo comes Regitestensis vocatus, non dubito. Cum vero in carmine, quod ad nos venit, nihil de eo inveniatur, quod Iac. de Manicherii genere et comitatu dicit, aliam historiolam extitisse concio sive rhythmice compositam ('Chanson de Geste') sive iam in prosam dissolutam, quam Iacobus exscripserit. 4) Is est 'Renaus' ille supra nominatus.

diffugiens in nemoribus, in loco qui Quarcetus[a] dicitur, loca tutiora filii sui paraverunt. Quod audiens rex diffidavit Haimonem, opponendo sibi[b], quod proprios filios sibi inimicaverat, sustentabat et fovebat. Quod audiens Haymo a Fano-Martis[c] egrediens proprios invasit[d] filios. Qui ad profundiora loca silvarum properantes, regem postmodum et eius imperium potenter invaserunt. Haymo vero loca filiorum in nemoribus Quarceti[e] reparans, ab ipso susceperunt denominacionem.

Ex gestis Haymonis[f].

. . . . . .

(40) Cap. XLII.[g] De translatione sanctorum martirum Marcelli et Petri et de multis eventibus illius temporis.

Sig. 821-824. Anno D. DCCCXXI.[h] Paschalis[i] — — optimatum suorum. Anno D. DCCCXXIII. Lotharius — — expurget.
Andr. II, 10. Andreas: Anno D. DCCCXXIIII. Eugenius — — XCIIII.[k] presidet. Ludovicus — — enarrari[l] possint. Anno D.
Sig. 826-827. DCCCXXV. corpora Marcelli — — dicitur. Anno D. DCCCXXVI. Valentinus — — dictus est. Quo anno Ansigisus — — eciam disgessit.

(41) Cap. XLIII. Quod Ludovicus, filius Karoli Magni, dedit Siriacum[m], id est Siraut[n], ecclesie sancti Amandi, et de multis eventibus illius temporis.

ib. 829-831. Anno D. DCCCXXVIII. contra Ludovicum — — V[o]XXXII. Anno D. DCCCXXXI. Ludovicus — — exacerbavit.
Ex historia ecclesie sancti Amandi: Ludovicus, filius Karoli Magni, dedit eccle-
ib. 832-840. sie sancti Amandi Siriacum, Gallice Siraut, situatum in pago Hainauci. Anno D. DCCCXXXI. Gregorius — — abdicavit. Anno vero sequenti Ludovicus — — inclusus[o] est. Anno D. DCCCXXXIIII. Ludovicus — — coegit. Anno D. DCCCXXXV. mocnente Gregorio — — translate sit. Anno D. DCCCXXXVII. Normanni — — susciptunt. Anno sequenti Normanni — — exigunt. Anno D. DCCCXXXIX. Ludovicus — — tribuit. Anno D. DCCCXL. Ludovicus — — annis quindecim.

(42) Cap. XLIIII. De gravissimo bello inter filios Karoli Magni.

ib. 841-844. Anno D. DCCCXLI. Karolus — — parant. Unde anno sequenti tribus — — provenit. Fratribus — — dampnatis. Anno D. DCCCXLIIII. Sergius — — presidet. Descripto — — annis XXXIII. Helinandus[2]: Lotharius imperiale decus Ytaliamque sortitur et cum ea Provincie et Burgundie partem et regnum inferioris Germanie, que Austria dicebatur. Que[p] terrarum partes ab Alpibus secus flumina[p] Rodanum, Ararim, qui et Saona, Mosam et Scadum, Rethni precingitur[q] undis
ib. 845. et[r] ad septemtrionale occeanum extenduntur. Anno D. DCCCXLV. Ludovicus — — deinceps[s] ordinavit.

(43) Cap. XLV.[t] De Manasse comite Montensi.

Actor: Quia vero tempora[u] comitis Manasses reperire non valui[3], decrevi in isto loco conscribere illa, que de eo reperire potui; quare supplico lectoribus, si certa tempora reperiunt, in quibus regnaverit, quatinus huic operi dignentur[v] conscribere et me ipsum excusare. Ex historia Guillermi de Mascandio: Manasses comes Hanonie ex uxore legitima genuit Ruginerum cognominatum Longi-colli, qui contra Sarracenos terram christianorum invadentes potenter se exposuit. Hic inter cetera facta, que de eo leguntur, disposuit intencione bona sanctimoniales sancte Waldetrudis ab eiusdem ecclesia deponere et loco earum canonicos sacerdotes instituere, qui Deo sacrificia sine medio pro populo offerrent; sed morte preventus quod[w] disposuerat perficere
Gisl. p. 300. non valuit. Gilbertus: Olim etenim contigit — — imperfectum remansit. Actor: Quis autem fuerit iste comes[4], Gilbertus silet, sed in quadam vulgari historia reperi fuisse Manassem, qui in comitatu Montensi ante Ruginerum Longi-colli regnavit; de cuius vita et genealogia pauca valde[x] reperi.

a) Quercetus *B* 2. b) sibi — filios *om. B* 2. c) fonomarte *B* 1. d) evasit *B* 1. e) carceti *B* 1; Querceti *B* 2. f) *in calce folii* 140. *linea erasa, f.* 140′. *et* 141. *scriptura vacant. Tantum f.* 140′. *hoc lemma A, ubi cap.* 40. *et* 41. *desunt, cum sequens caput numerum* 42. *habeat; idem lemma f.* 378. *B* 1, *adnotato* Requiro cc, quia nichil est hic, *reliqua parte folii vacua relicta; caput sequens* 40^us^ *est; in B* 2 *maiore parte folii* 104. *vacua relicta, deest hoc lemma, ubi sequens caput numero* XLIII *errore scribae signatum est (pro* 42), *cum idem numerus etiam sequenti capiti praescriptus sit; in versione Francogallica cod. Vindobon. et Mont. hoc loco de filiis Haimonis pauca aliunde assumpta inserta sunt.* g) 40. *B* 1, *et sic porro numeratur.* h) DCCCXXII. *B* 1. i) pascalis *B.* k) narrari *B* 1. l) syriacum *B* 1. m) sirault *B* 2. n) inclusus *A.* o) Qui *codd.* p) fluminis *B* 1. q) *sic codd.* r) *deest B.* — ad *deest A.* s) per duces *Sigeb.* t) XLVI. *B* 2. u) gesta *B.* v) dignetur *A.* w) *deest A.* x) *deest B* 1.

1) In errorem lapsus Sigebertus hunc papam centesimum ponit. 2) Error; sequentia enim non sunt Helinandi; cuius scriptoris sint, non inveni. 3) Cf. supra c. 39. 4) Qui Gisleberto teste sanctimoniales e monasterio S. Waldetrudis expellere voluerat.

Cap. XLVI. De translatione corporis sancte Elene[a] et sancti Hermetis, et de multis aliis, que temporibus[b] illis acciderunt. (44)

Anno D. DCCCXLVI. Normanni — — baptizari fecit. Anno D. DCCCXLVII. Leo IIIIus[c] — — non flebat. Sancta Helena — — veneracione excolitur. Anno D. DCCCL. Franci — — verterent. Anno sequenti reliquie sancti Hermetis — — exhibuit. De hoc Rabbano legitur sic: Rabbanus sophista — — Maguntinensis effectus est. Anno D. DCCCLII. Karolus dictus Calvus — — in monasterium trudit. Sig.845-851. Vinc. XXIV, 28. Sig.852.

Cap. XLVII. De adventu Normannorum ad Franciam et aliquibus[a] eventibus illius temporis. (45)

Anno D. DCCCLIII. Nortmanni[b] — — incendunt. Anno D. DCCCLIIII. Benedictus — — puer[c] parvulus remaneret. Anno D. DCCCLV. Lotharius — — Lotharingiam tenet. Anno sequenti Rabbanus — — obiit[d]. Anno D. DCCCLVII. Nicholaus[e] — — roboravit. Anno sequenti Franci — — excessit finibus. Anno sequenti Ludovicus — — grassantur. Anno D. DCCCLX. Numenens vero — — persenuit. ib. 853-860.

Cap. XLVIII. Quod corpus sancti[1] Hermetis [martyris[a]] fuit[1] translatum ad ecclesiam Rothnacensem[m] Bracbatensis territorii. (46)

Ex historia ecclesie Rothnacensis: Sciendum, quod post Ludovicum regnavit Lotharius, primogenitus eius filius, in regnum Lotharingie et imperium tercius de Francis successit. Qui ab urbe Romana beatum Hermetem martirem apud monasterium ville de Ende asportari fecit[1], donec sibi de loco, ubi eum reponeret, provideret. Postmodum idem Lotharius seculo renuncians, monachus effectus, obiit anno Domini DCCCLVI. Cui Lothario Ludovicus pius, filius eius, successit in regnum. Qui voluntatem patris sui sciens et implere volens, beatum Hermetem martirem a dicto monasterio ville de Ende ad monasterium canonicorum de Rothnace ville Bracbatense[n] asportari fecit pridie Nonas Iulii anno Domini DCCCLX. Sequitur in eadem cronica: Danis[2] quoque circa istam Brachantie provinciam non minus furentibus, sacras Dei casas incendentibus, beatus Hermes, Christi martir, quem papa Alexander Rome baptizavit, de Ronnache[o] ville Brachatense, de monasterio videlicet, quod beatus Amandus construxit, ad monasterium ville Ende, que iuxta Aquisgranum[p], primo asportatur, deinde vero Coloniam usque translatus non parvo tempore demoratur. Unde intercidentibus aliquot annorum curriculis, inter utrumque clerum, id est inter Rothnacenses[o] et Endenses, magna est exorta disceptacio. Danis enim remotis[q] rebusque sancte Dei ecclesie in prosperitate constitutis, Rothnacenses[o] suum moliuntur referre patronum. Endenses vero unanimiter refragati retinere contendunt, utpote videlicet preciosum thesaurum. Hec altercatio inter se aliquamdiu processit. Rothnacenses consilio saniori prevenit dominum Fulbertum episcopum[r, s] Cameracensem suppliciter adierunt eumque deploracionis seriem iaculantes obnixe imploraruot, ut, quia de parrochia eius translatus fuerat, ibi eciam a violentis extortum sanctum martirem reportari cum omni labore contenderet. Horum itaque causam competentem previdens episcopus omni modo laboravit, quoad usque[t] beati martiris glebam ad proprium locum Rothnaci[1] referri coegit. Pro tanti ergo beneficii recompensacione predicti fratres villam, que ab incolis Nuenhova[u, t] nuncupatur, sancte matri ecclesie Cameracensi libenter[v] contulerunt. Anno D. DCCCLXII. Lotharius — — paravit. Eodem anno Balduinus, postmodum comes Flandrensium, qui vocatus est Ferreus, Odoacri filius, Iudith, Caroli[w] regis filiam, uxorem duxit, illa illum sequente. Huius regis Caroli[w], qui vocabatur[x] Calvus, duo filii, videlicet Pippinus et Drogo, sepulti iacent in ecclesia apostolorum Petri et Pauli Ellone, que dicitur sancti Amandi in Pabula. Anno D. DCCCLXIII. Hugbertus abbas — — inaugit et Guntharium archiepiscopum Coloniensem et Thietgaudum Treverensem ad papam accusat. Qui Rome — — concessa est[1]. Anno vero sequenti excommunicata — — separari potuit. 860. Iul. 8. G. Cam. I, 76. Sig. 862. Ann. Bln. min. 862. Ann. March. Sig. 863. ib. 864.

Cap. XLIX. De [secundo[?]] adventu Normanorum ad Gallias et de aliquibus[a] eventibus istius[a] temporis. (47)

Anno D. DCCCLXVI. Normanni — — sternuntur[b]. Anno D. DCCCLXVII. Sarraceni — — Lotharingiam rediit. Anno D. DCCCLXVIII. Adrianus — — centesimus primus preslidet. Hoc tempore clarebat[c] — — Hucsaldus[d], qui liberalium arcium pericia eruditus, maxime in musica claruit; et postquam cantum de sancta Trinitate multisque aliis sanctis instituit, novem antiphonas in plateis de beato Petro iam moriturus composuit[3]. Anno D. DCCCLXIX. corpus — — discipulus[e]. Anno D. DCCCLXX. Lotharius — — defuncto. Sig.865-868. ib. 869. 870.

a) helene *B*. b) illis temp. *B* 1. c) quintus *Sigeb.* d) aliis *B*. e) normanni *B* 1. f) parvus puer *B* 1; unus puer *Sigeb.* g) obiit *B* 1. h) nicolaus *B* 2. i) *deest B* 1. k) *deest A.* l) ir. fuit *B* 1, ir. est *B* 2. m) rochnac. *A. B* 1. n) *sic codd.* o) rochnac. *B* 1. p) *supple* sita est *ex Gest. ep. Camer.* q) remotisque rebus *B* 1. r) pontificem Cameracy *B* 1; Camer. ep. *B* 2. s) quo usque *B* 1. t) rochnacl *B* 1. u) mienhous *B* 2; newehous *G. Cam.* v) liberaliter *B* 2. w) Karoli *B.* x) vocatur *B* 1. y) *deest A. B* 1. z) et pluribus *B.* a) temp. illius *B.* b) speruntur *B* 1. c) *deest B* 1. d) *sic B* 1. 2. e) discipulo *A. B* 1.

1) Cf. Sigeb. 851: *Reliquiae sancti Hermetis martyris per Lotharium imperatorem in Gallias mittuntur et apud Indam monasterium honorifice conduntur.* Nota vero eodem anno corpus S. Hermetis etiam Iovavum translatum esse, cf. SS. XV, p. 410. 2) Totus hic locus a verbis *Danis quoque — contulerunt* in Gestis episc. Camerac. I, c. 76. assumptus est, ubi post vocem *furentibus* verba leguntur: *ut liquet ipsas historias legentibus.* [Equidem haec in Hist. Rothnac. ex Gestis ep. Camerac. descripta falsae censeo; cf. supra p. 67, n. 10. H.-E.]. 3) Sedit a. 933—956. 4) Nieuwenhoven, prope Grammont et Ninove. COLV. 5) Cf. Dümmler in Neues Archiv IV, p. 561 sq.

Sig.871-873. Anno D. DCCCLXXI. Karolus Calvus — — dividerent. Anno D. DCCCLXXII. Karolum Calvum — — peremptus est. Anno D. CCCLXXIII. Iohannes — — editam. Eodem anno Karolus iunior — — molichatur.

(48) Cap. L. Quod Normanni a Ludovico rege victi pecuniis se ipsos redemerunt[a].

ib. 874-876. Anno D. DCCCLXXIIII. Normanni[b] — — vincuntur. Anno D. DCCCLXXV.[c] Normanni[b] — — locum dedit. Anno D. DCCCLXXVI. Ludovicus — — arripuerit fratuelis imperium. Karolus vero — — regnum intraret. Britones — — Gallie exterminio.

(49) Cap. LI. Quod corpus sancti Amati episcopi et multa sanctorum corpora apud Duacum fuerunt transportata.

Andr. II, 14. Anno D. DCCCLXXVI.[1] imminente Danorum persecucione fratres, id est monachi, Deo et sancto Amato apud villam ab antiquis Broilum, a modernis vero Mexivillam vocatam servientes corpus sui patroni Duacum, propter sevitiam Danorum munitum, deportaverunt et in sui iuris ecclesia in honore sancte Dei genitricis Marie in fundo sancti Mauronti ab antecessoribus constructa posuerunt[2]. In historia ecclesie beate Marie Duacensis, que nunc sancti Amati dicitur, sic habetur[3]: Nam cum Dani[d] totum territorium inter Scaldum[e] et Yscarp fluvios[f] occupare proposuissent, venerabile corpus sancti Amati de Minori-villa et sancte Rictrudis et Mauronti de Marsiensi cenobio[4] cum pluribus aliis sacris reliquiis et sancti Audeberti et sancte Regine et sancte virginis Ragenfredis a monasterio Dononiensi[g], sancti Amandi episcopi Helnonensis monasterii et sanctorum confessorum Aycadri et Hugonis corpora[5] cum ceteris sanctis et venerabilibus reliquiis in ecclesie nostre locis tutissimis condignis honoribus et reverenciis recondita fuerunt, de quorum meritis manifestissime perpendimus de periculis auxilium. Nam cum Dani castrum Duacense ferocissime[h] pluries invasissent, divino solum et sanctorum predictorum auxilio, omni secluso humano suffragio, repulsam usque Lambras[6] passi fuerunt et sic perterriti, quod insultare postmodum per plures annos destiterunt. Sig.877.878. Anno D. DCCCLXXVII. Ludovicus — — fugere compulit. Anno D. DCCCLXXVIII. Karolus — — Karoli imperatoris.

(50) Cap. LII. De exordio comitatus Flandrie.

Andr. II, 15. Andreas Marsianensis libro II[e]: Comitatus Flandrencium — — possidendum. Frater Egidius de Lessines in collectionibus annorum mundi: 'Post', inquit, 'Karolum Calvum regnavit in Francia Ludovicus dictus Balbus duobus annis, sub quo incepit comitatus Flandrie propter Iudith, sororem eius, quam rapuerat Balduinus Ferreus comes Halbatensis'[7]. Sig.879.881. Anno D. DCCCLXXIX. Iohannes — — cesa sunt. Anno D. DCCCLXXX. rex Francorum — — persecuti sunt. Anno DCCCLXXXI[o]. Karolus — — obtinuit. Balduinus: Ragiuerus Hainauci comes[8], iuvenis existens, ex precepto Ludovici Francorum regis, suffultus Lotharingorum atque Francorum auxilio, Balduinum[i] Costa-ferrea et patrium[k] Flandrie invasit[9]. Qui usque Harlebecam[l] totam terram succendit et populi patrie illius quantitatem copiosam interemit. Ob ib. 880. cuius causam exortum est diutinum odium inter Flandrinos et Hainaucos. Sigibertus: Anno D. DCCCLXXXI. in silva Francie Carbonarie plusquam IX milia Northmannorum ceduntur.

a) pecc. (pecuniis *B* 2) redempti sunt *B*. b) normanni *B*. c) DCCCLXXVI. *B* 1. d) Nam gdš *B* 2. e) scadum *B* 2. f) flumines *A*; fluviis *B* 1; fluni° *B* 2. g) dognoga. *B* 1; dognoniensi *B* 2. h) ferosissime *A*. i) balduinus *A*. k) patrie *B* 2. l) harlebeccam *B*.

1) Andreas: *DCCCLXXV*. Cum hoc loco ea, quae Boll. in Actis SS. Sept. IV, p. 120. ex codice Duacensi afferunt, ad verbum fere conveniunt; idem locus legitur in cod. Duac. nr. 795; cf. 'Catal. des mss. des bibl.' VI, p. 486. 2) Hic annotare liceat locum e Libro argenteo Amatensis ecclesiae, multo posteriore tempore scripto, a Buzelino, Gallofiandria p. 169. allatum: *Placata persecutione Danorum fratres Deo et sancto Amato servientes Carolum regem, Arnulphum comitem Flandrie, Iohannem Cameracensem episcopum agnomine Bellum, quamplures etiam episcopos et principes iussu regio convocatos, quid de corpore sancti Amati agendum sit, pariter consulunt. Communi autem eorum ordinatione et privilegiorum suorum confirmatione statuerunt, quod sanctissimum corpus et fratres eius, sicut antea servientes, intra Duacum in prefata ecclesia beate Marie cum eorum privilegiis et possessionibus, quas prius habuerunt vel deinceps habituri erant, remanerent. Ad petitionem vero predictorum regis, comitis et aliorum multorum predictus Iohannes Cameracensis episcopus agnomine Bellus prefatum sanctus corpus in dicta ecclesia, ut decuit, honorifice collocavit in feretro.* 3) Ex lac. inscrut sequentia Buzelinus, Gallofiandria p. 166; de hac hist. Duacensi cf. praef. p. 68. 4) Cf. Gesta episc. Camer. II, c. 21. SS. VII, p. 460: *Preterea etiam apud castellum Duacum monasterium est canonicorum, ubi corpora sanctorum iacent Morantii* (i. e. Mauronti) *atque videlicet Amati.* 5) Haec Haspras translata sunt; v. infra l. XIV, c. 6. 6) Lambres (arrond. Douai). 7) Harlebecensis nomen corruptum videtur. 8) Ragineruni ipsum comitatum Hanoniae possedisse minime constat. Cf. Dümmler, 'Jahrb. des ostfränk. Reiches' ed. 2. III, p. 467, n. 2. 9) De hoc bello nihil inveni.

INCIPIT LIBER XIIII^us^ HISTORIARUM ILLUSTRIUM PRINCIPUM HANONIE.

Cap. I. Qualiter Wandali silvam Carbonariam usque ad[a] territorium quod dicitur Buissenau[b] vastaverunt.

Actor: Quoniam de cladibus inferioris Gallie, videlicet Hanonie atque patriarum circumvicinarum, plures historiographi plura conscripserunt, prout claruit superius et eciam inferius apparebit, istis tamen temporibus quasi Gallia tota conquassata extitit. Plures reperi oppiniones de conquassacione; nam aliqui dicunt, quod Normanni illam exercuerunt[c] tribulacionem; alii dicunt hoc fecisse Danos, alii utrosquè simul. Alii dicunt Wandalos, alii Hunos, alii Francos, alii Lotharingos, alii Germanos hoc egisse flagicium. Alii dicunt et sane, quod quelibet dictarum nacionum, diversis tamen[e] temporibus dictas patrias contriverunt. De quibus omnibus in dictis et dicendis que reperi fideliter suis temporibus annotavi. Verumptamen quia Balduinus in suis historiis ad Hanonie patriam strages atque dictas dissipaciones distinctius applicat, licet tempora non connotet et, ut reor, plura in unum conflet, ea tamen, que in eius compositione repperi, decrevi apponere huic composicioni[d], supponendo id, quod Balduinus supponit, nam omnes dictas naciones ipse vocat eas Wandalos. Dicit enim, quod Theutonice wandele id est, quod[e] cursor aut currere; et quia ipsi non se ad certam patriam determinabant, discurrebant per naciones: ideirco vocat eos omnes Wandalos. Dicit ergo Balduinus: Cum Wandali totam Germaniam igne, ferro, peste devastassent, ad terras Alsasie et Austrasie atque Lotharingie descenderunt. Qui velud horrenda tempestas omnia pene destruxerunt. Tandem ad propria cum spoliis innumerabilibus a dictis patriis pacifice recedere credentes, Franci cum Burgundionibus ab una parte, Germani cum Lotharingis ab altera parte supra ripparium Moselle dictos fortiter contriverunt Wandalos. Evasit tamen pars fortior, que iam ripparium pertransierat. Evolutis postmodum annis duobus dicti Wandali in dicto longe maiori numero et per navigium et per terram partes Flandrie atque Brabancie[f] occupantes omnia solo coequabant. Proinde timor magnus nec immerito irruit in[g] vicinis nacionibus in tantum, ut christianorum clamor, gemitus et dolor fines Francie pertransiret. Quid plura? In omnibus finibus Gallie proclamatur ad arma. Descendunt nobiles et innobiles per Cameracesium et Fanum-Martis et usque ad silvam Carbonariam et Ablatonas, que fortis et firma civitas habebatur. Et hanc christiani contra Wandalos in archem tenebant. Illuc Francie rex cum optimatibus suis, duces et comites plures unacum comitibus Nervie atque Montis Wandalos expectarunt. Fit in Carbonaria silva tantarum congregacio nacionum christianorum, ut tota terra cooperta videretur armatorum. Interim Garinus efficitur principalis campi ductor eorum, qui precedere ditebantur. Et ecce Wandali audientes christianorum congregacionem, silvam intraverunt Carbonariam usque ad territorium qui[h] Gallice dicitur Buizenau. Et nominat Balduinus plures staciones in confinibus illis, videlicet Fraxinum-magnum[1], communitatem Daillies et Lapidem etc. Et illuc tentoria fixerunt Wandali. Tandem expertorum in armis multitudinem copiosam premisit, qui patriam subintraverunt; Garinus cum suis nobilibus eis obviam processerunt usque ad montem quendam, in quo domus aliquantulum fortis situabatur, non multum remote[i] a vico Brunehaldis, iuxta villulam Hellegnies nunc vocitatum. Et illuc Garinus cum suis melius quam potuit subintravit, sperans succursum habere a ceteris christianis Ablatonas[k] existentibus.

Cap. II. Quod rex Francie cum Garino duce belli[l] usquè ad Ablatonas descenderunt contra Wandalos.

Balduinus: Wandali supervenientes dictum montem atque domum circumvallaverunt ferociter insultando. Garinus quotquot nuncios misit pro succursu, tot Wandali interfecerunt; nec erat qui rem et periculum eorum regi aut christianis denunciaret. Wandalis[m] fortiter domum insultantibus Garinus eciam forcius pluribus diebus se deffendit. Tandem videns, quod a nemine succurreretur, a remotis vidit acies Wandalorum ad suorum succursum advolare, christianis in sua pace romanentibus. Dolens dixit suis militibus: 'Ecce in giro a feralibus bestiis circumcingimur, nec apparet nobis spes evadendi. Pugnavimus hactenus virtute armorum, pugnemus de cetero bella[n] Domini, virtute fidei nostre et merito passionis Christi et sanctorum sperantes in Dei auxilium'. Cum autem Garinus suis devote predicasset et ad viriliter agendum eos animasset, ecce subito viderunt in uno latere vexilla cruce signata quamplurima, que velocius dictam domum approximant. Animati igitur Garinus[o], viriliter domum exeuntes, contra Wandalos fortiter dimicarunt, adiuti divino auxilio atque christianorum aliquorum, qui casu supervenerant, qui fere dictos Wandalos omnes occiderunt, demptis paucis, qui subtiliter dictam domum subintraverunt, a qua Garinus cum suis exierat; et eam repererunt ordinatam ad deffencionem, prout Garinus eam disposuerat. Garinus cum suis, qui a clade supervixerant, dictam domum invaserunt, et multis hinc inde peremptis, tandem domum ceperunt et quotquot Wandalos reperientes interemerunt. A prima cede plures christiani apud regem Ablatonas fugientes, quicquid acciderat[p] recitantes, statim rex cum suis bellis[l] exiens usque ad quemdam montem, qui a dicto eventu dicitur nunc Regalis-curtis[3],

a) *deest B* 2. b) terr. de Buizenau *B*. c) execrauerunt *codd*. d) cõpõni *B* 1; compilationi *B* 2. e) *deest B* 1. f) braebancie *B* 1. g) super *B* 1. h) quod *B*. i) remota *B* 2. k) ablatõ *codd*. l) *deest B*. m) Wandali *A. B* 1. n) bello *B* 2. o) *supplendum* et sui *vel simile quoddam; Fortia suppl.* cum suis. p) accideral *B*.

1) Fraisnoy-le-Grand prope Saint-Quentin. 2) Vocem Francogallicam *ost* Inc. falso interpretatus esse videtur. 3) Falsa etymologia, cum nomen loci potius Rogeri-curtis fuerit.

Gallice Rancourt, [accessit[a]] et illuc tentoria fixit interim, quod Garinus et sui dictam domum reparare aliqualiter nitebantur. Et ecce infra noctem illam tota massa Wandalorum, qui audierant necem suorum, ante auroram dictam domum invaserunt nimis feraliter. Garinus cum suis usque ad horam none prepotenter se deffendit. Interim multi nobiles christianorum hoc audientes, versus domum dictam properantes, tantum populum Wandalorum reperientes circa montem[b] illum, quod non erat eis possibile, qui pauci erant et in valle, Garinum succurrere, reversi sunt ad regem, narrantes que viderant. Tunc omnes ad arma proclamantes ad dictam domum viriliter[c] properabant. Affuerunt qui dixerunt domum captam et Garinum cum omnibus militibus suis martirizatos[1].

Cap. III. Quod rex Francie cum suis adiunctis usque ad montem qui dicitur Regalis-curtis Wandalos approximavit.

Balduinus: Christiani igitur dolentes nimium et plorantes de morte Garini ac illustrium principum cum eo defunctorum, consilio procerum ac nobilium cum rege existencium omnes ad montem Regalis-curtis retroresserunt et illuc castra metantes Wandalos expectarunt. Wandali vero montem circumeuntes, claudere volentes passum, ut ab Ablatonas[d] nulle provisiones aut succursus christianis eveniret, in quadam planicie, que nunc ab eventu Wandalorum-curtis, Gallice Wandelaincourt nominatur, acies eorum stabilierunt. Abhinc regem et suos invadentes magnas strages utrobique perpesserunt[d']. Evolutis diebus paucis Wandali Ablatonas[e] obsidere volentes magnam gentem a se emiserant. Nocte precedenti[f] supervenerunt in adiutorium Francorum Germani, Lotharingi, Alsasii, videlicet Leodienses et Namurcenses, Hanonienses, Brabantini[g] et Flamingi; et quotquot fugerant prius timore mortis, nunc amore martirii omnes optabant sua exponere corpora fidei fervore succensi. Gavisus rex de eorum adventu, nocte sequenti, cum audisset, quod magna pars Wandalorum Ablatonas[h] invasissent, ipse ad arma proclamari fecit et in medio noctis silencio Wandalos invasit. Qui improvisi et divisi existentes, prout potuerunt, se deffenderunt usque ad auroram. Tunc rex, videns auroram, clamavit in magna voce christicolis: 'Agamus cum Francis bella Domini! Iam in me sencio, quod Deus adiuvat me et pugnat pro me. Clamemus igitur omnes unanimiter ad Dominum'. Tunc simul barritonare ceperunt quilibet: 'Deus, adiuva nos!' Ad cuius vocis sonitum omnes Wandali stupefacti, quasi semimortui effecti, quasi oves interficiebantur; nec solus illorum remansit. Tunc locus est dictus a clamore christianorum ad Dominum Tumaides[i]. Et fosse magne facte sunt illuc, ubi cadavera Wandalorum proiecta fuerunt. Wandali circa Ablatonas existentes, audientes et stragem perpendentes suorum, fugere ceperunt; quorum multi interfecti, reliqui, pauci tamen[k], evaserunt. In crastinum rex atque duces et principes cum suis corpora christianorum eligentes et sepelientes, nobilium vero corpora super currus ponentes, fecit deportari secum iuxta montem, in quo domus, de qua prius sermo, in qua Garinus cum suis nobilibus interfecti fuerant, quam domum appellavit Malam-domum. Colligi igitur fecit omnia nobilium corpora et simul in quadam planicie inhumari iussit, et abbaciam duodecim monachorum de bonis christianorum ibidem defunctorum fundavit, ut perpetuo pro omnibus defunctis et specialiter a Wandalis interfectis Deum suppliciter exorarent. Que ecclesia usque in hodiernum diem una cum tota planicie vocatur Abbassie[l], id est abbassia. Actor: Numerum enim Balduinus non connotat[m] mortuorum, licet Sigibertus hoc determinet eorumdem[n].

Cap. IIII. Quod Wandali villam Ablatonas destruxerant[o].

Balduinus: Emensis annis aliquotis iterum Wandali Franciam devastantes, civitates et castella, burgos et maneria quasi totius Francie vastaverunt, non abbassiis aut ecclesiis parcentes, sed omnia concremantes, pene vastam reddiderunt. Tamdem Condati descendentes, inde Ablatonas[p] invaserunt[q]. Que munita turribus, portis, muris et fossatis, coaduta nobilibus christianis —, victualibus sufficienter confortati, quinque septimanas restiterunt[q]. Interim Tornacum capientes, totam silvam Carbonariam, quidquid erat residui, consumpserunt. Audientes illi de Ablatonis Tornacum[r] fore destructum, magis timuerunt. Comites Nervienses atque Montenses perpendentes Wandalos in predis Tornacis[s] fore impeditos, usque ad Ablatonas non sine dampno pervenerunt nocte; et videntes, quod diucius villam conservare non poterant Ablatonenses contra Wandalos, thesauros ville et quecque bona exportare potuerunt omnia receperunt. Quicumque exire fortalicium volugrit, sane illa nocte exire potuit. Unde tot et tanti exierunt, et tot et tanta exportata fuerunt, quod paucis remanentibus pauca valde retinuerunt. In crastinum Wandali perpendentes vestigia eorum, qui exierant, dolentes preparaverunt se ad ferociter invadendum civitatem. Et fere nullam reperientes resistenciam, a parte meridionali versus montem muros irruperunt. Ablatonenses hoc videntes, per oppositam partem versus septemtrionem effugere ceperunt. Hoc perpendentes Wandali, turmatim accedentes, irruerunt in christianos; et licet viriliter se deffenderent et Bosonem capitaneum interfecissent, tamdem in loco illo omnes christiani occubuerunt. Et postmodum

a) *suppl. Varin; deest codd.* b) domum illam *B* 1. c) viriliter proclamabant sive properabant *B* 1. d) *sic A. B* 1; ablatoni *B* 2. d') *sic codd.* e) ablatonam *B* 1. f) supervenienti *B* 1. g) barbantini et flandrenses *B* 1. h) Ablatone *B* 1. i) gallice *add. B* 1. k) vero *B* 1. l) abbacie *B* 1; abbatie *B* 2. m) connocat? *A*; conotat *B* 2. n) destruxerunt *B*. o) ablatonã *B* 2. p) vastaverunt *B* 2. q) *nota subiectum mutatum.* r) fore torn. *B* 1. s) tornac. *B*.

1) Alia traditio in carmine 'La mort de Garin le Loherain' extat, ubi Garinus ab inimicis suis interfectus esse dicitur. Cf. editionem a Du Méril paratam. 2) Scilicet Francogallice *Tu m' aides.* 3) Scil. loco, quem lac. l. XIII, c. 52. in fine exscripsit.

super eorum sepulcra spinas et arbores tempore pacis plantaverunt christicole. Wandali vero civitatem subintrantes et quasi nichil repercientes, villam totam solo coequaverunt ultra non reparaturam. Abhinc Wandali Flandriam perlustrantes et omnem municionem devastantes, Morianam[1] civitatem et usque ad mare igne, ferro, velud horrenda tempestas omnia ad nichilum redegerunt. Inde mare conscendentes, insulam Bruti invadentes, finaliter eam ceperunt. Actor: Utrum ista, que Balduinus scribit, evenerint temporibus verorum Wandalorum aut temporibus Danorum et Normannorum aut temporibus primorum[2] et secundorum Hunorum, quia tempora non determinat, idcirco lectoris judicio derelinquo[a]. Verum quia Balduinus videtur[b] sentire, quod hec strages tempore Ragineri Longi-colli[c] extiterit prosecuta, licet non determinet, idcirco hoc tempore historiam hanc decrevi in inicio huius libri consignare et eius oppinionem primitus declarare; oppiniones eciam aliorum historiographorum de istis Normannis intendo recitare, quia quod unus ponit, alius silet: et sic plures habebuntur de hiis conclusiones.

Cap. V. De genealogia Ragineri Longi-colli comitis Montensis.

Actor[d]: Quia de Raginero Longi-colli comite Montensi superius tactum est et inferius multa declarabuntur, de eo, Deo[d] duce, quis fuerit et unde processerit, non absurde perquirendum est; cui questioni respondendo, quod una sola historia, videlicet Guillermi[e] de Mascandio in chronica, quam compilavit[f] de comitibus Regitestensibus, proloquitur. Dicit enim Raginerum Longi-colli comitem quondam Hainauci fuisse Manasses comitis Regitestensis atque Montensis legitimum filium, dictarum patriarum et Alsasie, Ardenne, Vogie Evodiique[g] et supra[h] Mosam et Mosellam atque Rethnum, fluviorum, plurium quoque patriarum, civitatum atque castrorum ibidem existencium dominium habuisse. Quis vero fuerit eius mater, historia penitus silet. Sed quia hic posset oriri difficultas, quis fuerit iste Manasses, habetur in historia predicti Willermi[i], quod dictus Manasses ab aliquibus Manicerius et ab aliquibus Manasses vocitatus est. Idem ipse est, prout reor, qui fuerit Albonis filius ex filiabus Walterici comitis Hainau et Alsasie, prout superius in XIII° libro[k] declaratum est. Verum quia historiographi, qui bis Hanonie tractaverunt, de eius genealogia omnino siluerunt, maxime illi, qui ad manus meas devenerunt, ideo lectoribus supplico, quatenus, si aliquid aliud reppererint de eius genealogia, quatinus huic aggregacioni[k] conscribere dignentur[l]. Colligitur tamen ex diversis autenticis historiis[m], quod dictus Ragi-nerus extitit[n] nobilis et ingeniosus[o], audax et animosus, fortis et bellicosus contra adversarios principes[p], sed contra sibi subditos tirannus, contra infideles ferox et virtuosus, in etate virili felix et reformidatus, sed in senectute infortunatus et oditus, longevus valde atque robustus, in tribulacionibus[q] magnanimus et iocundus. Gesta eius, prout repperi, fideliter inferius conscripsi[4]. Verumptamen de eius obitu, aut ubi habitaverit post eius exilium, aut quibus eius terras et possessiones Otho[r] imperator distribuerit, nichil penitus adhuc repperire valui.

Cap. VI. De translatione sanctorum Hugonis archiepiscopi et Aicadri[s] abbatis[t].

Actor[d]: De translacione sanctorum Hugonis archiepiscopi Rodomensis[u] necnon sancti Aicadri abbatis confessoris, quoniam[v] istis temporibus eorum corpora translata fuisse leguntur, qualiter asportata[w] fuerint Haspris, fateor sentenciatiter alias que sequuntur perlegisse[5]. Pippinus[x] dux Austrasiorum cum Fani-Martis comitatum cum multis aliis territoriis circa silvam Carbonariam obtinuisset, devocione ad sancti Benedicti devotos cenobitas allectus, munifice cellulam monachorum Haspris in Foni-Martis territorio ad honorem Dei omnipotentis et beatorum Petri[y] et Pauli apostolorum atque sanctorum omnium fertur construxisse et obventibus sufficientibus ipsam providisse; et quia in Neustria temporibus illis eciam dominia dictus Pippinus obtinebat quamplurima, in qua fama devotorum monachorum Gemegiensis cenobii flagrabat atque redolebat suavius, dictus Pippinus dictam Hasprensem cellam una cum monachis eiusdem celle sub regimine atque obedientia dicti abbatis atque monasterii aut conventus Gemegiensis Rodomensis[z] diocesis subegit et instauravit sub abbatis et monasterii Gemegiensis obedientia[a]. Cella Hasprensis per plurima floruit tempora pacifice ac devote. Succedentibus temporibus Normanni adiunctis sibi Danis Neustriam invadentes, totam fere succenderunt, vastaverunt atque destruxerunt; in quo turbidine[b] abbas et[a] conventus dicti monasterii Gemegiensis sanctorum confessorum Hugonis atque Aicadri [corpora[b]] per fideles monachos ad dictam eorum cellam Haspris pro tuicione atque conservacione in abditis locis secrecius transmiserunt[7], sperantes pacis tempore dicta sanctorum corpora ad propria reportaturos. Divina

a) delinquo *A*. b) viditur *A*. c) *deest A*. d) *deest B* 2. e) guillmi *vel* guilli *et sic semper fere codd.* f) copulavit *A*. g) enodiique (?) *A*. h) sr (super) *B* 1. i) Willmi *B* 1. k) huic conscribere operi *B* 1. l) dignetur *A*. m) scripturis *B* 2. n) extiterit *B* 1. o) ingenio *B* 2. p) princeps *B* 1. q) tribulatione *B* 1. r) Otto *B*. s) Aycadri *semper B* 1, 2. t) *deest B* 1. u) rothomagensis *B* 1. v) quorum *codd.* w) asporata *B* 1; asporta *B* 2. — fuerunt *B*. x) pipinus *constanter B* 2. y) sp. P. et P. *B*. z) *sic codd.* a) atque *B* 1. b) *suppl. Fortia; deest codd.*

1) Boulogne-sur-mer. 2) Sunt hi, qui tempore Servii regis in Hanoniam irrupisse dicuntur. 3) C. 39. 4) L. XV, c. 10. 5) Cf. l. XI, c. 39. 6) Gesta ep. Camer. II, c. 29 (SS. VII, p. 461) expresse dicunt: *Quam villam* (scil. Haspram) *utrum ab antea possessam subiacuisse praelibato monasterio* (scil. Gemeticensi), *an tunc temporis aut a rege aut a quolibet principe pro remedio animae receptationi sanctorum traditam fuisse dicamus, incertum est.* 7) Cf. Ordericum Vit. l. VI, c. 10, ed. Prevost III, p. 84.

tandem disponente Creatoris clementia sic actum est, quod dicti Normanni adiunctis sibi Danis non solum Neustriam, verum eciam[a] et totam Galliam aut[b] Franciam fere per sexaginta annos successive contuderunt, lacesserunt[c] atque subegerunt. In quo quidem spacio dicta sanctorum corpora in tot et tantis Haspris et in confinibus coruscaverunt miraculis, ut totus populus urbium vicinarum ad devocionem dictorum sanctorum alliceretur[1]. Unde imperatores, reges, principes et comites dictam cellam donariis, previlegiis, largicionibus et munificentiis ampliaverunt. Normannis finaliter atque Danis pacatis et ad fidem conversis et pacis tempore abbas Gemegiensis cum toto conventu legatos miserunt ad cellam Haspris, quatinus dicta sanctorum corpora per legatos[d] suos eis remitterentur[2]. Super quibus prior et episcopus Cameracensis cum nobilibus territorium circumvicinorum congregatis decreverunt super huiusmodi causa imperatoris adire presenciam. Qui imperator sic decrevit finaliter, ut certis pactionibus et interceptionibus inter monasterium Gemegiense et cellam Haspris ex una parte et imperatorem et dictas ambas ecclesias ex altera, quod pacifice et concorditer pro perpetuo dicta sanctorum corpora Haspris manserunt. Quod stabile et firmum remansit usque ad hodiernum diem[3]. Denique succedentibus temporibus ecclesia Gemegiensis cum eorum abbate Roberto[4] considerantes celle Hasprensis distanciam, quia nimium ab ipsis distabat, considerantes eciam, quod monasterium sancti Vedasti Attrebatense cellam habebat prope eos, Anglicurtem nomine, que eciam multum ab Attrebatis distabat, proposuerunt, quatinus abbatem Sancti Vedasti adirent et de permutacione dictarum cellarum mutuo colloquerentur. Sic etenim adinvicem concordati sunt, quod permutatio facta fuit, prout in duabus sequentibus cartis plenius continetur, quas de verbo ad verbum hic conscripsimus.

Cap. VII. Carta[5] permutationis facte inter monasterium[e] sancti Vedasti et monasterium Gemegense de cella Hasprensi et Anglicurtis.

Principi[f] eternitatis domino nostro Iesu Christo, cui soli cum Patre et Spiritu sancto singularis est eternitas, omnipotencia et incommutabilitas[g], sit laus, perhennis gloria, qui commutet temporum tempora et seculorum disponat moderamina, solus vivit et regnat virtute deifica. Ego Leduinus[h] abbas, quamvis indignus, cenobii preciosi confessoris Christi Vedasti, cui Deo auctore deservio, meam et communis sortis caducam cognoscens condicionem, quoniam perpetuitate letatur, quod non immortalitate ditatur, optimum duxi[i] tam pro testimonio presencium quam pro notitia futurorum scriptum fieri in quibusdam rebus predicti patris Vedasti nostris temporibus commutatis rursumque reemptis. Nota res est, sicut penes nos scripto retinetur, cum ceteris donativis a Francorum regibus beato Vedasto collatis villam, que vocatur Anglicurt et que est in Belvacensi episcopio, antiquitate esse hereditariam cum familia sancto Vedasto. Sed nostro tempore, dico anno incarnationis summi et veri pontificis Iesu Christi

1024. *MXXIIII[6], per Gerardum Cameracensem et Attrebatensem episcopum quesitum est querendo atque retractando, alterutrum sic peractum est, ut nos consilio seniorum et vicinorum necnon[k] nostrorum fratrum cellam que dicitur Haspera a comite Ricardo et abbate Theoderico Gemeticensis cenobii dono acceperamus, quia vicinior nobis erat, ipsi quoque Anglicurt cellulam[l] viciniorem sibi nostra donacione possiderent. Testes rei huius fuerunt: Ricardus comes[7], qui donacionem[m] in[n] Rodomis civitate dedit, Robertus archiepiscopus, frater eius, Ricardus, filius Ricardi, Robertus, frater eius, Warinus Belvacorum presul, nostre congregacionis frater.*

Ian. 13 *Actum Rodomis mense Ianuario in octava epiphanie, indictione VI, regnante serenissimo rege Francorum Roberto anno imperii sui XXVIII. Domine[o] rex, Henrice, precedencia et subsequencia roborari[p] magnificenter.*

Cap. VIII. Item[q] alia carta de eadem permutatione.

1038 Dec. *Peractis numero tredecim annis quartus decimus subsequens ordine termino sui circuli*

a) *deest B* 1. b) et *B* 1. c) *sic codd.* d) leg. suos *des. A, spatio vacante.* e) monasteria s. Ved. et Gemeticense, *reliqui omnes B* 2; et Anglicurtis *om. B* 1. f) *imitatis litteris deest A.* g) *sic Miraeus*; incommutabilis *codd.* h) fiduinus *B* 2. i) dixi *A. B* 1. k) et *add. B* 1. l) cellule *A, B* 1; celle *B* 2. m) donacione (donatione) *A. B.* n) in dedit *des. Mir.* o) Domine — magnificenter *des. Mir.* p) *sic codd.* q) De eadem carta et secundum idem *B* 1; Secunda quarta ad idem *B* 2.

1; Miracula in Gestis quoque Camerac. l. c. laudantur. 2. Hoc fortasse accidit post a. 940, cum Martinus monachus S. Cypriani Pictav. regimen abbatiae Gemeticensis suscepisset; cf. Wilh. Gemetic. III, c. 7. 8, ed. Lair. 3) De S. Aicadro saec. XIV. culto cf. Ioh. Froissart, ed. Kervyn de Lettenhove XV, p. 51. De S. Hugone cf. Order. Vitalem V, c. 9 (ed. Prevost II, p. 350). VI, c. 10 (III, p. 84). 4) Potius Theodericus; neque hic, sed Leduinus abbas S. Vedasti et Gerardus episc. Camerac. permutationis auctores fuerunt; cf. Gesta ep. Camerac. II, c. 29. 5) Quae edita est a Miraeo, Opp. dipl. I, p. 265; decurtata Acta SS. Apr. I, p. 847; SS. VII, p. 462, n. 25. Iteravimus eam propter contextum rerum mendasque nonnullas editionum priorum. 6) Cf. de nota chronologica quae exposita sunt SS. VII, p. 62, n. 25. 7) II.

urgebatur fini, mense Decembri, abbate Roberto[1]*, qui [secundus*[a]*] ab abbate Theoderico regimen*[b] *monasterii sancti Petri Gemeticensis cenobii susceperat, littere nobis allate Attrebatis venerunt siscitandi causa, quid*[c] *in reempcione predicte ville Anglicurt dare vellemus, taliter, ut pars aliqua reliquiarum daretur, copia et pecuniarum, quoniam*[d] *ex eo die, quo hec fecerant, multa incommoda obvenerant; nam fama vere rellacionis eadem nobis innotuerat. Unde tactus ea compassione, qua iubemur Christo uniri mutua dilectione, qua scriptum audieram*[3] *apostoli: 'Si compatimur temporaliter, conregnabimus eternaliter'—, per unum fratrem eorum, Roselinum* 2 Tim. 2, 12. Rom. 8, 17.
nomine monachum, quem idem Robertus abbas ter super hoc negocium nobis Attrebatis direxerat, rellacione rellatum est, ut brachium sancti Hugonis atque sancti Aycadri abbatis eorum cenobii, qui a[e] *proprio solo infestacione Danorum allati in nostro vicinio fuerant, daremus — que brachia a sanctorum singulis corporibus accepta Attrebato causa monimenti et devocionis transposueramus —, addentes centum libras argenti pondo nostre regionis; complacitum fuit utrique*[f] *parti. Cum eorum monacho supra dicto duos ex nostris direximus Rodomis et ad cenobium memoratum fratres, ne forte in vanum*[g] *cucurrissemus. Ab abbate Roberto et a fratribus suprascriptis laudatum est. Contigit res, quam credimus divinitus. Quinto etenim Nona-* 1039.
rum Marcii, dum Rodomi a cenobio regrederentur[h]*, ut comiti*[3] *et archiepiscopo*[4] *cum regni* Mart. 4.
pagensibus a[i] *nostris intimaretur*[k]*, sicuti iusseramus, tocius Neustrie episcopos et abbates atque regni principes ab archiepiscopo vocatos repererunt, coram quibus racio legacionis propalata est; amore reliquiarum a cunctis laudatum est. Statuto termino ad predictam*[l] *villam Anglicurt ventum est, et secus conveniencias predictus abbas Robertus cum quibusdam suis monachis suorumque et nostrorum copia militum, acceptis cum reverencia sanctorum pignoribus*[m]*, id est brachium sancti Hugonis necnon*[n] *sancti Aicadri, cum centum libris argenti ponderati, que quatuor ex nostris fratribus illic deferre iussimus, egressus est cum suis. Nostri pulsacione campane receperunt predictam villam cum patris Vedasti colonia. Pariter abbas Robertus cum .....*[o] *loco Belvacus*[p] *venerunt, dompno Drogoni, in cuius episcopio eadem villa inerat, cum presentibus monachis, clericis et laicis quod*[q] *factum fuerat intimaverunt. Qui mox, hilari ut erat vultu, cum frequencia presentis populi admiratus tali commercio, Deo gracias respondit et 'Ecce', inquiens, 'antiqua hereditas ad nostrum seniorem Vedastum sanctum regressa', subiunxit. Deinde*[r] *sigillo sue auctoritatis interdixit*[s] *primoque*[t] *sinodo excommunicaturus assurrexit, ne cuiusquam temeraria presumptio hanc remutationem*[u] *contradicere aut amplius reclamare audeat ullo modo. Testes huius conveniencie preter*[v] *Attrebatenses et monachos Gemeticenses hii sunt: Sanctus Vedastus Attrebatorum et Belvacorum presul. Sanctus Hugo Rodomorum*[w] *archiepiscopus. Sanctus Aycadrus abbas Gemeticensis cenobii. Signum Roberti abbatis eiusdem cenobii*[x]*.*[5]

Cap. IX. [Quod[y] Normanni a castro Condatensi omnem solum circumadiacentem destruxerunt].

In historia destructionis ecclesie Dononiensis[z] et[a] in vulgari: Temporibus Ludovici 877.
regis Francorum, filii Karoli Calvi, etatis sue anno secundo, quo et in regnum patri successit, tempore eciam, quo tunc in Anglia rex Anselmus[b] regnabat, venerunt in Gallia[b] Sarraceni, Dani nominati, cum gravi multitudine pugnatorum contra christianos. Quorum regis filius Danorum Bigerius, cognominatus Costa-ferrea[7], dux et rector eorum electus est. Hastingus vero, vir bellicosus et magnanimus, connestabularius principalis et superintendens eorum erat. Hii siquidem Dani Galliam totam et regnum Franco-

a) *supplevi, deest codd., in A et B 2 spatio vacuo relicto.* b) regimine *B* 1. c) quidem *A*; quis *B*. d) *sic emend. Fortia*; quā *codd.* e) quia *codd.* f) utriusque *codd.* g) inusuatū *A.* h) ingrederemur *A. B* 1; regrederemur *B.* i) et a *B* 1. k) intimaremur *A. B* 1; *nescio an etiam res intimarent legendum sit.* l) villam pred. *B* 1. m) pugnoribus *B* 1. n) nēne *A. B* 2. o) *spatium vacuum A. B* 1; suis *B* 2. p) beluac; *B* 2. q) et quoddam *A*; et quod *B* 1; et qd° *B* 2. r) Dein *B* 2. s) intradixit *codd.* t) *corruptum videtur.* — sinodus *B* 2. u) remuneracionem *A.* v) sunt intra *codd.* w) rothomag *B* 1. x) *in omnibus codd. post hoc caput tertia fere para columnae vacat.* y) Quod — destruxerunt *des. B, spatio vacuo post verba* in — — vulgari *relicto B* 1, *fortasse posteriore cura add. A.* z) dononiensi *codd.* a) *deest B* 2. b) *sic codd.*

1) II, sedit a. 1037—1044. vel 1045; cf. Gallia christ. XI, col. 193. 2) Scil. qui hanc notitiam composuit, Leduinus abbas S. Vedasti. 3) Wilhelmo. 4) Maugerio. 5) Haec neglexit Loth, 'Histoire de l'abbaye royale de Saint-Pierre de Jumièges', Rouen 1882—1885. 6) Nomen illud ex chronicis posterioribus Normannicis, ubi iste rex *Antianne* vel *Antelin* appellatur, sumptum est. V. 'Chroniques de Normandie' ed. Franc. Michel (Rouen 1839) p. 9. 83; 'Hist. des ducs de Normandie et des Rois d'Angleterre' ed. Michel (Paris 1840) p. 7. In carmine, quod inscribitur 'Roman de Rou' (ed. Andresen I, p. 47) v. 283: *Adeitan* nomen regis Angliae legitur. 7) In chronicis Francogallice scriptis *Bier Coste-ferree* vocatur.

rum specialiter animo feroci sic invaserunt, quod tamquam locuste terre superficiem cooperientes civitates, castra, ecclesias et cenobia et omnia fere collegia destruxerunt. Ea igitur tempestate, quia Francie fines ipsos capere non valebant[a], in turmis duabus suas diviserunt cohortes et unius quemdam prefecerunt militem strenuum et bellicosum, Godefridum nomine, alterius vero dux Hastingus sicut prius remansit. Godefridus vero cum sibi commissa multitudine omnia pene devastando[b] per Galliam transeuntes, tamdem iuxta paludes Hanie[c], supra fluvium Scadi[d], in conducto ripariarum, castro Condati devenerunt et illuc mansiones stabilierunt, locum munientes[1]. Abhinc siquidem Dani in omni differencia ecclesias et monasteria et pene totam inferiorem Galliam usque ad mare et usque ad Mosam et usque ad Summam et usque ad Lisam inconclusive diripuerunt[2], utpote[e] cenobium sancte Regine de Dogoniо[f], sancti Petri Hasnoniensis cenobium, sancti[g] Amandi Helnonensis[h] cenobium, sancte Rictrudis Marsianensis cenobium, Vermandie[i] et ecclesiam sancti Quintini[1. 3]. In alia vero differencia soli concremaverunt cenobium sancti Landelini, cenobium sancti Gisleni Cellensis; dampnificaverunt cenobium sancte Aldegundis Melbodiensis et sancti Petri eiusdem castri ecclesiam principalem, cenobium sancti Humberti Maricolensis, cenobium Lessiense, cenobium sancti Petri Altimontensis, cenobium sancti Maldegarii Senogiensis[k]; dampnificaverunt cenobium sancte Guertrudis Nivellensis, cenobium sancti Martini Tornacensis, cenobium sanci Petri Gandensis et sancti Bavonis Gandensis et cenobium sancti Adriani Geraldimontensis et usque ad cenobium sancte Begge Andeniensis[l] suas exercuerunt[m] crudelitates, ymo et nobile monasterium Lobiense cum innumerabilibus ecclesiolis, fortaliciis et munitionibus solo coequarunt[4].

Cap. X. Quod[**] Raginerus comes Montensis cum Francone episcopo Leodiensi invaserunt Normannos et ducem Godefridum ceperunt.

Sequitur[n]: Horum siquidem Danorum temporibus, anno circiter Domini DCCCLXX, Rignerius[o] Montensis comes, vir utique magne probitatis et audacie, strenuissimus et famosus, cernens propriam patriam sic debaccari, dolore compunctus intrinsecus, cum Francone Leodiensi episcopo federa pepigit[p] ad finem, ut Danos beluis crudeliores a suis expellerent territoriis et Condati fortalicium expugnarent. Sicque factum est, ut Rignerius comes una cum Frankone[p], adiuncto eis Sancti Amandi abbate[q], qui de regia stirpe descenderat, potentissime militibus et stipendiariis una cum communitatibus Leodiensium[q] et Hanoniensium circumvallatus, de Christi confidentes auxilio, Danos viriliter invaserunt et in tercio belli congressu ipsos devicerunt cum utriusque partis grandi prostracione. Rignerius vero comes Montensis Godefridum ducem Danorum in illo conflictu manibus propriis prisonarium accepit, ceteris interemptis vel in fugam conversis. Quem Godefridum postmodum Rignerius baptizari fecit, alias pecunias pro sui liberacione recipere nolens. Qui vero manus episcopi Franconis ac Rignerii comitis effugerant, ad Hastingum ducem principalem Danorum in superiori Gallia pro refugio confugerunt. Et sic patria a predictis Danis cum Dei adiutorio fuit per aliquotos menses liberata. Rignerius vero plures ecclesias et monasteria, tum de propriis bonis, tum etiam de ecclesiarum redditibus in suo comitatu resarcivit; spolia vero Danorum Leodiensibus et Hanoniensibus stipendiariis pro tempore, villulis et castris spoliatis, et viris ecclesiasticis, ut pro christianis ibidem occisis exorarent, sibi nichil retinentes, omnia condiviserunt. Et multis interpositis sequitur: Hastingus vero, postquam totam Galliam et Ytaliam igne, ferro quasi contrivisset, tamdem ad Franciam revertens cum tota gente sua, Karolus Simplex ipsum plus solito timens sibi et sue cohorti totam patriam circa Carnotum sibi et suis successoribus donavit et confirmavit; et sic Dani illi paccati et[r] in territorio dicto quieverunt[s].

Cap. XI. De crudelitate Normannorum et aliquibus[s] eventibus illius temporis.

Andr. II, 17. Andreas Marsianensis libro II[o]: Anno D. DCCCLXXXII. Nortmanni adiuncti — — repetunt[t].
ib. c. 18. Balduinus — — occiderunt. Karlomanno vero — — digoum fecit. Anno D. DCCCXXXV. Karolus — — terre accolis.

*) cenobium sancte Marie de Condato *add. B.*
**) Quod Raginerus cum Francone Leodiensi Normannos invasit et ipsum ducem Godefridum cepit ac debellavit *B.*

a) valebat *B.* b) deuastando *B* 2. c) hayne *B.* d) scaldi *B* 1. e) dononio *B.* f) sancti Amandi helu. cen. *om. B* 1. g) eloon. *B* 2. h) *nullo iure inserunt Fortia* cenobium *ante* Vermandie. i) S. Quintini eccl. *B* 1. k) sonegiensis *B* 2. l) andemensis? *codd.* m) exc^{a}unt *A*: exercerunt *B.* n) *deest B* 1. o) raginerus *constanter B* 2. p) francone *B.* q) leodien*ß* et hanonien*ß codd.* r) *deest B.* s) aliis *add. B.*

1) Cf. Ann. Vedast. a. 882, SS. II, p. 199; Ann. Elnon. mai. 884, SS. V, p. 12. 2) Cf. Hincmari Ann. 882, SS. II, p. 514: *omniaque monasteria parrochiarum Tungrensis videlicet, Attrebatensis, Cameracensis et partem Remensis parrochiae* etc. 3) Cf. Ann. Vedast. a. 883, l. l. p. 521. 4) De monasteriis incensis et vastatis Ann. Vedast. multa referunt; nomina vero auctor historiae excriptae ex variis fontibus, praesertim e Vitis sanctorum ac Miraculorum libellis horum coenobiorum collegisse videtur. 5) Auctor hic Translatione S. Raginfredae supra l. XII, c. 31. inserta usus esse videtur, cuius auctor suam narrationem ex Folcuini Gestis abb. Lobiensium hausit. 6) Gauzlino; cf. infra c. 12. 7) Cf. 'Hist. des ducs de Normandie et des rois d'Angleterre' ed. Fr. Michel (Paris 1840) p. 5: *Hastens s'en revint en France, u Charles li Simples li donna tierre entre lui et ses compaignons, la contree de Chartres.* 8) Ed. Beauchamps p. 742. 744 sq.

Cap. XII. Quod Normanni existentes in Condato invasi fuerunt a Gocelino[a] abbate Sancti Amandi[*].

Sigibertus: Anno D. DCCCLXXXV.[1] Normanni in Condato ad hiemandum sedem sibi statuunt, trans Scaldum agentes predas, et super Scarp[3] ferro et igne cuncta devastant, ecclesias, monasteria, civitates, vicos, habitatores usque ad internecionem delentes. Timor quoque et tremor eorum cecidit super inhabitantes terram; et victoria et rapinis elati die noctuque non cessant ecclesias igne cremare populumque christianum ingulare. Tunc omnes inter[b] Scaldum et Sompnam atque Scarp monachi, canonici, sanctimoniales cum corporibus sanctorum et omnis etas et condicio fugam ineunt. Gotlinus[c] vero, vir strenuus et abba[d] monasterii sancti Amandi et multarum aliarum ecclesiarum, et exercitus, qui cum eo erat, statuunt Normannis bellum inferre mittuntque ad eos qui trans Scaldum erant, ut die statuto venientes, hii ex una parte fluminis hiique ex alia, eos delerent. Sed non provenit, ut voluerunt; nam non solum nil prospere egerunt, verum fugiendo vix evaserunt. Verno vero[e] tempore a Condato egressi maritima petiere loca, ibique estivo tempore remorati Flamingos e terra fugere compulerunt. Inde sibi redem mutaverunt et mense Novembri Curtriaco sibi castrum statuunt ad hiemandum indeque Menapios atque Suevos usque ad internecionem delevere, quia valde illis infesti erant; omnemque terram vorax flamma consumpsit. Eodem[f] anno Normanni sine intermissione cum diverso apparatu armorum et machinarum[g] et arietum civitatem Parisiensem concussiunt[h]; sed omnibus ad Deum magne instancia clamantibus, tandem liberati sunt. Anno D. DCCCLXXXVI. Marinus — — centesimus tercius presidet. Hugo filius — — attonditur. Anno sequenti iterum Normanni — — lapsus trucidatur. Anno D. DCCCLXXXVIII. Agapitus — — centesimus quartus presidet. Eodem anno Karolus — — denominata est. Anno D. DCCCLXXXIX. Adrianus — — petiit.

Ann. Vedast. 882, 884. ib. 880. ib. 886. ib. 883. ib. 880. ib. 886. Sig 886-889.

Cap. XIII. Quod Normanni civitatem Parisiensem et plures alias regni civitates[i] invaserunt.

Anno D. DCCCXC. Karolus — — discerpitur. Item eodem anno Franci — — supra diximus. Anno D. DCCCXCI. Basilius — — centesimus sextus presidet. Eodem anno Normanni — — expugnant. Anno D. DCCCXCII. Nortmanni — — depopulantur. Anno D. DCCCXCIIII. Nortmanni — — peremptis. Anno eodem, videlicet DCCCXCIIII. Odone rege — — Odonem. Anno D. DCCCXCV. Stephanus — — recedunt. Hoc tempore — — Gigniacensem. Anno D. DCCCXCVI. Arnulphus — — contulit. Eodem anno Karolus — — fonte sacro suscepit.

ib. 890-896.

Cap. XIIII. De morte Rodulphi comitis Cameracensis et pluribus eventibus illius temporis.

Andreas Marsianensis libro II[e], parte XIX[k]: Anno D. DCCCXCVII, annis duobus antequam Karolus Simplex regnare cepisset in Francia, Rodulphus — — celeritate amisit[l]. Anno revoluto Balduinus — — Parroasm[l] invasit, sed eciam statim perdidit. Consequenter post annorum curricula prenominatus Karolus Simplex — — comitem. Anno D. DCCCXCIX. Odo rex — — decreta sunt. Anno D. DCCCC. Formosus — — invaserat. Anno D. DCCCCI. Bonefacius — — centesimus nonus presidet.

Andr. II, 19. 20. Sig 899-901.

Cap. XV. De exordio Rollonis ducis Danorum.

In communi historia secunde destruccionis ecclesiarum Obtrebatensium in vulgari[4]: Temporibus Karoli Simplicis Francorum *regis*, quibus Hastingus dux Danorum sacrum baptisma in Francie partibus susceperat et omnes sue cohortes patriam quietam tenebant circa Carnoti confines[m], in regno Dacie bellum ferocissimum intestinum exortum est inter regem et duos cuiusdam magni ducis filios, quorum antiquior Rollo, junior vero Burius vocatus est. Nam eorum patre mortuo, rex possessiones et terras violenter sibi applicuit et eos exhereditare disposuit. Iuvenes tantam gentem, tum ex propinquitate sanguinis, tum ex compassione congregaverunt, quod vix sciebatur numerus; nam regni nobiles timebant, ne post eorum mortem rex contra filios eorum pari forma sic agere vellet, quia predictos iuvenes quasi omnes regni proceres succurrere decreverunt. Hec advertens rex sub pena capitis omnes sibi subditos pro parte sua armari precepit, et in campo simul confligentes regem penitus devicerunt, rege solo cum paucis evadentibus, et post lustrum annorum pacem firmaverunt. Sed illis quinque annis expiratis rex, qui suorum corda mutaverat tam per dona quam per promissiones, videns sui dispositionem regni pro se, iterum bella contra predictos filios paravit. Et in isto secundo conflictu duo[n] fratres cum suis succubuerunt in tantum, quod Burius mortuus fuit in bello, et Rollo cum paucis effugerunt ad mare; et cum sex bargis Daciam dereliquit. Sed cum vento casualiter applicuerunt ad insulam Scaudi, in qua erat multitudo permaxima pugnatorum dispositorum ad patriam novam alicubi perquirendam; et erant naves iam in littore totaliter preparate ad ascensum[o]. Qui gaudentes de adventu Rollonis et paucis interpositis diebus ipsum prefecerunt ducem. Videns[p] Rollo tantarum ducem cohortum, fuit in agone constitutus, utrum ad Daciam contra regem reverteretur ad se vindicandum vel iret novam conquirere terram. Unde dum in tali perplexitate teneretur, obdormivit et in somnis audivit vocem dicentis: 'Vade ad insulam Bruti, et

Chr. d. Norm. III, p. 5. ib. II, p. 81. ib. III, p. 5.

*) et aliquibus eventibus illius temporis *add. B.*

a) gothelino *B.* b) intra *B* 1. c) gothlinus *B.* d) abbas, monast. *deest B* 1. e) *deest B* 2. f) Anno eodem norm. *B* 1. g) ar. et mach. *B* 1. h) concutiunt *B* 1. i) *deest B.* k) parte XIX. *om. B* 1. l) perronam *B* 2. m) fines *B* 1. n) duos *B* 1. o) assensum *A.* p) *supplendum* ac.

1) Immo 882. 2) Cf. Ann. Elnon. mai. 884, 88. 3) Ed. Besucbamps p. 748 sq. 4) De hoc fonte, in quo 'Chroniques des ducs de Normandie' ed. Michel (Rouen 1839. et Paris 1840) exscriptae sunt, cf. praef. p. 68. De chronicis Normannicis, in quibus numerandis Andresen, qui 'Roman de Rou' edidit, secuti sumus, v. p. 60.

cf. Chr. d. Norm. I, p. 8. ibi roperies, quid te oporteat facere'. Ipso excitato, que audierat retulit. Cui unus militum dixit: 'Ad Angliam ibis et ibi audies de christianorum baptismate, mediante quo ad regnum celeste, quod est patria nostra, forte perveniemus'. Hoc audito, ad Angliam applicantes, totam insulam igne, ferro devastando, bis regem in bello campali prostraverunt, et totam insulam occupantes, quasi totam spoliaverunt. In somnis vero monitus, quod ista insula non erat terra sibi debita, recedere proposuit.

Cap. XVI. Quod Raginerus comes[a] Montensis cum[b] Frissonibus in Walacria contra Rollonem conflixit[c], sed tandem[d] a Rollone Condati[e] capitur.

Chr. d. Norm. III, p. 7. Huius temporibus Anselmus rex in Anglia regnabat. Qui Rollonis inexpugnabilem considerans potentiam, maxima sibi donaria fecit et maiora repromisit, si cum eo federa[f] inire vellet; quod et fecit. Rollo vero cum Danis omnibus navigia petentes, Angliam spoliatam et pene dissipatam relinquentes, mare petierunt. Sed tempestatibus exortis sic turbati fuerunt, quod iudicio nautarum numquam consimilia pericula conib. I. III. spexerant. Timentes igitur submergi, Rollo fundum navis petiit et credens statim mori, Deum celi exoravit dicens: 'Tu, Domine, qui cuncta creasti et feliciter omnia gubernas, paciaris me et gentem meam, antequam moriamur, ad legem aut sectam, quam veriorem et sanctiorem scis, nos pervenire. Presto enim sum christianorum legem suscipere, si tue placuerit voluntati; et si ab imminentibus periculis nos liberaveris, sciemus[h] legem christianorum esse melioib. III. rem'. Illis dictis surrexit et prorsum[i] consendit et vidit mare totaliter sedatum, et siluit. Et statim applicuerunt ad quamdam insulam, que Walacria dicitur. Credentes autem[k] Walacritae, quod infortunium maris passi fuissent, pro spoliis Rollonem invaserunt; sed cum plurimorum utriusque partis strage Dani insulam ascenderunt. Anselmus[l] vero Anglorum rex audito, quod Rollo bellum habuisset et dampnum, misit sibi XII naves victualium et totidem naves onustas militibus ad bella doctissimis. Quod considerans Rollo remisit Anselmo regi de presentatis graciarum actiones, offerens se et suos sue dicioni, si casus occurreret, promptissimos. Interea illi de Walacria timentes, ne Dani insulam pro perpetuo possidere et remanere vellent, consilio inito ad Reginerum Longi-colli comitem Montensem, quem pro fide et ecclesia[m] tuenda inter omnes vicinos christianos sciebant paratissimum et eciam, quia pluribus vicibus Sarracenos debellaverat, et ad Radebouldum regem Frisie ettam pro auxilio ib. I. confugerunt. Qui maximum populum christianorum congregantes contra Rollonem conflixerunt cum magna[n] strage utriusque partis, sed nutu Dei propter peccata populi christiani succubuerunt. Et sic Rignerius dolore compunctus intrinsecus cum paucis christianis, lacrimosis oculis eos ad fidem animando et peccatis eorum imponendo[o], ad propria remeavit; et castra et villas fortificans, et sanctorum corpora sancti Landelini Crispiniensis, sancte Gisleni Cellensis, sancti Vincentii Senogiensis[p] propriis humeris, nudis pedibus cum maxima congregacione christianorum ad villam que dicitur nunc Mons cum reliquiis sancte Waldetrudis in locis tutissimis recondidit, timens Rollonis ac Sarracenorum adventum. Strage vero christianorum in Walacria finita, Rollo regem Frisonum sic insequtus est, quod in medio regni sui conflictus horissimos habuerunt, et cede gravi exorta Frisones bis fuerunt debellati. Tamdem treugis decem annorum firmatis cum Radebouldo rege et Frisionibus, Rollo volens Godefridi predecessoris et sui ipsius et sociorum[q] iniurias vindicare, a Frisia tramite recto usque ad paludes Hanie[r], in Condato videlicet, cum suis applicuit; et castrum expugnavit, et ecclesias sancti[s] Wanulphi et cenobium sanctimonialium beate virginis Condatensis[t], quas Rignerius reparari fecerat, solo coequaverunt; totam patriam circumvicinam, ecclesias, monasteria, incolas terre ferro, igne vastare inceperunt. Sed Rignerius comes dolore cordis tactus intrinsecus et in auxilio Omnipotentis sperans multos christianos Christi et legem[u] Dei zelum habentes congregavit; et crucis vexilum portantes, omnes martirizari cupientes cum Rignerio, quem cf. 1. Mach. 3, 59. alterum Iudam Machabeum, paratum et voluntarium magis *mori quam videre mala gentis* sue *et sanctoChr. d. Norm. I III.* *rum* cernentes, Sarracenos illos viriliter iuxta Scaldi fluvium invaserunt et in primo congressu multos occiderunt; in secundo vero congressu Rignerius comes strenuissime cum bipenni quasi gigas pugnans super solum, in adiutorio sperans divino, multos trucidabat. Tamdem post ruynam multorum christianorum et utriusque partis debaccacionem Rignerius comes a Rollone captus est, ceteris christianis interfectis et[v] paucis evadentibus.

Cap. XVII. Quod comitissa Montensis Raginerum maritum suum captivum in manibus Rollonis fideliter requisivit.

Audiens comitissa, Rignerii fidelissima coniunx, maritum ab infidelibus captum, timens, ne cogeretur ad Christum abnegandum, intrepide cum societate sufficienti ad Rollonem per mediatores accessit, ib. 3. offerens sibi XII milites Danos obsides, quos Rignerius ceperat, ut pro illis duodecim ipse maritum solum reciperet. Sed Rollo noluit assentire, nisi una cum hoc valorem aut redempcionem omnium terrarum, quas possidebat, precio appreciato reciperet. Que statim Rolloni respondit: 'Placet michi, si placeat marito, quod quidquid petieritis recipiatis; malo enim esse pauper cum salute mariti, si sibi placuerit, quam cum eius captivitate divicijs et honoribus habundare aut mundum universum possidere. Et si sue placuerit voluntati, me obsidem pro se aut secum captivam vinculis innodabo'. Considerans Rollo comitisse constanciam et fervoris amorem et eius cordis mundiciam et bonitatem, sibi compaciens, corde naturaliter compunctus, quittavit redempcionis medietatem, et maritum presencialiter reddi iussit, fide prius pre-

a) c. M *des. B.* b) in Wal. (Walachria *B* 2) cum Frisonibus *B.* c) conflixerunt *B.* d) Raginerus *add. B.* e) *deest B.* f) fodero *A. B* 1. g) liberare digneris *B* 2. h) nos *add. B* 2. i) cum ea *B* 1. k) *deest B* 2. l) Anselmus *h. l. omnes codd., B* 1. 2 *saepe.* m) ecclesie *A. B* 1. n) maxima *B.* o) quod acciderat *scilicet.* p) senegiensis *B* 2. q) sonorum *A.* r) bayne *B* 1. s) s. W. *om. B.* t) *legendum* legis. u) paucis vero *B* 1.

1) Cf. Gesta episc. Camer. II, c. 42, SS. VII, p. 464.

stita, et usque Castri-locum reduci precepit[a]. Redempcione persoluta Rollo Hanoniam desolatam relinquens, Tornacum expugnavit et concremavit; et per silvas et aquas Flandriam ingressus, Gandavum, Brugis ferro igneque destructis, mare conscendit et per Nortmanniam fluvium intravit Secane et omnia usque Parisius concremavit et civitatem Parisiensem obsidione circumvallavit. Sed ab Anselmo[b] Anglorum rege mandatus iterum Angliam subiugavit et subiugatam regi Anselmo restituit, quia sibi rebellaverant[b]. Postmodum iterum Rollo per Pictaviam[c] Franciam intrans, Pictaviam[d], Andegaviam, Thuroniam, Burgondiam[e], Campaniam, Neustriam et breviter totam Franciam igne, ferro, preda destruxerunt. Tamdem Carnotensem civitatem obsidens[f], et episcopus civitatis Anselinus[f.g], qui erat eiusdem civitatis comes et episcopus, mandavit supplicando duci[h] Burgundie et Ebaldo comiti Pictavie, quatinus propter meritu virginis gloriose sibi et civitati et ecclesie suo succurrere vellent contra Rollonem; et venerunt. Tunc episcopus sacris indutus, in sinistra manu camisiam virginis gloriose portans et in dextra vexillum sancte crucis, cum hominibus armorum civitatem Carnotensem contra Rollonem exierunt et pugnantes Danos dericerunt; et Rollo fugam arripuit, et dispersi sunt omnes. Dani inter ripparium que vocatur Doure[i] et montem vocatum Vadum[i] sive Montem Vadi, et eadem nocte a Francis iterum invasi cum cautellis evaserunt[k]. Paucis postmodum elapsis diebus reconglobaverunt se et belnis crudeliores sanguine christianorum non poterant saciari; nam nullis parcebant nec hominibus nec brutis nec volatilibus nec quadrupedibus nec domibus nec arboribus, quin omnia tamquam rabidi destruerent[l]. Tamdem Karolus Simplex Francorum rex, prius congregato consilio, misit archiepiscopum Rothomagensem[m] Rolloni, quatenus a sua ferocitate desistere vellet et fidem christianorum recipere, et ipse sibi daret filiam suam Gillam et totam terram Neustrie usque ad mare, que nunc Normannia dicitur. Sed multis interpositis, finaliter concessit, et sic Rollo fidem christianorum suscepit et Neustriam repopulavit, et post baptismi suscepcionem vocatus est Robertus. Hic instituit, ut Rothomagi quandocunque[l] vellent communitatem congregare, quod nichil proclamaretur nisi tantummodo: 'Rol rol rol' Adhuc observatur; unde dicitur 'le grant hro' vel 'haro! haro!'[n]. Frater Egidius de Lessines in Revolutionibus annorum mundi: Anno quarto Karoli tercii imperatoris Normanni, duce Rollone a Sithia[m] inferiori egressi atque per occeanum vecti et sepe tam Germaniam quam Galliam more piratico littora infesta facti[n], tamdem ingressi Galliam et maximam partem occupaverunt. Karolus vero dictus Simplex, qui tunc regnabat in Francia, inito federe cum eis, sororem suam Rolloni dedit, terram que nunc dicitur Normannia concessit. Anno ab incarnacione Domini DCCCCXII. baptizatus Rollo nomen Roberti accepit.

Chr. d. Norm. III, p. 8. 10.

Ib. p. 12.

Ib. p. 13.

Ib. I. III.

Cap. XVIII.° Quod Normanni[p] fidem catholicam susceperunt, et genealogia tam Normannorum quam Blesentium.

Andreas Marsianensis libro II°, parte XX[q]: Tempore[r] Karoli regis Francorum dicti Simplicis ira Dei — — Normannorum fuit. Genuit autem — — pro eo. Et isti sunt — — Odonem. Odo — — descendencium. Idem Andreas Marsianensis: Karolus — — generavit[s] et cetera.

Andr. II, 20.

Cap. XIX. De papa' Formoso et adventu Hungarorum ad Galliam devastandam**.

Anno D. DCCCCII. Stephanus — — precipitari iussit. Quod et factum est; sed iterum repertum et sepultum est[d.o]. Eodem anno Romanus — — presidet. Arnulphus — — annis decem. Anno D. DCCCCIII. Theodorus — — fecerat. Anno eodem Hungarorum gens — — sanari potuit. Anno D. DCCCCIIII. Benedictus — — vincitur. Anno D. DCCCCV. Leo — — CXVI[us] presidet. Anno eodem Hungari — — redigunt. Anno sequenti Hungari — — redigunt.

Bl. 902-906.

Cap. XX. Quod Herbertus comes Viromandie[t] cepit Ludovicum regem Francie et incarceravit eum usque ad eius mortem***.

Anno D. DCCCCVII. Sergius — — vise sunt. Anno D. DCCCCIX. Hungaris — — vincitur. Anno D. DCCCCXI. Hungari — — vastant. Anno sequenti Ludovicus — — denariorum. Anno D. DCCCCXIII. Gerardus, qui postea restauravit[u] abbaciam sancti Gisleni in Cella[10], primo edificavit cenobium Broniense[v.11]

Bl. 907-912.

*) *B add.*: Raginerus autem suam deliberationem sic et patrie sue procuravit, ut maiorem partem nobilium, ecclesiasticos viros et ecclesias eorundem necnon et populum communem et eorum successores perpetue servituti subiecerit[v.12].

**) et multis eventibus illius temporis *add. B* 1.

***) et de eventibus illius temporis *add. B.*

a) anselino *h. l. A.* b) rebellaverat *B* 2. c) Secanam *emendandum videtur.* d) *decst B* 1. e) burgundiam *B.* f) anselmus *B* 2. g) eius *B* 2. h) dore *B* 1. i) Vaudū *B* 1. k) inuaserunt *B* 1. l) quicūque *B* 2. m) sichia? *A. B* 1. n) *locus corruptus*; Germanie q. Gallie . . . infestantes *emendandum videtur.* o) XVI. *B* 2, *et sic porro numerata sunt capitula.* p) *corr. e* Nirniani *A.* q) p. XX. *om. B* 1. r) Form. papa *B.* s) *decst B.* t) reparauit *B* 2. u) broinense *B* 1. v) subiecit *B* 2.

1) Cf. 'Cartul. de Saint-Père de Chartres' ed. Guérard, Paris 1840, I, p. 5. 2) Walfelmus sive Anselmus sedit c. 898—911. 3) Richardo Justiciario. 4) Cf. 'Cartul. de St.-Père' l. l. p. 6. 5) Franconem. 6) De hac exclamatione cf. Ducange-Henschel s. v. *haro.* 7) Ed. Beauchamps p. 755 sq. 8) Cf. supra c. 14. 9) Cf. Sigeb. a. 907. 10) A. 931. Cf. Ann. Bland., SS. V, p. 24. 11) Brogne sive Saint-Gérard prope Namur. Cf. Ann. Bland. 913. l. l. 12) Cf. infra c. 31.

Sig.914.916. Hasbanii in episcopatu Leodiensi[1]. Anno D. DCCCCXIIII. contra Conrardum — — regis ibi mansit. Anno D.
Cont. Aim. DCCCCXV. Karolus — — Lotharingie recepit[a]. Ex cronicis Sancti Dionisii Parisiensis: Iste[b] Karolus, qui dictus est Simplex, filius Ludovici Balbi, regnavit post Odonem annis XXXIX[b]. Quem Robertus, frater Odonis regis, eo quod pars regiminis, quem[c] frater suus rex Odo tenuerat, sibi ut[d] redderetur, tirannidem invasit palam et se regem coronari fecit. Sed infra annum apud Suessionem ipse Robertus a ducibus Karoli Simplicis interfectus est in bello. Karolus vero cum paucis a bello rediens captus est a Herberto comite Viromandie[e] et in carcere apud Peronam[e'] truso. Huius Herberti sororem habuerat Robertus uxorem, de qua natus est Hugo Magnus comes Parisiensis, pater Hugonis Capet. Karolus tamdem Simplex in custodia et carcere positus Radulphum, filium Richardi ducis Burgundie, quem ipse de sacro[f] fonte susceperat, in regem Francorum inungi fecit, et duobus annis[g] regnavit. Sepultus vero quiescit dictus Radulphus rex Senonis in ecclesia sancte Columbe virginis. Karolus Simplex tamdem in carcere mortuus est[h]; sepultus quiescit apud
Sig.917.918. Peronam in ecclesia sancti Furseii[i], relinquens filium Ludovicum. Anno D. DCCCCXVII. Anastasius — — pre-
A. Ein. min. 919. sident. Anno D. DCCCCXVII. Romanus — — quereuto. Anno D. DCCCCXVIII. Balduinus comes Flandrie obiit.

Cap. XXI. Quod aliqui reges Francorum ecclesiam[k] Maricolarum[l] dotaverunt in[k] comitatu Hainauci.

Actor[1]: Hic consequenter inscribuntur carte ostendentes, qualiter[m] Karolus rex et alii Francorum reges ad comitum aliquorum supplicationes[n] ecclesiam seu abbaciam de Maricolis[b] suis possessionibus, terris, aquis, pratis, nemoribus et previlegiis et aliis proventibus solemniter dotaverunt et suis litteris et annulis munierunt, prout patet ex immediate sequentibus. *In[o] nomine sancte et individue Trinitatis. Karolus Dei gracia rex. Omnium sancte Dei ecclesie fidelium — — aquarumque decursibus et universis legitimis terminacionibus[7] et mancipiis utriusque sexus desuper commanentibus vel ad eas aspicientibus totum integro[8] sepedictis fratribus — — anuli nostri impressione assignari iussimus. Ego Inghelrandus[9] postulavi domni[o] Karoli regis [clemenciam[p]], quod carta ista firma fuisset, et fecit, sicut petivi. Ego Karolus rex Francorum volo, ut omnes vos sciatis, quod ego manu propria hoc previlegium Deo et sancto Humberto [roboravi[p]] et adiudicaciones et potestates et per omnia districtum in circuitu Maricolas leucas duas usque ad Sanctum Salvium et usque ad Lancium pontellum et usque ad villam Fayt[10], deinde usque ad Montiniacum et exinde usque ad Landreiaco[11] et in circuitu usque ad Saxiniaco[12], et de omni re, quodcumque pertinet ad districtum,*
921 Ian. 5. *media pars sit abbatum et media pars fiat fratrum. Signum Karoli gloriosissimi regis. Datum IX. Idus Ianuarii, anno ab incarnacione Domini DCCCCXXI, indictione IX, palatio Lugduno.*

Cap. XXII. Copia carte[q] privilegiorum aliquorum abbassie Maricolensis.

Christi preeunte et auxiliante clemencia. Karolus rex cunctis sancte ecclesie suive imperii fidelibus salutifere pacis optate stabilitatem. Notificare volumus — — nisi iam dictis fratribus. Si quis vero superbo conatu nostrum regale decretum floccipendendum[r] putaverit, nos, qui episcopos statuimus, episcopalem in hoc tempore malo assumemus auctoritatem. Omnis ergo nobilis sive innobilis, qui[s] nostram benignitatem in sanctorum locis intentam vilipendere temptaverit, hoc pium statutum evertere, exterus[t] et alienus permaneat a christianorum societate eternaque careat requie, sociandus iure infernalibus penis cum diabolo. Et ut hoc verius credatur preceptum, anulo nostre auctoritatis subter iussimus sigillari ac nomine proprio
921 Ian. 6. *roborari. Data VIII. Ydus Ianuarii, anno ab incarnacione dominica[u] DCCCCXXI, indictionis VIII[v], palacio Lugduno*[13].

a) cepit *B* 2. b) XXVII *Cont. Aim.* c) *sic codd.*; quam *Cont. Aim.* d) *sic codd.*; non *Cont. Aim.* e) vermandie *B* 2. e') peronem *B* 1. f) fonte sacro *B.* g) fursei *B* 2. h) abbatiam *B.* i) solemniter *add. B.* k) in com. H. *om. B.* l) *deest B* 2. m) quomodo *B* 1. n) supplicantes *codd.* o) domno Karolo regi *B* 2. p) *supplevi; in sequenti sententia verbum quoddam ut concessi supplendum videtur.* q) bulle *B.* r) flectipend. *B.* s) *deest B.* t) exteris *codd.*; extorris *Fortia.* u) dominice *A. B* 2. v) indictione nona *Mir.*

1) Iac. haec ex Ann. S. Gisleni, in quibus Ann. Blandienses exscripti erant, sumpsisse videtur. 2) Ex Cont. Aimoini (Freher, Corpus Francicae hist. p. 567 sq.) haec descripta sunt etiam in Hist. S. Dion., SS. IX, p. 402. Sed ad Cont. Aim. paucae lectiones huius loci propius accedunt. Iac. quidem non ipsum Continuatorem Aimoini exscripsit, sed posterius chronicon, cuius ille fons praecipuus fuerat, nescio an Hist. Franc. a. 1214, de qua vide SS. XXVI, p. 394 sq. 3) Error; Rodulfus regnavit a. 924—936; *XIII annis* Cont. Aim. et Hist. S. Dion. 4) A. 929. 5) Maroilles (dép. Nord, cant. de Landrecies). 6) Hoc diploma editum est in Miraei Opp. dipl. I, p. 36. et 'Recueil des hist. des Gaules' IX, p. 550, ubi locus ab: *Ego Inghelradus* — — *fiat fratrum* deest. 7) Verba *et universis — terminacionibus* in editis desunt. 8) Verba *desuper — integro* in editis desunt. 9) Comes, qui abbatiae inopiam patienti donationem fecerat. 10) Grand-Fayt vel Petit-Fayt (arr. d'Avesnes). 11) Landrecies (arr. d'Avesnes). 12) Sassegnies ad Sambre fl. 13) Editum in Miraei Opp. dipl. I, p. 36. et 'Recueil des hist. des Gaules' IX, p. 551, ubi verba *Si quis — roborari* desunt.

Cap. XXIII. Item alia carta[a] eiusdem abbatie.

Rege regum ac Domino dominancium disponente et[b] ordinante ac[c] auxiliante. Ludovicus rex Francorum omnibus sancte ecclesie suique imperii fidelibus. Notum fore volumus instantis evi et futuri Deo nobisque devotis fidelibus nostre celsitudinis expetisse presenciam nobis carissimum comitem Arnulphum ac suggessisse, quod[d] nostra pietate concederemus sancto Humberto confessori aliquam villam famulis predicti sancti congruam. Prefati igitur nobis dilectissimi comitis Arnulphi prece[e] et utili ortatu compulsi magisque animo commoti, agnoscentes[f] profuturum nobis esse ac omni regno, si de rebus nostris loca sanctorum honoraremus, idcirco tradimus[g] ad monasterium quod dicitur Maricolas, quod est constructum in sancte Dei genitricis Marie et[h] apostolorum Petri et Pauli nomine atque honore, ubi eciam iam dictus Domini confessor Humbertus quiescit corpore, in pago Haynoniensi super fluvio Sambra villulam nomine Sassigniacas[i.k], mansos XXII habentem, cum ecclesiâ, edificiis, culturis, pratis, silvis et mancipiis et omnibus ibi aspicientibus, sub testimonio fidelium nostrorum loco supradicto transfirmamus[l] atque perpetualiter habenda regali auctoritate concedimus. Ne ergo nostri aliquis successor alicuius malivoli susurracione corruptus, quia, ut scriptum est[m], 'corrumpunt colloquia mala mores[l] bonos'...', iussimus[m] nostre benignitatis dignum opus litteris mandari, ne quis tirannus vel abbas[n] predicti cenobii unquam audeat auferre fratribus illic servientibus res sibi prelibatas, sed in eorum potestate perpetuo et servicio absque ullius[o] murmurio[p]. Et ut hec nostre largicionis carta maiorem ac firmiorem per diuturna tempora obtineat stabilitatem, nomine eam proprio[q] decrevimus firmari et ut decretum regale anulo nostre auctoritatis sigillari. Actum Aquisgrani palacii regalis, anno V. imperii Ludovici piissimi augusti[r], indictione XIII, Kal. Madii data.

1.Cor.15,33.

Cap. XXIIII. De fundatione abbatie Gemblacensis et quibusdam aliis[s] eventibus illius temporis.

Anno D. DCCCCXIX. Iohannes — — annis XVIII[t]. Anno D. DCCCCXX. Henricus — — Karolo. Anno D. DCCCCXXI. clarebat — — accinxit. Anno vero sequenti Hungaris — — inclusum. Anno vero sequenti reges — — confirmantibus. Anno D. DCCCCXXIIII. rex Henricus Germanie — — perempti. Anno D. DCCCCXXVI. Karolus — — duobus. Sig.919-926.

Cap. XXV. Quod Ratherus[u] monachus ecclesie[v] Lobiensis episcopus Verone consecratur[w], et de multis que illis temporibus evenerunt[x].

Anno D. DCCCCXXVII. post mortem — — regis Anglorum. Anno D. DCCCCXXVIII. Ludovicus, filius Karoli — — annis XXVII. Eodem anno Ratherius[y] — — ordinato. Anno vero sequenti lanceam — — reliquit. Anno D. DCCCCXXX. Iohannes papa — — papam presidisse. Anno D. DCCCCXXXI. Henricus — — facit. Anno vero sequenti Arnoldus — — vincitur. Anno D. DCCCCXXXIII. Stephanus — — presidet. Eodem anno Arnulphus comes acquisivit Attribatum castrum. Anno sequenti Hungari — — exsolvitur. Actor: Hoc anno, sicut dicunt Annales Sancti Gilleni[z] in Cella, Gerardus abbas primo cepit regere abbaciam sancti Gilleni[z] in Cella[z]. ib. 927-933. A. Fin. min. 932. Sig. 934. A. Bland. 931.

Cap. XXVI. De restauratione abbatie[a] Cellensis per Gerardum[b] abbatem, id Gilleberto[c] duce procurante.

De[*] ecclesia Cellensi hic pauca, que in legenda sancti Gisleni reperi, intricate[d] notavi, ut cum deliberacione suis locis rescribam. Notæ, quod Ghillebertus dux Francie, id est Lotharingie, tenens vices Henrici regis Francorum, et Hegbertus[4] Vermandensis comes, cooperante Stephano[5] episcopo Cameracensi, repositi fuerunt monachi sancti Benedicti in Cella sancti Ghisleni[e] et restituta beneficia, que ab antiquo dicta ecclesia possederat, eiectis foras canonicis et clericis vitam minus commendabilem deducentes[f]. Non multo post tempore beatus Ghislenus[g] in somnis apparuit dicto cf. Balo. Mir. S. Gisl. c. 9. 10. ib. c. 10.

*) De — nota quod *des. B, ubi hoc caput incipit:* Hiis temporibus Gillebertus *etc.*

a) quarta *A*; bulla *B*. b) *deest B* 2. c) et *B* 2. d) quo *codd.* e) pro *codd.*; prece *propos. Fortia.* f) ignoscentes *B* 2. g) tradenus *A*. h) *γ codd.* i) saginacas *B* 1. k) *sic codd.*; confirmamus *emendandum.* l) bonos mores *B* 1. l') *hic quaedam omissa esse patet.* m) iusimus *A. B* 1. n) abbates *codd.* o) ullos *A*; ullo *B* 1. p) permaneant *supplendum.* q) propria *A. B* 1. r) auguste *A. B* 1. s) *deest B.* t) XVII *Sigeb.* u) racherius *B* 1. v) abbassie *B* 1; *deest B* 2. w) prefecitur *B.* x) acciderunt *B* 1. y) Racherius *codd.?* z) gisleni *B* 2. a) ecclesie *B* 2. b) girardum *B* 2. c) duce Gilberto cooperante *B.* d) intricate *A, quae vox ignota est.* e) gislen. *B.* f) *sic codd.*

1) Privilegium hoc spurium ed. Miraeus, Opp. dipl. I, p. 246. ex Iacobo de Guisia; cf. Sickel, Acta Karol. II, p. 420. 2) Sassegnies ad Sambre fl. (arr. d'Avesnes). Cf. 'Statistique archéol. du département du Nord' (1867) II, p. 735. 3) V. 'Archiv' IX, p. 356. 4) Nomen huius Hegberti auctor in Raineri Miracul. S. Gisl. c. 3 sq. invenit, ubi *Hecbertus, Echertus* et S. Gisleni *optimus vicinus* vocatur. Videtur comes Melbodiensis vel Valentianensis fuisse.

Rain. Mir. c. 10. duci Gilleberto ammonendo, quatinus daret sibi et ecclesie suo scutum unum, cuius protectione muniretur habitaculum suum. Duci respondenti, quem habere scutum optaret, respondit Ghillenus, quod Gerardum abbatem[1] vellet, qui probabilis vite habebatur. Tunc dux curam gerens huius rei, conventum principum statuit apud Dinantum, inter quos Gerardus abbas affuit ad quem — — placitis. Est quedam abbatia — — potuit amplificare. Dicit alia
V. Ger. c. 16. historia, quod dux Gilbertus[2] misit ad dictum Gerardum abbatem Tietdonem[3] episcopum Cameracensem et Raginerum[3] comitem Hanoniensem, quatinus onus repparande ecclesie Cellensis vellet assumere. Sed utrum hec secunda historia consonet racioni, iudicet diligens lector. Evoluto sane
Rain. Mir. c. 11 — — in tantum desevit, donec vorax illius ardoris incendium absorberet omnia usque ad cripte[b] sceptum, ubi reposita erant pignera[c] sacrorum cinerum. Sed cum ad id loci fuisset perventum, divino nutu cedit omnis estus incendii cum crepitancium[d] turbine flammarum pedetentim secedens retrorsum imitando retrogradi caneri incessum, que res magis letificare visa est corda fratrum ceterorumque fidelium, quam paulo ante conturbare[e] flagrans incendium.

Cap. XXVII. Quod Hungari, quidquid erat reparatum[f] in Hanonia, post Normannos ipsam[g] solo coequarunt, et de[h] aliquibus[i] eventibus illius temporis.

Sig. 935-938. Anno D. DCCCCXXXV. Iohannes — — CXXIII. presidet. Rex Henricus — — facit. Anno D. DCCCCXXXVI. Leo — — moritur. Anno D. DCCCCXXXVII. Henricus — — Ademarus. Anno D. DCCCCXXXVIII. contra Ottonem — — redeunt. Ab[*] istis siquidem Hungaris quidquid fuerat in Austrasia reparatum post Danos fuit ultimata
ib. 938. 939. prostratione[k] deletum. Eodem anno princeps Boemie Guencezlaus[l] — — annos protracta est. Anno sequenti Otto imperator, interim — — unum filium Arnoldi. Item anno eodem rex Otto construit — — virginum
cf. V. Auth. civitas dicitur. Hic[t] Otto Cameraci veniens corpus vel saltim partem corporis sancti Gaugerici episcopi devocius postulavit, ut in dicta civitate Magataburch ecclesiam cathedralem in honorem sancti Gaugerici
Sig. 940. 941. A. Bland. 941. construeret, ut meritis et precibus dicti confessoris eius imperium tueretur. Anno D. DCCCCXL. Otto — — Caprimontem venit. Anno D. DCCCCXLI. Ludovicus — — Gisleberti. Hoc anno abbas Gerardus Cellensis honorifice susceptus est ab Arnulpho comite in Blandinio. Actor: Que nunc vocatur abbassia sancti Petri[m]
Sig. 942. 943. Gandensis. Anno D. DCCCCXLII. Marinus — — CXXV. presidet Gilbertus[3] et Everardus[n. 4], de quibus immediate loquitur est, cum Henrico — — vulnerato. Anno vero sequenti rex Otto — — interritus manet.

Cap. XXVIII. Quod[**] Bruno, frater Othonis imperatoris, efficitur archiepiscopus Coloniensis, et de aliquibus eventibus illius temporis.

ib. 944-953. Anno D. DCCCCXLIIII. Otto — — succedit. Sed anno sequenti Otto — — Karolo rege. Anno D. DCCCCXLVI. Agapitus — — occidit. Anno sequenti dux Baiocarie Henricus — — rediit. Anno vero eodem Ludovicus — — moritur. Anno D. DCCCCXLIX. rex Otto — — rediit. Anno D. DCCCCL. rege Ottone — — ei dedit. Anno sequenti rex Otto — — designat, et anno consequenter immediate sequenti Liedulfus — — obsidet. Anno D. DCCCCLIII. Colonensium archiepiscopatum — — sancti Petri. Hoc anno bellum fuit — — Haginonencium comitem[***].

Cap. XXIX. Copia carte[o], qualiter rex Francorum dotavit abbassiam sancti Dyonisii [in[p] Francia] in villa Valencenensi.

Actor[q]: Nota hic consequenter, qualiter rex Francorum Lotharius dotavit ecclesiam sancti Dionisii de[r] Francia in villa Valencenensi, prout apparet in carta[s. 7]: *In nomine sancte et individue Trinitatis. Lotharius Dei clemencia rex Francorum. Non dubitamus nos vera fidei religione plenius informati, quoniam perhempniter assequi debeamus eternam[t] remissionem peccatorum nostrorum per dona, que exhibemus sanctis locis constructis in sanctorum martirum ac confessorum honore, et quoniam per merita eorumdem ac[u] sanctorum religiosorum oracionibus absolucionem consequi mereamur eternam. Ad noticiam certam omnibus sacrosancte matris ecclesie fidelibus presentibus et futuris deveniat, quod Wermundus noster fidelis servus, nostre celsitudinis ministrator, et Deodatus monachus, superior custos*

*) Balduinus: Ab istis Hungaris quidquid fuerat residui in Hanonia aut reparatum post Normannos et Danos fuit ultima prostratione deletum *B* 2; Ab — deletum *om. B* 1.

**) Quod Bruno, frater Ottonis, archiepiscopus Coloniensis efficitur, et de multorum imperatorum, regum atque ducum eventibus illius temporis *B*.

***) in quo fugam pecit Conrardus *add. B*.

a) gillebertus *B* 2. b) corpte *A*. *B* 2 ? c) pignora *B* 1. d) concripitancium *A*; cum cripitancium *B* 1. e) t *post add. corr.* conturbaret *A*. f) reparatum *cp A*; in Han. rep. *B*. g) ipsi *B*. h) *deest A*. i) multis *B*. k) prostrusione *A*. l) guencelaus *B* 2. m) *deest B* 1. n) eurardus *B* 2. o) bulle *B*. p) in Fr. *des. A*. q) *deest B* 2. r) in *B* 1. s) que sequitur *add. B*. t) retributionem et *add. B* 2. u) eor. sanct. ac *emendandum videtur*.

1) Broniensem. 2) Quod falsum est, quia Tiedo non ante a. 972. in sedem episcopalem ascendit. 3) II, ut videtur. 4) Sequentia sumpta sunt ex Vitae Autberti parte extrema, quam edidi 'N. Archiv' XV, p. 470 sqq. 5) Dux Lotharingiae. 6) Dux Francorum. 7) Edita quidem est a Miraeo, Opp. dipl. I, p. 247. et D. Bouquet, SS. R. Gall. VIII, p. 407, sed lac. eam retractatam et in aliam formam redactam exhibet.

ecclesie sancti Dionisii, in qua idem martir gloriosus requiescit, de qua ecclesia Ludovicus, noster proximus amicus, pater et gubernator, supplicaverunt humiliter altitudinem nostram, quatenus dare vellemus dicte ecclesie aliquid proprietatis perpetue pro luminaribus et cereis eiusdem sepe dicte ecclesie, et quod dona confirmaremus auctoritate nostre dominacionis et potestate[a], prout alias consuevimus. Et nos consencientes sanctis precibus eorumdem mandavimus litteras de nostra regali dignitate fieri continentes: et primo mansum unum de bonis nostris, quos[b] habemus in Valencenis, quem Valentinus nomine fiscalinus[c] tenet, ipsum, uxorem eius, filios et filias ipsorum servicio nostro deputatos. Qui quidem mansus situatur in patria Fani-Martis supra fluvium qui Scaldus vocitatur. Ipsum igitur Valentinum, uxorem eius atque liberos eorumdem donamus dicto martiri Dionisio et honorabili loco, ubi dictus martir sepelitur. Et hunc[b] donum confirmamus ob reverenciam Dei et sepe dicti martiris Dionisii et salutem anime nostre in perpetuas eternitates. Et illa donaria aufferri volumus de iure nostro et dominacione[d] nostra et transferri volumus in potestate dicti loci pro luminari et cera[e] eiusdem ecclesie; et faciant de dictis donariis proprias voluntates et de servis et ancillis sic, quod imperpetuum vexari non valeant a quibuscumque de superius[f] legatis. Item theloneum et rivagium[g] dicti mansi concedimus dicte ecclesie tali pacto, quod dictus mansus et omnes in dicto loco commorantes insimul congregati ad Deo serviendum eorum dominacione quieti et liberi sint perpetuo ab omni theloneo et imposicione. Et ut ista donacio et concessio robur habeat sempiternum, nos confirmavimus et presencia scripta manu propria conscripsimus mandavimusque eadem nostro anulo proprio nobilitari et insigniri. Datum die septima ante[h] diem primam Februarii, anno quinto nostre coronacionis, misericordia Iesu Christi precunte, indictione VIII. Acta fuerunt hec in Valenchenis in palacio nostro regali feliciter. Quod concedat Deus! 860. Ian. 26.

Cap. XXX. De Lothario rege Francorum atque Lotharingie et de aliquibus[i] eventibus illius temporis.

Actor[k]: Et quia in predicta carta non ponitur Christi incarnacio, fit controversia inter multos, quis Lotharius inter reges Francorum extiterit ille, cum a tempore[l] Dagoberti regis Francorum, ecclesie sancti Dionisii primi fundatoris, in Francia tres Lotharii reges reperiantur. Aliqui[m] dicunt hunc Lotharium fuisse filium Ludovici[n] regis, filii dicti Dagoberti, cuius Lotharii[i] Dagobertus extitit avus. Alii vero[i] dicunt hunc Lotharium fuisse filium secundi Dagoberti[2], filii Cilperici, filii Theoderici primi, temporibus Karoli Martelli. Sed revera secure consideranti historias non fuerunt illi, sed fuit Lotharius, filius Ludovici tertii, filii Karoli Simplicis; quod probo multis racionibus. Prima racio est, quia in dicta carta habetur, quod ipsa fuit data anno V. sue coronacionis; et certum est historias regum Francie perlegenti, quod Lotharius, filius Ludovici, non vixit a sue coronacionis tempore[o] nisi quatuor annis[3]. Item[p] secundus Lotharius[4], filius secundi Dagoberti, filii Childeberti, non regnavit in Francia nisi tantummodo duobus annis, prout clare patet in dictis Francorum historiis. Sed Lotharius tercius post Dagobertum primum, qui fuit filius Ludovici tercii, filii Karoli Simplicis, vixit post eius coronacionem in regno XXXI annis[5]; unde post eius coronacionem anno V. scripsit cartam superius positam. Item vere et distincte speculanti dictas historias duo primi Lotharii hic allegati non fuerunt Lotharii nominati, sed Clotarii; iste autem vere Lotharius extitit nominatus. Et preterea duo predicti reges in regno Lotharingie nullam penitus habuerunt dominacionem et per consequens in Valencenis nichil poterant dare. Sed Lotharius tercius in regno Lotharingie et per consequens in Valencenis brachium sue potentie perextendens annis pluribus in eisdem dominabatur; quo tempore donacionem et cartam pretaxatam videtur prebuisse[6]. Quod

a) potestatis *B* 2. b) *sic codd.* c) fiscali⁹ *A. B* 1; fiscali *B* 2. d) donacione (donatione) *codd.* e) cerea *A.* f) supernis *codd.* g) rignagium *B* 1. h) autem *A.* i) multis aliis *B.* k) *bis scr. B* 1; *deest B* 2. l) D. r. Fr. temp. *B* 1. m) Alii *B* 2. n) regis Lud. *B* 1. o) tempora *B* 2. p) Iste *B* 2.

1) Chlotharius III. intelligitur (a. 651—670). 2) Dagobertus III, quem noster in animo habuisse videtur, unicum filium, Theodericum nomine, reliquit. 3) Falsum; sed 4 annos habuit, cum regnare coepisset, id quod Iacobus de Guisia male interpretatus esse videtur. 4) Scil. Chlotharius IV, qui inde ab a. 716—719. regnavit; hic autem non filius, sed frater Dagoberti fuisse dicitur. 5) A. 955.—986. 6) Duos Lotharios in Lotharingia ipsa regnavisse auctor oblitus esse videtur. Recte iam Miraeus, Opp. dipl. I, p. 247. et SS. rer. Gall. VIII, p. 407. chartam Lotharii II. attributam in a. 860. collocaverunt.

autem in dicto regno Lotharingie dominacionem habuerit, patet ex historiis sancti Dionisii[1], in quibus sic habetur: Anno Domini DCCCCLV. Ludovico Francorum rege mortuo, Lotharius, filius eius ex Geberga, sorore imperatoris[2], regnavit XXX et uno[a] annis; Karolus vero, frater eius,

Cont. Aim. factus est pro tempore dux Lotharingie, et Otto, filius Hugonis Magni, ducatum Burgundie suscepit, mortuo Gilberto duce, cuius filiam Otto habebat uxorem. Secundo anno post hoc obiit Hugo Magnus et sepultus est in ecclesia sancti Dionisii. Cui successerunt filii tres, quos suscepit ex Agnide, sorore[2] primi Ottonis imperatoris. Deinde non post multos dies Lotharius rex, filius Ludovici, congregato exercitu revocavit ad se Lotharingiam et pervenit usque Aquisgrani et cum preda[b] magna reversus est in Franciam. Post hoc autem Otho imperator congregato exercitu depredando usque Parisius venit et suburbium civitatis incendit. Convocatis igitur Hugone duce Francorum et comite Parisiensi et Henrico duce Burgundionum, Lotharius rex irruens in eos, 954-956 prosecutus[c] est tribus diebus et tribus noctibus, interfectis ex hostibus maxima[d] multitudine. Eodem anno[e] facta est pax inter Lotharium regem et Ottonem imperatorem contra voluntatem Hugonis comitis et Henrici, fratris sui. Dedit autem tunc Lotharius rex Ottoni imperatori Lotharingiam in beneficio; et post hoc obiit Lotharius rex Francorum et sepultus est Remis in ecclesia sancti Remigii et cetera[f]. Anno D. DCCCCLIIII. Ratherius[g], quondam Lobiensis monachus — — archiepiscopum Coloniensem ordinatur. Eodem anno[e] rex Otho — — Papiam accepit. Liethulpho ac — — impugne redeunt. Anno videlicet DCCCCLV. Berengarius — — committit. Anno sequenti Liethulphus — Ytalia moritur. Henricus eciam — — succedit. Anno D. DCCCCLVII. Bruno — — baptizari fecit. Ratherio[g] — — substituitur. Conradus dux penitens ad Ottonem refugit, sed post dies paucos in bello perimitur. Sigibertus: Anno D. DCCCCLIX. Iohannes — — CXXVIII.[h] presidet. Anno eodem Bruno — — dampnavit, pro eo quod mortuo Gilleberto[i] — — confugerunt. Obiit eodem anno — — sanctus Gerardus, fundator ecclesie Brayensis, reparator et abbas cenobii sancti Gisleni Cellensis.

Cap. XXXI. De crudelitate Ragineri comitis Montensis, et qualiter accusatus fuit imperatori Othoni.

Actor[k]: Ex Gestis[l] Brunonis sancte ecclesie Coloniensis archiepiscopi, que[m] Rogerus descripsit[3], et ex historiis in vulgari, quas Almericus compilavit, que sequuntur diligenter excerpsi[n]. Post debacchationem Hunorum, Wandalorum, Ostrogotorum et Alanorum, post denique evagacionem Danorum atque Normannorum Gallia inferior adeo fuit humano destituta penitus auxilio, ut omnino perdita atque irrecuperabilis videretur; nam vidais et orphanis, pauperibus et mendicis repleta, nobilibus, burgensibus, mercatoribus et laboratoribus, ecclesiis, monarchis et sacerdotibus orbata quasi vasta solitudo videbatur. In patria vero Hanoniensi post huiusmodi dilapidationem succrevit alia tempestas. Nam Ragnerus Montensis comes propter guerras particulares, quas contra Conradum[4] et alios plures gesserat, et propter expensas, quas contra Danos et Normannos sustinuerat, novas et graves in Hanonia imposuit exactiones in tantum, ut ecclesias spoliaret, villas depredaret[o], et in servitutem extremam subditos proprios redigere volens, totam patriam generaliter contra se commovit. Nam et licet bella domini nostri Iesu Christi contra fidei adversarios feliciter ac potenter gessisset[7], in quibus expensas graves exposuerat, et maxime racione sue redempcionis ac patrie, racione cuius multos sibi subditos in servitutem reduxerat perpetuam, tamen particularia bella contra Conradum gesta, quem[p] ter in campali bello devicerat, et contra Henricum ducem et contra fratrem[q] Othonis imperatoris et contra comitem Flandrie[r] et contra comitem Lovanii[s] aliosque plures Germanos et Lotharingos, contra quos omnes semper campum obtinuerat, sibi materiam ministrarunt contra suos subditos exercende rapacitatis[t] ad suos stipendiarios persolvendos studium[u]. . . . Nam omnium ecclesiarum vastatarum per Hunos et deinde per Normanos terras, proventus et possessiones sibi applicans, loca in ruynas iacere permittebat; terras, hereditates nobilium atque innobilium, quorum vel quarum possessores a Hunis primo et deinde a Normannis interfecti fuerant, omnes sibi confiscari satagebat; agricolas, burgenses, clericos et laycos omnes in servitutem, omni seclusa libertate, redigere conabatur. Et in tantum sue crudelitatis brachium in sibi subditos extendebat, ut cogerentur quam plures eorum ad imperatorem recurrere, ecclesie ex una parte, nobiles ex altera, et ex tertia parte ville, castra et oppida, burgi et ignobiles multi, querimonias querimoniis incolcando; pauperes vero ad celum clamitabant[v]. Audiens imperator Otho que adversus Raginerum proponebantur et iterum atque iterum replicabantur, gravisus concilium apud Magonciam palatinorum suorum congregans super propositis contra Raginerum, decreverunt ad presenciam imperatoris peremptorie citandum. Qui cum citatus extitisset[w], venit illuc [ire[x]], causas allegans racionabiles, sed mittens quendam mili-

a) unum *B* 1. — b) predia *A. B* 1. — c) persequutus *B* 2. — d) *da B*; maximam *Cont. Aim.*; magna *A.* — e) Anno eodem *B* 1. — f) etc. *deest B* 2. — g) Racher. *codd.?* — h) CXXXIIIIus *Sigeb.* — i) gilberto *B* 2. — k) *hs scr. B* 1; *deest B* 2. — l) *recentiore manu in loco raso A.* — m) q̃ (quam) *A.* — n) exscripsi *B* 1. — o) depredaretur *B* 2, pr quam *B* 2. — p) q; applicauit *add. B perperam, sequitur locus vacuus A.* — r) clamabant *B* 2. — s) fuisset *B* 2. — t) *deest A.*

1) De hoc fonte vide supra p. 57. — 2) Ottonis I. — 3) Ex altero fonte in praecedentibus exscripto correctus est error Continuatoris Aimoini Frecher. Corpus Franc. hist. p. 540, ex Hist. Senon., SS. IX, p. 366.: *Agnide* pro *Hadewige*. — 4) Error; duobus annis post, a. 980. — 5) Cf. praef. p. 62. — 6) Cf. Dümmler, 'Otto der Grosse' p. 189, n. 2. p. 218. — 7) Raginerus I. et Raginerus II. confunduntur. — 8) Brunonem archiepiscopum. — 9) Arnulfum I. — 10) Non exstitit eo tempore. — 11) Cf. Folcuini Gesta abb. Lobb. c. 26, SS. IV, p. 69: *Raginerus tyrannidem multiplicat, pauperes premit et res ecclesiarum non Dei, sed suas facit.* Vita Gerardi Brun. c. 19: *qui, quia tyrannice suis importunabatur comprovincialibus et noluit resipiscere, semel et secundo communitus* etc.

tem, qui racionibus contra eum allegatis responderet, et ipse in castro suo apud Montes remansit totus antiquatus*)[a].

Cap. XXXII. De excusationibus Ragineri et de eius condempnatione et eiusdem[b] exilio.

Cum igitur ab imperatoris[c] promotore proponerentur militi ex parte Hanoniensium[d] ecclesiarum et patrie exacciones et consimilia, que allegaverant, respondit miles, et primo: 'Illa', inquit, 'que ecclesie[e] Hanonienses contra dominum meum allegant, concludere[f] contra eum minime debent, quia in ecclesiis aut monasteriis non reperiuntur monachi aut alii Deo servientes; et si aliqui, pauci tamen et sine meritis sufficientibus. Expediencius igitur videtur, quod princeps in suis necessitatibus habens patriam deffendere huius emolumenta suscipiat, quam episcopi aut alii extranei, qui patrie inimicantur et domino, illa recipiant et extra patriam exportent et consumant ad detrimentum domini mei ac sue locius patrie Hanoniensis; quod et pluribus annis iam expertum est, quod ex propriis bonis patrie ipsa patria gravabatur. Et preterea raciones nobilium allegate contra dominum meum nichil valent, quia non est equum subditos usque ad nauseam habundare, domino proprio esuriente; denique cum dominus eorum naturalis Raginerus auxiliis eorum indigeret, ipso in remotis agente, plures eorum omnino consorcium eius refutantes, allegando infra imperii metas extra propriam patriam sibi non debere suffragari, et ad eius mandatum venire contempserunt. Et tamdem tercio innobiles et communes frustra contra dominum proprium raciones allegant; nam alias, cum dominus meus Rainerus[g] a captivitate Normannorum esset redimendus, quotquot sunt nunc et erant tunc in tota terra sua, se et sua, pro perpetuo suos proprios obligando successores sicut servos, non habentes aliunde sibi succurrere, et tamquam perpetuos servos se sibi concorditer presentaverunt; quorum presentacionem dominus gratanter suscipiens, si utatur eis tamquam servis, racionem conquerendi non habent'. Cum igitur hec et similia protulisset miles, tamdem decrevit imperator cum toto suo consilio palatinorum et aliorum, ut dominus Bruno, qui tunc erat a latere summi pontificis legatus in toto imperio Romano ut devotissimus et excellentissime vite, sancte ecclesie Coloniensis archiepiscopus et frater imperatoris vicariusque eiusdem[h] imperatoris precipuus, ad partes Gallie inferioris et precipue ad comitatum Montensem et partes vicinas ad inquirendum, puniendum, reformandum, reparandum, reedificandum, evellendum[i] et plantandum mitteretur; quod et factum est[k]. Unde post pauca tempora ad imperiale oppidum Valenciannense[l] tamdem devenit. Qui illuc officiorum suorum auctoritate Raginerum comitem Montensem, ut in suis audiretur causis, peremptorie citans et omnia diligenter examinans, finaliter ipsum cepit ac perpetuo exiliavit[m], bona sua cuncta ad fiscum publicans, proprios filios suos eciam a patria exulavit[n], imperatore[o] ac comitibus Flandrie ac Lovanii huius facta procurantibus et presentibus patriam recommendans. Qui concorditer Garnero ac Rainaldo nobilibus vices[p] proprias commiserunt[q]. Actor: Qui fuerint isti Garnerus et Rainaldus, adhuc reperire non valui*.

Cap. XXXIII. Quod** Bruno archiepiscopus patriam Hanonie repparavit quantum ad officiales[m].

Hic Bruno ecclesias et cenobia, villas, castra et oppida, communitates et officia in toto comitatu Montensi ac parcium vicinarum perfectissime reformavit. Nam de omnibus proventibus ab antiquo a sanctis et aliis ecclesiis et locis Deo dicatis donatis et ordinatis et eisdem pertinentibus diligenter inquirens et de locis sanctis et sanctorum pignoribus, reliquiis et feretris aliisque ecclesie ac fidei pertinentibus devocius perscrutans et de villarum, oppidorum, castrorum, communitatum, nobilium et innobilium libertatum[n], legum et consuetudinum examinans, omnia in melius reformavit. Denique exorta est discencio inter Brunonem et patrie Hanoniensis barones ac nobiles, pro eo quod rovenlus, terras et redditus[o] nobilium et aliorum multorum a Hunis primo et deinde a Normannis hactenus peremptorum pro salute animarum eorum ecclesiis et cenobiis donare disponebat. Allegabant equidem debilitatem atque patrie parvitatem, et quod multi potentes, barones et milites, scutiferi et innobiles, qui patriam contra adversarios tueri atque deffendere possent, et ex eisdem proventibus[p] enutriri atque notabiles

*) *B add.*: sed quidquid comites Montenses tunc possederant extra Hanoniam perdiderunt.
**) De reparationibus per Brunonem factis *B* 2.

a) totus antiquatus *om. B* 1. b) eius *B*. c) imperatore *B* 1. d) hasnonich *B* 2. e) Han. eccl. *B* 1. f) contra eum m. concl. d. *B* 2. g) ragineros *B* 1. h) eiusdemque *codd.* i) evellandum *codd.* k) *sic codd.* l) vicerunt *B* 1. m) seculares *B* 1. n) liberatibus, legibus et consuetudinibus *emendandum esse patet.* o) proventus *B* 2. p) prouentus *A*; quen *B* 2.

1) Omnia hacc et sequentia Almericus ex suo ingenio fluxisse seu ampliasse videtur. 2) Cf. Flodoardi Ann. a. 957, SS. III, p. 404; Gesta episc. Camer. I, c. 95, l. l. p. 439: *filii videlicet Roneri, quem vivente adhuc imperatore archiepiscopus Bruno, qui sub fratre monarchiam tenebat, pro insolentiis, pro rapinis, pro aecclesiae incussionibus, pro multis etiam scleribus saepe arguendo corrigebat, saepe beneficiis eius scelitium placando leniebat; sed cum tamen eius feritatem siratico turgore inflatam nullo modo premere potuerit, in exilio tandem perpetuo dampnatum fratri contradidit.* 3) Hoc Folcuini Gestis Lobb. c. 26. confirmatur; cf. Sigeb. a. 959. 4) Cf. Dümmler, 'Otto der Grosse' p. 204. 206. 5) Cf. ib. p. 297.

procreare valerent generaciones, ex quibus patria timeri, deffendi et honorari deberet, quare instancius requirebant, quod aut cum monachis et ecclesiasticis dispensaret[a], ut ad bella properarent ut milites, aut ut huiusmodi[b] proventus militibus permitterentur et heredibus, aut saltim iuxta competentiam proventuum guerrarum tempore certo amministrarent stipendarios[c] ad patrie tutamentum et invamen[d].

Cap. XXXIIII.[e] Quod Bruno archiepiscopus patriam Hanonie reparavit[s] quantum ad seculares[f].

„Iterum a communitatibus et patrie Hanoniensis laboratoribus pauperibus querimonie iterum[g] replicate sunt, pro eo quod princeps, barones et milites servitutes[h], imposiciones et gravamina[i] pauperibus importabilia cotidie replicabantur[k] et de die in diem aggravabantur, nec erat ullus qui sub mortis aut proscripcionis perpetue[l] aut[m] membrorum mutilacione aut bonorum[n] omnium perdicione ausus esset eis contradicere neque quidquam eis refutare, ymmo ab eisdem quandoque uxores, filios aut filias et quoque alia[o] bona mobilia et immobilia auferebantur et sine misericordia, nec ad quemcunque iudicem nisi ad celestem refugere permittebantur. Hec et multa domino Brunoni proposita extiterunt. Ad hec domnus Bruno, ipso adhuc in Valencenis existente, respondit et primo nobilibus: ‚Credo', inquit, ‚et firmiter confiteor coram Deo et hominibus, quod propter peccata nostra omnipotens Deus immisit huic patrie et alibi ad suam iusticiam exequendam primo Hunos, Wandalos, Gothos et Alanos, deinde demeritis nostris exigentibus[p] superaddidit Danos et Normannos, et tamdem, nisi vitam nostram emendaverimus Domino humilius serviendo, adhuc graviora superaddet. Et quis contra eum se armare pre-
Gen. 10. 8. 9. sumet? Quid valuit Nemroth[q], qui robustus venator coram Domino dicebatur, id est robustus depre-
dator? Quid valuit, inquam, Babilonica turris, quam erigere contra Deum disponebat? Nichil, quis non
Prov. 21. 30 est consilium[r], non est prudencia contra Deum celi. Et si Deus stet pro vobis, quis[s] erit contra vos? Certe nullus. Quare decrevi et nunc sentencia irrevocabili pronuncio, quod omnia defunctorum bona, redditus, proventus et alia pro utriusque[t] sexu nobilium atque innobilium militum Christi, qui pro vobis et patrie salutem[u] apud Deum suis orationibus et sacrificiis pugnabunt ac die noctuque deprecabuntur, sine quacumque contradictione applicentur perpetuo possidenda; Deum celi principalem heredem omnium bonorum dictorum nominando denuncio. Dicto igitur Domino et eius servicio filios ac filias vestras, prout volueritis, militare assuescatis'. Deinde communitatibus atque innobilibus cunctis audientibus intulit: ‚Vera ingenuitas est illa, in qua servitus Christi comprobatur; ut igitur a servitutibus hominum gravibus liberari valeatis, decretis perpetuis determinavimus, quod quicunque vestrum se et sua infra annum cuicumque[v] sancto aut sancte aut ecclesie previlegiate devote et solempniter se[w] obtulerit aut commiserit, previlegiis ac[w] libertatibus dictis ecclesiis a summis pontificibus aut imperatoribus aut aliis indultis volumus ipsos et[x] suis successoribus perpetuo suffragari et tamquam confratres aut familiares dictarum ecclesiarum libertatos aut liberos irrefragabiliter decrevimus reputari. Veromptamen loco servicium talium de omnium assensu communitatum mortuam manum instauro et denuncio domino terre persolvendam'. 35

Cap. XXXV. Quod dominus[y] Bruno patriam Hanonie repparavit quantum ad regulares.

Denique dominus Bruno, antequam a fisco Valencianensi recederet, auctoritate summi pontificis ac domini imperatoris omnia bona temporalia, redditus, proventus, villas et terras, de quibus fuerit[z] controversia, que sanctus Vincencius, sancta Waldetrudis sanctaque Aldegundis et sancta Aya aliique sancti et sancte in Hanonia et alibi ecclesiis ordinaverant ab antiquo, omnia in integrum reformavit. Et primo[1] in abbassia sancti Vincencii Senogiensis[a] loco monachorum seculares canonicos cum prebendis statuens et constituciones[b] iuxta regulam sancti Augustini eis imponens, cum previllegiis imperialibus et papalibus diversis indultis ecclesiam et claustrum resarciens et terras in Alemannia atque proventus eidem ecclesie condonans, notabile collegium stabilivit. In villa denique Montensi in ecclesia beate virginis Marie, que nunc Sancta Waldetrudis nuncupatur, et in villa Melbodiensi in ecclesia, que nunc Aldegundis dicitur, canonicales ordinavit prebendas seculares; de sanctimonialibus[c] canonicos et canonicas seculares[d] ordinans, bonis et proventibus a predictis sanctis et aliis defunctis derelictis eas astipulans, alias ecclesias conventuales

a) uiros *add. A. B* 1. b) hui⁹ *A.* c) *sic h. l. A. B* 1. *saepius*. stipendiar *B* 2. d) et inv. *om. B* 1. e) *numerus deest; sequens capd.* 34^us *numerabitur et sic porro B* 1. f) ad *fr. B* 1. g) *defendum.* h) multas serv. *B* 1. i) multa grav. *B* 1. k) *sic codd., sententia male constructa.* l) *supplendum videtur* periculo. m) aut m. mut. *om. B* 1. n) membrorum *B* 2. o) bona alia *B* 2. p) exercentibus *A. B* 1. q) nemroch *A. B* 1 *f.* r) consimilium *B.* s) qui *A.* t) *sic A. B* 1; utroque *B* 2. u) *sic codd.* v) cuiusque *A.* w) aut *B.* x) *emendandum videtur* cum. y) *deest B.* z) furat *B* 1. a) sonegiensis *B* 2. b) constitutionibus *B.* c) sec. sanctimoniales *B.* d) deuotius *add. B* 2; *spatium vacuum B* 1.

1) Pluribus locis Ruotger. in Vita Brunonis archiepiscopi erga monasteria ecclesiasque Lotharingiae merita celebrat, unico tamen exemplo coenobii Lauresham ensis prolato. Quae Iacobus de ecclesiis restauratis refert, conficta sunt.

atque collegiales cum canonicis et prebendis stabiliens, qui domicellabus ante dictis in hiis, que ad officia divina et ecclesiastica pertinere debent, devocius deservirent; et iuxta[a] dictas ecclesias instauravit, pactiones cunctas et diversas ordinaciones inter se constituens, perpetuo observandas declaravit. In Montibus de monachis ecclesie sancti Petri, sicut mutavit sanctimoniales in canonicas seculares, ita monachos in canonicos transmutavit seculares. Item in ecclesia sancti Germani, in loco, ubi ville parrochia constructa erat, canonicos et prebendas ad finem superius declaratum ordinavit, multa alia superaddens; castrum insuper et curiam atque patriam previllegiis imperialibus adornans multipliciter decoravit. In Melbodio denique ecclesias plures, videlicet sancti Petri et sancti Quintini, prebendis et proventibus, edificiis atque imperialibus previllegiis insignivit, in eadem eciam nundinas instituens ad sancte Aldegundis honorem. In monasterio Lobiensi multa bona in temporalibus atque spiritualibus contulit suorum officiorum auctoritate; et hoc idem consimile in monasterio Maricolensi exercuit. Item monasterium Altimontis[1] monachis et personis ecclesiasticis, observanciis regularibus, beneficiis et proventibus amplis reparans, auctoritate imperiali abbati et ecclesie previllegia conferens, festa solempnia annualia et nundinas in festis sancti Petri in toto territorio dicte ecclesie primitus instauravit. Item in Cella sancti Gisleni monachos Albaciensis[b,2] monasterii et omnia temporalia eorum sub abbate Gerardo[3] una cum propriis monachis dicte ecclesie Cellensis obediencialiter reduxit; ecclesiam et edificia monasterii, proventus et redditus, previllegia et libertates eorum summi pontificis ac imperatoris auctoritate multipliciter ampliavit atque decoravit; festa et solempnitates, nundinas et foros[c] instituens, auctoritate imperatoris ecclesiam et territorium previllegiavit et postmodum previlegiari procuravit. In monasterio sanctimonialium beate Marie Condatensis multa bona contulit, regularem disciplinam reparavit[4]; multa sanctorum corpora a Germanicis partibus ad Hanonicum territorium transferens, eum[c] multipliciter decoravit. In monasterio sancti Gaugerici Valencenensis multa eciam contulit bona, et ut transferrentur infra certum tempus conventualiter ad ecclesiam sancti Martini, ob gloriosi martiris Salvii reverenciam dispensavit. Actor: Et quia historia Gilberti in multis obviat historiis Brunonis, Rogeri atque Almerici, et specialiter in fundacione canonicorum et canonicarum et prebendarum Sancte Waldetrudis et ecclesiis aliquibus et maxime canonicorum Sancti Germani Montensis[b], idcirco lectoribus supplico, quatinus pauca, que reperi de supradictis et sine assertione conscripsi, cum benivolencia suscipiantur, cum sine defectu suis locis oppiniones eorum fideliter expresserim.

Cap. XXXVI. De morte Adele[d] comitisse Montensis, uxoris Ragineri, et de quibusdam[e] eventibus illius temporis.

Sigibertus: Anno D. DCCCCLX. per industriam — — Martini episcopi Thuronensis. Anno sequenti sanctus Guibertus — — dormivit. Corpus — — Gemblacense. Anno eodem Adela[f] comitissa Montensis obiit, uxor Ragineri comitis. Anno D. DCCCCLXIII. Otho imperator — — a Leone exordinatur. Anno D. DCCCCXLIIII. Adelberone — — subrogatur. Anno eodem Arnulpho — — vastat. Sig.960.961. ib. 963. 964

Cap. XXXVII. De morte Brunonis archiepiscopi et morte Garnerii[g] et Rainaldi et recuperatione totius[h] comitatus Hanonie[i].

Anno D. DCCCCLXV. Bruno — — correptus Remis redit, ibique mortuus est et a Deoderico — — refertur. Andreas Marsianensis[6]: Anno D. DCCCCLXV. in penthecostis — — leticie potuerit[k] equiperari. Anno D. DCCCCLXVII. Iohannes — — CXXX[us] presidet. Lotharius rex Francorum Attrebatum, Duacum et abbaciam sancti Amandi atque omnem terram usque Lizam[l] invadit. Anno sequenti Otto iunior — — benedicitur. Anno D. DCCCCLXX. Deodericus Metensium episcopus a papa Iohanne multa corpora sanctorum impetravit et in abbacia sancti Vincentii iuxta Methim, quam fundaverat, collocavit[7]. Anno D. DCCCCLXXIII.[m] Stephanus — — infestant, Otho imperator audiens mortem Garnerii[n] et Rainaldi et restitucionem Ragineri et Lamberti in Andr. II. 23. Sig. 967. A. Ep. min. Dec. Sig. 968. 970. ib. 973. 974.

a) *deest B* 2. b) abatiensis *B* 2. c) *sic codd.* d) *corr. nigro atram. ex* idole *A.* e) de multis que acciderunt illius (illis *B* 1) temporibus *B.* f) adela *B* 1. g) Ragineri et hainaldi *B.* h) *deest B.* i) hanoniensis *B* 2. k) potuit *B* 2. l) lisam *B.* m) DCCCCLXIIII. *B* 1. n) garneri *B.*

1) Hautmont prope Melbodium; quod coenobium demum temporibus Gerardi episcopi Cameracensis monachis redditum est; v. Gesta episc. Camer. II, c. 35. III, c. 6. 2) Nescio, quid sit. 3) Broniensi; quae narrantur ficta sunt. 4) Gesta episc. Camer. II, c. 42: *nunc autem est monasterium, praeinopia, paucorum canonicorum.* 5) De quibus monasteriis Ruotgeri Vita Brunonis nihil tradit. 6) Ed. Beauchamps p. 765. ex Sigeb. a. 965. 7) Cf. Vit. Deoderici I. Mett. c. 13—16, SS. IV, p. 470 sqq.

Sig. 976. comitatum Montensem[1] castellum — — desistit. Anno D. DCCCCLXXIIII. filii Rayneri[a] — — comitibus.
A.Leod. 976. Annales Sancti Gisleni: Anno D. DCCCCLXXV. fuit bellum crudele in Monte Castri-loco, in quo Ottho imperator Henricum ducem subiugavit[2].

Cap. XXXVIII. De approbatione corporis sancti Gisleni episcopi et confessoris[b] et de[c] bellis Montensium contra Hornutenses.

Rain. Mir. Gisl. c. 12. Tempore Arnulphi — — ad propriam cellam repedantes.

Cap. XXXIX. Quod filii Ragineri Longi-colli ceteris terris perditis solam Hanoniam per[d] bella recuperaverunt.

Sig. 977. ib. 976-985. Sigibertus[e]: Anno D. DCCCCLXXVII. ducatus Lotaringie — — obsistat. Sequitur: Filii Ragineri — — honorifice relocati sunt. Qui tunc bello — — comites. Anno D. DCCCCLXXVIII. pacato — — amisit[f]. Anno 10 D. DCCCCLXXIX. complentur — — contrahitur. Anno D. DCCCCLXXX. Otto — — abiurat. Eodem anno corpora — — gloria. Anno D. DCCCCLXXXI. Stephanus — — habebat. Anno D. DCCCCXXXIII. Otto — — XIX[g]. Anno D. DCCCCLXXXIIII. Lotharius — — capit. Sed anno sequenti Lotharius — — reddidit. Ex Annalibus Sancti Gisleni: Bellum Karoli[3] et Ragineri[4] cum[h] Godefrido[5] et Arnulpho[6]
ib. 986. comitibus[7]. Anno D. DCCCCLXXXVI. Lotharius — — instituitur rex et regnavit anno uno.

Cap. XL. Oppinio abbatis Sancti Trudonis de ducibus Bracbancie et de terminatione Karlentium.

Ex historia dompni Guillermi[8] abbatis Sancti Trudonis Hasbaniensis in ducentesimo XXV[e] versu libri 2[i] cronicarum suarum: *Lambertus, filius Rignerii*[k,9] *comitis Montensis, fuit comes Lovaniensis. Hic Gebergam, filiam Karoli ducis Lotharingie, postmodum regis Francie*[10], *desponsavit. Ab hiis enim descenderunt comites Lovanienses et duces Brabancie.* Hec in interlineari glosa versuum. Versus vero repperi tales, ubi, postquam multa de Hugone dicta sunt, sic dicit[k]:

Sic tua res agitur[11]*, dux Karole, sicque ducatum*
Lotharicum perdis, dum tua regna petis.
Filius Otto tamen tibi dux succedit in illo,
Quem sibi confirmat imperialis apex[12].
Huic quoque germanam dant[l] *cronica scripta sororem*
Nomine Gebergam, que michi visa fuit[13].
Hanc sibi Lambertus despondit, quem Raginerum
Hanonie comitem progenuisse ferunt[14].
Huic quoque Henricus successit filius Otto,
Quem sequitur frustra, nam sine prole fuit.
Hunc quoque subsequitur Lambertus, patruus eius[m],
Qui regit has terras Lovanioque preest[15].
Nonne vides igitur, quam clari sanguinis istos
Vena vemistavit? Troyca quippe fuit.

Actor: In toto secundo libro prealligato nititur ostendere predictus abbas, prout patet clare speculanti, quod duces Brabancie descenderunt a Troyanis et a Francis, et hoc per Rignerium[n] comitem Montensem, qui genuit comitem[o] Lovaniensem Lambertum. Igitur

a) raygneri *B* 1; rainerii *B* 2. b) et conf. *om. B* 1; ep. et conf. *om. B* 2. c) *deest B.* d) vi recuperavit *B.* e) *deest B* 2. f) *sic B* 2. *Sigeb.*; admisit *A. B* 1. g) XVIII-*Sigeb.* h) contra Godefridum et Arnulphum comitibus (comites *B* 2) *B.* i) ragineri *B* 2. k) *versus huius continuus scripti A. B* 1; *qui versus Latini etiam in versione Gallica (cod. Mont. 122 290 f. 421) recepti sunt.* l) *hic omnes codd., emendandum est* dat, *cum quo relativum ad cronica referendum sit.* m) huius *B* 2. n) ragineum *B* 2. o) primum ducem *B.*

1) Cf. Sigeb. a. 973; Gesta ep. Camer. I, c. 95. SS. VII, p. 439, n. 47. 2) De hoc loco v. 'Archiv' IX, p. 356; Gesta ep. Camerac. I, c. 94. l. l. p. 439. 3) Ducis Lotharingiae inferioris. 4) IV. filii Ragineri Longi-colli. 5) Virdunensi. 6) Valentianensi comiti. 7) Procul dubio e Sigeb. a. 976. aut e Gestis ep. Camerac. I, c. 95. haec sumpta sunt. Nescio num auctor Annalium, an Iacobus a. 985. perperam hoc adscripserit. V. 'Archiv' IX, p. 397. 8) fl. a. 1277–1297. V. praef. p. 60. et Hirsch, Jahrb. Heinrichs II. I. p. 329. 9) Cf. Gesta ep. Camerac. I, c. 95. l. c. p. 439 sq. 10) Error. 11) Horat. Ep. I, 18, 84: *Nam tua res agitur.* 12) Poeta filium Karoli ducis cum Ottone imperatore confudit. 13) Procul dubio Chronica de origine ducum Brabantiae, SS. XXV, p. 406. 14) Cf. Chronica de origine ducum Brabantiae c. 39, l. l. p. 407: *Lamberto comite, marito suo, filio Ranieri Longicolli, quondam Hannoniensis comitis; qui comitatus Montensis eo tempore dicebatur.* 15) Cf. Chronica de orig. d. Brab. c. 41, l. l. p. 407: *Cui morte prevento successit patruus eius Lambertus.*

sic patet clarissime ex testimonio historiarum predicti historiographi, qui magnus compositor et poeta fuit, quod comites Hanonienses a verissima vena Troianorum et maxime Priami primi ducis Francorum descenderunt, quia propter unum[a] quodque tale et illud magis, dicit Aristotiles[b]. Hec Actor: Anno D. DCCCCLXXXVII. Ludovicus — — cessavit. Sepultus est autem dictus Ludovicus Compendii in ecclesia sancti Cornelii. Ludovico igitur — — anni novem[c]. A. Eln. mis. 987. Andr. II, 24. Sig. 987.

Cap. XLI. Quod Hugo Capucius invasit regnum Francorum et qualiter regnavit.

Andreas Marsianensis libro II, parte ultima[1]: Anno D. DCCCCLXXXVIII. regnavit Karolus — — evasit. Anno D. DCCCCLXXXIX. Marinus — — CXXXIII[us] presidet. Eodem anno Karolus — — revertitur. Andr. II, 24. Sig. 989. Andr. II, 24. Anno sequenti post hec — — comiti[2] de Durbeio, que[3] prius habuerat Lambertum comitem Lovaniensem, filium Rignerii comitis Montensis. De progenie vero — — ad progeniem Karoli Magni. Eodem anno obiit Arnoulphus[d.e] comes Flandrie. Anno D. DCCCCLXXXXI. Karolus dux — — Lothariencium. A. Eln. mis. 990. Sig. 991.

Cap. XLII. Quod Hugo Capucius certificatus fuerit[f] per revelationem, quod eius generatio in sempiternum regnaret super Francos.

Anno D. DCCCCLXXXXII. Remis sinodo — — post papa viget R. In Gestis[g] sanctorum Rikarii[f] et Walerici[g] legimus, quod eorum corpora translate fuerant a propriis ecclesiis in Flandriam et reposita in ecclesia sancti Bertini in oppido Sancti Audomari tempore Normannorum. Cum autem monachi Sancti Walerici et Sancti Rikarii[f] corpora eorum patronorum repeterent, tempore longo monachi Sancti Bertini illa per violenciam Arnulphi[d] comitis Flandrencium detinebant. Quadam nocte sanctus Walericus in sompnis apparuit Hugoni Capet, tunc comiti Parisiensi[h], dicens: 'Mittite[i] ad Arnulphum comitem Flandrie, ut remittat corpora nostra in nostris ecclesiis'. Et respondit Hugo: 'Domine, quis es tu, et quis[j] socius tuus?' 'Ego', inquit, 'vocor Walericus, iste vero est Pontivensis Richarius. Age que tibi precepit Deus per me festinanter, et ne dissimules'. Misit Hugo ad Arnulphum et mandata indicat[k]. Arnulphus vero superbo animo mandata recusat. Tunc Hugo comes constanti animo mandavit, ut in certa[l.e] die dicta sanctorum corpora reverenter sibi apportaret, aliter per violenciam et cum gravi discrimine redderet. Tunc Arnulphus comes, timore et potencia Hugonis constrictus[m], duas tecas ex argento et auro decoravit et in illis dicta sanctorum corpora reposuit. Die condicto[n] Hugo cum armato et copioso excercitu ad Monasterium[o], quod castrum regis est Francorum, venit. Arnulphus autem, audito adventu eius, cum magno excercitu, sed inhermis et humilis ei obvius venit, dicta sanctorum corpora Hugoni decenter coaptata reddidit; ille vero unum quodque in suo proprio loco resignavit. Nocte vero sequenti apparuit sanctus Walricus Hugoni in sompnis et dixit ei: 'Quia studiose egisti, que precepta sunt tibi, tu in regno Francorum et successores tui usque in sempiternam[p] generacionem regnabitis'. In hac rellacione[p] patenter ostenditur regni translacionem factam fuisse Domini voluntate. Ib. 992. Andr. III, 1.

Cap. XLIII. Quod Raginerus comes Montensis abstulit comiti Godefrido villam Valenchenarum, et de[q] aliquibus[r] eventibus illius temporis.

Anno D. DCCCCLXXXXIIII. florebant in sciencia litterarum in Lotharingia Herigerus abbas Lobiensis et Adelbodus episcopus Gultraiactensis, qui sacram scripturam in pluribus passibus commentati[s] sunt. Actor: Ex[t] dictis Sigiberti potest argui ad Hollandiam et usque ad Frisiam dominium[u] Lotharingie extendisse. Anno D. DCCCCLXXXXV. Gebertus[v] — — exclusus videtur. Anno D. DCCCCLXXXXVI. Hugone — — annis XXXIIII[w]. Anno D. DCCCCLXXXXVII. clarebat inter Gallos — — Gultraiactensis ecclesie. Anno D. DCCCCLXXXXVIII. Agapitus — — CXXXV[us] presidet. Hoc anno abbas Odilo Cluniacensis — — solempnizari memoriam fecit. Anno sequenti in Ytalia — — rebellat. Anno domini nostri Iesu Christi — — in celo visa sunt: cometes, voragines, assule, dracones, serpentes et cetere Martis impressiones apparuerunt. Ex Annalibus Sancti Gisleni: Hoc anno Raginerus comes Montensis[10] abstulit comiti Godefrido Ib. 993—1000.

a) quod unum quodque *B* 2. b) ary *A*; aristles *B*. c) decem *B* 1. d) Ernoulfus *B*. e) est *B* 1; fuit *B* 2. f) richarii *B* 2. g) walterici *A*. h) parisiensium *B* 1. i) *deest B* 2. k) indicit *B* 1. l) tercia *A*. m) *sic B*. *Andr.*; ystitus *A*. n) *sic B* 2. *Andr.*; cum dicto *A*. *B* 1. o) *Andreae editio habet* septimam; *sed etiam Beauchampi codicem antiquissimum Andreae* sempiternum *exhibere monet. Iam Vinc. Bellov. XXX, c.* 126. *annotavit:* In nonnullis tamen libris, ubi diximus 'septimam', inveniur 'sempiternam', *ut etiam Ioh. Longus, SS. XXV, p.* 778. *habet.* p) revelatione *B* 1. q) *deest A*. r) multis *B*. s) commendati *A*. t) Hic ex *B*. u) dnium *manu coaeva corr. ex* dñm *A*. v) gerbertus *B*. w) XXXV *Sigeb.*

1) L. l. p. 768. 2) Henrico. 3) Gerberga, filia Karoli ducis Lotharingiae. 4) II, cognomine Iunior. 5) Hist. relat. S. Walarici nunc SS. XV, p. 695, Hist. relat. S. Richarii e Chron. Centul. excerptam SS. XV, p. 696 sqq. editas habes. Sed auctor noster neque hanc neque illam consuluit, sed fonte suo non indicato paucisque mutatis, Andream March. exscripsit. Non ipse igitur legit, quod initio profitetur; ceterum, ut est satis religiosus ac iustus, omisit verba Andreae: *causam translationis obscure scriptam inveni;* cf. ed. Duac. p. 774 sq. Eandem relationem iam antea Vinc. Bellov. XXX, c. 126. descripserat. 6) *Vetuli* addit Andreas. 7) *Vide* Andreas, itaque etiam infra loco *misit: abiit.* 8) Andreas: *Vide, ut in illo die et in illo loco corpora sanctorum spontaneo animo honeste mihi deferas. Quod si non feceris spontaneus, postea facies invitus.* 9) *Monasteriolum* Andr., i. e. Montreuil. 10) Filius Ragineri Longi-colli.

frido[1] villam Valenceniarum[2] et potenter possedit eam pro tempore; deinde sequaces
Sig. 1001–1003. eius precio estimato[a] ius fundi heredibus compararunt. Anno D. MI. Ottavianus — — CXXXVI^us[b] presidet. Anno D. MII. Otto imperator — — viginti duobus. Anno D. MIII. Henricus — — tributarior sibi facit.

Cap. XLIIII—XLVIII.[3]

Hirsc. S. Vedasti. Comiti Raginero comitum nobilissimo — — per infinita seculorum secula. Amen.

Cap. XLIX. Quod imperator Henricus obsedit opidum[c] Valenchianense.

Sig. 1005. Anno D. MV. Otto dux Lotharingie — — Ardannensis. Ex Annalibus Sancti Guisleni[4]:
ib. 1006–1010. Hoc anno imperator Henricus obsedit Valencianas[4]. Anno D. MVI. castrum Valencianas — — comite Normannorum. Anno sequenti Henricus — — Gualacras addidit. Anno D. MVII. Burchardus — — doctissimo. Anno D. MIX. Leo — — CXXXVIII^us presidet. Eodem anno Normanni — — usurpaverat. Anno D. MX. Normanni — — commendat.

Cap. L. Quod Raginerus comes Montensis cum Lamberto[e] Lovaniense[e], fratre suo, conserunt[f] bellum apud Florinas contra Henricum[g] ducem Lotharingie.

ib. 1011–1019 Anno D. MXI. in Lotharingia — — conversus est, prout testatur Sigibertus. Anno D. MXII. Henricus — — inefficax rediit. Anno D. MXIII. Henricus — — Troiam civitatem capit. Anno D. MXIIII. Henricus — — a papa benedicitur. Anno eodem Godefridus — — deterruit. Anno D. MXV. Godefridus — — fratri ducis dedit. Anno D. MXVII. Benedictus — — CXXXVIII^us presedit. Anno D. MXVIII. in Frisonia — — capitur et vinculatur. Tamdem Godefridus dux anno II^o — — substituitur.

Cap. LI. Quod Raginerus comes expellere voluit dominas ab ecclesia sancte Waldetrudis.

Gisl. p. 500. Gilbertus[5]: Contigit, quod quidam comes Raynerus nomine — — vos autem penitus indocti. Actor: Iste comes, de quo superius immediate loquitur Gilbertus, Raginerus secundus fuisse com-
ib. p. 500. 501. probatur, et quasi consimile Manasses comes peregerat. Idem[h] Gilbertus: Postmodum contigit, quod Balduinus comes — — in pace permanserunt.

Cap. LII. De Guerrico cognomento Le Sor.

Istis temporibus invasit comitatum Nerviensem, qui et Brachatensis appellatur, quidam nobilis baro dictus Guerricus cognomento Le Sor[6], presidio fultus multarum nacionum conquirere terras volencium, totamque terram, que fuerat Gerardi de Roussellione[6], usurpando sibi applicuit, dicendo ab ipso Gerardo descendisse[7], totumque comitatum spoliavit, omnes municiones, villas et oppida sibi subiugavit ac in servitutem insuetam[i] omnes redegit. Hic in Lutosa[k] suum firmavit domicilium et turrem dongionis principaliorem una cum fossatis latis effodi fecit. Hic in Gerardo-monte, in Lessines, in Alost, in Chirvia, in Florberch[l-8], in Scanaffles[m-9] portas, muros[n] et turres noviter resarcivit et contra omnes adversantes potenter dimicavit. Villam denique Tornacensem obsidione vallavit et cepit, obsides in Lutosa[k] deducens. Que postmodum sibi rebellavit, sed tamdem iterum eam obsidens, ipsam cepit; quicquid erat citra rippariam Scaldi pacifice possidens, perpetuo legibus propriis subiugavit. In ea siquidem satellites reposuit, qui per longa tempora trans rippariam Tornacenses bellis, iaculis et insultacionibus attriverunt. Hic castrum supra rippariam in descensu in fine ville fortissimum construi iussit, adhuc guerra septenni durante. Guerricus filiam unicam Rassonis[10] domini de Chirvia in uxorem duxit, qui filios et filias generans prolem nobilem Awennencium[11] atque Lutosencium generavit. Turrim quo-

a) appreciato *B* 2. b) CXLII^us *Sygb.* c) castrum *B*. d) gisleni *B*. e) *deest B*. e*) *sta codd.* f) conferunt *B* 1. g) *deest B* 2. h) Ad idem *B*. i) ab *add. B*. k) luthosa *B* 2. l) florbech *B* 2. m) scanalles *B* 2. n) turres et mur. *B* 2.

1) Vetulo, comiti Virdunensi. Cf. infra l. XV, c. 2. 2) Hoc certe falsum est, cum hoc tempore Arnulfus comes Valentianas possideret; cf. Gesta ep. Camerac. I, c. 114, SS. VII, p. 451. Unde haec nota prodierit, ex Albrico, SS. XXIII, p. 777. videmus, ubi ad a. 998. legitur: *Raginerus abstulit Montem Castri comiti Godefrido.* 3) Cf. praef. p. 71. 4) Cf. 'Archiv' IX, p. 357; hoc Sigeb. ad a. 1006, Ann. Elnon. mai. etiam ad a. 1005. referunt. 5) De hoc dicit Hist. Laetiensis c. 2 (SS. XIV, p. 493): *qui villas, quę in Brabanto sunt, stipendiarias fecit, sicut hodie sunt domino Avesnensi.* Cf. Bald. Avenn., SS. XXV, p. 427. Guerri le Sor magnas partes in carmine Francogallico 'Raoul de Cambrai' agit; hic is est, qui Raoul nepotem suum commovet, ut hereditatem patris sui Radulfi Taillefer Cameracensis comitis a rege postulet. V. editionem a P. Meyer et A. Longnon (Paris 1882) curatam, p. XXIII—XXV. 6) Cf. l. XI, c. 49. 7) Sine dubio haec affinitas in carmine quodam epico, adhuc ignoto, explicata erat (Cf. P. Meyer et A. Longnon l. c. p. XXIV, n. 2), ut omnia, quae Iacobus refert, mihi quidem e carmine heroico quodam fluxisse videntur. 8) Flobecq in Hanonia. 9) Escanaffles in Hanonia. 10) De Gavera. 11) Suboles eius fuit Theodericus Avennensis, qui ecclesiam Laetiensem fundavit. Cf. Hist. Laet. l. c. p. 493.

que excelsam in medio castri Chirviensis, que adhuc superstes concernitur, construi iussit. Hic totum comitatum Bracbatensem[a] cum omnibus appendiciis in hominium suscepit a comite Montensi; qui quidem comes tradidit dicto Guerrico in hominium perpetuo possidendum terras omnes inter duas Helpras[1] in territorio Avesnensi[2].

Cap. LIII. De* multis eventibus istius temporis.

Anno D. MXX°. Rodulphus — — imperatorem venit. Anno D. MXXI. Henricus — — placat. Anno D. MXXII. Aquisgrani conventu — — celebrato de ecclesia et regnis multa ordinata sunt[3]. Anno D. MXXIII. Henricus — — munificencia. Anno D. MXXIIII. Henricus — — in brevi moritur. Cono — — annis XV. Anno D. MXXV. Iohannes — — exauditum esse. Anno D. MXXVI. Robertus — — transquilitas. Anno D. MXXVII. Conradus — — motus compescit. Hoc tempore claruit — — nominis. Anno Domini MXXIX. obiit comes Hermannus Montensis[4]; eodem anno obiit comitissa Ogiva. Anno D. MXXX. Francorum Roberto — — annis XXX. Monasterium sancte Marie Attrebati fulmine concrematum est. Sig. 1020—1028. A. Bland. 1029. 1030. Sig. 1031. A. Eln. min. 1030.

Cap. LIIII. Quod monachi Sancti Gisleni accesserunt ad Conrardum[b] imperatorem, et reddita est abbatia libertati contra** Raginerum comitem Montensem.

Ex Annalibus Sancti Ghisleni: Anno D. scilicet MXXX.[5] abbas Hildebrandus[c] monasterii Cellensis cum suis fratribus compulsi, non valentes ferre vastacionem sui loci, cum corpore beati Ghisleni nisi[c] sunt addisse clementiam[d] imperatoris Conrardi, lacrimabiliter se reclamantes de vastacione sui loci et de indigentia sui cenobii. A quo benignissime consolati et munificentiis regiis ditati, insuper et regali imperio optata pace donati, ad votum[e] sibi cenobium cum sacris pignoribus non sine letícia[f] sunt reversi. Anno D. MXXXIII. Frederico — — principatur. Anno D. MXXXIIII. Burgundionibus — — redacta est in provinciam[g]. Anno D. MXXXV. Odo — — effugitat. Ex Annalibus Sancti Gisleni[h]: Hoc anno reddita est libertati abbacia Cellensis sancti Ghisleni a Conrado[i] imperatore[k], Heribrando abbate supradicti cenobii suggerente, de dominio Ragineri comitis Montensis, qui eam iniuste usurpaverat sibi[l], et permansit libera usque ad tempora Widrici abbatis[m]. Eodem anno obiit Balduinus comes Frandrie. Anno D. MXXXVI. Henricus rex — — furori suo. Anno sequenti Barum — — compellitur. Rein. Mir. c. 13. Sig. 1034—1036. A. Stn. min. Sig. 1036. 1037?

Cap. LV. Quod Balduinus[n] comes Flandrie invasit comitatum Hanonie[o], et de aliquibus[m] eventibus illius temporis.

Anno D. MXXXIX. Conradus — — annis[n] XVII. Anno vero sequenti Henricus — — rediit. Sed anno sequenti imperator — — subiugat et annis duobus sequentibus totam Hungariam rebellantem sibi subiugavit. Anno D. MXLIIII. Gothelo — — rebellat. Anno vero sequenti Godefridus — — suppleret. Anno sequenti[o], videlicet MXLVI. Rome — — Balduinus invaso Hanoniensium comitatu contra imperatorem rebellat. Item[p] eodem anno ecclesia — — imperatore Henrico. Ib. 1039—1046.

Cap. LVI. Quod Leo papa ad Galliam[q] venit, et imperator dedit[r] Lieberto episcopo Cameracensi dominium tocius civitatis Cameracensis.

Anno D. MXLVII. [Damasus[s]] papa — — CXLI[us] presidet. Eodem anno Godefridus Lotharingie cum Balduino Flandrie palacium — — incendit. Ex historia Cameracensi: Hoc anno fuit maxima mortalitas Cameraci, racione cuius episcopus Gerardus benedixit magnum cimiterium extra muros civitatis Cameracensis et incepit ecclesiam parvam in honore sancti Ib. 1047.

*) *Titulus deest B* 1; De multis aliis que acciderunt temporibus illis *B* 2.

**) contra dominium Ragineri comitis Montensis *B*.

a) bracbatense *A*; brabantensē *B* 1. b) *ita A. B* 1; Conradum *B* 2. c) *sic codd.*; visi *Rainer*. d) presentiam *B* 2. e) notum *Rainer*. f) licentia *B* 2. g) in prov. est red. *B* 2. h) guisleni *B* 2. i) conrardo *B* 1. k) com. fl. Bald. *B* 1. l) Hanoniensem *B*. m) multis *B*. n) XVII a. *B* 1. o) A. domini MXLVI. *B* 1. p) *deest B* 1. q) Gallias *B*. r) dom. totius civ. Camer. dedit Lietberto ep. Cam. *B* 2; episc. Lieb. Cam. *B* 1. s) *deest A. B, sed sic habet verso Gallica ut Sigeb.*

1) Helpe maieure, Helpe mineure. 2) Cf. Hist. Laet. c. 2. l. c., p. 493: *Huic predicto Guerrico comes de Hainau terram inter duas Helpras iacentem in feodum et hominium contulit, sicut hodie ipsius heredes possident.* 3) Cf. Gesta episc. Camerac. III, c. 29. 4) Non Montensis, sed Enhamensis; cf. Bresslau, 'Jahrb. Konrad II', I, p. 283. et Necrol. S. Vitoni, 'Neues Archiv' XV, p. 129. ad V. Kal. Iun. — Iac. *Montensis* e Balduini narratione (v. infra l. XV, c. 1. 2) addidit, qui comites illos confudit. Montensis autem comes inter annos 1048. et 1050. e vita decessit; cf. Steindorff, 'Jahrb. Heinrich III.' II, p. 152. 5) Sequentia sive ab ipso Iac. sive ab annalista S. Gisleni sumpta sunt ex Miraculis S. Gisleni c. 13, SS. XV, p. 585, ubi, sicut et loco infra ex Ann. S. Gisleni allato, a. 1035. indicatus est. Sed cum Conradus imperator a. 1034, Maii 3. abbatiae S. Gisleni privilegium (St. 2059) dederit, ad hoc impetrandum iter illud susceptum, hoc igitur a. 1034. factum esse conicio. 6) Heribrandus vocatur in Mir. S. Gisl. l. c. et infra l. 23, qui abbas circa a. 1029—1046. sedit. Vide SS. XV, p. 585, n. 5. 7) Cf. supra n. 5. 8) Cf. Gesta episc. Camerac. III, c. 20. 21. SS. VII, p. 472. 9) Qui Heribrando successisse fertur; v. Ladewig, 'Poppo von Stablo' p. 70, n. 6.

Nicholai episcopi atque sancti Sepulcri, sed eas non perfecit; et illuc sepeliebantur de-
Sig. 1048. 1049 functi, quia cimiteria civitatis erant omnia repleta[1]. Anno D. MXLVIII. Bruno — — obstupuit. Anno sequenti Leo papa — — melioravit. Eodem anno moritur Gerardus episcopus Cameracensis. Ex historia Cameracensi: Anno Domini MXLIX. Henricus imperator dedit dominium temporale tocius civitatis Cameracensis Lieberto noviter electo in episcopum Cameracensem[2]; et eodem anno Iohannes expulit canonicos extra ecclesiam beate virginis et clausit portas civitatis ante Liebertum episcopum[3] et tenuit civitatem contra ipsum. Sed tamdem Balduinus comes Flandrie reposuit dictum episcopum in pacifica possessione tocius civitatis et exulavit dictum Iohannem[4]. Hic episcopus Liebertus a Guidone archiepiscopo Remensi fuit consecratus una cum regina Francie, uxore Henrici regis Francorum[5].

Cap. LVII. Quod Balduinus comes Flandrie rapuit Richildem comitissam Montensem.

Andr. III, 3. Sig. 1050. Anno D. ML.[a] Balduinus comes — — comprehenderent a tergo. Henricus igitur — — imperator recessit.
A. Eln. mai. 1051 Anno eodem Leo papa — — suis relaxatis. Anno D. MLI. Balduinus Barbatus[7] Flandrie, Adele filius, consensu patris accepta illicite uxore, tum quia per violenciam, tum quia eius conata, castellum quod
Sig. 1051. dicitur Mons obtinuit post pascha; nam eodem anno in Kal. Aprilis pascha Domini fuit. Eodem anno Francia
A. Elu mai. 1051 — — sanguinem Christi. Unde contra eum — — disputatum est. Tamdem Parisius vocatus, congregata sinodo,
Sig. 1052. non venit; sed detecta eius fallacia, reus et condempnatus est a cunctis. Anno D. MLII. Leo papa — — habendum. Ex historia Cameracensi: Hoc anno incepit fundare[b] Liebertus episcopus Cameracensem abbaciam in honore sancti Andree in castello Cameracisii[8]. Anno D. MLIII. Balduinus
Sig. 1053. A. Elu mai. 1054 — — excluditur. Anno D. MLIIII. Henricus imperator super Balduinum comitem irruit, Toracum igni tradidit, milites
Sig. 1054. 1055. inde secum duxit. Eodem anno Henricus — — moritur. Cuius meriti[c] — — clarificavit. Eodem anno Liebertus episcopus Cameracensis Terram Sanctam et sanctum sepulchrum visitare voluit, prout potuit, cum sumptibus magnis[9]; sed dum esset in Cipro, coactus a Sarracenis invitissime repatriavit[10].

Cap. LVIII.[d] De morte Balduini Insulensis et de aliquibus[e] eventibus illius temporis.

ob 1055 1060. Anno D. MLV. Gebahardus — — CXLIII. presidet. Eodem anno Balduinus — — desistit. Anno D. MLVI. Victor papa — — annis I. Anno D. MLVII. Colonie — — motus sedantur. Anno D. MLIX. Stephanus — — CXLIIII. presidet. Anno eodem recitat Sigibertus, quod in pago Brachatensi — — concremate sunt. Anno D.
A. Elu mai. 1064. MLX. Gerardus — — obiit. Et Balduinus comes Flandrie quasi interrex in regno iudicat, salva fidelitate Phillippi pueri regis. Huic vero magnum decus intervenit gloric; nam comes Theobaldus Campanie[11] et Andegavencium
Sig. 1059. 1064 comes et omnes Gallie optimates, salva fide[f] Philippi regis, iuraverunt fidelitatem et honorem regni. Quod autem regis erat sapienter et honeste disponebat. Phillippus, filius [Henricie] regis Francie, regnat post eum in Francia 35
A. Blasd 1063. annis XLIX. Anno D. MLXIII. finitur — — revolvitur. Anno vero sequenti ciclus — — reincipit. Eodem anno Robertus, filius Balduini, Frisiam subintrat, a qua post Friso dictus est. Anno D. MLXIIII. Alexander — — prorupit. Ex historia Cameracensi: Hoc anno Liebertus episcopus Cameracensis fundavit ecclesiam sancti Sepulchri Cameracensis et eam dotavit et dedicavit et monachos apSig. 1066. A. Elu mai. 1067. posuit. Anno D. MLXVI. Guillermus — — annis XXVI. Anno D. MLXVII.[12] obiit Balduinus comes Flandrensis et apud Insulam in ecclesia sancti Petri, quam fundaverat, sepelitur. Supervixit autem Balduinus, filius eius, maritus Richildis, comes Flandrie et Hanonie tribus annis et sepelitur in abbassia[h] Hasnonie, quam reedificare fecerat; obiit autem dictus Balduinus iunior
Sig. 1067. anno Domini MLXX.[13] Anno eodem Rome — — repudiatur.

Cap. LIX[i] — LXIII.

V.S Priscae Regnante[14] Claudio in tercio anno — — in secula seculorum. Amen.

a) quod *B* 2. b) fundari *B* 1. c) Cuius meriti *om. A.* d) LVII. *B* 2. e) multis *B* 1; pluribus *B* 2. f) fidelitate *B* 2. g) *deest A. B* 1; eius *Sigeb.* h) ecclesia Hasnonie (!) *B* 2. i) *omnia capita sequentia inscriptionibus rubris carent A. B* 1; *numeri a scriba usque ad cap.* 66. *minutis caracteribus annotati, Vitae S. Priscae et S. Monegundis,*

1) Cf. Rodulfi V. Lietberti c. 46, D'Achery, Spicilegium IX (1669), p. 716. Quae sequuntur ex Historia Cameracensi, iam edita sunt SS. VII, p. 491. 2) Ib. c. 13, l. l. p. 687. 3) Ib. c. 14, l. l. p. 688. 4) Ib. c. 15, l. l. p. 689. 5) Ib. c. 19, l. l. p. 693. 6) Andreas Marchian. ed. Beauchamps p. 793: *Anno XXI. Henrici regis Francorum*, i. e. 1051/52. 7) Immo cognomine Montensis; Balduinus Barbatus avus eius fuit, qui a. 989—1036. regnavit. 8) Hanc abbatiam iam Gerardus episcopus fundavit; cf. Chron. S. Andreae c. 13, SS. VII, p. 529. 9) V. Lietb. c. 31, l. l. p. 702. 10) Ib. c. 41, l. l. p. 712. 11) Bene error annalistae Elnonensis correctus est, qui hunc comitem Andegavensem dixit. Andegavensis comes tunc fuit Fulco IV. Rechin. 12) Cf. infra l. XV, c. 3 (2). 13) Cf. Flandriam Generosam c. 13, SS. IX, p. 321; Ann. Eln. mai. 1070. Vide infra l. XV, c. 24. 14) Cf. praef. p. 71.

Cap. LXIIII. [Vita[a] sancte Mongundis.]

In[1] numero quippe sanctarum feminarum gloriari credimus beatam Monegundem, que spretis V. S. Moneg. ex asse omnibus rebus, quas possidebat in seculo, totis studuit viribus adherere Christo. Nam sicut regina austri sapienciam venit adire Salomonis, ita beatissima sanctissimi expetiit avido corde limina Martini confessoris, ut eius cotidie reficeretur miraculis hauriretque de fonte sacerdotali potum mellifluum, quo debriata[b] valeret intrare paradisi aditum. Igitur prefata Monegundis Deo et bonis hominibus gratissima, Carnotene urbis indigena — — cibum pauperibus erogabat.

Cap. LXV—[LXIX].

Factum est quadam die — — defluente veneno sanus rediit domum absque ullius sustentaculo. Ib. c. 1—4.

[Cap. LXX].*

Cecus quidam adductus — — timentibus nomen suum triumphum prestat de humani generis inimico, ut victoria potita premia largiatur eterna vivens et regnans cum Patre et Spiritu sancto per infinita secula seculorum. Amen.

[Cap. LXXI].**

Alias eciam virtutes in vita sua sanctissima gessit Monegundis, quas pereuntes[c] a memoria, oblivione depressas, nequimus narrare universas. Et post transitum eius multo plures per illam Dominus operatus est virtutes, quas oculis nostris perspeximus, et manus nostre tractaverunt. Ad sepulchrum quoque eius ceci illuminantur, claudi eriguntur, leprosi mundantur, demones fugantur, paralitici curantur, surdis auditus restituitur, et omnis debilitas sanitate recepta perturbatur. Suscepta hec famula Christi post obitum ab angelis, deducta cum agminibus sanctis, recepta in celestibus habitaculis, vivit cum Christo, gaudet cum sanctis apostolis, triumphat cum martiribus, socia confessoribus, equa est virginibus, letatur eternaliter in angelorum curia, prestante domino nostro Ihesu Christo, cui honor est et gloria, laus et imperium per immortalia seculorum secula. Amen.

[FINIT[d] HIC II. PARS ILLUSTRIUM PRINCIPUM HANONIE.]

LIBER[e] XV.

INCIPIT PROLOGUS IN TERCIAM PARTEM ILLUSTRIUM PRINCIPUM HANONIE.

Cupientes cum magistro Petro Lombardo[f. 2] *aliquid de penuria et tenuitate nostra cum paupercula in gazophilacium domini* principis *mittere, opus ultra vires nostras agere*[a] *presumpsimus*, laborisque mercedem in Domino statuentes, quare in hoc opere *non solum pium lectorem, sed etiam liberum correctorem desidero, maxime ubi profunda versatur veritatis* inquisicio; *que utinam tot haberet* deffensores, *quot habet contradictores!* Verum quia cum magnis laboribus illa pauca et exigua, que repperire valui de sepe dictis principibus Hanonie usque ad tempora huius tercie partis, nichil penitus addendo et[b] subtrahendo, nisi aliqua memorie digna ad nostrum propositum pertinentia, que suis temporibus evenerunt in orbe, declaravimus: nunc autem restat in hac parte tercia et consequenter de eisdem principibus fecundius et generalius, ymo et specialius pertractare, aliorum eventus extravagantes pretermittendo, nisi illa ad patriam spectarent Hanoniensem; excusando me ipsum primitus de temporum aliquociens intermixta discontinuacione, quia sepius in multarum ecclesiarum fundacione aut aliquorum aut aliquarum sanctorum legendarum recitacione pro veritate historie verius et citius attingere[i] a principio usque ad finem eorum, que in manibus meis devenerunt, tempora fundacionis atque successionis diversorum[k] accidentium secundum diversa tempora consequenter ibidem conscribo. Sed postmodum iuxta posse ad pretermissa tempora calamum recoaptare festino, insequendo historiam quandam parvam, que attribuitur Gilberto, maxime in illis, in quibus nulla obviat

*) De ceco illuminato, frigoretico sana(ti) et contracto consolidato. Capitulum penultimum *B* 2.

**) Quod beata Monegundis non solum miraculis vita comite claruit, verum etiam claruit et post mortem. Capitulum ultimum *B* 2.

quae ad praecedentia nequaquam pertinent, alio atramento posteriori cura additae sunt A; et in B 1 *iam ante Vitas illas legitur:* Et sic sequitur tabula tocius operis. — *Lemmata praebet B* 2, *sed etiam cap.* 59. 64—68. *numeris carent, denique capita* 67—69. *falso* LXIIII. LXV. LXVI. *numerantur.* a) *sic B* 2; *inscriptio deest A. B* 1. b) inebriata *B.* c) parentes *B* 1. d) *haec solus habet B* 2, *ubi* 2^us^ *pars. Hic desinit B* 1. e) *superioris partis folii* 1, *usque ad* principis mittere *abscisa est A; libri numerus deest B* 2. f) lumbdi *B* 2. g) agere *eadem manu corr.* aggredi *B* 2. h) vel *B* 2. i) *emendandum vel interpretandum est* attingenda. k) *sequentia* — historiographi *cum folii* 1. *alterius columnae superiore parte delecta in A.*

1) Cf. praef. p. 71. 2) Petri Lombardi prol. in libros Sententiarum, Migne CXCII, col. 521 sq., cuius verba litteris inclinatis indicavi.

rationabilis historia, non obmittendo in diversis passibus dicta Balduini, Almerici, Andree Marsianensis, Thomelli et aliorum quamplurium approbatorum historiographorum, recapitulando etiam aliqua, que in fine quarti decimi libri satis nude declaraveramus de Hermanno comite Montensi videlicet et Richilde, eiusdem legitima uxore. Verum quia historiographi, quos insequti fuimus usque ad tempora ista, satis succincte de dictis[a] conscripserunt principibus, nichil superaddere de proprio presumpsi; de predictis vero Hermano[b] atque Richilde plura, quam scripseram, repperiens, et illa nunc pandere proposui.

Cap. I. De* Hermanno comite Hanoniensi et Richilde uxore sua.

Posset igitur queri, quis fuerit iste Hermannus, et que Richildis. Gilbertus videtur sentire, quod ipse fuerit verus heres naturalis et unius comitum Montencium filius, et
Gest. p. 490. quod Richildis, eius uxor, dicta est comitissa, ex eo quia Hermanno copulata erat matrimonio; patet, nam ipse Gilbertus in operis sui principio sic dicit: *Post mortem Hermanni comitis Montensis, Richildis vidua comitissa supervixit et totam terram Hanoniensis comitatus tam de iure dotalicii quam de procuratione puerorum suorum tenuit comitatum. Que postmodum nupsit Balduino comiti Flandrie, Balduini comitis et Adele comitisse, filie Roberti regis Francorum, [filiae]*. In oppositum vero sunt tam Balduinus quam Almericus, dicentes, quod Hermannus fuit filius ducis Thuringie[1], parentibus orbatus, cui imperator dedit[2] Richildem virginem, filiam Ragineri comitis[d] Montensis, huius nominis tercii[3], in uxorem. Iterum de ea legitur, quod a stirpe descenderit regali, prout statim apparebit. Patet etiam iterum, que fuerit ipsa Richildis; nam mortuo Hermanno anno
c. 1050. MXXIX[4], ipsa rapta fuit in suo castro Montensi a Balduino Insulensi comite Flandrie
1051 anno ML[5], qui dedit eam in uxorem Balduino, filio suo; ratione cuius imperator Henricus commovit bella contra Balduinum dictum, ex eo quod viduam, que erat sub imperatoris tutela, sine eius licentia rapuerat et matrimonio coniunxerat; et iterum papa Leo, eius avunculus ex parte matris, et episcopus Cameracensis[6] excommunicaverunt tam Balduinum quam Richildem; nec voluerunt prima facie dispensare cum eis, cum essent in propinquo gradu consanguinitatis et sine licencia ecclesie copulati. Sed quis fuerit ille gradus et unde habuerit ortum, o lector, attende[e] superius in XIIII. libro huius operis, capitulo LVII[f]. Habetur expresse ex dictis Sigiberti, quod Hugo Capucius Francie rex habuit unam filiam nomine Halguidem et unum filium nomine Robertum; Alguidem rex tradidit Raginero, filio Ragineri dicti Longi-colli[7], ex qua dictus Raginerus secundus suscepit Ragineruni tercium; et secundum Balduinum et Almericum dictus Raginerus tercius suscepit ex uxore legitima hanc Richildem, de qua sermo. Rex vero Robertus, qui erat avunculus Ragineri tercii, habuit unicam filiam Adelenem[g-8], quam matrimonio tradidit Balduino Insulensi, ex qua ipse suscepit filium nomine Balduinum, maritum[h] supple predicte Richildis. Cernis igitur, o lector, gradum consanguinitatis, a quo papa dispensare noluit prima facie, nisi separarentur. Dicunt aliqui, quod hoc noluit racione raptus, ut cederet ceteris in exemplum.

(I) Cap. II. De** Hermanno ducis Thuringie filio [et] unico filio eiusdem claudo necnon sola filia.

Bald. Av. Balduinus et Almericus[9]: Hermannus, filius ducis Thuringie, ex Richilde, filia Ragineri tercii, coniuge legitima, unicum filium, Rogerum nomine, claudum ab utero[10], cum sola filia suscepit.

*) Questio de diversis opinantibus Hermanni et Richildis et ad illam responsio *B* 2, *ubi numerus deest.*

**) De morte Hermanni sponsi Richildis et de Balduino Insulensi, Ala vel Adela, eius uxore, et eorum liberis. Capitulum primum *B* 2.

a) istis *B* 2. b) Hermanno *B* 2. c) *deest codd.* d) *sequentia* — tam Baldui (l. 23) *deleta in A.* e) ostende *B* 2. f) *numerus deest B* 2. g) adelenam *B* 2. h) s. m. *B* 2. i) *deest A.*

1) Hoc perperam adinventum est. Quis hic Hermannus comes fuerit, nescimus; cf. Schmiele, 'Robert der Friese' p. 56 sq. 2) Hoc nulla auctoritate confirmatur. 3) Potius V; Iacobus, ut iam monuimus, tres Ragineros in unum confudit. 4) Cf. supra l. XIV, c. 53. Confunditur Hermannus Montensis cum comite Enhamensi. 5) Post pascha a. 1051. Ann. Eln. mai., SS. V, p. 13. 6) Liethertus. Haec Almericus ex Bald. Avenn. hausit (cf. infra c. 3), qui ea ex Flandria Gener. c. 12, SS. IX, p. 320, sumpsit, cum alibi haec non relata sint. Cf. Steindorff, 'Jahrb. Heinrich III.' II, p. 152, n. 5. 7) Cf. Sigeb. a. 977. 8) Cf. Sigeb. Contin. Aquic. a. 1195, SS. VI, 433. 9) Almericus sequentium pleraque sumpsit ex Bald. Avenn. ed. Kervyn p. 561. 10) Gislebert. p. 490: *filius claudus fuisse dicitur.* Verum Rogeri nomen solus Iac. habet.

Huius temporibus Valencenensis comes[1] sine prole viam universe carnis ingressus est. Quod advertens Hermannus Bald. Av.
et Richildis, tum ratione propinquitatis et sanguinis, ex eo quod Raginerus secundus[2] eam conquisierat
contra Godefridum[3], tum ratione legum et consuetudinum patrie, tum eciam ratione pecuniarum,
dotum et permutacionum, sic disposuerunt, quod predictum comitatum Valencenensem, iuste et
legitime comitatum, sed non castrum, ut dictum est, conquisierunt, et de imperatoris licencia
ac procerum patriarum concordi voluntate et assensu indissolubiliter pro perpetuo simul
cum Montensi comitatu, que tunc allodia erant, simul coniunxerunt, libertatibus et consue-
tudinibus utriusque partis debite observatis. Gilbertus: Feoda vero, que ab imperatore Romano- Gisl. p. 491.
rum tenebantur, scilicet abbassiam et advocatiam Montensis ecclesie et iusticiam comitatus, per dominum imperatorem
susceperunt. Non multo vero post temporis elapso Hermannus spiritum Deo reddidit anno
MXXIX. Huius temporibus dominabatur in Flandria Balduinus Insulensis comes Flandrie,
qui suo tempore plures ecclesias notabiles de suo patrimonio construi fecit, utpote ecclesiam Bald. Av.
sancti Petri Insulensis, ecclesiam sancti Petri Ariensis et ecclesiam sancti Petri Harlebekensis[a-4], et in omnibus
canonicos instituit et magnifice omnes dotavit ac privilegia magna contulit. Hic Balduinus filium regis Roberti
nomine Allam desponsavit, ex qua duos filios suscepit, Balduinum primogenitum et Robertum iuniorem. Hec
Alla aut Adela[b] comitissa fundavit monasterium dominarum de Messines in Flandria[4] et ibidem posuit moniales
ordinis sancti Benedicti. Verum quia Balduinus comes ex multorum relacione iuniorem
filium suum Robertum minus fidelem et nimium insolentem et fratrem suum proprium
minus diligere comperisset[6], dedit sibi, ipso vivente, de consilio baronum Flandrie partem sub-
stancie, que sibi ex successione paterna contingere debebant[c] et adhuc ultra sortem[7], et fecit in
procerum presencia tactis sacrosanctis adiurare[8], quod nunquam quicquam in Flandria repeteret nec [in[d]] fra-
trem suum nec populum sibi subiectum molestiam inferret, et quod permitteret fratrem suum Bal-
duinum et successores suos legitimos perpetuo de toto comitatu Flandrie pacifice possi-
dere. Et sic iureiurando coram omnibus confirmavit. Paucis postmodum curriculis annorum
revolutis Florencius Frisie comes diem clausit extremum[9], et Robertus comitissam[10], Florencii relictam, desponsavit et illuc remansit; hic ab illo tunc cognominatus est Robertus Friso[e]. Hec comitissa de
Florencio, marito suo, unicam habuerat filiam[11], quam postmodum desponsavit Phillipus[f] rex Francie. Hic Robertus
Friso[e] iuramenta, que fecerat in presencia patris ac omnium nobilium Flandrie, tenuit
patre vivente, licet post mortem patris Flandriam invaserit, tamen nichil pro tunc ob-
tinuit, fratre suo viriliter resistente[12]. Dicit Gilbertus[13], quod Robertus Friso[e] non fuit
germanus frater Balduini, sed erat de alia uxore, frater[g] solum ex parte patris.

Cap. III. Rogerus*, Hermanni filius comitis Hanonie, ex diacono epi- (2)
scopus Cathalanensis.

Hermannus igitur ex Richilde coniuge propria, prout dictum est, unicum filium, Rogerum nomine, ib.
et unicam filiam suscepit, quos sacris et ecclesie de Hermani consensu[14] coaptaverunt. Tandem
ipse de consilio Leonis pape[15], proximi Richildis[40], in episcopum Cathalanensem est ordinatus, admi-
rantibus multis[16]. Qui sibi commissum officium per multa annorum curricula sic sancte
et devote gubernans, quod sibi similis in episcopatu, quantum ad utriusque hominis regi-

*) Quod Hermanni filius Rogerus in episcopum Catalanensem est promotus, Capitulum II. *B* 2.

a) harlbequensis *B* 2. b) audela *A*. c) n *post del. corr.* debebat *B* 2. d) *deest A. B* 2; *suppl. Fortia.* e) frizo *B* 2 *semper*. f) phillippus *B* 2. g) fratrū *B* 2.

1) Arnulfus? 2) IV. huius nominis; cf. supra p. 186, n. 2. 3) Comitem Virdunensem, qui a. 984. a Lothario rege Francorum captus est. Num hic Valentianensem comitatum possederit, Duvivier I, p. 92. dubitat; sed Iacobus aut eius auctores hic in Annalibus S. Gisleni supra l. XIV, c. 43. laudatis niti videntur, ubi Raginerus a. 1000. Godefrido villam Valentianensem abstulisse dicitur. 4) Bald. Avenn. l. l. p. 560: *Nostre Dame a Harlebeke.* 5) A. 1065. Cf. supra l. XII, c. 31. 6) Cf. Flandr. Gener. c. 16, SS. IX, p. 321: *Robertus, patri minus et matri magis carus.* 7) Cf. de hac re Schmiele l. l. p. 34. 8) Aldenardae a. 1063. 9) Iam a. 1061. obierat; cf. Ann. Egmund. a. 1061, SS. XVI, p. 447. 10) Gertrudem, filiam Bernardi ducis Saxonum. 11) Bertam. 12) Error; Balduinus VI. tantum tres annos regnavit. Cf. Geneal. com. Flandr. Bert., SS. IX, p. 306: *In vita enim fratris Robertus situit.* 13) Gislebert. p. 591: *Balduinus . . . fratrem habebat, sed non germanum, Robertum.* 14) Testantibus Gisleberto l. l. p. 491. et Flandria Gener. c. 12, SS. IX, p. 320. id a Balduino VI. Hermanno mortuo factum est. 15) Rogerus III. demum a. 1066. episcopus ordinatus est, Leone IX. iam a. 1054. defuncto. Cf. Schmiele l. l. p. 58 sq.; Steindorff, 'Heinrich III.' II, p. 152, n. 3. 16) Supra c. 1: *eius avunculus*, itemque infra c. 3, ut Balduin. Avenn. l. l. p. 562. ex Flandria Gener. c. 12. habet. Cf. Auct. Aquic. a. 1195, SS. VI, p. 433. et Hermanni Lib. de restauratione S. Martini Tornac. c. 12, SS. XIV, p. 279.

men in operibus misericordie et ecclesiarum repparacione, in viduarum, orphanorum et pupilorum sustentacione a magnis temporibus in dicta ecclesia Cathalanensi non fuerat. iura et libertates ecclesie sue ac aliarum ecclesiarum sue diocesis potenter contra omnes deffensavit, monasterium Omnium sanctorum iuxta Cathalanum a[a] primis fundamentis totaliter fundavit et perfecit et quantum ad edificia et quantum ad proventus uberrimos, mobilia et immobilia; et in eodem[b] canonicos regulares sancti Augustini solempniter pro perpetuo stabilivit. Hic omne ius proprietatis et successionis naturalis, quod habere videbatur in comitatu Hanoniensi, competenti precio contentus, matri, sorori et semifratribus suis et eorum successoribus libere et solempniter dereliquit. Tandem virtutibus plenus, cardinalatum refutans, cum papa Leo, cuius erat proximus, ipsum assumere disposuisset[1], tandem spiritum Deo reddidit et in medio chori ecclesie Omnium sanctorum, quam fundari fecerat, elegit sepeliri. Actor: Hic diligens lector advertere potest, quante auctoritatis fuerit iste Rogerus, primus filius Richildis, qui tantam abbatiam cum omnibus redditibus eorum sic solempniter fundaverit de bonis patrimonii proprii. Verum quia, prout patet in cronicis episcoporum Cathalanensium, successerunt tres Rogeri, dubium erat aliquibus, quis istorum trium fuerat filius Richildis; et ut veritatem plenius investigare possem, ego ipse ad dictam civitatem et ad dictam abbaciam et specialiter ad ecclesiam cathedralem illius civitatis, sancti Stephani videlicet, accessi et dictarum ecclesiarum annales, historias, quas habere potui, necnon et martirologia, missalia et membranas fideliter perlegi et tres Rogeros episcopos Cathalanenses fuisse repperi. Unde sic habetur in dictis annalibus: *Primus Rogerus episcopus Cathalanensis fundavit ecclesiam et totam abbatiam sancti Petri Cathalanensis et obiit anno Domini millesimo IX°*[2]. *Secundus vero Rogerus episcopus Cathalanensis fundavit ecclesiam et totam abbatiam Omnium sanctorum*[3] *extra muros supra Maternam, et hoc anno Domini MLXIII*[4]. *Tercius huius nominis Rogerus episcopus Cathalanensis nichil fundavit nisi doctrinam sacram atque virtutes, et regnavit in episcopatu circa annos Domini MCVI*[5]. Ex hiis apparere potest, quis illorum fuerit filius Richildis[6]. Ex communi historia Hanonie: Filiam eciam, quam ipsa Richildis a Hermano susceperat, sanctimonialem instituit[7]. Que vota, que Deo commendaverat, honorabiliter persolvens, quidquid erat humilitatis et servicii in monasterio, tamquam empticia pedisseca[c] cum actionibus graciarum, consocias suas aut monasterii anchillas non exspectans, operibus misericordie semper intendens, Domino famulabatur; officium ecclesiasticum memoriter totum retinuit et in ecclesia psallere et quieti spirituali se totaliter submittere pro maximis deliciis computabat; non nobilem tamquam Agatha, sed servilem in omnibus sue religionis serviciis ostendebat[d] habere personam. Hec quidquid iuris in Hanoniensi comitatu habere videbatur vendens et precium in operibus piis et in monasteriis reparandis exponens, semper in obediencia et virginitate perseverans, quadragenaria spiritum Domino commendavit; corpus vero eius in ecclesia sua, videlicet sancte Benedicte, inhumatum est.

1049. Balduinus: Anno Domini MXLIX. Leo papa nonus, a Thullo[8] veniens suam neptem Richildem visitare, in Bello-monte[9] descendit; que cum ingenti apparatu, prout potuit, ipsum cum toto comitatu suo suscepit. Hic papa capellam sancti Venancii in castro Bellimontis dedicavit[10] et castrum totum singulari benedictione benedixit, et post plures dies dictus papa cum Richilde in Montensi castro nocte sola convenit. In crastinum ad sceno-

a) aut, ut *del. A; deest B* 2. b) eadem *A. B* 2. c) pedissequa *B* 2. d) se *add. B* 2.

1) Hoc etiam falsissimum est; cf. p. 191, n. 15. 2) Ann. S. Petri Catalaun. a. 1009, SS. VI, p. 488: *Ordinatio Rogeri episcopi, fundatoris huius loci.* 3) Cf. privil. Clementis II, Gallia chr. X, Instr. col. 153; Jaffé, Reg. pont. ed. 2. nr. 4135. 4) Error, cum Clemens II. fundationem iam confirmaverit. 5) Obiit iam a. 1093; Ann. S. Petri Catal. l. l. 6) Errat Iacobus. Rogerus III. fuit filius Richildis; vide supra p. 191, n. 15. Epitaphium Rogeri II, a. 1533. demum positum, quod affertur Gallia chr. IX, col. 874: *Cy gist Mr. Rogiers, XLV. evesque de Chalons, second de ce nom, fils de Herman comte de Namur et de Richilde Comtesse de Hainaut, l'an* 1062. ex hoc loco Iacobi compositum esse potest. 7) Bald. Avenn. l. l. p. 561: *et la fille fist nonnain.* 8) Post diem Sept. 14. Leo IX. Tullo abiit; Jaffé, Reg. pont. ed. 2. p. 532. 9) Beaumont, a Melbodio orientem versus situm. 10) Huic narrationi Gislebertus p. 494. materiam quandam praebuisse videtur, ubi legimus: *qua* (Richildis) *castrum Belli-montis scilicet turri et aliis munitionibus construxit et capellam ibidem in honore sancti Vincentii instituit, quam bonis satis competentibus ditavit.* [Leonem IX. inter dies Sept. 14. et Sept. 28. Bellum-montem et Montes adiisse credi nequit; cf. Anselmi Dedic. eccl. S. Remigii, Wattenbach, Vitae pont. I, p. 116. H.-E.]

doxiam[a] de Macourt[1] iuxta Condatum ad quandam priorissam, que neptis erat tam pape 1049.
quam Richildi, illuc diebus pluribus ex devocione convenerunt, servitoribus Ablatonis[b]
atque Condati transmissis. Interim Leo papa ecclesiam illam et totum cimiterium dedicavit
et indulgencias magnas illuc instituit. Dicit eciam Balduinus, quod et tunc fama in populo
vulgabatur, quod quidam papa, dictus Calixtus[2], a civitate effugatus Romana in dicto hospi-
tali sub specie pauperis sacerdotis latitaverat et sanctimonialibus illius loci ad modum
confessoris et capellani inservierat et capellam solam dedicaverat. Racione cuius fame
ipsa Richildis sciens, quod populus illuc ab omni parte confluebat, et ignorabant, utrum
que ferebantur erant vera, rogavit dictum Leonem papam, quatenus et ecclesiam et cimi-
terium pro securitate populi et eorum salute dedicaret; quod et fecit. Abhinc dictus papa
cum dicta Richilde venerunt Valencenas et suscepti sunt iuxta oppidi possibilitatem. In
eadem villa extra muros in scenodoxia dedicavit quandam capellam in honore sancti
Michaelis archangeli et totum benedixit oppidum benedictione speciali. Abhinc vale susci-
piens Richildi papa versus Remis[3] secessit. Hic plura concilia[c] in Galliis fecit et ecclesiam
sanctam melioravit et ad leprosos maximam semper habuit devocionem. Balduinus vero
Insulensis cernens filium suum Robertum, quem semper suspectum habebat, vinculis matri-
monialibus innodatum, gavisus est; Balduinum, antiquiorem filium, quem diligebat in im-
mensum, disposuit assignandum et Richildi comitisse Hanoniensi, que erat Hermanni 1051.
condam[4] Hanoniensis comitis relicta, legatos destinavit, qui tamdem sic disposuerunt, quod
Balduinus, filius Balduini Insulensis, Richildem in facie ecclesie desponsavit; et tradidit sibi
pater totum comitatum Flandrie cum appendiciis. Nupciis vero prepotenter celebratis[5],
post pauca tempora[b] Baldoinus pater dierum plenus feliciter viam universe carnis cum Domini Bald. Av.
benedictione, non sine eiulatu multorum, ingressus est et in sancti Petri Insulensis ecclesia in chori
medio sotempniter sepultus est anno Domini MLXVII[6]. Hic Balduinus[7] comes tante erat prudencie, iusticie 1067.
et equitatis, fortitudinis et audacie, quod quamdiu vitam duxit in humanis, tanta pace et con-
cordie securitate et regimine fruebantur et[a] gaudebant Hanonienses et Flandrenses et omnes
sibi subiecti, quod non erat in eorum territoriis qui cutellum vel baculum aut arma invasiva esset[f]
ausus deportare, nec erat timor in confinibus eorum; nec villarum aut castrorum porte claudebantur,
nec hostia domorum aut fenestre nec horreorum[g] aut celariorum seu granariorum[b] firmaban-
tur[8]; nec latrones aut homicide repperiebantur, ut merito prophetia in sua terra videretur
realiter adimpleri: *Conflabunt gladios suos in vomeres et lanceas suas in falces.* Hic Balduinus Is. 2, 4.
cum Richilde uxore propria ordinaverunt confraternitatem phale[9] Valencenensis, que per
magna duravit tempora, et eam propriis sigillis firmaverunt, prout patet in cartis phale Valen-
cenensis[10]. Hunc Balduinum episcopus Cameracensis excommunicavit, pro eo quod Richildem desponsaverat contra Bald. Av.
ecclesie sancciones. Erat filia filii[11] sororis[12] regis Roberti Francie, et mater mariti sui Bal-
duini erat eciam soror[13] eiusdem Roberti regis, idcirco sentenciam incurrit excommunica-
cionis. Sed modico post elapso temporis Leo papa, qui erat avunculus predicte Richildis, ipsos absolvit, ib.
sed lectum eis prohibuit[14].

Cap. IIII—XXI. Thomellus[15] de laudibus Balduini VI. marcionis Flandrie. (3—20)

Quia Balduinum nobis — — regnantibus Henrico Lotharingie, Philippo Francie regibus. Hec Thomellus. Tomel.

Cap. XXII. XXIII[16]. (21. 22)
F. SS. Marc. et Petri.

Romé Marcellini presbiteri — — sepelierunt quinto Kalendas Septembris.

a) scenodoxilam *A*. b) ablatis *B* 2. c) consilia *B* 2. d) quondam *B* 2. e) et s *A*. f) a. e. *B* 2. g) hor-
rearum *A*. b) graniariorum *A*.

1) Macon. Cf. 'Statistique archéol. du dép. du Nord' (1867) II, p. 417. 2) Haec fabulosissima esse non est, quod moneam. Fortasse autem hic ea quae Gregorio VI. acciderunt tanguntur. 3) Quo die Sept. 29. a. 1049. venit. 4) A. 1051. 5) Mortuus est 16 annis post, a. 1067. 6) V. supra l. XIV, c. 58. 7) Scil. VI, maritus Richildae. 8) Haec auctor a Iacobo adhibitus ex Bald. Avenn. p. 560 sq. sumpta ampliavit, qui ea ex Flandr. Gener. c. 12. hausit. 9) De hac voce v. Ducange III, p. 398. VI, p. 301. 10) L. Cellier in 'Mémoires hist. de Valenciennes' II (1868), p. 145—168. hanc chartam 'de le Frairie de le halle des dras' edidit. Qui attulit locum Iohannis Coquiau scriptoris Valentianensis, qui hunc locum Iacobi in curia Valentian. *(en la maison de ceste ville)* inventum 'au gros libvre cotté A' exscripsit. 11) Ragineri V. — Bald. Avenn. l. l. p. 561. habet tantum: *car li quens Hermans ot esté ses cousins.* 12) Hadwigae. 13) Potius filia, nomine Adela. Vide supra c. 1, p. 190, ubi consanguinitas utriusque explicatur. 14) Bald. Avenn. haec ex Flandr. Gener. c. 12. sumpsit. Cf. supra c. 1. 15) Tomelli Hist. Besnop. c. 8. 1—7. 9—16. 18. 17. SS. XIV, p. 147 sqq. 16) E passione SS. Marcellini et Petri c. 1—3. 4. 6. 7. 10. 11. 14, Acta SS. Iun. I, p. 171 sqq.

(23) **Cap. XXIIII.* De morte Balduini comitis Hanoniensis et Flandrensis et de institutione Arnulphi filii sui et de tirannide Roberti Frisonis et morte Arnulphi.**

Gisl. p. 491 sq. Gilbertus[a]: Contigit autem Balduinum — — penitus infregit. Balduini equidem supe dicti principis, comitis Flandrie et Hanonie, corpus defuncti in monasterio Hasnoniensi, quod reedificaverat, sepultum fuit anno ab incar- 1070. Iul. 17. nacione Domini MLXX. XVI. Kal Augusti[1]. Robertus autem — — quos potuit, commovit. Gilbertus: De Gerbodone[2] — — in Cluniacensi ecclesia claruit.

(24—29) **Cap. XXV—XXX[3].**

Chr. Laet. c. 1—6. Scripturus de statu ecclesie nostre Letiensis — — data est in manus impii.

(30—33) **Cap. XXXI—XXXIII[4].**

Her. Torn. c. 56. 57. Theodericus dominus Avesnensis — — ab omnibus vocari solebat.

Cap. XXXIIII—XXXIX.

Chr. Laet. c. 7—12. Erat tunc temporis in[b] Crispiniensi ecclesia — — viam et peregrinationem Iherusalem arripuerunt.

Cap. XL. De restauratione ecclesie Crispiniensis.**

Ex Annalibus ecclesie Crispiniensis[5], quibus concordat Sigibertus: Anno 1080. Domini MLXXX°[6] monachi ordinis sancti Benedicti in Crispinio in ecclesia sancti Petri principis apostolorum sanctique Landelini confessoris Christi restituti sunt, foris missis canonicis, advocatique[c] a bone memorie comite Balduino[7] et matre eius Richilde[8] et a Gerardo Cameracensi episcopo[9]; prefuitque primus abbas eidem cenobio Raynerus[10], ex cenobio Hasnoniensis ecclesie monachus. Raynero mortuo successit sibi in officio abbatie Lantbertus[11], assumptus eciam a cenobio predicto Hasnoniensi. Ex historia Cameracensi: Modicum ante tempora ista Hugo dominus d'Oizi cepit episcopum Cameracensem Liebertum proditorie de nocte in lecto suo, postquam fessus dedicaverat quamdam ecclesiam et magnum populum confirmaverat, et interfecit camerarium episcopi et multos nobiles, qui erant cum episcopo volentes ipsum adiuvare. Dictus autem Hugo cepit dictum episcopum nudum in lecto et incarceravit eum in castro suo d'Oizy[12]. Richildis autem comitissa Montensis audiens, quod eius pater spiritualis sic tractatus fuerat, congregavit aciem magnam in Hanonia[13] et mandavit filio suo Arnoldo, tunc comiti Flandriarum, quatinus ad ipsam accederet cum decenti comitiva. Que post paucos dies una cum Arnoldo proprio filio Cameracisium per Duacum subintrantes, totam terram Hugonis devastantes, Hugone fugiente, castrum d'Oizy ceperunt, et cunctis interfectis dominum Liethertum episcopum vinculatum repererunt, quem cum honore permaximo ad civitatem Cameracensem reduxerunt et in propria sede reposuerunt cum magnificentia. Pares Cameracisii cum civitate considerantes victoriam, honorem et commodum a comitissa Montensi et eius filio Arnulpho eis impensa[d], tractare ceperunt comitisse de satisfactione pecuniaria et expensis persolvendis; sed comitissa respondisse fertur sola benedictione episcopi contentari; et superaddidit ecclesie beate virginis et episcopo terras, possessiones et localia quam plurima; tamdem reversa est ad propria in suo castro Montensi.

Cap. XLI—XLIII.

Gisl. p. 493—495. Post digressionem redeundum est ad comitissam Richildem — — eorumque municio prostrata penitus fuit.

*) De Balduino Flandrie et Hanonie comite et Roberto Frizone, fratre suo, filiorum tutore. Cap. XXIII. *B* 2.

**) Quod monachi ordinis sancti Benedicti restituti sunt in Crispinio, canonicis foris missis *B* 2.

a) *deest B* 2. b) in castro Crispiniensi *B* 2. c) advocatisque *codd.* d) impensis *A*? *B* 2.

1) Cf. Ann. Eln. mai. 1070. Vide supra l. XIV, c. 58. 2) Qui Arnulfum III. comitem Flandrie interfecit. 3) Chron. Laetiense c. 1—6, SS. XIV, p. 492 sqq. 4) Herimanni Liber de restauratione S. Martini Tornacensis c. 56. 57, SS. XIV, p. 298—300. 5) Crespin (arrond. Valenciennes). 6) De priore statu huius monasterii vide Gesta ep. Camerac. II, c. 41, SS. VII, p. 464. 7) II. 8) Charta utriusque a. 1080. data a Miraeo, Op. dipl. II, col. 1135. edita est. 9) II. 10) Sedit a. 1080—1096; cf. de eo Chron. Laet. c. 7, SS. XIV, p. 496. Occurrit in chartis a. 1089. et c. 1093, quas affert Wauters I, p. 571. 583; Duvivier, 'Recherches' II, nr. 81. 82, p. 459. 462. 11) Occurrit a. 1098. ap. Duvivier II, nr. 89—90, p. 479. 481. 12) Cf. Rod. V. Lietberti c. 45, D'Achery, Spicilegium IX. (1666), p. 722. 13) Ib. c. 56, l. l. p. 723. Sequentia valde ampliata sunt; cf. Wilmans in 'Archiv' IX, p. 350 sq.

Cap. XLIIII. De* fundatione ecclesie sancte Marie Condatensis.

Ex archivo ecclesie beate Marie Condatensis: Arnoulphus[a.1] Hanonie comes contulit libere ecclesie beate Marie Condatensi terram, villam, territorium totum ville de Tulin[b.2] cum omnibus appendiciis eiusdem perpetuo possidendum. De cuius proventibus ipse comes tredecim prebendas canonicales in dicta ecclesia primitus instituit[3]; quibus prebendis superaddiderunt eius successores redditus de Hausi[c.4] cum quibusdam aliis. Deinde nobiles aliqui patrie Hanoniensis territorii Burbancie, dominus videlicet de Lutosa[d.5] et dominus de Balliolo[6] et alii plures, devocione ad beatam virginem et ad predictam ecclesiam allecti, dedere pecunias, ex quibus villa de Hostich[7] et de Boegnies[8] et plures[e] alii proventus acquisiti fuisse leguntur; ex quibus XII alie prebende institute dignoscuntur. Postmodum anno Domini millesimo CIII. Manasses episcopus Cameracensis dicte ecclesie altare de Herignies[f.9] cum decimis primo legitur eciam contulisse. Hic Arnulphus potenter restituit dominum Liebertum Cameracensem episcopum cum honore in sua sede contra dominum[10] d'Oizi[11], prout explanatum est.

Cap. XLV. De fundatione cenobii[g] sancti Dyonisii in Brokeroya[h.12].

Gilbertus[g]: Sepe dicta Richildis et eius filius Balduinus — — suscepit perpetuo tenendum. Gisl. p. 495.

Cap. XLVI. De morte Richildis et successione Balduini, filii sui.

Ex communi historia Hanoniensi[i]: Defuncta tamdem Richilde[13] et in abbacia Hasnoniensi sepulta, anno videlicet Domini MLXXXVI, dominus Balduinus, filius eius, comitatum Hanonie suscepit gubernandum. Hic[14] acceperat in uxorem Ydam, sororem Lamberti comitis Lovagniensis[k.15], que virtutibus et fama supra sibi coetaneas pollebat. Hic suscepit de Yda uxore propria duos filios et tres filias[16], videlicet Balduinum seniorem et Arnoldum[l] iuniorem; antiquior filiarum vocata fuit Yda, mediocris Richildis, iunior vero Aelidis; quorum inferius genealogiam ostendemus. Hic Balduinus tempore sue iuventutis florente, licet strenuus et audax foret, robustus et fortis, tamen multa perpessus[m] est, vivente matre sua Richilde, ab avunculo Roberto Frisone, qui iniuste comitatum Flandrie sibi per tirannidem usurpaverat[17], prout superius ostensum est[n]. 1072. Bald. Av. c. 56.

[LIBER* XVI.]

Cap. I. Quomodo** Balduinus comes Hannonie promiserat se accepturum filiam domini Roberti Frisonis et accepit filiam Lamberti Lovaniensis.

Thomellus[18]: Balduinus equidem, miles iuvenis — — retrahi potuit usque ad tempora moderna. Gisl. p. 501.

Cap. II. Quomodo*** quidam nobilis Gossuinus nomine opposuit se comiti Hanonie, qui postmodum captus a comite et abscissa barba abiit.

Gilbertus: Balduino igitur sic in Hanonia dominante — — comitum Hanonie extitit. ib.

*) Quod [ab°] Arnulfo comite Hanonie et dominis de Lutosa et Bailliolo prebende beate Marie Condatensis fuerunt primitus institute *B* 2.

**) Quod Balduinus Duacum perdidit, pro eo quod filiam Roberti Frizonis turpissimam noluit ducere uxorem *B* 2.

***) Quod Gossuinus dominus de Oysi turrim construxit in Avesnis et domino Balduino rebellavit *B* 2.

a) Arnulphus *B* 2. b) thulin *B* 2. c) hausy *B* 2. d) lutosa *B* 2. e) prov. al. pl. *B* 2. f) de cuius *add., sed del. B* 2. g) *deest B* 2. h) brocheroya *B* 2. i) hasnoniensi *B* 2. k) louaniensis *B* 2. l) arnoldum *B* 2. m) processus *codd.; emend. Fortia.* n) *f.* 16'. *totum fere et* 17. *vacant, sequente folio exciso, in inferiore f.* 16'. *legitur:* De albo *A; B* 2 *leguntur in calce folii* 10. *post cap.* 46. *verba linea rubea subducta:* Nota cartam Valencenensem in spacio sequenti; *sed f.* 10'. *vacuum relictum est.* o) Hanonie historiarum *tantum legitur A in superiore margine f.* 18. *deleto initio inscriptionis. Abhinc usque ad finem libri XVIII. superior pars foliorum a muribus corrosa est A; quae desunt, iis tantum locis annotavi, quibus lectiones cod. B* 2 *dubias sunt.*

1) III; cf. Schmiele l. l. p. 38. 2) Thulin prope Mons. 3) Gesta ep. Camerac. II, c. 42, SS. VII, p. 464: *nunc autem est monasterium, prae inopia, paucorum canonicorum.* 4) Haussy (arrond. Cambrai, cant. Solesmes). 5) Lenze. 6) Bailleul (arrond. Hazebrouck). 7) Houdain (arrond. Avesnes, cant. Bavai). 8) Gognies-Chaussée (arrond. Avesnes, cant. Maubeuge). 9) Hergnies (arrond. Valenciennes, cant. Condé). 10) Hugonem. Cf. Gesta ep. Camerac. cont. c. 22. 23, SS. VII, p. 496. 11) Oisy (arrond. Valenciennes, cant. Valenciennes-Sud). 12) St.-Denis-en-Broqueroie. 13) II. comes Hanoniae; cf. Flandr. Gener. c. 14. 14) Haec ex Bald. Avenn., ed. Kervyn p. 566 sq., SS. XXV, p. 421. 15) Cf. Gisleb. p. 501. 16) Gisleb. p. 501. ei duas tantum filias attribuit, p. 505. tres. 17) Pugna apud Cassellum commissa. 18) Nota huc perperam positum pro Gilberto.

Cap. III. Quod Balduinus comes Hanonie[a] ivit ad Terram Sanctam cum Godefrido de Bullione.

Gist. p. 501. 503. In diebus illis Ierusalem — — ammiscere decrevit. Imperator autem Constantinopolitanus — — rex Anglorum. Insuper Alexis — — consilium requisivit. Qui cum Alexis — — eius honorem associatus est.

Cap. IIII. Quomodo[a] cenobium sancti Maximi in Tornaco fuerat restauratum ab abbate Haimerico.

Auct. Aquic. 1079. Sigibertus: Anno Domini MLXXIX° inceptum est cenobium sancti Salvatoris in insula que dicitur Aquicinctus[b] a viris illustribus, Sigero videlicet atque Waltero. Ex historia fundationis ecclesie Aquicinensis[1]: Anno dominice incarnationis MLXXIX° ultima die Novembris primo cepit Aquicinensis congregacio, prout immediate superius ostensum est. Anno vero sequenti, videlicet MLXXX°, dicta congregatio Allardum primum abbatem super se elegerunt in modo et forma, sicut dictum est. Anno MLXXXI° IIII. Kal. Aprilis ecclesiola prima Aquicinensis a casu combusta est, que virgunculis, straminibus et bitumine constructa erat; et anno eodem lignis grossioribus, bitumine tamen et lateribus aliquantisper solempnior est restaurata[c.2]. Anno MLXXXVII° obiit dictus Alardus, dicte congregacionis primus abbas, et successit ei Allelmus. Anno MLXXXVIII° obiit Allelmus secundus abbas, et successit ei Haymericus tercius abbas; sub quo restaurata est abbacia sancti Martini Tornacensis. In cuius historia restaurationis sic habetur: Hist. Torn. p. 533 sqq. Ecclesia sancti Martini Tornacensis fuit destructa anno Domini DCCCLXXXI° cum ceteris Gallicis ecclesiis a Normannis et Danis[3], et remansit deserta per ducentos et undecim annos usque ad annum MXCII, quo restauracionis sue sumpsit exordium per magistrum Odonem, scolarium rectorem, cum quatuor scolaribus clericis suis, sub obedientia et ad rogatum domini Ralboldi episcopi Noviomensis et Tornacensis. In Kal. igitur Madii, in festo apostolorum Philippi et Iacobi, congregata maxima processione canonicorum tociusque populi, magistrum Odonem cum suis quatuor clericis ad ecclesiam sancti[d] Martini deduxit eamque illis liberam et episcopali privilegio confirmatam coram omnibus tradidit; sicque eos ibidem sub regula sancti Augustini canonice in habita clericali Deo servituros dimisit; factaque sunt hec anno dominice[e] incarnationis MXCII[e.4], apostolice sedi presidente Urbano, Remensi vero archiepiscopo Rainaldo, Tornacensi ac Noviomensi episcopo Ralboldo[f], Francorum regnum regente[g] Philippo, Flandrensium comitatum tenente iuniore[h] Roberto, Privonis filio. Recedente[i] itaque domino Ralboldo[f] episcopo cum processione, remanserunt pauperi Martino quinque pauperes clerici, sed Dei gracia divites, qui paulatim crescere ceperunt, ita ut infra annum unum XVIII fratres ibidem invenirentur. Paupertatem tamen non parvam in primis ibi sustinuerunt, ita ut unde viverent pauperes Christi non haberent; sed a quibusdam laicis religiosis sacci publice per urbem cotidie circumferebantur, et ut pauperibus sancti Martini succurrerent, clamabatur; talique subsidio anno integro transierunt. Eodem anno abbas Haymericus Aquicinensis predictos ib. p. 539. visitans consuluit, ut habitum canonicorum sancti Augustini permutarent et nigrorum monachorum habitum assumerent; quod et fecerunt. Sed Novionum[j] ad episcopum Ralboldum[k] omnes accedentes, ut alium locum, in quo quietius Domino servire possent, impetrarent, optimates, nobiles et cives Tornacenses ad episcopum legatos miserunt, ut monachos dictos alibi nullo modo collocarent, sed ad civitatem Tornacensem ipsos per obedienciam remittentes[l], ipsos benigne reciperent et ecclesiam donis[m] quam plurimis adornarent; quod et factum est, nam eos obedientie vinculo constrictos Tornacum redire coegit. Quod ubi civibus innotuit, illico, [quasi[n]] post tenebras solem cernerent redeuntem, exultant et procul ab urbe eis occurrere properant[o]. Contigit autem eos redire in die exaltacionis sancte crucis, quando illam celebrem processionem per circuitum urbis populus faciebat, que ab eodem episcopo Ralboldo[f] eodem tempore fuerat instituta pro ignea pestilencia, que a divino iudicio nimia ipsam provinciam oppresserat, adeo ut populorum[p] membra publice comburi viderentur; cuius[q] pestis immanitate permotus dictus episcopus Ralboldus[f] tocius provincie populum ad sancte Marie ecclesiam Tornacensem congregari fecit, factoque crucis[r] generali sermone, omnibusque nimium perterritis, plus quam mille iuvenum comas totundit[s] vertesque per terram defluentes[t] precidit; deinde universis una feria 6[a] integra usque ad noctem ieiunare fecit, ita eciam, ut nec infantuli nutricum papillas suggerent, interdixit.

Cap. V. Quomodo** processio Tornacensis primitus instituta est in remedium morbi pestilentialis.

ib. p. 540 sq. a. Preterea in sequenti sancto crucis exaltacione universum populum cum sanctorum pignoribus, nudis pedibus totam urbem forinsecus processionem faciendo circuire constituit; sicque iram Domini in misericordiam conversam experti sunt cuncti, multis pro ea oracionibus et elemosinis factis. Que processio in prefata sancte crucis exaltacione per eiusdem urbis circuitum usque in hodiernum diem observatur, ita ut de circumpositis regionibus non nunquam ad eam fere centum milia plebis diversi sexus et etatis congregari videantur. Canonici igitur, qui iam urbem cum sanctorum pignoribus egressi fuerant in dicta anniversaria processione, ut monachos Sancti Martini reverti audierunt, cum tota processione fere sexaginta milium hominum eis obviam pergunt et cum gaudio eos ad sancti Martini ecclesiam reducunt.

*) De inicio cenobii Acquiscictensis et quibusdam aliis *B* 2.

**) De processione Tornacensi et de quibusdam eventibus illius temporis *B* 2.

a) *deest B* 2. b) acquicinctus *et sic constanter B* 2. c) reparata *B* 2. d) beati *B* 2. e) inc. dom. *B* 2. f) ralbod. *A.* g) regente *B* 2. h) balduino *odd., sed del. B* 2. i) novionu *B* 2. k) raboldum *A.* l) *sic A*; remittes *B* 2; remittendo *bene Fortia.* m) dotis *B* 2; d. q. pl. *delela in A.* n) *supplevi ex Hist. Torn.; deest codd.* o) *sic Herim.*; praeparant *Hist. Torn.* p) plurimorum *H. T.* q) *sic H. T.*; cumque *codd.* r) cunctis *H. T.* s) totondit *B* 2. t) et libidini potius quam necessitati servientes *add. H. T.*

1) Cf. praef. p. 69. 2) Cf. Fund. monast. Aquic., SS. XIV, p. 582. 3) Herimanni Lib. de restaur. S. Martini Tornac. c. 49, SS. XIV. p. 296. 4) Ib. c. 11, l. l. p. 279. 5) Ib. c. 37, l. l. p. 289.

Eodem tempore Balduinus[a] Tornacum accessit, abbatiam et capitulum intrarit et consuluit abbati Odoni ceterisque fratribus, ne quod in Vitis patrum legerent statim exequeretur[b], sed potius aliquod cenobium eligerent, cuius consuetudines observarent. Placet omnibus consilium episcopi, eligitur cenobium Acquicinense, quod quindecim annis vel circiter ante fuerat constructum, quod solum tunc temporis in provincia iste et religionem et conuersationem servabat Cluniacensis cenobii. Dompnus itaque abbas Odo abbatem Ahquicinensem Haymericum expetit, et quod tam se quam omnes fratres suos monachos eius esse recognoscebat, utpote ab eo factos et benedictos, ut etiam, quaeliter vivere debeant, doceat, exorat. Annuit religiosus abbas, statimque de suis monachis in cenobio sancti Martini Tornacensis priores instituens ac de [cenobio[c]] sancti Martini Acquicinctum secum ducens, libenter cum eis collaboravit; et tam ipse quam fratres eius officiuntur eis in consilio ut patres, in auxilio ut fratres, in famulatu ut servi. Et sequitur ibidem: Vda nobilis matrona, coniunx Fastredi advocati, primo[d] dedit domum suam in urbe prope Sanctum Petrum ecclesie et monachis Sancti Martini. Hec fuit germana illius nobilis principis Theoderici de Avesnis[1], qui eodem tempore[e.2] in propria terra sua in Hanonis cenobium Lesiense[f] a fundamentis construxit, omnibusque officinis peractis, monachos ibidem posuit, et unde victum et vestitum haberent, habundanter provi- Hist. Tor. p. 541 sq.

dit. Hec in Historia restaurationis ecclesie sancti Martini Tornacensis. Anno Domini MCII. obiit dompnus Haymericus abbas Acquicinensis tercius, et successit ei Gelduinus quartus. Qui post septennium ab eius electione officio resignavit et reclusorio se mancipavit apud Anglum. Cui successit Robertus quintus abbas Acquicinensis, qui post triennium ab officio depositus est. Et successit ei Alvisus abbas sextus. Hic devotissimus existens anno Domini MCXXIII. in reclusorio, quo se propter Deum carceri mancipaverat, in episcopum Attrebatensem est electus et confirmatus[3]. Anno Domini MCXXX. apud Aquicinctum dedicatur ymago sancte Marie a dompno Roberto episcopo Attrebatensi Id. Iunii, in qua recondite[f'] sunt reliquie sanctorum Nerei et Achillei et Pancratii sanctique Clementis, sancti Gordianis, sancte Margarete, Ione prophete, sanctorum Innocentum et de sepulchro Domini. Anno Domini MCXXXIII. obiit Robertus episcopus Attrebatensis; cui successit in episcopatu dictus Alvisus abbas Acquicinensis sextus. Cui successit Gossuinus abbas septimus, preclari nominis et eximie sanctitatis ac religionis, cuius temporibus ecclesia Aquicinensis, quam Dei providentia annis XXXV strenuissime rexit, tam in religione divina quam humana [crevit[b]]. Qui obiit anno Domini MCLXVI. Cui successit Alexander abbas octavus; cui successit Simon, a prodicto susceptus in monachum. Ann. Aquic. ib. 1109. 1123. ib. 1131. ib. 1166. ib. 1174.

Cap. VI.[1] Quod Balduinus comes Hanoniensis posuit primarium lapidem in fundatione monasterii Acquicinensis[h].

Anno vero Domini MCLXXXI. iactate sunt fundamente ecclesie sancti Salvatoris[i] Acquicincti et deiecta alia, que a fundacione sua duraverant circiter centum annos. Incoatum est autem opus novum anno VII. dompni Simonis abbatis, Balduino comite Hanoniensi primum lapidem cum maxima exultacione atque devocione ponente et decimam .....[m] ipsi ecclesie contradicente[n]; quod donum concessit[o] filius eius Balduinus, quem genuerat ex Margareta[p], filia[q] Philippi comitis Flandrie. Anno Domini MCCI. obiit dompnus Simon nonus abbas; cui successit dompnus Adam decimus[r]. Anno Domini MCCIII. monachi Aquicinenses intraverunt primo in magnam ecclesiam dominica in ramis palmarum, sed non utique ad divina continuanda. Anno Domini MCCIIII. obiit Adam abbas[s] decimus; cui successit dompnus Guillermus. Anno Domini MCCVIII. dompnus Guillermus abbas undecimus Sancti Amandi abbas efficitur; cui successit dompnus Simon abbas duodecimus, qui non multo post omnes veteres officinas deposuit et omnes[t] magnas edificationes et chori sedes incomparabiles construxit, decimas et redditus plurimos acquisivit. Hic incepit edificare magnum claustrum et omnia edificia utrique[u] claustro coherencia. Anno vero Domini MCCXVIII. monachi intraverunt primo solempniter novum chorum in vigilia nativitatis Domini cum episcopo Ambianensi Ewrardo. Anno Domini MCCXIX. Honorius papa tercius dilectum filium suum Simonem[v] abbatem Aquicinensem[w] duodecimum salutat eumque mitra cum anulo optimisque previlegiis[x] et dignitatibus honorat et ecclesiam Aquicinensem[y] virorum bonorum relatu plurium[w] diligit et commendat. Anno Domini MCCXXXIIII.[z] obiit dictus Simon abbas duodecimus; cui successit dompnus Guillermus decimus tertius abbas, vir per omnia laudabilis; per cuius prudentem providenciam in spiritualibus et temporalibus aucta est ecclesia vehementer, videlicet in possessionibus, redditibus, homagiis nobilium, campanis decentibus cum campanilibus[a], librorum copia et breviter omnibus bonis, tam spiritualibus quam temporalibus, que copiosissime in ecclesia affluebant. Prefuit autem dicte ecclesie[b] annis decem, mensibus novem; cui successit domnus Iacobus de Bethunia, vir venerabilis et devotus. Anno Domini MCCL. consecrata est maior ecclesia in honore[c] sancti Salvatoris et beate Marie virginis et omnium sanctorum[b] a venerabili viro domno Petro[r] Albanensi episcopo cardinali[c], tunc in Alemannia legato; et eodem anno ib. ib. 1213. ib. 1213.

a) *ita B 2*; boldus *deletum A*. b) exequerentur *legendum videtur*. c) *deest c*. d) primū *B 2*. e) *ita B 2, H. T*; anno *A*. f) lictiense *B 2*. f') recundite *A*. g) gordiane *B 2*. h) *deest A. B 2*; quam in possessione rerum temporalium admodum crevit *Ann. Aquic., unde verbum finitum supplevi*. i) *perperam et hoc caput V. numeratum, ita ut sequentes quoque numeri falsi sint A*. k) acquisictensis *B 2*. l) [maio]ris *falso Ann. Aq. ed. pro* s. Selv. m) *spatium vacuum A ut in Ann. Aquic., ubi* dec. de; dedit nomine *falso suppletum est B 2*. n) contradente *Ann. Aquic*. o) con-[firmavit] *falso Ann. Aq. ed*. p) Mer[ia filia] *falso Ann. Aq. ed*. q) *deest B 2*. r) et his . . s *Ann. Aq. ed*. s) utrinque *Ann. Aq*. t) domnum Sim. *B 2*. u) aquicitensem *hoc loco A. B 2*. v) *lacuna in Ann. Aq. ed*. w) plurimum *Ann. Aq*. x) M°XXXIIII° *A*. y) cinib. . . tibus *Ann. Aq. ed*. z) coenobio *suppl. in Ann. Aq. ed*. a) Aquicinctensis *suppl. in Ann. Aq. ed. falso pro* in bon. b) omn. sanct. *in cod. Duacensi delela des. in Ann. Aq. ed*. c) apostolicae sedis *suppl. in Ann. Aq. ed. pro* cardinali.

1) Cf. Herimanni Lib. de restaur. S. Martini Tornac. c. 9. 56. 2) A. 1095. 3) Error; in reclusorium Gelduinus se recepit, ubi a. 1123. eum obiisse Ann. Aquic. affirmant. Alvisus, ut infra patet, a. 1133. episcopus Atrebatensis electus est. 4) Potius sorore Philippi. 5) Abhinc Ann. Aquic. in Sigeb. Cont. Aquic., SS. VI, p. 436. assumpti sunt. 6) Potthast nr. 7827. sine nota chronol., a. 1219—1227. 7) V. de Collemedio.

Ann. Aquic. ib. 1259. obiit pie memorie dompnus Iacobus de Bathunia decimus quartus abbas; cui successit dompnus Willermus, vir actibus laudabilis vite et religionis. Anno Domini MCCLX. alate et date sunt reliquie sancte a viro nobili domino Gerardo de Iaucia[1] milite, capud videlicet protbomartiris Stephani et capud virginis Marie[a], que honorifice per manus[b] virorum venerabilium domini Bernardi Ambianensis episcopi et dompni Guillermi abbatis Aquicinensis decimi quinti cum toto conventu sunt suscepte, maxima virorum ac mulierum[c] caterva comitante[d]. Anno[2] Domini 1262. Dec. 24. MCCLXII. in vigilia natalis Domini allata fuit magna tabula altaris argentea deaurata et lapidibus preciosis circumornata; quam tabulam incomparabilem idem Guillermus decimus quintus, vir laudabilis, fecit fieri. Anno Domini MCCLXIIII. obiit pie memorie Guillermus decimus quintus abbas Aquicinensis, cui successit Ansellus[e], tempore cuius suborte sunt discenciones graves, et devotione sublata religio diminui tunc incepit. Idcirco que dicta sunt de predicta ecclesia sufficiant. 1264.

Cap. VII. Hic* ponitur genealogia Balduini, filii Balduini Insulensis.

Ex historia Hanoniensi in vulgari[3]. Balduinus et Almericus: Postquam Deo duce enodavimus comitis Balduini atque Richildis, eiusdem uxoris, historiam, consequenter ostendemus eorumdem successionis genealogiam. Balduinus siquidem, filius Balduini Insulensis, ex Richilde propria uxore genuit duos filios, Ernouldum[f] videlicet et Balduinum. Ernouldo sine prole a Roberto Frisone peremptо[4], Balduinus iunior, frater eius, Ydam, Lamberti ducis Lovaniensis sororem, accepit in uxorem, de qua duos filios, Balduinum videlicet et Ernouldum, genera- ib vit[5]. De generationibus Balduini in consequentibus in coordinatione comitum Hanonie suo loco dicetur, sed de Ernouldo, eius fratre, pauca dicemus[6]. Ernouldus iunior, filius Balduini comitis, genuit Eustacium[g] antiquiorem, dictum du Ruels[h,7], ex Beatrice, filia Walteri dicti du Ruels; alii[8] vocant eum de Aath et Nivella. Hic Eustacius antiquior accepit in uxorem[i] quamdam nobilem dominam, cuius pater vocabatur Iohannes dominus de .....[10], et unus de maioribus castri Montensis dicebatur; quo mortuo predictus Eustacius castri Montensis par effectus est ex parte uxoris. Hic Eustacius firmavit [k] portas, muros et turres ville dou Ruels[k] a fundamentis edificavit; item edificavit castrum de Morlenwes[k] et plura alia construi fecit edificia in Hanonia. Hic ex propria coniuge duos filios et tres filias generavit, quorum antiquior vocatus Nicholaus episcopus[11] est effectus, iunior vero Eustacius dictus est li Valles; qui post mogtem patris terram du Ruels[l] non sicut pater fecerat gubernavit. De tribus vero filiabus Eustacii senioris dominus Walterus de Leodio antiquiorem in uxorem accepit, et hec Beatrix vocabatur. Hic Walterus de Beatrice unum filium, qui vocatus est Eustacius, et duas filias, quarum una Yda, altera Maria vocabatur, generavit; secunda vero filia predicti Eustacii senioris Aelidis vocata est. Hec sine prole viduata post mortem mariti vovit castitatem et habitum religionis assumens in abbacia sancti Foliani iuxta villam du Ruesm sancte et religiose vivens, in eadem abbacia obdormivit in Domino; hec multa bona contulit ecclesie. Tercia vero filia Eustacii predicti, Ada nuncupata, desponsavit dominum Nicolaum de Boulers, que solum de ipso genuit filiam, que postmodum totam terram de Boulers gubernavit; post mortem vero predicti domini Nicholai Ada predicta desponsavit dominum Walterum[13] de Bouzies. Eustacius[12] vero dictus li Valles, filius Eustacii iuniorie[14], accepit in uxorem Beatricem[15], filiam domini Rassonis de Gaures, quam predictus dominus Rasso genuerat de quadam notabilissima domina, dicta [Dammyson[n,16]], domina de Chirvia, que fuit sancte vite et devotissime conversacionis. Predicta vero Beatrix[15] ex Eustacio predicto peperit unicum filium, nominatum Eustacium Campuli[17], et filiam unicam, Beatricem nuncupatam.

Bald. Av. c. 56.

*) Genealogia successionis Balduini et Richildis coniugum *B* 2.

a) marine *B* 2. b) per m. *des. in Ann. Aq. ed.* c) *post* mul. *spatium vacuum A;* virorum ac mul. *des. in Ann. Aq. ed.* d) comitate *A.* e) ancellus *B* 2. f) ernoldum *et sic semper B* 2. g) eustach. *constanter B* 2. h) ruelx *B* 2. i) *deest B* 2. k) morlanwez *B* 2. l) ruez *B* 2. m) ruez *B* 2. n) Dammison *infra c.* 10; dame Ydon *in loco raso post eadem manu scr., quae cap.* 12. *in inferiore margine fol.* 22. *supplevit;* dame ydon *B* 2.

1) II. vel III; cf. Bald. Avenn., SS. XXV, p. 421 sq. — Jauche (dép. Nord, arrond. Nivelle). 2) Sequentia in Ann. Aquicin. editis in fine penitus fere deletis desunt. 3) Cf. l. XV, c. 46. 4) Haec ex Flandria Gener. c. 12. a Balduino hausta sunt. 5) Sequentia ex Bald. Avenn. c. 56, SS. XXV, p. 410; ed. Kervyn de Lettenhove in 'Istore et Cronique de Flandre' II, p. 565. Quae praecedunt, auctor iam l. XV, c. 16. ex communi historia Hanoniae exscripserat. 6) Bald. Avenn. ed. Kervyn p. 566. 7) Roeulx (arrond. Valenciennes, cant. Bouchain). 8) Chron. Laetiense c. 3, SS. XIV, p. 494: *et postea Waltero de Aat et Nivella; de quo filiam habens Beatricem.* 9) Mariam; cf. Gislebert. p. 505. 10) Ioh. Lefèvre: *de Morlan,* vico sito prope Binche. FORTIA; cf. Vita Wilhelmi Olivensis c. 7, Acta SS. Febr. II, p. 5. 11) Gisleb. p. 505: *clericus mansit bonis ecclesiasticis ditatus.* 12) Bald. Avenn. l. l. p. 568: *Wistasse de Bousies.* 13) Abbinc textus Balduini editus est SS. XXV, p. 421. 14) Immo senioris; cf. Bald. Avenn. ed. Kervyn p. 506. 15) *Berte* Bald. Avenn. Cf. Vita Wilhelmi Oliv. c. 14. 16) V. infra c. 10 sqq. 17) *Wistasse Kanivez* Bald. Avenn.

Cap. VIII.* Hic loquitur de filiabus Balduini, et fuerunt tres: 1ª Yda, 2ª Richildis, 3ª Aelidis, que fuerunt omnes maritate.

Bald. Av. c. 56.

Dicta[1] Ernouldi, filii Balduini comitis, filii Richildis, successione, dicendum est de tribus filiabus eiusdem. Antiquior siquidem dicta fuit Yda, quam accepit dominus Thomas, dominus de Merlo, in uxorem, de qua genuit unicam filiam dictam[a] Yda. Que postmodum habuit in maritum dominum Alardum, dominum de Chimaco[b], qui cognominabatur Poliière; hic par erat castri Montensis. Qui de Yda, uxore propria, genuit unum filium dictum Egidium, qui postmodum totam terram de Chimaco[c] potenter gubernavit. Mortuo Alardo Yda in maritum accepit quemdam nobilem dominum dictum Bernard[d] d'Orbais, de quo concepit unicum filium dictum Ingherrant[e] d'Orbais. Alia filia Balduini, filii Richildis, dicta est Richildis. Hec desponsata fuit comiti Montis-fortis[e*] in Francia; que postmodum mortuo comite marito suo in abbacia sancte Aldegundis Melbodiensis se transtulit et ibidem vitam celibem satagens, in ieiuniis, penitenciis et oracionibus perseverans, in Domino clausit extremum plena dierum meritis et graciis. Tercia filia Balduini, filii Richildis, vocata fuit Aelidis, que dominum Hugonem, dominum de Rumegny[f], habuit in maritum. Hic dominus Hugo de ea unum[g] filium et sex filias generavit. Filius vocatus est Nicolaus. Qui post mortem patris terras de Rumegny et de Florinnes[h] potenter gubernavit; fuit siquidem bellicosus, audax, strenuus et nobilis suo tempore et inter milites multum famatus. Prima vero filiarum predicti domini Hugonis de Rumigny vocata fuit Richildis, que desponsata fuit domino Iohanni, domino de Keus[i]. Que habuit ex domino de Keus unicum filium, vocatum Egidium, qui postmodum fuit maior tocius Brabancie et tenuit guerras feliciter finiens contra Iohannem ducem Brabancie. Secunda filia dicti Hugonis de Rumigny dicta fuit Beatrix, que data fuit diciori domino pro tunc tocius patrie Hanoniensis, qui vocabatur dominus Gossuinus de Montibus. Et hic par erat castri Montensis, par castri Valencenensis et par castri Bellomontensis. Hic Gossuinus habuit unum filium[k] dictum Nicholaum, qui clericus et episcopus Cameracensis effectus est.

Cap. IX.** Hic loquitur de quodam domino Goswino nomine, qui habuit unum filium dictum Goswinum et sex filias.

Hic dominus Gossuinus ex [Beatrice[l]] coniuge sua unum filium vocatum Gossuinum et sex filias generavit. Quarum prima vocata fuit Yda, que consequenter tres habuit maritos et de quolibet filios et filias procreavit. Primus maritus Yde fuit dominus Sigerus d'Ainghien, secundus fuit dominus Rignerius, dominus de Iauche, tercius maritus Yde fuit dominus notabilis Balduinus, dictus li Carons. Secunda filia dicti domini Gossuini de Montibus vocata fuit Mehaldis. Et hec desponsata fuit domino Waltero de Ligne et postmodum habuit mortuo Waltero dominum Nicolaum[4], dominum de Fontanis. Tercia filia[l*] dicti Gossuini dicta fuit Aelidis, quam accepit in uxorem dominus Rogerus, dominus de Condato, et habuit filios et filias. Quarta Gossuini filia dicta fuit Rosa, quam desponsavit dominus Stephanus de Densing; et habuerunt filios tres et unam filiam. Quinta filia Gossuini, que vocata fuit Beatrix, desponsata fuit domino Baldrico de Roisin, de quo habuit filios et filias. Sexta filia Gossuini de Montibus vocata fuit Agnes, et hanc dominus d'Espinoy et d'Antoing, dominus Simon[5], desponsavit, et de ea filios et filias procreavit. Domino siquidem Gossuino de Montibus viam universe carnis ingresso Gossuinus, eiusdem filius, terram gubernans sine prole mortuus est. Item dominus Rignerius de Gauche racione Yde, uxoris eius, in predictam terram pacifice successit et eam gubernavit. Et tantum sit dictum de genealogia predicti Gossuini et Beatrice, secunda filia Hugonis de Rumegny; dicendum est igitur de tercia filia predicti Hugonis, que dicta fuit Aelidis. Hec[6] duos maritos habuit, de quibus habuit filias et non filios; primus fuit dominus de Ciry[b.7], secundus vero fuit dominus de Doucery. Quinta filia predicti domini Hugonis de Rumegny[l] fuit maritata domino de Baleham in comitatu Regitestensi[m], et habuit unum filium et duas filias. Qui filius terram de Baleham gubernavit post patrem. Sexta filia domini Hugonis de Rumegny fuit data domino Ysaac[n], domino de Barbenchon, de qua habuit unicum filium, vocatum Nicholaum, qui mortuo patre terram ampliando prospere rexit. Dicta generatione domini Hugonis de Rumegny, que descendit ex Richilde[8], filia Balduini comitis, filii Richildis[9] comitisse Hanoniensis, quantum ad sex eiusdem filias, dicendum est de Nicholao, eiusdem domini filio, quem habuit de predicta Richilde[i], uxore sua. Mortuo siquidem domino Hugone de Rumegny, successit sibi Nicholaus de Rumegny, filius eius. Hic, ut[o] tactum est superius[9], fuit magne auctoritatis in patria Leodiensi, Hasbaniensi et Hanoniensi, utpote qui bellicosus et audax, nobilis et maxime prudens dicebatur.

*) VII. *A*; De tribus filiabus Balduini comitis *B* 2.

**) VIII. *A*; Quod dominus Gossuinus ex Richilde coniuge sua filium unum et sex filias generavit *B* 2.

a) dicta *B* 2. b) cimaco *B* 2. c) cymaco *B* 2. d) bnars *A*. *B* 2. e) engherrant dorbais *B* 2. e*) montifortis *B* 2. f) rumegni *semper B* 2. g) fil. unum *B* 2. h) florines *B* 2. i) *post, ut videtur, add. A*; Richilde *B* 2. i*) dicti G. dicta filia *B* 2. k) ciri *B* 2. l) *derosum A*; rumegni *B* 2. m) regitestensi *B* 2. n) *derosum A*. o) com. Rich. *B* 2. p) ad *A*.

1) Bald., SS. XXV, p. 421 sq. 2) *signeur de Rumegni fu mariee au signour] de Thyri en Retelois* etc. Unde apparet Almericum, quem Iacobus Avenn. l. l. p. 422. 3) Immo fratrem; cf. Bald. Avenn. l. l. p. 422. 4) *Watier de Fontaines* Bald. exscripsit, A recensione usum esse, ubi uncis inclusa desunt. p. 423. 5) *Huon* Bald. 6) Bald. rec. B, l. l. 7) *Thyri* Bald. 8) Potius Aelide, p. 423: *Cele* (scil. Aelidis) *fu donnee en mariage au signeur [dou Tour. La quarte fille monsignour Huon* ut supra c. 8. legitur. 9) C. 8.

Cap. X.* Quod quedam domina nomine Dammison nubit tribus viris nobilioribus Flandrie, Hannonie et Leodii.

Huius igitur temporibus erat in Hanonia quedam duodeviginti annorum domina, utroque parente orbata, filia domini [Widonis[a.1]] de Chirvia, que sartum Chirvie in libero allodio et plures alias terras et allodia possidebat, que domina Dammison[b] vocabatur. Que non solum nobilis prosapia sanguinis et generis, verum eciam virtutibus, moribus, consuetudinibus et vita nobilis reputabatur. Hec temporis successione tres habuit maritos patriarum Hanonie, Flandrie et Leodii notabiliores; nam tempore sue iuventutis florente[c] dominum Egidium de Chin[2] primo desponsavit[3], qui inter probos milites, expertos et audaces ipse probior, forcior, audacior et excellencior habebatur et in Francia et in Alemannia. Hic sepultus est in abbacia[d] sancti Gisleni in Cella in claustro[4]. Hic ex Dammison, propria uxore, habuit unicam filiam Mehaldis nominatam, que post mortem patris terram de Berlainmont in patrimonio libero et officium camberarie[e] Hanoniensis hereditarie ex parte patris possidebat. Que Mehaldis postmodum[f] desponsavit dominum Egidium de Sancto Oberto, mirabiliter eciam in historiis commendatum[5]. Secundus vero maritus predicte domine Dammison fuit dominus Rasso, dominus de Gaures[6], qui in Flandria suo tempore de maioribus reputabatur; nam pluribus vicibus de iniuste sibi illatis a comite Flandrie et potenter se vindicavit et contra Balduinum Hanonie comitem pro turri et castro de Ath, fundacione, que ad eius uxorem pertinere dicebatur, attemptare guerram non formidavit[7]. Hic dominus Rasso inter ceteros pueros, quos de dicta Dammison generavit, habuit quamdam filiam dictam Beatricem[8], que desponsavit dominum Eustacium du Rues, sicut superius dictum est. Et
Bald. Av hic dominus Rasso iacet sepultus in abbacia de Ghilenghien[g]. Tercius vero maritus dicte Dammison fuit dominus Nicholaus, filius magni Hugonis de Rumegny, racione cuius istam disgressionem texuimus, qui eciam fuit dives et potens; et ex predicta domina duos suscepit filios, Nicholaum et Hugonem, et plures filias. Nicholaus, senior filius, post mortem patris tenuit terram de Rumegay; Hugo vero iunior terram de Florines magnifice gubernavit, monasteria et ecclesias plures instauravit. Prime filie dicti Nicholai de Dammison dicta fuit Iuliana, que fuit desponsata domino Reginaldo de Ronsoit, qui ex ea genuit filios et filias. Secunda filia dicti Nicholai vocata fuit Clemencia, quam desponsavit Gerardus de Helut. Tercia vero filia vocata fuit Yolendis, quam desponsavit Henricus vicedominus de Hassebagnio. Mortuo siquidem Nicholao, predicte Dammison marito, Nicholaus, eorum filius, desponsavit Mehaldem[h], filiam domini Iacobi de Avesnis; qui suscepit ex ea tres filios, videlicet Nicholaum, Hugonem et Iacobum.

Cap. XI.** Dammison tribus viduata maritis et omnibus filiis et filiabus assignatis ipsa se contulit ad ecclesias et monasteria fabricanda, prout patet in sequenti.

Tamdem predicta Dammison tribus viduata maritis et omnibus filiis et filiabus assignatis ad ecclesias et monasteria fabricanda se contulit. Et in Chirvia[i] primo leprosoriam notabilium edificiorum, circumvallatam undique muris, cum ecclesia et campanis, in qua

*) IX. *A*; De domina Dame Ydon nuncupata et tribus maritis eius successivis *B* 2.
**) X. *A*; Quod domina dicta Dame Ydon post obitus maritorum eius leprosarias, hospitalis, ecclesias et processiones instituit *B* 2.

a) *alia manu suppl. A.* b) dame ydon *B* 2 *constanter.* c) flore *A. B* 2, *cf. supra p.* 195, *l.* 24. d) ecclesia s. guisleni *B* 2. e) camerarie *B* 2. f) postea *B* 2. g) ghillenghien *B* 2. h) mehaldam *B* 2.

1) Occurrit a. 1117. ap. Devillers, 'Descriptions' V, p. 110. 2) Is est Gilles de Chin ille, qui saec. XIII. a Waltero poeta Tornacensi longo carmine celebratus est; de eo disseruit copiose Reiffenberg in editione poematis, quam curavit in 'Monuments p. servir à l'hist. de Namur' VII (1847). Qui cum matre Mathilde de Chin a. 1191. in charta Enhamensi occurrit, Piot, 'Cart. d'Eename' nr. 98, p. 80. 3) Cf. Gilles de Chin v. 4780–4835; Bald. Avenn. ed. Kervyn p. 592. 4) Gilles de Chin v. 5518: *Si vous disons tout de chertain Que sor le marbre a.St.-Guillain La gist li cors du poigneor Qui departi maint grant estor.* 5) Cf. Bald. Avenn. ed. Kervyn p. 572: *Cil Gilles de Saint-Obert fut de grant renon en France et en Alemaigne. Il estoit de son heritaige senechaus de Haynau. Quant Berte sa femme fut morte, il reprist en mariaige madame Mahaut de Bellainmont qui avoit esté fille monsignour Gillion de Chin et madame de Cyvre. Celle Mahaus tenoit de son heritaige la terre de Bellainmont et la chamberterie de Haynau.* 6) Cf. Bald., SS. XXV, p. 421. 423; ed. Kervyn p. 569. 7) Error; potius filius eiusdem nominis hoc fecit; cf. l. XVII, c. 2. 8) Bertam. Idem error iam supra c. 7, ex quo haec repetita sunt. 9) V. Leopold Devillers, 'Notice hist. et archéol. sur la ville de Chièvres' in 'Annales du cercle archéol. de Mons' VII (1867), p. 165–209.

cotidie missam acquisivit perpetuam, supra ripparíam, et edificia leprosorum ab edificiis fratrum a fundamentis edificari[a] fecit et ibidem magistrum et fratres auctoritate summi pontificis instituit; nam Lucius papa tercius per bullam[1] confirmavit et approbavit et previlegiavit domum, fratres et magistrum domus et eos terris, pratis, silvis, aquis et redditibus sufficienter dotavit[2]. Unde postmodum Gregorius papa nonus anno pontificatus sui quinto[b,3] magistrum domus leprosorie[c] Chirvie et omnes fratres eiusdem domus necnon et bona tam mobilia quam immobilia ex previllegio speciali ab omnibus decimis et ab omni servitute et omni exaccione ecclesiastica exemit et liberos eos instituit. Et hoc idem previlegium confirmavit papa Alexander quartus anno sui[d] pontificatus quinto. Et Innocencius papa quartus anno tercio sui pontificatus dedit indulgencias certas omnibus benefactoribus eorum, prout patet in bullis, que conservantur adhuc in ecclesia parrochiali sancti Martini Chirvensis. Item hospitale in eadem villa extra burgum antiquum[4] pro pauperibus nutriendis, viduis et orphanis, peregrinis et indigenis instauravit et terris et redditibus sufficienter dotavit et magistrum et fratres sex in numero auctoritate episcopi Cameracensis ibidem posuit et cappellam perpetuam in eodem instituit et redditus amortizavit. Item in eadem villa ecclesiam fratrum Cruciferorum sancti Iohannis de Iherusalem, quantum ad ecclesiam secularem, et capellam beate virginis et capellam in eadem ecclesia fundavit et redditibus ampliavit[5]. Hec domina impositiones, que erant in mercanciis fori, quod erat feria III, quas imposuerat Richildis[e] super equos et bestias et ceteras mercimonias, que ad eam pertinebant, libere quittavit. Item processiones duas in eadem villa auctoritate episcopi Cameracensis et postmodum Lucii pape III, unam in crastinum penthecostis, in qua moniales de Ghilenghien collegialiter venire cogebantur cum feretris et reliquiis, et per octo dies in eadem villa Chirvie horas canonicas et missam omni die solempniter cantare cogebantur, ad expensas tamen communitatis ville Chirviensis; et in illis[f] octo diebus erat villa tam ex parte summi pontificis et tocius ecclesie quam a comitibus Hanonie et Flandrie et dominis Chirvie previlegiata previlegiis diversis. Secunda vero processio, quam instituit auctoritate propria et devocione populi, de consensu tamen episcopi Cameracensis, ob reverenciam cuiusdam imaginis et fontis[6], ad quas populus ex devocione confluebat, fuit assignata ex predictorum deliberacione dominica post festum decollacionis sancti[g] Iohannis baptiste. Postmodum ipsa fundavit abatiam Gilengeniensem et sanctimoniales ibidem instituit et eas redditibus adhornavit[h].

Ex[*] historiis ecclesie Gillenginensis: Anno ab incarnacione Domini MCXXVI, (c. 12) 1126.
hoc est in sequenti anno interfectionis Karoli[7] Flandrensium comitis, incepta est edificari ecclesia Gillenginensis ab Yda[8], matre domini Nicholai[i] episcopi Cameracensis[9], et ab Yda, uxore Widonis domini Chierviensis. In qua quidem ecclesia filia dicte[k] Yde, que vulgariter appellatur Dame Ydon[10], fuit inclusa. Post cuius mortem domina Yda, mater sua[11], filiis suis in duello peremptis habitum religionis assumpsit, quam secute sunt nobiles plures; et ut per beati Benedicti regulam regularentur, laboravit, ut secum haberet aliquas

*) *Haec de ecclesia Gillenginensi manu illa nitida, quae nescio an auctoris fuerit, in marg. inferiore folii 22. subnexa in A, hoc loco posita sunt in B 2, inscripta:* De fundatione ecclesie Ghillenghinensis. Cap. XII. *Unde capitum numeri huius libri in B 2 uno nostros superant.*

a) edificium *codd.* b) *alia manu suppl. A.* c) leprosarie *B 2.* d) pont. sui *B 2.* e) *deest B 2.* f) locis *add. B 2.* g) beati *B 2.* h) adorn. *B 2.* i) nicolay *B 2.* k) dñe *add., sed eras. A.*

1) Quae ignota est. 2) Devillers l. l. p. 193. 3) Sequentia pontificum privilegia Potthast in Reg. pont. non adnotavit. 4) Devillers l. l. p. 194. 5) Ibid. p. 192. Haec capella adhuc existit. 6) Ibid. p. 189 sqq. 7) Karolus demum a. 1127, Mart. 2. interfectus est. 8) Uxore Isaac domini de Montibus; cf. Bald. Avenn., SS. XXV, p. 422; chartam Nicolai episcopi Camerac. litem inter abbatem Enhamensem et abbatem Gillenginensem diiudicantem: *in quo vivente matre mea Ida de Monta noscitur extitisse;* Piot, 'Cartul. de l'abbaye d'Eename' p. 30, nr. 30. 9) Sedit a. 1137—1167. 10) Cf. privil. Alexandri III. papae a. 1179, Sept. 15. abbatiae Gilleng. datum: *ex dono Eve, que dicitur Damisons;* Duvivier, 'Recherches' II, p. 618, nr. 144. 11) Annotare hic licet, quae Brasseur, Origines omnium Hanoniae coenobiorum p. 127. scripsit: *Alterutrius Idae tumulus ad duos pedes assurgens post principem aram visebatur ante annum 1639; tunc enim per chori amplificationem loco transmotus, muro inclusus fuit, cuius rei memoriam gallice nobis repraesentat inscriptio supra dealbatum parietem ad sinistrum presbyterii latus exposita.*

de sanctimonialibus de Estruen[1] episcopatus Attrebatensis, quas et obtinuit. Locus autem earum postmodum per abbatissas[2] et elemosinas multorum ampliatus est.

(13) [Cap. XII.*] Balduinus edificat ecclesias sancte Marie Valencenensis[a].

Ad Balduinum igitur, filium Richildis, redeamus. Et primo notemus, qualiter perficere fecit ecclesiam miro lapideo tabulatu, videlicet sancte Marie Valencenensis, et vivente matre et post obitum matris, et qualiter eamdem ecclesiam ex devocione legavit cenobio sancti Petri Hasnoniensis, quod quidem cenobium pater suus restauraverat, prout evidenter apparere potest ex predictis et ex[b] tenore proprie littere inferius conscripte, quam in archivis predicte ecclesie repperi[c], quam de verbo ad verbum hic conscripsi.

Hec est copia littere donacionis ecclesie sancte Marie Valencenensis, quam fecit Balduinus, filius Richildis, monachis Sancti Petri Hasnoniensis[d.3].

In nomine sancte Trinitatis Balduinus dono Dei comes de Montibus castello — — Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi MLXXXVI, indictione nona, concurrentibus III, anno imperatoris Henrici ab obitu patris sui XXXII, a benedictione vero sui in regem XXXV, confirmata est hec charta et a fratre Walsando, dicto monacho Sancti Petri principis apostolorum, conscripta et testimonio eciam ipsius corroborata. Actor: Et nota, o lector, quod in circumferencia sigilli scriptura talis est: *Sigillum Balduini comitis de Montis.* Predictam vero donacionem predictus Balduinus et eius mater Richildis fecerunt confirmari eodem anno et eodem mense per reverendum episcopum Cameracensem Gerardum, anno sui pre-sulatus VIII, prout patet in solempni carta in archivis ecclesie beate virginis Valencenensis predicte conservata[4].

(14) Cap. XIII. Qualiter** occidentales populi innumerabiles crucesignati iniurias Dei in Thurcos vindicare festinant.

Vinc. XXV, c. 92. Sigibertus[b]: Anno Domini MXCVI. occidentales populi dolentes — — Boamundus dux Apulie.

(15) Cap. XIIII. Quod*** Balduinus comes Hanoniensis constitutus fuit custos retro-exercitus contra Turcos et postmodum a Turcis interfectus fuit.

Gest. p. 501. Gilbertus: Ad Balduinum, filium Richildis, iterato redeamus. Exercitus siquidem christianorum — — adhuc ignotum est.

(16) Cap. XV. Quod† Ida comitissa Rome limina apostolorum visitavit et quod suscepta [fuit[e]] a sanctissimo pontifice honorabiliter.

Bald. Av. Igitur Balduino in Terram Sanctam in peregrinorum legacione ad Alexim Constantinopolitanum imperatorem[f], prout superius explicatum est, sublato et defuncto[5], in comitatu Hanonie statim rumores et ad audienciam comitisse Yde cum gravi tollerancia devenerunt; unde ipsa et eius domus tota necnon et populus universus planctu magno pluribus[b] diebus fleverunt eum. Paucis postmodum revolutis mensibus Yda comitissa propria devocione ac desiderio audiendi relaciones certiores cum decenti apparatu limina apostolorum Petri et Pauli personaliter visitare aggressa est. Que venerabiliter a summo pontifice[6] fuit suscepta et ad pacienciam ab eodem inducta et confortata; unde et ipse summus pontifex racionibus et exortacionibus eam induxit, ut amodo maritum suum non exspectaret, sed corpus et eius animam divine dispensacioni committeret. Unde post benedictionis susceptionem et ecclesiarum visitacionem ipsa considerans, quod pontifex summus cum peregrinis eius sublacionem et postmodum eius martirium attestabantur,

*) *Numerus cap. deest hoc loco, sequenti chartae praemissus A, ubi* edificat — Valen *in loco vacuo*; De perfectione ecclesie beate Marie maioris Valencenensis et illius donatione facta monasterio Hasnoniensi. Cap. XIII. *B* 2.

**) Quod occidentales populi se cruce signaverunt ad expugnandos hostes Terram Sanctam tunc manu tenentes. Cf. Cap. XIIII. *B* 2.

***) De obsidione Antiochie et illius captione ac morte comitis Balduini. Cap. XV. *B* 2.

†) Quod Yda comitissa limina apostolorum Petri et Pauli visitavit. Cap. XVI. *B* 2.

a) Valen. *A, una vel duobus litteris abscisis.* b) *deest B* 2. c) repperiri *codd.* d) Cap. duodecimum *hoc loco add. A.* e) *deest B* 2. f) imperatoris *codd.* g) ipse *B* 2. h) duobus *B* 2.

1) F. [illegible] (Crouel. Valenciennes). 2) Quarum catal. v. apud Brasseur p. 129. 3) Ed. Miraeus, Opp. dipl. i, p. 268. 4) Exstat apud Miraeum l. l. I, p. 514. 5) A. 1098. 6) Urbano II.

versus Hanoniam dolens iter arripuit. Et cum per Lotharingiam et Ardennam transitum faceret, comes de Cigniaco[1] insidias ad capiendum eam paraverat; que prevenit ab aliquo ad abbaciam sancti Huberti pro tuicione devenit. Quam abbas[2] cum reverencia decenti et honore magno suscepit et de sublacione mariti, prout potuit, eam confortavit et ad perpetuos obitus pro eius anima conventum proprium obligavit. Racione quorum Yda cum ad propria remeasset, abbati et eius ecclesie terram et allodia et proventus, quos in Ardena[3] possidebat, contribuit et donavit pacto tali: Primo quod a conventu presentato[b] obitus pro anima Balduini mariti sui iuste et perpetuo celebrabuntur; secundo quod abbates eiusdem ecclesie presentes et futuri erunt perpetuo commensales capellani comitibus Hanonie; tercio quod ad minus ter in anno propriis sumptibus comitem Hanonie, ubicunque fuerit in Hanonia, visitabunt. Divulgata igitur morte Balduini omnes ecclesie comitatus Hanoniensis necnon et cathedrales ecclesie tam Leodiensis quam Cameracensis necnon et Tornacensis servicia defunctorum et sacrificia pro eius anima domino Deo devocius obtulerunt. Bald. Av.

Cap. XVI. De monachis Molismensibus[c], qui ad heremum Cistercii convolarunt. (17) Vinc. XXV, 95.

His temporibus ordo Cisterciensis incepit — — quam earum propositum.

Cap. XVII. De constructione abbatie et initio ordinis[d] Cisterciensis. (18) Ib. c. 84.

Hoc igitur anno — — qui et Stephanus.

Cap. XVIII. De disputatione[e] Petri[f] Alfunsi quondam Iudei et editione libelli sui. (19) Ib. c. 118.

Eo tempore Petrus Alphunsus — — id est Moysi.

Cap. XIX. Qualiter[g] Balduinus, filius Balduini, filii Richildis, comitatum gubernavit et assumpsit Yolendem in uxorem, filiam ducis Gelrie. (20)

Anno[a] igitur Domini MCII. Balduinus, filius Balduini, filii Richildis et in Terram Sanctam defuncti, et communi assensu omnium, prout decens erat, Hanonie comitatum gubernavit. Hic assumpsit in uxorem legitimam Yolendem[g], filiam ducis[i] Gelrie[h], de qua suscepit duos filios et duas filias. Antiquior filiorum vocatus est Balduinus, iunior vero Gerardus. Antiquiorem filiarum desponsavit dominus de Toegni[5], de qua suscepit quatuor filios, notabiles vexillarios[i]; primus vocatus est Radulphus, secundus Rogerus, tercius Balduinus, quartus vero Godefridus, ex quibus notabilis successit generacio. Iuniorem vero filiarum Balduini comitis accepit in uxorem castellanus Tornacensis, de qua suscepit unicum filium, qui Ewrardus Radoul[k] vocatus est, qui postmodum inter milites probus et famatus extitit. Hic accepit in uxorem sororem Roberti de Bethunia, vicedomini ville ac civitatis Attrebatensis, de qua successit magna proles, cuius genealogiam brevitatis causa non conscripsi. Gilbertus: Balduinus videns villam — — readiudicari fecit. Bald. Av. c. 85. Gisl. p. 512.

Cap. XX—XXVI.[l] (21—27)

In nomine sancte et individue Trinitatis — — publicata fuerunt hec anno quo supra[6].

Cap. XXVII.[**] Hic Balduinus moritur tempore iuventutis sue. (28)

Hic Balduinus comes in medio sue iuventutis flore ex febre in Montibus mortuus est et in ecclesia sancte Waldetrudis sepultus ante magnum altare. Mortuo igitur Balduino remansit Yolendis, vidua adhuc etate iuvenis, moribus et pulcritudine commendanda, cum duobus filiis suis, Balduino et Gerardo, minoribus annis adhuc existentibus. Que sex annis, usque videlicet dum Balduinus, filius eius, etatem suam legitimam compleverit, comitatum Hanoniensem gubernavit. Que postmodum accepit in maritum Godefridum de Bouchain. Hic siquidem erat castellanus Valencensis et dominus Oterbatensis seu Ostrevanensis, dominus Ribaldi-montis, dominus de Origni et comes Sancti Porciani[7]. Hic de Yolende adue comitissa suscepit unum[m] filium, Godefridum nuncupatum, et unicam filiam, appellatam Bertam. De Godefrido nulla successit proles, sed de Berta successit, prout inferius ostendetur; nam Bertam so- Bald. Av. 1120.

*) Quod Balduinus, filius Balduini, filii Richildis, Yolendam, filiam ducis Gelrie, duxit. Cap. XX. *B* 2.
**) De morte Balduini et coniugis Yolendis eius relicte. Cap. XXVIII. *B* 2.

a) ardēna *B* 2. b) *emendavi H.-E.*; presentatos *A*; presentati *B* 2. c) Molmensibus *codd.* d) *sic A et Vinc.*; monasterii *B* 2. e) *in A nihil nisi . . one legi potest*; conversione *Vinc.* f) *om. in rubro, exstat in praescriptione scribae A.* g) Yolendam *B* 2. h) gelrie *B* 2. i) vexilliarios *B* 2. k) radoulx *B* 2. l) XXI—XXVII. *B* 2. m) unicum *B* 2.

1) Arnulfus. 2) Wiredus. 3) Bald. ed. Kervyn p. 571; SS. XXV, p. 424. quae initio huius capitis continentur omissa sunt. 4) *fille le conte de Gheire* Bald., Gerardi II. videlicet. 5) Rogerius. 6) Charta pacis Valencenensis, quae c. 20—26. continetur, iam edita est ope codicis Parisini Lat. nr. 5995. SS. XXI, p. 605 sqq. Quam num Iacobus in codice suo Gisleberti legerit, an aliunde descripserit, W. Arndt ibidem in dubio reliquit, cum quidem Gislebertus p. 512. hac pace relata addiderit: *sicut plenius in subsequentibus ipsius comitis gestis per presens scriptum invenietur*, sed in unico eius qui exstat codice haec charta non inveniatur. Gallicam versionem ed. Cellier in Mémoires hist. de Valenc. II, p. 171—196. 7) Gisleb. p. 507: *castellum in Porcesio possidebat.* Porcesium est Château-Porcien.

Bald. Av. cepit in uxorem comes de Duratio, quo mortuo sine prole, ipse postmodum desponsata fuit domino Egidio de Sancto Oberto. Qui ex ea suscepit unicum filium, qui appellatus est Gerardus, et unicam filiam, que postea data fuit in coniugio domino Nicholao de Barbenchon. Hic siquidem Egidius de Sancto Oberto fuit magni nominis in Francia et Alemannia[1], erat enim magnus senescalcus Hanonie. Mortua vero Berta, coniuge sua, postmodum accepit in uxorem Mehaldem de Berlaimont, que fuerat filia domini Egidii de Chin de domina Domi- 5
son[c] de Chirvia[2]. Hec Mehaldis iure hereditario erat domina de Berlaimont et camerarie Hanoniensis. Hec de proprio marito genuit unicum filium, qui sicut pater eius vocatus est Egidius de Sancto Oberto. Egidius de Sancto Oberto pater edificavit villam et fortalicium de Busegnies[b] et turrim a fundamentis construi fecit et in feodum

Sig. 1102. A. Stn. mai. 1102. a Balduino comite Hanonie suscepit, postmodum vero edificavit castrum de Bouchain. Sigibertus: Anno D. MCII. Roberto Flandrensi comite inquietante urbem Cameracum Henricus imperator mense Octobri venit hostiliter 10
Sig. 1102. 1103. super eum et cepit municiones Sclusam, Boleen[a] et depopulatus est totum Ostrewantum igne[4], et asperitate instantis hiemis redire compellitur. Et anno sequenti Legie[c] generali conventu — — suscipitur. Sigibertus: Anno D.
Auct. Aq. 1103. MCVI. Odo primus abbas ex cenobio sancti Martini Tornacensis ecclesie Cameracensi constituitur episcopus, et
A. Stn. mai. 1107. anno sequenti apud Trecas post pascha sinodum habuit Paschalis papa, in qua diversa statuta composuit pro melioracione ecclesie. 15

(29) Vinc. XXVI, 1. **Cap. XXVIII.**[d] De imperio Henrici quinti et carta caritatis.

Henrico imperatore mortuo — — usurpare detrectabant.

(30) ib. c. 2. **Cap. XXIX.**[e] De moribus abbatis[f] Stephani Cisterciensis.

ib. c. 11. Erat enim dictus abbas religionis — — eorum evacuavit. Anno Henrici VI[o] — — penes[g] oppido arsit.

Sig. 1108. A. Stn. mai. 1109. Sigibertus: Anno D. MCVIII. Henricus imperator contra Robertum Flandrensem super Duacum[h] vadit, sed 20
eo resistente nichil profecit. Anno vero sequenti obiit venerabilis Anselmus Cantuariensis archiepiscopus[i].

ib. 1111. Ann. cont. 1112. Sigibertus: Anno Domini MCXI. Robertus comes Flandrensium obiit et Attrebato sepelitur in ecclesia sancti Vedasti. Balduinus puer, filius eius, succedit. Sigibertus: Anno Domini MCXII. in Monte Castriloco ecclesia[l] sancte Waldetrudis cum aliis duabus ecclesiis minoribus et cum toto pene opido exarsit.

(31) Vinc. XXVI, 22. 23. **Cap. XXX.**[k] De beato Bernardo Clarevalensi[l] et bonis eius initiis. 25

Anno Domini MCXIII, Henrici quarti VII[o] Bernardus — — ibi tres essent. Hoc tempore in pago Brachatensi[l'] — — ut eciam silvas fregerit.

(32) ib. c. 24. **Cap. XXXI.**[m] De[n] fundatione cenobii Clarevallis et abbate Bernardo.

Helinandus: Eodem anno Clarevallis fundatum[o] est — — et milio et recia[p]. Hec anno mortuus est
Ann. cont. 1112. Sigibertus monachus, historiographus, cuius historias prosequti sumus. 30

(33—50) V. S. Ayb. **Cap. XXXII—XLIX**[q-s].

Ego Robertus Dei miseracione Ostrevandensis archidiaconus — — per infinita seculorum secula. Amen[r].

[LIBER XVII.[t]]

Cap. I. Qualiter[u] Balduinus cognominatus Edificator in comitatum Hannoniensem susceptus est. 35

Balduinus[1]: Rempublicam Romanorum imperii Henrico iuniori[v] gubernante, Paschasio summo pontifice sedis apostolice regimen administrante, Balduinus[w] cognominatus Edificator, filius Balduini et Yolendis, in comitatu Hanoniensi comes susceptus est. Etate
Bald. Av. XV annorum erat, cum regnare cepisset adhuc eius matre vivente. Multas[x] gravia a circumvicinis principibus perpessus est, specialissime a Theoderico Flamingorum comite, sed gracie sibi opitulante divina de 40
omnibus feliciter triumphavit. Legitur in communi historia Almerici, quod Balduinus iste accepit in uxorem filiam Godefridi comitis Namurcensis et Hermensendis comitisse[y]; que filia Aelidis in sacro fonte bapti-

*) Quod Balduinus cognominatus Edificator comes Hanoniensis receptus Aelidem, filiam comitis Godefridi Namurcensis, duxit uxorem *B* 2.

a) dame ydon *B* 2. b) busegnies *B* 2. c) regie *A*; regio *B* 2; *correxi ex Sigeb.* d) XXIX. *B* 2. e) XXX. *B* 2. 45
f) St. abb. *B* 2. g) opp. pene *B* 2. h) episcopus *B* 2. i) in ecclesia *B* 2. k) XXXI. *B* 2. l) clerevalensi *A*; clarevallensi *B* 2. l') *ita codd.* m) XXXII. *B* 2. n) *inscriptionis cap. omnia praeter bate corrosa A.* o) fundatur *Vinc.*; *funda . . ceterta corrosa A.* p) *sic codd.*; vicia *Vinc.* q) XXXIII—L. *B* 2. r) *f.* 37'. *scriptura omnino caret A, item f.* 23'. *B* 2. s) *deest A, ubi superioris marginis magna parte abscisa nihil iam legi potest nisi tie partis.* t) *deest B* 2. u) iunioris *A*; henrici iunioris *B* 2. 50

1) Cf. supra c. 10. 2) Ib. 3) Ann. Elnon. mai. Ann. Bland. 1108. 4) Sigebertus dicit tantum: *aliquibus eius castellis expugnatis*, verba *mense — igne* aut Isc. ipse aut codex Sigeberti, quo ille usus est, ex Ann. Elnon. supplevit. 5) Cf. c. 1—13. 15—25. Acta SS. Apr. I, p. 713 sqq. Cf. praef. p. 70. 7) IV. comes Hanoniae. 8) Bald. Avenn. ed. Kervyn p. 573. 9) Filiae Conradi II. comitis de Luxemburg. 55

zata appellata est [Hermengardis*]. Hic siquidem Godefridus duas uxores habuisse fertur successive. Bald. Av.
Prima appellata fuit ...[a], de qua duas suscepit filias; prima[b] maritata fuit Rogero[c] de Rosoy, de qua successit magna proles; secundam[d] accepit in uxorem dominus d'Espinoy et d'Antoing, de qua eciam proles notabilis procreata successit. Secunda vero uxor predicti Godefridi appellata fuit ...[e-f], de qua gentil duos filios et tres filias. Antiquior appellatus est Henricus[g], iunior vero Albertus, qui in adolescentia mortuus est. Antiquior filiarum vocata est Aelidis, quam Balduinus comes Hanonie desponsavit, prout dictum est. Secundam[h] desponsavit Bertholdus[8] dux Turingie, terciam[i] vero Manecherius[10] comes Regitestensis in uxorem accepit. De qua suscepit quatuor filios et plures filias, quorum vel quarum genealogiam texere non oportet. Defuncto[11] Godefrido comite Namurcii Henricus, filius eius, in predicto comitatu ac Luxiburgensi pariter successit. Qui factus quadraginta quinque annorum, eius caligaverunt oculi, ita quod videre non poterat, sicque Henricus cecus a Gen. 27, 1.
pluribus appellaretur. Videns tandem Godefridus[12], quod legitimos ex propria uxore liberos[b] habere non poterat, fedus cum Balduino comite Hanoniensi pepigit, quod in casu, quo Balduinus redimere et sibi dare vellet omnia allodia pertinentia duabus sororibus uxoris sue, in comitatu Namurcensi existencia, et omnia que sibi ex parte uxoris sue provenerant, quod omnia ista simul vita sua durante[c] sibi libere durarentur, ita quod possideret pacifice omnia que pater suus possederat; ipso mortuo volebat, quod omnia predicta ad sororem et predictum Balduinum et successores eius perpetuo devenirent; quod et fecit Balduinus. Et omnia ratificata et ex parte imperatoris sigillata et militum ac communitatum patrie concordata fideliter extiterunt propriis Balduini sumptibus et expensis. Iste siquidem Balduinus comes Hanonie ex Aelide propria uxore quatuor filios et tres filias suscepit. Quorum filiorum antiquior Balduinus, secundus Godefridus, tercius Baldeinus Animosus, quartus Henricus vocati sunt. Balduinus antiquior in puericia mortuus est et in Binchio[d] sepultus in ecclesia parrochiali. Godefridus secundo genitus, cum etatis esset quindecim annorum, accepit in uxorem filiam[13] Radulphi comitis Viromandensis, que erat soror uxoris Phillippi comitis Flandrie. Cum vero Godefridus sexdecim esset annorum, mortuus est sine herede et sepultus in Montibus *in* ecclesia sancte Waldetrudis. Antiquior filiarum comitis Balduini vocata fuit Yolendis, secunda Agnes, tercia vero Laurencia. Yolendis data fuit in matrimonium Yvoni comiti Suessionensi, qui supra principes regni Francorum notabilior reputabatur; sed mortuus est sine prole. Yolendis postmodum nupta fuit comiti Sancti Pauli[14], de qua suscepit duas filias, Yzabellam et Wistasiam. Agnes vero, que erat secunda filia Balduini, data fuit in matrimonium Radulpho de Couchiaco, qui ab ea tres suscepit filias, de quibus notabilissima progenies pullulavit, prout patet in historiis Balduini et Almerici. Sed quia intentionis mee est notabiliora facta et genealogiam precise comitum Hanonie texere, ideo talia pretermitto. Laurencia[15], que erat tercia filia Balduini, desponsavit Theodericum comitem de Alost et de Waises. Sed mortuus est sine herede. Que Laurencia post mortem mariti ad domum Balduini, patris sui, reversa est et mansit in viduitate usque post mortem patris. Tandem maritata fuit domino Boucherdo de Monmorenchi[e], de qua ipse suscepit unicum filium, vocatum Matheum, qui postmodum notabilis miles extitit et famatus.

Cap. II. Quod* Balduinus habuit guerram contra Theodericum comitem Flandrie.

Iste Balduinus habuit guerram contra Theodericum comitem Flandrie, in qua tam Flamingi quam Hanonien- Bald. Av.
ses multa pertulerunt dampna. Tandem Theodericus accepit unam turrim in Obierbento supra Balduinum, que vocabatur Raoulcourt. Et vallavit et firmavit eam fortissime et munivit eam tam victualibus quam hominibus armorum. Tandem Balduinus obsedit eam, atque durissime invadens, totum fortalicium accepit, viros, mulieres et quidquid erat ibidem provisionis. Inter ceteros nobiles interfectus fuit ibidem dominus Rasso de Gaures, qui post mortem G[illionis][16] de Chin desponsaverat dominam Damisonf, dominam de Chirvia, prout superius dictum est[17]. Hic Balduinus firmavit villam de Binchio muris et turribus. Item castrum Montense repparavit ac muris et turribus circumvallavit et firmavit. Item instauravit villam Quarcelis et primo fundavit castrum eiusdem ville et muris adornavit. Item fundamenta turris de Bouchain atque castri turres stabilivit. Item aulam de Valencenis supra Scaldum fieri iussit et compleri. Item simili modo turrim de Raymesh fieri fecit. Item acquisivit villam et castellaniam de Ath domino Gilleoni de Trazegnies et incepit castrum fieri eiusdem ville a primordiis fundamentis. Dominus autem Rasso de Gaures, filius Rassonis, qui interfectus fuerat in captione turris de Raoulcourte, calumpniabat fortalicium de Ath et occasione uxoris[18] dicebat de iure ad ipsum pertinere[19]. Qui Rasso consilio Phillippi comitis Flandrie usus magnam quanti-

*) Q. B. g. h. cum Theoderico comite Fl. et multa acquisivit *B* 2.

a) *deletum A.* b) *deest B* 2. c) lib. durante s. dur. *B* 2. d) binchio *B* 2. e) mõmorency *B* 2. f) damedon *B* 2. g) querceti *B* 2. h) raimes *B* 2. i) ghisleno de trasegnies *B* 2.

1) Sibylla, filia Rogeri comitis Castri Porciani. 2) Elisabeth. 3) Immo Clarembaldo. 4) Flandrinam. 5) *Ermensens* Bald. 6) I. comes Luxemburgensis et Namurcensis. 7) Clementiam. 8) Conradus dux Zaringiae; *uns dus que on claimme en latin de Cyringiorum*, Bald. Avenn. 9) Beatricem. 10) Immo Guntherus. 11) Sequentia Balduini Avenn. edita sunt SS. XXV, p. 424 sq. 12) Immo Heinricus. 13) *Aenor* Bald. Avenn. 14) Hugoni. 15) Bald. Avenn., SS. XXV, p. 438; ed. Kervyn p. 592. 16) *Gillion de Chin* Bald. Avenn. 17) V. supra l. XVI, c. 10. 18) Filiae Roberti II. de Wavrin. 19) V. l. XVI, c. 10.

Bald. Av. tatem armatorum congregavit, volens villam d'Ath recuperare et opus castri impedire. Multa dampna patrie intulit in ballivitate[a] de Lessines, d'Estanaffles et de Florebert[1], d'Alost[b], de Was, multas domos, curias et habitaciones succensit[c], predia vero, territoria, terras et possessiones vastavit et homines utriusque sexus plures interemit et magnam predam ad castrum suum de Gaures reportari fecit. Fultus auxilio et consilio Phillippi comitis Flandrie ex una parte et Leodiensium de Florinis, Rimagni[2] et Hanoniensium de Bierlaimonte[d] et Chirvia ex altera parte, qui in omnibus sibi, prout poterant, sicut subditi favorem exhibebant ex alia parte. Cernens autem Balduinus comes terram suam sic divisam et periculis expositam racione unius fortalicii, animatus voluit concepta ad optatum finem deducere et inimicis sic racionabiliter obviare, quod patrie sue cederet ad pacem et salutem, sibi ad securitatem et honorem, inimicis ad ambiguitatem, dampnum et[e] in determinacionem. Maximum populum congregavit et in castro et territorio de Bliki magnis provisionibus presuppositis collocavit, qui cotidie operarios castri et turris de Ath solicicius visitabant et confines residue patrie contra predictum Rassonem de Gaures tuebantur et conservabant. Et tandiu fuit Balduinus in castro de Bliki cum suis sibi subditis, quod turris de Ath fuit competenter fortificata. Qui eam cum provisionibus ad hoc necessariis ingrediens, cum Rassone et suis colligatis pactionem iniens, certis pactis inter se habitis, Balduinus villam de Ath atque eiusdem ville turrim et castrum pacifice in possessionem ingrediens, castellaniam in eodem loco, certos terminos imponens, instituit et comitatui Hanonie solempniter incorporavit et previlegiis aliquibus adornavit ac forum feria quinta primitus in[f] eadem instituit. Item[g] hic Balduinus emit precio iusto contra Godefridum, semifratrem suum ex parte matris sue Yolendis, castellaniam Valencenensem et quidquid iuris in eadem villa videbatur habere, item allodium Obterbenti seu terram Hostrevannis, item quicquid Godefridus predictus in Camerasisio hereditarie possidebat, et omnia predicta comitatui Hanonie consilio pariter et assensu omnium, ad quos spectabat, pro perpetuo adiunxit et incorporavit, et[i] aulam in eadem villa Valenchenensi[k] a fundamentis edificari iussit. Item acquisivit foro competenti et emit Bronam le Wihote domicellabus ecclesie sancte Waldetrudis Montensis et in eadem[l] construi fecit unam turrim pro tuicione ville. Item dominus de Chimai[m], qui racione parrilitatis castri Montensis continuam debebat stacionem in Montibus, racione aliquarum terrarum, quas possidebat, in augmentacionem predicte parrilitatis in feodum a sepe dicto Balduino villam et totam terram de Chimai[n] relevavit tali conditione obligatoria, quod omnes burgenses et incole tocius predicte terre fidelitatem iuraverunt, ac in perpetuum filii eorum et filii filiorum, dum ad quindecimum annum pervenerunt, iurare cogebuntur[o], quod erunt fideles et subiecti domino Balduino et omnibus successoribus suis ius in comitatu Hanoniensi habentibus; et hoc idem iuraverunt et in perpetuum iurare tenebuntur omnes feodati et allodia tenentes in tota predicta terra de Chimaco[p], adhuc superaddentes, quod, si contingeret, quod dominus de Chimaco aut castrum eiusdem ville aut villa rebellaret contra Balduinum aut eius successores, aut eis obedire nollent, omnes tenebuntur iuvare Balduinum contra dominum et eius castrum et omnes sibi[q] adherentes. Huius temporibus Adam dominus de Wallaincort[r], probitatem ac valorem comitis Balduini considerans, allodium castri de Perreumont, cupiens sibi subici et sibi colligari, ab eodem in perpetuum homagium et feodum pro se et suis[s] successoribus relevavit.

a

Cap. III. Vita[5] Noberti[q] primi fundatoris religionis[r] Premonstratensis.

V. Norb. c. 3. Fuit in diebus Henrici iunioris cesaris augusti, Paschasio summo pontifice sedis apostolice regimen administrante, Yolendis[t] comitisse patriam Hanonie manutenente et Godefrido comitatum Austerbatenib. c. 4. cium[u] gubernante, anno ab incarnacione Domini MCXV. vir quidam nomine Nobertus — — studiis congruebat.

Cap. IIII. V.

ib. c. 5–23. Vanitatibus igitur mundi huius stimulis exagitatus — — litteris ac sigillo firmavit.

Cap VI. Quod[*] Nobertus predicavit Valencienis et duos ibidem socios defunctos sepeliri fecit.

ib. c. 23. Accepta itaque predicandi ex apostolica iussione obediencia cepit media horrende[v] hiemis intemperie cum duobus

*) Quod sanctus Nobertus predicavit Valencenis, et de duobus eius sociis ibidem defunctis, in suburbio sepultis *B* 2.

a) bailliuitate *B* 2. b) de alost, de wast *B* 2. c) *sic codd.* d) berlaimonte *B* 2. e) *deest B* 2. f) in eod. *om. B* 2. g) ostreuāni *B* 2. h) valencen. *B* 2. i) es *B* 2. k) chimay *B* 2. l) *corrosum in A*; chimay *B* 2. m) ...maco *A praecedentibus corrosis*; chymaco *h. l. et mox B* 2. n) ei *B* 2. o) walaincourt *B* 2. p) succ. suis *B* 2. q) sancti Nob. *B* 2. r) *legendum* Yolende comitisse. s) auterbatensium *B* 2. t) horride hyemis *B* 2.

1) Flobecq in prov. Belgica Hanonia. 2) Rumigny. 3) Bald. Avenn. ed. Kervyn p. 572. 4) Ibid. 55 p. 593. 5) Excerpta e Vita Norberti, Acta SS. Iun. I, p. 821 sqq.; cf. praef. p. 71.

predictis sociis nudis — — revocaret. Cum ergo huius tam honesta — — in Domino quieverunt. E quibus duo V.Nob.c.24. laici multis coruscantibus miraculis sepulti iacent apud Valencianas[a] in suburbio in ecclesia beati Petri[1] in sinistro latere ad occidentem, iuxta quam ecclesiam leprosaria ville nunc collocatur[2]. Subdiaconus vero monachus effectus iacet sepultus in ecclesia sancte Marie, que in eodem oppido sita est.

Cap. VII—X.

Interea dum ibidem Nobertus — — ab ipso non recessit. Ib. c. 25–38.

Cap. XI. Quod[*] Nobertus assensu Laudunensis episcopi locum Premonstratensem elegit.

Interea Laudunensis episcopus — — mensurum spopondit. Transacta igitur hiemo niviumque et glaciei fri- Ib. c. 39. 40.
gore vernali calore pandulum deterso vir Dei, ut erat solitus, virtute divini solacii accinctus ad predicandum exiit, versus Valencianas iter arripiens Cameracum devenit — — ab eo recederet. Valencianas veniens, ut solitus erat, ad populum predicavit et multos ad penitenciam animavit. Inde versus Colomiam iter arripuit, et perveniens Nivigellam[b], alium iuvenem Anthonium nomine a Deo sibi datum recepit. Hii duo et tercius, quem prius Valencianas[3], ut dictum est, susceperat — — Premonstratum videlicet possedit, in quo[c] loco, Spiritus sancti gracia preveniente, usque ad tempora ista sancte et religiose sub beati Augustini regula Domino servierunt et sanctam matrem ecclesiam ac orbem universum meritis et exemplis indesinenter perlustrarunt.

Cap. XII. De restauratione ecclesie sancti Iohannis Valencenensis[4].

Temporibus comitis Balduini Edificatoris[5] fuerunt positi canonici regulares in ecclesia sancti Iohannis Valencenensis, prout repperi in quodam libello metrificato, intitulato: Vita Gilberti primi abbatis ecclesie sancti Iohannis Valencenensis; et incipit:

Claruit expertus populo noster Gilibertus[d],
Osberti natus, Godina matre relatus et cetera.

Quia autem ille[e] libellus multum obscurus et involutus, prima facie videlicet, et tropice ac figuraliter loquitur et nonnulla ponit, que huic operi dissona michi videntur, solum historiam breviter extraxi. Igitur anno dominice incarnationis MCXII[f] quidam nobilis baro, Renerus [de Trit'][6] nomine vocitatus, pro tunc castellanus Valencenensis, prout oppinatur, vir utique magne probitatis, probatus[g] ecclesiarum et pauperum atque virtutum peramator precipuus, ecclesie sancti Iohannis Valencenensis, in qua canonici seculares bursis et ventri, non Deo, serviebant et ecclesie bona indebite suggendo diripiebant, tactus dolore cordis Gen. 6, 6.
intrinsecus, compatiens proposuit, divino nutu[h] premonitus, de oportuno remedio ecclesie prefate providere. Et ut apud Deum et homines irreprehensibilis in forma procedendi remaneret, ad dominum Sansonem Remorum archipresulem[7], sub quo predicta ecclesia in spiritualibus immediate corrigenda subiacebat, solempniter et constanter accessit et desolationem et ecclesie predicte subversionem ac ministrorum eiusdem enormes excessus, vitam et mores tamquam verus Dei cultor et zelator disertissime declaravit. Cernens pius pastor corde tristi baronis zelum benivolum, devotum et pium eius affectum, piis supplicationibus eius, prout iustum sibi videbatur, condescendens promisit quam cicius posset de remedio provideri; quod et fecit. Nam tunc temporis in civitate Suessionica extra muros

*) *ita B 2; et ita nigro atram. rubricatori praescriptum fuisse videtur A, ubi tegitur tantum:* Quod Nobertus assensu . . ., *ubi minio scriptum lemma hoc:* Quod Nobertus petiit ab episcopo Laudunensi locum ab incolis dictum Premonstratum.

a) valencian *codd.* b) in nigellam *B 2.* c) *ita nigro atram. praescriptum A;* valencinensis *B 2;* in Valencienis *in rubrica A.* d) Gilbertus *A.* e) iste *B 2.* f) *hic margo ita abscisa est A, ut non plus una littera perierit, verbis tegitur de* Trit *sputium non sit, nisi ea in margine ipsa supplota fuisse credere vis; quae igitur addita esse videntur in B 2.* g) et prob. *B 2.* h) nutu *A.*

1) *iuxta forum* addit Vita Norberti. 2) Haec mentio fit *Claremboldi primi eiusdem ecclesiae abbatis* (Miraeus, Opp. dipl. I, p. 690), cum anno sequenti, die 5. Dec. a. 1142. Innocentius II. *petente Gisleberto abbate* iura et privilegia S. Iohannis Valentianensis confirmaverit (Jaffé ed. 2. nr. 8249), unde iure conicias Gilbertum a. 1141. aut 1142. abbatiae regimen suscepisse. Cf. etiam Le Boucq, 'Hist. de Valentiennes' p. 31; d'Outreman, 'Hist. de Val.' p. 405; e Iacobo hausit Grar, 'Les seigneurs de Trith', 'Mém. hist. de Valenciennes' II, p. 61. 3) Sedit a. 1140—1161.

erat cella iuxta ecclesias sanctorum Crispini et Crispiniani[1] martirum noviter fabricata, in qua fratres sub religionis habitu latitabant. Inter quos erat Rogerus abbas[2] et Gilbertus
cf. Apoc. 11, 4. frater supra omnes alios tamquam lucerne ardentes et duo candelabra aurea ante Dominum lucebant. Quorum fama et odor bonus totam Remorum provinciam resperserat. Informationibus sic habitis benignus antistis[a] Sanson consilio valentium pluries repetito, ut ecclesie prefate sancti Iohannis Valencenensis et devotioni illustris Reneri provideret, consensu per
1141. 27 prius habito Rogeri abbatis prenominati, Gilbertum supradictum abbatem primum[3] ecclesie sancti Iohannis Valenchenensis nominavit, instituit, approbavit et confirmavit. Gavisus Renerus cum letitia et exultatione[b], que devotus antistes ordinaverat libenter approbans, ad propria remeavit. Paucis postmodum revolutis annis abbas Gilbertus cum societate competenti fratrum suorum a Suessionensi civitate non sine lacrimarum effusione recedentes, Valencenis pervenerunt, et ut utar verbis libelli:

Fama compertus, ad nos veniens Gilibertus[d]
Secum plurales adduxit[e] *ab urbe sodales.*
Est domus inventa, stipe pauca facta, retenta;
Tegmina de siccis fuerant constructa myricis[f].
Pauper ut intravit, nil ibique suum reputavit,
Non sunt invente segetes, nec res ibi tente,
Disperse temere, posset domus unde valere.
Pauper non fractus, reprobo nec mammone tactus,
In paupertate Domini fixus pietate.
Es non circundans fratres nec panis habundans,
Deffuit in mensa, totiens laus inde repensa.
Victus, vestitus tenuis fuit, unde petitus
Grande tulit munus per partes quatuor unus
Divisus panis; pars neutri scitur inanis.
Ad gemitus horum se vertit compeditorum
Rector servorum, voces et vota suorum
Percipit excelsus Gilbertus, nomine celsus
Fit per eum notus, mundana labe[g] *remotus.*
Languida sic[h] *annis baptiste cella Iohannis*
Florida crescebat, quia devia nulla petebat.
Ius observabat pius auctor eamque regebat;
Plena cohors fratrum psalmos, sacra cantica patrum
Psallens attente, perdevotissima mente
Tractim cantabat, et sensum vox resonabat et cetera.

Ps. 33, 20. Et quia *multe tribulaciones iustorum, de* quibus *liberat eos Dominus*, tot angustie et tribulaciones diversarum specierum Gilbertum et suos confratres circumdederunt pluribus annis, quod nesciebant nisi ad solum Creatorem confugere.

Cap. XIII. De[*] tribulationibus paratis[i] conventui sancti Iohannis in Valencenis.

1171. Nam primo ignis pervalidus totum castrum Valenciauense sic devastavit, quod vix in
cf. Luc. 21, 6. eodem remansit lapis[k] super lapidem, et totum domicilium eorum et omnia illa, que construi procuraverant, cum ecclesia tota in favillam redacta fuerunt[4]. Sed gratia divina eis assistente in brevi tempore in melius fuerunt repparata[l], unde in libello sic habetur:

*) De quinque tribulationibus, que acciderunt dicte ecclesie sancti Iohannis *B* 2.

a) antistitis *B* 2. b) devotione *B* 2. c) *lineis continuis versus scripti sunt in codd.* d) Gilbertus *A.* e) subduxit *B* 2. f) nutricis *B* 2. g) laude *B* 2. h) fit *B* 2. i) pactis *A.* k) *deest B* 2. l) repparatq *A*; reperata *B* 2.

1) St.-Crespin-en-Chaie. 2) Qui in pluribus chartis quo Gisleberto p. 519. teste mense Iulio a. 1171. a. 1135—1162. invenitur. Cf. Gallia chr. IX, maior pars huius oppidi consumpta est. [Sed rerum col. 464 seq. 3) Claremboldum in charta a. 1141. temporisque ordine prorsus perturbato hoc incenprimum abbatem dici iam supra p. 207, n. 6. vidimus. dium iam hoc loco narratum est, sequentibus infra 4) Procul dubio incendium memoratum idem est, aliis quae inter a. 1165—1168. gesta sunt. H.-E.].

Ignis adest ingens, populorum menia cingens,
Est nulli clemens, ve non adimensque vehemens.
Iuxta nos posita fuerat domus, ardua sita[a],
Qua domus augusta cum templo decidit usta et cetera.

Sequitur post multa:

Gracia divina presto fit, tota ruina
Templi sublata fuit in melius reparata.
Fratres latores manuumque labore priores
Totum servile faciebant, non sibi vile.
Que graviter flevit, ecclesia tunc requievit.
Grex fratrum placidus supra se vivere fidus et cetera[b].

Secunda tribulacio, que eis gravis fuit: quidam frater et subditus Gilberti ad sanctam sinodum accessit et bullas falsas reportavit, in quibus deposicio Gilberti ab officio abbatis et fratris predicti intronisacio in eodem officio continebatur; racione cuius ecclesia fuit miraliter desolata[1]. Sed Gilbertus pacienter tollerans agonem suum Domino commendavit. Comperta tandem fraude abbatis introducti, post duorum annorum cursum in officium abbatis cum honore fuit restitutus Gilbertus, et alius confusibiliter depositus. Unde de ista secunda tribulacione concluditur in predicto libello:

Vir[c] *restitutus abbas, in pace statutus,*
Pro patre plebs gaudens, omnis vicinia plaudens
Ipso letatur, specialiter hunc veneratur,
Plebs satis exculta tribuit donaria multa,
De quibus emerunt pecudes, curtim statuerunt.
Et quia post flevit, minime possessio crevit et cetera.

Tribulatio tertia, que eis contigit, acrior et durior aliis extitit, sed causa in libello predicto non explicatur, verumptamen in historia Balduini satis annotatur. Legitur siquidem in predicta historia, quod seculares clerici a Sansone Remorum archiepiscopo et a Renerio ab ecclesia sancti Iohannis fuerant expulsi et fratres novi intro positi sine licentia comitis Balduini[2], qui erat principalis dominus terre. Secundus locus predictus erat eis datus, et curtis quedam et domus plures et terre et redditus annui et consimilia erant eis legata sine amortisacione et assensu dominorum et principum terre. Tercio comes Balduinus, postquam emerat castellaniam Valencenensem a Godefrido, semifratre suo[3], voluit statim castrum antiquum et dongionem eiusdem ville a fundamentis repparare et in eodem aulas, turres et domicilia nova fabricare. In cuius medio erat ecclesia predicta sancti Iohannis collocata. Quare consilio Aelidis[4], uxoris sue, voluit predictos fratres alibi collocare et ecclesiam predictam suo castro, prout antiquitus fuerat, applicare, sed neque precibus neque precio obtinere valuit aut potuit. Quarto, consideratis[d] Balduinus et Aelidis comitissa, quod Gilbertus abbas et fratres sui precibus necque precio promissionibus aut consilio eis condescendere aut inclinare nolebant[e] aut noluerant, indignati multum ipsos despexerunt; et ista quarta racio notatur in libello, ubi sic habetur:

Desipiens Issa[b]*, nostre patrie comitissa,*
Eius[f] *discipulos adducere*[g] *vult quasi mulos*
Baptiste cella sub paupertate tenella.
Insontes[h] *agnos Christi tres circiter annos*

a) scita *A*. b) etc. *deest B* 2. c) Vix *emendandum videtur*. d) considerans *B* 2. e) volebant *A*. f) id est Gilberti *superscr. B* 2, *quod nescio an in marg. olim furrit A*. g) abducere *emendandum videtur*. h) insumptes angos *A*.

1) D'Oultreman p. 407. et Le Boucq p. 32. commemorant chartam a. 1149. a Gossuino abbate S. Iohannis datam, quem intrusum illum fuisse volunt. [Sed etiam constat Lambertum a. 1161. electum abbatem Arroasiensem usque ad hunc annum abbatem S. Iohannis Valentianensis fuisse; cf. Galteri Fund. monast. Arroas. c. 9, SS. XV, 2, p. 1122. H.-E.]. 2) Hoc Gisleberto repugnare videtur, qui ait p. 517 sq.: *Balduinus . . . ordinem secularium canonicorum Valencenensis ecclesie sancti Iohannis baptiste . . . in ordinem regularium canonicorum transmutacit* etc. 3) Erat filius Godefridi de Bochesain, castellani Valentianensis, cui Yolendis comitissa, vidua Balduini III, nupserat. Cf. Gisleb. p. 507; supra c. 2, p. 207. 4) Filiae Godefridi comitis Namurcensis uxorisque eius Ermensindis. 5) Nescio an ex Martialis Carm. I, 110, ubi canis hoc nomen est, id auctor sumpserit. H.-E.

Ore fatigavit, oppressit et exagitavit.
Respuit auditum dare precibus[a], *ipsa maritum*
Orat, ut expertum meritis tollat Gilibertum[b],
Discipulos eius; ortatur sumere peius[b*]
Predia non culta, vasta solitudine fulta[c],
Et sibi credatur, ut ecclesia pace fruatur.
Exponit tepidis verbis quod fert Aelidis
In feritate comes, quod agit mortis rea fomes.
Renuit hec abbas, quasi tres ferret sibi[d] *fabas.*
Dixit, quod cesset, quod nunquam[d*] *venditor esset*
Ere rei tante, quod eo devocior ante
Prudens Renerus dederat, tunc temporis herus,
Sancto baptiste; nec ius habet ille vel iste et cetera.

Quinta causa tribulationis eorum fuit: nam tunc temporis in ecclesia generali fuit scisma
1159. pestiferum et divisio gravis. Nam mortuo summo pontifice, domini cardinales[e] una cum Romanis elegerunt unum canonice, prout moris erat. Sed imperator Fredericus in electionem non consensit[f] et in despectum eorum unum alium elegit et instituit et editum[g] in totali imperio mandavit, ut suo pontifici sub pena capitis omnes obedirent[h]. Cui tamen clerici obedire noluerunt; et ista causa in predicto libello connotatur ibi:

Pro[i] *dolor! Elatus est Rome pontificatus*
In duo divisus: ingens labor undique visus.
Lucius electus[l] *est sedis culmine*[k] *vectus;*
Alter papa foris iussu fuit imperatoris.
Tunc gens plena mali gaudebat scismate tali.
Clerus, ut affatur, predatur, dilaniatur,
Si quid temptasset, nisi quod Fredericus amasset.
Non satis equalis vox iusserat imperialis et cetera.

Cap. XIIII. Quod* Aelidis comitissa Hanonie posuit discenciones inter Balduinum et Gilbertum abbatem.

Hiis et aliis presuppositis Aelidis comitissa cernens, quod abbas predictus emolliri non poterat, et quod Balduino comiti in nullo condescendere volebat[l], et quod locum aut ecclesiam aut[m] loca sibi reddere, vendere, dare aut permutare nec inde recedere proponebat, vehementer perturbata maritum proprium sic contra predictum abbatem et fratres exacerbavit, quod fratres nec audire[n] nec videre volebat. Unde comes quemdam militem nomine Landricum et alios legatos ad imperatorem et ad suum papam destinavit. Qui pecunia corrupti quicquid voluerunt impetrarunt. Inter que obtinuerunt, quod ecclesia predicta sancti Iohannis cum omnibus appendiciis castri Valenchenensis[o] comiti Balduino omnino restitueretur, fratribus ab eadem perpetuo depulsis; quod et inceptum est. Unde sic habetur ibidem de comitissa:

Ergo ministrorum delira caterva suorum
Viribus accincta templo petit agmina vincta,
Fratres expellit, minime quos culpa fefellit;
Templum subvertit et res domus in sua vertit.
Actio predonum seu spes simul atra latronum!
Dicti predones — reputantur itaque latrones —

*) Quod Aelidis comitissa Hanoniensis maritum suum incitabat, ut castrum Valencenense omnino requireret *B* 2.

a) pribus *A*; patribus *B* 2. b) gilbertum *A*. b*) *emendavi H.-E.*; penis *B* 2; pei . . . *A*. c) fu . . ta *A*, *una vel duabus litteris deletis; multa corr., ut videtur.* fulta *B* 2. d) cibi *A*. d*) nonquam *A*. e) cardinalis *A*. f) consensiit *B* 2. g) *i. e.* edictum. h) Proch *B* 2. i) elatus *A*. k) clme *A*. l) *deest B* 2. m) et *B* 2. n) vid. nec aud. *B* 2. o) valencen *B* 2 *semper*.

1) Hic graves difficultates oriuntur, quas iam Wilmans in 'Archiv' IX, p. 355, n. 1. copiose exposuit. Papam enim illum canonice electum, qui paulo inferius perperam Lucius appellatur, Alexandrum III. esse patet, cuius in electione sola schisma ortum est. Revera huius privilegium a. 1173, Dec. 4. Gilberto concessum existit, quod c. 19. affertur. Cf. praef. p. 67.

Edem lustrarunt, loca per diversa mearunt[a],
Hostia clauserunt, pauperrima[b] *diripuerunt.*

Et sequitur post multa:

He minime dantur virtutes nec copulantur
In comitis mente, muliebri voce retente.
Insistunt miseri, nolunt cuiquam misereri.
Cursitat indignus, infestat predo malignus et cetera.

Et concluditur tempus huius facti:

Hec sunt patrata Septembri, luce sacrata Sept. 29.
Cetibus angelicis, horum dum carmina dicis,
Lux sacra fert cladem; laus celica cessat eadem.

Ista autem pestilencia accidit fratribus absente Gilberto; unde ibidem sic habetur:

Abbas tunc aberat; presens bona promeruerat,
Absens certa petit, que certo tempore metit.
Accedit tristis, scitis responsibus[c] *istis.*
Spe non deceptus in amore fuit nec ineptus.
Fratres hortatur, sua ne mens inde prematur,
Non animo tristi tollerareque verbera Christi;
Profert solamen pacienter ferre gravamen.
Ammonet hosque tamen orare, scientque iuvamen
Per loca diversa mansuri, flent sua versa et cetera.

Abbas Gilbertus cernens fratres suos ab ecclesia eorum exulatos et in diversis locis dispersos, ad verum papam Romanum Verone[1] accessit et sibi anxietates animi sui declaravit. Compaciens papa, quidquid abbas racionabiliter postulare voluit, impetravit; unde in libello sic habetur:

Abbas profectus, Lacii per devia vectus,
Regia deserta via fit tunc scismate certa.
Ipsi scire datur, Verone quod papa moratur.
Adgressus eius datur addens[d] *frangere peius,*
Disseritur causa fieri sub patribus[e] *ausa.*
Papa quodque foret facinus dolet, anxius horret,
Concedens apices dat[2]*, agens hoc tempore vices.*
Tunc pater advectus est nostra parte revectus[f]*,*
Cartula monstratur, sibi quod ius iure feratur,
Bullaque detegitur, nec ea falsum repperitur et cetera.

Cap. XV. Quod Gilbertus[f] abbas Sancti Iohannis in Valencenis[g] conquestus est[h] imperatori de comite Hannoniensi.

Gilberto abbate siquidem ad Hannoniam repatriato cum bullis papalibus, audivit, quod Fredericus imperator Aquisgrani concilium generale congregare disponebat. Congregato 1165/67
concilio, predictus abbas ad imperatorem accessit[3] et in pleno consistorio per procuratorem de comite Balduino conquestus est, dicens:

'Ecce comes vester poterat subsistere dexter;
Hic quasi squilister[4] *dinoscitur esse sinister.*
Abbas expulsus est hic et ab ede repulsus,
Paupertatis onus conventus fert sibi pronus.
Princeps Hanonie, referens non dona sophie,
Vites evellit, tribulos non ferre repellit,

a) iuxarunt *A*, *B* 2. b) pauperrimo *A*. c) *sic B* 2, *sed nescio an aliud emendandum sit; responsoribus A, uti et infra c.* 15, *v.* 10. d) *haec vox corrupta esse videtur.* e) reneeius *A*. f) gislebertus *B* 2. g) in V. *om. B* 2. h) domino *add. B* 2.

1) Lucius III. Veronae a die 22. m. Iul. 1184 — 25. Nov. 1185. morabatur. [Auctor litteras Lucii III. Veronae datas legisse videtur, unde adductus sit, ut perperam opinaretur hunc in schismate electum esse. H.-E.]. 2) Quod privilegium non exstat. Post Innocentium II. Eugenius III. et Alexander III, Gisleberto abbate, iura bonaque monasterii S. Iohannis chartis confirmaverunt; Jaffé ed. 2. nr. 8848. et 12246. Bullam Alexandri Iacobus infra c. 19. exhibet. 3) A. 1165 ex. aut initio sequentis, ut videtur; cf. Stumpf, 'Reichskanzler' nr. 4058—4063; Giesebrecht, 'Kaiserzeit' V, p. 479 sqq. 4) Ignoro, quid haec vox ignota significet, ni forte eum qui squillam (campanam) pulsat.

Spicas, urticas, labruscas dans inimicas.
Per vestros apices hos expulit, admodo vices
Regni fert; mentes volumus nos scire[a] *dolentes,*
Nostra gens tristis sic est responsibus[b] *istis*[c].
Hiis rex auditis respondet non sibi mitis.
Barbam disrupit, lacrimarum flumina rupit,
Teuthonicis verbis dictis sic fatur[e] *acerbis:*
Iurat per sancta se numquam condere tanta,
Ammonet ut peius, qui[d] *bullam contulit eius,*
Et maledixit ei coniuncto pauperi.

Et sequitur multis interpositis:

* *Post litem grandem fertur sententia tandem;*
Principio cure confert iusticia iure.
Tractatum dure laus imperatoria pure
Salvet, et ut certus gradiatur ab hoste repertus.
Post omnes fantur: 'Domus et res restituantur;
Parcitur expensis; presul nunc Cameracensis[1]
Eius protector fiatque per aspera rector,
Assertor veri valeat per iura tueri[2].
Non sunt incepta per eum nec iura recepta et cetera.

Concilio imperatoris finito, abbas Valenchenas audacter accedens, fratres suos hinc inde dispersos visitat et ad pacienciam excitat, dans eis spem proxime consolationis, credens, quod episcopus Cameracensis deduceret ad effectum sentenciam imperatoris. Sed episcopus volens comiti complacere omnia sub silencio conclusit. Tandem Gilbertus a patria exulatur et, ubicunque reperiri poterit, interfici iubetur. Cernens abbas se talibus periculis involutum, mare transiit et limina sancti Thome martiris, archiepiscopi Cantuariensis, devotissime visitans, qui pro consimili casu martirium sustinuerat[c.2], Deo et sancto Thome penitus se commendavit. Tunc abhinc recedens, feria quarta ante ramos palmarum applicuit Bolonie ad fratres[3]. In sequenti die venit Chokis[4] et cum fratribus dulcia verba protulit. Feria sexta ante ramos audivit, quod comes graviter infirmabatur. Dehinc venit Arewasie[f.5] et a fratribus devote hospitalatur[g] et ab abbate[6] illius ecclesie dure reprehenditur, eo quod non obediebat comiti. Sed

Exul in hiis gaudet et dicere protinus audet:
'Spes nequit abscidi, si tradat, ab ense recidi.
Trans sanctos omnes noscat baptista Iohannes:
Adsequar innotus, quod ero comiti[h] *bene notus.*
Non reditus demi nec eorum venditor emi,
Pauca nec hec vendam, baptiste verna rependam' et cetera[i].

Cap. XVI: Quod* abbas Gilbertus precibus aliquorum apud[k] dominum Balduinum reobtinet locum suum, iterum eodem privatur.

Eodem tempore comes adeo graviter infirmabatur, quod a medicis sine spe vite iudicatus est. Accesserunt plures viri devocione repleti, qui apud eum de revocacione Gilberti ad propriam ecclesiam et fratrum suorum tractaverunt et in tantum preces apud ipsum

*) Quod Gilbertus abbas et conventus ecclesie sancti Iohannis, qui expulsi erant ab eorum ecclesia, ad propria sunt reversi *B* 2.

a) ferre *B* 2. b) responsoribus *A; cf. supra p.* 211, *n.* c. c) fertur *B* 2. d) quod *emendandum videtur.* e) sustinuit *B* 2. f) arewasie *B* 2. g) hospit ::: latur *A, tribus fere litteris deletis.* h) comite *A.* i) etc. *om. B* 2. k) a ... *A, nonnullis litteris deletis.*

1) Nicolaus (a. 1137–1167)? 2) Thomae martyris demum a. 1170, Dec. 29. occisi sepulchrum visitare Gilbertus non potuit, cum haec, ut infra *c.* 17. apparet, ante a. 1168. gesta sint. H.-E. 3) Coenobii S. Ulmari videlicet, quod fuit congregationis Arroasiensis; vide indicem coenobiorum huius congregationis SS. XV, 2, p. 1121. H.-E. 4) Chocques (dép. Pas-de-Calais), ubi erat monasterium congregationis Arroasiensis. H.-E. 5) Arrouaise, cuius congregationis membrum erat coenobium S. Iohannis Valentianensis. 6) Lambertus a. 1161–1172. fuit abbas Arroasiensis, qui per aliquod tempus ipse loco Gilberti abbatiam S. Iohannis rexerat.

multiplicaverunt, quod ad propria revocati sunt, et in die palmarum processionaliter ecclesiam intrantes, missam et officium cum devocione magna decantaverunt. Sed antequam officium finiretur, ex[a] parte comitis supervenerunt nuncii dicentes[b], quod non erat eius intentio neque Aelidis, uxoris eius, quod Gilbertus abbas Valencenis remaneret, sed omnino a tota patria exularetur; quod et statim factum est. Et sic fratres patre orbati totam septimanam illam in ecclesia soli in Domini timore perstiterunt, passionem Christi recolentes, pro patre iugitet preces ad verum consolatorem orphanorum, omnium creatorem fundentes, quousque ad eius aures eorum orationes pervenerunt, prout in sequentibus patebit. Unde in predicto libello sic habetur: In visione, quam vidit in sumpnis predictus comes, sua adhuc infirmitate durante:

Ante diem cene noctu confertur amene
In comitis camera Quarceto[c] visio mera.
Lumine vallatus precursor adest ibi fatus —
Cum sociis socia fuit eius virgo Maria,
Virgo perhempnis, nescia sordis, ianua lucis —:
'Harum voce precum tua iussio pellat inequum:
Hic me predo ferit, sic et mea cedere querit.
Insuper inflatus, ad Christi sceptra citatus,
Impius infestat patrem domus atque molestat'.
Protinus arripitur, via nulla fuge reperitur;
A lecto trahitur, valor[d] acriter acris additur
Iudicis examen, ut senciat inde gravamen;
Unde flagellatur et verberibus vapulatur.
Clamat et auditur, nec cesor ibi reperitur.
Cesum cernentes et planctus percipientes,
Stantes mirantur, hec flenda foris recitantur.
Dum sic artatur, veniam miser ore precatur,
Maxima promittit[e], feritatis frena remittit;
Quod fere dimittet, pro patre tam cito mittet,
Asserit ablata baptiste solvere lata.
Talia profata, misero miserans miserata,
Lumine vallata, profert hec virgo beata:
'Fac quod dixisti; si non, penas meruisti
Ipse gehennales, sumes numquam veniales'.
Expergefactus, merito tantum pavefactus,
Advocat uxorem, que spem dederat potiorem
Fratres predare, patrem simul exagitare.
Funeris alatrix et demens consiliatrix
Devia dementi dedit egritudine menti.
Fert circunsepte[f], quod sompnia dantur inepte.
Verba refert viva paulatim vox semiviva:
'Sum satis expertus, quia vedit me Gilibertus[g].
Tam cito mandetur[h], per equos celeres revocetur.
Sint assessores gradiendo prepetiores[i],
Ne redeat viva gravis actio nocte nociva,
Subrepat mente, revocetur in ede repente,
Cuncta recepturus sua, fratres repositurus,
A me sumpturus quam plurima, sumque daturus.
Oret, ut alta videns michi parcat, flenda recidens;
Pax michi prebetur, si pro me corde precetur,
Eius virtutis species fit[k] causa salutis;
Criminis evertat moles, miserando revertat,
Devia convertat, quod non sint impia, vertat'.

a) supervenerunt nuncii ex p. com. dic. *B* 2. b) ducę *A*. c) Querceti *B* 2. d) *haec vox corrupta; littera* v *abscisa A.* e) permittit *A. B* 2. f) circũscepte *B* 2. g) gilbertus *A.* h) *emendavi H.-F.*; mandatur *A. B* 2. i) prepociores *A.* k) fert *B* 2.

Ascendunt equites, non gressus dant sibi mites
Nocte peragrantes, equos nimis[a] inde gravantes.
In Domini cena prope nonam non sine pena
Prebent abbati comitis sua nuncia lati.
Ad loca ducuntur et honeste suscipiuntur,
Instant aptare se gressibus et remeare.
Denique profecti, patris ubertate refecti,
Adducunt eque Gilbertum nocte dieque.
Feria sexta datur parasceue[b], cum resonatur
Ipsum venturum, presentem seque daturum.
Plebs et eo gaudet cum fletu, laudibus audet
Magnificare Deum, qui vincere prebet eneum.
Sic restitutus abbas sine[c] pace statutus.
Est induratus Pharao[d] gravis alleviatus[e],
Urget clementer patrem, sed fert pacienter.
Pauperies cingens fratres tunc temporis ingens.
Non tulit ablata nec habet iam dilaniata et cetera.

Cap. XVII. Quod* comitissa Aelidis iterum est causa, quod fratres denuo expellantur.

Igitur Gilberto in pristino statu restituto, et Balduino comite ab infirmitatibus curato, Aelidis una cum clericis a predicta cella sancti Iohannis expulsis iterum ad comitem accesserunt petendo, ut eorum ecclesia ipsis restituatur. Et illud tangitur post centum sexaginta quinque versus, ubi sic habetur:

Lingua venenosa, sine causa murmuriosa
Orat et ortatur, domus hec ut restituatur
Divitibus cleris, quos ampliat ambitus eris[f];
Gen. 38, 12. *Pars fiat de qua Laban tonsoribus equa,*
Qui querunt mundi lac et lanam sitibundi.
Ex ovibus cura fit nulla; petunt sua iura.
Mens comitis ficta capit, approbat infida dicta.
Duplex censetur heres Pharaonis, habetur
Vir Belial; signum tulerat, quod corpore dignum
Non recolens animo fertur sine remige limo.
Pacem promisit, legatos quando remisit
Restituique bona dedit, insuper addere dona.
Absalon expresse pax patris debuit esse;
cf. 2. Reg. 13. ib. 15, 6. *Oppressit fratrem, sic vult extinguere patrem,*
ib. 18, 14. *Illice[g] depremitur, suspensus ea reperitur.*
Hic homo pre bellis reprobatur, et ipse rebellis et cetera.

Sequitur de comite:

Ergo comes rabidus, satagens extinguere sidus,
Non emollitum videns petra stabilitum,
Notos expresse coram se iussit adesse.
Abbati prora[h] dare vult oblata priora.
Respuit hec queque pater imperterritus eque:
'Spes', ait, 'est dominus[i] baptista, pater genuinus,
Ardens lucerna, domus hec sua, sum sibi verna,
Custos nolo premi, non do nec venditor emi'.

Sequitur de comite:

Hiis ferus, indignans, furibundus, corde malignans,
Rem profert grandem, populo recitavit eandem:

*) Quod iterum Aelidis post curationem mariti sui procuravit abbatem et conventum ab ecclesia restituta propelli *B* 2.

a) inde nimis *A*. b) pascheue *B* 2. c) sine *A*. *B* 2. d) pharo *B* 2. e) *sic vel* alleniatus *A*. *B* 2. f) heris *A*. g) ylice reperitur *B* 2. h) *sic* (pra) *A*. *B* 2, *quod quomodo emendandum sit, haud perspicio [nisi pr'ora = pro ora H.-E.]* i) dom° *A*.

'Sum princeps terre, sapiam discrimina guerre;
In me conferre vult abbas cornua serre'.
Mox fert ad proceres: 'Ego, pro[a] dolor! et meus heres
Extores erimus a iure meo, quasi simus
Ut rota cassata ventis vel arundo levata'.

Et sequitur post multa de comite:

Sumit legatos proceres sibi consociatos,
Abbatum fortem coniungit quinque cohortem;
Abbati verba per eos mittuntur acerba:
Velle patret comitis, et erit sua gracia mitis.
Ni fit, erit prede, rursus pelletur ab ede.
Tali mandato verbe[b]iam premeditato —

Sequuntur verba Gilberti:

Hiis ait intrepidus, deridens infida fidus:
'Edis ano sortem, pro re domus appeto mortem.
Eius sperno minas, timeat sibi ferre ruinas.
Cur nos contristat, vindicte tempus ut instat?
Ultio digna Dei peraget splendore diei.
Mandatis eius statuet cognoscere peius.
Fratres attingens[b] non mutus sum canis ingens, cf. Is. 56, 10.
Pro quibus astare valeo merearque[c] latrare.
Vivimus an morimur: Domini sumus, unde[d] potimur. Rom. 14, 8.
Non timeo rabidum, veniat me fodere vivum.
Si vult, annosus remanebo victoriosus.
Tradere vult yma, retinebo tutus opima.
Edis baptiste quia sum custodia, Christe,
Ipsam non emi, non vendam nec sua demi'.

Iterum sequntur verba Gilberti ad quinque abbates de comite:

Cap. XVIII. De infortunio, quod accidit comiti Balduino*.

'Mens sua delira; prope se stat iudicis ira.
Eius et infestas res conteret alma potestas.
Mandatum sperno, dominum quia non fore cerno.
Hec sibi dicetis, ne[e] parcat, et insinuetis' et cetera.

Tunc abbates, qui fuerant ex parte comitis missi ad Gilbertum, auditis responsionibus, ad comitem revertuntur, prout patet in capitulo illo:

Nullo transgressi proceres, ad iura regressi,
Inveniunt comitem, prope quem cernunt Sunamitem[f] 1.
Quos prius alloquitur, abbas qualis reperitur.
Qui reticent ulla, referunt crudelia nulla,
Ne conturbetur vel debile quid pateretur,
Adiurat tandem, serie rem dent ut eandem.

Sequntur verba cuiusdam tunc comiti assistentis:

De Cruce vir pronus, par Montibus, Hugo[g] patronus
Detestans peius, quia fel clam noverat eius,
Profert audita; sua vox vi post stabilita
Intonuit verbo constanter patris acerbo:
'Cur mens est ausa vexare virum sine causa?
Deserat inceptum facinus, cor cedat[e] ineptum!
Providus indultor erit abbas et pius ultor,

*) in aula Valencenensi *add. B* 2.

a) proch *B* 2. b) accingens *B* 2. c) *sic B* 2; mere:: que, *duabus litteris delectis A.* d) inde *B* 2. e) me *B* 2. f) sunamite *A.* g) :: dat *A*; cedit *B* 2.

1) Aelidem comitissam dicere voluit auctor (cf. infra p. 216, l. 35), sed in sacra scriptura de mala Sunamitide nihil legi monendum est. H.-E. de Crois saepissime inter proceres Hanonienses a Gisleberto commemoratur. H.-E. 2) Hugo

Edis consultor sistens et in ordine cultor.
Provenient vobis[a], *bona maxima; plurima nobis*
Orabit: vota capientur fraude remota.
Ni fiat, certe vobis tribuentur aperte
Mira Dei signa sub pauco[b] *tempore digna'.*

1168. Tunc sequitur infortunium, quod accidit eodem tempore comiti Balduino in aula sua Valenchenensi, prout superius est expressum[1]:

Tunc furit atque fremit, ait Anglicus[2], *omnia demit.*
In trabe sublimi de quercu verticis ymi
Cum Balduino residensque[3] *nepote Toino*[4],
Consilium temere vult, qualiter ede carere
Amodo nec resonet vox, fratres cum patre donet[c],
Confert tristisona, vulgi constante corona.

Et sequitur:

Frangitur alta trabes, fuit hostis maxima labes;
Nam gens miratur, Dominus quod sic operatur.
Laudant voce Deum, proceres spernunt et eneum.
Est graviter fractum comitis crus, a strage tractum
In binas partes, serpens ubi condidit artes.
Difficilis bina binis fuit ipsa ruina:
Nam Balduinus comitis feritate ferinus —
Tali fractura caro suscipit aspera plura —
Gressus extendens, comiti sua brachia tendens,
Unum confregit, gravitas vulnus trabis egit.
A trabe subripitur[d. 3], *lesura gravis reperitur,*
Saucius in vultu, populorum flente tumultu,
Terra suscipitur, tenui vix voce petitur,
In lecto geritur; dolor ingens undique scitur.
Hospicio latus quasi mortuus est reputatus.
Abbas mandatur, tociens ab eo recitatur.
Quem patrem fieri vult et sua flenda fateri,
Edi largiri se vult et ea sepeliri.
Libras nummorum dat septem lustra[5] *suorum.*
Abbati dat equum, sibi ne tribuatur inequum.
Protinus ad comitem redeamus et ad Sunamitem.
Que videns signa Domini data pro patre digna,
Protulit: 'Infesta sum clade miserrima mesta' et cetera.

Et sequitur:

Barones comitis flent infortunia litis,
Omnes ortantur patrem mandare, precantur,
Conterat errorem pia mens, sectetur amorem.
Quod vir concessit; sed ab hoc comitissa recessit.
Huc proceres propere veniunt, satagunt et habere
Patrem securum, se dantem pro grege murum.
Milite vallatus est principis ad loca latus,
Visitat egrotum, tociens a iure remotum,
Confert solamen; fratrum petit ille iuvamen
Sedulitate precum, quod detergat minus equum.

Verba comitis:

Fatur et auditur, vox pressa dolore potitur:
'Duplex fractura crucis tollit[e] *michi iura.*
Grandis iactura, quia prodest non michi cura;

a) *emendavi H.-E.*; verbis *A. B* 2. b) pauce *A*. c) *nescio an* domet *emendandum sit. H.-E.* d) surripitur *B* 2. e) tolit *A*.

1) Non supra, sed infra c. 37. hoc relatum est. Quod a. 1168, Mart. 30. vel Apr. 6. factum est, ut Gislebert. p. 517. narrat. H.-E. 2) Nescio quis hic sit. 3) Scil. Balduinus comes. 4) Hunc Balduinum de Toeni infortunio illi affuisse etiam Gislebertus l. l. dicit. 5) Numerum XXXV prorsus dubio huc insolenti dicto significare voluit auctor. H.-E.

Gressus amisi, nimis acres utique visi.
Hoc opus est celi, nos[a] ledens cuspide teli.
Consultu raro consultus consule claro,
Amplius indempnis domus hec sit vestra Iohannis.
Confirmo corde vestris, quia sunt sine sorde'.
Abbas attendit[b] hec dulcia; grana rependit,
Conficiens panem domui nostre nec inanem.
Pace reformata, fratrum spes est relevata.

Residuum libelli ex causa racionabili pretermitto. Moriebatur autem abbas Gilbertus anno Domini millesimo centesimo octogesimo quinto et sepultus in cella sancti Iohannis Valen- 1185.
cenensis, quam rexit quadraginta annis. Et sic finitur historia predicta, quam multiplici de causa sic abreviavi.

Cap. XIX. Privilegium*), quod Gilbertus primus abbas Sancti Iohannis Valencenensis[b*] a domino papa Alexandro impetravit.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Gilberto abbati ecclesie sancti Iohannis baptiste de Valencenis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Desiderium, quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere et[c] petencium desideriis congruum impartiri suffragium. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris iustis peticionibus[d] clementer annuimus et prefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra[e] protectione suscipimus et presentis scripti previlegio communimus, in primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini regulam atque institutionem Arroentium[f] fratrum in eadem ecclesia institutus esse dinoscitur, perpetuis ibi temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia inpresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum[g], largicione regum vel principum, oblacione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneat. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis[h]: locum ipsum, in quo prefata ecclesia sita est, cum omnibus pertinenciis suis, ecclesiam sancti Petri in foro, ecclesiam de Alneto[2] et de Sautain[3] cum possessionibus suis et omnibus decimis, ecclesiam[i] de Vilaris, altare d'Estroen[4] cum quinque ortulis in eadem villa, altaria de Helemmes[k.5] et de Preziel[l.6], altare de Semeries[7], scolas tocius castri de Valencenis, quas ab antiquo ecclesia vestra possidet; mansiones canonicorum, que sunt circa ecclesiam cum camba una, mansionem[m] Gervasii de Provino[8], ante fores ecclesie domum, que fuit magistri Ade, domum Gonteri de Putheo[n] cum domo Fredelendis et aliis domibus, que ad illas pertinent, cum furno. Censuales domos, quas habetis in Valencenis, terram de Mortrui appellandam[o], que dicitur Fossart, ortum ad olera fratrum infra[p] scepta castri; in[q] regio loco quinque mansos terre, terram circa Bieckeviel[r.9], terram de Roselet, allodium et decimam et hospites, quos Thomas de Salonne dedit ecclesie. Mansionem Almanni decani cum suis appendiciis, terram de Biermerain[r.10], terram de Gommegnies[t.11] et partem silve que dicitur Harotheelve, duos solidos censuales in Ursina valle, terram, quam sumptibus vestris acquisivistis de domo Stephani, Willermi et aliorum feodatorum de Saltim[u]; comitem et familiam eius, ministeriales ipsius et omnes de pane vestro viventes, castellanos et pares cum familiis suis, ministerialibus quoque, clericos scolares et canonico-

*) Previlegium impetratum per Gilbertum a papa Alexandro tempore scismatis ecclesie *B* 2.

a) vos *A. B* 2. b) intendit *B* 2. b*) in Valencenis *in rubrica A.* c) perpetuum *add., sed del. B* 2. d) postulationibus *Mir.* e) Pauli *Mir.* f) arrentium *A.* g) pontificum *A.* h) notabilis *A.* i) Gecimis earundem villarum *Mir.* k) Helemez *B* 2. l) presel *B* 2. m) Egidii *add., sed del. B* 2. n) puteo *B* 2. o) appland . . . *A; deest Mir.* p) intra *Mir.* q) in — Saltim *des. Mir.* r) beckerel *B* 2. s) bermerain *B* 2. t) gõmogoies *B* 2. u) saltē *B* 2.

1) Editum a Miraeo, Opp. dipl. II, p. 829; Jaffé nr. 12246. Iac. nonnullis locis abundat. 2) Aulnoy (arr. d'Avesnes, cant. d'Avesnes-Nord). 3) Saultain (arr. de Lille, cant. de Seclin). 4) Etroeungt (arr. d'Avesnes, cant. d'Avesnes-Sud). 5) Hellemmes (arr. de Lille, cant. de Lille Nord-Est). 6) Préseau (arr. de Valenciennes, cant. de Val.-Est). 7) Semeries (arr. d'Avesnes, cant. d'Avesnes-Sud). 8) Provin (cant. de Valenciennes-Sud). 9) Becquignies (arr. de Lille, cant. de Seclin). 10) Bermerain (arr. d'Hazebrouck, cant. de Solesmes). 11) Gommegnies (arr. d'Avesnes, cant. de Quesnoy-Ouest).

rum familias. Sive[a] novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas presumat exigere. Cum autem commune interdictum terre fuit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare; sepulturamque loci illius liberam esse decrevimus[b], ut eorum devocioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverunt, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iusticia matricis ecclesie. In parrochialibus autem ecclesiis, quas tenetis, liceat vobis quatuor aut tres ad minus de canonicis vestris ponere, quorum unus episcopo presentetur, ut ab ipso curam animarum suscipiat, et ei de spiritualibus, vobis autem de temporalibus debeat respondere et cetera. Sequitur paucis interpositis: *Si[c] qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitucionis paginam sciens[c'] contra eam temere venire[d] temptaverit, facta[e] monicione canonica, nisi presumpcionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisve sui dignitate careat reumque[f] se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei ac domini nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ulcioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen, amen[g].*

1173. Dec. 4. *Datum Agnanie per manum Graciani sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii II. Non. Decembris, indictione VII, incarnacionis dominice anno millesimo centesimo septuagesimo secundo[h], pontificatus domini Alexandri pape tercii anno XV.*

[Cap.[i] XX. Quod Balduinus comes, videns non posse obtinere ecclesiam sancti Iohannis, disposuit de alia alibi facienda.]

Cap. XXI. Quod Philippus comes Flandrie ex parte uxoris[k] obtinuit comitatum[l] Viromandiae et plures alias terras.

Gisl. p. 514 sq. Temporibus dicti Balduini comitis, dicti Edificatoris, potens — — Firmitatem Milonis et alia multa.

Cap. XXII—XXVII.

Qualiter abbatia[m] Viconiensis fuit edificata et fundata.

Hist. Vicon. Ex Annalibus eiusdem[n]: Spiritus sanctus ore prophetico — — ad laudem et gloriam domini nostri Iesu Christi.

Cap. XXVIII. De fundatione cenobii Bone-spei[2].

In exordio fervoris ordinis Premonstratensis quidam Guillermus[3] nomine, filius cuiusdam nobilis, nomine Renialdi militis de Cruce, in pago Hanoniensi ipsum ordinem in ecclesia Premonstratensi cum multa devocione ingressus est; parentesque eius quoddam[o] suum allodium, quod[p] de Rameillies[4] et de Vellerella[5], eidem ecclesie Premonstratensi[q] libere contulerunt, in quo allodio ipsi Premonstratenses ad honorem Dei et beate Marie novum cenobium construere curaverunt. Elegerunt ergo de fratribus suis plures ydoneos et precipue unum nomine Odonem, quem ordinaverunt primum abbatem novi cenobii ante dicti, et eos destinaverunt ad locum allodii supradicti, ut fructum facerent et referrent in tempore suo. Venientes ergo fratres, qui missi fuerant ad locum ante dictum, ut novum,

a) sane *B* 2. b) decernimus *B* 2. c) Si qua — amen *des. Mir.* c') scien:: *A*: scienter *B* 2. d) venienter *A*. e) fact *A*. f) reumque *A*. g) *omissae sunt a Inc. subscriptiones testium.* h) III. *Mir.* i) *haec habet B* 2 *minio scripta post spatium vacuum relictum f.* 29′, *textui capitis inserendo priore columna folii* 30. *vacuo relicta; uncis incl. des. A, huic capiti inserendo spatio vacuo relicto f.* 46′, *in cuius inferiore parte duarum linearum verba erasa sunt, quorum initium fuit* De Philippo. k) sue *add. B* 2. l) *deest B* 2, *ubi* Viromandiam. m) ecclesia *B* 2. n) Ex Ann. eiusd. *a rubricatore omissa, sed nigro atram. ei praescripta A.* o) quondam *A. B* 2. p) *delendum vel* videlicet *emendandum.* q) Premonstracensi *A.*

1) Historia Viconiensi scilicet, de qua v. praef. p. 69. 2) Exsistit Chron. eccl. beatae Mariae ord. Praemonstr. ed. Magbe (Bonne-Espérance 1704), quod adipisci non potui. 3) E chronico Bonae-spei Iohannis de Sinry usque ad a. 1317. perducto Brasseur p. 180. haec inseruit: *Guilelmus, filius Reginaldi de Cruce militis, in pago Hannoniensi predictum ordinem Premonstratensem ingressus est; cuius parentes quoddam suum allodium de Rameles et de Vellereille prefate ecclesie Premonstratensi libere contulerunt. In cuius allodii campo quondam dicto Bona-spes . . . novum cenobium construxerunt, illud sibi propheticum applicantes, quod dicitur Sapientie XII: Fecisti filios tuos bone spei* etc. — Auctor noster fusior est, cumque cetera, quae exhibet, quantum e Brasseur conicere licet, apud Ioh. de Sinry defoisse videantur, utrumque, Iacobum *scilicet* — et Iohannem, communi fonte usum esse credideri. 4) Ramillies (arrond. Hazebrouck, cant. Cambrai-Est). 5) Vellereille-le-Sec aut Vellereille-le-Brayeux (arrond. Mons, cant. Roeulx et arrond. Charleroi, cant. Binche). Cf. Duvivier I, p. 203.

ut dictum est, edificarent et erigerent cenobium, primo habitaverunt in loco, qui vulgo Sarta[1] dicitur. Sed loci ineptitudine et inoportunitatibus compulsi, inde recedentes ad locum, qui re et nomine Bona-spes[2] dicitur, se transtulerunt[3], ut in eis impleretur, quod quasi prophetice per Salomonem Sapientie XII.[a] dictum erat: *Fecisti filios tuos bone spei.* v. 19.
Cum ergo illic edificare cepissent, venit illuc venerandus pater Lienardus Cameracensis episcopus anno Domini MCXXXI, predicto abbati Odoni munus benedictionis impendit et 1131.
ibidem atrium consecravit[4]. Anno Domini MCCXII. XVIII. Kal. Iulii positum est funda- 1212. Iun. 14.
mentum turris campanalis eiusdem ecclesie Bone-spei, et deinde dicta turris deducta est
ad debitum complementum. Anno vero Domini MCCLXXVII. in die Innocentum ruit eadem 1277. Dec. 28.
turris, neminem ledens, divina clemencia suum devotum populum conservante. Unde quidam frater[a] eiusdem ecclesie sic ait:

Turris nostra ruit in natali puerorum.
Lesus nemo fuit; sit laus Domino dominorum!

Postquam predictus Odo Bone-spei primus abbas multis annis novellum monasterium rexit vigilanter ac devote et quam plures filios in Christo genuit, dignus memoria quievit in Domino. Predicto autem abbati in regimene[b] Bone-spei successit Phillippus de Harveng, vir pollens vite honestate ac litterali sciencia. Hic vitam et actus plurimorum sanctorum compilavit, collegit et conscripsit. Plures epistolas summo pontifici, imperatori et sancto Bernardo abbati Clarevallis scripsit et in scriptis suis successoribus relinquit[b. 5]. Temporibus istorum duorum abbatum ecclesia Bone-spei est religione et honestate decorata, habundantia temporalium plurimum[c] fecundata, previlegiis et libertatibus roborata et dotata[6]. Anno autem Domini MCLXXXII. in adventu Domini idem Phillippus cessit regimini 1182.
et officio pastorali et tempore quadragesimali subsequente quievit in Christo. Phillippo 1183.
predicto successit Godescaldus, tunc Buciliensis[7] ecclesie abbas et ecclesie Bone-spei tercius abbas factus. Godescaldo de medio sublato successit Iohannes de Valencenis abbas
quartus[8], qui cessit anno Domini MCLXXXVIII. Iohanni predicto successit Allelinus abbas 1188.
quintus, tunc Calvimontis[9] abbas, qui cessit regimini anno Domini MCXCII. Allellino pre- 1192.
dicto successit Robertus de Ramegni abbas sextus, vir religiosus et iustus, et rexit uno anno cum dimidio circiter[10], et sic de aliis.

Cap. XXIX. Fundatio ecclesie sancti Fulliani*, situati iuxta Le Rues.

De fundacione ecclesie aut abbacie sancti Folliani[11] pauca valde reperire valui, nec quando monachi seu canonici Premonstratenses illuc commorantes noviter advenerunt aut ibidem intronizati fuerint. Veritatem horum reperire eciam non valui, licet tandem in predicta ecclesia illa que sequuntur in quodam libro antiquo casualiter conscripta reperi[12]: *Burchardus Dei miseracione Cameracensis episcopus ad divini officii augmentacionem capelle Sonephie*[d. 13] *site ac constructe in loco, in quo preclarus Christi martir Foillanus*[e]

*) Folliani site iuxta Le Ruez *B* 2.

a) fratres *codd.* b) *ita codd.* c) parum *A*; plm *B* 2; paulatim *Fortia.* d) senophie *B* 2. e) foillianus *B* 2.

1) Sart-les-Moines (cant. Charleroi). 2) Bonne-Espérance. 3) Omnia haec e chartis Burchardi et Lietardi episcoporum Cameracensium a. 1127. et 1131. concessis hausta sunt. V. eas apud Hugo, Annales Praemonstratenses I, Probat. p. 300 sq. 4) Cf. chartam Lietardi episcopi supramemoratam a. 1131. l. l.: *Tunc vero temporis praedicti petitione Odonis et qui cum eo erant fratrum illo venimus et in loco qui Bona-spes dicitur concessu capituli sanctae Mariae Cameracensis ecclesiae . . . atrium sacrantes* etc. 5) Cf. quae Brasseur, Origines p. 182, ex titulo picturae cuidam inscripto affert: *Beatus ac venerabilis Philippus Harvengius, cognomento Elemosynarius, monasterii Bonaespei abbas II, vir disertissimus et mirifice doctus, pius et sanctus sanctoque Bernardo familiaris, cum praelaturae suae munus fideliter et religiose annis viginti septem administrasset, senio confectus obiit anno Domini* 1182. 6) Privilegia dederunt Innocentius II. papa a. 1137, Ian. 27. (Jaffé ed. 2. nr. 7819) et Eugenius III. a. 1147, Iun. 2. (Jaffé nr. 9068). A. 1165, Dec. 29. Fridericus I. imp. abbatiam in tuitionem imperialem suscepit (Stumpf nr. 4059). 7) Bucilly (dép. Aisne). 8) Qui in charta a. 1187, date occurrit. Cf. Wauters II, p. 668. 9) Chaumont Brabantiae. 10) A. 1193. chartae subscripsit; v. Devillers, 'Descriptions anal. de cartul. et chartr. du Hainaut' III, nr. 90, p. 178; a. 1194, Nov. 10. privilegium ei Caelestinus III. concessit, Jaffé nr. 17158. 11) Saint-Feuillan prope Roeux. Cf. Theophile Lejeune, 'L'ancienne abbaye de Saint-Feuillien', in 'Annales du cercle archéol. de Mons' V (1864), p. 135 sq. 12) Edita Gallia christ. III, p. 196; Miraeus, Not. p. 326. et Cod. donat. piarum p. 293. 13) Seneffe (arr. Charleroi, cant. Seneffe).

1125. *mortem adeptus est, altaria — — Datum Senophie anno Domini MCXXV*[a]. Item predicta
1137. omnia confirmavit Nicholaus episcopus Cameracensis anno MCXXXVII[b].

Cap. XXX. De monachis et prioratu Sancti Gaugerici Valencienensis[c].

Mart. Op. Martinus[b]: Anno Domini MCLV. Anastasius huius nominis quartus in pontificem Romanorum[c] eligitur. Qui extitit natione Romanus ex patre Benedicto, sedit annum unum, menses quatuor, dies viginti[d]. Actor: Huius summi pontificis temporibus erant monachi in ecclesia sancti Gaugerici Valencenensis, prout patet ex bulla, que sequitur, quam notanter de verbo ad verbum conscripsi sub hac forma. Bulla[3]: *Anastasius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Uberto priori et fratribus ecclesie sancti Gaugerici de Valencianis salutem et apostolicam benedictionem. Officii nostri nos hortatur auctoritas pro universarum ecclesiarum statu satagere et earum pāci atque transquilitati salubriter, in quantum nobis Dominus scire posse donaverit, providere. Quocirca, dilecti filii*[d] *in Domino, vestris iustis desideriis paterna benignitate concurrimus et utilitati atque necessitati vestre caritate debita, in quantum honestas permittit, subvenire volentes, presenti scripto statuimus, ne pro laicorum excessu, nisi forte multitudo vel potens persona ipsius parrochie in causa sit, a divinis vestra ecclesia cesset officiis; sed quando generale interdictum in parrochia vestra promulgatum fuerit, liceat vobis clausis ianuis et exclusis excommunicatis et interdictis, suppressa voce absque signorum pulsacione in ecclesiis vestris divina celebrare officia. Adicimus eciam, ut, si eiusdem ecclesie presbiter super defraudacione reddituum seu beneficiorum, que ad ipsam ecclesiam pertinere noscuntur, accusatus vel impetitus fuerit in vestra presencia, exinde vobis iusticiam faciat. Quod si facere forte noluerit, usque ad condignam satisfactionem ab ipsa submoveatur ecclesia. Datum Laterani VIII*[e] *Kal. Marcii.*

Cap. XXXI. Hic* loquitur de fundatione cenobii Ursicampi et fundatione cenobii Cambronnensis.

Vinc. XXVII, 7. ib. c. 5. Cronographus: Hiis temporibus ordo canonicus Premonstratensium et monasticus Cisterciensium — — post paucos menses Valcellas. Helinandus: Anno Domini MCXXX. cenobium Ursicampi ordinis Cisterciensis fundatur.

1148. Iul. 24. Item anno Domini MCXLVIII. nono Kal. Augusti fuit fundata ecclesia Cambronensis in Hanonia a nobili domino et canonico ecclesie Sonegiensis[e], domino Anselmo[f], domino

1240. Oct. 19. de Perona[4], condam filio illustris domini, domini de Trazegnies[g]. Et anno Domini MCCXL. in crastino Luce euwangeliste dedicata fuit ecclesia eadem a domino Gerardo Cameracensi episcopo. Actor: Nichil aliud reperire valui de fundacione tante ecclesie, de quo ammirari satis non valeo. Temporibus illis floruerunt Hugo Granopolitanus[h] episcopus, item Hugo Parisiensis, dictus

cf. ib. c. 8—12 de Sancto Victore vel de Folieto, item Ricardus de Sancto Victore, et Eugenius, in papam eligitur. Quibus temporibus

cf. ib. c. 17. computavit Petrus[i] Abelardi, et eciam floruit Hibernicus ille miles Tundalus nomine, qui visionem illam, quam viderat,

cf. ib. c. 88. 89 mirabilem in scriptis redegit, prout narrat Vincencius libro XXVIII, capitulo octogesimo octavo.

Cap. XXXII. De** morte Eugenii pape et de legenda beati Bernardi.

ib. XVIII, 1. Anno imperii Frederici primo, qui fuit ab incarnacione Domini MCLII, a mundi vero inicio VMCXVI[k], obiit papa Eugenius venerandeque memorie — — multis in locis. Hic cum adhuc puerulus — de quibus nonnulla superius posui.

*) Quod multi ordines religiosorum evenerunt, et Ursicampi et Cambronis fundatione *B* 2.

**) De obitu Eugenii pape et Bernardi Clarevallensis abbatis *B* 2.

a) Valencen *B* 2. b) *nigro atram. suppl. A; deest B* 2. c) Romanum *B* 2. d) filii *A*. e) senogiensi *A*. f) Anselmi *B* 2. g) Trasegnies *B* 2. h) Granopolitanus *B* 2. i) tempus *B* 2. k) VXVI. *B* 2.

1) Alia diplomata de eadem re habentur a Burchardo a. 1125. eiusque successore Nicolao a. 1133. datā apud Hugo, Ann. Praemonstrat. I, Probat. col. 562 sq. 2) *Diebus XXIIII* Mart. Pol., SS. XXII, p. 436. 3) Jaffé nr. 9835. e collectione Moreau. 4) In charta Balduini IV. comitis Hanoniensis a. 1156. data, apud De Smet, 'Cartulaire de l'abbaye de Cambron' in 'Monuments de Namur' II, p. 91. edita legitur: *Quapropter futurorum notitiae commendamus, quod Anselmus de Perona, nobilis clericus, quicquid allodii habebat in Camberone vel iuris pro amore Dei et vite eterne Deo et Bernardo abbati Clarevalensi legitime donavit* etc. Cf. privilegium Alexandri III. a. 1172, Nov. 28. datum ('Cartul. de Cambron' l. c. p. 8): *Anselmus de Berona clericus, fundator eiusdem monasterii.* Cf. Vinchant, 'Annales du Hainaut' II, p. 252; Brasseur, Origines omnium Hanoniae coenobiorum p. 69 sqq. Clement Monnier, 'Histoire de l'abbaye de Cambron' in 'Annales du cercle archéologique de Mons' XIV (Mons 1877), p. 9 sq.

Cap. XXXIII. [De[a] operibus Bernardi Clarevallensis.]

Scripsit autem beatus Bernardus — — de quibus[1] ea que subiecta sunt excerpsi[2]. Vinc. XXVIII, 2.

Cap. XXXIIII. [De[a] imperio Frederici et regno Ludovici, Petri Lombardi et Petri Comestoris.]

Anno Domini, ut dictum est, MCLIII — — ordinavit. Idem etiam — — composuit. Circa id tempus — — ib. XXIX, 1.
nec dabit etas.

Cap. XXXV. De quibusdam incidentibus illius temporis. ib. c. 2.

Cronographus: Anno imperii Frederici primo — — abire permissi. Venerande memorie Bernardus — — multis ib. XXVIII, 1.
in locis. Vir religiosus Walterus — — in posterioribus partibus geminorum. ib. XXIX, 2.

Cap. XXXVI. De Hildegarde virgine, que[b] predixit multa de futuris, et de exultatione sancti Thome Cantuariensis.

Anno Domini MCLXV. Philippus — — apud Mortuum-mare. Eodem tempore floruit in Alemannia sancta ib. XXIX, 13.
virgo Hildegardis, que multa fertur predixisse de futuris. Ad quam scripsisse dicitur etiam beatus Bernardus Clare- ib. XXVII, 83.
vallensis. Hic ad Colonienses scribens de futura clericorum tribulacione dicit, quod clerici gloriam absque merito volunt
habere et meritum absque opere. Eodem anno sanctus Thomas — — in sumptibus regiis. ib. XXIX, 13.

Cap. XXXVII. Quod[c] pro fortelicio d'Anghien Brabantini et Lowanienses Hanoniensibus plura intulerunt incommoda.

Anno consequente MCLXVI. Hugo[2] dominus d'Enghien, pater Gossuini, Engleberti, Sigeri et Bonifacii, Bald. Av.
fecit fieri in villa d'Enghien unum castrum, in latere cuius fundavit unam turrim fortem valde et fossatis ac muris
eam circumvallavit. Quam villam atque castrum a Balduino[4] comite Hannoniensi, prout iuris
et consuetudinis erat, in homagium ac feodum susceperat ac in Montensi castro coram
baronibus cum iuramento relevavit a predicto Balduino. Sed duobus annis revolutis Hugo 1168.
predictus causa suscepta levi Balduinum relinquens, amicitias cum duce Lovaniensi[5] iniens, villam
d'Enghien atque castrum eiusdem ville ab eodem duce in feodum eciam relevavit[6] ac se ipsum atque sua sibi
totaliter subiecit. Per istud siquidem fortalicium Brabantini atque Lovanienses[7] Hanoniensibus pluribus
vicibus multa incommoda intulerunt[7]. Ex cronicis ecclesie Rothnacensis[8]: Anno verbi 1160.
incarnati MCLX. XV. Kal. Iunii apud Rothnacum[f] translatum est corpus beati Celestini Maii 18.
pape et martiris ex vetusto in novum scrinium auro[g] gemmisque decenter ornatum. Inter-
fuit autem huic translacioni octavus abbas Arnulphus Sancti Salvatoris Eyamensis iussu[h]
episcopi Cameracensis. Qui abbas, quando missam celebraverat et cetera ministerialia
peregerat, peciit a canonicis Rothnacensibus[i] capud sancti Celestini ad honorem et tute-
lam ecclesie sue Eiamensis[k]. Quod cum ei gratanter annuissent, allatum est sequenti
die et cum honesta processione receptum et in dicta sancti Salvatoris ecclesia reve-
renter tecis argenteis recunditum, in qua innumera exuberant miracula ad Dei et sancti
Celestini gloriam et honorem. Anno[e] Domini MCLXVIII. in vigilia pasce fecit Balduinus comes, dictus Bald. Av.
Edificator, in Valencensis magnam fieri congregacionem nobilium et festum nobile preparari, in quo pre-
sentibus omnibus filium suum Balduinum signis militaribus insignivit et in hiis que ad fidelem
militem spectant prudenter informavit. Animavit siquidem eum ad constantiam, largi-
tatem[l], virtutes morales. Finito denique festo ac nobilibus ad propria repatriatis, non. Prov. 14, 13.
multo post temporis elapso, iuxta dictum sapientis: *Extrema gaudii luctus occupat, ver-* Eccl. 30, 31.
sum est cithara in luctum et organum in vocem fletus. Nam cum una dierum comes Balduinus
cum filiis ac baronibus causa solacii et recreacionis operarios aule sue Valencenensis, que nundum erat per-
fecta, visitare voluisset et altitudinem murorum per scalas conscendisset, tot milites et baro-
nes, scutiferi atque burgenses ipsum ad alciora sequti fuerunt, quod pre nimio pondere
atque gravedine trabibus sustentariorum hurdi confractis et cordis disruptis, a cacumine murorum ad

*) *sic B 2, cui Vinc. magis concordat, qui praebet:* De imperio Friderici primi et magistro Petro Lombardo et magistro Petro Comestore; De tempore, quo Petrus Lombardus et Petrus Commestor floruerunt *A. Quae B 2 habet, in A nigro atramento rubricatori praescripta fuisse videntur, nunc erasa aut abscisa.*

a) *inscriptio excidit A*; De opusculis eiusdem *Vinc.* b) que — futuris *om. B 2.* c) *initium capitis cum titulo usque ad litteras: . . uino. Sed (l. 21) deest A.* d) louaniensis *A.* e) ro . . . . sis *A.* f) . . huacum *A.* g) anno *codd.* h) iussu *vel* nissu *B 2*; niau *A.* i) rochnac. *A.* k) eyamensis *B 2.* l) largitat *B 2*; *excidit A.*

1) Scil. epistolis, sermonibus. 2) Quae verba Iac. Gisleberti p. 516; Bald. Avenn. l. l. p. 615: *Par celle* e Vincentio recipiens, ipse ad effectum non per- *forteresse greca puis maintesfois la duchee de* duxit. 3) Ex Bald. Avenn. ed. Kervyn p. 615. *Braibant la conté de Haynau.* 8) Bald. Avenn.
4) IV. 5) Gotefrido. 6) Bald. Avenn. l. l. ed. Kervyn p. 613.
p. 615: *Apres le reprinst dou duc Louoaing.* 7) Cf.

Bald. Av. terram omnes ceciderunt. In quo casu comes Balduinus habuit crus fractum i totaliter, residuum corporis conquassatum; multis periclitatis pauci incolumes evaserunt. Aelidis autem comitissa, cernens Balduinum eius maritum sic crudeliter et immaniter saucialum atque confractum, pre cordis angustia et dolore, tristitia, spiritus anxietate confortacionem minime suscipiens, infirmitatem gravem incurrit, de qua infra dies paucos spiritum Domino reddidit. Sepulta autem fuit in ecclesia sancte Waldetrudis in Montis[a], in crypta ante altare sancti Iohannis ewangeliste, supra quam Balduinus fecit lapidem porphireticum sculptum et versibus adornatum superponi et capellaniam perpetuam de cotidiana misse in eadem instaurari. Gil-

Gisl. p. 512. bertus: Aelidis comitissa Hanonie, mulier religiosissima — — in loco qui dicitur Mortercule[a*] assignavit.

Cap. XXXVIII. De morte Aleydis comitisse Hannonie, et quare Balduinus iunior vocatus sit Animosus.

1168. Eodem anno defuncta Aelide comitissa, uxore Balduini comitis, ipso adhuc in lecto sue gravis infirmitatis iacente, quidam milites ac scutiferi, in suis confidentes linagiis[b], per patriam Hanonie mercatores peregrinos interficiebant, burgenses et alios divites, quos in campis seu villis interficere, spoliare aut auferre poterant, clam et aperte predabantur. Aliqui vaccas et boves, aliqui porcos et oves, aliqui equos, vestes[c] et consimilia, cum pecunias extorquere non poterant, assumebant et virgines opprimebant[2]. Balduinus iunior, filius Balduini senioris, cernens, quod pater suus gravi langore vexabatur, et quod talibus

Gen. 6, 6. intendere[d] non valebat, tactus[e] dolore cordis intrinsecus, licet in etate iuvenili constitutus, temptavit grandia tutus. Considerans siquidem terre sue nobiles sic exorbitare, de consilio patris ad Montense castrum congregationem omnium nobilium et specialiter parium Hanonie fieri iussit; et omnibus congregatis, ipsemet, ut acutus iuvenis et ingeniosus, malum regimen nobilium et eorum excessus graves et enormes in omnium presentia proposuit. Qui propter malefactorum genus tepide et nutanter respondentes et ipsum tamquam iuvenem existimantes faciliter emolliri et facta proposita credentes palliare, respondens iuvenis Balduinus: 'Domini barones, video vos. Sed rogo, attendite, quid in scolas alias didicistis[f]. Quid', inquit, 'prodest ei, quem sordidant mores, generacio clara? Aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? Ipse se vacuum ab omnibus bonis ostendit, qui nimis confidit aut gloriatur in suo genere. Nam aurum de terra nascitur, sed non est terra; et aurum quidem eligitur, terra autem contempnitur. Et[g] stagnum[h] de argento egreditur, sed non est argentum; itaque argentum collatum servatur, stagnum[h] autem foris expellitur. Melius est de contemptibili genere clarum fieri quam[i] de claro genere contemptibilem fieri. Qui enim de claro genere clarus nascitur, gloria claritudinis eius non est eius solius, sed communis videtur. Qui enim de contemptibili genere clarus egreditur, tota gloria claritudinis eius eius solius est. Item qui contemptibili genere contemptibilis nascitur, turpitudo contemptibilitatis[k] solius eius non est, sed eciam generis eius; qui autem de claro genere contemptibilis nascitur, omnis turpitudo illius solius est. Ideo melius est, ut in nobis glorientur parentes, quia tales filios habent, quam nos gloriemur in parentibus. Sic et vos nolite gloriari dicentes: "Ex parentibus nobilibus sumus", sed magis erubescite, quia filii eorum estis et mores eorum non sequimini'. Et humiliter postea dixit: 'Hanc lectionem a scolis magistri mei corde tenus retinui. Quod vero tales malefactores ordinem denigrant militarem, et ut non videamini eorum operibus consentire, volo, mando atque precipio, quatinus vos omnes et quilibet vestrum in solidum perquirat, investiget, prodat, ostendat et capiat in suo genere malefactores, ubicumque reperiri poterunt, et in castro Montensi religentur; sin autem, tamquam eorum fautores, consultores, coadiutores, defensores atque adversarios meos vos omnes reputabo. Ex nunc pro tunc sententiam mortis fero contra eos et requiro per iuramentum, quod exhibuistis patri meo, ut me ipsum in istis, prout decet, adiuvetis, quoadusque omnes digna morte punientur[l]'. Quod et factum est; nam alios decollavit, alios suspendit, alios inhumavit, alios vivos inrotavit, et in tantum disposuit, ut patria pacificata et secura extitit,

*) Quod post mortem Balduini[3] senioris Balduinus iuvenis mores nobilium reformavit *B* 2.

a) *sic codd.* a*) morterule *B* 2. b) lignagiis *B* 2. c) et vestes *B* 2. d) vacare *B* 2. e) *deest B* 2. f) didicisti *B* 2; *deletum in A.* g) qui *A. B* 2. h) stannum *B* 2. i) quam — fieri *in inf. marg. suppl. B* 2, *signo post* fieri *pos.* k) contemptabilitatis *B* 2. l) prohibentur *B* 2.

1) Cf. supra c. 18. 2) Cf. Bald. Avenn. ed. Kervyn p. 616. 3) Falsum; post mortem Aelidis hoc factum esse in cap. dicitur, patre vivente.

ut nullus malefactor in eadem reperiretur[1]. Tunc barones et communitates animositatem, audaciam et prudenciam iuvenis domicelli contemplantes, ipsum Animosum quasi ex quodam cognomine appellaverunt. Igitur anno sequenti, videlicet anno Domini MCLXIX, predictus Balduinus iuvenis, qui Animosus vocabatur, de consensu patris ac patriarum[a] Hanonie et Flandrie accepit in uxorem Margaretam, sororem comitis Flandrie Philippi, filiam Theodorici[b] comitis Flandriarum[2], quo erat soror iam dicti Philippi, que etiam comitis Bolonie[n]sis Mathei et Petri Comeracensis episcopi. Et dedit predictus Philippus Balduino cum sorore sua quingentas libras Arthesiencium perpetuo capiendas supra wignagium[c] de Bapaumes, quarum ducente fuerunt taxate in composicione matrimonii in satisfactionem et restitucionem ville Duacensis, quia[d] erat de fundo hereditario comitum Hanonie, et tempore comitisse Richildis per quamdam obligacionem perdiderant eam[e] iniuste. Idcirco comites Hanonie reclamabant, et ad hoc sedandum Philippus Flandrie predictus comes ducentas libras perpetuo comitibus Hanonie assignavit, prout dictum est. Eodem quasi tempore Philippus predictus et Balduinus iunior, vivente adhuc patre, pactum et federa taliter inierunt adinvicem, quod se mutuo deffendere debebant contra omnem hominem concordi assensu, rege Francie et episcopo Leodiensi dumtaxat exceptis[3]. Hic Balduinus iunior commendabatur in multis, et primo, quod nunquam patrem, quantumcunque[f] iuvenis esset, offendit, nec inobediens aut rebellis in verbis, signis aut factis extitit[4], iuxta Decalogi preceptum: *Honora patrem et matrem, ut longius vivere possis super terram.* Similiter legitur, quod magistrum suum in scientia et moribus adeo venerabatur, obediebat et sibi reverentiam exhibebat, ac si suus esset pater uterinus. Nam postquam miles effectus est, accidit, quod in quadam societate, in qua magister suus presens erat, sed ignorabat, Balduinus volens ieiunium quoddam frangere, quia equitaverat et laboraverat corporaliter, dum in frusto[g] cuiusdam lucii momordisset, tussiens magister eius, hoc perpendens ipse Balduinus verecundus evomit morsum, dicens: 'Iste piscis non est michi sanus', et recedens a camera, pernoctavit ieiunando, famem propter preceptum ecclesie et magistri sui reverenciam tollerando. Item legitur de eodem, quod quemdam antiquum militem, licet pauperem, quia datus erat sibi, ut artem militariam sibi demonstraret, eciam venerabatur et timebat, quod, ubicumque foret, sive in ecclesia sive in mensa sive in ludis sive in spectaculis, sibi aspiciebat[h] et semper oculum dextrum ad magistrum moralem et sinistrum ad antiquum militem habebat; et usque ad finem vite eorum commensales in honore magno penes se retinuit.

Bald. Av. 1169.

Gisl. p. 518.

Bald. Av.

Exod. 20, 12.

ib.

Cap. XXXIX. Quod[i] Balduinus iuvenis, dictus Animosus, occasione comitis Namurcensis, avunculi sui, invasit ducem Lovaniensem.

Anno eodem Henricus comes Namurcensis et Luxemburgensis[k] contra Godefridum ducem Lovanii gravem dis- Bald. Av.
cordiam habuit occasione comitatus Namurcensis, et in tantum excrevit eorum indignacio, ut suas terras mutuo succenderent et vastarent. Accidit, ut die determinata unus contra alium in campo dimicare debuerunt. Comes autem Namurcensis Balduino iuniori, videlicet filio comitis Hanonie, cognato suo, significavit, quatinus ipsum tempore oportuno succurreret contra ducem Lovaniensem. Tunc Balduinus de licencia patris sui mandavit cunctis nobilibus feodatis Hanonie, quatinus omnibus postpositis ad certam diem ipsum associarent preparati ad pugnam. Quod et factum est. Nam mirante comite Namurcensi, quod nullos responsores acceperat a Balduino, nepote suo, desperabat totaliter de eius adiutorio; ea de re[l] dux Godefridus multum letabatur[5]. Ad diem vero constitutam congregavit Balduinus octingentos[m] milites cum suis familiis, qui omnes de tenore comitis Balduini, patris sui, erant, duobus dumtaxat exceptis, videlicet domino Waltero de Sotheughien et domino Gerardo, fratre suo. Hos ib.

a) patrum *emendandum videtur. H.–E.* b) theodori *B* 2. c) winagium *B* 2. d) nam quia *B* 2. e) etiam *B* 2; *haec delela in A.* f) quamcunque *B* 2. g) frustro *codd.* h) aspiciebat *codd.* i) *in A legi potest tantum:* nis dictus at . . . . . avunculi sui i . . . cap. X; *delela supplevi ex B* 2, *ubi verba* avunculi sui *desunt.* k) luxe . . . . *A*; luxiburgensis *B* 2. l) eadere *codd.*; *emend. Fortia.*

1) Bald. Avenn., cuius relatio hic valde amplificata est, nihil nisi haec, sumpta ex Gisleberti Chron. p. 518, dicit l. l. p. 616: *Bauduins ses fils, qui estoit noviaus chevalier, entendi que il avoit robeours et males gens avec Haynau, qui mout faisoient de malisces sour la fiance que il estoient de grant lignaige; mais il ne laissa pas por ce qu'il ne les feist poursuivre tant que il les ot. Si les fist morir do divers tourmens sans espargnier.* Cf. I. Heller, 'N. Archiv' VI, p. 150 sq. 2) In fonte Iacobi, Almerici videlicet historia, auxilio Balduini correctus erat error Gisleberti, qui eam dicit sororem Theodorici comitis. 3) Cf. Gislebert. p. 518 sq. 4) Bald. Avenn. l. l. p. 616: *Oïl Bauduins fut si obeyssans a la volonté son pere que onques ne fut encontre chose que il cuidast que il vosist.* 5) Bald. Avenn. l. l. p. 616. nihil nisi hoc praebet: *Si assemblerent l'un contre l'autre. Li quens Bauduins, li tiers de ce nom, et ses fils assemblerent lor gent pour aidier le conte de Namur.* 6) *DCC* Bald. Avenn. ex Gisleb. p. 519.

Bald. Av. omnes milites cum suis adiunctis ad diem constitutam belli super[a] campos iuxta Ecaussines[1] comparavit[b]. Cernens dux Lovanii, turbatissimus mandavit Balduino, quod nichil sibi nec patri neque patrie forefecerat, et quod desisteret ab inceptis. Balduinus respondit: 'Forefecistis patri meo et michi, cum forefecistis comiti Namurcensi; et[c] nisi totalem causam huius dissidii posueritis in manibus proborum virorum rationabiliter et sine violentia discutiendam, causa totalis[d] erit patris mei et mea'. Cernens dux, quod sibi et suis pro tunc grave imminebat dispendium, consilio suorum usus, assentiit in voluntate dicti Balduini. Unde accidit, quod et licet Balduinus ex istis incurrisset indignationem ducis,

ib. modicum curavit pro tunc. Fuit tamen ibidem pax reformata ad honorem comitis Namurcensis. Cum autem Balduinus cum honore Valoncenas ad propria remeasset, paucis revolutis diebus, Margareta, eius

1170. uxor, peperit sibi filiam, cui nomen imposuit Elizabeth[2], que postmodum fuit regina Francie[3], sicut patebit inferius, Deo duce.

Cap. XL. Quod Balduinus Animosus[e] iuvenis[f] habuit victoriam contra ducem Lovaniensem in quadam proditione.

Bald. Av. Anno revoluto, videlicet anno Domini MCLXX, torneamenta solempnia apud Traxegnies exiterunt proclamata et festum solempne preparatum, in qua Balduinus, filius Balduini comitis Hanonie, hospicia retinuit. Godefridus autem dux Lovanii, sciens Balduinum ad diem festum iturum, cogitavit, quod vindictam reciperet de eodem. Qui dux magnam congregavit gentem et usque ad XX[4] milia peditum et circiter V milia equitum, tam militum quam clientum, Balduino penitus ignorante, quia secrecius quam potuit factum suum disposuit. Die autem torneamenti appropinquante, Balduinus consilio suorum usus, verisimiliter[g] timentes varios fines et eventus dubios torneamentorum, congregari fecit robustiores in armis pedites, quos reperire potuit, tria milia, milites scutiferos et clientes in equis quingentos, quos secum duxit. Hi cum dicto Balduino ad dictum festum accedentes, ignorantes penitus, quid Godefridus dux proposuerat, cum solacio properabant[5]. Cum autem hage de Carnieres approximarent[6], fuit eis intimatum, quod dux Lovanii cum maximo exercitu contra eos veniebat. Qui responderunt: 'Non credimus, quod tantus dominus nos invaderet sine sufficienti diffidatione'. Dum autem inter se loquerentur, ecce subito nuntii veniunt dicentes Balduino, quod deffenderet se, quia dux Lovanii redderet hac die sibi premium laboris, quod habuerat de pace reformanda contra Henricum comitem Namurcensem. Quod audiens Balduinus, statim transiit dictam hagam de Carnieres, et conspiciens vidit totam terram coopertam hominibus armorum. Qui dixit militibus suis: 'Hac die vitam et honorem nostrum divine[h] dispensacioni reconmendare convenit'. Cui magister suus respondit: 'Quid agitis, Balduine? timetis vos mortem?' Qui respondit: 'Scio me semel moriturum nec mortem timeo, prout statim videbitis. Sed doleo, quod Godefridus dux iste exponit antiquas consuetudines et laudabiles ordinaciones milicie perdicioni, cum sine diffidacione tam subito nos invadit'. Et

ib. hec dicens, velociter prosiliit de equo, et omnes milites una secum descenderunt, et equos in nemoribus exponentes, usque ad ripparium du Pieton devenerunt, ipsos ad robuste pugnandum animando. Tunc illam gentem paucam iuxta dictam ripparium sapienter disposuit, sub pena capitis precipiendo, ut nullus de sua situacione se moveret. Tunc Godefridus dux cum multitudine gravi superveniens sine quacumque ordinacione aut belli disposicione[7], sperans Balduinum cum tota gente sua sine deffectu statim manualiter capere, ipsos invaserunt. Sed aliter quam sperabant fortuna versa est. Nam durissimum bellum aggressi sunt et ponderosum, et diutissime pugnantes, finaliter Balduino victoriam habente, coegit Godefridum fugere, mortuis et vulneratis super campum derelictis. Mortui fuerunt ibidem ex parte Godefridi duo millia peditum cum quatuor[C][i] militibus, et ducenti[8] captivati Valencenas reducti. Ex parte vero Balduini mortui fuerunt V milites et centum viginti duo pedites[9]. Tunc Balduinus gracias reddens Deo, ad patrem sanus et incolumis Valencenas cum suis rediens, cum ingenti gaudio ab omnibus fuit cum honore susceptus. Captivatos autem cum spoliis omnibus equaliter condivisit.

a) supra *B* 2. b) comparuit *codd.* c) *sequentia usque* diebus (*l.* 10) *del. A.* d) totat *B* 2. e) *deest B* 2. f) iuv. — proditione *in A deleta, supplevi ex B* 2. g) verissim. *A.* h) divine *superscr, A.* i) *nescio an* c (centum) *legendum sit signum in A superscriptum, quod deest B* 2.

1) Ecaussines ad Sennette fl. 2) Bald. Avenn. l. l.: *Apres avint que Bauduin li jones ot une fille de Marguerite sa femme, qui ot non Ysabaus.* 3) Uxor Philippi II. 4) Bald. Avenn. l. l.: *XXX[M] hommes de pied.* 5) Inanibus verbis seu comentis narratio Balduini, ex Gisleb. p. 519. hausta, ampliata est. 6) Bald. Avenn. l. l.: *orent passé la haie de Carnieres.* 7) Bald. Avenn. l. l. p. 616: *Pour ce s'en ala Bauduins hardiement jusques a l'iauwe dou Pienton, et pour faire sa gent certains que il n'avoit talent de fuir, il descendi a piet et ordonna sa gent au mieus qu'il pot. Li dus et li sien vinrent a grant desroi.* 8) Sex milia capta esse dicunt Gisleb. p. 519. et Bald. Avenn. 9) Bald. Avenn. l. l. p. 617. ex Gisleb. l. l.: *Des gens Bauduin n'i ot gaires de mort ne de pris.*

Cap. XLI. Quod* Margareta, uxor Balduini, filii comitis Hannonie, Valencenis peperit sibi filium Balduinum.

Anno vero Domini MCLXXI. Margareta, uxor Balduini, filii comitis Hanonie, Valencenis peperit sibi filium, cui nomen proprium, Balduinum videlicet, filio imposuit. Ratione cuius tota villa una cum patria valde gavisa fuit. Sed non modicum post risus in lacrimas nec luctus in gaudia vertit. Nam mense eodem ignis adeo vehemens et irrecuperabilis successio villam Valenchenas apprehendit, ut ultra mille capita hospiciorum[a] una nocte in favillam redigerentur. Anno eodem Henricus comes Namurcensis et Luxiburgensis ab inimicis suis sic opprimebatur, ut vix de uno castrorum suorum ad aliud auderet accedere, et in tantum ut omni die quasi tota patria spoliaretur; nec erat aliquis ausus extra fortalicia comparere. Cum autem comes et sui sic graviter undique grassarentur, mandavit Balduino Hanoniensi, comitis filio, quatinus sibi cum trecentis militibus et quadrigentis[b] clientibus in equis sibi et breviter succurreret. Quod et fecit. Nam Balduinus constituit tres capitaneos, videlicet dominum Iacobum de Avennis[c], dominum Ressonem de Gaures et dominum Guillermum[3] de Sancto Oberto, et cuilibet[b] dedit centum milites et centum scutiferos et centum clientes ad bellandum expertos cum familia sufficienti. Qui Balduinus cum predictis sic guerram manuduxit, quod omnes inimicos comitis Namurcensis domavit, castigavit, repressit et effugavit usque ad civitatem Metensem, sex militibus suis et XXXV vel circiter clientibus tantummodo interfectis. Cum autem a dicta victoria Namurcii reverteretur, cum honorificentia a comite, prout decuit, fuit susceptus[4]. Et post paucos dies venerunt nuncii a comite Balduino ad Balduinum, filium eius, quatinus statim Valencenas reverteretur, quia plus solito comes gravi infirmitate premebatur[5]. Cum autem Valencenas devenisset, brevi tempore postmodum succedente comes Balduinus viam universe carnis, mentis compos, sacramentis premunitus, ingressus est. In Montibus decenter deportatus et in ecclesia sancte Waldetrudis ante maius altare tumulatus anno dominice incarnacionis MCLXXI. Actor: De obitu vero dicti principis et de loco aliter sentit Gilbertus quam Balduini historia[6].

Bald. Av. 1171.

cf. Isc. 4, 5.

Cap. XLII. Balduinus** comes Hanonie, maritus Aleidis, moritur et in Montibus ante magnum altare Waldetrudis sepelitur.

Gilbertus[d]: Anno Domini MCLXXI. Balduinus comes Hanoniensis — — septimo die a festo omnium sanctorum, anno quo supra, videlicet MCLXXI.

Gisl. p. 520.

Cap. XLIII. Littera*·[6], qualiter comes Hanonie[f] acquisivit aulam Valenchenis[g].

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Balduinus, divina favente clementia comes Hanonii et marchio adiacentis regionis, et filius meus Balduinus tam futuris quam presentibus notum fieri satagimus, quod rationabili compositione — — Actum ab[h] incarnacione Domini anno millesimo centesimo sexagesimo nono. Aymone[i] priore dicte ecclesie. 1169.

[FINIT[k] LIBER XVII.]

[LIBER[l] XVIII.]

[Cap. I. De Balduino quarto post Richildem comite Hanoniensi***.]

Defuncto igitur Balduino Hanoniensi comite cognominato Edificatore, tercio[m] huius nominis post Richildem[m], Alexandro papa III. ecclesiam Dei disponente, monarchiam vero 1171.

*) Quod Valencenis magnum gaudium venit, pro eo quod comitissa peperit filium, sed non duravit *B* 2.

**) Quod Balduinus comes credens ex infirmitate decedere consuetudines Valencenis[n] et in Montibus gravamina inferentes melioravit *B* 2.

***) *sic B* 2; Quod filius Baldu . . . . . receptus in partibus *reliquis deletis A.*

a) auennis *A* (?); avesnis *B* 2. b) *emendavi H.-E.*; cuibus *codd.* (?). c) primebatur *A.* d) *decst B* 2. e) *parte superiore f.* 56′, *abscissa rubrica periit, sed in infer. marg. exstat titulus praescriptus a scriba rubricatori A.* f) Hanoniensis *B* 2. g) in Val. *B* 2. h) Actum ab anno inc. dom. *Mir.* i) Aymone — ecclesie *des. Mir.* k) *sic B* 2 *mma.* l) *sic B* 2; *etiam sequentium foliorum magna pars derosa est, unde titulus libri deletus A.* m) richeldem *B* 2. n) valencen *B* 2.

1) Gisleb. p. 519: *itaque domorum combustarum fuerunt circiter quatuor milia;* Bald. Avenn. l. l. p. 617: *pres de IIIIM maisons.* 2) Bald. Avenn. l. l. p. 617: *et IIIC sergens a cheval.* 3) Bald. Avenn. l. l. p. 617: *messires Gilles de Saint-Obert.* 4) Bald. Avenn. l. l. p. 617: *Quant celle guerre fut finee, Bauduins revint en Haynau, ou il fut volontiers veü.* 5) Montibus mortuus est, ut Gislebert. p. 520. refert. Bald. Avenn. l. l. p. 617, ubi Balduinus obierit, minime, sed eum Montibus sepultum esse dicit. 6) Miraeus, Opp. dipl. II, p. 829. 7) IV. comite Hanoniae.

1171. imperii Federico I. manutenente et in Francia[a] regnum gubernante Philippo, anno videlicet Domini MCLXXI[b], Balduinus, filius Balduini Edificatoris, quartus post Richildem, cognominatus Animosus, a re cognomen accipiens, comes Hanoniensis effectus et ab omnibus concordi assensu honorifice susceptus est. Hic a largitate et curialitate commendabatur, suis subditis benignus et affabilis, inimicis vero dirus et crudelis semper extitit. Sufficienter in gramatica et rhetorica et maxime in poetria imbutus fuit, Boecium de consolacione quasi corde tenus sciebat et plures alios auctores, et in tantum, ut memoria pro codicibus sepius uti videbatur. Hic[1] in primo festo nativitatis Domini, postquam ad comitatum devenerat, Valencenis curiam generalem tenuit, in qua fuerunt quingenti milites cum suis adiunctis. In quo festo dominus Egidius de Sancto Oberto fuit senescaldus et dominus Ernoulduss[c] de Landas buticularius ex parte uxoris eius. Siquidem comes gaudere permisit liberaliter omnes feodatos officiis sui hospicii. Finita vero solempnitate, post festum Innocentum dictus comes ad torneamenta, que celebrari debebantur[d] in Campanis, cum octoginta militibus propriis expensis cum honorificentia et decenti apparatu valenter accessit. Cum autem in dictis torneamentis potenter se gessisset, post unum mensem cum honore repatriavit. In paschate vero immediate sequenti fecit comes Nivernensis in Burgundia hastiludia[e] et torneamenta solempnia proclamari[2], ad que comes Balduinus cum centum militibus expensis propriis est progressus. Cum autem Rubeum-montem approximasset, in quo oppido dictum festum disponebatur, audivit comes Balduinus, quod comes Nivernensis sibi subditis prohiberat, ut nullo modo ipsum comitem Balduinum in suis reciperent hospiciis. Qua de re Balduinus turbatus dixit militibus suis: 'Quid in hac re acturi sumus?' Qui responderunt: 'Quicquid vestra dominatio suggesserit'. Qui dixit: 'Vile esset et reprobum nobis, ut propter verba comitis Nivernensis in aliquo a conceptis moveremur. Intremus oppidum; si fuerint[f] hospicia, recipiamus eadem, hospitibus liberaliter offeramus, pecunias solvamus omnibus habundanter, nulli iniuriam inferamus; et videbimus, quid comes erit acturus'. Cunctis placuit consilium. Villam igitur intrantes, hospitia susceperunt, equos straverunt, cibum venalem paratum, quem in oppido reperire potuerunt, totalem retinuerunt, racione cuius inter alios nobiles suborta fuit magna discencio[3]. Comes vero Nivernensis hec et alia considerans, vehementi ira succensus, contra dictum Balduinum statim pepigit fedus cum Henrico duce Burgundie. Qui ambo in crastinum diffidencias et diem belli mandaverunt dicto Balduino; qui post multas exhortaciones suorum ad diem et horam in platea assignata valenter comparuit, cum sumptuositate magna omnium militum suorum ordinatus, cum vexillis, hastis, clipeis[h] et armis, inimicos per totam diem expectans super plateam. Henricus vero dux Burgundie non consuluit, ut invaderentur[3]; et sic comes Balduinus sine quocunque dampno, sed cum honore a Burgundia recessit et per comitatum Registestensem transiens, cum salute omnium ad Hanoniam devenit.

Bald. Av. Dec. 28. 1172. Apr. 16.

Cap. II. De donis Balduini factis Henrico, fratri suo, et de matrimoniis plurium illustrium.

Bald. c. 166. Hic[4] Balduinus Animosus anno primo regni sui in comitatu Hanoniø dedit Henrico, fratri suo, Senoburgum cum appendiciis. Item dedit terras de Angre et de Fayt et plures alias terras in comitatu. Hic Henricus desponsavit sororem domini Iohannis de Chisonio, que peperit sibi duos filios, Philippum videlicet, qui successit sibi in terram Senoburgi, et Balduinum, qui tempore sue iuventutis est defunctus. Hic Philippus desponsavit filiam domini Alardi d'Estrepi[i], que peperit sibi duos filios et quatuor filias; filii sine prole obierunt. Mortuo Philippo terre Senoburgi ceteris quatuor filiabus divise sunt. Antiquior filiarum Elizabet desponsavit dominum Balduinum de Henin[k], que peperit sibi unum filium et unam filiam. Filius vocatus est Balduinus, et filia Basilia. Hanc Basiliam postmodum desponsavit dominus Walterus de Brena, filius domini Walteri[5] d'Ainghien. Post mortem autem domini Balduini de Henin[l] predicta Elizabet viduata desponsavit Ernouldum de Audenarde, primogenitum domini Iohannis de Audenarde. Secunda filia domini Philippi[m] de Senoburgo vocata est Aelidis, et hec desponsavit dominum Walterum de Bouxies, que peperit sibi duos filios et tres filias, de quibus successit magna proles, de qua brevitatis causa supersedeo. Tercia filia dicti Philippi vocata fuit Iohanna, et hec fuit sanctimonialis in ordine sancti Augustini in Carcelo. De quarta nullam reperi genealogiam. Vincentius libro XXX, capitulo XXI: Anno Domini MCLXXII. Robertus prepositus de Aria duos episcopatus regebat, Attrebatensem et Tornacensem, filius fabri cuiusdam, rustici Carnotensis[n], qui, ut aiunt, familiari demone utebatur, per quem ad tantos honores Vinc. XXIX, c. 21. veneral. Actor: Hic dicit Gilbertus[6], quod iste dominus comes Balduinus statuit et ordinavit pacem et legem Montensem, que dicitur pax Hanoniensis; sed, salva sua reverentia,

a) [fran]cie *A.* b) et *add. A.* c) Arnoldus *B* 2. d) *sic codd.; corrige* debebant. e) hastilidia *A. B* 2. f) fuerunt *B* 2; *del. A; fortia emend.* g) dissentio *B* 2. h) *abhinc usque ad* [dun]s filios *sequentis capituli* (*l.* 40) *omnia deleta sunt A.* i) destrepy *B* 2. k) Henoin *Bald.* l) hanie *A.* m) balduini *B* 2. n) tornacensis *B* 2.

1) Bald. Avenn. ed. Kervyn p. 618. 2) Perperam immutata sunt quae Gislebertus p. 521 sq. narrat. 3) Partim ampliata, partim corrupta est narratio Gisleberti p. 522, a Balduino in linguam Francogallicam translata. 4) Bald. Avenn. ed. Kervyn p. 617; SS. XXV, p. 446. 5) *Jakemon de Enghien* Balduin. 6) P. 520 sq.

non est ita[1], quia eius filius, qui sibi in comitatu successit, eamdem composuit et de communi consensu et voluntate parium ac omnium homagia tenencium patrie perpetuo tenendam stabilivit. Et hoc probo ex eo, quia iste dominus comes, prout inferius patebit, obiit anno Domini MCC.[a] in mense Decembris, XV. Kal. Ianuarii, et pax Hanoniensis fuit ordinata, facta et proclamata anno Domini MCC[o] in mense Augusti, prout patet ex datis[b] amborum cartarum; et hoc inferius clarius manifestabitur, cum de Balduino comite patriarum Flandrie ac Hanonie et tamdem Constantinopolis imperatore vita describetur, Deo duce. Forte posset dici, quod iste comes Balduinus pacem et cartam composuerit, et filius eius Balduinus consequenter eam proclamari aut manifestari fecerit, et sic starent dicta Gilberti in virtute. 1195. Dec. 18. 1200. Aug.

Cap. III. Balduinus[a] festum solem[pne[c] exhibuit suis proceribus.

Anno vero Domini MCLXXII. mota fuit controversia inter ducem[b] Lemburgensem et Henricum comitem Namurcii et in tantum, ut dux Lemburgensis vi armorum caperet terras et plura fortalicia supra dictum comitem Namurcensem et terram succenderet et spoliaret. Hoc perpendens comes Namurcii nescivit ad quem fidelius refugere quam ad comitem Balduinum. Quod audiens Balduinus congregavit tricentos[d] et quinquaginta[e] milites cum totidem scutiferis cum familiis eorum, quos secum ducens intravit ducatum Lemburgensem, et cum avunculo suo comite Namurcii obsedit castrum dictum Erlons[f] et posuit ignem in dicto ducatu et prostravit fortalicia multorum. Que considerans dux tractari fecit de concordia pacis et reddidit comiti Namurcii omnia dampna, que patris Namurcii intulerat, ad arbitrium proborum virorum et emendavit quicquid iniuste forefecerat sibi. Et sic recesserunt ab obsidione dicti castri et a toto ducatu Lemburgensi cum victoria et honore et venerunt omnes in Namurco[g], ubi comes fecit renovari et recordari et confirmari omnes obligationes, confederationes, donaciones, ordinaciones et legata, quas vel que per prius fecerat cum Balduino comite Hanoniensi, cognato suo, et hoc in presencia omnium nobilium pro tunc Namurcii[a] existencium[h]. Hoc facto Balduinus comes cum suis ad patriam remeavit Hanoniensem. Bald. Av. 1172.

Eodem tempore in Hanoniensi territorio Evrardus Radoulz princeps Mauritanie[7] et castellanus Tornacensis iuxta castrum suum Mauritagnie in Hanonia fundatum a fundamentis primariis edificari fecit ecclesiam que vocatur Castelli-monasterium[8] ordinis Premonstratensis, et sepelitur in eadem ecclesia; supra cuius tumbam sic inscribitur: *Evrardus Radoulz, verus fundator huius ecclesie, princeps Mauritagnie et castellanus Tornacensis, sepelitur hic, qui obiit anno dominice incarnationis MCLXXXX.* Actor: Et est tumba lapidea, platta[f] et nunc aliqualiter fracta, a dextris chori superioris situata. Anno[i] vero sequenti, videlicet MCLXXIII, comes Balduinus in villa dicta Bellofortis[10] cepit edificare unam turrim, sed dominus Iacobus de Avesnis voluit impedire. Balduinus vero hoc perpendens sic disposuit, quod malivolentia dicti domini Iacobi minime potuit operarios dicte turris impedire, unde ad effectum complementi dicta turris deducta fuit. Gilbertus: Anno eodem, tempore hiemali miles — — feodo camerarie summe Hanoniensis. Accidit[11] anno sequenti, videlicet MCLXXIIII, quod Petrus[12] Dei gratia electus in episcopum Cameracensem renunciavit episcopatui et omni gradui clericature[g] et effectus est miles et etiam accepit in uxorem comitissam Nivernensem[13]. Post hunc Petrum fuit electus Robertus prepositus Ariensis. Hic Robertus erat intimus amicus Philippi comitis Flandrie. Cum vellet accedere ad ecclesiam, pro qua fuerat electus, petivit a comite Balduino salvum conductum, ut secure et pacifice transire posset per Hanoniam; timebat enim dominum Iacobum de Avesnis ratione quorumdam verborum minus caute prolatorum. Balduinus comes annuit dicto Roberto salvum conductum et misit dominum Ludovicum de Praxino, ut ipsum per Hanoniam salve conduceret; quod et fecit usque ad Condatum super Scaldum[k]. Cum autem Condati devenissent, venerunt clientes dicti domini Iacobi de Avennis[j] cum manu forti et ad male faciendum dispositi dictum Robertum electum[h] invaserunt et ipsum in descensu pontis occiderunt. Comes Balduinus audita crudelitate tali misit Condati qui villam et castrum succenderunt, turres et muros prostraverunt. Philippus eciam comes Flandrie ex altera parte misit qui castrum Guisie et Scarre[14] et terras, quas de comitatu Vermandié obtinebat, omnes violenter assumpsit. Sed paucis evolutis temporibus 1190. Gisl. p. 524. Bald. Av. 1174. Bald. Av. 1173.

*) Quod Balduinus cum suis in auxilium Henrici comitis Namurcensis ducatum Lemburgensem intravit *B* 2.

a) *sic uterque codex perperam pro* MCXCV. *ex errore scribae ad sequentem numerum* MCC. *aberrantis, cum Iacobum ita non scripsisse ex ipsius verbis appareat.* b) dictis *B* 2. c) *haec deleta in A supplevi e textu ipso.* d) trecentos *B* 2. e) Namurc; *codd.* f) placta *B* 2. g) clericaturj *B* 2; *exidit A.* h) scaldam *B* 2. i) avē . . . *A*; avennis *B* 2 *semper fere.* k) *desunt B* 2.

1) Cf. Gislebert. p. 521, n. 56. 2) Henricum. 3) *CCCXL militibus* Gisleb. p. 522. 4) Arlon. 5) Almericus male verba Balduini interpretatus Namurci sequentia acta esse scripsit, quae Gisleb. p. 522. in obsidione castri Arlonensis facta esse refert. 6) Haec addidit Almericus, quia Balduinus ex Gisleberto enumerat nobiles qui in obsidione castri Arlonensis fuerint. 7) Mortagne (arrond. Valenciennes, cant. Saint-Amand). 8) Château l'Abbaye (arrond. Valenciennes, cant. St.-Amand). 9) Bald. Avenn. ed. Kervyn p. 618. ex Gisleb. p. 523. 10) Beaufort (arrond. Avesnes, cant. Maubeuge). 11) Bald. Avenn. l. l. ex Gisleb. p. 524. 12) Philippi comitis Flandriae frater germanus. 13) Mathildem. 14) Gisleb. p. 524: *Leschieres* = Lesquielles (dép. Aisne).

Bald. Av. dictus Iacobus cum dictis comitibus pacem reformavit. Anno vero eodem dictus comes Balduinus festum solempne suis proceribus exhibuit, in quo triceni et quinquaginta milites interfuerunt; inter quos fuit dominus Egidius de Sancto Oberto, qui licenciam peciit et obtinuit a Balduino comite Terram Sanctam visitandi, in qua peregrinacione spiritum Deo reddidit. Cui Gerardus, filius suus, successit. In eadem curia[a] etiam dominus Iacobus de Avesnis in feodum relevavit castrum Condatense a dicto Balduino et ipsum reparari iussit.

Cap. IIII. De[b] inicio discordiarum, quas Balduinus habuit contra Iacobum de Avesnis et Philippum comitem Flandrie.

ib. 1175. Anno[c] sequenti, videlicet anno Domini MCLXXV, comes Balduinus ad quoddam generale torneamentum, quod proclamatum erat inter civitatem Suessionensem et Brenam, solempniter accessit cum ducentis militibus et mille[c] ducentis expeditis peditibus, inter quos speciales socios habebat dominum Radulphum de Couchiaco et dominum Bouchardum de Monmorenchi[d], socios consorcios, et dominum comitem Radulphum[e] de Claromonte. Franci necnon et Campani ad hospitandum villam Brene receperant. Ipsis autem illuc existentibus Balduinus comes cum gente sua villam Suessionensem[f] exiens usque ad vineas Brene pervenit. Illuc aciem suam stabiliens Francos atque Campanos per totam diem ad congrediendum expectavit. Vespere autem facto videns, quod[g] nullus exiret, disposuit prudenter Suessionis remeare. Quod perpendentes Franci cum Campanis Brenam exierunt, et Hanonienses prosecuti sunt a retro. Quod factum advertens Balduinus, cum animo ferooi cum Francis congressus, tandem post diversos eventus cum honore atque victoria Suessionis cum salute suorum remeavit. Anno eodem renovata fuit discordia inter comitem Balduinum et Iacobum de Avennis; nam Balduinus comes petebat, quatinus dictus Iacobus sibi libere daret castrum Condatense. Iacobus omnino sibi negabat se[h] ad hoc non teneri. Tandem Balduinus comes per pares dictum Iacobum fecit iudicari. Philippus comes Flandrie videns imminere
1176. pericula, procuravit apud dictum Balduinum treugas. Anno autem sequenti in fine treugarum Balduinus comes suos congregans viam Hage Avesnensis[i] abscidi fecit in tantum, ut plana fronte centum homines armorum faciliter et expedite transire valerent. Iacobus autem de Avennis videns potenciam Balduini comitis et sibi resistere non posse, armatus Balduino[k] solus obviam venit, se liberaliter in manibus eius exponens, castrum Condatense pariter representans. Balduinus castro Condatensi susceptо statim succendi iussit, turribus et muris in fossatis proiectis. Et sic pax inter eos fuit reformata. Anno eodem eciam renovata fuit discordia inter Philippum Flandrie comitem et dictum Iacobum de Avennis; requirebat comes Philippus, quatinus dictus Iacobus libere sibi redderet castra de Guisis[k] et de Scarris[k]. Iacobus omnino sibi refutavit. Perpendens hoc Philippus magnam congregavit gentem et Balduinum Hanonie comitem sibi alligatum invitans, simul dicta castra obsederunt, Philippus castrum Guisie et Balduinus castrum Scarre. Balduinus cum suis Hanoniensibus viriliter Scarram invadentes, infra paucos dies ipsum obtinuerunt, et maiori[l] turri prostrata et in fossatis eversa, magnam partem murorum eciam destruxerunt, adversariis interfectis. Philippus autem brevi post tempore castrum Guisie[m] etiam optinuit. Humiliato Iacobo, tandem pacem obtinuit.

Cap. V. Quod Philippus Flandrie comes ad Terram Sanctam profectus est.

ib. 1177. Anno[j] Domini MCLXXVII. Philippus comes Flandrie assumpsit crucem, ut transiret ad Terram Sanctam, et assecuravit iuramento Balduinum comitem et Margaretam, eius uxorem, de comitatu Flandrie et constituit ipsos heredes proprios et naturales, quia Matheus comes Bolonie et Petrus, frater eius, defuncti erant. Anno sequenti
1178. MCLXXVIII. mortuus est Yvo comes Suessionensis, dominus de Nigella, qui desponsaverat sororem[b] comitis Balduini; et quia mortuus est sine herede, Thomas[7] Brugensis castellanus, eius nepos, sibi vendicavit comitatum Suessionensem et Nigelle. Anno eodem reversus est comes Philippus corpore sanus de Terra Sancta. Gilbertus:
Gisl. p. 526 527. Eodem anno defuncto domino Alardo — — dominici sepulchri decessit. Gilbertus: Yvo bone memorie Suessionensis comes et dominus Nigelle a seculo migravit. Qui Yolendam, comitis Hanonie sororem, habuerat [uxorem[n]].
ib. p. 528. Unde cum sepe dictus comes Flandrie Philippus — — Eustachium. Item Gilbertus: Anno videlicet
1179. MCLXXIX. Ludovicus Francorum rex — — cum liberis dimisit[o].

Cap. VI. [Quod* Rogerus episcopus Laudunensis pu]rgat se coram regem [Francie de occisione] hominum Laudunusii.

ib. p. 528 sq. Gilbertus[8]: Eodem anno cum Laudunensis episcopus — — et gratiam suam concessit.

Cap. VII. Quod Philippus rex [Francorum[c], Ludovici regis filius], habuit Balduini fili[am Yzabellam uxorem].

Bald. Av. Anno[9] Domini MCLXXIX. fuit tractatus longus de matrimonio inter Philippum regem Francie, filium regis

*) *Deleta in A supplevi e textu Gisleberti; B 2 praebet:* De purgatione domini Rogeri episcopi Laudunensis, consobrini comitis Hanonie.

a) etiam curia *B 2.* b) *plura huius inscriptionis deleta A.* c) mile *A.* d) mõmorenci *B 2.* e) *in loco rasp A.* f) sucessionem *B 2.* g) *deest B 2.* h) *ante* ad hoc *signum quoddam in A, quod quid velit nescio, praecedentibus deletis.* i) balduinus *B 2; del. A.* k) guisis *B 2 saepe.* l) maiore *B 2.* m) *sequentia deleta A usque ad finem cap. V, quae ex B 2 solo edita sunt* n) *sic Gisl.; deest B 2.* o) *deleta in A supplevi ex B 2, ubi Fr. rex, L. r. f., Yzab. filiam comitis Balduini duxit uxorem.*

1) Bald. Avenn. ed. Kervyn p. 619. ex Gisleb. p. 524 sq. 2) Gisleb. p. 525: *nemus, quod Haia de Avethnis dicebatur.* 3) Gisleb. p. 526: *Iacobus . . . ad pedes ipsius comitis armati procidens;* Bald. l. l.: *il vint tous armes a lui.* 4) Cf. supra p. 227, n. 14. 5) Bald. Avenn. ed. Kervyn p. 620. ex Gisl. p. 526 sq. 6) Yolendem. 7) *Cono* Gisleb. p. 527; Conus *Bald.* 8) Gisleb. p. 528: *eum liberum dimisit.* 9) Bald. Avenn. ed. Kervyn p. 620.

Ludovici, et Ysabellam[1], filiam comitis Balduini Hanoniensis. Comes Balduinus impediebat contractum, ex eo quod Bald. Av.
conveneral per prius cum Henrico comite Campanie[a] de matrimonio sic, quod antiquior filiorum comitis Campanie[b] 1179.
assumere debebat in uxorem dictam Isabellam, et antiquior filiorum Balduini filium comitis Henrici. Iterum impediebat, 1180.
quod Philippus Flandrie comes promiserat in dicto matrimonio regi magnas terras. Tamdem fuit matrimonium con-
tractum cum dicto rege tali pacto, quod rex habere debuit Attrebatum, Sanctum Audomarum, Ariam[c], Hisdinium, Bapalmis et totam terram ultra fossatum versus Sanctum Audomarum; et si domina Elizabet careret masculo, dicte terre reverterentur heredibus suis, videlicet Balduino, fratri suo; et si Balduinus moreretur sine liberis, reverterentur heredibus Flandrie. Anno sequenti venit dictus rex Francie Philippus in Bapalmis feria secunda Apr. 28.
post Quasimodo et illuc desponsavit dictam Ysabellam, filiam comitis Hanonie Balduini, cum magnis, que longum
foret enarrare, solemnitatibus. Nuptiis consummatis duxit eam ad Sanctum Dyonisium et illuc coronari fecit Maii 29.
eam in die ascensionis Domini[2] anno Domini MCLXXX. Eodem anno Philippus — — pecuniam accepit. Gil- Gisl. p. 529.
bertus: Anno D. MCLXXX. rex Francorum Philippus — — propriis expensis transmisit. Eodem etiam anno Phi- ib. p. 530.
lippus — — semper intererant. Gilbertus: Eodem anno Philippus — — sicut forte in sequentibus manifestabitur.

Cap. VIII — XII.

Anno Domini MC octogesimo primo per mediatores quosdam defuncto Henrico — — sicut in subsequentibus Gisl. p. 530 — 535.
plenius de singulis predictis[d] manifestabitur.

Cap. XIII. De discordia inter Balduinum comitem Hanonie et Godefridum ducem Lovanii*.

Anno[a] Domini MCLXXXII. orta est discordia inter Balduinum comitem Hanonie et Godefridum ducem Lovanie. Bald. Av.
Discordia procreata voluit Balduinus firmare villam de Lembecque, quam Gossuinus d'Enghien tenebat in feodum 1182.
de domino Waltero de Lendio, dictus vero Walterus dictum feodum de comite Balduino. Dominus vero Gossuinus
d'Enghien impignoraverat comiti Balduino. Godefridus videns, quod comes Balduinus illud vellet construere fortalitium,
restitit, ex eo quod Sancta Gertrudis[a] in eadem habebat proventus. Tamdem Philippus comes Flandrie procuravit ipsas
treugas usque ad epiphaniam anni sequentis contra voluntatem dicti Balduini. Treugis expiratis comes
Balduinus iterum magnam fecit convocationem in Montibus ad invadendum Godefridum; dictus vero Flandrie
comes in Montibus accedens dictum requisivit Balduinum, quatenus iterum treugas daret. Balduinus omnino
negavit. Philippus comes replicans, quod eas daret saltem, usquedum dictus Godefridus a Terra Sancta reverte-
retur, quia noviter crucem assumpserat, Balduinus videns, quod multo plures et nobiliores secum haberet quam Gode-
fridus, omnino treugas negavit; unde comes Flandrie offensus dixit, quod, nisi dictas treugas concederet, quod[c] ipse cum
tota Flandria Godefrido astaret contra eum. Unde Balduinus indignatus recessit a presentia comitis Flan-
drie, dicendo se viriliter deffensurum contra eum. Tamdem nobiles et eius consiliarii consuluerunt
sic, quod supplicacionibus iustis comitis Flandrie condescenderet ipse. Finaliter, qui nunquam a bono consilio
aversus fuerat, annuit comiti dictas treugas, invitissime tamen. Anno eodem comes Namurcensis Henricus in Luxibur-
gensi castro infirmitate gravi decubans, ambobus oculis obtalmia[3] percussus, cecus effectus est. In qua infirmitate comes
Balduinus ipsum affectuose visitans, dictus Henricus federationes de Namurcii comitatu et eius appendiciis 1183.
renovans et post eius obitum dicto Balduino cuncta sua retribuens, in presentia omnium nobilium ibidem
assistentium iureiurando firmavit, et ipsi in presentia comitis iuraverunt ipsum recepturos in dominum
dictum Balduinum. Hoc idem fecit dictus Henricus confirmari per omnes villas atque com-
munitates ac per omnes nobiles, clericos et ignobiles sui comitatus Namurcii. Gilbertus:
Anno Domini MCLXXXIII[e] in ebdomada maiori Elizabet — — suo exercitu[f] contramandavit. Gisl. p. 535. 536.

Cap. XIIII. De[g] quodam pa[rlamento apud Rotho]magum per regem F[rancie facto].

Anno[a] Domini M°[CLXXXIIII] fuit Rothomag[i parlamentum factum] a Philippo rege Francorum [propter Bald. Av.
Philippum Flan]drie comitem. Et habuit pro [se in socie]tate rex Philippus Henricum reg[em Anglie], comes vero 1184.
Flandrie habuit p[resentem]† et pro se Balduinum comitem Hanoni[e. In] quo parlamento tractate fuerunt [ma]teria
tangentes comitissam Viromandie, regem Francie atque Flandrie comitem. Et quia materia est nobis
impertinens, supersedeo. Balduinus comes reversus est per Pontisaram ad reginam[a] Francie, filiam propriam,
visitandam, que supplicacionibus atque intervento quamplurimo supplicavit patri, quatinus ipse vellet astare regi contra
Philippum comitem Flandrie, qui respondit pro rege facere quicquid posset, honore suo salvo, sed plus sibi ipsi
tenebatur fame et honori quam cuicunque viventi. 'Obligor', inquit, 'pactione mediante

*) ratione terre Lambesche *add. B* 2.

a) campanie *B* 2. b) campanie *B* 2. c) aeram *A*. d) *deest B* 2. e) *sic iterum B* 2; *haec del. A*. f) *sic B* 2; *lege* exercitui. g) De q. parl. facto a rege Francie *B* 2, *sed hoc capite ipso omisso titulus indicatus sequenti capiti perperam praescriptus est. Quo factum, ut capite XVI. quoque inscriptionem falsam[a] adepto cap. XVII. duos titulos acciperet; uncis inclusa delata in A.*

1) Vel Elizabeth, ut Gisleb. habet. 2) Bald. l. c.: *l'andemain de l'ascension*; Gisleb. p. 529: *in sequenti die festo ascensionis*. Sed Cont. Aquic., SS. VI, p. 418: *in die ascensionis*. 3) Bald. Avenn. ed. Kervyn p. 620 sq. ex Gisleb. p. 534 sq. 4) Scil. Nivellensis. 5) I. e. ophthalmia. 6) Bald. Avenn. ed. Kervyn p. 621. ex Gisleb. p. 537 sq. 7) Bald. l. l.: *d'autre part i fut li quens Phelippes qui avoit avec lui le conte Bauduin son serourge*. 8) Elisabeth.

1184. comiti Flandrie[1], regi vero minime, nisi solum racione vestri. Fide persoluta comiti, in quibus potero, honore semper salvo, favebo regi. Hiis dictis fuit qui referret comiti[a]. . . .

. . . . . .

Cap. XV. De[b] concilio generali facto apud Magunciam in festis penthecostes per Fredericum imperatorem.

Anno Domini MCLXXXIIII. dominus Nicholaus de Rumigny et dominus Rasso de Gaures, milites domini de Chervia[c], dederunt libertates et franquisias ville et burgensibus Chiervie et leges ac pacem hactenus in dicta villa observatas confirmaverunt. Item dicta previlegia confirmavit domina Margareta comitissa Flandrie et Hanonie anno MCCXLVIII[2].

Bald. Av. In penthecostes anni MCLXXXIIII. imperator Fredericus apud Maguncium concilium generale tenuit, in quo septuaginta milia militum presentialiter interfuerunt; inter quos fuit comes Balduinus cum solempni societate ab imperatore super alios decenter susceptus. Imperator ambos filios Balduini[3] milites presentibus omnibus in proprio palacio concreavit et ipsum multiformiter[d] honoravit. Balduinus etiam omnia officia ad feodum suum
Gisl. p. 538 sq. pertinencia magnifice executus est. Gilbertus: Die autem sancto penthecostes in dicta solempni congregacione dominus Fredericus Romanorum imperator — — multi mortui sunt.

Cap. XVI. De illis[a] qui interfuerunt curie imperiali.

ib. p. 539—541. Gilbertus[f]: Satis autem constat in curia illa — — in corde contra eum. Interea[4] rex Francie et comes
Bald. Av. Flandrie adinvicem treugas firmaverunt, rege comitem Balduinum in treugis computante, hoc Balduino penitus ignorante. Tandem Balduino a Moguncie repatriato, fecit omnes sibi subiectos ad arma disponi in auxilium comitis Flandrie. Deinde mandavit Balduinus comiti Flandrie, quatinus colloquium secum habere posset aut in Flandria aut in Hanonia[5] aut in confinibus patriarum; sed obtinere non valuit. Hiis temporibus misit Philippus Flandrie comes legatos solempnes sumptibus magnis ad regem Portugalie, qui plures habebat innuptas sorores, ad finem, ut sibi unam earum mitteret in uxorem. Expletis que in huiusmodi facto neccessario exigun-
Gisl. p. 536. tur, misit sibi rex Mehaldem, sororem suam, quam cum ingenti solempnitate desponsavit. Gilbertus: Eodem anno in Augusto domina Margareta — — incolumis rediit.

Cap. XVII. De fraude Philippi[a] et Iacobi de Avesnis contra Balduinum comitem[b] Hannonie.

Bald. Av. Hiis[a] temporibus Balduinus comes suas congregavit acies contra Godefridum ducem Lovanii, qui noviter reversus fuerat de transmarinis partibus; et treuge iam exspirate erant. Fuitque earum congregacio in quadam villa Hanonie dicta Tubise. Tunc Balduinus accessit ad Philippum comitem Flandrie rogando, quatinus ipsum iuvaret contra Godefridum ducem Lovanie, sicut tenebatur ex promisso. Philippus e converso rogavit, quatinus daret dicto duci treugas et adiuvaret eum contra regem Francie. Balduinus respondit se esse voluntarium ipsum iuvare contra regem, sed nullo modo daret treugas. Tamdem perpendens Balduinus, quod Philippus retrocedebat a promissis et quod plus faveret duci quam sibi, recessit. Ipse in Tubizia pervento, ubi eius acies ad preliandum disposuerat, supervenit dominus Iacobus de Avesnis, qui ex parte comitis Flandrie de treugis tractatus ad utramque partem accessit. Tractatu durante, Hanoniensibus responsionem expectantibus, et ecce subito Hellinus[7] Flandrie senescallus cum trecentis militibus missis a comite Flandrie in adiutorium ducis Godefridi contra Balduinum, qui villam Lembece[c] subintrantes, ipsam succenderunt. Comes Balduinus cum suis nobilibus stupefacti de modo faciendi, ad arma fugientes, dictum Hellinum cum sua gente ferociter invadentes, magnam partem Flamingorum atque Brabantinorum peremerunt et milites atque scutiferos plures vivos captivos adduxerunt cum victoria. In adiutorium Balduini comitis fuerunt isti: dominus Rogerus episcopus Laudunensis, Reginaldus dou[h] Rousoy, eius frater, cum LXXX militibus, Manicerius comes Regitestensis cum CXX[s] militibus, dominus Guido de Chiri, dominus Reginaldus de Doncery, eius frater, dominus Radulphus de Turno, dominus Godefridus de Baleham, dominus Robertus de Petraponte, dominus Gaufredus de Vienna, dominus Lodomarus, eius frater, dominus Radulphus de Couchiaco et dominus Iacobus de Avennis cum omnibus Hanoniensibus. Tamdem partibus adinvicem condivisis dominus Iacobus de Avennis[8], tristis multum de controversia et modo faciendi, tantum ab utraque parte laborans, quod treugas duorum annorum impetravit. Balduinus comes, perpendens fraudem comitis Flandrie, statim Parisius accessit et cum rege federaciones et alligantias pepigit contra Philippum comitem Flandrie. Unde rex iuravit Suessionis in presentia procerum suorum solempniter federaciones illas inviolabiliter observare. Philippus comes Flandrie auditis huius facti responsoribus turbatus valde attraxit secum dominum Iacobum de Avennis. Comes Balduinus perpendens, quid dominus Iacobus fecerat, citavit eum solempniter, quatinus ad conservandum cestrum Montense litteris visis accederet et illuc stagium suum per-

a) *hic prior columna finitur, dextrae superiore parte abscisa finis capitis huius deletus est A.* b) *hic titulus sequenti cap. inscriptus est B 2; deletus A.* c) chiuis *B 2.* d) *emendavi H.-E.; multifortiter codd.?* e) De principibus qui int. illi concilio *sequentis capitis praescripta B 2, ubi huic cap. praecedentis titulus inscriptus est.* f) *deest B 2.* g) *sic B 2, ubi praecedit titulus cap. XVI;* comitis Hanonie *inepte A.* h) com. Hann. *om. B 2.* i) lombecq *B 2.* k) du rousoy *B 2.* l) auesnis *B 2, ut plerumque; del. A.*

1) Bald. Avenn. l. l. p. 621: *sauve la convenance que il avoit au conte de Flandres.* 2) Bald. Avenn. ed. Kervyn p. 622. ex Gisleb. p. 538 sq. 3) Immo filios suos proprios, Heinricum et Fredericum. Cf. Gisleb. p. 538 sq.; Bald. Av. l. l. p. 622: *et fist ses II fils_cheraliers,* quod aut Almericus aut Iacobus male intellexit. 4) Bald. Avenn. ed. Kervyn p. 622. ex Gisleb. p. 540 sq. 5) *es marches de Flandre ou en Vermandois* Bald. 6) Bald. Avenn. ed. Kervyn p. 622. ex Gisleb. p. 541 sq. 7) *Helinus de Wavrin* Gisleb. p. 542. 8) *VIIXX* Bald.; *cum CXL militibus* Gisleb. p. 542.

sonaliter exequeretur. Tunc dominus Iacobus valefaciens Philippo comiti Flandrie ad Balduinum accessit, Bald. Av.
fedus iniens secum iuramento prestito contra Philippum comitem Flandrie. Ratione cuius Balduinus pro tunc stagium,
ad quod tenebatur, remisit dicto[a] Iacobo faciendum. Gilbertus: O mira Iacobi prodicio! cum enim ipso tempore Gist. p. 543.
— — diffiduciare non abhorruit.

Cap. XVIII. Qualiter patria Hannonie[b] fuit totaliter devastata.

Interea[1] Philippus Flandrie comes acquisivit sibi principes et dominos et cum eis federa et alli- Bald. Av.
gantias faciens ad finem, ut Balduinum et eius terram consumeret ac vastaret, accessit primo Colonie ad Philippum archiepiscopum[2], fedus secum iniens, et promisit sibi mille trecentos milites et totidem scutiferos, pedites vero in numero consimili. Item pepigit fedus cum Godefrido duce Lovanii, item cum Henrico, filio eius. Item tantum facit dictus Philippus, quod avertit cor Iacobi de Avesnis, qui secum iuravit astare contra Balduinum comitem Hanonie et tradidit Philippo omnia fortalicia, que possidebat in Hannonia, videlicet villam et castrum de Avesnis, Landrechies et castrum et villam Lotore et multas alias munitiones, quas tenebat de Balduino comite Hanonie; et munivit eas Philippus et replevit Flamingis et aliis stipendiariis. Balduinus hec audiens et dispositionem adversariorum suorum considerans, turbatus, villas suas et castra disposuit ad viriliter deffendendum, multum sperans in auxilio et succursu regis Francorum. Munivit siquidem atque fortificavit villam Valenciennensem, castrum de Bouchain, castrum Villaris, castrum de Lalaing, turrim Ramorum, turrim Bellifortis, castrum Sorre, Binchium et ceteras municiones Hanonie et eas hominibus armorum adimplevit cum sufficientibus provisionibus requisitis. Misit eciam tunc tres filios suos in Thuino, videlicet Balduinum, Philippum et Henricum, ut secure conservarentur. Item Balduinus de Walencurte custodiebat Walencurtem et Petrosum-montem[3] cum gente sua. Item dominus Gerardus de Sancto Oberto munivit castrum de Busignies[c] et castrum Sancti Oberti. Item dominus Eustacius antiquus et eius filius munierant castrum de Morlenwes[d]. Comes vero Balduinus cum trecentis millibus intravit castrum Montense, provisum omnibus necessariis. Istis sic hinc[e] inde dispositis comes Flandrie cum Iacobo de Avesnis cum eorum omnipotencia intraverunt per Cameracisium in Hanoniam et acceperunt Vellis, Solemmes, Sampiton, Haussi et prostraverunt muros et fortalicia et progressi sunt comburendo usque ad Quarcetum. Illi autem de castro Quarcetif videntes potenciam adversariorum combusserunt villam Quarceti, ut non possent ab eadem contrariari, et munierunt fortissime castrum. Ex alia parte Philippus archiepiscopus Coloniensis, Godefridus dux Lovanii et Henricus, eius filius, intraverunt Hanoniam versus villam que dicitur Le Pieton cum millen et septingentis millitibus, quorum archiepiscopus adduxerat mille tricentos milites; et erant cum eis ultra septuaginta milia peditum[4]. Hii omnes transierunt per silvam Carbonariam et combusserunt villam dictam Le Rues; deinde transeuntes iuxta Binchium, combusserunt Bray, Lestines et patriam circumvicinam; et sic progredientes[h] venerunt usque Melbodium et illuc ante fortalicium repererunt Philippum comitem Flandrie, qui duobus diebus remanserat ante castrum Quarceti[i]. Interdum, dum hec agebantur, erat Balduinus in castro suo Montensi, suos confortans commilitones, dicens: 'Commilitones et amici, constantes et animo fortes estote! Expavescere nolite in adversariorum nostrorum multitudine, ymo congaudere debemus; equidem nisi timuissent nos, tantam populi multitudinem minime congregassent. Non est nobis[k] verecundum ipsos non invadere. Quis enim solus contra centum nisi demens et insanus bellum assumere presumat? Videmus sepe post tonitrua et tempestates cito aera serenari solemque lucidius clarescere. Quociens enim legimus in historiis Grecos, Lacedemones, Romanos, Francos et Britones et ceteras notabiles naciones ab adversariis laniari, que postmodum suos exactores in opprobrium concluserunt? Ita confortor, quod adhuc in cervicibus eorum, qui nos persequuntur, gladios nostros immergemus; sic fortuna suos circumrotat nunc inferius, tunc superius. Non est boni militis adversa nescire tollerare; tolerabilis est mesticia, que diu durare non valet. Scio adversarios in hac terra diu durare neque glebam patrie cum ipsis exportare non posse, quare omnibus vobis affectu sincero supplico: tristicias a cordibus vestris expellite, et una mecum cum gaudio reddamus Deo graciarum actiones, omnipotenti Deo de suis beneficiis infinitis, qui inter cetera bona dedit huic patrie terras uberes ad seminandum, herbas et animalia ad nutriendum, ligna et lapides ad reedificandum, et super omnia dedit nobis cor ad ipsos consolandum, confortandum, deffendendum et restaurandum'. Hiis dictis ascendit ad quan- ib.
dam fenestram, et prospiciens undique videbat patriam fumigantem, et tristis atque mesitans cogitacionibus profundis illuc stetit fere per duas horas. Dominus Eustacius de Rues[l], perpendens eius profundas revoluciones ac apparentes tristicias, accessit ad eum dicens: 'Domine, ut quid plus solito tristem et cogitativum cor vos habere ostenditis? Usque nunc demonstrastis nobis animum hilarem et iocundum et semper vestros confortastis milites, et nunc, quis videtis ignes in villulis exigui valoris, mestum exhibetis vos habere cor. Resumite spiritus vestros et milites atque probos homines vestros confortamini!' Ad quem Balduinus animo constanti atque stomaco forti respondit audientibus cunctis:

a) dictus Iacobus *A.* b) hanoien *B* 2. c) buisignies *B* 2. d) morlenwes *B* 2. e) hic *A.* f) *sic alibi, hoc loco deletum A;* querceti *B* 2. g) mile *A. l. A.* h) pregredientes *A.* i) querceti *B* 2. k) *emendavi H.-K.;* uoble *codd.* l) Rues *B* 2.

1) Bald. Avenn. ed. Kervyn p. 627 *sq.*; SS. XXV, *Pernesmont* Gisleb., cuius nominis locum non inveni. p. 446 sq. ex Gisleb. p. 543 sq. 2) Cf. Sigeb. 4) *plus de LX^M serjans que a pied, que a cheval* Cont. Aquic. l. l. p. 423. 3) *Perreument* Bald., Bald.

Bald. Av. 'Eustaci, sicut timor cadere non debet in constantem virum, sic neque tristicia profiteor non tristem nec cogitativum me nunc habuisse spiritum. Nec vos terreat aut tedeat, quod tam diu solus ad fenestram musitavi; meditabar, inquam, super factis adversariorum meorum, qualiter potero de ipsis vindictam expetere et cum honore vindicari. Non enim michi videtur difficile de Godefrido duce et eius filio vindictam assumere, sicut alias assumpsi, nec de Philippo Flandrie comite, quia infra diem naturalem terram suam ad nutum subintrare valeo. De Iacobo autem de Avesnis non est curandum, cum ipse sit homo pauper respective ad alios; de illis autem formam et viam iam adinveni, qualiter vindicabor. Sed de illo sacerdote Coloniensi necdo viam reperire, qualiter ad eius patriam potero pervenire, et circa hec animus meus tota die conversans cogitativus extitit et perplexus'.

Cap. XIX. Qualiter Balduinus se vindicavit de Iacobo de Avesnis.

ib. Paucis[1] consequenter elapsis diebus archiepiscopus[2] tractari fecit de treugis, sed Balduinus videns, quod diu cum tanta gente remanere non poterat, treugas omnino refutavit. Qui videns, quod eas obtinere non valeret, ad propria recessit. Dux Godefridus sine archiepiscopo remanere non audens Lovanii cum filio repatriavit. Philippus etiam comes Flandrie per Brabantiam Brugis[3] remeavit. Tunc comes Balduinus die prima exitus sui Condatum insultans et capiens, quotquot infra reperit capitibus amputatis, castrum succendit; et post menses paucos fundamenta turrium, porterum et murorum faciens et fortalicium quod nunc cernitur incepit, proponens pro perpetuo ipsum manutenere. Abhinc omnem terram, quam dominus Iacobus de Avennis de Godefrido tenebat, combussit[4] ac sibi subiciens totam sustinuit. Tunc Balduinus acies suas condividens et extraneos persolvens, multos licentians, plures eorum infeodavit. Interea rex Philippus populum multum congregaverat ad succurrendum Balduinum, et usque Compendium descenderant, prout promiserat; sed consilio maligno seductus divertit acies suas contra avunculum suum Stephanum comitem Bolonie. Nullum igitur auxilium habuit Balduinus a Philippo rege, cum quo fedus pepigerat, non sine admiratione multorum. Deinde accessit comes Balduinus ad episcopum Leodiensem[5], requirens ac postulans auxilium virtute antiquarum pactionum, quibus episcopi Leodienses tenentur comitibus Hanonie ratione feodi sancti Lamberti. Sed Leodiensibus aliunde guerris occupatis[a] periculosis[6], auxilium pro tunc habere non
Nov. 1. 1185. valuit. Hec guerra duravit a festo omnium sanctorum usque ad nativitatem Domini[7]. Tunc interventu proborum viro-
Ian. 13. rum assumpte fuerunt treuge usque ad octavas epiphanie. Interea accessit comes Balduinus Lauduni[b] ad Philippum regem Francie, qui se excusans condoluit Balduino. Abhinc Balduinus cum rege simul accesserunt Compendii[c] ad quoddam parlamentum[8], in quo interfuit eciam Philippus comes Flandrie. In hoc parlamento inter ceteros fuerunt prolongate treuge inter Balduinum comitem Hanonie et Philippum comitem Flandrie usque ad festum sancti
Iun. 24. Iohannis proxime futurum. His igitur durantibus treugis comes Balduinus sibi ac comitatui acquisivit castellano[9] Fani-Martis collationes prebenderum Condatensium, quas pro tunc conferebat. Item acquisivit quandam collationem ac libertatem in Valencenis, gentes et officiarios cuiusdam fori, quod Gallice dicitur 'l'estaple'[10]. Item acquisivit dicto castellano molendina ville Valencenensis et ea que dicuntur molendina comitis. Item acquisivit medietatem ville de Arire, item XXV homagia, que omnia dictus obtinebat castellanus. Eodem tempore dominus Gossuinus de Winterin[d], notabilis miles, frater Hellini senescalci Flandrie, occidit quemdam scutiferum Philippo comiti Flandrie multum dilectum. Hic Gossuinus sufugit ad Balduinum comitem Hanonie, quem suscepit cum honore; et infra menses paucos dedit sibi in uxorem quandam constam[e] suam Adam nomine, filiam Eustacii du Rues, que fuerat uxor Nicholai de Boulers, et dedit sibi in Kievrain LX libras[11] terre in feodum.

Cap. XX. De* tractatu pacis inter Philippum regem Francie et Philippum comitem Flandrie.

Bald. Av. 1186. Anno Domini MCLXXXVI[e] comes[12] Hanoniensis Balduinus dictus Animosus congregavit gentem magnam, et subintrans terras et possessiones domini Iacobi de Avesnis, eas combussit, et multis interfectis plura fortalicia solo coequavit; in qua vastacione centum et decem villas succendit[13]. Abhinc disposuerat supra Godefridum Brabantium[14] subintrare; cum autem pertransiret Buxutum, et ecce nuntii ex parte regis Philippi missi ad Balduinum comitem, qui litteras apportantes eciam dixerunt, quod rex Philippus mandabat, quatenus visis litteris omnino accederet ad eum, quia dies erat assignata parlamenti, in quo tractanda erat pax inter regem Philippum et Flandrie comitem, ad quod rex omnino volebat ipsum fore presentem. Responsoribus auditis Balduinus impatiens, nuncios se excusans, a proposito insultu desistere nolebat. Tunc barones ac probi milites accesserunt ad eum, exhortantes atque consulentes, quod omnino regi Philippo in hoc obediret. Qui licet invitus[f], consilio tamdem suorum usus, suas acies licentians, cum decenti societate ad regem accessit. In quo parlamento ad proborum virorum deductionem fuit pax reformata inter Philippum regem Francie ex una parte et Philippum comitem Flandrie ex alia tali condicione, quod dictus comes resti-

*) De pace tractata inter Philippum regem Francie et Philippum comitem Flandrie, inter Balduinum et Philippum Flandrensem ac ducem Lowanii *B* 2.

a) occupati, *ut videtur, A, ubi sequentia deesse sunt.* b) laudun *B* 2. c) compendium *B* 2. d) Winterni, *ut videtur, A;* Wavrin *Gisleb.* e) cognatam *B* 2. f) invitus *B* 2; *deletum A.*

1) Bald. Avenn. ed. Kervyn p. 628. ex Gisleb. p. 545 sq. 2) Coloniensis scil. 3) *en Flandres* Bald. 4) Cf. Cont. Aquic. l. l. p. 423. 5) Radulfum. 6) Suo more auctor narrationem Balduini ex Gisleb. haustam inanibus verbis ampliavit, cum nihil de bello Leodiensium tunc gesto relatum sit. 7) Gisleb. p. 546: *usque duodecimam diem ante natale Domini duravit.* 8) Inter Compendium et Causiacum, Gisleberto teste l. l. p. 546. 9) Male interpretatus est lac. *au chastelain*, quod est *o castellano.* 10) Gisleb. p. 546: *gentem de staplo Valencenensem.* 11) *libratas* Gisleb. 12) Bald. ed. Kervyn p. 629 sq. ex Gisleb. p. 547. 13) Verba *in qua — succendit* Gisleberti sunt, quae ex hoc lac. inseruisse videtur. 14) *Apres vot aler sur le duc de Loucaing* Bald.

tueret Acnoridi comitisse Belli-montis has terras, videlicet Cantin[1], Risson, Laceny[a] cum ducentis libris supra winagio Bald. Av.
Roye; item rex Philippus habuit a dicto Philippo comite Coisi[b] Tourote et homagia de Pois[c], de Bretoeil[d], de Milli[e]
et de Hangiest[f]. Item in eodem parlamento fuit facta pax inter Balduinum comitem Hanonie et Philippum
comitem Flandrie, salvo semper federe, quod habebat dictus Balduinus cum Philippo rege Francie[g] superaddendo,
quod dux Lovaniensis debuit obtinere Tubisam Lawanaque[2]. Gilbertus: Dominus autem rex — — fuerunt tradite Gisl. p. 548.
usque ad LXV cum una civitate, videlicet Ambianensi. Ex quibus patet, quanta mala venerunt ex Lambecca,
prout superius propositum fuerat. Gilbertus: Iacobus de Avesnis — — comiti Hanonie restituta est.

Cap. XXI. Quod Balduinus fecit[h] reparari plura castra, villas et opida in Hanonia.

Anno[3] eodem Balduinus comes Hanonie fecit repparari castrum Montense, turrim cum propugnaculis Bald. Av.
alcius elevari fossaique profundari. Hoc idem fecit in castro atque villa Binchii et in Brena; in Bouchain et
pluribus castris aliis turres et muros relevavit. Interea Godefridus dux Lovaniensis et Henricus, eius filius,
contra Henricum comitem Namurcii guerram suscitaverunt. Qui statim Balduino comiti Hanoniensi factum nunciavit,
expostulans auxilium. Hic Balduinus tricentos milites congregans cum triginta militibus clientum peditumque versus
Namurcium properavit. Dux Godefridus audiens Balduini adventum, omnes predas patrie Brabantie atque Namurcii
in fortalicio Gemblacensi reposuit, quod hominibus armorum munivit fortissime. Balduinus hoc audiens adiuncto sibi
Henrico Namurcii Gemblacum obsedit et idem insultans undique, infra dies paucos dictum fortalicium ad terram
prostravit, capta preda, paucis effugientibus in monasterio. Hanoniensibus dictum subintrantibus monaste-
rium et ignem undique ponentibus, quotquot reperierunt gladiis occiderunt. Illuc Balduinus predas innumerabiles
lucratus est, quas Namurcii deduxerunt milites, vero captivos atque scutiferos, quos acceperat,
in castro suo Montensi relegavit. Abhinc Balduinus cum suis adiunctis ad fortalicium quod dicebatur
Mons Sancti Wiberti in Brabantia properavit; illuc multi barones Brabantie confugerant, bellis inter-
venientibus duobus. Tandem fortalicium cum villa tota combussit. Brabantinis a comitatu Namurcii
effugatis, Balduinus intrans Brabantiam, multas villas atque castra solo coequans, cum victoria
avunculum in Namurcio reponens, ad propria remeavit cum honore. Gilbertus: Ex istis Gisl. p. 549.
patet, qualiter Balduinus comes Hanonie primo de comite Flandrensi in perdicione suorum castrorum,
de Iacobo de Avennis et de duce Brabancie cum honore se vindicavit[4]. Hiis igitur sic agentibus Philippus Bald. Av.
Flandrie comes accessit ad Henricum[5] regem Almannie et conquestus est de Philippo rege Francie et de Balduino
comite Hanonie. Qui de rege non multum curans, sed de Balduino admirans, promisit sibi auxilium contra Bal-
duinum exhibere. Post pauca tempora venit Henricus rex Leodii. Qui misit ad Balduinum comitem Hanonie legatos, 1185.
quatinus indilate ad ipsum accederet. Balduinus cum ducentis militibus accessit usque ad Ardennam[6]. Qui mandans
regi conductum salvum, rex autem misit sibi Philippum archiepiscopum Colonie, Radulphum episcopum Leodii, Conrar-
dum comitem palatinum Rethni, Henricum ducem Leutburgensem[i.j]. Hii duxerunt comitem Balduinum Leodii. Qui
solempniter a rege susceptus, compressit[k] Balduinum verbis multis, quatinus iuvaret Philippum Flandrie comitem
contra regem Francie. Balduinus respondit, quod nuper inter eos erat pax reformata et solemniter publicata,
nec audierat causam, quare Philippus Flandrie comes merito de rege deberet conquori. Multis interpositis rex
Henricus videns animum Balduini flecti non posse condoluit. Balduinus ex altera parte perpen-
dens verba et dispositionem regis Henrici, ad propria recessit sine eius gratia aut favore, ymo cum minis
regis gravibus. Interea nunciatum est Philippo regi Francie, quod Henricus rex Alemannie[l] magnas congre-
gabat acies ad regnum Francorum invadendum occasione Philippi comitis Flandrie; sed intervenientibus
consiliis virorum proborum fuerunt treuge posite inter eos. Actor: Hic dicit[m] Gilbertus, quod comes[n] Namur- Gisl. p. 550.
censis instinctu archiepiscopi Coloniensis — — a Lembecca malam sumpserunt originem.

Cap. XXII. De matrimonio filiorum Balduini et[m] filiarum comitis Campanie.

Eodem anno in adventu Domini — — cepit intendere. Nuptiarum quippe solempne gaudium — — id appro- ib. p. 550 sq.
bare nolebat.

Cap. XXIII. [Quod[o] occasione taillarum a Cameracensi et Attrebatensi episcopis clero Hanoniensi inductarum ville parrochiales et collegia describuntur.]

Balduinus[p]: Hoc anno, videlicet MCLXXXVI, tam episcopus Cameracensis[10] quam 1186.
Attrebatensis[11] collectas sive taillias graves valde induxerunt[p] clero Hanoniensi. Abbates

a) laceni *B 2*. b) coisy *B 2*. c) poix *B 2*. d) bretoeul *B 2*. e) milly *B 2*. f) hangest *B 2*. g) franco-
rum *B 2*. h) f. rep. pl. *et* in Han. *del. A*. i) *sic B 2; deletum A*. k) almanie *B 2*. l) actor *iterum add., sed*
del. B 2. m) cum filiis *B 2*; fil. Bald. *et* Camp. *deleta A*. n) *hic titulus ex B 2; in A omnia fere deleta praeter* iis.
et att'bateii. o) *deest B 2*; . . ious *A*. p) *ita B 2; deletum A*.

1) Cantin (arrond. Douai, cant. Arleux); Gisleb. p. 547: *Causiacum;* Bald.: *Chauni*. 2) *Tubise et la Wanake* Bald. 3) Bald. Avenn. ed. Kervyn p. 630. ex Gisleb. p. 548 sq. 4) Gisleb. p. 549. eadem aliis verbis exposuit. Iacobus igitur haec ex fonte suo lingua Francogallica composito, Almerici scilicet libro, qui Gislebertum hoc loco laudaverit, hausisse videtur. 5) Heinricum VI. 6) Gisleb. p. 549: *Andennam* = Andenne ad Mosam fl., inter Leodium et Namurcum. 7) *et Aubert le comte de Dauhourt* addidit Bald. ex Gisleb. p. 549. 8) Scilicet rex. 9) Heinricus. 10) Rogerus de Wavrin. 11) Petrus I.

1186. vero, decani atque collegia cum curatis super tanta exactione consilium inierunt in Montibus. Qui concorditer concluserunt in tanta necessitate comitem[1] fore consulendum. Tandem causa per venerandum decanum Senogiensem proposita pecierunt domino comiti super his consilium, auxilium et favorem. Dominus autem comes prius consilio prehabito, protestacionibus de reverencia et obedientia domino pape et dictis episcopis premissis, precepit comes domino[2] de Trasignies, quatinus determinationem consilii toti clero illuc congregato declararet. Qui dominus de Trasignies[a] inquit: 'Venerandi patres atque hic presentialiter congregati, illustris princeps atque dominus comes noster una cum toto consilio deliberato dolendo considerantes patrie tocius destructionem, ecclesiarum vestrarum dilapidationem, populi depauperationem, vobis compatiuntur et condolent; nam si cesi fuistis virgis, non
2 Par. 10,11. Matth.22,21. permittet vos cedi scorpionibus. Reddite igitur que sunt cesaris cesari et que sunt Dei Deo, sic intelligendo, quod temporibus istis servientes Deo in ecclesiis vestris, qui est Deus noster, sicut est Deus episcoporum, sibi gratiarum actiones, oraciones, oblaciones atque sacrificia pro domino comite atque totius patrie salute[b] devocius reddendo, que vero sunt cesaris tempore et loco debitis reddetis. Si vestri[c] exactores in aliquo ecclesias vestras, personas aut servitores aut subditos, in aliquo molestaverit[d], dominus pro vobis respondebit et ex nunc vos omnes in eius salvagardia suscipit deffendendos. Nomina vero omnium ecclesiarum vestrarum atque curatorum, que vel qui vobiscum in hoc consenciunt, exigit dominus in scriptis penes se remanere ad distinctionem eorum, qui vobiscum non consenciunt, ut discernere valeat inter sanctum et prophanum'. Viri igitur ecclesiastici in Montibus tunc congregati ad propria cum gaudio remearunt, graciarum actiones Deo ac principi multiplices refundendo[3]. Actor: Villas parrochiales cum collegiis, de quibus Balduinus historiographus facit mencionem, recollegi iuxta formam alphabeti, prout consequenter patet:

*In decanatu Avesnensi.
Avesnes.
Avennelles[e].
Aimeries[f].
Anoire.

In decanatu Bavacensi.
Angriel[g].
Angre.
Andregnies.

In decanatu Binchii.
Andrelves.

In decanatu Sancti Brixii[h].
Antoing cum collegio.
Anseroet.
Anieres.
Aisevaing.
Aovaing.
Archs.

In decanatu Chiervic.
Abechies.
Ath.
Attre[i].
Arbre.
Antreppe.

In decanatu Duacensi.
Anchin cum collegio.
Anich.
Aubegny[k].
Aubegny le Bok[l].
Aubrechicourt[m].

In decanatu Gerardi-montis.
Acrene.

In decanatu de Hal.
Ainghien[n] cum sibi adiunctis.
Ainghien le Petit.

In decanatu Hasprensi.
Avesnes les Secques.

In decanatu Melbodiensi.
Aibes.
Ausnoit.

In[o] decanatu Montensi.
Ascoillies.
Arkenne.

In decanatu Ostrevannensi.
Aisin.
Aubri.

In decanatu Valencenensi.
Aulnoit.

Artre.
Anfroipret.

In decanatu Bavacensi.
Bavay.
Baizui.
Belegnies.
Bietrechies.
Blaugies.
Bouvegnies[p].
Boussut.

In decanatu Binchii.
Binch.
Binch Sancte Crucis.
Binch Sancte Elizabet.
Bevene le Happert.
Brellecourt[q].
Boussoit[r].
Bray.
Buvrines.

In decanatu Sancti Brixii[s].
Barry.
Biecquelers.
Braffe.
Briffoeil[t].

*) *B* 2 *hoc loco aliud caput XXIIII. incipit, inscriptione praemissa:* Descriptio parrochiarum et collegiorum comitatus Hanoniensis per decanatus; *quae f.* 45′. *minio scripta est, reliqua parte huius folii vacua relicta, serie nominum f.* 46. *incipiente. Quae inscriptio in parte folii* 69. *delela codicis A non extitit, ubi sequens demum cap.* XXIIII. *signatum est.*

a) trasegnies *B* 2; *in A del.* b) salutem *B* 2; *deletum A.* c) sic *B* 2; vest *deletum A*; nostri *emendandum?* d) sic *A. B* 2. e) Avemielles? *A*; Avenelles *B* 2. f) Aymeries *B* 2. g) Angrel *B* 2. h) Brictii *B* 2; *del. A, ubi semper* Brixii. i) artre *B* 2. k) aubegni *B* 2. l) aubegni le bok *B* 2. m) aubrecicourt *B* 2. n) anghien *B* 2. o) *abhinc omnia delela — Bietrechies A.* p) *sic* (bouuegnies), *ut videtur, A. B* 2, *quod a Iacobo corruptum videtur ex* Louvignies, *quod infra sub* L *deest.* q) bellecourt *B* 2. r) boussoi *B* 2. s) brictii *B* 2. t) briffoel *B* 2.

1) Balduinum V. Hanoniensem. 2) Ostoni, qui a. 1185. apud De Smet, Corpus chr. Fl. II, p. 788, nr. 52. occurrit. 3) His de rebus in aliis fontibus nihil legitur.

Buzenau[a].
Bury.
In decanatu Chiervie.
Bazeccle[b].
Baffe.
Bailloeul.
Baissilly.
Bauwegnies.
Bernissart.
Blaton.
Blequi.
Bos de Lessines.
Bouvegnies.
Bautegnies.
Brugelettes.
In decanatu Avesnensi.
Berlaimont.
Baurres.
Beaurepaire.
Bouloingne.
In decanatu Hasprensi.
Baizuel.
Bermerain Sancte Marie.
Bermerain Sancti Martini.
Biaudegnies.
Bouzies.
In decanatu Montensi.
Baudour.
Bertaimont.
Braine le Conte.
Buignies.
In decanatu Melbodiensi.
Biauffort[c].
Bietegnies.
Bierchillies[d].
Berelle.
Blaregnies.
Boussieres.
In decanatu Duacensi.
Bruille[e].
Buignicourt.
In decanatu Gerardi-montis.
Bieverne.
In decanatu Ostrevanensi.
Biellain[f].
Bouchain.
Brueoul.
Buvreges.
In decanatu Valencenensi.
Bry.
In decanatu Chiervie.
Chiervia cum suis collegiis.
Cambron cum collegio et familiis.
Cambron Sancti Vincentii.
Chastel Cambron.
Castel iuxta Thiuzies.
Calceya Beate Marie.
Conde cum collegio.

In decanatu Avesnensi.
Cartignies.
In decanatu Bavacensi.
Crespin cum abbatia et servientibus.
In decanatu Binchii.
Carnieres.
Croix.
In decanatu Sancti Brixii[g].
Cappielle[h].
Calemelle.
Camp en Hault.
Chielle.
Cordes.
In decanatu Hasprensi.
Cappielle[i].
In decanatu Melbodiensi.
Colerech.
Consorre.
Crois[k].
In decanatu Montensi.
Ciply.
In decanatu Valencenensi.
Curgies.
In decanatu Duacensi.
Dicby.
In decanatu Avesnensi.
Dimont.
Dompierre.
Dourleers.
In decanatu Bavacensi.
Daudregnies.
Dour.
In decanatu Sancti Brixii[g].
Diergniau.
In decanatu Chiervie.
Dendenghien.
In decanatu Hasprensi.
Douey.
In decanatu Melbodiensi.
Damoazies.
De le Fontaine.
Dimechiel.
Dozies.
In decanatu Montensi.
Despiences.
In decanatu Ostrevanensi.
Denaing cum collegio et appendiciis eius.
In decanatu Avesnensi.
Eppre[l].
Emmeries.
Estruen.
Estrees.
Esclebles.
In decanatu Bavacensi.
Eslouges.
Erkenne.

In decanatu Sancti Brixii[g].
Estauffours.
Estanafle.
Erkiezies.
Ergniau.
In decanatu Chiervie.
Ellignies.
Erbaut.
Estambruges.
Estenkerke.
Endenghien.
Endignien.
In decanatu de Hal.
Enghien.
In decanatu Hasprensi.
Englie Fontaine.
Esquarmaing.
In decanatu Melbodiensi.
Ellemmes[m].
Erquelines.
In decanatu Ostrevanensi.
Ermenchicourt.
Erchin.
Erin.
Escaillon.
Esclevaing[n].
Escaudaing[o].
In decanatu Valenchenensi.
Escaup pons[p].
Estruen.
Espas[q].
Eth.
In[r] decanatu Sancti Brixii[g].
Frasne en Buzenau.
Felines.
Fontenoit.
Forest.
In decanatu Chiervie.
Flobecq.
Fouleut.
In decanatu Duacensi.
Fecain.
Ferin.
Flekieres.
Fressaing.
In decanatu Avesnensi.
Faveroles.
Fait Castrum.
Fait Villam.
Fauril.
Flamengrie.
Fourmies.
Fontenielles[s].
Floyon[t].
Feleries.
Feron.
Florezece[u].
Fontaines.

a) buizenau *B* 2. b) Bazeccle — Braine le Conte *deleta A*. c) beaufort *B* 2. d) berchillies *B* 2. e) *vel* Briulle *B* 2? f) Biellain — Croix *deleta A*. g) Brictii *B* 2; *in A del.* h) capelle *B* 2. i) capielle *B* 2. k) Crois — Dozies. In decanatu *deleta A*. l) Eppre — Erquelines. In decanatu *deleta A*. m) ellēnies? *B* 2. n) esclevain (*an* estl.?) *B* 2. o) escaudain (*an* estau.?) *B* 2. p) excaupont *B* 2. q) espeis *B* 2. r) In — Flame]ngrie *deleta A*. s) fontenelles *B* 2. t) floion *B* 2. u) floresies *B* 2.

In decanatu Bavacensi.
Fayt.
Flamengrie.

In decanatu Binchii.
Familleux Rues[a].
Fayt.
Fontaines.
Forchies.

In decanatu Hasprensi.
Foriest[b].
Folie.

In decanatu Melbodiensi.
Fignies[c].
Fryeres[d].
Fontaines.

In decanatu Montensi.
Frameries[e].
Feluys[f].

In decanatu Ostrevanensi.
Frasne.
Fenaing.

In decanatu Valencenensi.
Faulz Roes[g].
Fanmars.
Franoit.

In decanatu Gerardi-montis.
Goy.

In decanatu Avesnensi.
Glagon.

In decanatu Bavacensi.
Gussegnies.

In decanatu Binchii.
Goy.

In decanatu Sancti Brixii[h].
Gaillars.
Gaurraing.
Gravines.

In decanatu Chiervic.
Ghages.
Ghilenghien[i] cum collegio.
Gibiecque[k].
Grandeglise[l].
Grouzage[m].
Gondreghien.

In decanatu Duacensi.
Guesnaing[n].

In decanatu Melbodiensi.
Gran Raing.
Goegnies.
Givry.
Grant Rieu.
Grannes[o].

In decanatu Montensi.
Ghelin.
Gensi[p].
Genlaing[q].
Gilleges[r].
Gotegnies[s].

In decanatu Valencenensi.
Genlaing[t].
Gommeggnies[u].
Grant Wargny.

In decanatu de Hal.
Hal cum suis adiunctis.

In decanatu Hasprensi.
Haspre cum collegio.
Haussi[v].
Hanchin.

In decanatu Avesnensi.
Huoissart[w].

In decanatu Bavacensi.
Haynin[x].
Hargny.
Henzies.
Hon Sancti Petri.
Hornut.

In decanatu Binchii.
Hayne Sancti Petri.
Hayne Sancti Pauli.
Harmegny.
Hanchin.
Houdaing[y].

In decanatu Sancti Brixii[z].
Huntain.
Hacquegnies.
Havines.
Herines[a].
Herkisies.

In decanatu Chiervic.
Haussilly.
Hautrege.
Hamaide.
Harchonwez.
Harchies.
Herchies.
Hellebiecque.
Helipont.
Herignies.
Hornes.
Hones.
Hembise.
Hussegnies.
Hunsegnies.

In decanatu Duacensi.
Hazecourt[b].

In decanatu Melbodiensi.
Hestrut.

In decanatu Montensi.
Harvaing.
Haurech.
Havai[c].
Herimpont.
Hion[d].

In decanatu Ostrevanensi.
Hasnon cum eius collegio.
Havcluy.
Hellemmes.
Hornaing[e] Sancti Iohannis.
Hornaing Sancti Kalixti.

In[f] decanatu Sancti Brixii[g].
Yerkisies.

In decanatu Chiervic.
Yerbaut.
Yzer.
Iurbize.
Ierchonwez.

In decanatu Bavacensi.
Yerkenne.

In decanatu Melbodiensi.
Ieumont.

In decanatu Montensi.
Ihy.
Iumappes.

In decanatu Bavacensi.
Kievraing.
Kievrechin.

In decanatu Sancti Brixii[g].
Kayn.

In decanatu Chiervic.
Kenaucamp.

In decanatu Melbodiensi.
Kievy[h] cum suis adiunctis.

In decanatu Valencenensi.
Kesnoit.

In decanatu Avesnensi.
Liessies[i] cum eius collegio.
Le Val[k].
Lees[l] Fontaines.
Limons.

In[m] decanatu Bavacensi.
Longueville.

In decanatu Binchii.
Lobes.
Le Val.
Lestines in Monte.
Lestines in Valle.
Lierne.

In decanatu Sancti Brixii[g].
Leuze cum eius collegio.
Le Plaigne.

In decanatu Chiervic.
Lens.
Lessines.
Laigbesain.

a) roez *B* 2. b) forest *B* 2. c) figures ? *A*; fegnies *B* 2. d) frieres *B* 2. e) frameries *B* 2. f) . . ys *A*; feliux *B* 2. g) ruez *B* 2. h) brictii *B* 2. i) gilleoghien *B* 2. k) gibecque *B* 2. l) grandeglize *B* 2. m) grouzage ? *A*; grousage ? *B* 2. n) guenaing *B* 2. o) granmez *B* 2. p) genay *B* 2. q) genlain *B* 2. r) gileges *B* 2. s) gocegnies *B* 2. t) genlain *B* 2. u) gommeignies *B* 2. v) haussy *B* 2. w) hennissart *B* 2. x) henin *B* 2. y) haudain *B* 2. z) brictii *B* 2 *semper*. a) horines — Duacensi *deleta A*. b) hasecourt *B* 2. c) havay *B* 2. d) hyon *B* 2. e) hornain *B* 2, *ubi* H. S. Kal. *ante* H. S. Ioh. f) *sequentia usque* Kenaucamp *deleta A*. g) Brictii *B* 2 *semper*. h) kevy *B* 2. i) liesyes *B* 2. k) *vel* Bal *A*? l) lees *B* 2. m) *sequentia usque* Lepain *deleta A*.

Landerise.
Ligne.
Lombize.

In decanatu Hasprensi.
Landrechies.
Louvegnies.
Lieu Sanct Amant.

In decanatu Ostrevanensi.
Lalaing.
Lespaix.
Lourch.

In decanatu Valencenensi.
Lespais.

In decanatu Melbodiensi.
Melbodium[a] cum suis collegiis.
Mainriu[b].
Marpent.

In decanatu Montensi.
Mons cum collegio eiusdem ville.
Marke.
Mingnau[c].
Maffle[d].
Maizieres.
Moevins.

In decanatu Avesnensi.
Maroilles cum collegio.
Marbaix.
Monchiaulx.
Mommegnies.

In decanatu Bavacensi.
Mainsnil.
Mecquegnies.
Montigny.
Monstroeul.
Morchimpont.

In decanatu Binchii.
Marages.
Mierkes Beate Marie.
Merkes Castrum.
Morlanwez.

In decanatu Sancti Brixii.
Maubray.
Maude.
Melle.
Moustiers.
Mons Sancte Audeberte.
Monstroel.
Mourcourt.
Mons.

In decanatu Chiervie.
Mauvy Sancti Petri.
Mauvy Sancti Iohannis.
Mainwault[e].
Mellin.
Mevregnien.
Montigny.
Moulembais[f].

In decanatu Hasprensi.
Maugret[g].
Monchiaux.
Moustroelcourt.

In decanatu Ostrevanensi.
Marke.
Marquette[h].
Mastain.
Manchicourt.
Montigny.

In decanatu Valencenensi.
Marech.
Main.
Marlis cum collegio.

In decanatu Avesnensi.
Noielle.

In decanatu Chiervie.
Nova-villa.
Noeves-maisons.

In decanatu Hasprensi.
Nova-villa supra Scaldam.
Nova-villa in Busco.
Novelle.

In decanatu Melbodiensi.
Noef-Mainsnil.

In decanatu Montensi.
Naste Nymi.
Norchin.
Novelles.

In decanatu Valencenensi.
Noefville.

In decanatu Sancti Brixii.
Obechies.
Obizies.
Osseneroet.

In decanatu Chiervie.
Obiernies[i].
Ogi.
Ormegnies.
Ostich.
Oudeghien.
Oulignien.

In decanatu Hasprensi.
Ors.

In decanatu Melbodiensi.
Obrechiez.
Ozies.
Omont cum collegio.
Orghignies.

In decanatu Montensi.
Oburcq.

In decanatu Ostrevanensi.
Oizi.

In decanatu Valencenensi.
Orsineval.

Onnaing.
Onnezies.

In decanatu Avesnensi.
Priches[k].

In decanatu Bavacensi.
Pons.

In decanatu Sancti Brixii[l].
Pappioelle[m].
Pippais[n].
Pieruwes[o].
Plaingne[p].
Pottes[q].

In decanatu Chiervie.
Pappingnien[r].
Pinneroel[s].

In decanatu Binchii.
Peissant.
Pieronne.

In decanatu Hasprensi.
Pois[t].
Preux.

In decanatu Montensi.
Petit Roes[u].

In decanatu Ostrevanensi.
Peskencourt.
Provy.

In decanatu Valencenensi.
Petit Warguy[v].
Pons.
Potielles[w].
Prezel.
Preux.

In decanatu Bavacensi.
Quartes.

In decanatu Sancti Brixii[l].
Quarte.

In decanatu Montensi.
Quarignon[x].
Quennies.

In decanatu Valencenensi.
Quaroube.

In decanatu Avesnensi.
Raynes.
Raines.
Ramouzies.

In decanatu Binchii.
Rouvroit.
Rossars.
Roos[y].

In decanatu Bavacensi.
Roizin[z].

In decanatu Sancti Brixii[l].
Ramecrois[a].
Roucourt.
Rumegnies.

a) *haec — collegiis in loco raso A.* b) mainriew *B 2.* — c) mignau *B 2.* d) *sequentia — Main]wault deleta A.* e) main waut *B 2.* f) moulembaix *B 2.* g) maugre *B 2.* h) *sequentia — novelles deleta A.* i) obiernies — onnezies *deleta A.* k) prichez *B 2.* l) brictii *B 2 semper.* m) papioelle *B 2.* n) pipais *B 2.* o) pierwez *B 2.* p) plaigne *B 2.* q) potes *B 2.* r) papignien *B 2.* s) pinneroeul *B 2.* t) poix *B 2.* u) roez *B 2.* v) warigny *B 2.* w) potielle *B 2.* x) quaregnon *B 2.* y) *deest B 2.* z) roisin *B 2.* a) ramecroix *B 2.*

In decanatu Chiervie.
Rebais[a].

In decanatu Hasprensi.
Robiersart[b].
Rommeries.
Roesne.

In decanatu Melbodiensi.
Reghegnies.
Rekegnies.
Roques.
Roziers.

In decanatu Montensi.
Ronkieres[c].

In decanatu Ostrevanensi.
Raymes[d].
Ruet[e].
Roncourt.

In decanatu Valencenensi.
Rombies[f].

In decanatu Avesnensi.
Sassegnies.
Saint Hilier.
Saint Remi en le Cauchie.
Saint Aubain.
Sars.
Salers[g].
Semouzies.

In[h] decanatu Bavacensi.
Saint Guislain cum toto collegio.
Saint Vast.

In decanatu Binchii.
Saint Simphorien cum eius collegio.
Saint Vaast.
Seneffe.
Stassines Saint Remy.
Stassines Sainte Audegonde.
Stassines.
Strepy.

In decanatu Sancti Brixii.
Saint Iehan d'Escaufours.
Saint Sauveur.

In decanatu Chiervie.
Silly.
Sirault.
Songnies cum toto collegio.

In decanatu Hasprensi.
Saint Martin Bermeraing.
Sainpiton[i].
Sauzoit[k].
Senleches[l].
Solemmes.
Sommaing.

In decanatu Melbodiensi.
Serfontaines.
Sorre le Chastiel[m].
Sorre sur Sambre.
Sorrines.

In decanatu Montensi.
Saint Benis[n] cum toto collegio.

In decanatu Ostrevanensi.
Sauch.
Sauvrechin.
Sommaing.

In decanatu Valencenensi.
Saint Sauve cum eius collegio.
Saint Piere iuxta Valenchenas.
Saint Vast iuxta Valencenas.
Sautaing[o].
Sebourg.
Seneval.
Semeries.
Spars.

In decanatu Avesnensi.
Taynieres.
Trelon.

In decanatu Bavacensi.
Tainnieres.
Thullin.

In decanatu Binchii.
Thier.

In decanatu Sancti Brixii.
Thieulain.
Tumaides.

In decanatu Chiervie.
Thievencelles.
Tongres Saint Martin.
Tongres Nostre Dame.
Tonnehaut.
Troicourt.
Tourp.

In decanatu Hasprensi.
Thians.

In decanatu Montensi.
Thiuzies[p].

In decanatu Ostrevanensi.
Trit.

In[q] decanatu Valencenensi.
Valencene cum suis collegiis.
Warigni.
Villerel.
Villers-Sirpol.
Villers iuxta Quercetum.
Vilerot.
Vy.

In decanatu Avesnensi.
Walers.
Vaulz.
Villers en Terasse.
Wigheries.
Willaupuch.

In decanatu Bavacensi.
Vies Mainsnil.
Weheries.

In decanatu Binchii.
Vaulz.
Waudret.
Villers Saint Guislain.
Villerelle le Secque.

In decanatu Sancti Brixii.
Vaulz.
Velaine.
Vezou.
Werchin.
Waudripont.
Wieres.
Willaupuch.

In decanatu Chiervie.
Wanes.
Wanezebieke[r].
Wandelaincourt[s].
Viane[t].
Ville.
Villers Saint Amand.
Villeret.
Vies Condet.
Waudeke.

In decanatu Hasprensi.
Vendegies[u] ou Boz.
Vendegies sur Escault.
Werchin.
Werchinoel.
Vertaing.
Vertignoeul.
Villers en le Cauchie.

In decanatu Melbodiensi.
Viesrain.
Villers.

In decanatu Montensi.
Waines.
Watignies.
Viane.
Ugies.

In decanatu Ostrevanensi.
Walers.
Wavrechin.
Werchiniel.
Villers ou Bos.
Villers ou Tertre.

Cum[v] istis autem supradictis non[w] interfuerunt illi de diocesi Leodiensi neque plures alii, qui dicte congregationi interesse noluerunt.

a) rebaix *B* 2. b) robersart *B* 2. c) ronkieres *B* 2. d) raimes *B* 2. e) roet *B* 2. f) romboies *B* 2. g) salees *B* 2. h) *sequentia* — Hasprensi (*f.* 47) *deleta A.* i) saint piton *B* 2. k) sausoit *B* 2. l) Solemmes, senleches *B* 2. m) castel *B* 2. n) denis *B* 2. o) *sequentia* — Tourp *deleta A.* p) tiouzies *B* 2. q) *sequentia* — Willaupuch (*f.* 22) *deleta A.* r) wanezebecq *B* 2. s) wandelencourt *B* 2. t) vienne *B* 2. u) *sequentia usque ad finem seriei nominum deleta A.* v) *sequentia usque ad finem cap. fere omnia in loco raso A.* w) *deest, sed signo hoc loco posito indicatur in marg. vocem supplelam fuisse, quae a bibliopego abscisa sit A.*

Cap. XXIIII.[a] Legenda sancti Droconis de Sebourch. (25)

Hiis temporibus floruit Drogo[b.1] apud Sebourg[2] in territorio Hanoniensi, cuius legenda talis est[3]: Qui sanctorum facta meritaque rimatur — — reliqua pauperibus erogabat. V. S. Drog. c. 2–4.

Cap. XXV—XXX. (26—31)

Cum autem ad virilem pervenit etatem — — vota mea persoluturus accessi. ib. c. 5–15

Cap. XXXI—XLIX. (32—50)

Tempore paschali, anno dominice incarnationis MCLXXXVI. comes Hanonie — — cicius ad propria redierit. Gisl. p. 551 –573.

Cap. L. Quod[c] Balduinus in aula Valencenis fundavit capellam unam in[e] honore virginis Marie. (51)

Hiis fere temporibus comes Hanoniensis Balduinus Animosus in aula sua Valencenis[4] fundavit capellam unam, in qua plures instauravit prebendas canonicales, et iussit Sanctam Mariam de Aula nuncupari, prout patet ex carta, que sequitur[5].

Cap. LI.[d] Carta.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Si pacta hominum, ne in posterum — — Actum anno verbi incarnati MCLXXXII[o], Celestino papa presidente, Henrico imperante, Philippo regnante, Willermo Remensi ecclesie, Iohanne Cameracensi presidentibus, anno dominationis mee in Hannonia XXII[o], in Namurcio IIII[o], in Flandria II[o].

Cap. LII—LXXVII.

Eodem tempore et anno rumores Cameracum pervenerunt — — et prebenda Sancti Petri Namurcensis. ib. p. 573 –601.

ET SIC FINITUR[e] LIBER XVIII.

[INCIPIT[f] TERCIE PARTIS LIBER] QUINTUS. LIBER XIX.

Cap. I. Balduinus[**] succedit patri suo Balduino Animoso defuncto in comitatu Hanonie et matri in comitatu Flandrie.

Balduino comiti Hanoniensi — ecclesiis et pauperibus collatis. ib. p. 601.

Cap. II. Balduinus[***] comes Hannonie et Flandrie testamentum patris et avi sui sigillo confirmat.

Hic eciam comes Flandrensis — — diligenter confirmavit. Et sic finitur cronica Gilberti. Vincencius libro XXX, capitulo LIII[o]: Eodem tempore Philippus rex Francie de obsidione Acon reversus — — patibulo suspenderunt. Eodem tempore Salhadinus — — Meralicius super Egiptum. Hiis temporibus misit rex Philippus — — ibique in archiepiscopum consecratus est[g]. Eodem anno puerulus trium annorum de Curtenova, forte in aquis extinctus, precibus et meritis beati Dionisii[h] martiris est resuscitatus. ib Vinc. XXIX, c. 53. ib. c. 54. 55. ib. c. 56

Cap. III. Balduinus[†] comes Hannonie et Flandrie apud Compendium Flandriam et alias terras a rege tentas relevat.

Balduinus igitur Hanonie ac Flandrie comes anno eodem non taliter revoluto, quo eius 1196.

*) Quod Balduinus Animosus in aula sua Valencenensi canonicos in ecclesia beate virginis instituit. Cap. LI. *B* 2.

**) Quod Balduino, coniuge Margarete comitisse Flandrie, defuncto Balduinus, eorum filius primus, comes Flandrie ex parte matris, in Hannonia successit *B* 2.

***) De morte Salhadini *B* 2.

†) Quod Balduinus Flandrie et Hanonie comes a rege Francorum Philippo plures villas, castra et oppida abstulit et sibi subiecit *B* 2.

a) XXV *et sic porro B* 2. b) Droco *B* 2. c) in *r A*. d) *capitis titulus cum praecedentibus et sequentibus deletus A; capitulo praecedenti charta adiuncta est in B* 2. e) finit *B* 2. f) *uncis inclusa supplevi, quae a bibliopego abscisa esse videntur A;* Liber XIX. *tantum B* 2. g) *decest B* 2. h) dion *A*; dyonisii *B* 2.

1) Cf. de eo Albricum, SS. XXIII, p. 910. 2) Sébourg (dép. Nord, arrond. Valenciennes). 3) Edita in Actis SS. Apr. II, p. 442 sqq. 4) Quam pater eius ad Scaldim fluvium in terra a conventu S. Salvii concambio acquisita aedificaverat. Cf. chartam supra l. XVII, c. 43. ac notitiam a. 1195. a Le Boucq, 'Hist. de Valentienne' p. 42. editam, ubi legitur: *Sacpedictus Balduinus comes Hayn., marchio Namurcen., cir potens et prudens, saluti animae suae volens attentius providere, in capella sua, quam Valencenis in honore Dei genitricis Mariae construxit, canonicos instituit et eis bona perpetuo possidenda assignavit.* 5) Edita a Le Boucq, 'Hist. de Valentienne' p. 42; fragmentum eiusdem chartae apud Miraeum, Opp. dipl. II, p. 980.

1196. pater moriebatur, Compendii ad regem Francorum, quem sibi suspectum habebat relatu militum Flandrie aliquorum, [accessit[a]] et ibi Flandriam et terras alias ex debito aut consuetudine tentas a domino rege relevavit[1] contra voluntatem atque consilium multorum Flamingorum. Nam bone[b] Flandriarum[c] communitates[d] cum Ricardo Anglie rege omnino cupiebant federari propter iniurias, quas Philippus rex comiti eorum iam pluries intulerat, et quam maxime propter terras, comitatus, castella et[e] villas plures, quas rex iniuste a comitatu Flandrie disiunxerat et sibi ac regno applicuerat perpetuo. Paucis postmodum
1197. evolutis annis[2] Balduinus comes Flandrie perpendens Philippi regis iram contra Flamingos de[f] die in diem inflamari, congregavit tocius Hanonie miliciam una cum communitatibus[g] Flandrie et invasit villas plures, quas rex violenter a Flandria disiunxerat, videlicet Aream[3] et Sanctum Audomarum et plura alia fortalicia in confinibus illis, et cepit ea et sue dicioni[h] subiecit, deinde ex alio latere soli versus Viromandiam, Peronam, Royam[i][4], Palmam[5] atque castrum Attrebatas, et[k] omnia illa recuperavit[6]. Usque Compendium et Ambianis ubique devastans, non repperiens cum quibus bellare, Gandavi reversus est cum gloria[7]. Tunc enim Gandenses propter nobilem victoriam, quam fecerant, intersignium in eorum armis obtinere meruerunt, videlicet aureum collare leoni argenteo. Hinc orta est discencio inter communitates Flandrie et Balduinum comitem eorundem[l] de armis aut intersignio armorum, quia comes portabat in prima facie scuti arma Hanonie et in secunda facie arma Flandrie. Coegerunt eum, quatinus solum leonem[m], vel saltim leo in prima facie poneretur scuti. Philippo vero, fratri suo, comiti Namurcensi dederunt scutum Flandrie cum baculo rubeo; et ab illo siquidem tempore arma Hanonie antiqua penitus derelicta extiterunt.

Cap. IIII. Philippus* rex Francie duci Suevie confederatus, sperans per eum regem Anglie sibi subicere.

Vinc. XXIX, c. 61. ib. c. 63. Philippus autem dux Suevie — — confirmare non potuit. Inter hec Philippus Namurcii comes — — a Hugone de Hamelencourt, pro quo[n] supradictus Petrus — — liberum reddidit. Nec multo post, eodem anno — — tallias[o] et exactiones extorsit.

Cap. V. Balduinus** comes Hannonie et Flandrie historias a mundi creatione recolligi fecit.

Hiis temporibus Balduinus Hanonie atque Flandrie comes a magnis suarum patriarum clericis inductus fecit historias a mundi creacione abreviatas usque ad tempora sua sub brevi epilogacione recoligi atque conscribi, et specialiter historias, que tangere videbantur patrias atque genealogias, a quibus ipse dirivari credebatur, de quibus nonnullas in precedentibus huic operi annotavi; quas in Gallicano ydiomate redigi fecit, que ab ipso Historie Balduini nuncupabantur[8]. Item quia ab antiquis temporibus inoleverat consuetudo in Hanoniensi comitatu, ut, quandocunque aliqui casus ardui tangentes communitatem aut nobiles patrie emergebantur, discussiones[p], placitaciones atque sentencie in communi platea sub quercubus Hornutensibus[9] publice tractabantur, hic autem comes ordinavit, ut de cetero huiusmodi[q] cause in castro suo Montensi superius in monte discuterentur. Denique ab ipsis dictis clericis omnes consuetudines patrie Hanoniensis atque Flandrie redigi fecit[r] ad certas conclusiones et illas exarari iussit in utraque patria atque sigillari a nobilibus atque communitatibus dictarum patriarum; sicque patria Flandrie suas decrevit per se perpetuas constituciones, quas bone ville atque communitates nullis exceptis una cum deliberacione

*) Quod rex Francie nitebatur iuvenem Balduinum, comitem Flandrie, sibi subiugare *B* 2.

**) Quod iste comes per clericos patriarum suarum historias a mundi creatione fecit compilari *B* 2.

a) *supplevi*; adfuit *Fortia*. b) ville *super lineam add. B* 2. c) Flamingorum *B* 2. d) comitatus *A*; *deest B* 2. e) q *A*; C *B* 2. f) de die in diem contra Fl. inflammari *B* 2. g) gitatibus *A*. h) dicicioni *A*. i) roiam *B* 2. k) ac *B* 2. l) eorum *B* 2. m) *verbum quoddam, ut portaret, retineret supplendum.* n) *deest B* 2. o) taillias *B* 2. p) discutiones *B* 2. q) hui[9] *A*; *deest B* 2. r) fecit — exarari *om. B* 2.

1) V. chartam, qua Balduinus iuravit regem se adiuturum esse ut vasallum contra adversarios omnes, SS. rer. Gall. XIX, p. 352; Iacque de Guise ed. Fortia XVI, p. 167, aliis locis; Wauters III, p. 57. 2) A. 1197, Iul. 3) Aire. 4) Roye a Compendio versus septentrionem. 5) Bapaume. 6) Cf. Sigeb. Contin. Aquic. 1197, SS. VI, p. 434. 7) De invasione Philippi paulo post in Flandriam facta tacet. 8) Aut Iacobus haec omnia ex locis Balduini ab Almerico allatis perperam coniecit, aut iam Almericus talia praetenderat; cf. de hoc loco praef. p. 61 sq. 9) Hornu (arrond. Mons, cant. Boussu).

et assensu comitis sigillaverunt. De quibus non expedit, ut hic de eisdem habeatur relacio. De consuetudinibus vero Hanoniensis comitatus ad certas conclusiones redactis subsequens carta, que[a] dictus Balduinus comes cum suo nobili consilio peregit, pandit atque manifestat sub verbis, que sequuntur in hac forma[1]:

Cap. VI. Quod Balduinus[b] comes Hannonie et Flandrie redigi fecit in scriptis pacem patrie Hannoniensis.

Ista est forma pacis — — abscindetur sibi auricula.

Cap. VII. Emenda forefactorum in[c] villis comitatus Hanonie.

Emende forefactorum in omnibus villis Hannonie — — tam de hominibus comitis quam aliis. Sequitur in eadem carta:

Cap. VIII. Hic[*] habentur nobiles Hannonie, qui iuraverunt super sancta evangelia, quod plenissime observarent ordinationes Balduini comitis.

Has omnes leges et ordinaciones — — die quinta ante primam diem Augusti.

Cap. IX. Declaratio[**] legum consuetudinum curie Hannoniensis ex communi consensu nobilium Hannonie.

Ista est declaracio legum — — etas mulieris est in anno[d] duodecimo[e]. Item confirmatum est in lege, quod, si homo et eius uxor — — domino feodi et non alias. Sequitur in eadem carta:

Cap. X. Residuum declarationis legum[f] et consuetudinum Hanonie.

Item si vir et uxor eius — — ante festum Petri ad Vincula[g].

Cap. XI. Balduinus[***] comes Flandrie et Hannonie crucem Domini assumit cum multis nobilibus Flandrie, Hannonie, Francie, Anglie, Lumbardie.

Anno Domini MCC[h] Balduinus Flandrie et Hanonie comes de morte regis Anglie[i] 1200.
Ricardi[i] pusillanimis et dolens nimium effectus et Francie regem semper suspectum habens, ut ab eius dominio et occasione bellorum se subtrahat, crucem accepit cum multis baronibus Francie, videlicet[a] cum Ludovico comite Blesensi, Theobaldo comite Campaniensi, Stephano comite Perticensi, Bald. Av. cum marchise de Monte-ferrato[3] et cum multis aliis nobilibus pro liberacione Terre Sancte. Hii siquidem barones quilibet de propria terra sibi subiecta collegerunt alios nobiles sibi adherentes, prout consequenter declarabitur. Et primo dominus Balduinus[k] Hanonie atque[l] Flandrie comes hos collegit crucem[m] signandos in patria Hanoniensi, primo dominam Mariam, uxorem eius, comitissam, quibus isti adheserunt cruce signandi: Henricus dictus Dango, eiusdem comitis Balduini frater, Guillermus li Rous[n] advocacius[o] Bethunie, Quennon et Bartholomeus, fratres eius, Iacobus de Avennis[p], Matheus de Walencourt, Balduinus de Biauvoir[q], Cedes[r] de Ham, Galterus de Bousies, Robertus du Roussoi[s] et Galterus, frater eius, Rinerus de Trit et Iohannes, frater eius, Macharius de Sancta Manehulde, Iohannes d'Aire et Ferricus, frater eius, Iosselinus de Baleham, Galterus de Vielis, Balduinus de Nova-villa, Guillermus de le Porkerie[t], Sigerus de Silli[u], Iohannes de Hoves et plures alii nobiles de

*) Quod nobiles omnes leges et ordinationes comitis Balduini servare iuraverunt *B* 2.

**) Declaratio legum in curia et comitatu Hanoniensi ex assensu, consilio et deliberatione nobilium confirmata *B* 2.

***) Quod Balduinus Flandrie et Hanonie comes post mortem Richardi reges Anglie crucem suscepit cum Ludovico comite Blesensi *B* 2.

a) *ita uterque cod.; emend.* quas. b) c. B. Fl. et Han. f. in scr. red. *B* 2. c) omnibus *add. B* 2. d) *deest B* 2. e) Item confirmatum est — — mulieris est in duodecimo *in fine capitis post verba* non alias *posita B* 2. f) comitatus Hanoniensis *add. B* 2. g) *maior pars folii* 113. *et f.* 113′. *totum vacant A, f.* 113′. *in inferiore parte tantum inscriptionem cap. XI. continente. Etiam f.* 75. 75′. *et* 76. 76′, *titulo cap. XI. in f.* 76′. *excepto, scriptura vacant B* 2. h) anglorum *B* 2. i) ricardo *A*; richardi *B* 2. k) [(scilicet?) *add. B* 2. l) ac *B* 2. m) de cruce *B* 2. n) roux *B* 2. o) advocatus *B* 2. p) avesnis *B* 2. q) beauvoir *B* 2. r) *sic codd. pro* Oedes. s) roussoy *B* 2. t) porcerie *B* 2. u) silly *B* 2.

1) Edita authentico textu SS. XXI, p. 621 sqq. Iac. cognoscitur. Attamen, quia nihil novi affert, eam eam stilo magnopere discrepantem exhibet, procul omisimus. 2) Bald. Avenn. ed. Kervyn p. 657. dubio e lingua Francogallica in Latinam translatam, 3) Bonifacio II.
ut e latinitate ac quibusdam formis Francogallicis

Bald. Av. 1200. patria Hanoniensi[1]. De Flandria vero isti cum dicto Balduino crucem assumpserunt: et primo Iohannes de Nele[a] castellanus Brugensis, Rasso de Gaures et Rogerus, frater eius, Henricus de Nigella, Livinus de Axella, Winocus de Hondescoten, Theodoricus de Dixmuda, Petrus de Odenonne, Iudocus de Matrene, Curatus de Zomereghem et plures alii. Cum Theobaldo comite Campagnie[a*] isti crucem assumpserunt: et primo Garnerus episcopus Trecensis, Galterus comes de Brena, Ioffredus de Genville senescalcus Campagnie, Robertus de Ville, frater eius, Henricus d'Argillieres, Ogerus de Sancto Guidone, Villanus[b] de Miell, Manecherius de Insullis, Miles li Braibans, Guido de Capis, Clarembaldus, frater eius, Reginaldus comes de Dampiere[c] en Assenois et plures alii nobiles. Cum domino[d] Blesensi isti crucem assumpserunt, qui eciam dominus erat Carnotensis: et primo Gervasius de Castello et Herveus, filius eius, Iohannes de Virzon, Oliverus de Rochefort, Henricus de Monstroel[e], Paganus Aurelianensis, Petrus de Brachuel, Hugo, frater eius, Iohannes[2] de Sanctis, Iohannes de Friaise[f], Galterus de Gandonville, Hugo de Tourmeroi[g], Godefridus, frater eius, Herveus de Bisuvoir[h], Ourricus de Insulla et plures alii nobiles patrie Blesensis atque Carnotensis cum Britonibus pluribus. Cum predictis crucem assumpsit Simon comes Montis-fortis cum Reginaldo de Montmiral. In Francia cum predictis crucem assumpserunt: et primo Maules[i] episcopus Suessionensis, Matheus de Monmorenchi[k], Guido castellanus de Couciaco, Robertus de Roumisor[l], Galterus de Sancto Dionisio, Guillermus de Ausnoit, Enghelrannus[m] de Boves, Robertus, frater eius, et plures nobiles de Francia. Et cum predictis crucem assumpserunt Hugo de Sancto Paulo, Petrus d'Amiens[n], Eustacius de Canteleu, Nicholaus de Mailli[o], Anselmus de Keu, Godefredus comes de Pertica et Stephanus, frater eius. Cum supradictis eciam crucem assumpserunt plures domini diversarum nacionum, de Anglia videlicet comes de Noireantone et comes de Norwic et plures alii nobiles cum ipsis. De Lombardia comes Ambrosius de Malaspina cum multis; de Aquitania comes Alfoncius de Bayona et duo filii eius, comes Sabaudie, comes Brixie et alii plures principes et nobiles, quorum nomina sunt in libro vite.

Cap. XII. Quod* Balduinus comes cum consilio suorum nobilium legatos mittit Venetias ad conquirendum aptiorem modum et congruentiorem portum transfretandi.

Bald. Av. 1201. Supradicti siquidem nobiles plura tenuerant parlamenta ad sciendum, qualiter peregrinacionem, quam assumpserant, perficere cum Dei honore et eorum salute valerent, et quam viam concorditer assumerent. Decreverunt tamdem mittere sapientes et industrios viros[p] Venesiis et ad alios portus ad disponendum de navigiis atque provisionibus ad hoc requisitis et ad tractandum cum Venesianis, qualiter res assumpta consummari ad Dei honorem valeret. Et ad istam legacionem sapienter pertractandam ex parte Balduini comitis Hanoniensis fuerunt missi Quennop de Bethunia cum Allardo[q] Maqueriel, ex parte comitis Campagnie[r] fuerunt missi Gaudefridus[r] de Villeharduin et Milo li[s] Braibans, ex parte Ludovici comitis Blesensis Iohannes de Friaise et Galterus de Gandonville. Hii supradicti habuerunt litteras sigillatas ex parte omnium supradictorum dominorum, quod quicquid faciebant ipsi habebant pro rato. Dicti legati recedentes venerunt Venesias, locuti fuerunt duci Venesiorum, qui videns litteras eorum et audiens dominorum predictorum intencionem[3], dictos benigne suscepit legatos. Qui dux primo convocavit XL notabiliores civitatis et recitavit que legati proposuerant cum ostencionibus litterarum. Qui consideratis omnibus consenserunt cum duce in favorem peregrinorum. Iterum mandavit alios XL[4], qui eciam concordaverunt, et iterum alios XL, qui eciam consenserunt; et tamdem totam mandavit communitatem, qui omnes concorditer consenserunt, quatinus favor, consilium et auxilium preberetur dictis peregrinis. Recedentibus abhinc communitatibus remanserunt cum duce consiliarii civitatis, qui consilio prehabito dixerunt dictis legatis, quod dux ipse preparari faceret navigium pro transitu quatuor[5] milium equorum cum quingentis et pro duobus milibus militum et viginti milibus clientum peditum tali condicione, quod peregrini providerent sibi et equis de victualibus pro novem mensibus, et pro quolibet equo solverent quatuor marchas, pro quolibet viro duas marchas, et ipsi per annum integrum pacifice de toto navigio fruerentur; tali eciam condicione, quod, quandocunque et ubicunque[t] ipsi portum peterent, pro missis audiendis aut pro aliis quibuscunque neccessitatibus ipsi navigium ad terram applicare tenebantur[6]; item Venesiani haberent quinquaginta galleas armatas sine quibus-

*) Quod Balduinus cum aliis nobilibus et adiunctis miserunt legatos Venetis ad peregrinationem eorum disponendam *B* 2.

a) neelle *B* 2. a*) campanie *semper fere B* 2. b) vilanus *B* 2. c) dampierre *B* 2. d) domino comite *B* 2. e) monstroeul *B* 2. f) fraixe *B* 2. g) tourmeroy *B* 2. h) beauvoir *B* 2. i) moules *B* 2; Nevelon *Ville-Hard.* k) mõmorenchi *A*; mõmorency *B* 2. l) rõmisor *vel* rõmisor *A*; romnisor *B* 2. m) angelrãus *B* 2. n) de amiens *B* 2. o) mally *B* 2. p) Quẽo *A*; Quennon *B* 2. q) alardo macquerel *B* 2. r) godefridus *B* 2. s) le *B* 2. t) ubicp *A*.

1) Omnia nomina, quae in Chronico Balduini Avennensis non inveniuntur, e narratione Iudoci de Matrene infra l. XX, c. 77. inserta, ubi eodem ordine exstant, sumpta esse videntur. 2) *Guillaume de Sains* Bald. et Gaufr. de Ville-Hardouin ed. Nat. de Wailly p. 7. 3) Bald. Avenn. (c. 30, Cod. Monac. Gall. 52, f. 42): *messages pour atourner leur passages et faire convenances la ou ils poroient mieux.* 4) Theobaldi. 5) Bald. l. l.: *et lui monstrerent leurs lettres qui estoient de creance. Apres lui dirent ce qu'ils querroient.* 6) Bald. l. l. hoc loco *LX: puis il en manda V cens et puis mil.* Ville-Hardouin ed. N. de Wailly c. V, § 25, p. 16: *Ensi les mist, puis cent, puis deux cens, puis mil, tant que tuit le creanterent et loërent.* 7) Bald. l. l. *VIII mil;* Ville-Hardouin l. l. p. 14: *quatre mille et cinc cens chevaus et nuef mille escuiers; et es nes quatre mille et cinc cens chevaliers et vint mille sergens a pié.* 8) Bald. l. l.: *des le jour que ils mouveroient du port, pour faire le service dieu en quel lieu qu'il voroient,* quem locum auctor male interpretatus est.

cunque expensis peregrinorum, tali pacto, quod de quibuscunque conquisitis sive per mare sive per terram, tamdiu quod dicta tota societas insimul[a] staret, quod Venesiani[b] dimidietatem[c] lucri pacifice obtinerent, reliqui vero peregrini aliam haberent dimidietatem. Supradicti vero legati hec audientes, consilio eorum habito, concesserunt quicquid pecierant et quicquid promiserant. Concluserunt igitur[d] et litteris firmaverunt et sigillis quicquid fuerat ibidem propositum et promissum, tali pacto, quod infra festum Iohannis baptiste ad annum omnes peregrini cum provisionibus eorum tenebantur esse Venesiis[e] ad ascendendum in navigiis in crastinum sancti Iohannis baptiste, quod debebat esse anno Domini MCCII°. Dicti[g] autem legati fecerunt finem de ducentis marchis argenti Venesianis pro provisionibus recipiendis, et postea duci et Venesianis valefacientes, ad propria remearunt. Ipsis ad propria properantibus ab omnibus cum gaudio susceptis sunt, et quicquid expediebant ab omnibus approbatum est. Infra post dies paucos ab eorum regressu Thebaldus Campanie comes mortuus est, qui thesauros permaximos ordinavit pro peregrinacione perficienda et necessitatibus peregrinorum succursu. Interim marchisus de Monte-ferrato Bonefacius, notabilis vir valde, crucem assumpsit et Suessionis ab omnibus Gallicis eorum principalis eligitur capitaneus, dux et rector[g]. Interea fiebant ubique processiones et predicaciones et queste ad succursum Terre Sancte atque peregrinorum. Multos etenim cruce signavit et thesauros congregavit quidam sacerdos Fulco[h] nomine, sed antequam ad Sanctam devenisset Terram, mortuus est, et eius thesaurus peregrinis condivisus, mors cuius plures conturbavit.

Balduinus. 1201.

1202.

Cap. XIII. Balduinus[a] comes disponit de patriis suis, terris, liberis ac aliis et ad peregrinandum se coaptat.

Balduinus Hanoniensis ac Flandrie comes, audiens que legati sui cum Veneticis[b] peregerant, multum approbavit, de patriis suis, terris, liberis et aliis disponens, ad peregrinandum se ipsum uxoremque[b] eius potenter ac magnifice coaptavit. Hic solum duas habuit filias legitimas, quas sub tutela Philippi, fratris sui, comitis Namurcensis, una cum superintendentia patriarum Hanonie ac Flandrie ceterarumque terrarum suarum sub confirmacione testamenti dereliquit[c], filiabus suis conservandas[d]; quarum antiquior, minor tamen annis[6], Iohanna, altera vero Margareta vocabatur[7]. Gandenses vero eas auctoritate dicti Philippi comitis Namurcensis cum regina Mehalde, noverca[b] patris earum, que fuerat filia regis[8] Portugalie et condam uxor Philippi comitis Flandrie, que adhuc supervivebat, educabant atque nutrierunt magnifice, et hoc usque ad obitum patris earum; nam, prout inferius ostendetur[9], audita fama mortis Balduini imperatoris Constantinopolis dictus Philippus comes Namurcensis, tutor dictarum filiarum, misit eas Parisius ad Philippum regem Francie, ad ipsum placandum, ad finem ut rex ipse sibi[e] daret filiam suam in uxorem, quam habuerat de filia[10] ducis de Merant; unde tam Flamingi quam Hanonienses tam de morte principis eorum quam de translacione filiarum in immensum doluerunt planxeruntque planctu magno annis quampluribus, prout inferius, Deo duce, declarabitur.

Cap. XIIII. Quod[**] primitus Balduinus comes cum suis Constantinopolim accesserunt.

Vinc. XXIX, 64.

Et ut rei geste plenius seriem pandamus, causam, quare dicti peregrini ad Constantinopolim primitus accesserunt, a superiori exordium[b] capiamus. Temporibus igitur Ludovici — — navigantes Constantinopolim applicuerunt.

Cap. XV. Quod[***] Franci numero pauci respectu Grecorum Constantinopolim invadunt.

Greci autem, qui deforis — — subdita est et unita.

Ib. c. 65.

Cap. XVI. Reformatio[l] pacis inter regem Francie et Anglie inter Vernonem et insulam Andeliaci.

Anno Domini MCC° in ascencione Domini reformata est pax — — precioso multa et varia dedit. Tunc etiam, antequam Octovianus — — eo tempore pluribus displicuit.

Ib. c. 66. Ib. c. 67.

*) Quod Balduinus ante recessum eius de pueris, patriis et aliis negociis suis solemniter disposuit *B* 2.

**) De causa, quare Balduinus et peregrini primitus accesserunt ad Constantinopolim *B* 2.

***) Quod Franci civitatem Constantinopolitanam obsederunt et imperatorem contra eos egredientem violenter repulerunt *B* 2.

a) simul *B* 2. b) Venetiani *B* 2 *semper*. c) medietatem *B* 2. d) Venetiis *B* 2 *semper*. e) Venetis *B* 2. f) de reliquis *A*. g) *scil.* terras, *Ide. sententiam male construxit;* dereliquit *iterum add. A*. b) noverce *codd*. i) daret sibi *B* 2. k) cap. ex.? *B* 2. l) De pace reformata inter reges Fr. *etc. B* 2.

1) Bald. l. l. *atryerent ceste chose.* 2) Ville-Hardouin l. l. § 32, p. 20: *Et alors li message emprunterent cinc mil mars d'argent*; Bald. l. l.: *les messages empruntererent deux mil mars en la ville, si les vaillierent au duc pour commenchier a pourver le navire.* 3) Bald. Avenn. l. l. f. 43. 4) De Neuilli. 5) Mariam, sororem comitis Theobaldi de Campania. 6) Fuit tum duorum annorum. 7) Haec autem Balduino iam profecto nata est. Cf. Bald. Avenn. c. 203, SS. XXV, p. 448. 8) Alfonsi I. 9) L. XX, c. 1. 10) Agnete.

Cap. XVII. Tartari* contra regem suum David conspirando eum dolose interfecerunt.

Vinc. XXIX. c. 69. Anno Domini MCCII° secundum quosdam Tartari post occisionem — — et de illa, ut dicitur, filios generavit.

Cap. XVIII. Peregrini** Iadarram Ungarie urbem capiunt et devastant.

ib. c. 90. Anno gracie MCCIII° peregrini federe inito cum Venecils — — castrum potenter impugnando cepit.

Cap. XIX. Quod peregrini christiani* Constantinopolim obsederunt[b] et ceperunt ac[c] Balduinum comitem[d] Flandrie et Hannonie in imperatorem eligunt, confirmant et coronant[e].

ib. c. 91. Eodem anno, scilicet ab incarnacione Domini MCCIIII°, Alexius imperator — — fideles et obnoxii tenentur.

Cap. XX. Balduinus*** imperator intronisatus et coronatus reducit Grecos ad unitatem ecclesie Romane.

Balduino igitur Hanoniensi ac Flandrensi in imperatorem in ecclesia sancte Sophie
1205. intronisato atque coronato, anno dominice[f] incarnacionis MCCV°[g] reductione Grecorum ad unitatem sancte matris ecclesie Romane [effecta[h]], statim suum visitans imperium, multa castra, civitates et oppida debellans atque sibi subiciens, suum magnifice dilatavit imperium, naciones plures rebelles sibi pro tunc ferociter edomuit atque imperio subiugavit, Veneticis distribuendo quod iustum erat. Marcioni[1] de Monte-ferrato partem imperii versus Brachium Sancti Georgii condonavit; ceteris baronibus atque militibus, unicuique castella, villas atque fortalicia iuxta eorum status aut gradus potenciam sive dignitatem distribuit. Prius civitate Constantinopolitana[k] armatorum constipata, Hanonienses vero atque Flandrinos, in quibus plus confidebat, pro sui corporis tuicione reservavit. Denique Balduinus imperator misit ad civitatem Acon solempnes milites de Hanonia atque Flandria cum decenti comitiva, ad finem ut adducerent uxorem suam ad Constantinopolim. Sed repererunt eam ex puerperio[l] defunctam. Qui nuncii solempnes exequias iuxta patrie morem peregerunt[2]. Cum autem imperator huiusmodi responsores audisset, multum condoluit. Qui in Sancta Sophia fecit corpus eius[m] solempniter inhumari et exequias tanquam pro imperatrice solempnissimas a patriarcha et ab archiepiscopis et episcopis ibidem existentibus celebrari. Multis bellis in locis quamplurimis imperii Constantinopolitani pretermissis, tandem imperator contra regem Blacorum[3] et contra regem Bulgarorum, contra Grecos inobedientes sibi atque contra Turchos, ipso stante ante civitatem Andronopolim in obsidione, a Constantinopoli distantem quinque dietis, congressus est; nam nostri provocati ab hostibus inter se ferociter congrediuntur. Qui bella[l] bellis replicatis et ex utraque [parte[n]] multis prostratis, tandem imperator velud rugiens leo decertans a suis reprehendebatur[4], quod sic audacter se[n] ultro adversariis offerebat; sibi vero non parcens, intrepidus et constans, zelo fidei atque nobilitatis succensus, in medio adversariorum cum bipennis viriliter concertans, quia aciem eorum interruperat, Dei misericordia id permittente, post stragem multorum ipse capitur
Bald. Av. et occiditur[5], multis suorum evadentibus. Ibidem remanserunt mortui: primo dictus imperator Balduinus, Ludovicus comes Blesensis, Petrus episcopus Beathleemincensis[o], Stephanus de la Perche comes, Reginaldus del Montmiral, Matheus de Walaincourt, Robertus de Ronsoi[p], Iohannes de Frisaise, Galterus de Vielis, Ferricus d'Aire[q], Iohannes, frater eius, Wistasses[r] Davioos[s], Iohannes, frater eius, Balduinus de Nigella et plures alii comites, barones ac milites. Illi vero qui evaserunt perrexerunt versus fortalicium Serre[6].

*) Tartari David, filium presbiteri Iohannis, imperatoris Indie, doloze interfecerunt *B* 2.

**) Peregrini Iadaram urbem regis Hungarie obsederunt et ceperunt et inde navigant Constantinopolim *B* 2.

***) Quod Balduinus imperator Grecos ad reductionem unitatis sancte matris ecclesie incitavit. De morte imperatricis et sua *B* 2.

a) *deest B* 2. b) obs. et *om. B* 2. c) et *B* 2. d) com. Fl. et Han. *om. B* 2. e) intronisant *B* 2. f) inc. dom. *B* 2. g) statim *add. B* 2. h) *deest codd., suppl. Fortia.* i) marchioni *B* 2. k) civitate (*A? B* 2) constantinopol *codd.; supplendum* multitudine *vel simile quid;* hominibus armatis constip. *corr. Fortia.* l) *sic codd., quod nescio num corruptum an a lac. male scriptum sit.* m) *deest codd., suppl. Fortia.* n) ultro se *B* 2. o) beethleminc. *B* 2. p) ronsoy *B* 2. q) de aire *B* 2; de erro *Bald.* r) Wistasse *B* 2. s) daniau *Bald.*

1) Falsum. 2) Cf. Bald. Aveno. Cod. Monac. *mais il ne veut, ains s'abandonnoit contre ses ane-* Gall. 52. f. 52. 3) Iohannem, Rex Blacorum et *mis* etc. 5) Bald. l. l.: *La remest li empereres* Bulgarorum idem est. 4) Cf. Bald. Aveon. l. l. c. 45, *Bauduins pris.* 6) Serrès in Macedonia. f. 58: *Souvent li disent ses gens que il se retreisist,*

Cap. XXI. Qualiter*) nostri fugientes a bello recolligunt et Comanos cum Turchis retrocedere coegerunt.

Cum autem Gauffredus[b] de Villa de Harduin[c] eventum belli sic improsperum[d] audivisset, nimium dolenter et stupens exivit cum suis aciebus de statione, in qua erat, mandavit Manicherio de Insula, et statim accessit et fugientes christianos a bello arrestari fecit. Comani et Blacie, Greci atque Turchi christianos fugientes persequebantur. Tunc christiani resumentes vires, recoadunati[e] et sine dampno retrocedere coegerunt adversantes et pleteam obtinuerunt. Tunc Comani ceterique adversarii retrocedentes, Gauffridus acies suas in securo[f] produxit loco. Tunc marcisus de Monte-ferrato, auditis responsoribus de conflictu, cum suis ad Gauffridum accessit. Tunc ipsi per noctem[g] totam armati remanentes, consilio prehabito omnes a dicta obsidione civitatis Andronopoli unanimiter recesserunt. Dux Venesiarum fecit avantgardiam, et Gauffridus de Villa-Harduin fecit retrogardiam; ipsi cum eis comportaverunt infirmos atque vulneratos et tantum pacifice processerunt, quod venerunt ad fortalicium Rodescoth[h,1] vocitatum. Inter cetera[i] accidit, quod Gaufridus de Villa-Harduin, Quenno de Bethunia, Macharius de Sancta Menehulde, Milo li Brabans cum sibi[k] adiunctis[l] per tres dietas terram inimicorum suorum perlustrantes multa dampna eis intulerunt, et predas uberes cum eis asportantes, tandem per castrum de Scanemach[2] reversi sunt, ubi Hanonienses tam diu in periculis gravibus pertiterant. Rinerus de Trit tantas acies considerans, super muros castri sui existens, credidit, quod Comani atque Turchi ad castrum suum obsidendum devenissent; qui proclamavit in suo castro 'ad arma!' Quod audientes qui erant in castro, quilibet ad sua profugit loca; ad castrum, prout assignati iam dudum fuerant, confugerunt. Qui omnes animo virili insultum expectantes, quilibet in sua sorte eventum fortune aut mortis desiderabat. Rinerus de Trit, tandem turrem maiorem ascendens et distinctius vexilla considerans, eadem recognovit christianorum, et confortans nimium, proclamari fecit per fortalicium non adversarios, sed amicos adventasse. Tunc Rinerus cum nobilibus sue societatis decenter prout poterat ad ipsos honorabiliter recipiendum exivit fortalicium cum leticia indicibili: eadem nocte infra metas fortalicii recepti fuerunt quotquot erant cum prenominatis baronibus. Eadem siquidem nocte utraque pars certificata fuit de Balduini imperatoris morte, unde graves indicibiliter fecerunt lamentaciones. Consiliis habitis specialibus eadem nocte, in crastinum Rinerus de Trit, capitaneo in fortalicio suo constituto et populis sufficientibus ad castri custodiam delinquentibus, a suo castro de Scanemach cum dictis baronibus usque ad aciem principalem christianorum accesserunt et in tantum processerunt, quod ad acies christianorum principaliores accesserunt. Illi de acie videntes Rinerium de Trit, cum iocundissima leticia ipsum quasi noviter resuscitatum festivaverunt[3], quia quatuordecim[4] mensibus in dicto castro ab inimicis Grecis, Comanis, Turcis et Blactis continue insultus et obsidiones[m] sustinuerat, et in tantum, quod victualibus per sex menses privati, carnibus mulorum, equorum et asinorum sine pane vitam deduxerant. Baronibus ergo insimul congregatis, decreverunt, quod ad Constantinopolim reverterentur. Consilio tandem concluso statuerunt Vernaces[5] et Grecos capitaneos terrarum conquestarum, et ipsis sufficienter munitis Constantinopolim devenerunt. Quibus ad Constantinopolim perventis[n] et pro mortuis exequiis debitis in ecclesia sancte Sophie decenter expletis, in crastinum omnes nobiles ad eligendum imperatorem[o] novum in palacio congregati, consideratis omnibus, concordi omnium assensu, nullo discrepante, eligerunt [Henricum[p]] in imperatorem, fratrem uterinum Balduini prenominati imperatoris[6]; qui anno dominice incarnacionis MCCVI[q] dominica post assumpcionem virginis gloriose[7] in Sancta Sophia in Constantinopoli insignia imperialia suscepit, omnibus christianis et Grecis ibidem existentibus ibidem exposcentibus. Actor: Quia autem anno incarnacionis MCCVI.[q] quasi completo due stelle seu olive aut duo candelabra ante Domini tronum et in Dei ecclesia militante lucentia illo anno odoriferari[r], florere atque fructificare seu refulgere ceperunt, Dominicus videlicet et Franciscus et eorum ordines inicium assumpserunt: et idcirco de eisdem sanctis et ordinum eorumdem iniciis et profectibus iuxta eorum legendas pauca, que repperi, declarare proposui, sic prosequendo, quod non observatis annorum incarnacionibus, sed in summa vitas eorum consequenter describam. Et primo Vitam seu Legendam sancti Dominici, dehinc Legendam beati Francisci, prothofundatoris religionis Minorum fratrum, perscruttabor; postmodum vero ad pretermissam historiam Balduini imperatoris, annuente gracia Dei, revertemur.

Bald. Ar. 1205.

1206.

*) Qualiter christiani se habuerunt contra Comanos, Blactas et Turcos, et qualiter elegerunt imperatorem *B* 2.

a) Romanos *A*. b) godefridus *B* 2. c) hardouin *B* 2. d) inprosperis *B* 2. e) coadunati *B* 2. f) securi *B* 2, g) totam noctem *B* 2. h) redescoth *B* 2. i) Interea *B* 2. k) suis *B* 2. l) festinaverunt *codd.*? m) obsidionibus *A*. n) deventis *B* 2. o) novum imp. *B* 2. p) *in loco raso post suppl. A*; balduinum *B* 2. q) MCC *B* 2. r) odorifera *B* 2.

1) Rodostos in Propontide a Constantinopoli versus occidentem. 2) Ville-Hardouin § 436, p. 260. plures alios enumerat. 3) Stenimakon in Thracia prope Philipopolim. 4) Bald. l. l. f. 60r: *en XIIII mois.* 5) Bald. l. l.: *Il laissierent le Vernas pour garder le pain*, i. e. Theodorum Barnas, id quod Iac. aut quem exscripsit auctor perperam intellexit. 6) Ville-Hardouin l. l. § 441, p. 264: *lo frere l'empereor Baudoin*, id quod in Cod. Monac. Balduini Avenn. omissum est. 7) Ville-Hardouin l. l.: *le dimenche apres la feste madamme sainte Marie en aost, a grant joie et a grant honor, a l'eglise Sainte Sophie.* Bald. l. l.: *le dimence apres le mi-aoust* etc.

Cap. XXII. Legenda beati Dominici fundatoris[a] ordinis Predicatorum.

Vinc. XXIX, 34: Beatus igitur Dominicus in Hispanie villa — — quod postea effudit habunde.

ib. c 95. Cap. XXIII. Qualiter habitum regularem suscepit et hospitem suum ab heresi convertit.
Fame autem pervalida in Hispaniis — — impetrare non valuit.

ib. c. 96. Cap. XXIIII. Qualiter eius libellus ab igne ter illesus exivit.
Porro cum in partibus Albigensium — — comprobaret sanctitatem actoris.

ib. XXX, 85. Cap. XXV. Qualiter beatus Dominicus ordinem suum petiit ab Innocentio[b] papa confirmari.
Ad hoc autem concilium — — et ambulate in ea.

ib. c 66. [c] Cap. XXVI. Qualiter idem ordo confirmatus est a papa Honorio.
Regressus igitur post celebracionem concilii — — sicut predecessor eius promiserat, impetravit.

ib. c 67 Cap. XXVII. De dispositione[c] fratrum ad predicandum per mundum.
Cum autem vir Rome esset — — Domino ducente profectus est.

ib. c. 68. Cap. XXVIII. De visionibus quibusdam[d] ostensis super statu ordinis[e].
Sacerdos quidam videns — — devotissime commendavit.

ib. c. 71. Cap XXIX. De duobus mortuis, quos beatus Dominicus oratione[f] suscitavit.
Die quadam dominus Stephanus — — simul et sanitati restituit.

ib. c 72. Cap. XXX. De miraculo panum fratribus semel et iterum divinitus oblatorum.
Dum fratres Predicatores — — contigisse compertum est.

ib. c. 77. Cap. XXXI. Qualiter idem vir sanctus prophetie[g] spiritu claruit.
Quanto autem effectu divine gracie — — de ordine penitus recesserunt.

ib. c. 113. Cap. XXXII. De felici transitu eiusdem[h].
Appropinquante peregrinacionis termino — — fratrum sepulture mandavit.

ib. c 114. Cap. XXXIII. De revelatione gloriosi transitus eius facta[i] quibusdam fratribus.
Eadem vero die eademque hora — — longo tempore tacuit.

ib. c. 115 Cap. XXXIIII. De elevatione sacri corporis eius[k].
Post transitum quoque venerabilis patris — — quicquam sibi subriperet, circumstabant.

Cap. XXXV. Incipit Vita beati Francisci, et primo de eius[l] conversione[1].

[2]Bonav. Prol. *Apparuit gracia Dei salvatoris nostri*[3] diebus istis novissimis in servo suo Francisco, quem pater misericordiarum et luminum in tam larga dulcedinis benedictione prevenit, quod, sicut ex vite ipsius decursu luculenter apparet, non solum de mundialibus tenebris eduxit in lucem, sed et perfectis effecit virtutum prerogativis et meritis celebrem necnon preclaris circa eum crucis ostensis misteriis insigniter demonstravit illustrem. Hic nimirum de vallis Spoletane[a] partibus, civitate Assisii, trahens originem, primumque Iohannes vocatus a matre, dehinc Franciscus a patre, nominacionis quidem paterne vocabulum tenuit, sed et rem materni nominis non reliquit. Licet enim inter vanos fuerit hominum filios iuve-
ib. c 1, § 6. nili etate nutritus in vanis et post aliqualem litterarum noticiam lucrativis mercacionum deputatus negociis, superno tamen sibi assistente presidio, nec inter lascivos iuvenes post carnis petulanciam abiit nec inter cupidos mercatores speravit in pecunia et thesauris. Inerat namque iuvenis Francisci precordiis divinitus inclita cum lenitate mansuetudinis quedam ad pauperes miseracio liberalis, que secum ab infancia crescens tanta cor illius benignitate repleverat, ut iam ewangelii non surdus auditor omni pro-
ib. § 7. poneret se petenti tribuere, maxime si divinum allegaret amorem. In ipso quippe iuventutis flore firma se Domino sponsione constringens, quod nunquam[m], si possibilitas afforet, petentibus pro amore Domini se negaret, dum promissum tam nobile usque ad mortem servare non destitit, ad copiosiora[n] in Deum dilectionis et gracie incrementa pervenit. Verum licet hic iugiter in corde ipsius divini amoris vigeret igniculus, ignorabat adhuc adolescens curis terrenis implicitus celestis allocucionis archanum et castigatus fuit exterius prolixi languoris gravedine et clarificatus interius sancti Spiritus unctione.

a) confessoris, ord. pred. institutoris *B* 2. b) a p. Innoc. *B* 2. c) dispersione *Vinc.* d) De quib. vis. *in rubro A.* e) predicatorum *add. rubricator A.* f) susc. eius orat. *B* 2; *Vinc. ut editum.* g) spir. proph. *B* 2; *Vinc. ut editum.* h) dominici *add. rubricator A.* i) fm *A. B* 2. k) *sic A. Vinc.*; corp. beati Dominici *B* 2. l) convers. eius *corr.* e. c. *B* 2. m) nr̄i quā *A.* n) superiora *B* 2; copiosa *Bonav.*

1) Vide de hac minore Vita S. Francisci auct. Bonaventura 'N. Archiv' XV, p. 597 sqq. Maioris Vitae auct. Bonaventura numeros capitum ac paragraphorum in margine adscripsimus. 2) Tit. 2, 11. 3) Cf. Thomae de Celano Vita S. Franc. l. I, c. 4, Acta SS. Oct. II, p. 648; Vita trium soc. c. 1, l. I. p. 724.

Cap. XXXVI. De quadam visione, que ipsum in Dei fervorem fortius animavit.

Corporeis postmodum viribus utrimque[a] resumptis menteque mutata in melius, cum militem quemdam, nobilem quidem genere, sed inopem rebus, obvium insperato habuisset occursu, generosi regis et pauperis Christi memor effectus, tanta fuit erga virum pietate permotus, ut decencia, que sibi de[b] novo paraverat[c], indumenta deponeret illumque protinus se nudato vestiret. Nocte vero sequenti, cum se sopori dedisset, palacium speciosum et magnum cum militaribus armis crucis signaculo insignitis, pro cuius amore militi egeno subvenerat, dignativa sibi revelacione monstravit necnon vise omnia sua fore militumque suorum, si crucis Christi vexillum constanter assumeret, sub asseveracionis certitudine repromisit. Ex tunc a publice negociacionis tumultu se subtrahens solitaria loca querebat amica mororibus, in quibus cum gemitibus inenarrabilibus incessanter intenderet, post longam precum instanciam, qua perfectionis sibi semitam a Domino postulabat ostendi, ad votum exaudiri promeruit. Una quippe dierum, dum sic sequestratus oraret, apparuit ei Iesus Christus veluti cruci confixus, eidem tam efficaciter ingerens evangelicum illud: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me*, ut mentem ipsius intrinsecus et incendio dilectionis adureret et absintio[d] compassionis impleret; nam et ad premisse visionis contuitum liquefacta est anima eius, et memoria passionis Christi visceribus cordis ipsius adeo impressa medullitus, ut et crucifixi Domini plagas oculis mentis interius quasi iugiter cerneret et vix exterius a lacrimosis gemitibus continere valeret. Igitur cum iam pro dilectione Christi Iesu omnem substanciam domus sue quasi nichil reputando despiceret, thesaurum senciebat se repperisse absconditum preciosumque margarite fulgorem, quorum desiderio tinctus sua disponebat cuncta distrahere divoque modo mercandi negociacionem mundanam in evangelicam commutare.

Bonav. c. 1, § 8. — ib. § 9. — ib. § 12. — Matth. 16, 24. Luc. 9, 23. — Cant. 5, 6.

Cap. XXXVII. Quod Christus mediante cruce apparuit[e] beato Francisco.

Egressus itaque semel *ad meditandum in agro*[1], cum deambularet iuxta ecclesiam quandam sancti Damiani, que minabatur pre nimia vetustate ruinam, et instigante se spiritu eandem causa orationis intrasset, prostratus ante ymaginem crucifixi non modica fuit morando consolacionis suavitate repletus; cumque lacrimosis oculis intenderet in dominicam crucem, vocem de ipsa cruce ad se miro[f] quodam modo dilapsam corporeis audivit auribus ter dicentem: 'Francisce, vade, repara domum meam, que, ut cernis, tota destruitur'. Ad cuius stupende vocis commonicionem[g] mirificam vir Dei primum quidem perterritus, dehinc gaudio et admiracione repletus protinus exsurrexit, totum se recolligens ad perficiendum mandatum de reparanda materialis ecclesie domo, licet principalis intencio verbi ad eam ferretur, quam Christus sui sanguinis acquisivit precioso commercio, sicut eum Spiritus sanctus edocuit, et ipse postmodum suis familiaribus revelavit. Mox cunctis, ut potuit, pro Christi amore distractis prefate ecclesie sacerdoti pauperculo ad ipsius reparacionem et pauperum usum pecuniam obtulit et, quod eum ad tempus secum morari permitteret, suppliciter requisivit[2]. Acquiescente autem illo de mora, sed timore parentum recusante pecuniam, verus ille iam pecuniarum contemptor in quandam fenestram pondus metalli proiciens, abiectum velut pulverem vilipendit. Senciens autem ex hoc[h] adversum se patris concitatum esse furorem, ut ire locum daret, diebus aliquibus in quadam occulta fovea latuit tandemque, spirituali[i] quadam completus leticia et virtute indutus ex alto, exterius fiducialiter[k] prodiit et civitatem constanter intravit. Quem cum iuvenes[l] cernerent facie squalidum et mente mutatum ac[m] per hoc alienatum putarent a sensu, lutoque platearum velut stultum impeterent et clamosis[n] ei[o] vocibus insultarent, famulus Domini, nulla prorsus fractus aut mutatus iniuria, ut surdus in omnibus pertransibat.

Bonav. c. 2, § 15. — ib. § 16. — ib. § 17.

Cap. XXXVIII. Qualiter patrem[e], matrem et omnia temporalia[p] abdicavit[q].

Pre omnibus autem pater ipsius furens et fremens, tanquam si naturalis esset miseracionis oblitus, pertractum domi filium verberibus cepit et vinculis angere, ut, dum eius per molestias corpus attereret, ad mundi blandicias[r] animum inclinaret. Experiencia tandem certa cognoscens Domini famulum ad quecunque[s] aspera pro Christo perferenda promptissimum, cum liquido cerneret, quod eum revocare non posset, cepit eidem vehementer insistere, ut episcopum[t] civitatis secum una adiret, usquequo[u] renunciaret in manibus hereditario iuri paternorum omnium facultatum. Ad quod[v] exequendum Domini servus ultro se offerens, mox ut pervenit coram antistite, nec moras est passus nec cunctatus de aliquo nec exegit verba nec reddidit, quin pocius vestimenta sic cuncta deposuit, quod et femoralia ipsa reiecit, totusque coram astantibus, ut ebrius spiritu, amore illius nudari non horruit, qui nudus pro nobis in cruce pependit. Solutus exinde[w] mundi contemptor a vinculis terrenarum cupidinum, dum civitate relicta

ib. § 18. — ib. § 19. — ib. § 20. — ib. § 21.

a) utrūque *codd.* b) *deest B* 2. c) proviserat *B* 2. d) absciuchio *B* 2. e) loquutus est *B* 2. f) q. miro *B* 2. g) ominationem *B* 2. h) autem eum adversum *B* 2. i) quadam spir. *B* 2. k) fideliter *B* 2. l) et *B* 2. m) clamor sit *A.* n) eis *B* 2; *deest Bon.* o) et *add. B* 2. p) penitus *add. B* 2. q) et leprosis servivit *add. B* 2. r) delicias *B* 2. s) cuncta aspera quec. *B* 2. t) usq; *A.* u) ad quo, d *minio add. B* 2. v) *da A. Bon.*; ille *B* 2.

1) Gen. 24, 63. 2) Cf. Vitam trium soc. c. 2, l. l. p. 728. 3) *cives* Bonav. l. l. 4) Guidonem II; cf. Vitam Franc. auct. Thoma de Celano c. 2, § 14, l. l. p. 687.

Bonav. c. 2, § 21. securus et liber laudes Domino in medio nemorum Gallica lingua[1] cantaret, occurrentibus sibi latronibus, magni regis preco non timuit nec a laude cessavit, utpote qui[a] viator seminudus et vacuus erat et
ib § 22. apostolico more in tribulacione gaudebat. Exinde tocius humilitatis amator ad obsequendum leprosis se transtulit, ut, dum miserabilibus et abiectis personis servitutis iugo se subderet, sui mundique contemptum perfecte prius disceret, quam doceret. Et quidem cum prius eos super omne hominum genus horrere soleret, diffusa in eum copiosius gracia, corde tam humili se illorum mancipavit obsequiis, et quod eis lavabat pedes et ligabat ulcera et educebat putredinem et saniem abstergebat; inaudita quoque fervoris excessu ulcerosarum plagarum ruebat in oscula, os suum ponens in pulvere[b], ut saturatus obprobriis carnis supercilium legi[c] spiritus potestative subiceret, sui mundique dominium honeste subacto
ib § 23. domestico pacifice possideret. Igitur cum iam esset in Christi humilitate fundatus ac paupertate dives effectus, quamquam nil prorsus haberet, reparacioni tamen ecclesie iuxta datum sibi e cruce mandatum adeo sollicite cepit intendere, ut et corpus attritum ieiuniis oneribus lapidum subderet et elemosinarum subsidia eciam ab illis non abhorreret deposcere, apud quos consueverat abundare; devocione quoque sibi[d] assistente fidelium, qui preclaram in viro Dei iam ceperant nosse virtutem, non solum sancti Damiani, verum eciam principis apostolorum[2] et virginis[e,3] gloriose ruinosas et derelictas[f] resarcivit ecclesias, ut que per eum in posterum Dominus spiritualiter operari disponeret, sensibili foris opere
ib § 25. misterialiter presignaret; nam instar reparate[g] triplicis fabrice ipsius sancti viri ducatu secundum datam ab eo formam, regulam et doctrinam Christi triformiter renovanda[h] erat ecclesia, sicut et vox ad[i] eum facta de cruce tercio replicans de domus[k] Dei reparacione mandatum preambulum extiterat signum, et nunc in tribus ab eo institutis ordinibus cernimus esse completum.

Cap. XXXIX. De institutione religionis et efficacia predicandi.

ib. c 3, § 26. Ecclesiarum itaque trium consummato iam opere, cum in ea que[l] virginis erat moraretur assiduus, illius suffragantibus meritis, quo[m] precium protulit nostre salutis, viam perfectionis invenire promeruit per infusum sibi divinitus spiritum ewangelice veritatis. Nam cum una dierum inter missarum sollempnia[n] legeretur ewangelium illud[4], in quo discipulis ad predicandum missis ewangelica norma in vivendo prescribitur, ne videlicet possiderent aurum vel argentum nec in zonis pecuniam nec peram[o] deferrent in via nec duas haberent tunicas nec calciamenta nec virgam, mox in huiusmodi verborum auditu tanta eum virtute spiritus Christi peruxit et induit, ut in formam vivendi prefatam[p] non solum
ib. § 27. notitia et affectu, verum etiam vita et habitu [se[q]] transformaret. Illico enim calciamenta deposuit[r], reiecit baculum, peram et pecuniam abdicavit, unaque contentus tunicula, dimissa corrigia, cordam pro cingulo suo sumpsit, omnem solicitudinem cordis apponens, qualiter audita perficeret et apostolice rectitudinis regule seipsum per omnia cuaptaret. Denique spiritus Christi vi[s] flammea totus accensus cepit ut alter Helyas veritatis emulator existere, cepit et aliquos ad iusticiam perfectam inducere, cepit et ceteros ad penitenciam invitare. Erant autem ipsius eloquia non inania nec risu digna, erant[t] virtute Spiritus sancti plena, erant medullas cordis penetrancia, ut et in vehementem stuporem audientes converterent et
ib § 28. obstinatorum mentes efficacia virtuosa mollirent. Innotescente etenim apud multos sublimi eius sanctoque proposito, tam ex doctrine simplicis veritate quam vite ceperunt ipsius exemplo viri quidam ad penitenciam animari et eidem relictis omnibus habitu vitaque coniungi; quos et fratres Minores vir humilis censuit appellari.

Cap. XL. De approbatione regule beati Francisci[a] ab Innocentio papa III°.

ib § 28–31. Sane iam fratrum, Deo vocante, consummato numero[a] senario[5], cum pius eorum pater et pastor locum solitudinis nactus in multa cordis amaritudine vitam deploraret adolescencie non sine culpa transactam sibique ac proli, quam in Christo genuerat, veniam postularet et graciam, excessiva quadam in
ib § 31. eum superveniente leticia, certificatus est de remissione plenaria omnium delictorum usque videlicet ad quadrantem novissimum. Raptus deinde supra se[a] ac in quoddam lumen vivificum[v] totus absortus, que circa se ac fratres futura erant luculenter aspexit, sicut ipse postmodum ordinis profectum et dilatacionem[w] per Dei clemenciam in proximo fieri debere pronuncians, ad confortacionem pusilli gregis
ib § 33. 34. familiariter reseravit. Paucis admodum elapsis diebus, quibusdam sibi coherentibus aliis, cum iam ad duodenarium excrevissent, disposuit[x] Domini famulus cum illo simplicium cetu apostolice sedis adire presenciam, ut preostensam sibi a Domino normam vivendi, quam et brevi sermone conscripserat, suppliciter et instanter exposceret eiusdem sacratissime sedis auctoritate plenaria confirmari[6]. Properante itaque ipso cum sociis iuxta propositum comparere conspectui summi pontificis, domini scilicet[7] Inno-

a) *deest B* 2. b) *sic codd.; Fortia recte emend.* ulcere. c) legis *A*. d) ass. sibi *B* 2. e) gl. virg. *B* 2. f) relictas *B* 2. g) reparare *A*. h) *sic A. Bon.*; reformanda *B* 2. i) facta ad eum *B* 2. k) rep. d. D. *B* 2. l) qua *A*. m) q̃ *A*. n) euuangelia *B* 2. o) nec peram *om. B* 2. p) prefata *B* 2. q) *deest codd.* r) reiecit dep. *B* 2. s) in *codd.*; spiritu Chr. in flamma *mste Fortia.* t) itaque *add. B* 2. u) reg. fratrum minorum *B* 2. v) magnificum vivificum *B* 2; micandum *Bonav.* w) dilacionem *A. B* 2, *eadem manu corr.* dilatationem *B* 2. x) *sic A. Bon.*; decrevit et disp. *B* 2. y) videlicet *B* 2.

1) *lingua Francorum* Bonav. l. l. 2) Ibid. p. 747: *ad septenarium numerum* Bonav. § 31. 6) Cf. *longius a civitate distantem*; Vita auct. Thoma c. III, Thomae Vitam Franc. c. V, l. l. p. 692; Vitam trium § 21. l. l. p. 689. 3) S. Mariae de Angelis in loco sociorum c. IV, l. l. p. 736.
qui Portiuncula dicebatur. 4) Matth. 10, 9. 10.

cencii tercii, provenit eum dignacione elementie Dei virtus et sapiencia, Christus, suum per visionem commonefaciendo vicarium, ut supplicanti pauperculo et placitum daret auditum et benignum preberet assensum. Vidit namque in sompnis pontifex ipse Romanus Lateranensem basilicam ruine fore iam proximam, quam quidam homo pauperculus, modicus et despectus, proprio dorso summisso[a], ne caderet, sustentabat. Cum igitur in famulo Dei suis comparente conspectibus sapiens contemplaretur antistes simplicis animi puritatem, mundi contemptum, paupertatis amorem, propositi perfecti constanciam, animarum zelum ignitumque voluntatis sancte fervorem: 'Vere', inquit, 'hic ille est, qui opere ac doctrina Christi substentabit[b] ecclesiam'. Proinde ad ipsum precipuam ex tunc devocionem concipiens, ad peticionem eius per omnia se inclinans, approbavit regulam, dedit de penitencia predicandi mandatum; postulata tunc cuncta concessit ac plura se concessurum in posterum liberaliter repromisit. Bonav. c. 3, § 34.

Cap. XLI. De primis predicationibus sancti Francisci[c].

Fretus exinde gracia superna Franciscus summique auctoritate pontificis cum fiducia multa versus vallem Spoletanam iter arripuit, ut perfectionis ewangelice veritatem, quam mente conceperat et professione devoverat, facto perficeret et verbo doceret. Mota quoque cum sociis questione huiusmodi, utrum inter homines conversari an ad loca solitaria se conferre deberent, cum per oracionis instanciam divinum super hoc beneplacitum requisissent, superne revelacionis illustratus oraculo intellexit se ad hoc missum a Domino, ut Christo lucraretur animas, quas dyabolus conabatur auferre. Ideoque magis omnibus quam sibi soli vivere preeligendum esse decernens, recollegit se in quodam tugurio derelicto secus Assisium[1], ut ibi secundum sancte paupertatis normam in omni religionis districtione cum fratribus viveret et verbum Dei pro loco et tempore populis predicaret. Factus igitur ewangelicus preco civitates circuibat et castra, non in doctis humane sapientie verbis, sed in virtute spiritus annuncians regnum[d] Dei, Domino dirigente loquentem revelacionibus previis[e] et sermonem confirmante sequentibus signis. Cum enim semel, ut sibi moris erat, pervigil in oracione persisteret corporaliter[f] absentatus a fillis, circa mediam noctis horam, quibusdam e fratribus quiescentibus, quibusdam orantibus, curros igneus miri splendoris, super quem residebat, et globus ad modum solaris aspectus lucidus per hostiolum habitaculi fratrum ipsorum ingrediens huc atque illuc per domicilium tercio se convertit. Ad cuius mirabilem et preclarum contuitum stupefacti sunt vigilantes, excitati simul et exterriti dormientes, nec minus senserunt cordis claritatem quam corporis, dum ex virtute[g] mirandi luminis[h] alterius alteri consciencia nuda fuit. Intellexerunt namque concorditer omnes, videntibus invicem universis in cordibus[i] singulorum, sanctum patrem Franciscum in tali transfiguratum effigie sibi demonstratum a Domino, tanquam qui in spiritu veniens et virtute Helie spiritualis esset milicie princeps effectus, ut currus Israel et auriga eius. Reversus nempe vir sanctus ad fratres cepit confortare illos de ostensa eis celitus visione, cepit et conscienciarum ipsorum secreta rimari necnon et futura predicere adeoque coruscare miraculis, ut patenter claresceret duplicem Helie spiritum in tanta super eum plenitudine quievisse, quod post ipsius doctrinam et vitam erat omnibus proficisci tutissimum. ib. c. 4, § 39. ib. § 40. ib. § 41. ib. § 43. ib. § 44. 4. Reg. 2, 12.

Cap. XLII. De quibusdam nobilibus[k] personis ad ordinem beati[l] Francisci conversis.

Religiosus[m] quidam tunc[n] temporis de ordine Crucifferorum Moritus nomine in hospitali quodam prope Assisium languore[o] tam gravi tamque prolixo laborans, ut crederetur morti iam[p] proximus, viro Dei supplex factus per nuntium postulabat instanter, ut pro se ad Deum intercedere vellet. Cui vir pius benigne assencions, oracione premissa, panis micas accepit et cum oleo sumpto de lampade, que coram virginis ardebat altari, commiscens quasi quoddam electuarium per manus fratrum infirmanti transmisit, dicens: 'Medicinam hanc fratri nostro deferte Morito[q], qua ipsum Christi virtus non solum plene sanitati restituet, verum eciam robustum bellatorem effectum acies nostre perseverantem adiunget'. Statim autem ut antidotum illud[r] sancti Spiritus adinventione confectum eger homo gustavit, sanus exsurgens, tantum mentis et corporis a Deo vigorem obtinuit, ut paulo post viri sancti religionem ingressus longo tempore loricam portaret ad carnem et crudis duntaxat contentus cibariis nec vini poculum sumeret nec coctum aliquid degustaret. Illo quoque tempore sacerdos quidam de civitate Assisii Silvester nomine, vir utique conversacionis honeste ac simplicitatis columbine, vidit in sompnis regionem illam totam a dracone immenso circumdari, pro cuius teterrima horridaque effigie diversis, ut videbatur, mundi climatibus propinquum imminebat excidium. Contuebatur post hec crucem auream atque fulgentem procedentem ex ore Francisci, cuius summitas celos tangebat, et brachia protensa in latum usque ad mundi fines videbantur extendi, cuiusque aspectus prefulgidus draconem illum tetrum et horridum penitus effugabat. Hoc dum sibi tercio monstraretur, intellexit vir pius et Deo devotus ad hoc Franciscum destinatum a Domino, ut gloriose crucis assumpto vexillo draconis maligni robur elideret preclarisque veritatis fulgoribus tam doctrine quam vite mentes fidelium illustraret. Quod cum viro Dei et ib. c. 7, § 30.

a) summissimo *codd.* b) sustentabit *B* 2. c) *in B* 2 *huius capitis inscriptio sequenti cap. praescripta est, ubi add.:* atque fratrum suorum. d) verbum *B* 2. e) premiis *A.* f) corpore *B* 2. g) mir. virt. *B* 2. h) splendorem *add. B* 2. i) cordis *B* 2. k) notabilibus *B* 2. l) b. Fr. *om. B* 2. m) Religionis *B* 2. n) ex tunc *B* 2. o) langore *B* 2. p) mortuam *A*: moriturę *B* 2; iam morti *Vita maior.* q) Morico *h. l. A. B* 2. r) istud *B* 2.

1) *In loco qui dicitur Rugus-tortus*, Thomae de Celano Vita c. VI, § 42, l. l. p. 695.

Bonav. c. 3, § 10. fratribus narrasset[a] per ordinem, non multo post tempore mundum relinquens, vestigiis Christi beati patris exemplo sic perseveranter adhesit, quod ipsius vita in ordine auctenticam reddidit eam quam in
ib. c. 4, § 10. seculo habuerat visionem. Frater quidam Pacificus nomine, cum adhuc seculariter vivens famulum Domini repperisset apud castrum Sancti Severini predicantem in monasterio quodam, facta manu Domini super se, vidit eundem quasi duobus transversis ensibus valde fulgentibus in modum[a] crucis signatum, quorum unus a capite usque ad pedes, alius a manu in manum per pectus transversaliter tendebatur.
ib. § 11. Non noverat facie virum, sed tanto monstratum miraculo mox cognoscens, vehementer obstupuit; verborumque ipsius virtute compunctus et territus, tanquam si esset gladio spiritus ex eius[b] ore procedente transfixus, secularibus pompis omnino contemptis, beato[c] patri professione cohesit. Hic postmodum in omni religionis sanctitate proficiens, antequam fieret minister in Francia — siquidem primus ibidem ministerii gessit officium — meruit magnum Thau in fronte Francisci videre, quod colorum varietate distinctum faciem ipsius miro venustabat ornatu. Hoc quippe signum vir Dei magno venerabatur affectu, frequenti commendabat eloquio, actionum premittebat iniciis, et in[d] eis, quas dirigebat ex caritate, litterulis[e] manu propria subscribebat, tanquam si ipsius studium foret iuxta propheticum dictum signare
Ez 9, 4. Thau super frontes gemencium et dolencium, ad Christum Iesum veraciter conversorum.

Cap. XLIII. De austeritate et penitentiis[f] beati Francisci.

ib. c. 5, § 11. Insignis sectator crucifixi Iesu, vir Dei Franciscus, a sue conversionis primordiis tanta discipline rigiditate carnem[g] crucifigebat conviciis[h] motusque sensuales tam stricta frenabat modestie lege, ut vix necessaria sumeret sustentationi nature; nam cocta[i] cibaria sanitatis tempore vix admittebat et raro, admissa vero aut commixtione cineris interdum faciebat amara aut aquei superinfusione liquoris utplurimum reildebat insipida. Quam[k] vero districtam in potu parcitatem servaverit, carnem suam a vino[l] abstrahens, ut transferret animum ad sapientie lucem, hinc liquido valemus advertere, quod
ib. § 9. et de aqua frigida, cum sitis estuabat ardore, vix audebat ad sufficienciam bibere. Nuda humus
ib. § 10. ut sepius lectus erat lassato corpusculo, cervical lapis vel lignum, vestisque simplex, rugosa et hispida tegumentum, pro eo quod experiencia certa didicerat[m] hostes malignos duris et asperis in fugam con-
ib. § 10. verti, delicatis autem et mollibus ad temptandum forcius animari. Rigidus in disciplina, super custodiam[n] suam invigilabat attentius, curam gerens precipuam de impreciabilis custodicione thesauri, castitatis videlicet, in fictili vase, quod et possidere studebat in sanctitudinis honore per utriusque hominis integerrimam puritatem. Quapropter circa conversionis principia, tempore hiemalis algoris spiritu fortis et fervidus in foveam glacie aut nive repletam se ipsum plerumque mergebat, ut et domesticum hostem sibi subigeret perfecte et candidum vestimentum mundicie a voluptatis incendio preservaret. Tanta quoque per exercitaciones huiusmodi fulgere cepit in sensibus venustate pudoris, ut plenum iam carnis
1 Cor 11, 3. dominium[o] assecutus fedus cum oculis pepigisse videretur, quod non solum carnalem aspectum procul refugeret, sed et curiosum vanitatis cuiuscumque contuitum omnino caveret.

Cap. XLIIII. Quod[*] beatus Franciscus, licet in oculis corporalibus pateretur, tamen consilio medici non acquievit.

ib. c. 6. Verum licet cordis et corporis puritatem adeptus sanctificationis quodam modo proximaret ad apicem, non cessabat tamen lacrimarum imbribus iugiter oculos expiare mentales, celestium claritatum concupiscendo mundiciam et corporeorum luminum parvipendendo[p] iacturam. Cum enim ex continuo fletu infirmitatem oculorum incurrisset gravissimam, suadente medico, quod abstineret a lacrimis, si corporei visus cecitatem vellet effugere, nequaquam assensit, malle se asserens corporalis visus lumen amittere quam lacrimas, quibus oculus emundatur interior, ut Deum videre prevaleat, repressa devocione spiritus impedire. Erat quoque vir Deo devotus[q] lacrimarum irrigua celesti quadam iocunditate serenus tam mente quam facie, utpote qui pro conscientie sancte nitore tanta profusus erat unctione
2 Cor 5, 13 feticie, ut et mente ante[r] Deum excederet et in cunctis operibus manuum eius iugiter exultaret. Omnium virtutum custos et decor humilitas adeo[s] virum Dei sui iuris effecerat, ut, quamvis multiplex in eo fulgeret prerogativa virtutum, hec tamen in ipso tanquam in minorum minimo precipuum videretur assecuta dominium. In propria quidem reputatione, qua se fatebatur maximum peccatorum, prorsus nil erat nisi fictile quoddam et sordidum vasculum, cum in veritate vas esset sanctificationis electum, multiformis virtutis et gracie adornacione prefulgidum et sanctitudine dedicatum. Studebat quidem summ-
ib. c. 6, § 75 opere in oculis suis aliorumque vilescere, defectus in se latentes publica confessione detegere donaque datoris pectoris archano celare, ut nequaquam pateret glorie, quod occasio poterat esse ruine. Sane
ib. § 76. ut perfecte humilitatis omnem impleret iusticiam, seipsum adeo studuit non solum superioribus, verum etiam inferioribus subdere, quod et socio itineris quantumlibet simplici obedienciam promittere solitus erat, ut non tanquam prelatus ex auctoritate preciperet, sed tanquam minister et servus etiam subditis ex humilitate pareret.

[*] Quod ferrum candens impressum ab aure usque ad supercilium non sentit *A*; *cf. infra p.* 253, *n.* **.

a) signum *B* 2. b) *deest B* 2. c) patris beati professioni coadhesit *B* 2. d) meis *A*. e) littery *B* 2. f) penitentia *B* 2. g) carne *A*. h) cum vitiis *B* 2. i) coces *A*. k) Quod *B* 2. l) abstinens et *add. B* 2. m) didicerat *A*. n) suam cust. *B* 2. o) dominicum *A*. *B* 2. p) parvipendo *A*. q) vir *iterum add. A*. *B* 2. r) an *B* 2. s) a deo *A*.

Cap. XLV. Quod beatus Franciscus paupertatem evangelicam nitebatur assequi.

Sociam quoque sancte humilitatis paupertatem excelsam perfectus Christi sectator caritate sibi studuit sic desponsare perpetua, quod non solum pro ea patrem matremque reliquit, verum etiam que habere potuit universa dispersit. Nemo tam auri quam iste cupidus paupertatis, nec thesauri custodiendi sollicitior ullus quam iste huius evangelice margarite, cum et a principio religionis usque ad mortem tunica, corda et femoralibus dives, in sola videretur gloriari penuria et egestate gaudere. Si quando enim pauperiorem se quempiam secundum exteriorem habitum cerneret, semetipsum protinus arguens[a] excitabat ad simile, tanquam si eunula paupertate concertans[b] vinci se in illo spiritus quadam nobilitate timeret. Etenim, quia ipsam ut arram hereditatis eterne et omnibus caducis prelulerat, falaces divicias velut feodum ad horam concessum nil reputans, hanc[c] pro opibus magnis amabat et in ea cunctos optabat excedere, qui ex eadem didicerat inferiorem se omnibus reputare. Excrevit preterea vir Dei per altissime paupertatis amorem in sancte[d] simplicitatis tam opulentas divicias, ut, cum nichil prorsus haberet inter mundalia proprium, in ipso tamen mundi huius auctore omnium possessor videretur esse bonorum. Dum enim oculorum acie, columbina simplicitate[e] videlicet, mentis intentione puroque speculationis contuitu omnia in summum referebat opificem ipsumque factorem recognoscebat, amabat et laudabat, in omnibus superna fiebat largitione clementie, ut omnia in Deo et Deum in omnibus possideret. Consideratione quoque prime originis omnium creaturas, quantumlibet modicas, fratris vel sororis appellabat nominibus, tamquam ab uno secum exeuntes principio, quamquam illas viscerosius complexaretur et dulcius, que Christi mansuetudinem piam similitudine naturali pretendunt et scripture significatione figurant. Quamobrem supernaturali fiebat influente virtute, ut natura brutorum pio quodam modo moveretur ad ipsum, sed et sensu carentia parerent ad placitum, ac si idem vir sanctus, ut simplex et rectus, ad statum iam foret innocentie reformatus.

Bonav. c. 7, § 87.

ib. § 94.

ib. § 95.

ib. c. 8, § 109.

Cap. XLVI. De perfecta caritate beati Francisci.

Pietatis quoque dulcedo tanta plenitudinis copia in Domini famulum a misericordie fonte manaverat, ut ad miserabilium personarum relevandas miserias viscera videretur gestare[f] materna et cum eis clementiam haberet ingenitam, quam superinfusa Christi pietas duplicabat. Itaque liquescebat animus eius ad infirmos et pauperes, et quibus non poterat manum, exhibebat affectum, pro eo quod quicquid penurie, quicquid defectus cernebat in aliquo, pii cordis dulcedine regerebat in Christum; cumque in pauperibus cunctis effigiem Christi conspiceret, si qua etiam necessaria vite sibi collata fuissent, eis occurrentibus non solum liberaliter conferebat, verum etiam, acsi illorum propria essent, iudicabat esse reddenda. Nulli prorsus rei parcebat, nec mantellis nec tunicis nec libris nec etiam paramentis altaris, quin omnia haec, dum posset, largiretur egentibus, cupiens, ut perfecte pietatis impleret officium, etiam superimpendere semetipsum. Zelus fraterne salutis ex caritatis fornace procedens ut gladius acutus et flammeus adeo Francisci pertransiit intima, ut vir iste zelotes totus videretur et emulationis ardore succensus et compassionis meróre plagatus. Siquidem animas Christi Iesu sanguine precioso redemptas cum cerneret inquinari aliqua sorde peccati, miro doloris[g] confossus aculeo tanta miserationis teneritudine deplorabat, ut eas tanquam mater in Christo parturiret. Hinc sibi in oratione luctamen, in predicatione discursus, in exemplis dandis excessus, pro eo quod non sè Christi putaret amicum, nisi animas foveret, quas ille redemit. Propter quod, licet innocens eius caro, que se iam[h] sponte subdebat spiritui, nullo propter offensas egeret flagello, tamen exempli causa penas illi renovabat et onera, custodiens propter alios[i] vias duras, ut illius perfecte subsequeretur vestigia, qui pro aliorum salute tradidit in mortem animam suam. Caritatis quoque perfecte fervorem, quo sponsi amicus ferebatur in Deum, ex hoc potissimum quis[k] valet[l] advertere, quod per martyrii flammam seipsum ut hostiam vivam Domino peroptabat offerre. Tribus namque vicibus[m] ob hoc versus partes infidelium iter aggressus, sed bis[n] divina dispositione prohibitus, tercia tandem vice post multa obprobria, vincula, verbera et labores innumeros ad conspectum soldani Babylonie, Domino deducente, perductus[o] in tam[p] efficaci ostensione spiritus et virtutis evangelizavit Iesum, ut admiraretur ipse soldanus et nutu divino in mansuetudinem versus benignum ei preberet auditum. Cernens quidem in eo fervorem spiritus, constantiam animi, contemptum vite presentis efficaciamque divini sermonis, devotionem tantam[q] concepit ad ipsum, ut magno cum[r] honore dignum[s] duceret, munera preciosa offerret et ad secum trahendam morum instanter invitaret. At vero mundi suique contemptor oblata omnia spernens ut lotum seque conspiciens assequi non posse suum propositum, postquam ad id obtinendum sine fictione peregit quod potuit, ad partes fidelium revelatione premonitus remeavit. Sicque factum est, ut Christi amicus mortem pro ipso viribus totis exquireret et tamen nullatenus inveniret, quo et merito non careret optati martyrii et insignicndus servaretur in posterum previlegio singulari.

ib. c. 9, § 178.

Ps. 16, 4.

ib. § 122.

1219.

ib. § 138.

a) *ita A. Vita maior*; exc. arg. *B* 2. b) *ita Vita maior*; comitens *A*; convertens *B* 2; *em. Fortia.* c) hac *B* 2. d) sanctissime *B* 2. e) simplici *A*. f) habere *B* 2. g) coloris *A*; caloris *B* 2. h) eius *add. B* 2. i) *sic Vita maior*; alias *A. B* 2. k) quisquis *emendandum videtur.* l) valeat *B* 2. m) perductus vitam *A. B* 2. n) magnam *B* 2. o) bon. eum *B* 2. p) *deest B* 2.

1) Cf. Bonav. V. Franc. § 133, Oct. II, p. 767. 2) Ib. § 129. 132. 3) Cf. Bonav. V. S. Franc. § 133—137.

Cap. XLVII. Quod beatus Franciscus solitudines et ecclesias derelictas frequentabat*.

Bonav. c. 10. § 139. Sentiens Christi servus corpore se peregrinum a Domino, cum ad terrena foris desideria per Christi amorem totus insensibilis essét effectus, ne foret absque consolatione dilecti, sine intermissione
ib. § 140. orando spiritum Deo contendebat exhibere presentem. Nam ambulans et sedens, intus et foris, labo-
ib. § 141. rans et vaccans, adeo erat orationi[a] in mente[b] intentus, ut illi videretur quicquid erat in eo non solum cordis et corporis, verum etiam operis et temporis dedicasse. Suspendebatur multociens tanto devo-
ib. § 142. tionis excessu, ut supra semetipsum raptus et ultra humanum sensum aliquid sentiens, quid circa se ageretur exterius, omnino nesciret. Ut autem quietius spiritualium consolationum immissiones susci-
ib. § 143. perel, ad solitudines [et[c]] ecclesias derelictas oraturus nocte pergebat, quamvis et ibi pugnas demonum horribiles senserit, qui secum confligentes quasi manu ad manum nitebantur ipsum ab orationis studio perturbare. Verum illis ferventium precum infatigabili virtute fugatis vir Dei solitarius remanens et pacatus, nemora replebat gemitibus, loca spargebat[d] lacrimis, pectora manu tundebat et quasi occultius secretarium nactus nunc respondebat iudici, nunc supplicabat patri, nunc colludebat sponso, nunc colloquebatur amico; ibi[e] visus est nocte orans, manibus et brachiis ad modum crucis protensis, toto corpore sublevatus a terra et nubecula quadam fulgente circumdatus, ut illustrationis et elevationis mirabilis intra mentem mira circa corpus cum elevatione facta perlustratio testis esset.

Cap. XLVIII. Quod** beatus Franciscus intelligentiam[f] sacre scripture, quam ex peritia humana non habuit, ex divina revelatione accepit.

ib. Huiusmodi quoque sursum actionum supernaturali virtute, sicut certis est comprobatum indiciis, incerta sibi et occulta divine sapientie pandebantur[g], quamvis illa non vulgaret exterius, nisi quantum
ib. c. 11, § 154. fraterne salutis urgebat zelus et superne revelationis dictabat instinctus. Ad tantam[h] quippe serenitatem indefessum[i] orationis studium cum continua exercitatione virtutum virum Dei perduxerat, ut, quamvis sacrarum litterarum peritiam non habuerit per studium eruditionis humane[k], lucis tamen eterne irradiatus fulgoribus scripturarum profunda limpido intellectus scrutaretur acumine. Prophetarum etiam spiritus multiplex in tam[l] multiformis plenitudine gracie requievit in eo, ut ipsius virtute mirifica se vir Dei presentem aliquando exhiberet absentibus noticiamque certam haberet longe distantium, secreta quoque prospiceret cordium necnon et futurorum pronunciaret eventus, sicut multiplicium exemplorum
ib. c. 4, § 53. evidentia comprobat, ex quibus aliqua subscribuntur. Cum enim tempore quodam vir sacer Anthonius, tunc quidem predicator egregius, nunc autem confessor Christi preclarus, de titulo crucis: *Iesus Nazarenus, rex Iudeorum*, eructans melliflua in quodam capitulo provinciali apud Arelate fratribus predicaret, vir Dei Franciscus, qui tunc in remotis agebat, ad hostium capituli in aero sublevatus apparuit. Qui et extensis velut in cruce manibus fratribus benedicens tam multimoda illos spiritus consolatione replevit, ut certa[m] eis[n] intra semetipsos spiritus testificatione[o] constaret apparitionem illam mirabilem celesti preditam fuisse virtute. Porro, quia id beatum patrem non latuit, patenter ex hoc ipso clarescit, quam[p] pervius spiritus eius luci sapientie foret eterne, que omnibus nobilibus[q] nobilior est, et attingens ubique propter sui mundiciam in animas sanctas se transfert et Dei amicos et prophetas constituit.

Cap. XLIX. Quod*** beatus Franciscus fuit plenus spiritu prophetie.

ib. c. 11, § 166. [1] Apud[r] Sanctam Mariam de Portiuncula intrantibus fratribus semel ex more capitulum, cum unus ex eis defensionis cuiusdam tectus palliolo se discipline non subderet, videns hoc vir sanctus in spiritu, qui in cella tunc orans sequester et medius erat inter eosdem fratres et Deum, vocari fecit ad se unum ex ipsis, cui et dixit: 'Vidi, frater, diabolum super illius fratris inobedientia dorsum, collum eius tenentem astrictum, qui tali sessore subactus obedientie freno spreto instinctus illius sequebatur habenas. Vade igitur et dic fratri, ut obedientie sancte collum sine mora submittat[s]'. Cum et ille hoc suggerat fieri, ad cuius precum instantiam demon ille confusus abscessit, monitus per internuntium frater com-
ib. § 164. punctionis concepto spiritu ac veritatis luce percepta coram viri sancti vicario in faciem procidit, se ipsum culpabilem recognovit, veniam petiit, disciplinam suscepit et pertulit, ac deinceps per omnia humiliter obedivit. Cum autem in Monte maneret Alverne cella reclusus, unus ex sociis magno desiderio cupiebat habere de verbis Domini aliquid scriptum manu ipsius breviter annotatum; gravem enim, qua vexabatur, tentationem, non carnis, sed spiritus, credebat evadere vel certe levius[t] ferre. Tali desiderio languens anxiabatur[u] interius, quia, cum esset humilis, pudoratus et simplex, verecundia victus,

*) et ibidem cum demonibus confligebat *add. B* 2.

**) Quod beatus Franciscus absens aliquando se tanquam presentem[v] exhibuit *B* 2.

***) Qualiter sanctus Franciscus habuit notitiam cuiusdam fratris inobedientis *B* 2.

a) oratorum *A*. b) mentis *A*. c) *ita Vita maior; deest codd.* d) spergebat *A*. e) ubi *B* 2. f) intelligentia? *A*. g) pend. *B* 2. h) tandem *B* 2. i) indefensum *A*. k) *deest B* 2. l) mult. vitam *A*, *B* 2. m) circa *A*, *B* 2. n) eos *B* 2. o) contestatione constare *B* 2. p) per quam *codd.*; per quam viam *perperam Fortia*. q) mobilibus *codd.*? r) summittat *B* 2. s) lenius? *A*. t) anxiebatur *B* 2. u) presen *B* 2.

1) *Quodam namque tempore vicarius suus tenebat capitulum, ipse vero in cella orans sequester erat et medius inter fratres et Deum. Cum igitur unus* etc. Bonav. V. maior.

reverendo patri rem pandere non audebat. Sed cui homo non dixit, spiritus revelavit: portari namque sibi iussit a fratre predicto atramentum et cartam, laudesque Domini iuxta fratris desiderium cum ipsius benedictione propria manu conscribens, eidem quod scripserat liberaliter obtulit, et omnis illa temptatio prorsus abcessit. Ipsa quoque litterula reservata in posterum remedia sanitatis quamplurimis contulit, ut ex hoc claresceret omnibus, quanti meriti coram Deo scriptor ipsius extiterit, qui tante virtutis efficaciam in cedula conscripta reliquit. Bonav. c. 11, § 161.

Cap. L. Quod* beatus Franciscus spiritu[a] prophetie videbat cuiusdam[b] [graciam[c]] et cuiusdam punitionem.

Alio quoque tempore mulier quedam nobilis Deo devota virum sanctum fiducialiter adiens, postulabat obnixe, ut pro viro suo sibi valde crudeli, quem adversarium patiebatur in servicio Christi, apud Dominum intercedere vellet, quod ipsius cor durum larga sue gracie infusione molliret. Quo audito vir sacer et pius sacris eam in bono roboravit eloquiis, consolationem, quam optabat, sibi de proximo affuturam asseruit, finaliterque mandavit, quod viro illi ex parte Dei denuntiaret et sui nunc tempus esse clementie, postmodum equitatis. Credidit mulier sermoni, quem ei dixerat Domini servus, et benedictione accepta domum cum festinatione revertens, occurrenti sibi viro prefatum[d] narravit eloquium, indubitanter exspectans optatum impleri promissum. Confestim autem, ut auribus illius sermo insonuit, cecidit super eum spiritus gracie, adeo cor illius emolliens, ut et coniugem devotam libere Deo ex tunc famulari permitteret et se una cum ipsa pariter Domino serviturum offerret. Sundento igitur sancta uxore pluribus annis celibem vitam agentes, eodem die mulier mane, vir vespere migraverunt ad Dominum, hec quidem ut matutinum, ille vero ut sacrificium vespertinum. Tempore quo Domini famulus Reate iacebat infirmus, ib. § 158. prebendarius quidam nomine Gedeon, lubricus et mundanus, infirmitate gravi correptus et lectulo decubans, cum ad eum fuisset delatus, lacrimose rogabat cum simul astantibus, ut ab ipso crucis signaculo signaretur. Ad quem ille: 'Cum olim vixeris secundum desideria carnis, non veritus iudicia Dei, non propter te, sed propter devotas intercedentium preces signo te crucis hoc modo signabo, ut tibi ex nunc pro certo insinuem, quod sis graviora passurus, si ad vomitum redieris liberatus'. Signo itaque crucis super eum facto a capite usque ad pedes, insonuerunt ossa renum eius audientibus cunctis, veluti cum manu ligna sicca franguntur, statimque is qui contractus iacuerat surrexit sanus, et in laudem Dei prorumpens: 'Ego', inquit, 'sum liberatus'. Paucis autem interlapsis temporibus, cum Dei oblitus, impudicicie corpus reddidisset et sero quodam cenasset in hospicio cuiusdam canonici, nocteque illa dormiret ibidem, tectum domus super omnes subito corruit et illum solum, ceteris mortem evadentibus, interemit; sicque factum est, ut simul in hoc uno eventu patesceret, quam sit severus ingratis zelus divine iusticie, quamque verax et certus in dubiis fuerit, qui Franciscum repleverat, spiritus[e] prophetie. Eo quoque tempore, quo post reversionem suam de ultra mare Celanum[f] predicaturus accessit, miles quidam supplici eum devotione cum instantia magna invitavit ad prandium et quasi coegit invitum. Ante vero quam cibum sumerent, vir mente devotus iuxta solitum morem offerens Deo preces et laudes, vidit in spiritu viro illi mortis in proximo imminere iudicium, menteque suspensus oculis stabat elevatis in celum. Oratione tandem completa benignum hospitem traxit in partem mortemque illi vicinam predixit, ut confiteretur, admonuit et ad bonum quantum valuit animavit. Acquievit homo continuo beati viri sermonibus, socioque illius universa peccata in confessione detexit, domum disposuit, divino se miserationi commisit, ad suscipiendam mortem se quantum potuit preparavit. Igitur dum alii refectionem corporis sumerent, miles, qui sanus videbatur et fortis, subito spiritum exalavit iuxta verbum hominis Dei, repentina quidem morte sublatus, armis tamen penitentie per eiusdem spiritum propheticum premunitus, ut et perpetuam damnationem evaderet et in eterna tabernacula iuxta promissionem evangelicam introiret. ib. § 159. ib. § 166. ib. § 157.

Cap. LI. Quod** ferrum candens impressum[f] ab aure usque ad supercilium non sentiit[g].

Aderat quidem servo suo Francisco is qui eum unxerat spiritus Domini et ipse Dei virtus et sapientia, Christus, cuius virtute flebat et gratia, ut sibi non solum incerta et occulta patescerent, verum etiam mundi huius elementa parerent. Quodam namque tempore, cum consilium daretur a medicis, et instanter suaderetur a fratribus, ut contra infirmitatem oculorum pateretur sibi per coctare subveniri remedium, humiliter vir Dei assensit, pro eo quod id non solum medela contra egritudinem corporis, verum etiam materia foret exercende virtutis. Sensu vero carnis ipsius ad conspectum instrumenti ferrei iam igne candentis naturali quodam horrore concusso, vir sanctus ignem alloqui cepit ut fratrem, in Creatoris nomine ac virtute precipiens, ut suum ei contemperaret ardorem, quo suaviter urentem sustinere valeret. Profundato autem crepitante ferro in tenera carne, et ab aure usque ad supercilium coctura protracta, vir Deo plenus exultans in spiritu: 'Laudate', inquit ad fratres, 'Altissimum, quia, ut verum fatear, nec ignis ardor molestiam intulit, nec carnis me dolor affixit'. Apud beremum sancti ib. § 168. ib. c. 12, § 178. ib. c. 5, § 87.

*) De gestis a beato Francisco gratiis erga plures *B* 2.

**) De obedientia creaturarum et condescentione divina *h. l. A, ubi inscriptio* Quod ferrum candens impressum — — sentiit *errore rubricatoris cap. XLIIII. praescripta est.*

a) spiritum *A*. b) cuiusdem? *A, ubi nonnullae voces vix legi possunt.* c) *supplevi, legi nequit in A.* d) *deest B* 2. e) spiritu *A. B* 2. f) *sic A supra p.* 250, *n.* *; compressum *B* 2. g) *sic A supra;* sensit *B* 2.

1) Celano prope lacum Fucinum BOLL.

Bonav. c. 3. § 68. Urbani[1] servo Dei egritudine gravissima laborante, cum ipse nature defectum sentiens vini poculum peteret, nichilque de vino, quod sibi dari posset, responderetur adesse, iussit aquam afferri et allatam signo crucis edito benedixit. Mox vinum efficitur optimum, quod fuit aqua pura, et quod deserti loci paupertas non potuit, sancti viri puritas impetravit. Ad eius gustum protinus tanta facilitate[a] convaluit, ut evidenter claresceret, quod optatum poculum illud a largo[b] sibi datore fuit concessum non tam ut afficiens ad saporem quam ut efficax ad salutem.

(51). **Cap. LII.[c] Quod inanimata et insensibilia sibi obediebant.**

ib. c. 7. § 100. Alio quoque tempore vir Dei ad quemdam[d] heremum transferre se volens, ut ibi liberius contemplationi vacaret, quia debilis erat, cuiusdam pauperis hominis vectabatur asello; cumque diebus estivis[e] famulum Dei vir ille sequendo montana conscenderet[f], a superioris et longioris vie itinere fatigatus nimioque sitis ardore deficiens, instanter cepit[g] clamare ac dicere, quod, nisi paululum biberet, confestim spiritum exhalaret. Absque mora vir Dei prosilivit de asino et fixis in terra poplitibus palmas tetendit ad celum, orare non cessans, donec se intellexit auditum. Oratione tandem[h] finita: 'Festina', inquit viro, 'ad petram, et illic aquam vivam reperies, quam tibi hac hora misericorditer Christus de lapide bibendam produxit'. Concurrit siciens homo ad locum ostensum bibitque aquam de
ib. c. 12. § 177. petra oratis virtute productam et poculum hausit a Deo sibi de saxo durissimo promptum. Tempore quodam, quo famulus Domini secus mare predicabat Gaiete, cum turbarum in eum pre devotione ruencium declinare vellet applausum, in unam littori inherentem naviculam prosiliit solus; illa vero, tanquam si motoris vi gubernaretur intrinseca, cernentibus et mirantibus cunctis qui aderant, sine aliquo remige longius se protraxit a terra. Cum autem aliquanto spacio maris secessisset in altum, stetit inter fluctus immobilis: tandem exspectantibus turbis in littore viro Dei predicare complacuit. Cumque audito sermone visoque miraculo ac benedictione accepta, ipso rogante, multitudo recederet, non alterius quam celestis visionis impulsu navis applicuit, tanquam si creatura factori deserviens Creatoris, perfecto cultori et sine rebellione se subderet et sine retardatione pareret.

(52) **Cap. LIII. Quod predicavit avibus[1], et quod elementa quodam modo sibi obediebant.**

ib. c. 9. § 120. Morum eo faciente tempore quodam in heremitorio Grecii, loci illius indigene malis adeo multiplicibus gravabantur, quod et grando annua[k] tempestate blada vastabat et vineas, et multitudo luporum rapacium non solum bruta, sed et homines consumebat. Sic igitur vehementer afflictis incolis omnipotentis Domini famulus benigna compatiens in publica illis predicatione promisit seque fideiussorem eis instituit, quod pestilentia illa omnis abcederet, si confessione premissa dignos penitentie fructus facere
ib. § 121. vellent. Ab illa itaque hora penitentiam ad exhortationem ipsius agentibus illis cessaverunt clades, periere pericula, nec molestie quicquam intulere lupi vel grandines; immo[l], quod maius est, si quando vicinorum arva grando pervaderet, istorum terminis appropinquans aut terminabatur ibidem aut in par-
ib. c. 12. § 174. tem aliam divertebat. Alio quoque tempore, cum predicationis causa vir Dei vallem Spoletanam circuiens appropinquasset Benanium[m. 2], ad quemdam locum devenit, in quo diversi generis avium maxima multitudo convenerat. Quas oculo pio conspiciens, irruente in se spiritu Domini, velociter cucurrit ad locum, illisque salutatis alacriter, ut verbum Dei attente audirent, silentium imperavit. Cum autem plura de beneficiis Dei creaturis collatis et laudibus ei ab ipsis reddendis loqueretur aviculis, ille modo mirabili gestientes ceperunt extendere colla, protendere alas, aperire rostra et ipsum attente respicere, tamquam si eloquiorum eius admirabilem conarentur sentire virtutem. Iuste quidem vir Deo plenus ad creaturas huiusmodi ratione carentes pio ferebatur humanitatis affectu, cum et ille versa vice tam miro modo inclinarentur ad eum, ut et instruenti attenderent et precipienti parerent et ad suscipientem cum securitate confugerent et apud retinentem sine difficultate manerent.

(53) **Cap LIIII. Quod[*] beatus Franciscus in multiplicatione elemosine sibi collate necessitati nautarum multo tempore subvenit.**

Tempore vero quo pro palma consequenda martyrii ad partes ultramarinas transire temptaverat, nec tamen id consummare valuerat maris tempestatibus prepeditus, adeo sibi astitit gubernatoris omnium dignativa provisio, ut eum cum plurimis aliis a[b] periculis mortis erueret et mirabilia opera sua circa ipsum
ib. c. 8. § 130. in profundo monstraret; nam cum de Sclavonia in Ytaliam redire proponeret et navem quamdam absque ullis omnino stipendiis conscendisset, affuit quidam in ipso ingressu pro Christi pauperculo missus a Deo, qui et secum ferret necessaria victus et cuidam timenti Deum de navi ad se vocato tribueret, ut nil
ib. § 131. omnino habentibus opportuno tempore ministraret. Verum nautis propter vim ventorum nusquam appli-

*) Quod beatus Franciscus transfretavit, ut martyrii palma posset laureari *B* 2.

a) fragilitate *A*: frugalitate *B* 2. b) dato *B* 2. c) *et hoc caput per errorem rubricatoris LI computatur B* 2, *unde sequentes quoque numeri falsi sunt.* d) quandam *recte V. maior.* e) *sic V. maior*; festivis *codd.* f) *ita V. maior*; conscendiret *A*; condescenderet *B* 2. g) *ita V. maior et B* 2 (?); incepit *A.* h) *deest B* 2. i) volucribus predicavit *B* 2. k) *ita V. maior*; anima *A*; a nimia *B* 2. l) nimio *A.* m) Benanio *V. maior.*

1) In Piceno apud Assisinates. BOLL. 2) Bevagna prov. Umbriae. BOLL.

care valentibus, omnia ipsorum sunt consumpta cibaria, sola beato viro collate desuper[a] elemosine portione modica remanente, que ad ipsius preces et merita superna faciente virtute in tantum sucrevit augmentum, ut diebus pluribus continua maris tempestate durante usque ad portum optatum, Ancone videlicet, necessitatibus omnium plene subveniret. Alio quoque tempore eodem viro Dei predicationis causa inter Lombardiam et marchiam Tervisinam iter agente cum fratre socio, iuxta Padum tenebrosa noctis supervenit obscuritas. Cumque periculis magnis et multis via foret exposita propter fluvium, palludes et tenebras, instante socio, quod in tanta necessitate supernum imploraret auxilium, vir Dei cum confidentia multa[a] respondit: 'Potens est Deus, si sue dulcedini complacet[b], tenebrarum effugata caligine sui nos beneficio luminis illustrare'. Mirum certe! Vix sermonem compleverat, et ecce lux tanta circa eos superna cepit radiare virtute, ut nocte alias existente obscura ipsi luce clara viderent non solum viam, verum etiam ex altera[c] parte fluminis plurima circumquaque. Recte quidem inter ipsas noctis tenebras fulgor preibat claritatis celestis, ut ex hoc[d] ipso patesceret involvi eos non posse mortis caligine qui directo sequuntur[e] tramite lumen vite; nam et lucis huiusmodi splendore mirabili corporaliter directi et spiritualiter[f] confortati usque ad locum hospicii per non modicum vie spacium cum divinis ymnis et laudibus pervenerunt. O vere preclarum et admirabilem virum! cui suum ignis ardorem contemperat, aqua saporem commutat, habundans poculum petra propinat, inanimata deserviunt, mansuescunt immitia, et irrationabilia studiose intendunt, ipse quoque Dominus omnium sua benignitate obedit ad votum, dum et liberalitate preparat cibum et lucis prebet claritate ducatum, ut sic ei tamquam viro sanctitatis eximie et omnis creatura subserviat et ipse Creator omnium condescendat.

Bonav. c. 9, § 131.

ib. c. 6, § 70.

Cap. LV. De stigmatibus sacris. (54)

Fidelis revera famulus et minister Christi Franciscus, biennio antequam spiritum celo redderet, cum in loco excelso seorsum, qui Mons Alverne[1] dicitur, quadragenarium ad honorem archangeli Michaelis ieiunium inchoasset, superne contemplacionis dulcedine habundantius solito superfusus ac celestium desideriorum ardentiori flamma succensus, supernarum cepit immissionum cumulatius dona sentire. Dum igitur seraphicis desideriorum ardoribus sursum ageretur in Deum et affectus compassiva teneritudine[f] in eum transformaretur, cui ex caritate nimia crucifigi complacuit, quodam mane circa festum exaltationis sancte crucis in latere montis orans vidit quasi speciem unius Seraph sex alas tam fulgidas quam ignitas habentem de celorum sublimitate descendere. Qui volatu celerrimo ad aeris locum viro Dei propinquum perveniens, non solum alatus, sed et crucifixus apparuit, manus quidem et pedes habens extensos et cruci affixos, alas vero sic miro modo hinc inde dispositas, ut duas supra caput erigeret, duas ad volandum extenderet, duabus vero reliquis totum corpus complectendo velaret. Hoc videns vehementer obstupuit, mixtumque dolori gaudium mens eius incurrit. Dum in gracioso Christi aspectu tam mirabiliter quam familiariter apparentis excessivam quamdam concipiebat leticiam et dira conspecta crucis affixio ipsius animam compassivi doloris gaudio[g] pertransibat, intellexit quidem, illo docente interius qui et apparebat exterius, quod, licet passionis infirmitas cum immortalitate spiritus seraphici nullatenus conveniret, ydeo tamen huiusmodi visio suis fuerat presentata conspectibus, ut amicus ipse Christi prenosceret[h] se non per martyrium carnis, sed per incendium mentis[i] totum totum in Christi[k] Iesu crucifixi expressam similitudinem transformandum. Disparens igitur visio post archanum et familiare colloquium mentem illius seraphico interius inflammavit ardore, carnem vero crucifixo conformi exterius insignivit effigie, tamquam si ad ignis liquefactivam virtutem preambulam sigillativa quedam esset impressio subsecuta.

(54)

ib. c. 13, § 138.

ib. § 189.

ib. § 191.

Sept. 14.

ib. § 192.

ib. § 193.

Cap. LVI. Descriptio* stigmatum[l] beato Francisco impressorum. (55)

Statim namque in manibus eius et pedibus apparere ceperunt signa clavorum, ipsorum capitibus in interiori parte manuum et superiori pedum apparentibus, et eorum acuminibus existentibus ex adverso. Erantque clavorum capita in manibus et pedibus rotunda et nigra, ipsa vero acumina oblonga, retorta et repercussa, que de ipsa carne surgentia carnem reliquam excedebant. Siquidem repercussio ipsa clavorum sub pedibus adeo prominens erat et extra protensa, ut non solum plantas solo[m] libere applicari non sineret, verum etiam intra curvationem arcuum[n] ipsorum acuminum faciliter inniti valeret digitus manus, sicut et ab eis ipse accepi qui oculis propriis conspexerunt. Dextrum quoque latus, quasi lancea transfixum, rubra cicatrice obductum erat, quod sepe sanguinem sacrum effundens tunicam et femoralia in tanta copia respergebat, ut postmodum fratres socii ea lavantes pro tempore indubitanter adverterent, quod, sicut in manibus et pedibus, sic et in latere famulus Domini expresse haberet impressam similitudinem crucifixi. Cernens autem vir Deo plenus, quod stigmata carni tam luculenter impressa socios familiares latere non possent, timens nichilominus publicare Domini sacramentum, in magno positus fuit[a] dubitationis agone, utrum quod viderat diceret aut taceret. Compulsus tandem conscientie stimulo qui-

*) Quod in manibus et pedibus signa clavorum et in dextro latere vulnus apparuerunt *B* 2.

a) *deest B* 2. b) complaceat *B* 2. c) alia *B* 2. d) eo *B* 2. e) sequitur *B* 2. f) temeritudine *B* 2. g) *ita codd. et Vita maior*; gladio *Boll. et Fortia*. h) prenoscet *B* 2. i) tot. ment. *B* 2. k) I. Chr. *B* 2. l) stigmatorum *A*. m) solo — sineret *om. B* 2. n) arculem *codd.*; sciem *Fortia*.

1) Monte Alverno in Tuscia. BOLL.

Bonav. c. 13, § 193. ib. § 195. busdam ex fratribus intimioribus sibi cum multo timore seriem retulit visionis prefate, addens, quod is qui sibi apparuerat aliqua dixerit, que nunquam, dum viveret, alicui hominum aperiret. Postquam igitur verus Christi amor in eandem ymaginem transformavit amantem, quadraginta dierum numero, iuxta quod
Sept. 29. decreverat, in monte illo solitudinis consummato, superveniente quoque solemnitate archangeli[a] Michaelis, descendit angelicus vir[b] Franciscus, de monte secum ferens crucifixi effigiem, non in tabulis lapideis vel ligneis manu figuratam artificis, sed in carneis membris descriptam digito Dei vivi.

(56) ## Cap. LVII. De miraculis sacrorum vulnerum beati Francisci.

Porro, licet vir sanctus et humilis sacra illa signacula omni diligentia studeret abscondere, Domino tamen complacuit ad gloriam suam mirabilia quedam apta per illa monstrare, ut, dum illorum vis occulta
ib. § 197. per signa clara patesceret inter densas caliginosi seculi tenebras, ut sidus prefulgidum radiaret. Nam et circa Montem Alverne prefatum, antequam vir sanctus ibidem moram traxisset, nube obscura ex ipso monte surgente grandinis violenta tempestas fructus terre consuetudinarie devastabat. Verum post illam apparitionem felicem non sine incolarum admiratione ac gaudio grando consueta cessavit, ut celestis illius visionis excellentiam et stigmatum ibidem impressorum[c] virtutem servata preter morem ipsa celi facies
ib. § 196. declararet. Illo quoque tempore in provincia Reatina pestis valde gravis invaluit, que oves et boves in tantum cepit invadere, ut viderentur pene omnes irremediabili morbo languere. Vir autem quidam timens Deum nocte fuit per visionem commonitus, ut ad heremitorium fratrum, in quo beatus pater tunc moram trahebat, festinanter accederet loturamque manuum et pedum ipsius impetraret a sociis ac super animalia languida spargeret, et sic pestis omnis[d] illa cessaret. Quod cum vir ille diligenter implesset, tantam illi que sacras contigerat plagas contulit Deus aque virtutem, ut, dum ipsius aspersio languentes greges vel modicum attigisset, omnem illam pestilentie plagam repelleret, pristinoque recuperato vigore ad pastum animalia recurrerent[e], tanquam si nil mali penitus ante sensissent[f].

(57) ## Cap. LVIII. Exempla de efficacia vulnerum beati[g] Francisci.

Denique tam miram ex tunc consequute sunt manus ille virtutem, ut suo contactu salvifico et validam redderent[h] sospitatem egrotis et vivacem sensum paraliticis iam membris et aridis et, quod maius[i] hiis omnibus est, vitam inculumem letaliter sauciatis. Nam, ut de pluribus eius prodigiis duo quedam
ib. c. 16, § 230. anticipando simul et perstringendo commemorem, cum apud Irlendam[k] vir quidam Iohannes nomine, beato Francisco devotus, adeo sero quodam fuisset vulnerum atrocitate concisus, ut vix crederetur supervicturus, in crastinum apparente sibi mirabiliter patre sanctissimo et vulnera illa sacris manibus contingente, hora eadem sic integre sospitati redditus est, ut mirabilem crucis signiferum omni veneratione dignissimum omnis illa regio proclamaret. Quis enim posset sine admiratione conspicere hominem non ignotum sub eodem quasi momento temporis nunc plagis lanitum sevissimis, nunc incolumitate gaudentem? Quis sine gratiarum actione recolere? Quis denique sine devotione tam pium, virtuosum
ib. § 234. preclarumque miraculum fideli valeat mente pensare? Apud Potentiam civitatem Apulie clericus quidam nomine Rogerus, cum de sacris beati patris stigmatibus cogitaret inania, subito fuit in manu sinistra sub ciroteca[l] percussus, acsi prosilisset spiculum de balista, ipsa tamen ciroteca omnino manente intacta. Cum vero per triduum vehementis fuisset doloris cruciatus aculeo et iam mente compunctus beatum invocaret et adiuraret Franciscum per gloriosa illa sibi[d] stigmata subvenire, salutem adeo perfectam obtinuit, ut omnis dolor abcederet, nullumque remaneret omnino vestigium percussure. Ex quo luculenter apparet, qua sacra illa signacula illius fuerunt impressa potentia et predicta virtute, cuius est vulnera infligere, medelas afferre, obstinatos percutere contritosque[m] sanare. Digne quidem[n] vir iste beatus singulari hoc privilegio insignitus apparuit, cum omne ipsius studium tam publicum quam privatum circa crucem Domini versaretur; nam et mira mansuetudinis lenitas austeritasque vivendi, humilitas[o] profunda illa, obedientia prompta, paupertas eximia, castitas illibata, amara compunctio, lacrimarum profluvium, pietas[p] viscerosa, emulationis ardor, martyrii desiderium, caritatis excessus, multiplex denique christiforme prerogativa virtutum quid aliud in eo pretendunt quam assimilaciones ad Christum et preparaciones quasdam ad stigmata sacra ipsius? Propter quod a sua conversione toto ipsius vite decursu preclaris crucis Christi[q] adornato mysteriis, tandem ad conspectum sublimis Seraph[q] et humilis crucifixi totus fuit in vise forme effigiem in quadam deiformi et ignea transformatus, quemadmodum attestati sunt qui viderunt, palpaverunt, osculati sunt et tactis sacrosanctis sic fuisse et se vidisse iurantes habundanciori certitudine firmaverunt.

(58) ## Cap. LIX. De[r] transitu mortis beati Francisci.

ib. c. 14, § 205. Christo igitur iam cruci vir Dei confixus tam carne quam spiritu, non solum seraphici amoris incendio sursum agebatur in Deum, verum etiam prefervido animarum zelo transfixus, cum crucifixo Domino salutem siciebat omnium salvandorum. Et quia propter excrescentes in pedibus clavos ambulare non poterat, faciebat corpus emortuum per civitates et castella circumvehi, ut tanquam alter angelus ab ortu solis ascendens servorum Dei corda ignis divini flamma succenderet, pedes quoque in viam pacis diri-

a) Mich. arch. *B* 2. b) Dei *add.* *B* 2. c) expressorum *B* 2. d) *deest* *B* 2. e) recurrent *B* 2. f) sensisseni *B* 2. g) sancti *B* 2. h) redderet *B* 2. i) magis hiis *B* 2; maius? *A*. k) Yrl. *B* 2; Herdam *V. maior*. l) cerotheca *B* 2. m) contritos *B* 2. n) quippe *B* 2. o) prof. hum. *B* 2. p) caritas *B* 2. q) seraphim? *A*. r) De felici tr. b. Fr. *B* 2.

geret frontesque ipsorum Dei vivi signaculo consignaret. Satagebat quoque desiderio magno ad humilitatis redire primordia, ut leprosis sicut a principio ministraret corpusque iam pre labore collapsum revocaret ad pristinam servitutem. Proponebat, Christo duce, se facturum ingentia et faliscentibus[a] membris spiritu fortis et fervidus novo sperabat certamine de hoste triumphum. Sane ut parvulo Christi cumulus meritorum accresceret, que omnia vera pacientia consummat, cepit infirmitatibus variis laborare tam graviter, ut dolorosis passionum molestiis per singula membra diffusis consumptisque iam carnibus quasi sola cutis ossibus cohereret. Cumque duris[b] corporis angeretur doloribus, penales illas angustias non penas, sed sorores suas esse dicebat, tantasque in ipsarum tollerantia leta Domino laudes referebat et gracias, ut videretur assistentibus sibi fratribus, quod pro gloriatione iocunda et humili quasi Paulum aspicerent[c] et pro vigoratione imperturbabilis[d] animi alterum Iob viderent. Bonav. c. 14, § 205. ib. § 206.

Cap. LX. Exhortationes*, quas fecit, cum laboraret ad exitum mortis.

Ipse vero transitum suum longe ante prescivit, dieque obitus imminente dixit fratribus sui corporis tabernaculum deponendum in proximo, quemadmodum sibi fuerat demonstratum a Christo. Biennio itaque ab impressione sacrorum stigmatum, anno videlicet a sua conversione vicesimo, ad Sanctam Mariam de Portiuncula se deferri poposcit, ut, ubi[e] per virginem, matrem Dei, spiritum conceperat perfectionis et gracie, ibidem mortis soluto debito ad bravium perveniret retributionis eterne. Perductus autem ad lucum prefatum, ut veritatis exemplo monstraret, quod nichil erat ei commune cum mundo, in illa infirmitate tam gravi, quod omni[f] langori conclusit, super nudam humum se totum nudatum[g] deposuit, quatinus hora illa extrema, in qua poterat hostis irasci, nudus luctaretur cum nudo. Decubans sic in terra et pulvere nudatus athleta, manu sinistra dextri lateris vulnus, ne videretur, obtexit facieque serena solito more levata in celum, intendens illi glorie totus, magnificare cepit Altissimum, pro eo quod expeditus ab omnibus liber iam transiret ad ipsum. Hora denique sui transitus iam instante fecit[h] omnes fratres existentes in loco ad se vocari[i] et eos consolatoriis verbis pro sua morte demulcens paterno affectu ad[i*] divinum est hortatus amorem. Possessionem quoque paupertatis et pacis hereditaria ipsis successione relinquens et legans, ut se ad eterna protenderent ac contra mundi huius munirent pericula vigilanter, admonuit et ad crucifixi Iesu perfecte sectanda[k] vestigia omni qua potuit efficacia sermonis induxit. Circumsedentibus vero filiis coram pauperum patriarcha, cuius iam caligaverant oculi, non senectute, sed lacrimis, vir sanctus cecutiens et morti iam proximus extendit super eos manus in modum crucis, brachiis cancellatis, pro eo quod hoc signum semper amabat, et omnibus fratribus tam presentibus quam absentibus in crucifixi virtute ac nomine benedixit. ib. § 208. ib. § 209. ib. § 211. Gen. 27, 1.

Cap. LXI. De finali obitu beati Francisci. (60)

Post hec evangelium secundum Iohannem ab illo loco: *Ante diem festum pasche*, sibi legi[l] poposcit, ut in eo vocem dilecti pulsantis audiret, a quo solus eum iam carnis paries disiungebat. Tandem in eum cunctis completis misteriis orans et psallens vir beatus obdormivit in Domino, et anima illa sanctissima carne soluta in eterne claritatis abyssum absorta est. Ipsa tunc hora unus ex fratribus et discipulis eius, vir utique sanctitate famosus, animam illam felicem conspexit sub specie stelle prefulgide a candida subvectam nubecula super aquas multas in celum[m] tramite recto conscendere, utpote que conscientie candore[n] nitescens et meritorum prerogativa refulgens tam efficaciter sursum ferebatur affluentia[o] graciarum et deiformitate virtutum, ut a visione celestis lucis et glorie nec modicum retardari valeret. Minister quoque fratrum tunc temporis in Terra Laboris Augustinus nomine, vir utique Deo carus, in hora ultima positus, cum iam diu perdidisset loquelam, audientibus qui astabant subito clamavit et dixit: 'Exspecta me, pater, exspecta, ecce[p] iam venio tecum'. Querentibus autem fratribus et mirantibus, cui sic loqueretur, beatum Franciscum euntem in celum se videre asseruit, statimque hac dicto et ipse feliciter requievit. Eisdem quoque temporibus episcopus Assisinas[l] ad oratorium sancti Michaelis in monte Gargano perrexit, cui beatus Franciscus transitus sui hora iocundus[q] apparens mundum dixit se relinquere et ad celum cum exultatione transire. Mane surgens episcopus sociis narravit que vidit, et Assisium rediens, cum requisisset sollicite, certitudinaliter comperit, quod ea hora, qua sibi per visionem innotuit, beatus pater ex hac vita migravit. ib. § 212. Ioh. 13, 1. 1226. Oct. 4. ib. § 213. ib. § 214.

Cap. LXII. De miraculis in generali beati Francisci. (61)

Quam vero vir iste preclarus[r] sanctitatis eximie extiterit, post ipsius eciam transitum[s] multis miraculorum prodigiis superne bonitatis immensitas dignanter ostendit, dum ad eius invocacionem et et c. 16.

*) De exhortationibus per ipsum factis fratribus suis, dum laboraret ad transitum *B* 2.

a) faticescentibus *B* 2. b) diris *B* 2. c) acciperent *B* 2. d) *ita A?*; imperturbalis *B* 2. e) *ita V. maior*; ibi *codd.*; sicut ibi *perperam Fortia.* f) *ita codd. et cod. Vatic. V. mai.*; omnem langorem *emend. Boll. et Fortia.* g) *ita V. maior*; mundatum *codd.* h) fratres omnes exist. in loco fecit ad *B* 2; fecit fr. omn. *V. maior.* i) vocari? *A. V. maior.* i*) *sic V. maior*; *deest codd.* k) vest. sect. *B* 2. l) legit *B* 2. m) cellum *A.* n) consc. nostre candescens et mer. *B* 2. o) ferebatur gratia virtutum et affluentia gratiarum, ut a *etc. B* 2. p) *ita A. V. maior*; iam ego *B* 2. q) totundus *codd.*; *deest V. maior.* r) precl. exiterit ex. sanct. *B* 2. s) obitum *B* 2.

1) Guido II.

Bonav. c.16. merita omnipotentis Dei virtus cecis visum, surdis auditum, mutis verbum, claudis gressum ac paraliticis sensum restauravit et motum, aridis insuper[a], contractis et ruptis salutem integram reddidit, inclusos carceribus potenter eripuit, naufragantibus portum salutis indulsit, periclitantibus in partu facilitatem pariendi concessit[b] et ab obsessis corporibus demones effugavit; tandem sanguifluos et leprosos ad salutarem mundiciam, letaliter vulneratos ad incolumitatem perfectam et, quod maius est omnibus, mortuos revocavit ad vitam. Innumera quoque per ipsum in diversis partibus orbis exuberare non cessant beneficia Dei, sicut et ego ipse, qui superiora descripsi[1], experiencia teste in me ipso probavi. Voto enim pro me languente gravissime ad beatum Franciscum emisso a matre, cum adhuc essem puerulus[c], ab ipso sum mortis faucibus erutus et in robur vite incolumis restitutus[2]. Quod cum viva memoria teneam, vera[d] confessione nunc profiteor, ne tantum beneficium reticens sceleris arguar[e] ut ingratus. Accipe igitur, pater beate, quascunque exiles meritisque tuis ac beneficiis impares graciarum actiones et, cum susceperis vota, culpas nostras sic orando excusa, ut fideliter tibi devotos et a malis presentibus eruas et ad bona sempiterna perducas. Igitur ut summaria quadam prescriptorum omnium epilogacione sermo claudatur[f], quisquis superiora perlegerit[g], et finali consideracione perpendat, quod ipsius beati patris Francisci mirabiliter facta conversio, efficacia in verbo divino, sublimium prerogativa virtutum, prophetie spiritus cum intelligencia scripturarum, obediencia creaturarum racione carencium, sacrorum impressio stigmatum et celeber transitus ex hoc mundo ad celum, tanquam testimonia septem seculo toti luculenter ostendunt et astruunt ipsum tanquam preclarum Christi preconem, signum Dei vivi in se ipso habentem, et venerandum esse officio et doctrina auctenticum[h] et admirabilem
ib § 311. sanctitate. Secure igitur hunc sequantur qui ex Egipto exeunt, quia per baculum crucis Christi mari diviso deserta transibunt, in repromissam vivencium terram, lordane mortalitatis transmisso, per ipsius crucis mirandam potenciam ingressuri; quo nos introducat per beati patris suffragia inclitus ille salvator et ductor Iesus, cui cum Patre et Spiritu sancto in trinitate perfecta omnis sit laus et gloria in secula seculorum. Amen.

(62) Cap. LXIII.[i] De approbatione sanctorum stigmatum[k] beati Francisci.

Nicholaus episcopus, servus servorum Dei, universis Christi fidelibus, ad quos littere iste pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem. Litteras felicis recordationis Gregorii
1279. Aug. 25. *pape IX. — — Datum Suriani VIII° Kal. Septembris pontificatus nostri anno secundo*[3].

(63—66) Bonav. V. Franc. c. 10. Cap. LXIIII—LXVII.

Franciscus igitur, servus et amicus Altissimi — — per infinita secula seculorum. Amen.

SEXTUS[l] LIBER 3[e] PARTIS XX. HANNONIE HISTORIARUM.

Cap. I. De rumoribus domini[m] Balduini comitis Flandrie et Hanonie ac[m] imperatoris Constantinopolitani.

Postquam in precedenti libro occasione Legendarum, sanctorum Dominici atque Francisci confessorum digressi[n] fuimus ab historiis inceptis, nunc ad easdem[o] calamum revocamus. Obitu igitur per Franciam, Hanoniam atque Flandriam divulgato illustris principis Balduini[m], comitis Hanonie Flandrieque et Constantinopolitani imperatoris, anno videlicet Domini MCCVI[c], in immensum omnes in lamentum et fletum, luctum et dolorem
1206. proruperunt[4], et specialiter in terris quondam sibi subditis indicibiliter de eius nece nobiliumque suorum amici atque subditi se lacrimabiliter afflixerunt. Per omnes ecclesias patriarum exequie, sacrificia atque oblaciones, per loca pauperum, leprosiarum[p], ceno-

a) ins. et *B* 2. b) *deest B* 2; praebuit *suppl. Fortia.* c) puulus *B* 2. d) nunc v. conf. *B* 2. e) arguor *codd.?* f) daudantur *A.* g) *verbum quoddam, ut consideret, supplendum videtur. H.-E.* h) autent. *B* 2. i) LXIIII. *B* 2, *sed sequens cap.* LXIII. *numeratum est.* k) sacrorum *A.* l) Liber XX[e] *tantum B* 2. m) *deest B* 2. n) digressi *B* 2. o) eandem *B* 2. p) leproseriarum *B* 2.

1) Scil. Bonaventura. 2) Cf. prologum ad Vitam maiorem Bonaventurae § 3, Acta SS. Oct. II, p. 742: *utpote qui per ipsius invocationem et merita in puerili aetate, sicut recenti memoria teneo, a mortis faucibus erutus, si praeconia laudis eius tacuero, sceleris timeo argui ut ingratus.* 3) Ubi haec bulla Nicolai III. edita sit, vide Potthast, Reg. pont. nr. 21630. 4) Haec ex Bald. Avenn. c. 210, SS. XXV, p. 449.

doxiarum, hospitalariorum*, viduis et orphanis undique comitatuum elemosine elargiuntur 1206.
atque disperguntur intuitu defunctorum. Paucis evolutis mensibus inimicis Leviatan suscitantibus volaverunt rumores per totam Flandriam, quod Balduinus imperator vivebat, et quod manus Sarracenorum evaserat, et quod in brevi ad Flandriam reverteretur[b]. Unde multi sexus utriusque agitabantur, nescientes cui credere, ambigui efficiebantur; et in tantum excrevit illorum opinio, ut rex Francie et Philippus Namurcensis, imperatoris frater, cogerentur comunitatibus[c] Flandrie atque Hanonie litteras eis[d] ostendere de morte Balduini atque suorum, quas Henricus, eius frater, qui successerat sibi in imperio Constantinopolitano, ipsis transmiserat, mortem dicti Balduini continentes[1]. Sed litteras audientes et sigilla litterarum videntes, multi eorum dicebant huiusmodi[e] litteras fore subrepticias et conficias. Tandem pro tempore aliquoto rumores huiusmodi[e] quieverunt. Qualiter vero Henricus imperator Constantinopolitanus in imperii regimine se habuerit, si quis scire voluerit, legat Gesta dictorum amborum imperatorum Balduini atque Henrici a Veneticis confecta[2], ubi amborum laudes solempniter extolluntur. Hiis temporibus Flandrenses atque Hanonienses parlamenta adinvicem tractantes in absentia Philippi Namurcensis de ordine alterius regentis, qui patrias atque filias dicti imperatoris regeret atque gubernaret, quia dictum aliqualiter habebant[f] suspectum Philipum Namurcii. Qui[3] Philippus suspicans, ne rex[4] Anglie antiquiorem, Iohannam videlicet, assumeret — et in hoc Flamingi satis concordabant —, ipse apud regem Francie Philippum tractari fecit, quod, si rex vellet sibi in matrimonium dare filiam suam, quam ex Maria illegitima uxore habuerat, ipse mitteret sibi ambas filias Balduini imperatoris. Annuit se rex petitioni sue deditque sibi filiam suam in matrimonium, et Philippus Namurcensis de facto misit sibi dictas filias gubernandas et maritandas[5]; racione cuius tam Hanonienses quam Flamingi nimium dolentes dictum expulerunt Philippum et se ipsos ab eius gubernacione exemerunt totaliter. cf. Balt. A. c. 210.

Cap. II. De matrimonio domine Iohanne, senioris* filie domini Balduini.

Anno Domini MCCVIII. Flandrensibus atque Hanoniensibus de gubernatoribus eorum 1208
contendentibus, quia solum optabant habere Bouchardum[6] et sub Philippi regimine minime persistere volebant, Mehaldis regine[7], que fuerat uxor Philippi quondam Flandrie comitis, atque domini Bouchardi consilio usi, scripserunt regi, quatinus dictas filias dignaretur[g] ad Flandriam et Hanoniam remittere; alias sciebant, quid essent acturi, decreverant siquidem se regi Anglie redditurus. Mehaldis regina hec considerans proposuit Bouchardo ac consilio bonarum villarum, quod eius frater, rex Portugalie[8] gratum habebat filium Fernandum nomine, qui post patrem in regnum succederet Portugaliarum; si placeret consiliariis patriarum, tantum faceret ipsa apud regem, fratrem suum, quod ipse supplicaret pro Iohanna antiquiori[h] filiarum, quatinus matrimonialiter coniungi valeret Fernando, filio suo. Que res diu agitata revolutaque inter consiliarios patriarum, paucis evocatis nobilibus, tandem rex Portugalie, regina Mehaldis, soror sua, consiliarii patriarum tam Flandrie quam Hanonie regi Francorum Philippo tot et tanta peregerunt, quod rex remisit ambas filias, Iohannam videlicet et Margaretam, Mehaldi regine Brugis, que cum gaudio atque leticia magna ab omnibus suscepte sunt. Temporis successione Portugalie rex captivare[i] volens benivolenciam Francorum regis, noluit matrimonium de Fernando, filio suo, consummari, nisi esset de beneplacito et assensu regis Francorum[9]; sicque conclusum est finaliter, quod rex mandavit utramque partem, Fernandum atque Iohannam, cum amicis

*) antiquioris filie Balduini imperatoris cum Fernando regis Portugalie filio *B* 2.

a) hospitalibr *B* 2. b) *deest B* 2. c) comitatibus *codd.* d) *delendum videtur.* e) huiº *A*; huiusº *B* 2. f) habebat *codd.* g) *ante* dignaretur *locus rasus A*; dedignaretur *B* 2. h) antiquiore *B* 2. i) captare *B* 2.

1) V. epistolas ab Heinrico ad Innocentium papam et ad Godefridum praepositum S. Amati Duac. a. 1205, Iun. et 1206, Sept. datas, quarum in posteriore de morte Balduini omnes certiores factos esse nuntiat; SS. rer. Gall. XVIII, p. 525—529. 2) Nescio, quam historiam auctor in mente habuerit, nisi Godefridi de Ville-Hardouin eiusque continuatoris Henrici de Valenciennes. De Marini Sanuti chronica, quae de imperatoribus illis pauca tantum refert, certe cogitandum non est. 3) Cf. Bald. Avenn. c. 210, l. l., cuius verba valde ampliata et cum iis alterius fontis coniuncta sunt. 4) Iohannes. 5) Cf. Albrici Chron., SS. XXIII, p. 896. 6) De Avesnis. 7) Cf. supra l. XIX, c. 13, p. 243. 8) Sancio I. 9) Cf. Hist. d. Norm., SS. XXVI, p. 707; Phil. Mousket v. 20803 sqq., ib. p. 747.

partis utriusque et in sua presencia Parisius matrimonium ratificari atque solempnizari fecit cum pompis et expensis sumptuosis, ad expensas tam Hanoniencium quam Flamingorum, cum[a] inenarrabili leticia et iocunditate, non advertentes[b] dictum sapientis dicentis,
Prov. 14. 13. quod *extrema gaudii luctus occupat*. Peractis igitur et consummatis nupciis et undique
Bald. c. 219. iocalibus, prout decens erat, datis et persolutis et homagiis a rege susceptis, in [pace] maxima atque concordia, federacionem et amiciciam sperantes habere, a rege recesserunt, versus Flandriam iter assumpserunt. Cum autem Perone devenissent, Ludovicus, filius regis Francorum, precesserat eos, qui retineri fecit eos, Fernandum atque Iohannam, una cum comitiva eorum in fortalicio Perone tamdiu, quoad usque cepisset villam et fortalicium Arie atque Sancti Audomari et interfecisset omnes sibi resistentes munivisseque hominibus armorum atque victualium, prout sibi complacuerat; et hoc facto misit nuncios Perone mandans, quatinus porte apperirentur. Tunc Fernandus considerans, quid sibi factum fuerat, et postmodum audiens què Ludovicus, regis filius, peregerat, indicibiliter stupens et dolens de modo faciendi, ad Flandriam confusus pervenit. Flamingis in immensum obstupentibus, qualiter rex talia consenserat sine diffidacione facienda.

Cap. III. De* Bouchardo Avesnensi, quem Philippus comes Flandrie ob fidelitatem sui patris in curia sua nobiliter educavit.

Erat siquidem tunc temporis miles[d] quidam in Flandria magne auctoritatis et reputacionis apud communitates tam Flandrie quam Hanonie et specialiter apud Mehaldim[e] reginam, comitissam Flandrie, nacione Hanoniensis, nomine Bouchardus de Avennis, cuius gesta in quodam libello in ydiomate Flandrico reperi, quod in Gallico transferri feci, cuius tenor talis erat[1]: Tempore Philippi Flandrie comitis erat quidam puer, filius domini[2] de Avennis et frater Walteri atque Guidonis de Avennis, quem dictus Philippus ob fidelitatem patris puerum in sui curia pro perpetuo cum quatuor equis retinuit providendum. Hic dum Brugis poneretur ad scolas, infra paucos annos sic profecit, ut eius magister consuleret regine Mehaldi, ut non in curia, sed Parisius de cetero educandus mitteretur. Cum autem de consilio Philippi atque patris sui Parisius devenisset, infra annos[f] paucos sic profecit, ut sufficienter in philosophia tam naturali quam morali reputaretur imbutus a doctoribus et magistris. Abhinc Aurelianis transfertur et illuc tamdiu permansit, ut miles et doctor efficeretur legum. Interim fuit sibi provisum primo de prebenda et archidiaconatu in ecclesia beate virginis Laudunensis, et postmodum dictus comes Philippus[g] procuravit sibi prebendam et thesaurariam ecclesie Tornacensis[3]. Predicte siquidem ecclesie coegerunt eum, ut sacros susciperet ordines, quod invitissime fecit. Unde Aurelianis acolitus et subdiaconus ordinatus est cunctis ignorantibus amicis. Ipso ad Flandriam repatriante, non sicut canonicus, sed sicut miles aut baro statum gerebat militarem[4]. In guerris etenim Flandrie adeo valenter contra adversantes et viriliter faciebat, ut in brevi omnium militum patriarum circumvicinarum famam excederet. Dereliquit prebendas, proiecit statum clericalem, ad miliciam gladiatoriam aspiravit[h]. Rex siquidem Anglie Ricardus videns et audiens famam tanti viri et eius ardua facta, fecit ipsum in Balduini comitis Flandrie presentia militem[5] sibique dedit terram atque proventus magnos in Anglia. Captavit benivolenciam tam regis Anglie et nobilium Anglicani regni, nobilium Flandrie ac Hanonie atque Brabancie quam bonarum villarum dictarum patriarum, ut nullus ipso in rebus bellicis excellencior, in consiliis dandis verior, iustior, facundior atque profundior, in moribus et virtutibus eroicis probior, in statura corporis et membrorum ductu, forti compactione forcior et elegancior et in omni bona fama apud omnes tunc temporis haberetur[6]; unde cum Balduino Flandrensi ad Terram Sanctam recessisset, nisi ipse comes coegisset ipsum,

* Vita Bouchardi, fratris Walteri et Guidonis, filiorum domini de Avesnis *B* 2.

a) etiam *add. B* 2. b) adverteñ *B* 2. c) *supplevi H.-E.*; en boine pois *Bald.* d) q. m. *B* 2. e) mehaldem *B* 2. f) p. a. *B* 2. g) laboravit et *add. B* 2. h) expiravit *B* 2.

1. Cf. praef. p. 64. 2) Iacobi, qui a. 1191. in expeditione sacra Philippi regis Franciae in Syria occisus est. 3) Subdiaconus, cantor Laudunensis, thesaurarius Tornacensis a Phil. Mousket v. 23261 — 23264. dicitur; tantum subdiaconus et cantor Laudunensis in epist. Innocentii III. a. 1215, Febr. 20, Wauters III, p. 418; Potthast. Reg. pontf. nr. 4953; cf. Chron. univ. Laud., SS. XXVI, p. 457: *Hic ex clerico et cantore Laudunensi arma capescens militaria.* 4) Causam indicat Phil. Mousket v. 23264 sqq.; cf. Chron. univ. Laud. l. l. 5) Hoc nescio an recte in dubium vocavit Wauters IV, Intr. p. IX. 6) Haec nimis poetam olent.

ad finem ut Flandriam atque Hanoniam filiasque suas atque novercam[1] eius una cum Philippo, fratre suo, tueretur[a], gubernaret, consuleret atque deffenderet[2]. Hic Bouchardus ab inicio sui regressus a scolis semper principalis extitit tam comitis et regine Mehaldis quam bonarum villarum atque communitatum principalis gubernator et consiliarius, super etenim omnes intellectu claro vigebat. Magnos congregavit thesauros, licet modicam possideret terram. Hic non statum militis, sed principis magni obtinere satagebat, plures habens secum milites et optimates, scutiferos et burgenses quam regina; et licet magnas pateretur invidias, ipse tamen per eius prudenciam[b] omnia cum honore pertransibat.

Cap. IIII. Fernandus*, filius regis Portugalie, ducit in uxorem Iohannam Flandrie et Hannonie comitissam.

Accidit autem, postquam Philippus comes Namurcensis ambas filias Balduini imperatoris Constantinopolitani sine assensu regine Mehaldis, sine scitu Bouchardi consocii sui, sine consilio bonarum villarum Hanonie atque Flandrie ad regem Francie transmisisset[3], et aliquantulum diu cum reginis Francie remansissent, tandem rogatu tam Flamingorum quam Hanonensium dictus rex dictas[c] filias Brugis remisit, que cum ingenti gaudio atque leticia suscepte sunt. Progressu temporis consilio pariter et assensu tam regis Francie quam omnium[d] parentum et amicorum filiarum predictarum bonarumque villarum sic ordinatum extitit, ut Iohanna antiquior daretur in matrimonio Fernando, filio regis Portugalie, Margareta vero committeretur conservanda usque ad tempus cum quinque nobilibus matronis solempnioribus tocius Flandrie cum familia decenti domino Bouchardo de Avennis[4], qui tunc temporis providencior inter alios famabatur, assignando sibi super receptores tam Flandrie quam Hanonie tria milia librarum monete currentis. Qui cum honore et reverencia magna, licet cum[e] formidine, pondus sibi impositum prudenter primo refutavit, sed tandem provisionibus et sui hospicii debitis disposicionibus prehabitis magnifice notabiliterque consilio maturo deliberato annuit quod petebant. Suscepit igitur Bouchardus domicellam Margaretam[f] cum sua decenti comitiva educandam in moribus et nutriendam super honorem suum, prout decens erat filie tanti imperatoris atque nobilis comitis, sicut fuerat Balduinus. Domicella Margareta tunc devote et reverenter cum suis dominabus convivente per tempora quam plurima, devote, reverenter, humiliter, caste sobrieque et in omni morum honestate, sicut devota virgo, benigna, temperancie, prudencie atque fortitudinis adornata virtutibus, mansuete tempora a Deo sibi tradita pertransibat sine quacunque reprehencione. Fuerunt quoque comites et barones multi ipsam pro matrimonio expetentes, qui cum Bouchardo aliqui, aliqui vero cum regina Mehaldi proloquebantur; rex vero Francie pro uno militum suorum sui sanguinis de Burgundia[6] eam rogari fecit. Flamingi nullo modo consentire voluerunt. Comes eciam Saliberiensis[g.6] pro filio suo[7] primogenito eam[h] expeciit[8]. Sed Flamingi perquirentes de eo reppererunt ipsum fore claudum, quare omnino ipsum respuerunt. Tandem Mehaldis dixisse fertur: 'Bouchardus', inquit, 'pro diversis nobis et consilio Flandrie pro matrimonio filie nostre diversa proponit et pro semetipso non loquitur'. Hec attendens quedam domicellarum suarum exspectavit adventum Bouchardi, que dixit sibi: 'Sic et sic audivi, audivi[i] a domina mea'. Qui in semetipso conversus proposuit suis fidelibus amicis et specialiter Waltero, fratri suo, ista detegere et super hiis expetere consilia; qui proposita deduxit ad effectum. Qui sibi responderunt ignorantes penitus eius inaptitudinem, quod de tanta materia non erant ausi quicquam

*) Quod filie Balduini ad regem Francorum transmisse per Philippum comitem Namurcensem de licentia regresse sunt *B* 2.

a) tuerentur *B* 2. b) presĕtiam *B* 2. c) ambas *B* 2. d) deest *B* 2. e) con *A*. f) tam *add. (bis scr.) A*. g) salisberiensis *B* 2. h) *emend. Fortia;* eciam (etiam) *A*. *B* 2. i) *sic bis scr. A*. *B* 2.

1) Immo amitam; nam Mathildis vidua Philippi comitis intellegitur. 2) Eadem refert 'Le livre de Bauduyn' ed. Serrure et Voisin (Bruxelles 1836) p. 26; Ioh. Longi Chron. S. Bertini, SS. XXV, p. 824. 3) Cf. supra c. 2. 4) Ex epist. Innocentii III. papae data a. 1215, Febr. 20. (Potthast nr. 4953) patet Margaretam non ante a. 1212, quo Iohanna Fernando nupsit, Burchardo traditam esse; quo etiam anno, ut infra apparebit, hic Margaretam in matrimonium duxit. 5) Hoc Wilhelmum de Dommopetra respicere videtur. 6) Wilhelmus. 7) Henrico nepoti Iohannis regis Angliae. 8) Quod nusquam alibi relatum est.

consulere, nisi prius voluntas regine presciretur; sed si regina in hoc esset consenciens, de facili communitates[a] bonarum villarum atque nobilium consensus sentiretur. Bouchardus reformidans tandem ad reginam accessit et mentis conceptum[b] declaravit et super hiis consilium et auxilium expostulavit. Que regina diem respondendi sibi dedit. Que infra diem assignatam misit pro consilio suo ac bonarum villarum Flandrie et exposuit, qualiter Margareta nunc a rege Francie, nunc ab Anglicis, nunc a pluribus militibus diversarum nacionum pro matrimonio expetebatur; sed quia emissio ipsius a patria posset esse in posterum perniciosa, melius esset, quod cum minoribus commorantibus in patria assignaretur, qui possent patrie in consiliis et potenciis auxiliari, quam ipsa extra mitteretur. Et conclusit: 'Habemus in ipsa patria militem talem, qui de sanguine regio existit, ipse Margaretam expostulari fecit'. Consiliarii audientes, quod regina Mehaldis proposuerat, receperunt diem consilii. Qui congregantes nobiles tam Flandrie quam Hanonie una[c] cum consiliis bonarum villarum concluserunt tandem, licet diversas habuerint deliberaciones, ignorantes penitus Bouchardi impedimenta, quod securius esset, quod coniungeretur cum illis, qui in patria Flandrie aut Hanonie deliberate remanerent, quam cum extraneis et maxime Francigenis copularetur, qui postmodum patriam destruere valerent[1].

Cap. V. De solemnizatione[d] et ratificatione matrimonii inter domicellam Marguaretam[e] et dominum Bouchardum de Avennis.

1212. Concordi igitur[f] assensu omnium amicorum partis utriusque, tam Iohanne sororis quam eciam[g] Margarete quam[g] Namurcensis comitis Philippi et omnium, nullo penitus discrepante, ignorantes impedimenta, matrimonium et fedus perpetuum pepigerunt et in facie ecclesie solempniter, prout moris est nobilibus, solempnizare fecerunt et quicquid pertinet ad verum et laudabile matrimonium concordi assensu partis utriusque cum gaudio et leticia magna consummaverunt[2]. Promiserat siquidem Walterus de Avennis dari[h] domicelle Margarete pro dote sua quingentas[3] libras annuatim supra villam suam de Avennis et totam terram d'Estroen[i] in Hanonia; quod et fecit[4], prout apparebit inferius. Nupciis tandem celebratis cum pace et gaudio[k] adduxit uxorem suam cum comitiva decenti ad partes Hanonienses[6], ad finem ut in possessionem sue dotis intraret. Quam recepit Walterus de Avennis cum reverencia et honore, prout apparet ex tenore carte super hoc edite, cui eciam concordat carta[7] sequens, cuius[k] tenor talis est[*]: *Ego Fernandus comes Flandrie et Hanonie notum facio omnibus presentes litteras inspecturis, quod dilectus et fidelis meus Walterus de Avennis et frater ipsius Bouchardus ad me venientes Montibus, ibidem in domo mea recognoverunt coram me et hominibus meis pacem inter ipsos factam esse in hunc modum: quod ipse Walterus dederat dicto[l] Bouchardo, fratri suo, terram de Estroen cum omnibus appendiciis et preter hoc assignavit ei[c] sexcentas libras alborum Valencenensium ad wignagia[m] sua accipiendas annuatim; et hec omnia tenebit ipse Bouchardus de eo in feodum et homagium ligium. Si vero ipsum Bouchardum absque herede contingat decedere, hec omnia ad dictum Walterum redibunt, salva dote uxoris ipsius Bouchardi. Et pro tanto idem Bouchardus quietum clamavit se pro dicto Waltero et heredi suo totum residuum, nisi veniret ad ipsum per escancheiam. Hanc pacem recognoverunt ipsi coram me tanquam coram domino, de quo feodum[n] movet. Ego requisitus ab ipsis pro utraque parte hostagium me constitui, quod, si alter eorum deficeret super eisdem convencionibus observandis[o], ego eas teneri face-*

[*]) *Novum cap. incipit B 2 cum titulo:* Littera Fernandi de iure Bouchardo competente in Flandria et Hanonia. Cap. VI; *sed hic titulus nonnisi sequenti chartae in cod. B 2 insertae convenit.*

a) *sta codd., videtur emendandum* communitatum. b) cōcip[m] *A.* c) *deest B 2.* d) rat. et sol. *B 2.* e) Margaretam filiam imperatoris et B. *B 2.* f) et *add. A.* g) quam etiam *hoc loco B 2.* h) dar̄ *B 2.* i) de estroen *B 2.* k) cuius — est *om. B 2.* l) ipsi *B 2.* m) winagia *B 2.* n) fedum *B 2.* o) observandum *codd.*

1) Omnia haec chartis prorsus repugnant; cf. epist. Innocentii III. a. 1215, Febr. 20; Wauters, 'Table chron.' IV, Intr. p. IX. Margaretam eo tempore a tot nobilibus viris in matrimonium petitam esse minus verisimile est, quae a. 1212, quo Burchardo nupsit, decem annos nata fuerit. 2) Congruunt testimonia eorum, qui a. 1249. matrimonium legitime pactum esse professi sunt, apud Kervyn, 'Hist. de Flandres' II, p. 540 sqq. 3) Soxcentas secundum chartam sequentem. 4) Inimicitias inter duos fratres de haereditate brevi ante exortas auctor ignorare videtur; cf. Wauters IV, Intr. p. XII. 5) In Quarceto castro, Le Quesnoy hodie. 6) Cuius comitatus tunc baillivus fuit; v. acta edita a Kervyn l. l. p. 553; epist. Innoc. III. a. 1215, Febr. 20. 7) Edita ex Iacobo de Guisia SS. rer. Gall. XVIII, p. 590.

rem tanquam dominus. Huic itaque cognicioni[a] coram me facte presentes fuerunt: Gerardus de Iacea, Eustacius dou Rues[b], Egidius de Barbenchon, Willermus Avunculus, Alardus d'Estrepi[c], Philippus comes Namurcensis, Iohannes dominus Nighelle, Gerardus de Sancto Auberto, Nicholaus de Condato, Walterus de Fontanis, Petrus de Duaco, Gilbertus de Bourghella. Actum Montibus anno Domini MCCXII[d] in crastino Marie Magdalene[e]. 1212. Iul. 23.

Post[**] consequenter annos[f] paucos Bouchardus suam duxit uxorem apud Estroen, et (6) illuc per magna tempora quieverunt pacifice. Anno eodem[1] dicta Margareta genuit Bou- 1218. chardo filium unum, quem Iohannem appellavit. Iterum anno sequenti[2] genuit secundum, 1219. quem vocavit[g] Balduinum. Interim succreverunt rumores per totam Flandriam et apud reginam necnon et dominam Iohannam et omnino apud omnes, quod Bouchardus erat subdiaconus, et quod matrimonium contractum erat illegitimum et filii illegitimi; unde tanquam attoniti nesciebant quid dicere. Cum autem Bouchardus hoc perpendisset, accessit Rome ad dominum papam Innocencium[3] supplicando, quatinus secum dispensare digna- 1221/2. retur, et de forefacto, quod commiserat, eciam misericordiam et veniam, penam atque penitenciam devotius expeciit. Papa omnino dispensacionem recusavit, sed pro pena forefacti iniunxit, quatinus ad Sanctam Terram Iherusalem et Sinay montem concitus peregre pergeret et illuc per annum integrum remaneret, dominamque Margaretam, quam uxorem suam dicebat, amicis suis remitteret, ipsis[4] scilicet de offensa satisfaccionem faciendo. Abhinc Bouchardus absolutus, sed non dispensatus, ad Terram Sanctam devocius accessit[5] et penitenciam sibi[f] iniunctam consummavit et anno expirato repatriavit, proponens Margaretam remittere, prout summo pontifici promiserat, et amicis satisfacere iuxta posse. Cum reversus fuit ad propria et dominam Margaretam et liberos intuitus fuisset, eiulatu magno dixisse fertur, quod, si deberet vivus excoriari et membratim incidi et sic permanere, non posset perficere quod proposuerat atque promiserat. Margareta hec audiens penitus ignorabat, quid[g] Bouchardus pretendebat[6]; ignoravit etenim dicta Margareta per annos plures inhabilitatem Bouchardi, semper credens, quod ipse esset verus atque legitimus maritus eius. Bouchardus confusus ad Flandriam accedere vix[h] audebat. Regina Mehaldis et Iohanna comitissa pluries minas et iniuriosas comminaciones tam per litteras quam per vivam vocem militum transmisit concludendo, quod dominam Margaretam, quam fraudulenter deceperat, remitteret; et licet replicaret et iterum legatos transmitteret, nunquam obedire voluit, de minis non curans. Tandem Iohanna comitissa audiens,

*) *B* 2 *hic duas chartas, quae in A desunt, inserit:*

Littera[i] Margarete, sororis comitisse Flandrie, per quam ratis habuit donum LX librarum domino Thome de Hufalise[i] per Bouchardum. Cap. VII.

Ego[e] *Ferrandus comes Flandrie et Hanonie et Iohanna comitissa, uxor mea, notum esse volumus universis litteris inspecturis, quod hoc, quod Gerardus de Iacea — — Datum Gandavi feria V. post diem pasche, anno Domini MCCXIIII.* 1214. Apr. 3.

Littera Margarete pro dono facto Thome de Hufalize per eius maritum. Cap. VII.[k]

Ego[e] *Margareta, soror comitisse Flandrie et Hanonie, notum fieri volo, quod dominus Bouchardus de Avesnis per voluntatem — — Datum anno Domini MCCXXII.* 1222.

**) *Hic novum cap. incipit B* 2 *inscriptum:* Quod Bouchardus Margaretam uxorem duxit apud Estroen genuitque Iohannem et Balduinum. Cap. VIII.

a) conventioni *B* 2. b) du ruez *B* 2. c) destrepy *B* 2. d) *in loco raso B* 2. e) genuit *B* 2. f) iiunct. penit. *B* 2 (sibi *deest*). g) que *B* 2. h) vix *corr. ex* non *A*; vix acc. aud *B* 2. i) *tituli, ut diximus, persimilati sunt B* 2 *ita, ut inscriptio praecedentis capitis ad hoc, huius ad sequens capitulum pertineat.* k) *sic cham A. l. B* 2.

1) A. 1218, Apr., ut e charta Ludovici IX. a. 1235, Ian. apparet; Wauters IV, Intr. p. XVII. et p. 208. 2) A. 1219, Sept. 3) Demum paulo ante secundum matrimonium Margaretae a. 1222. contractum, priore matrimonio per legatos papae dissoluto (cf. SS. rer. Gall. XIX, p. 716; Potthast nr. 6720, a. 1221, Nov. 16). Burchardus Romam profectus esse videtur, impetraturus tantum, ut filii a papa legitimi declararentur, id quod Phil. Mousket v. 23287 sqq. testatur. 4) Ut Margareta Iohannae comitissae remitteretur, Innocentius iam a. 1216, Ian. 19. postulaverat; Potthast nr. 5053. 5) Minime. Perperam inventa sunt quae de hoc itinere fac. narrat. 6) Poetae fabula haec est. Phil. Mousket v. 24520 sqq. teste Burchardo Roma reverso Margareta Wilhelmo de Domnopetra iam nupserat. 7) In castro Hufalise Burchardus et Margareta per sex fere annos habitabant; cf. acta ed. Kervyn l. I, p. 557 sq.; Phil. Mousket v. 23229. 8) Haec charta edita est a Martène et Durand, Thesaurus I, col. 842; SS. rer. Gall. XVIII, p. 591. 9) Ed. Martène, Thesaurus I, col. 895; SS. rer. Gall. XVIII, p. 591.

1215. quod Rome concilium generale[1] debebat congregari, scripsit[2] summo pontifici atque concilio toti, quatinus super forefactis sibi et Margarete sorori sue arbitrari[a] dignarentur et determinare, quid super hoc esset agendum. Summus pontifex atque totum concilium generale decreverunt, prout inferius ostendetur[3], cum de illo generali concilio aliqua declarabimus.

(9) **Cap. VI. Cistercienses* abbates mittuntur ad Provinciam ad heresim extirpandam.**

Vinc. XXIX, 93. ib. c. 101. His temporibus, videlicet anno Domini MCCVII, Cistercienses abbates et alii — — pauculi convertuntur. Sequenti anno quidam comes palatinus — — regi Philippo Parisius miserunt.

(10) **Cap. VII. De dissentione inter episcopos Aurelianensem et Autissiodorensem et regem Philippum.**

ib. c. 102. Anno Domini MCCIX. Iuellus[b] de Mediana — — apud Tirum solempniter coronatur.

(11) ib. c. 103. **Cap. VIII.** De peregrinatione nostrorum[c] contra terram Albigensium et obitu sancti Didaci episcopi.

Eodem anno crucesignati omnes — — et nostros multipliciter inquietat.

(12) ib. c. 108. **Cap. IX.** De dompno Helinando monacho et scriptis eius.

Hiis temporibus in territorio Belvacensi — — Medice, cura te ipsum.

(13) ib. XXX, 1. **Cap. X.** De imperio Frederici secundi et expulsione Othonis

Ex historia cronicorum[d]: Othone igitur, ut superius dictum est, — — de proprio fisco recompensabat dampna.

(14) ib. c. 3. **Cap. XI.** De recessu Reginaldi[e] comitis Bolonie a regno Francie.

Anno Domini MCCXII[e] Reginaldus de Dompno-Martino — — accessit et apud eum mansit.

(15) ib. c. 4. **Cap. XII.** De moribus eiusdem comitis et eius federe cum rege Anglie.

In eo quidem comite nonnulla — — Raymundus comes Tholosanus hereticus iudicatur.

(16) **Cap. XIII. De fundatione abbatie beate Marie de Fontinellis[4] iuxta Valencenas.**

Fertur et ex veridica relacione dominarum de Fonte beate Marie iuxta Valenchenas et ex oppinione vulgata recitatur, quod primarie fundatrices[5] ecclesie dicte beate Marie fuerunt due sorores beghine, filie legitime illustris domini Hellini de Alneto[6] militis, Iohanna et Agnes vocitate, que Spiritu sancto inflammate propriis sumptibus oratorium in honore virginis gloriose iuxta Fontem beate Marie ad Lapides secus fluvium Scadi[f] primo fundaverunt circa annum Domini MCCXII; in quo loco ob Dei reverenciam et virginis[g] gloriose necnon dictarum sororum devocionem virgines ac vidue plures infra tempus breve divino servicio se mancipaverunt; et in tantum discipularum Christi numerositas brevi temporis intervallo succrevit, ut dictus locus ad ipsas[h] inhabitandum minime sufficeret. Hee siquidem tunc temporis Christi discipule nec regula speciali aut statutis obediencialibus, habitu approbato aut cerimoniis regularibus minime vinciebantur, sed solum divinis preceptis et consiliis ewangelicis, et iuxta collationes in Vitis patrum contentas, observaciones grosso et rudi modo, prout melius poterant, innitebantur obnixe. Patre vero luminum inspirante, Iac. 1, 5. *qui dat omnibus affluenter* gracias *et non improperat*, sic fidelium corda in devocionem dictarum discipularum Christi succensit[i], ut circumvicinarum civitatum atque villarum virgines adolescentule nobiles ac potentum filie in famam et odorem dictarum currerent ad ascendendum perfectionis, devocionis et contemplacionis palmam et ad degustandum eius fructus uberes et suaves. Infra vero triennium dictarum Christi discipularum numero cre-

*) Quod abbates Cistercienses et alii abbates mittuntur in Provincia ad heresim extirpandam. Cap. IX. *B* 2.

a) arbitrar *A*; arbitrare *B* 2. b) vibellus *Vincentii ed.* c) *sic B* 2 *et Vinc.; deest A; sed ibi olim nigro atram, praescriptum fuisse videtur.* d) Ex h. cr. *rubricator, cui scriba haec praescripsit in inferiore paginae parte, omisit A;* Francorum *Vinc.* e) reginalj *B* 2. f) scaldi *B* 2. g) gl. v. *B* 2. h) ipsis ad *emendandum videtur.* i) *sic B* 2; succesit *A.*

1) Lateranense a. 1215. 2) Recte; nam a. 1215, Febr. 20, papa Radulfo episcopo Atrebatensi scripsit: *Iohanna comitissa Flandriae horrendi facinoris questione nuper aures nostras pulsavit.* 3) Infra c. 44. 4) Notre Dame de Fontenelle. 5) Cf. Brasseur, Origines omnium Hannoniae coenobiorum p. 137, qui coenobium iam a. 1202. conditum esse exposuit. 6) Launoy (dép. Nord, arrond. Lille).

scente, gracia Spiritus sancti preeunte, Hellino prenominato ac eius uxore Maria[a] necnon et Amatildo domino de Pons cooperantibus, neccessitate compulse locum mutare decreverunt, amnem seu fluvium Scadi approximando, ad alium, qui apcior ad inhabitandum et dilatandum omnibus videbatur. Sed ecclesia de Crispinio[2] resistente, quia infra terminos parrochie sue[c] sine eius licencia non licebat ecclesiam novam fabricare, adhuc in loco primario dicte virgines remanserunt. Anno eodem MCCXV° quidam apostolice sedis nuncius, tituli 1215.
sancti Stephani in Celio monte presbyter cardinalis[3], venit[b] Cameracum; ad quem accesserunt dictus[c] Hellinus et Amatildus de Pons, qui pro Christi discipularum[d] et earum ritu approbacionis graciam impetrarunt. Anno vero sequenti, videlicet MCCXVI°, convenerunt 1216.
cum ecclesia Crispiniensi de loci mutacione pactione certa, qua confirmata[e] anno eodem locum mutaverunt et ecclesiam elemosinis fidelium fundare ceperunt. Insuper anno eodem numero earum sufficienter et habundanter multiplicato, concordi assensu omnium, ut sub certa religione approbata et habitu humili deinceps et sub obediencia vivere possent, decreverunt et sanctum propositum earum abbati Cisterciensi[4] notificare curaverunt; qui devocionem et sanctum propositum earum attendens peticioni earum, prout inferius ostendetur[5], affectum prebuit cum effectu. Temporis vero successione Spiritus sancti gracia sic earum corda affluenter demulsit, ut comitum et comitissarum Hanonie necnon et aliorum nobilium et non nobilium affectiones ad earum devocionem attraheret, in tantum ut misericordiosa largicione bonorum edificiis consummatis usque ad tempora moderna cum disciplina regulari et honesta conversacione, fama multiplici redolente, cum graciarum actionibus Domino famulate sunt.

Cap. XIIII. De quibusdam litteris approbantibus fundationem monasterii Fontinellarum[f]. (17)

Et[g] ut que dicta sunt veritate reali comprobentur, litteras approbacionis, quas reperire potui, huic operi applicari[h] decrevi[6]: *Universis Christi fidelibus ecclesia beati Landelini Crispinii salutem in eo qui est salus[i] omnium vera. Quoniam humane condicionis fragilitas ad oblivionis prona est detrimentum et rerum turbe non sufficit, expedit ea que a modernis pie[k] dinoscuntur, ne cum fuga temporis fugiant a memoria, scripti patrocinio confirmari et a modernorum presentia ad futurorum noticiam deportari. Eapropter sciant tam presentes quam futuri, quod ecclesiam beate Marie in sua novella plantacione infra limites parochie nostre benigne suscepimus[l]; ac vero eadem ecclesia beate Marie in recompensacionem tocius iuris parochialis, quod habere debemus infra ambitum clausure sue, nobis tenetur singulis annis in festo beati Iohannis baptiste quinque solidos solvere Valencenensis monete. Firmatum est eciam, quod iam dicta ecclesia beate Marie de Fonte in preiudicium nostrum vel gravamen titulo elemosine vel empcionis vel alio aliquo modo nichil in futurum poterit sibi acquirere vel usurpare. In cuius facti testimonium presentem fecimus conscribi paginam sigilli nostri caractere roboratam. Actum anno incarnati[m] verbi MCCXVI[7].* Item alia littera: *Frater Adam abbas Cister-* 1216.
ciensis dilectis in Christo sororibus de domo sancte Marie de Fonte iuxta Valencenas professis salutem in Domino. Devocioni vestre voluntatis affectum, quo ordini nostro pie deposcitis sociari et incorporari[n], plurimum commendamus, ad voluntatem et consilium venerabilis coabbatis[8] nostris Clare-vallis incorporacionem et societatem ordinis vobis concedentes, volentes eciam et iniungentes vobis, ut secundum consilium et disposicionem predicti Clare-vallis abbatis in omnibus vos consuetudini ordinis nostri conformetis. Hanc autem nostram concessionem de consilio eiusdem abbatis in sequenti capitulo publicabimus et vobis confirmabimus, si tamen fuerimus requisiti. Datum in Cistercio anno Domini MCCXVI°, mense Decembrio[9]. Item alia Dec.
littera: *Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod Hawidis abbatissa et moniales*

a) *deest A*2. b) Cam. venit *B*2. c) dicti *B*2. d) *verbum quoddam excidit.* e) confirmato *B*2. f) fontenellarum *B*2. g) *deest B*2. h) applicare *B*2. i) omn. salus *B*2. k) *verbum quoddam ut acta excidit.* l) suscipimus *B*2. m) verbi inc. *B*2. n) mancipari *B*2.

1) Pater eius Walterus de Alneto fuit; cf. chartam ap. Le Glay, 'Hist. de Jeanne de Constantinople' p. 188. 2) Crespin (arrond. Valenciennes). 3) Robertus de Curson; cf. Chron. univ. Laudun., SS. XXVI, p. 456; Petri Vallium Sarnai mon. Hist. Albig., SS. rer. Gall. XIX, p. 82. 91. 4) Adamo. 5) Cap. sequente. 6) Sequentes chartae ineditae sunt. 7) Wauters, 'Table chron.' III, p. 466. 8) Radulphi. 9) Wauters l. l. III, p. 461.

beate Marie de Fonte iuxta Valencenas de mandato et auctoritate capituli generalis incorporate sunt ordini Cisterciensi et sunt filie Clare-vallis. In cuius rei noticiam et testimonium nos, frater Radulphus abbas Clare-vallis, presentem cartum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno Domini MCCXVIII°, mense Iunio.

1218. Iun.

(18) Vinc. XXX, 5. **Cap. XV.** De preparatione itinecis Philippi regis in Angliam et de crucissignatione puerorum.

Eodem anno rex Philippus concilium Suessionis convocavit — — ad se crucesignandos illecti.

(19) ib. c. 6. **Cap. XVI.** De reconciliatione Ingeburgis regine[a] et itinere Philippi regis usque[a] in Flandriam.

Anno Domini MCCXIII° navigio — — licet ipse iuramento ad utraque se astrinxerit.

(20) **Cap. XVII.* Flamingi nobiliores querunt, quid de ipsorum comite Fernando factum sit.**

1213. Iun. 3. H. Norm. p. 710 sq. Eadem tempestate anni MCCXIII[mi], in vigilia pentecostis[1] Thomas dictus Chieres a Flandria fugiens venit in Novo-portu illucque repperit Robertum de Bethunia[2], Ernoldum de Landas, Philippum castellanum de Maldeghem et Philippum de le Gastine cum XI[s] aliis militibus. Qui retulit eis que et quanta rex peregerat. Tunc inquisierunt[b] de domino comite Fernando, utrum mortuus aut captus esset. Robertus dixit, quod illic mane quidam transierat piscator, qui dicebat comitem Flandrie, comitem Bolonie[4] et comitem Salesberie[5] cum magna gente in insula Walacrie sanos et incolumes fore, et sperabat, quod Willermus comes[a] Hollandie cum predictis intererat cum ingenti comitiva Hollandrinorum atque Frisonum[c]. Qui adinvicem consilia celebrantes decreverunt, quod solum ipsi quatuor secrecius ad Walacrism accederent, Robertus videlicet,

Iun. 4. Arnoldus[d] et duo Philippi, ad querendum comitem eorum. Qui mane valde die penthecostis in naviculam parvam unius piscatoris ascendentes, sulcantes, dum in medio mari prospicerent, viderunt navigium comitis Satisberie versus Angliam properantem[e]; recognoverunt siquidem intersignia certa; et illa nocte dicti milites iocuerunt

Iun. 5. in quadam insula dicta Vulpes. In crastinum applicuerunt ad insulam Walacrie et invenerunt comitem et totam suam comitivam cum comite Willelmo Hollandie[f] et Frisie, una cum comite Bolonie in villa quadam dicta Andembourch[g].

Iun. 6. Comes videns dictos barones cum iocunditate grandi ipsos[a] recepit. Illo sero consilia pertractantes[g] decreverunt, quod nocte eadem[h] versus Le Dam[k] properarent; quod et fecerunt. Ipsis perventis ad terram, intraverunt in Dam cum populo grandi Frisonum atque Hollandrinorum, cum Guillermo domino eorum; qui usque Brugis alas eorum extenderant. Comes Ferrandus misit legatos Brugis, ad finem ut redderent sibi villam. Qui omnino renuerunt sibi obedire, allegantes, quod rex habebat notabiliores[b] ville in ostagiis[i], et quod omnino vitas eorum tuerentur. Tunc comes Flandrie cum ceteris comitibus sibi adiunctis disposuerunt villam Brugis invadere. Brugenses hoc perpendentes pacifice villam totam reddiderunt et receperunt comitem eorum cum felicia et apparatu magno, sibi debitum honorem exhibentes. Milites ac domini patriarum suarum hec audientes, omnes veniebant Brugis ad sibi favorem prestandum et auxilium. Congregatis igitur multis et armatorum copiosa multitudine, omnes ante Gandavum perrexerunt. Qui Gandenses iocunditate repleti dominum proprium naturalem ut comitem susceperunt[k]. Tunc comes primo illuc rumores audivit, quod rex Francie fuerat in Insulis et in Duaco et ambas acceperat villas, et quod in Duaco speciaIiter magnam armatorum multitudinem derelinquerat[l] ad patrie tuicionem et constituerat Ludovicum, filium suum, et Galterum de Castillon, comitem Sancti Pauli, capitaneos una cum Henrico Francie mareschallo.

(21) **Cap. XVIII.** Curtracum a Ludovico, regis Francie filio, capitur et comburitur.**

H. Norm. p. 711. Eadem die venerunt rumores, quod Ludovicus, filius regis, ab Insulis accedere debebat[m] ad villam Curtracensem comburendam. Tunc Boloniensis comes intulit: 'Statim capiamus equos et arma et preveniamus eos et intremus Curtracum. Nos bene deffendemus eam contra omnes adversantes'. Tunc comites, barones, milites et scutiferi Hanonienses et Flamingi armati super equos velocius ascendentes, villam exierunt Gandensem et transeuntes per Trunchinium[n], quia nitebantur, quod aqua Lise esset intermedia inter ipsos et Francigenas. Cum autem pervenissent ad aliam villulam, Donse[o] vocitatam, tum[p] perpenderunt fumum et flammam a Curiraco consurgentes et audierunt a transeuntibus, quod villa Curtracensis erat totaliter combusta, et quod Daniel de Markelies[q] et Philippus de la Gastine erant[q] capti in Curtraco, et quod Ludovicus, regis Francie filius, iam versus

*) Quod comes Ferrandus repertus fuit a Roberto de Bethunia in insula Walacrie cum Willermo comite Hollandie. Cap. XX. *B* 2.

**) Quod comes Ferrandus fecit fortificari villam Yprensem. Cap. XXI. *B* 2.

a) *deest B* 2. b) quesierunt *B* 2. c) frizonum *B* 2. d) arnoldus *B* 2. e) *sic A*; properat *B* 2; properantis *Fortia*. f) Hollandrie et Frisie *B* 2. g) tractantes *B* 2. h) nobiliores *B* 2. i) obsides *B* 2. k) recepe-runt *B* 2. l) dereliquerat *B* 2. m) debebant *B* 2. n) truchinium *B* 2. o) dense *B* 2. p) tunc *B* 2? q) capti erant? capti *B* 2.

1) Hist. ducum Norm. et regum Angliae, SS. XXVI, p. 710: *Le lundi en la pentecouste.* 2) VII, filium Wilhelmi II. de Bethunia. 3) Hist. duc. Norm. l. l.: *Nl. chevaliers.* 4) Rainaldum. 5) Wilhelmum, fratrem germanum Iohannis regis Angliae. 6) Hist. d. Norm. l. l. p. 710: *Midlebourc.* 7) Ib.: *l'ende-main.* 8) Damme. 9) Hist. d. Norm. l. l.: *Daniaus de Maalines*; cf. SS. XXVI, p. 711, n. 3.

H. Norm. p. 711. 1213.

Insulam pacifice repatriatus fuerat. Quibus auditis comes nimium dolens arripuit viam versus villam Yprensem et intravit villam sine contradicto quocunque, ymo cum honore et iubilo ipsum solempniter receperunt. Comes, ymo comites, et tota comitiva de graciosa receptione ipsis actionem graciarum burgensibus reddiderunt. Comes cum suis concomitantibus consilia replicantes, decreverunt illuc arrestare villamque firmare, municiones eorum illuc totaliter cum deliberacione, quandiu guerre perdurarent, confirmare. Tunc fossata profundissima atque latissima cum aquarum concursibus effodi fecerunt; turres satis fortes, ligneas tamen, portas mixtim de lapidibus mixtisque de latoribus coctis ac lignis firmissimis peregerunt sepesque testitudinales loco murorum per ville circuitum in brevi construi fecerunt. Pontes siquidem notabiles et deffensivos ubi pertinere videbantur fundaverunt. Tandem ville sufficienter firmata atque diversis munita ingeniis, decreverunt primitus quoddam[a] fortalicium, Herkinghem vocitatum, invadere, et euntes dictum circumvallaverunt fortalicium, insultus aliquos facientes; sed quia fluvius Lise[b] interponebatur, post XV dies obsidionis inefficaces redierunt Ypris. Inde infra dies paucos contra insulam abierunt et per quatuor dies insultus facientes nichil proficiebant. Ludovicus, filius regis, sic villam dimiserat munitam, ut ducenti milites cum eorum famulantibus viriliter una cum burgensibus, qui formam magnanimitatis resistendi ostendebant, pro ville tuicione ac deffensione in eius recessu remanserant. Videns comes Ferrandus, quod nichil proficiebat, retrocessit. Illi vero de Insulis eius perpendentes recessum exierunt cauto et in cauda acies comitis superintrantes Boussardum[c] de Bourgiselles, virum nobilem atque notabilem, ceperunt et in Insulam incarceraverunt.

Cap. XIX.* Fernandus comes Tornacum obsidet et capit. (22)

H. Norm. p. 711.

Post recessum ab Insulis comes Fernandus consilio procerum suorum habito cum aciebus suis venit et Tornacum civitatem obsedit. Insultibus habitis quam pluribus et machinis atque petrariis erectis et lapidibus, ignibus, mangonellis in civitatem[d] dirigentibus[e], interfectis quam pluribus, civibus infra civitatem inter se dissencientibus, tandem comes Ferrandus per murorum direpcionem fere mille pedum civitatem intravit[2], spoliavit et eam pro parte maiori dis-
rupit[f], portas et muros stravit[3]. Gubernatores ville recollecti XXII milia librarum sibi presente- ib.
verunt, ad finem ut civitatis residuum reservaret, ad finem ut non combureretur. Comes oblata suscepit et LX burgenses pro hostagiis Gandam transmisit, prius XII capitibus truncatis. Accidit, quod octava die a capcione civitatis in foro vaccarum ignis succrevit, unde quinque comburebantur vici, extra tamen civitatis muros. Item eadem die et hora extra portam Prime[4] iuxta sancti Martini ecclesiam ignis consimiliter[g] succrevit, et in propria civitate in vico domine Odille Aletaque[h,5] et in Tura et in vico dicto[i] sancti Petri ignis adeo vehemens succrevit, ut tota civitas incendio videretur periclitari[6]. Comes Ferrandus dolens perquiri fecit diligenter, unde tale provenerat incendium; repperit fuisse Flamingos, qui dolore cruciabantur[k], quod Ferrandus civitatem non exponebat ludibrio; et repperiens conscios circiter octo, ceteris effugientibus, morte cruentissima fecit ipsos perire. Tenuit igitur comes Fernandus civitatem Tornacensem pacifice[7]; statuit illuc prepositos, iuratos, scabinos, clientes[l] et totam officiariis renovavit civitatem, sibi fidelitatem perpetuam iurantes, maiorem[m] partem legis antique ad Gandavum in hostagiis transmissam in signum perpetue fidelitatis et obediencie. Hiis temporibus consultus fuit comes Fernandus, ut ad obsidendum villam Insulensem iterato ib.
accederet, quia Ludovicus, regis filius, solum dimiserat homines armorum in quodam forti castro, dicto Dereygnau[n,8], iuxta muros ville situato; sic erat illud castrum a rege Francie dispositum, quod ab extra villam et ab intra sibi patebat aditus liber. Accessit igitur comes ad obsidionem, obsedit, invasit et tandem villam accepit; paucos interfecit nec villam spoliavit. Comes tandem villa aliquantisper quietata ad castrum de Ieregnau[o] accessit. Rumoribus de ville Insulensis capcione ad regem Francie[o] pervenis, statim congregavit acies iam preparatas[p], versus Flandriam descendit. Comes autem Fernandus, antequam a Tornaco rece-

*) Quod comes Fernandus Flandrie et Hanonie cepit vi armorum civitatem Tornacensem. Cap. XXII. *B* 2.

a) quodam *A*. b) lize *B* 2. c) bourssardum *B* 2. d) civitate *B* 2. e) *nota sententiam male constructam.* f) dirupuit *A*. g) similiter *B* 2. h) odile aletacque *B* 2. i) dicti *A. B* 2. k) cruciebantur *B* 2. l) clientem *A*? *B* 2. m) *Forta emend.* maiore partis . . . transmissa. n) de Reygnau *B* 2. o) *deest B* 2. p) properatas *A*? *B* 2.

1) *Boisars de Bourghiele* Hist. d. Norm.; *Alars*, quod 'Cron. de Fl.' exhibet, rectius esse monet Holder-Egger, SS. XXVI, p. 711, n. 7. 2) Tornacum fraude a Flandrensibus expugnatam esse Will. Brito in Philipp. l. IX, v. 701. et in Gestis Franc. l. l. p. 307, Phil. Mousket v. 21212 sqq. referunt; cf. etiam Chron. univ. Laudun., SS. XXVI, p. 455. 3) Cf. Phil. Mousket v. 21246: *Abatirent portes et murs.* 4) De porta Prime cf. 'Bulletin de la société hist. et littér. de Tournai' II (1851), p. 30; XI (1866), p. 20; Bozière, 'Tournai ancien et moderne' (1864) p. 21. 5) Paulo post, scil. a. 1233, occurrit in chartis quidam Iohannes dictus Aletak civis Tornacensis, Gallia chr. III, Instr. col. 34—36. 6) Cf. Chron. univ. Laudun., SS. XXVI, p. 455: *urbem Tornacum . . . cepit, cuius partem non modicam incendio concremavit.* 7) Will. Brito in Philipp. l. IX, v. 12. Flandros Tornacum per septem, v. 702. per novem dies occupavisse scripsit (cf. SS. XXVI, p. 337. 353). 8) Cf. SS. XXVI, p. 711, n. 8. Hist. d. Norm. l. l.: *Deregnau.*

H. Norm. p. 712. 1213. deret, duplici terciana gravabatur et in tantum, ut in lectica veheretur. Rege autem Insulas perveniente comes videns ville inconstanciam, et quod rex libere et sine difficultate per castrum de Ierrigosa[a] poterat intrare, consultus super lecticam ascendens, versus Gandavum recessit, cunctis a villa volentibus quèque bona exportare recedentibus pacifice. Tunc rex infra dies paucos castrum subintrans, faciliter villam intravit, et paucos repperiens viros, villam combussit; deinde fortalicium d'Erkinghehem dirui iussit una cum castro Casseleti, deinde ad Franciam repatriavit.

123. Cap. XX.* Fernandus ad Angliam transfretavit, ubi a rege Anglie in osculo pacis recipitur.

H. Norm. s. 712-q. 1214. Eodem anno in hieme comes Fernandus ad Angliam pertransiit una cum Ernoudo de Aldenardis, Rassone de Gaures, Gilberto de Bourgielles, Gerardo de Soteghien et aliis quam pluribus militibus, precesserat siquidem comitem Robertus de Bethunia et Balduinus d'Aire. Comes applicuit ad portum dictum Flauwis[1] sine equis; sed rex audito eius adventu statim misit sibi equos in habundancia[2] et pervenit usque ad Cantabrigiam. Tunc rex dixit Roberto de Bethunia et Balduino d'Aire[b]: 'Comes vester applicuit ad regnum nostrum et nunc est Cantabrigie'. Ad hec respondit Robertus: 'Quare non statim ad ipsum accessistis[c], domine?' Rex subridendo dixit[3]: 'Roberte, tu videris esse Flamingus, credis, quod dominus tuus sit alicuius reputacionis'. Cui Robertus: 'Ego non credo, quod sit alicuius reputacionis, sed scio ipsum fore magnum, si pacifice, prout iustum esset, de suis possideret terris'. Cui rex: 'Roberte, iuste respondisti[4]. Vadamus igitur ad

Ian 8. equos, ut in Cantuaria sibi obviemus'. Cum autem Cantuarie perveniisset, rex descendit[d] de equo et amplexatus est comitem et reverenter suscepit eum cum osculo pacis et omnes barones cum ipso existentes. Tunc rex invitavit eum in crastinum in prandio cum tota sua comitiva; in quo prandio ac die rex multa cum ipso tenuit con-

Ian 13. silia; et fecit homagium regi de quadam terra, quam rex sibi dederat in Anglia. Tunc fuerunt confirmate convenciones alias tractate inter regem Anglie et comitem Flandrie. In crastinum comes cum suis adiunctis versus Flandriam repatriavit. Comite Fernando ad Flandriam pervento, audivit rumores, quod Ludovicus, regis filius, Baleolum in Flandria et villam de Stamfort et plures alias ad dominam Mehaldim, materteram comitis, pertinentes [combusserat[e]]; unde comes multum doluit. Qui paucis evolutis temporibus[5] comes congregavit gentem suam, comitem videlicet Boloniensem, comitem Saleberie[f], Hugonem de Boves et Robertum de Bethunia cum suis adiunctis, et villam Sancti Audomari invaserunt. Quidquid erat extra muros succendentes et spolia ville capientes, villam gravibus dampnis intulerunt. Abhinc comitatum de Ghisnes subintrantes, qui Flamingis inimicabatur, quia filius Francie regis Ludovicus a comite[6] abstulerat totum comitatum, combusserunt, usque ad muros ville de Ghisnes quasi totum devastantes. Vicecomes de Melun[g][7], qui terram dicti Ludovici manutenebat, videns, quod tota terra sua combusta, spoliata et devastata erat, congregavit gentem magnam, qui prosecuti fuerunt Flamingos; verumptamen ipsos invadere timuerunt. Abhinc Flamingi depredati sunt atque succenderunt villam de Colewide in eodem comitatu, et inde cum pace apud Gravelinghes reconverti sunt cum magna preda et postmodum Ypris cum honore suscepti sunt.

124. Cap. XXI.** Fernandus comes castrum de Tournehem capit, comburit.

ab. p. 713. Eodem anno consequenter post pascha dictus comes iterum suas congregavit acies et intrans terram Ludovici, regis filii, obsedit castrum de Tournehen[8] et cepit, combussit et destruxit et muros infra fossata proici fecit, cunctis in eodem repertis prius[h] decapitatis. Abhinc iterum intravit terram de Ghisnes. Qui quicquid fuerat residui combussit et destruxit et obsedit castrum de Ghisnes, cepit et destruxit. Comitissam vero de Ghisnes[9], que sua erat conata, in eodem castro cepit et ad Flandriam honorifice duci fecit. Isto tempore Guillermus advocaciatus de Bethunia moriebatur. Vicecomes de Melun[i], qui oppidum Bethunie occupaverat ex[k] parte Ludovici, filii regis, reddidit[l] Mehaldi, que fuerat uxor advocaciati[m] Guillermi et mater Roberti de Bethunia, et tenuit dictum castrum usque ad annos legitimos Danielis, filii sui, et usquedum reversus fuit a Sancta[n] Terra. Isti rumores venerunt usque ad aures Roberti, filii sui, dum adhuc esset in terra de Ghisnes, de morte patris sui, unde magnum suscepit lamentum. Abhinc ad Flandriam[o] omnes repatriaverunt. Einensis aliquibus mensibus iterum[p] comes suas convocavit acies et intravit terram dicti Ludovici et combussit et destruxit totam terram usque prope Attrebatum et vastavit cum totali consumpcione villam dictam Souchet iuxta Attrebatis[q]

*) Quod Fernandus comes accessit ad regem in Anglia, a quo cum honorificentia susceptus est. Cap. XXIII. *B* 2.

**) Quod Fernandus comes intravit terram Ludovici regis et obsedit ac cepit castrum de Tornehem. Cap. XXIIII. *B* 2.

a) yerregnou *B* 2. b) *deest B* 2. c) non acc. *B* 2. d) rex equo desc. *B* 2. e) *deest A*; ceperat *B* 2; avoit ars *Hist. d. Norm.* f) de salesberie *B* 2. g) meleum *B* 2. h) prius abb. it. dec. *corr.* dec. prius abb. it. *B* 2. i) Meleun *B* 2. k) vice Lud. *B* 2. l) reddit *B* 2. m) G. adv. *B* 2. n) t. s. *B* 2. o) om. ad Fl. *B* 2, + p) com. it. *B* 2. q) altrebatis *B* 2.

1) Hist. d. Norm. *Sanwis.* 2) Huc loco hac. de Guisia propius accedit ad 'Cron. de Fl.' l. l. p. 113: *Mais li roys qui savoit bien leur venue, leur envoya;* Hist. d. Norm. l. l. p. 712. exhibet: *mais les gens le roi ... l'en encoiierent asses.* 3) Hic quoque textus Chron. Flandr. magis nostro convenit. 4) Hist. d. Norm. tantum: 'Par saint Jake', dist Robiers, 'je *ai droit, ke si est chou'.* 5) Similiter 'Cron. de Fl.' l. l.: *Tantost apres;* contra Hist. d. Norm. l. l.: *Au quaresme apries* etc. 6) Arnolfo II; cf. Duchesne, 'Hist. de la maison de Guines' p. 153 sqq. 7) Adam. 8) Hist. d. Norm. l. l. p. 713: *le castiel de Bouchem.* 9) Beatricem.

ad tres leucas. Abhinc ante castrum et villam de Lens fecit insultus, sed non arrestavit diu; sed accessit ad villam de Houdain et eam totaliter combussit prioratu dempto[a]. Iterum abhinc ad quoddam[b] fortalicium, quod dicebatur Pulchra-domus[1], quod ad Sigerum[2] de Gandavo pertinebat, qui cum Ludovico predicto alligabatur, et illud funditus destruxit. Quibus perpetratis accessit ad obsidendum villam de Aire, ubi sedit circiter tribus ebdomadis et insultus plures ad portas fecit. Licet modicum profecerit, dampna plurima intulit ville et habitantibus in eadem patriamque circumadiacentem, Ludovico predicto obedientem, totaliter abrasit, captivatis[c] popularibus ac fugatis[d]. Rex Philippus audiens que et quanta Flandrie comes peregerat[e], convocatis aciebus versus Flandriam properavit. Comes autem Flandrie audiens, quod imperator Otho[f] ad regias Anglie mandatum ad Hanoniensium partes descenderat, ei[h] obviam processit. Videns comes, quod paucam gentem secum adduxerat, et quod a papa depositus ab imperatoria dignitate et excommunicatus erat, non obstantibus quibuscunque, ipsum solempniter suscepit, eciam in sua Valencenensi villa in aula propria ipsum decenter suscepit, in qua remansit cum tota comitiva sua usque ad regis Francie adventum. H. Norm. p. 713. 1214.

Cap. XXII—XXXIX[3]. (25—42)

Hoc eodem anno mense Septembri — — ita ut nox sicut dies illuminari videretur. Finc.

Cap. XL.[*] De planctu Flamingorum et Hannoniensium super captivitatem Fernandi. (43)

Postquam igitur Philippus rex Francorum effugaverat nutu[i] Dei excommunicatum illum Othonem, tam ab imperio auctoritate summi pontificis depositum, et ipsum fugere compulisset a bello Bovinensi[k] cepissetque Flandrie et Hanonie comitem Fernandum cum ceteris nobilibus, prout superius explanavimus, rumoribus circumquaque diffusis, in tantum lamentum, fletum et dolorem Flandrenses atque Hanonienses omnes utriusque sexus, ecclesiastici, nobiles atque communitates prolapsi sunt, ut irremediabili viderentur[l] desperacione languere; cotidie gemitus, cotidie suspiria, cotidie lamentaciones et lacrime succrescebant; versum[m] siquidem erat eorum chorus in luctum et citara in voce fletus, Othoni et eius maledictissime genti continue maledictiones pestiferas imprecantes, sibi totaliter imponendo belli sic atrocis eventum tam horrendum. Latuit siquidem res gesta tam Mehaldi[4] quam Iohanne comitisse Flandrie atque Margarete per spacium longum, usque videlicet ad tempora, in quibus Hanonienses episcopum Cameracensem[5], Flandrenses episcopos Tornacensem[6] atque Morinensem[7] supplicaruit, quatenus ad dictas comitissas accederent, ipsas ad pacienciam et virtutes temperancie, fortitudinis atque prudencie inducerent, graciosius quo possent rei seriem et belli eventum lamentabiles explicando; quod et fecerunt. Si vero lamenta, si clamores, si lacrimarum profluvia, si eiulatus, si singultus, si suspiria, si cordium sincopis et extasis mencium illuc tunc affuerint, non est admirandum. Paucis postmodum evolutis diebus bone ville[n] patriarum tam Hanonie quam Flandrie una cum nobilibus diversa congregaverunt parlamenta pro rei publice patriarum ac comitisse regimine, statu atque deffensione, gubernatores, consiliatores atque rectores patriarum statuendo. Iohanna statum lugubrem atque simplicitatis, devotionis et humilitatis assumens, operibus misericordie et ecclesiarum, hospitularum[o] et monasteriorum[p] fundacione et repacione plurimum[q] innitens, tempus sue iuventutis in tribulacionibus et angustiis sine reprehencione honorabiliter valde pertransiit. Mirabatur siquidem hiis temporibus comitissa, quare Bouchardus de Avesnis, qui sororem suam desponsaverat Margaretam, qua de causa non fuerat ad regimen patriarum assumptus, dum tamen plures ipsorum inferiores ad hoc idem assumpti erant et minus ydonei suo iudicio; male siquidem de consiliariis contenta omnino scire voluit raciones. Tandem fuit qui sibi[r] detexit, quod Bouchardus non erat ydoneus tantarum patriarum regimine, cum ipse de facto a iure communi excommunicatus Thren. 5, 15. Iob 30, 31.

[*] Quod Hanonienses, Cameracenses et Flandrenses Tornacensem et Morinensem episcopos miserunt ad comitissam consolandum. Cap. XLIII. *B* 2.

a) *deest B* 2, *post add. ante* prioratu. b) quodam *codd.* c) captivitatis *codd.* d) *emendavi H.-E.*; pop. ab negatis *A*; ab negatis *B* 2. *Fortia emiend.* perpluribus aut necatis. e) pegit *B* 2. f) Otho *B* 2. g) regem *B* 2. h) *ita A*?; ei sibi obv. *B* 2. i) mitu *codd.* k) bouvinensi *B* 2. l) viderent *B* 2. m) *ita codd.* n) villarum *B* 2. o) hospitaliarf *B* 2. p) monasterione *B* 2. q) plure *B* 2. r) *deest B* 2.

1) Hist. d. Norm. l. l. p. 713: *la belę maison autresi.* 2) H. castellanum Gandav. 3) Descripta sunt his capitibus ad verbum Vinc. Bellovac. l. XXX, c. 9—13. 49—51. (De bello cum Albigensibus gesto et de S. Maria de Oegnies), c. 53—62 (De pugna apud Bovinas commissa). 4) Cf. supra l. XX, c. 2. 5) Iohannem III. 6) Gossuinum. 7) Adam.

foret; et sicut ex consorcio Othonis imperatoris tota acies patriarum nostrarum fuerat infecta et iudicio divino contrita, sic timent consiliatores patriarum, quod[a], si regimen haberet Bouchardus, quin flagella[b] Deus ipse nobis inmitteret. Iohanna verbis generalibus non contenta scire voluit omnino, unde Bouchardo talis provenerat excommunicacio. Finaliter fuit sibi reseratum, quod ipse Bouchardus, licet desponsasset in facie ecclesie domicellam Margaretam, ipse tamen ad hoc ineptus erat, quia subdiaconatus ordinem sue iuventutis tempore receperat, et ex eo, quia dictam Margaretam desponsaverat, sentenciam excommunicacionis incurrerat. Que totaliter attonita indicibiliterque[c] turbata episcopum Tornacensem maioresque clericos suarum patriarum demandavit. Qui diversas super propositis
1215. sententias dictantes concluserunt, quod expediens esset, ut in propinquo generali consilio Rome celebrando casum transmitteret discutiendum; quod et fecit. Interim pluries scripsit litteras, misit milites et episcopum Tornacensem ad Bouchardum, ipsum inducendo, quatinus dictam Margaretam Iohanne comitisse remitteret[d], et ipsa reciperetur gratanter. Aliqui consulebant, ut monialis efficeretur, alii, ut beghina, alii, ut in Sancta Waldetrude aut Melbodii, alii, ut hospitularia[e], et alii, ut in simplicitate et humilitate residuum vite sue deduceret; et sic multi multa loquebantur. Sed Bouchardus ipsam remittere usquequaque omnino recusavit. Comitissa tandem considerans Bouchardi obstinacionem, domino Innocencio pape necnon et toti concilio generali scripsit supplicando, quatinus super factum, quod sorori sue acciderat, discutere aut determinare dignarentur[1], et utrum matrimonium inter sororem suam et Bouchardum esset ratum, et ambo filii, quos genuerant, essent censendi legitimi[2].

44) Cap. XLI.* Quod rex Anglie Iohannes audiens Fernandum comitem esse captum, obtinet treugas a rege Francie.

1214. Eodem tempore[3] Iohannes rex Anglie partibus Pictavie seviebat. Contra quem Ludovicus, primogenitus regis Francie, veniens miro modo eius vires dissipavit[f]. Nam dum cum eodem rege vellet sepius idem Ludovicus congredi, virtutem timens Francorum, quam pluries fuerat expertus, sibi et suis fugā consuluit innominiosa[g]. Qui cum audisset Fernandum comitem Flandrie, cum quo fedus inierat, captum et alios, qui prenominati sunt[4], animo consternatus[h] et confusus obtinuit treugas inter se et regem Francie ad septem[5] annos exhibere, et utrobique iuramento firmavit[i][6]. Eo anno magister R[obertus[k]] de Cruchon[7], vir admodum litteratus et in theologia facultate preditus, Sancti Stephani in Celio monte presbyter cardinalis, a felicis memorie papa Innocencio in Galliam missus, ut ibidem legacionis officio fungeretur, subvencionem Terre Sancte predicando per civitates, urbes et
Matth. 13. 8. castella verbum Dei seminavit. Cuius semen cecidit in terram bonam et ortum fecit multiplicem fructum. Nam per regnum Gallie multos divites et pauperes, nobiles et ignobiles indiferenter regalis vexili caractere consignivit[l]. Inter quos dictus Anglie gubernator post innumera flagitia, post mortem Atriti[m], nepotis sui, ducis Minoris Britannie, quem, quia maluit regi Francie inherere quam ei, qui patruus suus erat, fecerat submergi[8]; post ecclesiarum oppressiones, post nobilium matronarum dehonestaciones, post virginum defloraEzech. 33. 11 ciones, sicut dicebatur, ab eo visitatus qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat, ut indulgenciam posset promereri, cum multitudine suorum humero sancte crucis signum affixit. Non diu post Flandrensibus in bello devictis et fugatis[9] et civibus, quos rex
1218. obsides abduxerat, a capcione redemptis, inundacio maris erupit et terram, que vestigia

*) Quod Iohannes rex Anglie audiens captivitatem Fernandi, cum quo fedus inierat, per septennium treugas obtinuit. Cap. XLIIII. *B* 2.

a) quod si *des. B* 2. b) flagella flagelt *A*; flagelt *B* 2. c) indicibilique *B* 2. d) remitteretur *A*. e) hospitaloria *B* 2. f) disciparit *A*. g) ignominiosa *B* 2. h) conseruatus *A*. i) confirmauit *B* 2. k) R. *codd.* l) insignivit *B* 2. m) *sic codd.; lege* Arturi.

1) Cf. chartam a. 1216, Ian. 10. per archiepiscopum Remensem datam, apud Warnkönig, 'Flandr. Staats- und Rechtsgeschichte' III, Doc. p. 206, nr. CXXVII; epist. Innocentii III. datam Ian. 19; Potthast nr. 5053. Ineptiis plena est haec narratio Iacobi. 2) Eadem auctor brevius c. 5. iam tetigerat. 3) A. 1214, Febr. 15. primo in Pictavia occurrit; cf. Hardy, 'Itinerary of king John'. 4) Cap. 39. (42). ex Vinc. Bellovac. 5) Ad quinque annos potius. 6) Sept. 18. apud Chinon. 7) Robertus de Curson; cf. Hist. duc. Norm., SS. XXVI, p. 714; Rob. Aut. cont. II, ib. p. 280; Chron. univ. Laud., ib. p. 456. 8) Cf. Pauli, 'Gesch. v. England' III, p. 310 sqq. 9) Scil. apud Bovinas.

regis evaserat, cum incolis submersit[1], ita quod evidencius dampnum ex dicta submersione 1218.
proveniret, quam regis excercitus terre, quam perambulaverat, irrogasset. Inter que mirabile quid contigit in posteriorum memoria; nam infans quidam divino nutu in cunis[a] iacens et dormiens ab aquis acceptus est et Zelande[b] usque ad Mandeghien aquarum ministerio deportatus, dormiens inventus, ab aquis extractus est et nutritus. Hiis pestilenciis Flandrensibus vehementer affectis subsecuta est alia pestis multo nocivior istis; nam Gandas[c], Ypris, Brugis incendium adeo devastavit, ut medietas domorum vix in eis remaneret; ubi non pauci promiscui sexus viri et femine perierunt, ita ut de iure Domino possint decantare: *Transivimus per ignem et aquam.* Et utinam quod sequitur[2] eisdem coaptari[d] Ps. 65, 12
possit! Hoc[e] incendio pervigente Gandavi, quid contigit inter memorabilia[f] computandum. Nam septem viri et femina una adustionis calore coacti, cum aliter non possent evadere, in putheum se cadere permiserunt. Ibidem in quadam cavitate latitantes, cum post ignem quidam huius facti ignorans ad hauriendum[g] aquam veniens situlam in putheo dimisit, cui unus latitancium inherens sui fecit indicium. Quem multitudo superveniens cum eis qui latitaverant extraxit. Quibus vix extractis et divino iudicio ad vitam salvatis[h] puteus calcancium vestigiis oppressus, maceria[i] deficiente, qua fuerat compactus, in unum corruit acervum. Flandrensibus adeo mirabiliter et innumerabiliter flagellatis, ut de eis convenienter posset intelligi illud propheticum: *Residuum locuste comedit brucus*[k] et cetera Ioel 1, 4.
que sequuntur.

Cap. XLII. De infortuniis[l] regis Anglie. (45)

Francis vero in superbiam elatis[m], non attendentibus, *quia superbis resistit Deus, humi-* 1. Petr. 5, 5.
libus autem dat graciam, et pocius in rege suo temporali quam in eo, per quem reges Prov. 8, 15.
regnant, gloriantibus[n], barones Anglie adversus regem suum I[ohannem][o] inauditam susci- 1215.
taverunt sedicionem, eam captantes occasionem, quod antiqua libertate destructa regnum Anglie in tantam redegerat servitutem, ut nemoribus propriis nemo ausus esset venari; insuper, si nobilis quis decederet, minori herede relicto, eumdem rex mancipabat, et fructibus terre sué pro voluntate sua receptis, ubi et quando volebat[p] nuptiis tradebat. Hec et alia huiusmodi deliramenta nobiles et innobiles, potentes et impotentes, pauperes et divites ad tantam provocaverunt indignacionem, ut unanimiter ab eius se[q] dominio subtraherent. Dictus vero rex attendens, quia *domestici hominis inimici illius*, dum videret suos[r] in excitium suum Matth. 10, 36.
machinari et suorum se[s] solacio destitutum, in Domino spem ponens, cuius vexillum erexerat, cum non posset eos scriptis seu promissis a proposito se[t] revocare, legatos misit ad dominum Innocencium, tunc sedis apostolice pontificem, eidem de suis lamentabilem deferens querimoniam; promisit, quod, si aliquid[u] perperam[v] egisset, paratus esset lineam[w] corrigere sedis apostolice consilio, cuius patrocinium duplici intencione postulabat, eo scilicet, quod cruce signatus esset et quod terram suam, qua diebus beati Augustini Anglorum apostoli Romano pontifici tributariam, eidem fecisset feodalem. Summus vero pontifex dicto regi paterna compassione condescendens, dictos barones et eorum fautores et adiutores, cum non posset eos amicabili admonicione ab incepto retrahere, excommunicavit et fecit per totam Angliam[x] excommunicari. Cum ergo rex videret dictos rebelles Romano pontifici contumaciter resistere, solito desperatior et suorum insidias effugere volens, cum hiis quibus potuit, munitis castellis et locis, que eidem remanserant, Dovram[3] usque pervenit, ubi fuit tanto timore percussus, quod infra ambitum Anglie non presumeret pernoctare; ymo, cum tempus sumno[y] congruum vigeret, in altum maris se faciebat adduci et non aliter se permittebat sumni[z] fomento recreari[4]. Cum autem dictum regem tociens *foris*[a] *pugne*[b] urgerent et *intus timores*, quemdam sibi fidelem, de quo pre ceteris confidebat, 2. Cor. 7, 5.
Hugonem scilicet de Bove, in partibus misit transmarinis[5]. Qui collecta multitudine mili-

a) cuñ *vel* cuñ? *A*; cuna *B* 2; *emend. Fortia.* b) zelañ *B* 2. c) gandā *B* 2. d) *emendavi H.-E.*; coartari *codd.* e) hec *A.* f) numerabilia *codd.*; *emend. Fortia.* g) haurrendum *A.* h) *emendavi H.-E.*; salutis *A. B* 2; redditis *add. B* 2. i) materia? *codd.* k) brutus? *codd.* l) infortunio Iohannis r. A. *B* 2. m) elatis *A.* n) gloriantur *codd.* o) *ita emendandum* id est (= ·ı·), *quod codd. praebent. H.-E.* p) nolebat *A.* q) d. se *B* 2. r) suos *A.* s) sol. se *B* 2. t) suo *emendandum videtur.* u) aliquis *B* 2. v) perperem *A.* w) *sic corrupte A*; limen *B* 2. x) *in loco vacuo relicto post, ut videtur, suppl. A*; ecclesiam *B* 2. y) sūme *B* 2. z) sūmi *B* 2. a) urg. foris *B* 2. b) pūgne *A*; deest *B* 2.

1) Cf. Chron. univ. Laudun., SS. XXVI, p. 457. a. 1218. Norm. l. l. p. 714: *si entra en mer, car il n'osoit* 2) Videlicet: *et eduxisti nos in refrigerium.* 3) A. 1215, *demourer sour tierre.* 5) Cf. ib. p. 715.
Sept. 1; cf. Hardy, 'Itinerary'. 4) Cf. Hist. duc.

1215. tum per Flandriam, per Hanoniam, per Lothoringiam, apertis thesauris regis et habundanter effusis, cum infinita militum et sergantorum[a] copia ad portum maris prospere, quamcicius sperans ad partes Anglie transfretare, remeavit. Sed non contra Deum fortitudo neque sciencia, qui quando vult et quos vult salvat et succendi[b] vitam nostram velut aranee telam habet potestatem: nam cum idem Hugo in portu[c] aeris serenitatem expectasset, se tandem mari credidit, minime providens, quid ei esset eventurum; quia, cum velis extensis[d] navigaret Hugo et stipendiarii sui, surrexit[e] spiritus procelle[f], et exaltati sunt fluctus, et tempestate invalescente multi sunt submersi[2], quidam vero pre timore mortis crucesignati[3], inter quos cum eodem Hugone tres filii domine Ricautis de Audenarde[4], viri nobiles et potentes, colligatis camisiis, ut simul inventi sepelirentur, insimul fuerunt aquarum vehemencia obruti. De invencione vero corporum eorum usque hodie ignoratur. Aliis navigantibus visus est a quibusdam equus niger vestigia[g] sequens navigancium, qui statim, ut navigantes vivifice crucis signaculo fuerunt insigniti, disparuit, eisque serenitas aeris benignior arrisit. Aliis navigantibus fuit visa manus in celo, que dominice passionis caractere[h] notatis benedixit; quo facto tempestas cessavit. Qui non absque grandi gravamine qualitercunque transfretati, a rege fuerunt hilariter recepti. Quorum viribus rex animatus pariter et armatus suorum hominum[i] assultus viriliter propulsavit, ita quod castellum Nonecestre[5] a baronibus munitum et possessum in brevi obsideret et cum magno dispendio suorum, hiis qui arcem tenebant fortiter[k] resistentibus, expugnaret. Ubi[l] non paucos nobiles captos carcerali[k] custodie mancipavit.

(46) Cap. XLIII.* Quod Innocentius 3us apud Latera[num] generale concilium tenuit.

Vinc. XXX, 64. Eodem anno, videlicet MCCXV, dominus Innocencius, Romane sedis antistes, consilium celebravit, XVIII. pontificatus sui anno, quale non fuit ante ipsum in ecclesia Romana celebratum, secundum quod Iosias rex Israel fecit[1] magnum eo anno regni sui, quale non fuit a diebus iudicum factum; nam tanta fuit in dicto consilio multitudo patriarcharum, metropolitanorum, episcoporum et aliorum prelatorum et abbatum, ut vix numero possent comprehendi[m].

cf. 4 Reg. 23, 22.

Luc. 22, 15. In quo dictus dominus pontifex fecit sermonem, cuius theuma[n] fuit: *Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar.* Ignorans horam sue mortis prophetavit. Ibidem presidens barones Anglie et fautores et adiutores eorum cum Othone, qui fuerat imperator, excommunicans, eundem Othonem depositum[2], quia ecclesie Romane rebellis extiterat, denunciavit. Item dampnavit perversam doctrinam Ioachim et Almarici doctrinam dicens — — censenda sit, sed nefanda.

Vinc. XXX, 64.

(47) Cap. XLIIII. Degradatio Bouchardi de Avesnis.

Bouchardum vero de Avesnis, qui cantor Lodunensis et thesaurarius Tornacensis et subdiaconus extiterat, a clericali milicia ad secularem apostatans, nobilem feminam Margaretam, illustris Constantinopolitani imperatoris filiam, consanguineam suam, sue fidei commendatam fraudulenter abduxit et cum ea de facto, cum de iure non posset, qualicunque modo contrahi, excommunicavit et fecit per totam provinciam Romensem singulis dominicis diebus et festivis eumdem excommunicari tam diu, donec

*) Quod Innocentius tercius generale concilium Lateranense congregavit. Cap. XLVI. *B* 2.

a) sergentorum *B* 2. b) succedendi *codd.; emend. Fortia.* c) potu *codd.; alia manu, ut videtur, superscr. e B* 2. d) extendis *B* 2. e) *deest B* 2. f) procelli exaltati *B* 2. g) seq. vest. *B* 2. h) dominice *iterum B* 2. i) eorum assultus *B* 2. k) cust. care. *B* 2. l) *post* fecit *spatium vacuum 7 litt. B* 2; Phase *supplendum ex 4. Reg.* 23, 22. m) rephendi *B* 2. n) *sic B* 2; themata (?) *A*.

1) Portus, ubi vela dedit Hugo de Boves, in Hist. duc. Norm. l. l. p. 715. *Ia Mue* apud Damme dicitur; cf. Phil. Mousket v. 22509. 2) Cf. Rogeri de Wendover Flores temp., SS. XXVIII, p. 45; Phil. Mousket v. 22503 sqq. 3) Sic quoque Chronica de Melros, SS. XXVII, p. 438. 4) Richildis, mater Arnoldi de Aldenardis, secundo matrimonio Waltero de Sotteghem nupserat; *cf.* chartas a. 1199. et 1202. 1215. apud Duchesne, 'Hist. génér. de Béthune', 'Preuves' p. 384 sq., et de Smet, Corpus chron. Fl. II, App. nr. 105. 106. Eius filios, qui tum perierunt, nominat Hist. duc. Norm. l. l. p. 715: *Gautiers de Sothenghien, Evrars Radous, Bauduins.* Cf. Bald. Aveun., SS. XXV, p. 450; Phil. Mousket v. 22513 sqq., SS. XXVI, p. 763, n. 14. 5) Rochester (comit. Kent), quod castellum rex Oct. 13.—Dec. 6. obsedit; Hardy, 'Itinerary'; Pauli III, p. 445 sqq.; cf. Polychronicon Ranulfi Higden VII, c. 23, ed. Babington VIII, p. 194; Chronica monast. de Melsa ed. Bond I, p. 396. 6) Cf. Andr. March. cont., SS. XXVI, p. 213; Chron. univ. Laudun., ib. p. 456. 7) Cf. Winkelmann, 'Philipp von Schwaben und Otto IV. von Braunschweig' II, p. 423.

sorori sue[a] dictum restituisset puellam et ad ordinem, quem Deum offendendo caliquando, humiliter re- 1215.
diisset[b.1].

Cap. XLV. De miseria Iohannis regis Anglie. (68)

Finito[2] concilio et sanctis patribus, qui convenerant, licenciatis dominus papa dominum Galterum tituli sancti Martini[c] presbyterum cardinalem, virum in utroque iure peritum, magni animi et corporis[d] elegantem, a latere suo ad partes Anglie istas destinavit, ut in Anglia legati fungens officio illos domino suo rebelles ad concordiam domini sui, si posset, deberet revocare. Qui primum regem Francorum conveniens[3], eumdem ex parte omnipotentis Dei et apostolorum eius Petri et Pauli et summi pontificis Innocencii rogavit, ne filium aut homines suos in contemptum sedis apostolice permitteret transfretare. A quo nichil racioni consentaneum, sed tantum verba recepit contumeliosa. Qui cum venisset in Angliam, guerram non regis, sed summi pontificis reputans, bellantibus, qui ex parte regis erant, iniunxit, ut in[e] remissionem omnium peccatorum pro[f] patrimonio[g] principis apostolorum fortiter[h] dimicarent, tantam[h] promittens[i] indulgenciam cadentibus rebellium gladiis, quantam sibi crederent exhiberi[k], si ante muros civitatis sancte Iherusalem perimerentur ab incredulis. Post tempus non longum Ludovicus, primogenitus regis Francie, a rebellibus et sediciosis in auxilium vocatus, acceptis ab eisdem obsidibus, quod eum[l] promoverent in regem, nec Deum timens nec sentenciam reverens excommunicacionis, cum milites suos, castellanum[m.4] de Sancto Audomaro et alios usque ad centum premisisset, cum quibus- cunque[n] militibus potuit et sergantibus transfretavit et in portu Zantwic[o.5] cum navibus, Mali 21.
quas adduxerat, applicuit et in insula, que dicto portui adiacebat, castra metatus est. Quo audito rex Iohannes, cum esset Cantuarie[p], eidem in multitudine permaxima occurrit. Qui licet eumdem tunc temporis de facili potuisset expugnasse, tamen de suis, quos debitis stipendiis defraudaverat, diffidens[q], eo quod mercenarii essent, non fuit ausus cum eo dimicare; sed cum dicto exercitu usque[r] Wincestriam[7] remeavit et dicto [Ludovico] viam ad agrediendum Angliam aperuit. Ad quem dictus G[alterus][r] universalis legatus, missa celebrata, verum Deum et hominem, quem ipso die ex pane et vino consecraverat, pre[s] se manibus ferens, accessit eique ex parte Ihesu Christi Nazareni, Petri et Pauli apostolorum eius et summi pontificis vices Christi agentis in terris inhibuit, ne in preiudicium sedis apostolice aliquid presumeret durantibus treugis attemptare, sed relicto beati Petri patrimonio, in quo nullum posset offendere, ad propria deberet remeare. Quem, cum eius inhibicioni aspernabatur obedire, sub testimonio Crucifixi, quem veraciter tenebat in manibus, et omnes, qui cum eo venerant, eidem volentes in hoc facto auxilium prestare excommunicavit[8] et communione corporis et sanguinis[t] Ihesu Christi esse alienos denunciavit. Quidam vero de astantibus, qui sanioris erant mentis, uberrime flebant. Post recessum cardinalis Ludovicus Cantuariam usque pervenit, ubi sibi et suis fecit in ecclesia metropolitana sancte Trinitatis a quodam capellano suo excommunicato missam, si tamen dici potuit missa, celebrari; officioque enormiter peracto monachi dicte ecclesie altare subverterunt, in quo fuerat celebratum, libros, vestes, calicem et alia ornamenta, quibus usus fuerat presbyter ydolatra, videntibus Francis igni combusserunt[9]. Inde procedentes Ian. 2.

a) *desst B* 2. b) *reliqua pars paginae vacat codd.* c) Marci *B* 2. d) corpory *codd.* e) *desst codd.* f) *supra lineas postea add. B* 2. g) patrimonium *B* 2. h) *emendavi H.-E.*; tandem *codd.* i) permittens *A.* k) exhibere *B* 2. l) cum *A.* m) castellum *codd.*; *emend. Fortia.* n) tribus cunque (cumque) *codd.*; *emend. Fortia.* o) Zanturine *A. B* 2 (nec *parum clare*). p) ad *add. B* 2. q) Iohi *del. A* (I. *in cod. autographo scriptum fuisse videtur. H.-E.*); *desst B* 2. r) G. *codd.* s) cons. se ferentem man. *codd.*; se fer. *omisit Fortia.* t) domini nostri *add. B* 2.

1) Omnia haec sumpta ex bulla Innocentii III. a. 1216. Ian. 19, Potthast nr. 5053. Idem caput ex Iacobo de Guisia editum est SS. rer. Gall. XVIII, p. 592. 2) Bonum et peraniquum auctorem secutus est Iac. in hoc capite, nescio an Anonymi Bethuniensis hist. regum Franc., de qua nuper retulit V. Cl. L. Delisle, quae a. 1216. desinit. H.-E. 3) Lugduni; cf. Pauli III, p. 457. 4) Wilhelmum V; cf. Giry in 'Bibl. de l'école des chartes' XXXV (1874), p. 350 sqq. Cf. Rogeri de Wendover Flores Hist., SS. XXVIII, p. 49: *Lodowicus . . . misit quosdam precursores suos in Angliam . . . Nomina autem eorum haec sunt: castellanus de Sancto Audomaro* etc. 5) Sandwich in insula Thanet. 6) Ibi Mali d. 20—21. moratus est; cf. Hardy, 'Itinerary'. 7) Winchester, ubi rex Mali d. 28. — Ian. 5. fuit; Hardy l. l. 8) Cf. Polychronicon Ranulfi Higden l. VII. c. 23. ed. Babington VIII, p. 194; Chronica monast. de Melsa ed. Bond I, p. 396; cf. Pauli III, p. 462. 9) De hac re in fontibus Anglicis nihil legi docet me v. cl. F. Liebermann. Notandum autem est abbatem monachosque S. Augustini Cantuariensis revera Iassos fuisse excommunicationem apostolicam proclamare, cf. Pauli III, p. 463.

1216. venerunt Londinium[a], ubi a complicibus suis, qui periuri domino suo eumdem abnegarent[b], cum omni[c] gaudio recepti sunt. Unde nunciis circumquaque missis civitates et castella, vocatis ad se nobilibus, qui pauci cum rege remanserant, sibi Ludovicus usurpavit. Sed et comes Salebergensis[1] relicto fratre suo rege Anglie eidem Ludovico fidelitatem fecit. Rex vero licenciatis stipendiariis suis ad partes Gallie[2] recessit, ubi in castello quod dicebatur Corph[3] thesauros suos reconditos habuit. Comitissa Boloniensis[4] a Philippo rege Francie exilio relegata et a terra, que ipsam ex[e] materna successione contingebat[d], electa, iuxta Valencenas, cum esset Colonie causa peregrinandi ad tres reges profectura, paschali tempore de palefredo suo cecidit et intestata decessit. Cuius corpus, relictis apud Sanctum Salvium visceribus, Bolonie delatum est, ibidem cum patribus suis[e], sicut iamdudum rogaverat, sepeliendum[b]. Cui Philippus[5], filius regis Francie, ex[e] supradicta, eo[f] quod unicam eius filiam[f] haberet, in comitatu successit[g]. Henricus Constantinopolitanus imperator, Hanoniensis nacione, post triumphorum multitudinem, post incredulorum expugnacionem, accepto toxico a domesticis suis ab hac vita migravit. Cuius gloriosos actus si quis scire voluerit, legat epistolas ab eodem a partibus orientis ad nos destinatas, que in pluribus habentur ecclesiis[h]. Cui successit in imperio Petrus comes Autisiodorensis, eo quod sororem suam primogenitam Yolendem haberet in uxorem. Dominus Innocencius, XIX° pontificatus[i] sui anno, vir scientie singularis et in utroque iure perfectus, apud Perusium[k] constitutus, cum sibi sanguinem minui fecisset et a referentibus audisset dictum Ludovicum contra decretum suum in Angliam transfretasse, ad tantam provocatus est indignacionem, ut letargicam incurreret infirmitatem, qua et ab hac luce substractus[l] est. Cui Honorius, qui Cincius[k] dictus fuerat, successit in apostolica sede[l]. Qui predecessoris sui vestigiis inherens sentenciam in Othonem et barones Anglie iterando confirmavit.

(49) Cap. XLVI. De confirmatione ordinum Mendicantium ab Honorio papa III°[m].

Vinc. XXX, 123. Ambo itaque predicti patres novorum ordinum institutores — — per varias mundi regiones dispergi[n].

(50) Cap. XLVII.* Rex Anglie Iohannes moritur.

ib. c. 78. Anno prenotato, scilicet ab incarnacione Domini MCCXV°, rex Anglie — — a communione Dyrachii[o] invasore Theodoro.

(51) Cap. XLVIII.** Iohanna comitissa Flandrie et Hannonie diversas terras, monasteria, hospitalaria fundat.

Hiis siquidem temporibus sepe dicta comitissa Iohanna ob Dei reverenciam et[c] Fernandi mariti salutem tam in Flandrie quam Hanonie comitatibus multas fundavit ecclesias, abbassias, hospitularias, leprosarias, in quibus Deus sanctique gloriosi pauperes utriusque sexus serviebantur. In Gandavo domum sancti Iohannis, que est communis toti ville, et illuc capellanias plures instituit. Item consimiliter Brugis hospitulariam[p.10] et fratres sex, qui pauperum bona distribuerent, in loco, ubi nunc mercimonie mercatorum ponderantur[11]. Item beghinagium, quod dicitur Vinea, in eadem villa incepit et capellaniam primam instauravit. Item Ypris eciam hospitale fundavit cum capella. In diversis villis tam Flandrie quam Hanonie

*) Quod Iohannes rex Anglie moritur, et Ludovicus rex acceptis obsidibus transfretavit. Cap. L. *B* 2.

**) Quod Iohanna comitissa ob anime Fernandi salutem in Flandria et Hanonia plura pia loca fundavit. Cap. LI. *B* 2.

a) londf *codd.* b) abnegarant *emendandum videtur.* c) *deest B* 2. d) contigebat *A.* e) *forsasse emendandum* supradicte ex eo *B.-E.* f) ex eo *B* 2. g) sui pontif. *B* 2. h) peluslum *A.* i) subtractus † *A.* k) cinchius *B* 2. l) in apostolatu *B* 2. m) *numerus deest B* 2; per papam Gregorium *Vinc.* n) dispersi *Vinc.* o) dirachii *B* 2. p) hospitaluriam *A*; hospitalariam *B* 2.

1) Wilhelmus Longa-spata III; cf. Pauli III, p. 461. 2) Id est Wales. 3) Corfe, ubi rex Iun. 23. — Iul. 27. moratus est; cf. Hardy, 'Itinerary'. 4) Ida, filia Matthei comitis Bolonise, uxor Reginaldi de Domno-Martino; cf. Wilh. Andr. c. 181, l. l. p. 749. 5) A. 1216; cf. Wilh. Andr. c. 202, l. l. p. 758: *Ida Bolonise comitissa in Flandria moriens, Bolonise sepelitur.* 6) Cognomine Hurepel, filius regis ex Agnete de Merania. 7) Mathildem; cf. Wilh. Andr. c. 224, l. l. p. 763; Wauters, 'Table chron.' III, p. 159. 8) Cf. Rogeri de Wendover Flores hist., ed. XXVIII, p. 43. 9) Litteras a. 1206. Godefrido praeposito Duncensi, a. 1213. amicis suis omnibus res in oriente gestas continentes misit, quas Iacobus in mente habuisse videtur, editas SS. rer. Gall., XVIII, p. 527. 530. 10) V. chartas, quas affert Wauters IV, p. 72. 117. 119. 126. 151. 177. 244. 299. 11) Hodie Kranen-Weeghuys; v. Gailliard, 'Bruges, son histoire et ses monuments' (Bruges 1847) p. 64.

multa eciam fundavit loca, prout apparebit inferius. Specialiter vero inter cetera ipsa fundavit abbaciam de Marketis[1] et illic sanctimoniales ordinis sancti Bernardi[2] imposuit iuxta villam Insulensem, in qua finaliter elegit sepeliri una cum Fernando marito suo. Item in dicta Insulensi villa fundavit hospitale solempne, quod usque in hodiernum diem appellatur hospitale Comitisse[3], et illuc ad pauperibus devocius serviendum auctoritate Tornacensis episcopi[4] fratres religiosos atque religiosas instauravit atque solempniter ipsos[a] dotavit. Deinde Valenchenis eciam hospitale sicut in Insulis fundavit pro utriusque sexus recepcione atque illuc fratres beghinos et sorores beghinas auctoritate Cameracensis episcopi necnon prioris Sancti Salvii primitus instituit in loco[5], in quo postmodum Margareta soror sua beghinagium magnum et hospitale dilatavit, prout inferius apparebit[6]. Hec Iohanna inter dictum hospitale, quod fundaverat, et domum religiosorum tunc fratrum[b] de Saccis aut Saccistarum vocatorum domum et aulam cum cameris supra quamdam ripparіolam[c.7] fundari iussit, in qua dictam Margaretam sororem suam ad simpliciter vivendum post divorcium a Bouchardo stabilivit commorandam. Item in eadem villa Valencenensi fundavit conventus tam Predicatorum[8] quam fratrum Minorum[9], prout consequenter apparebit. Eciam canonicis beate Marie ad Aulam[10] multa contulit beneficia, antequam ad locum, in quo nunc Deo deserviunt, devenissent[c.11]. Item in Montibus multa eciam contulit beneficia tam ecclesiis, hospitulariis quam leprosiariis[c.12]; et specialiter ipsa dedit pratum iuxta villam Montensem dictum Ionkoit[13] cum capella, que ab antiquo capella beate Marie du Ionkoit dicebatur; dedit, inquam, fratribus Minoribus et conventulum humilem construi incepit et consequenter anno Domini MCCXXXVIII[e] per domnum Thomam, maritum suum, donacionem 1238.
dictam et admortisacionem loci consencientibus domicellabus capituli sancte Waldetrudis confirmari fecit[14]. Alveolum eciam quoddam parvum a ripparia Trulle[15] profluentem dictis fratribus admortisavit. Postmodum succedentibus annis domina Margareta comitissa, soror dicte Iohanne, conventum predictum fratrum Minorum Montencium ampliavit et dilatavit et chorum integrum cum fundamentis tocius ecclesie construi iussit, prout inferius apparebit[16]. Item dicta domina Iohanna comitissa abbassiam Spinosi-loci[17] iuxta predictam villam Montensem eciam fundavit, prout apparebit ex subsequentibus.

Cap. XLIX.* Fundatio Spinosi-loci Cisterciensis ordinis iuxta Montes. (52)

Pandere[18] dignum satis censuimus universis, qui presentis paginule convenerint inspectores, quod[d], cum virgo venerabilis domicella Beatrix de Lens, ex nobili stirpe claram ducens originem, mundi huius gloriam fastidiret atque spreta liberorum propagine inter Syon adolescentulas aggregari animo estuaret, quamdam summam pecunie, quam pro suo matrimonio receperat assignatam, ad instauracionem loci qui dicitur Spine-locus liberaliter delegavit. Ex re siquidem nomen antiquitus habens locus iste extitit nemorosus ac spinarum et veprium densitate refertus, quem proborum virorum consilio et illius[19], ad quem

*) Fundatio abbatie Spinosi-loci Cisterciensis ordinis iuxta Montes per Iohannam comitissam. Cap. LII. *B* 2.

a) eos *B* 2. b) fratres *codd.* c) rigiam *B* 2. d) *signis appositis indicatur in A hic novam inscriptionem esse ponendam, quae ita manu alia praescripta est:* Fundatio conventus fratrum Minorum Montensis. e) leprosariis *B* 2. f) *sic not. fund.*; non *A*? *B* 2.

1) Marquette (arrond. Lille); cf. Galliam christ. III, col. 313; Louridan, 'Essai sur l'hist. relig. de la Flandre Wallonne' (Roubaix 1877) p. 111. Aegid. li Muisis, Smet, Corpus chron. Fl. II, p. 180, huius coenobii fundationem Margaretae asscripsit. 2) I. e. Cistercienses. 3) V. chartas a. 1237, Febr. et 1239, Sept. apud Miraeum III, p. 100. 104; Wauters IV, p. 257. 315; cf. E. van Heude, 'Lille et ses institutions communales' (Lille 1888) p. 57. 4) Walteri. 5) V. chartas Guidonis episc. Camerac. et Radulphi prioris S. Salvii a. 1239. datas, Miraei Opp. dipl. II, p. 155; Le Boucq, 'Hist. de Valentienne' p. 72; Wauters IV, p. 317. 319. 6) V. infra l. XXI, c. 46. 7) La Rhonelle. 8) A. 1233; v. infra l. XXI, c. 20. 9) V. infra l. XXI, c. 2. 10) V. Le Boucq, 'Hist. de Valentienne' p. 42 sq. 11) A. 1269. ad ecclesiam S. Gangerici translati sunt testantibus chartis ap. Le Boucq l. l. p. 44. 45. 59. 12) Cf. Vinchant, 'Annales' II, p. 276. 13) Jonecoy; cf. Brasseur, Origines omnium Hanonie coenob. p. 304. 14) V. infra XXI, c. 43. 15) La Trouille; de cuius cursu cf. Duvivier, 'Recherches' I, p. 199, n. 1. 16) V. infra l. XXI, c. 43, ubi a. 1246. annotatur. 17) Epistles prope Montem; v. l. XX, c. 52. 18) Haec notitia fundationis Spinosi-loci iam edita est Gallia christ. III, Instr. col. 37, nr. 43. et apud Devillers, 'Descriptions de cart. et de chartr. du Hainaut' III, p. 63, cum hoc exordio: *Si Seleuchus rex Asye — — perpetuo possidendum. Hinc est ergo quod pandere dignum* etc. 19) Walteri de Lens, ut videtur, qui inde ab a. 1217. donationibus cum Hugone fratre suo concessis de

loci ius hereditarium pertinebat, ab eo quodam heremita dimoto, parvum cuius oratorium superest usque modo, dicta virgo Beatrix Cisterciensium[a] assumens habitum et ordinem[1] religioni perpetue dedicavit. Sane quidem ut, qui spinas et tribulos primitus germinabat, venustatus postea personarum accumulacione sanctarum et secundum seculi vanitatem
Gen. 27, 39. 40. nobilium, in pinguedine terre et in rore celi desuper benedictionem accipiens, penitentie
1216. Oct. 29. fructus et oracionum faceret puriores in mensura. Anno igitur dominice incarnacionis MCCXVI°[2], apostolice sedi papa Honorio presidente, anno tercio[3] sui presulatus, Remensem ecclesiam regente Willermo[4] et Cameracensem Iohanne[5], illustrissimo Francorum rege regnante Philippo, pie necnon memorie comitissa Iohanna, comite [cum[b]] Fernando marito suo Flandrie tenentibus et Hanonie comitatus, die vero sabbati ad vesperam locum Spinosi-loci in honore fundatum gloriose virginis sacer chorus sanctimonialium est ingressus, sicut matris, sic filii diem notans et horam, horam quippe, qua ipsius amabilis recensetur memoria, diem vero, quo filius ab omnibus, que patrarat, operibus requievit[6]. Rexit autem paulo post dictum gregem ac decenter moribus informavit bone recordacionis abbatissa Ramuburgis[c.7], mulier per omnia laudabilis et eciam imitande conversacionis et vite. Ad cuius tunc religionis exemplum cucurrerunt[d] quamplurime virgines nobiliores genere[8], que, susceptis ab ea sanctimonialibus indumentis, matris tante vestigiis inherentes, regnum mundi et ornatum seculi contempserunt nomenque virginitatis honorabile complectentes, non in altero quam in Christo gloriam habuerunt. Mira quidem corporis atque oris puritate refulgens hec domina potens erat quamlibet exhortari ad bonum, semper sollers et pervigil in custodia gregis sui, in incessu pariter atque gestu humilis et matura, vigiliis et[e] oracionibus, ieiuniis dedita, supra[f] modum utilis et fidelis in rebus ecclesie dispensandis, in augendis providens et solicita; adhuc in beneficiis multis claret, que tunc nobis in suis temporibus provenerunt.*

Ego[9] Iohanna Flandrie et Hanonie comitissa notum esse[g] volo — — Actum apud Gan-
1217. Nov. 25. *davum anno dominice incarnacionis MCC. septimo decimo, in die beate Katerine virginis.*

Item sequitur alia carta, qualiter dicta Iohanna comitissa dotavit dictum locum:

Ego[10] Iohanna Flandrie et Hanonie comitissa omnibus Christi fidelibus salutem in Domino.
1217. Iun. *Noverint universi — — Actum anno Domini MCCXVII, mense Iunio.*

Ex litteris et cartis quampluribus patet, quod Fernandus comes Flandrie et Hanonie et Iohanna, eius uxor, dictam fundaverunt abbassiam, quantum ad locum, capellaniam primam de XIII libris[11] et primos redditus, videlicet de Moinsart[12] et pluribus aliis[13]. Thomas vero comes Hanonie, successor Fernandi, multa superaddidit una cum nemore Muinsart[14]. Item Walterus de Lens astipulavit dictam ecclesiam de XXX bonariis magni nemoris[15]; et sic deinceps plures plura contulerunt bona.

*) *B* 2 *hanc inscriptionem addit:* Littera comitisse Iohanne.

a) Cisterciensi *A*; cisterciensie *B* 2. b) *sic not. fund.; dessi codd.* c) Raimburgis *not. fund.* d) concurrerunt *not. fund.* e) vig. et *not. fund.* f) *sic not. fund.; super A. B* 2. g) fieri *B* 2.

abbatia bene meritus est; cf. chartas, quas exscripsit Devillers, 'Descriptions' V, nr. 3. 38. 39. 49. 50. 58. 72. 96. 102. Eam inter a. 1246—1248. obiisse colligere licet e chartis nr. 96. 100. 102 (cf. 'Annexe' I, p. 68). 1) Inter sanctimoniales Spinosi-loci 4am invenio a. 1218. 1220. Devillers l. l. nr. 8. 17. Postea non occurrit. 2) In editis sequuntur haec: *epacta undecima, concurrente quinto, decemnovennali cyclo primo, luna XI^a, quarto Kalendarum Novembris, Romane et.* 3) Immo primo. 4) Willelmus demum a. 1219. archiepiscopus factus est. 5) III, qui obiit a. 1219. 6) Edita addunt: *ut clareret hoc signo, quod cum Loth salvari se deberet in monte et relicta Sodoma quiescere in Segor parvula civitate, habiturus in ea refugium et quietem.* 7) Prima abbatissa brevi tempore tantum praefuit Gertrudis, quae a. 1218. apud Devillers l. l. nr. 5. commemoratur, ubi *Ramburgis priorissa* occurrit. Quae abbatissa a. 1220 (nr. 17), 1224 (nr. 38), 1233 (nr. 60) invenitur. 8) Nomina primarum sanctimonialium e Devillers nr. 5. colligantur. 9) Haec charta edita est Gallia chr. III, Instr. col. 38; Miraei Opp. III, p. 380; Devillers, 'Descriptions' III, p. 65. 10) Edita a Miraeo, Opp. III, p. 380; Devillers, 'Descriptions' III, p. 65. 11) A. 1239, Maio; cf. chartam apud Devillers l. l. p. 67: *dedimus ecclesie sive abbatie de Spinlet in puram et perpetuam elemosinam tredecim libras annui redditus singulis annis ad opus capellani.* 12) *Le Moinsart ou Muinsart appelé aussi Monissart et abusivement Monissart était situé entre l'abbaye d'Epinlieu et le village de Nimy*, Devillers l. l. p. 80. 13) Cf. Devillers l. l. nr. 54. 14) A. 1239, Oct., Devillers l. l. p. 68. 15) A. 1217, Iun., Devillers l. l. nr. 3, sed Iacobus tantum titulum chartae in chartulario legit: *Carta Walteri de Lens de hais de Vakereche de XXX^a bonariis magni nemoris*; in charta ipsa XXXVI bonaria scribuntur.

Cap. L. De passagio peregrinorum generali transmarino et primo eorum equitatu. (53) V. Jac. XXX, 79.

Anno gracie MCCXVII. treuga christianorum et Sarracenorum expirante — — eum discipulis post resurrectionem mandacavit.

Cap. LI—LIX. Vita* cuiusdam probi viri, qui abbatiam sive conventum de Oliva fundavit. (54—62)

Regnante[1] domino nostro Iesu Christo, Iohanne de Bethunia Cameracensi[2] — — ita ut inter bonos et litte- V. Wilh. ratos, eciam coram nobilibus verbum Dei proponebat, recolendo illud verbum divinum: *Dum steteritis* et cetera.

Cap. LX.*** Quod extruxit templum lapideum mediantibus elemosinis. (63)

Inmisit Dominus in cor eius, ut templum in lapide in[b] domo, ubi manebat, faceret[3]. Qui tamen in bonorum elemosinis et omnibus aliis que habere valebat[c] vix sibi sufficere poterat, quam voluntatem effectui[d] mancipare cupiens, operari incepit. Habens in mente, ut, si ecclesiam lapideam edificare posset, tanquam radix in alto posita facilius propagines mitteret, et tam de facili locus Deo datus in usus alios converteretur, acquirebat pias bonorum largiciones, sollicitabat operarios, alacri intencione fabricans et edificans sumptuosum opus pre magnitudine virtutis sue. Solum ei studium Dei edificium. Unde quicunque audiebat admirabatur, quomodo tale quid talis quis auderet inchoare. In domino autem Deo suo confisus magis magisque proficiebat, nec ab opere eum poterat retrahere quicquid supervenire posset. Eo tempore, dum vir Dei divinum exerceret opus, die quadam, dum prope lapicidas staret, ut eos ad bene agendum ortaretur, et tempus aderat, in quo hora tercia cantari solet, paululum ab eis digressus horam suam cantare cepit; et dum ipsam inciperet, subito circumfulsit eum lux de celo in modum ignis, que diu eum involvit, adeo ut vix a circumstantibus videri potuit. Que eciam lux ab ipsius ore exire et in eum intrare videbatur. Et qui hoc[e] viderant postmodum publice retulerunt, magnificantes Deum et laudantes, qui est benedictus in secula seculorum. Unde et hoc mirabile super hoc ei accidit, quod fere per spacium dierum octo adeo attonitus fuit, ut secundum Actus apostolorum musto madere deputari posset, qui Spiritu sancto fuerat debriatus. 2, 13.

Cap. LXI.**** Qualiter accessit ad Fontinellam prope Valencenas rogans abbatissam, ut ex dominabus suis aliquas illuc transmittere dignaretur. (64)

Crescebatque[f] opus suum, quod ad honorem Dei inceperat, nec quiescebat[g] ab opere. Cui Dei clemencia adsistebat in opere tante austeritatis circa se ipsum, exercebat vires et tanta abstinencie virtute macerabat corpus, ut pluries, ymo quasi frequenter inicio ebdomade olera preparabat, que eciam satis male condita reservabat, ut eisdem per totam ebdomadam sustentaretur. Si vina fortassis ex largicione bonorum bibebat, ea quasi aquam simplici conscientia et cum omni moderamine suscipiebat, modicam inter tam diversos liquores faciens discrecionem. Et si absurdum videtur hiis[h] hoc esse qui[i] tabernaculo[k] carnis deserviunt, attendant[l] istum habere posse ab eo hanc[m] graciam, ut eciam vini saporem in aquosum apud eum reduceret, qui aquas in vinum transmutat, ne forsan[n] spiritu fortitudinis per luctam carnis succumbente virtus humana prevaleret. Quid amplius moror? Estuebat omni desiderio vir gracia[o] divina plenus, ut in loco suo ad fabricam ecclesie decentis ornandam penalia subiret discrimina, quo[p] aliquod posset colocare collegium, ut, eo[q] de medio facto, alii labores suos introirent, quorum conversacio coram hominibus luceret, et exinde glorificarent patrem suum, qui in celis est. Unde quidam in ordine beati Augustini locum eumdem intrare ac possidere cupientes modicam in viro Dei repperere graciam, ita ut quasi confusi recedentes nusquam super hoc ipsius consensum requirere voluerunt. Hebr. 13, 10. cf. V. Wilh. c. 26.

*) Vita viri sancti cuiusdam, qui abbatiam sanctimonialium de Oliva incepit. Cap. LIIII. *B* 2.

**) Quod sacerdos effectus fidelium largitione lapideam cepit edificare ecclesiam. Cap. LXIII. *B* 2.

***) Quod ecclesia completa abbatissa de Fontinella conventum suum ordinis Cisterciensis transmisit ad tempus commorandum. Cap. LXIIII. *B* 2.

a) *sequentia capita usque c.* 64. *uno minore numero signata sunt* LIX—LXIII. *in A.* b) lapide in *a rubr. corr.* lapideo *B* 2. c) volebat *B* 2. d) effectum *A.* e) eum *B* 2. f) Crescebat *B* 2. g) cessabat *B* 2. h) e. hiis hoc *B* 2. i) *suppl. Fortia.* k) habitaculo *B* 2. l) attendunt *B* 2. m) gr. h. *B* 2. n) fortitas *B* 2. o) d. gr. *B* 2. p) *deest A. B* 2. q) eum *codd.*

1) De hac Vita Wilhelmi cf. praef. p. 70. 2) Ill. a. 1200—1219. 3) Wilhelmus scilicet, loco qui vocabatur Ager Figuli, prope Morlanwez in confinio Hanoniae et Brabantiae sito, ubi Berta, vidua Eustachii nobilis viri, ei terram colendam et ad basilicam ligneam construendam locum iam antea tribuerat.

Ipse enim mentis aciem totam et voluntate[a] duxerat, ut ibidem sanctus ordo Cisterciensis institueretur; quod quidem postmodum, modo mirabili tamen, adimpletum esse comprobatur. Vir Dei circa promocionem et augmentacionem loci nominati, in quo Deo serviebat, curam gerens non modicam frequentabat bonos, religiosos videlicet et seculares, ut cum amore gracia vite presentis preditus facilius posset et utilius ea que sancto loco necessaria erant procurare. Et dum per diversas naciones iret, accidit, ut[b] quamdam ecclesiam dominarum, que Fontinella nuncupatur, ordinis Cisterciensis pervenit. Quarum modum et religionis austeritatem conspiciens, desiderabat summe[c], ut earum[d] sancto contubernio in loco suo uti posset. Unde timore omni remoto — confidebat enim in Deo — audacter ad abbatissam[1] dicti monasterii accessit, supplicans, ut ad locum suum conventum transmitteret dominarum, que divino amore roborate ipsi Deo in illa inestimabili paupertate deservirent. Cuius precibus acquiescens abbatissa dicta ad locum[e] dictum conventum dominarum transmisit, que ibidem per aliquod tempus fuerunt in tanta ac tali paupertate, que eciam audientibus esse posset honerosa[f].

(65) **Cap. LXII.[*] De reditu[g] dominarum ad conventum Fontenelle.**

cf. V. Wilb. c. 27.

Tandem, cum iam per aliquod tempus luctam tante paupertatis sustinuissent, honeste conversacionis et bone fame triumphum reportantes ad sinum matris ecclesie[h] sue, quam speciali dulcedine diligebant, reverse sunt. Considerans autem vir Dei se in hac parte frustratum et examen divinarum apum, quod in loco suo prefuerat, acsi mella materna desiderat, reversum fore ad propria, hesitare cepit, ubi aliud invenire posset, quod in heremo positum suggeret mel de petra oleumque[i] de saxo durissimo. Et certe, ubi vir Dei maiori hesitacione fluctuabat, providit ei Omnipotens in beneplacito suo, modo quidem mirabili, sed omni relacione digno. In episcopatu enim Leodiensi monasterium quoddam[k] positum est, quod quidem[l] Monasterium super Sambram[2] dicitur, in quo domicelle nobiles sub dominio abbatisse sue[3] conversantur, licite secundum suas antiquas tradiciones propriis utentes bonis, bona sua per se quelibet habent divisa, utuntur carnibus, vino et vario[m]. Rellatum est michi de eodem viro Dei mirabile et laudabile[n] signum. Erat in loco suo tempore quodam, ubi panis et alimenti multociens passus est detrimentum. Die quodam non modica famis inedia premebatur; erigens autem in celum intime mentis desiderium, roga-

cf. ib. c. 30.

bat Dominum, ut sue necessitati providere dignaretur. Et dum in Domino cogitatum suum posuerat, subito apparuit ei homo quidam portans in manu unum panem. Qui advocans heremitam nomine proprio, dedit ei panem, quem portabat, dicens: 'Scias pro certo, quod nullus de cetero, qui in loco isto, quem Deo[o] dedicasti, ei[p] servire voluerit, panis temporalis defectum sustinebit'. Et hoc dicto nusquam comparuit. Heremita vero panem, quem receperat, commedit, saciatus ab uberibus divine consolacionis.

(66) **Cap. LXIII.[**] Miraculum de osculo pacis et de arbore tugurii sui hiemali tempore germinante.**

In villa quadam non remota a loco suo, in quo[q] manebat, erat homo Dei in solempnitate dedicacionis ecclesie. Qui cum staret [coram[r]] universo populo, qui ad eamdem convenerat solempnitatem, totus in oracione, prout consueverat, diffusus est; completoque officio usque ad illum locum, quo loco pax populo adhiberi solet, ille in spiritu factus vidit

cf. ib. c. 31.

quemdam puerum[s] parvum pulcerrimum pacem ab altari susceptam per universam ecclesiam deportantem; qui pacis osculum non omnibus dabat, sed pluribus pretermissis, aliis

*) De consolatione tempore famis ipsi heremite facta et pane sibi delato. Cap. LXV. *B* 2.
**) De gestis duobus commendabilibus, que dicto eremite contigerunt. Cap. LXVI. *B* 2.

a) voluntatem induxerat *emendandum videtur.* b) ad *supplendum videtur.* c) suche *A*; sumere *B* 2. d) eorum *B* 2. e) d. l. *B* 2. f) honorosa *A*; onerosa *B* 2. g) retitu *A*. h) sue eccl. *B* 2. i) et oleum *B* 2. k) quodam *A*. l) *deest B* 2. m) et vino vario *B* 2. n) mirabile *B* 2. o) ei *B* 2. p) Deo *B* 2. q) qua *B* 2. r) *supplevi.* s) parvum puerum *B* 2.

1) Havidis aut Alix, quarum prior a. 1228, altera a. 1242. in chartis invenitur; Gallia chr. III, col. 184. 2) Moûtier-sur-Sambre. 3) Catalogus abbatissarum in Gallia christ. non exhibetur. 4) V. Wilb. c. 31: *Dum semel tremendo altaris sacrificio interesset, in spiritu raptus puerum Iesum vidit, pacem ab altari susceptam per universam ecclesiam distribuere; pluribus tamen praetermissis, qui puritate conscientiae contempta peccatorum labe erant inquinati.*

exhibebat, demonstrans illos sine mortali esse peccato, quos sacri altaris participacionem consequi testabatur. Hoc autem nullus hominum vidit, sed postmodum quibusdam familiaribus suis retulit, et illi memorie commendarunt, ut tanquam sapientes hec et alia de ipso in posterum reservarent. Narratur etiam de ipso heremita pio quoddam satis commendabile[a], quod non est delendum oblivione. Dum ipse in exercicio operis stare vellet, ut eos ad bene agendum ortaretur, tugurium fecit, in quo quieti se dare posset, et propter aeris intemperiem, erat enim tempus hiemale. Tugurium autem ita constructum erat, quod innixum erat cuidam arbori, que fructum portabat secundum temporis congruenciam et oportunum. Cum vero tempus adesset, in quo alie arbores foliis nudari solent, prout natura rerum exigit, illa, que sancti viri receptaculo iuncta erat, non solum sibi folia retinuit, sed et flores protulit eo tempore, quo nichil in istis partibus germinare[b] dinoscitur; in qua re colligi potest, quod ad magnificandum servum suum idem Dominus noster hoc demonstravit in arbore, qui ad promocionem sublimitatis fidelis[c] sui Aaron casum consimilem promulgavit in virga. cf. V. Wilh. c. 32.

Cap. LXIIII.* Quod virgines locum prefatum inhabitantes Cisterciensi ordini se incorporaverunt. (67)

Hec et alia de viro Dei enumerari possunt, que si cuncta huic operi inserere vellem, timerem, ne audientibus fastidium[d], cum tamen ea esse deberent consolacium, generarent[e]. Nam, ut satis manifestum est, in presenti ecclesia sunt multi, quibus sanctorum patrum conversacionis rellacio quasi vite in vitam bonus odor est. Sunt et nonnulli, quibus est odor mortis in mortem[f]. Et alia[g] sic atque alia incedentibus quamplurimum proprio utuntur arbitrio. Duodecim in matutinali officio habent lectiones; unde, si fas dicere sit, aliquantulum reportatis[h] sue consuetudinis saporem beati Benedicti. Hoc in monasterio erant inter alias quedam ad numerum septem vel circiter morum honestate commendabiles, quibus satis displicebat, ut postmodum liquido patuit, diversarum ecclesie sue consuetudinum assuetudo[i]; spiritus enim sapiencie et intellectus in eis mansionem acceperat. Unde displicebat eis, quicquid agebat in eodem monasterio pre dulcedine Dei et decore domus eius, quam intime diligebant. Racione previa ac naturali sensu cooperante videbant et intelligebant, quod quicquid in mundo est, vanitas est et afflictio spiritus; unde soli Deo adherere volentes et mundi huius inquinamenta evitare[k] cupientes, de consilio eorum qui bone voluntatis erant divicias contempnentes, venerabilem paupertatem ordinis Cisterciensis amplexate sunt et nude crucis dominice sequentes vestigia, crucem eiusdem ordinis nudo corde subeuntes, ut arciori paupertate arcerentur, pauperrimum locum heremi viri Dei predicti intraverunt. Ecce quo modo iste iuvencule inter filias Dei computande sunt, que, ut ecclesiam Dei viventes in carne plantarent, non edificatam elegerunt, sed edificandam et laboribus suis construendam subierunt. In loco igitur illo dicte nobiles soli Deo suam ingenuitatem consecrantes, tot et tanta perpesse sunt paupertatis discrimina, quod, si ea per singulos articulos dinumerare vellem, timerem, cum adhuc quedam earum superstites sint[l], ne exinde aliquod sibi assumerent supercilium elacionis, et ventus[l] turbinis ab aquilone veniens exsufflaret merita, que in thesauris dominicis merito debent[m] esse recondita. Sed cum tanquam in virum constantem cadere debet, quod in eas de cetero cadit, velut in firmo posite in Deum cuncta reportare debent, cum quicquid habeant ab eo acceperunt. Serviebant igitur Deo die noctuque persistentes in laboribus[n] et vigiliis, et Deus omnipotens graciam apud homines conferebat eis in presenti, qui gloriam diligentibus se reprosmisit in futuro. Unde alie multe alti sanguinis audientes earum oppinionem sanctam, que multis affluebant diviciis, contempnentes terrenas nupcias, sponso, qui in celis[o], perhempni

2 Cor. 2, 16

Eccl. 1, 41. cf. V. Wilh. c. 27.

Eccl. 1, 4.

*) Quod duodecim filie Cisterciensis ordinis locum illum heremi inhabitaverunt Domino serviture. Cap. LXVII. *B* 2.

a) mirabile *B* 2. b) vernare *B* 2. c) filii *B* 2. d) fast. ferrent *B* 2. e) desuf *B* 2. f) *hoc loco inserendum esse censeo locum, qui nescio quo errore infra c.* 65 *(p.* 280, *l.* 40*) perperam illatus est* cum nec ipses — elicere possint. *Quo suppleto alia etiam hoc loco intercidisse videntur. Nam quae sequuntur de matutinali officio nullo modo cum praecedentibus cohaerent. H.–S.* g) *locus corruptus; nescio an emendandum* aliis sic atque aliis aliter intod. h) reportati *emendandum videtur.* i) assuendo *codd.* k) vitare *B* 2. l) ventum *A.* m) deberent *B* 2. n) laboris *B* 2. o) *qui add. B* 2.

1) Hic locus in altera recensione, quam Bollandistae ediderunt, deest.

mente, actu et habitu applicari voluerunt. Fama igitur tanti nominis ac tante religionis longe lateque diffusa desiderabant illam novam[a] plantationem videre religiosi, ut eo amplius igne caritatis arderent, quo erant ipsarum sincera consolacione accensi. Seculares et religiosi congaudebant eis et congratulabantur bonis earum, et de virtutum odore, acsi in agro Domini prepositi essent, plures eorum reficiebantur[b]. Quid plura? Cepit locus earum certam habere essenciam, unde eo ordini Cisterciensi canonice incorporato abbacia, prout moris est, concreatur; imponitur quoque eidem nomen Oliva[1], qui antea erat[c] locus heremi appellatus. Et vere Oliva recto vocabulo dici potest qui veri luminis et unctionis misericordie largitur ubertatem. Germinaverunt igitur campi heremi germen odoris Israel, quia Domino nostro per divinam inspiracionem in filiabus Syon adhuc in stadio currentibus superveniente iam quasi revelata cordis facie ipsum pre amoris magnitudine contemplantur.

68) Cap. LXV.* Quod quedam matrona virum Dei in sompnis alloquens ....[d]

Inter hec vir Dei filiarum suarum lumine et amore insignitus tanto amplius et fervencius diligebat eas, quanto comprobaverat cum bonis ambulare esse tutum. Fertur enim, quod multum diligebat bonos et honestos, unde inter alios cuiusdam sancte matrone vinctus erat spirituali contubernio, que Maria de Oginaco nominabatur. Et dum sic erat unitus*, cf. V. Wilh. c. 29. accidit, ut illa tandem extrema egritudine laboraret[2]. Dum vero morbus magis magisque cresceret, cognovit tempus adesse sue resolucionis. Nolens autem pia matrona huius miserie corpus deserere, nisi prius spirituali dilecto[e] consolacionis obsequia prestitisset, in sompnis apparuit non longe posito a loco, in quo illa iacebat, vocavitque eum, et ille sompno modo[g] mirabili factus[h]. Videbatur enim ei, quod suum corpus videret exanime iuxta se, ita quod inde mirabiliter miraretur. Videbat enim et spiritum ipsius matrone candidissimo habitu decoratum, sed in aliqua parte ipsum vestimentum distinctum erat[3]. Erat enim, ut ei videbatur, in omni parte candidissimum, sed in parte anteriori et posteriori similiter aureis flosculis conspersum; super quo mirabatur homo Dei, querens ab ea, quare hoc erat. Cui illa respondit: 'Peracta penitencia mea, quam Domino permittente leviter perficiam, ista vestis mea, que in parte decoratur flosculis aureis et in parte videtur eisdem flosculis destituta, unius et eiusdem similitudinis erit et coloris'. Ille autem de tam mirabili visione attonitus sensit in spiritu illam esse in procinctu sue resolucionis. Qui consurgens celeriter venit ad locum, ubi illa iacebat. Veniens autem ad ianuam, liberum non potuit habere aditum. Matrona vero nominata in Domino senciens illum advenisse, dixit ad illos, qui ei ministrabant: 'Dico vobis, heremita ille sanctus pro[i] foribus est nec liberum potest habere ingressum. Rogo vos, ut introducatis eum, ut ei loqui valeam, antequam de corpore exeam'. Qui hoc audientes mirabantur, quo modo adventum heremite scire potuisset. Euntes autem adhuc in dubio positi, repererunt illum, prout sancta mulier eis[k] dixerat. Ad manus autem eum[l] deducentes adduxerunt ad presenciam mulieris sancte. Consedentes vero colloquebantur soli valde dulciter et inbiabant ore cordis pariter in superna fermenta fontis vite. Vilescebat itaque mundus iste inter verba cum delectationibus. Finito itaque spirituali colloquio exultantes in Domino, adinvicem valedicentes, ille ad propria remeavit, et illa non longo tempore peracto sanctum Domino spiritum reddidit. Cum[m] nec ipsas sanctas relaciones libenter audiant et, si forsitan audierunt, pede indiscrete consideracionis et male voluntatis conculcant et tanquam immundum animal ad memoriam pia recordacione ruminando non reducunt: unde utrique parti arbitror deferendum, bonis videlicet emulatoribus, ut pauca audita et intellecta atque avide sumpta cicius incorporent malis, ut, quanto minus audierint, tanto minus suum incommodum elicere possint. Sanctus cf. lib. c. 33 itaque homo, de quo revelacionem superius gessimus, completo suo agone, instaurato eciam loco, quem Deo in sudore vultus sui et labore corporis dedicaverat, corporis dissolucionem

*) Quod quedam illarum matrona in infirmitate constituta heremitam pre foribus existentem ad se fecit ingredi. Cap. LXVIII. *B* 2.

a) novellam *B* 2. b) reficebantur *A*. c) loc. her. fuit *B* 2. d) *vox legi nequit in A.* e) unicus *codd.* f) dilecti *A*. g) *deest B* 2. h) *locus corruptus.* i) pre *B* 2. k) illis *B* 2. l) ded. eum *B* 2. m) *hunc locum* Cum nec — elicere possint *hoc loco male positum supra c. 64. inserendum esse admonui p. 279, n. 1. H.-E.*

1) L'Olive. 2) Mortua est a. 1213, 9. Kal. Iul., teste Iacobo de Vitriaco in Vita S. Mariae de Oignies l. II, c. 12, Acta SS. Iun. IV, p. 666. 3) Alias aliorum visiones tradit Iac. de Vitriaco l. l.

imminere sensit; membra enim ipsius corporis, que laboribus affecerat adhuc in iuventute positus[a], dum duo incommoda, senectutis videlicet et infirmitatis[b], facillime defecerunt. Ad extremam igitur pervenit egritudinem, quam diu non modicam sustinuit, in qua, licet corpore deficeret, tamen virtute constancie in passione tante infirmitatis roboratus spiritu proficiebat. Consolabatur sibi datas in Christo filias, exhortans eas ad mundi huiusmodi inquinamenta evitanda, dicens eis, quia non coronabitur, nisi qui legitime certaverit. Per- 2 Tim. 2, 5.
acto itaque cursu suo felici attenuatoque corpore et macerato longa, ut prelibatum est, infirmitate, anno dominice incarnacionis MCCXL°, etatis vero sue LXVI°[1], domno Guiardo 1240.
episcopo Cameracensi[2], domno Eustacio[3], viro morigerato[c] et notabili, cum Maria, uxore sua, religiosa et honesta ac matrona nobili, viventibus et[d] loco viri Dei in suo dominio existenti[e] amicabili modo providentibus, mortem perdidit et vitam invenit, quia solum vite dilexit auctorem. Sepultus est autem in ecclesia, quam idem propriis laboribus construxerat, assistente conventu sanctarum suarum in Domino filiarum populique promiscui sexus venerabili comitatu, ad laudem [sancte[f]] et individue Trinitatis, cui est honor et gloria per infinita secula seculorum. Amen.

Cap. LXVI. *Quod domina Iohanna comitissa laborabat apud papam Honorium pro liberatione mariti sui. (69)

Hiis fere temporibus, circa videlicet anno[g] MCCXVIII°, XIX° et XX° et pluries per antea, Iohanna comitissa Hanonie atque Flandrie primo per papam Honorium, deinde per quemdam legatum cardinalem tituli sancte Cecilie[4], postmodum per episcopos Cameracensem[5], Tornacensem[6] et Morinensem[7] apud Philippum regem Francie[h] tractari fecit pro redempcione Fernandi, mariti sui[8]; sed incassum, quia rex in suis carceribus ipsum detineri gloriabatur[9]. Deinde mortuo rege[i] Philippo dicta Iohanna comitissa apud regem 1223.
Ludovicum, filium dicti Philippi regis, iterum per[k] papam Honorium mediante cardinali tituli sancte Cecilie[10] et iterum per dictos tres episcopos Cameracensem, Morinensem et Tornacensem replicari fecit tractatus, ut assumptis thesauris dictum deliberaret Fernandum; sed iuravit, quod ipso vivente numquam expediretur. Verumptamen sub Ludovico mitius quam sub Philippo rege tractabatur[11]; sepius sub Ludovico rege de ipso rumores audiebantur. Hiis temporibus florebat in regno Portugalie vir sanctus atque devotus ordinis fratrum Minorum Fernandus nomine, qui et sanctus vocatur nunc Anthonius, cuius fama predicacionis atque sanctitatis per totam christianitatem convolavit. Cuius famam dum a servientibus comes Fernandus audivisset, leticia mixtimque merore in lacrimis[l] resolutus palmas tetendit ad celum, graciarum actiones referens omnipotenti Deo, quod de patria sua nativa, de propria civitate Ulixbone et de propria ecclesia et fontibus propriis, in quibus fuerat baptizatus, vir tante fame, tante auctoritatis atque sanctitatis fuerat educatus: 'O', inquid, 'infelicitatis casus infortunii! O mundialis felicitas et vana prosperitas modernorum! O fraudatrix cordium et inimica virtutum, spes avida dominandi! O irata fortuna! quid agere de me disposuistis, ut me in tantum concluderetis obprobrium[m], qui sum Portugalie regis[12] filius et tantarum terrarum gubernator, et modo[n] sum detentus in vilibus carceribus ad meum dedecus sempiternum, et illum sanctum virum Fernandum, de

*) Quod Iohanna comitissa per papam Honorium et quemdam legatum ac episcopos tractare fecit erga regem Francorum pro redemptione Fernandi. Cap. LXIX. *B* 2.

a) positus *A*; positi *B* 2. b) *verbum quoddam ut* confecerunt *vel* consumebant *vel* incurrerunt *suppiendum est. H.-E.* c) morigenato *codd.?* d) *emendavi H.-E.*; in *codd.* e) *emendavi H.-E.*; existente *codd.* f) *supplevi H.-E.*; *deest codd.* g) c. annum Domini *B* 2. h) Francorum *B* 2. i) phil. r. *B* 2. k) *deest codd., add. Fortia.* l) lacrimas *B* 2. m) obppbrium *A.* n) et heres det. *B* 2.

1) Natus igitur erat a. 1175. 2) Sedit a. 1237, Dec. 21 — a. 1247, Oct. 1. 3) Domino de Roeux, filio Bertae de Morlanwez. V. chartam, unde haec patet, a. 1202. datam ap. De Smet, 'Cartulaire de l'abbaye de Cambron' p. 568; Wauters III, p. 187. 4) Nescio quem. 5) Iohannem III, qui sedit a. 1200—1219. 6) Gossuinus a. 1204—1218; Walterus a. 1219—1251. 7) Adam, sedit a. 1213—1229. 8) Cf. Kervyn, 'Hist. de Fl.' II, p. 213. 9) De his negotiis refert Honorius III. ipse a. 1224, Febr. 20 (Potthast nr. 7169): *Verum . . . praedicto Philippo sublato de medio, conventio incompleta remansit, et dicti comitis liberatio est hactenus prohibita.* 10) Hic non inter cardinales est, qui a. 1224, Apr. 27. Ludowico regi scripserunt; v. epistolam apud Fortiam XVI, p. 204. 11) V. epistolam supra memoratam. 12) Sancionis I.

communi plebe educatum, ad tantum perfectionis et[a] sanctitatis et honoris gradum proveheretis, ut merito apud Dominum et homines eius religionis fama super omnes Portugalenses et Hispanos transcenderet[b] et luceret! O Portugalia, quicquid in me Fernando, infante tuo, opprobrii et infamie suscepisti, in Fernando fratre Minore, doctore tuo, recuperasti!' Sic etenim sepius lamentis et doloribus cordis anxiabatur innumeris. Proposuit tandem in corde suo, ut supplicari faceret domino regi, quatinus permitteret fratres Minores ad se ipsum accedere ad certos rumores audiendos de dicto sancto patre Fernando. Rex Ludovicus considerans Fernandi comitis lamentacionem atque deiectionem, fratrum simplicitatem et devocionem, elegi fecit quatuor fratres inter ceteros conventus Parisiensis, qui bini et bini omni die horis certis ipsum visitarent, qui eorum moribus, predicacionibus, serviciis et exemplis usque ad ipsius deliberacionem in virtutibus bonis et spiritualibus nutrimentis ipsum confoverent; quod et factum est. His igitur temporibus floruit beatus Christi confessor Anthonius, qui ante ingressum ordinis fratrum Minorum Fernandus dicebatur. Hic igitur floruit sanctitate vite atque doctrine in provinciis tam Hispanie, Portugalie, Castelle quam etiam Tucie et Appulie et fere per totam Romaniolam atque Lombardiam.
1231. Qui tandem Padue vocatus a Domino spiritum illuc Deo reddidit. Quem crebrescentibus miraculis Gregorius papa nonus, acclamantibus eciam populis cum clero universo dicta-
1232. rum nacionum, cathalogo sanctorum Padue ascripsit[1]. Quibus eciam temporibus dominus Alardus de Strepi[c-2] miles, dominus de Audregnies[3], mutuo assensu Yde, uxoris sue, fundavit et dotavit[4] ecclesiam fratrum de Trinitate in monte dicte ville d'Audregnies. Quam quidem ecclesiam prius inceperat fundari[d] in nemoribus d'Audregnies, in parte[e] nemorum, in qua fons du Mareschiel situatur; sed quia nimis distabat, idcirco[f] transtulit eam
1220. in dicto monte d'Audregnies, anno videlicet Domini MCCXX°[g].

SEPTIMUS[h] LIBER 3ª PARTIS HANNONIE HISTORIARUM XXI.

(XX, 70). **Cap. I.ª Qualiter fratres Minores tempore[i] Fernandi comitis Hannonie et Flandrie per universum mundum disseminabantur.**

Imperantibus mundo et precipue in Dei ecclesia Innocencio papa tercio[5], in Romanorum imperio Othone huius nominis quarto et postmodum Federico[k] huius nominis secundo in eodem imperio succedente, in Francorum regno Philippo rege Conquisitore, in Anglorum regno Iohanne[6], in Brabancia Henrico duce[7], in Flandria simul et in Hanonia comite Fernando[8] conregnantibus, fuerant iam Dei previa dispensacione fratres ordinis fratrum Minorum per orbem universum[l] disseminati, aliqui inter Sarracenos[9], aliqui inter
Bon. v Franc. c. 4. § 52. Grecos et Turcos, aliqui inter christianos, sicque predictorum temporibus multiplicatis iam fratribus cepit frater Franciscus sollicitius in loco sancte Marie de Porciuncula iuxta Assizium fratres ad
1221. generale capitulum convocare, ut is funiculo distribucionis divine in terra paupertatis eorum unicuique distribueret ob-
odiencie portionem, ubi, licet omnium necessariorum esset penuria, fratrumque multitudo ultra quinque milia[10] conveniret aliquando, divina tamen opitulante clemencia et victus sufficiencia supererat, et salus concomitabatur corpores, et spiritualis iocunditas affluebat.

(XX, 71). **Cap. II.** Fratres Minores primo publice apparuerunt in villa Valencenensi.**

Processu quoque temporis defuncto Innocencio III. et sibi Honorio in episcopatu Romano succedente, anno sue intronizacionis II. completo, vivente sancto Francisco anno sue

*) Quod sanctus Franciscus concilium fratrum ordinis iuxta Assizium convocavit. Cap. LXX. *B* 2.
**) Quod anno MII°XV. primo apparuerunt fratres Minores in partibus Hanonie. Cap. LXXI. *B* 2.

a) *deest B* 2. b) transcederet *B* 2. c) Strepy *B* 2. d) fundare *B* 2. e) partibus *B* 2. f) ideo *B* 2. g) *reliqua pars paginae scriptura caret codd.* h) *liber XXI. praecedenti ita adiunctus est in B* 2, *ut numeri capitum continuentur. Locus tamen picturae relictus est, etsi novus liber non incipit. Pictura exstat A, qua sanctus Franciscus ante altare cernitur, ante eum tres monachi genibus flexis manus tendentes. Legitur haec inscriptio:* Ite, inquit dulcis pater ad filios, annunciantes hominibus pacem, predicate penitentiam in remissionem peccatorum. *Eandem divisionem quam A exhibet cernis Gallica.* i) septem *A.* k) frederico *B* 2. l) denominati *add. B* 2.

1) A. 1232, Iun. 1, Potthast nr. 8938. 2) Strepy (arrond. Mons, cant. Roeulx). 3) Audregnies (arrond. Mons, cant. Dour). 4) Eius charta latet; sed etiam Brasseur p. 243. eam exstitisse testatur. 5) Potius Honorio III. 6) Potius Henrico III. 7) I. 8) Rectius uxore eius Iohanna, cum ipse in vinculis teneretur. 9) Non ante a. 1219. 10) Tot fratres in capitulo a. 1221. convenerunt; v. K. Müller, 'Die Anfänge des Minoritenordens' p. 60; G. Voigt in 'Abhandl. d. sächs. Ges. d. Wissensch., Phil.-hist. Cl.' V, p. 469.

conversionis XII, anno VIII, antequam Deo[a] spiritum redderet, anno videlicet dominice incarnacionis MCCXV.[1] vel circiter, primo publice apparuerunt fratres Minores in partibus 1215?
Hanonie in villa Valencenensi. Et fuerunt sex in numero, laici quatuor et sacerdotes duo, a fratre Pacifico[2], primo Francie ministro, illuc destinati et ab episcopo Attrebatensi[3], qui fratres viderat in crucissignacione[b] primarie[4] facta contra Albigenses, honorifice et devote cum decencia sunt susceptí. Horum siquidem fratrum ductor et rector erat frater Guillermus, qui postmodum fuit custos primus custodie sancti Quintini, prout testatur epithafium, vir utique magne sanctitatis ac[c] religionis. Hic frater Guillermus iacet inhumatus in ecclesia canonicorum sancti Fursei in Peronâ sub tumba lapidea, concavata et sculpta[d], iuxta tumbam regis Karoli Pii[5]. Supra vero tumbam dicti fratris sic inscribitur circumferencialiter: *Chi gist freres Willaumes, premiers[e] custodes de Saint Quentin et des parties* 1237.
entours[f], qui trespassa l'an de l'incarnacion nostre signeur[g] MCC et[h] trente siept. Recollegit autem dictos fratres ad episcopi Atrebatensis mandatum quidam sacerdos Iohannes Sauvages nominatus, decanus christianitatis Atrebatensis[6], Deo devotus, in quadam domo, que dicitur Mons-capelle temporibus modernis, iuxta Valenchenas extra portam Pissote[7], in parrochia sancti Vedasti. In qua domo secundum sancte paupertatis formam in labore multo et in paupertate evangelica victitabant, magis lacrimarum ymbribus quam deliciorum panibus refici satagentes. Vacabant enim ibidem divinis precibus incessanter, mentaliter pocius quam vocaliter studio intendentes oracionis devote, pro eo quod nondum ecclesiasticos libros habebant, in quibus possent horas canonicas decantare[i], solo breviario sive [libris[k]] pro sacerdotibus dumtaxat exceptis; loco tamen illorum librum crucis Christi continuatis aspectibus [diebus[l]] ac noctibus revolvebant, exemplo patris Francisci et eloquio eruditi, qui iugiter fecerat eis de Christi cruce sermonem. Et iuxta regulam ab Innocencio papa eis datam et approbatam et postmodum ab Honorio[m] confirmatam laici dicebant viginti quatuor *Pater noster* pro matutino, pro laudibus quinque, pro prima, tercia, sexta, none, pro qualibet istarum septem, pro vesperis duodecim et pro completorio septem, et orabant pro defunctis[n].

Bon. V. Fr. c. 4, § 41.

Reg. S. Fr. c. 3.

Cap. III.* De admonitionibus devotis, quas frater Franciscus docuit fratres suos. (XX, 72).

Docuerat enim eos frater Franciacus orare dicendo *Pater noster* et *Adoramus te, Christe, ad omnes ecclesias tuas et benedicimus tibi, quia per sanctam crucem redemisti mundum.* Docuerat insuper eos Deum laudare in omnibus et ex omnibus creaturis, honorare eciam precipue reverencia omnes sacerdotes, fidei quoque veritatem secundum quod Romana sancta tenet ecclesia et firmiter credere et simpliciter confiteri. Servabant denique patris mandata et eius documenta per omnia; et ad omnes ecclesias et cruces, quas e longinquo videre poterant, iuxta datam sibi normam[m] orantes se[n] humiliter prosternebant. Erant autem eorum eloquia, licet simplicia, non tamen inania nec risu digna, sed virtute sancti Spiritus plena; erant medullas cordis penetrancia, ut in vehementem stuporem audientes converterent. Videbantur autem intuentibus esse homines alterius seculi, quippe qui mente ac facie in celum semper intenti omnes sursum trahere nitebantur[o]. Hii siquidem tanta discipline rigiditate carnem crucifigebant, cum viciis motus sensuales tam stricta[p] frenabant modestie lege, ut vix neccessaria sumerent sustentacioni nature; nam cocta cibaria sanitatis tempore vix admittebant et raro, admisse vero multi eorum aut commixtione cinerum interdum[q] faciebant amara aut aquei superinfusione liquoris ut plurimum reddebant insipida. Nuda humus ut sepius lectus erat lassatis[r] corpusculis, quandoque cervical lapis vel lignum; vestisque simplex, rogosa et hispida, pro eo quod experiencia certa didicerant hostes duris et asperis in fugam converti, delicatis autem et mollibus ad temptandum forcius animari. Ecclesiam denique parrochialem sancti Vedasti[10] humiliter ac devote frequentabant, et cum eorum aliqui viam universe carnis ingrediebantur, in eadem dicta ecclesia tumulabantur. Paucis postmodum evolutis temporibus, anno videlicet Domini MCCXIX, populus fervore devocionis erga dictos fratres nimium succensus, cernens loci fratrum in-

Bon. V. Fr. c. 4, § 42.

ib. § 45.

*) De translatione fratrum a Monte-capelle ad locum sancti Bartholomei. Cap. LXXII. *B* 2.

a) sp. d. *B* 2. b) crucesignatione *A*? c) et *B* 2. d) sculpata *B* 2. e) premier custode *B* 2. f) entour *B* 2. g) seigneur *B* 2. h) *deest B* 2. i) quod *add. codd.* k) *supplevi;* sine pro sec. *A;* quod sine sacerd. *B* 2. l) *supplevi e Bonav. V. Fr.* m) formam *B* 2. n) hum. se *B* 2. o) nitebantur *A.* p) sens. tanta *B* 2. q) interum *B* 2. r) lassatis *A.*

1) Error deprehenditur aut in notis chronol. aut in a. 1215; cum enim S. Franciscus a. 1226. mortuus sit, annus VIII. ante obitum circiter a. 1219. esset, idemque est a. XII. conversionis, quae a. 1207. contigit. Sed et alia sunt, quibus commovemur, ut non ante a. 1219. adventum Minorum in Hanoniam statuamus; cf. K. Müller l. l. p. 58. 2) De quo v. Bonaventurae Vita S. Francisci c. 4, Acta SS. Oct. II, p. 752; Wadding, Annales Minorum (1732) I, p. 133 sqq. 3) Radulfo, qui sedit a. 1203—1221. 4) A. 1213; cf. Hist. Albigensium c. 74, SS. rer. Gall. XIX, p. 90. 5) Cognomine Simplicis a. 929, Oct. 7. Peronae mortui et in abbatia S. Furséi tumulati. 6) Iohannes decanus Atrebatensis occurrit sec. Galliam chr. III, col. 364. ab a. 1200—1212. In Necrologio S. Vedasti Atreb. ed. Van Drival (Arras 1878) p. 26. legitur: *Ioannes Sauvage obit* 6. *Augusti* 12 . . . 7) Le Boucq, 'Hist. de Val.' p. 49: *au faucbourg de la porte de Nostre Dame.* Iob. Faber (Fortia XV, p. 263): *les le chastiel dit Iohannetz* etc. 8) A. 1223, Nov. 29, Pottbast nr. 7108. 9) Ex regula S. Francisci a. 1223. c. 3; cf. Müller l. l. p. 4—13. 10) Extra muros oppidi sitam; cf. Le Boucq l. l. p. 49.

eptitudinem multiplicem, in loco saniori et aptiori, non multum remote[a] ab eis de elemosinis communibus procuratores pauperum conventulum construxerunt et in honore sancti Bartholomei, qui omnia usque ad pellem propter Christum dereliquerat, necnon in honorem sancte Marie Magdalene, que propter lacrimas et penitencias Christi graciam promeruerat, altare et ecclesiam dedicare fecerunt. Postmodum de consilio[b], voluntate pariter et assensu reverendorum episcoporum Cameracensis[1] et Attrebatensis[2] necnon et patroni prioris Sancti Salvii, gracia Spiritus sancti preeunte, ad predictum locum, sancti videlicet
1222. Bartholomei, anno XXII. se fratres conventualiter transtulerunt, ad fratrum supplicacionem prius depositis et destructis aliquibus edificiis curiosis. Manserant autem in prenominato[c] loco, qui nunc dicitur Mons-capelle, per septennium et circa annum MCCXXII.[3] ad locum sancti Bartholomei fratres se transtulerunt. Innotescente[d] itaque apud multos virorum Dei tam doctrine simplicis veritate quam vite, ceperunt ipsorum exemplo viri quidam ad penitenciam animari et eisdem, reiectis omnibus, habitu vitaque coniungi. Quorum primus extitit predictus venerandus dominus Iohannes Sauvages, decanus christianitatis, qui eosdem[e] fratres in propria domo receperat; nam et domum et locum et omnia que videbatur habere in manibus gubernatorum pauperum derelinquens, cetui simplicium fratrum totaliter se submisit.

(XX, 73). Cap. IIII.* De exemplari conversatione fratrum et corporali exercitio.

V. Fr. c. 4, § 45. 46. Cepit et hoc Christi vinea germinare germen odoris Domini et productis ex se floribus suavitatis, honoris et honestatis uberes fructus afferre; nam exemplaritatis ipsorum fervore succensi quamplurimi secundum formam a fratre Francisco acceptam novis se penitencie legibus vinciebant et vinculis obediencie, paupertatis et
ib. § 47. castimonie se voluntarie submittebant. Faciebat quoque sancta paupertas, quam solam deferebant pro sumptibus, ipsos ad omnem obedienciam promptos, robustos ad laborem et ad itinera expeditos; et quia nichil terreni habebant, nichil possidebant, nichil nisi Deum amabant nichilque timebant amittere; securi erant ubique, nullo pavore suspensi, nulla cura distracti, tamquam qui absque mentis turbacione vivebant et sine sollicitudine diem crastinum et hospicium serotinum exspectabant. Multa quidem eis in diversis partibus patrie inferebantur convicia tamquam personis abiectis, despicabilibus et ignotis; verum amor ewangelii Christi adeo ipsos pacientes effecerat, ut quererent pocius ibi esse, ubi persecucionem paterentur in corpore, quam ubi cognita sanctitate ipsorum mundano possent gloriari favore. Ipse quoque rerum penuria superhabundans eis videbatur ubertas, et ut plurimum de laboribus manuum victitabant. Porro aliqui nattas componebant, aliqui sportas et cophinos compli-cabant, aliqui pannos consuebant, aliqui libros conscribebant et ligabant; reliqui vero divinis oracionibus vaccabant, et sic laborantes fideliter et devote, ocium excludentes, quod videbatur eis anime inimicum, spiritum devocionis sancte[f] confovebant.

(XX, 74). Cap. V.** De fratre Iohanne li Natters, qui fuit miles in seclo, pecunias refutante.

Post annos autem aliquotos a translacione primaria fratrum, dum adhuc moram traherent in conventu sancti Bartholomei, accidit, ut Iohanna Flandrie ac Hanonie comitissa suum mitteret gubernatorem, dominum[g] videlicet de Matrene[4], militem notabilem, ad villam suam Valencenensem pro negociis patriarum ac ville expediendis. Contigit una dierum, ut dictus gubernator, dum cum multis prospiceret operarios, cementarios, architectores et ceteros, qui fundamenta bellofori[i] in cono fori dicte ville Valencenensis iaciebant[k], prospexit ex adverso quemdam de fratribus Minoribus conventus dicti[f] sancti Bartholomei humiliter elemosinam interrogantem et a circumstantibus peciit, quisnam et cuius nacionis esset ille magnus et robustus religiosus: 'Vir,' inquit, 'utique videtur fortis et elegantis stature, strenuus et in gestibus maturus, sed habitu[l] truncatus, vilis[k] et deformis michi multum apparet. Advocetur, et demus sibi elemosinam'. Cum autem per quemdam nunciatum fratri fuisset, quod ad dominum gubernatorem accederet[l], ipse humiliter et devote

*) Quod in eodem loco aliqui natas, alii sportas, alii pannos et aliqui libros componebant. Cap. LXXIII. *B* 2.

**) Quod domina Iohanna misit gubernatorem suum Valencenas, et ille videns fratres voluit dare pecuniam, sed noluerunt. Cap. LXXIIII. *B* 2.

a) remore *A*. b) vol. cons. *B* 2. c) predicto *B* 2. d) *emendavi H.-E.; ignotescente codd.* e) eodem *B* 2, f) *deest B* 2. g) molne *B* 2. h) iacebant *codd.* i) in beb. *B* 2. k) villis *A*. l) accideret *A*.

1) Godefridi de Fontaines a. 1219—1237. 2) Pontii cum in fonte suo invenerit, an ipse computaverit, a. 1221—1231. 3) Hic anni numerus verus esse ad 1215. addens 7. 4) Arnulphum de Gavera; potest; dubium autem est, utrum hac. de Guisia cf. infra p. 288, *n.* 7. 5) Gallice *beffroi.*

obedivit mandatis; sed cum sublevasset oculos in gubernatorem et diligenter ipsum intuitus fuisset, frater faciem cooperiens immediate sine pluri recessit, dicendo: 'Pecunias quoquo[a] modo non recipiam'. Et cum pecunia fuisset sibi pro elemosina transmissa, velut pulverem vilipendit et quamcicius potuit ad conventum properavit. Et ad gardianum accedens, contemptum[b] animi sui totaliter detegens, consuluit gardianus, quatinus favorem et mundanam gloriam tanquam pestiferum venenum non solum pro se, verum eciam pro fratribus suis, qui cuncta propter Deum dereliquerant, omnino subterfugeret et ad fratres Sancti Vincencii iuxta Attrebatis quamcicius properaret; quod et fecit. Interea cepit gubernator diversis cogitacionibus agitari et de statu fratrum illorum et de modo vivendi eorum perquirere, et maxime, quisnam esset ille et cuius nominis, qui ab ipso demissis sic oculis recesserat. Affuit qui diceret: 'Viri illi sunt simplices et ydiote, de labore manuum eorum et partim elemosinis parce et devote viventes, vitam apostolicam sectantes, mundum despicientes, corpora propria macerantes, moribus bonis adherentes, misericordie opera exsequentes prout possunt, in simplicitate cordis eorum Domino servientes. Fratrem vero, de quo queritis, cuius patrie aut nacionis aut cuius vite ante ingressionem sue religionis extiterit, ignoramus, nisi quia credimus esse nacionis Flandrie, et frater Iohannes li Nattiers a suis confratribus appellatur; nattas[c] enim subtiliter componere consuevit. Duas equidem[d] magnas cicatrices et profundas vulnerum habet in facie, quarum una descendit a fronte per supercilium in oculum dexterum, alia vero transversaliter est in fronte'. Quod audiens gubernator, mixtus stupore et extasi, totus cogitativus obmutuit; recognoscebat autem signa illa. Qui statim ad hospicium suum properans secrete misit pro dicto fratre, ut ad sui presenciam quamcicius perveniret. Responsum fuit nuncio, quod frater, quem petebat, a conventu versus Attrebatum recesserat. Hec audiens gubernator, in cogitacionibus se profundans, decrevit versus Attrebatas ad sciendum, quisnam esset certitudinaliter dictus frater, quamcicius properare.

Cap. VI.* Quomodo gubernator Flandrie et Hannonie agnovit fratrem Iohannem, qui prius dominus Iudocus de Materna vocabatur. (XX, 75).

In crastinum super equos ascendens, cum comitiva consueta versus Attrebatum properans, inter Duacum et Attrebatum repperit dictum fratrem cum socio nudis pedibus in habitu ordinis hispido et deformi incedentem. Quibus ait: 'Valete, fratres'. Et respondentibus: 'Pax Domini sit semper vobiscum'[1], incepit eos alloqui de diversis, acsi de nullo curare videretur; sed fratrem dictum solicitissime considerans iudicavit fore verum, quod per prius oppinabatur. Tunc gubernator clam de equo prosiliens ad partem deduxit fratrem, dicens: 'Domine Iudoce, vos estis avunculus meus[2], frater patris mei. Adhuc vivit domina Elizabeth, soror vestra, et ambo filii vestri milites effecti sunt. Et qua consciencia mandaverant domini socii vestri mortem vestram nobis et vestram remiserant loricam, que fuerat avi vestri? Et ecce adhuc supervivitis!' Excusabat autem dictus frater se ipsum, dicens: 'Nescio, quid dicitis; non sum ille, de quo intenditis'. Et prout poterat tristis et amarus corde de casu, quem[e] sibi videbat imminere, quantum poterat declinabat. Multis excusacionibus, verbis, gestibus, signis et factis prelibatis tandem perpendens frater humilis, quod se amplius celare non poterat, manum militis accipiens: 'Iureiurando michi iurabitis, quod nulli viventi revelabitis que reperistis aut refferam, nisi prius de mea processerit voluntate; et ego vobis soli detegam, quis ego sum, et que fuit causa mee conversionis ad hunc humilem statum'. Cui iuravit miles, et invitus frater dixit: 'Ecce', inquit, 'sum Iudocus, avunculus vester. Recessimus, prout nostis, cum Balduino Flandrie et Hanonie comite[f] in crucisignacione[g] generali ultimate celebrata et applicuimus Venesiis; et

*) Quod gubernator vadens Attrebatum fratres alloquutus est, et reperit unum esse Iudocum, avunculum suum. Cap. LXXV. *B* 2.

a) aliquo *B* 2. b) conceptum *B* 2. c) mattas *A*. d) equidem *A*; quidem *B* 2. e) quo *B* 2. f) *deest B* 2. g) crucesigo. *B* 2.

1) De hoc salutandi modo cf. Müller, 'Die Anfänge des Minoritenordens' p. 31. 2) Ut paulo infra ostenditur, Arnulphus dominus de Materna etiam dominus de Scornaco fuit; et Iosinum de Scornaco, qui nepotem nomine Arnulfum habuit, in 'Cart. de l'abbaye d'Eename' inveni, nr. 377. 418. Sed cum notis chronologicis hae chartae careant, sum hic Iosinus idem atque Iudocus ille fuerit, discerni nequit.

dum ibidem nos omnes moram traheremus diuturniorem volito, fuimus XXVIII milites concordes, ita quod fide prestita iuravimus, quod nos mutuo usque ad mortem simul adinvicem sine separatione astaremus; quod et usque nunc pactum Deo duce tenuimus, et gracia Spiritus sancti precunte perseverabimus. A Venesiis cum dicto Balduino mare transmeavimus in capcione civitatis Constantinopolitane, et in spoliorum divisione cum eo fuimus, in eius eleccione in imperatorem et in eius confirmacione et coronacione et in omnibus solempnitatibus suis; et omnibus bellis et specialiter in finali[a] strage contra Comanos et Blattas[b] ante Andronopolim[1], in qua captus et interemptus fuit dictus Balduinus, dimicavimus. Nos autem, sicut Domino placuit, cum paucis mortem evasimus et cum Henrico et aliis sociis nostris Constantinopolim infra paucos dies[2] pervenimus, ubi dictus Henricus in imperatorem Constantinopolitanum loco Balduini iam defuncti[c] est coronatus[3], et per plura tempora, sicut Deus novit, in maximis periculis cum dicto Henrico imperatore permansimus'.

(XX, 76). Cap. VII.* Quomodo XXVIII milites ordinis sancti Francisci apud Portugaliam assumpserunt [habitum[d] fratrum Minorum].

'Tandem pluribus revolutis annis rex Portugalie[4] volens regnum Marrochiorum invadere fecit acies christianorum graves convocari, in quibus nos ob reverenciam Dei et Mahaldis regine, condam Flandrie comitisse[5], que fuerat soror regis Portugalie, presentes interfuimus[6]. Cum autem regnum Marrochiorum cum innumerabili populo christianorum intrassemus, magnam quantitatem fratrum ordinis istius reperimus ibidem, qui fidem Christi verbo pariter et exemplo nobis christianis, Sarracenis vero signis[e] et miraculis manifestissimis predicabant. Horum vidimus plures pro Christi nomine voluntarie martirizari[7], qui maximum fidei nostre fundamentum nobis et omnibus ibidem existentibus christianis prestiterunt, inter quos fuerunt a rege Marrochiorum, prout acies christianorum fide certa comperit, captivati. Quod audiens Petrus infans, primogenitus regis Portugalie, tocius christianorum[f] aciei principalis dux et rector[8], gemendo eis multum condoluit; et cupiens eos libertati christianorum restituere, si posset, voluit XVI notabiles Sarracenos, quos apud se captivos tenebat, reddere loco fratrum, sed obtinere non valuit. Unde rex Marrochiorum[g] dictos fratres cruentissime martirizavit. In quorum martirio tot et tanta claruerunt miracula, quod nos omnes amore christiane fidei et fratrum constancia, visis et auditis miraculis tam manifestis, cum dictis fratribus martirizari optabamus. Erant nobis cotidie gemitus, cotidie lacrime, singultus et suspiria, cum fratrum[e] innocentum mortem tam crudelem pro fide Christi sustinuisse recolebamus. Tandem recoluit dictus Petrus infans, quod, si ad propria vita comite repatriare posset, religionem fratrum illorum subintraret. Dum tamen ad hoc regis, patris sui, consensus concurreret et voluntas, nos vero milites plures et specialiter de liga nostra sub eius vexilo constituti vovimus Deo, quod ipsum sequeremur et consorcio dictorum pauperum fratrum perpetuo habitu et vita iungeremur. Dictus autem dominus Petrus infans reliquias illorum sanctorum fratrum nobiorum asportare [volens[h]], cum tractatu ad regem Marrochiorum misit, qui gesta martirum illo-
V. Ant. Pat. rum fideliter conscripserunt[10] et venerandas eorum reliquias secum attulerunt. Horum mar-

*) Quod frater Iudocus retulit gubernatori que acciderant, et nominavit plures nobiles, qui eorum habitum assumpserant. Cap. LXXVI. § 2.

a) omni strage Bn. B 2. b) Blactas B 2. c) in imperatorem *illorum add. codd.* d) *uncis inclusa om. A.* e) nobis et signis et mir. B 2. f) ac. chr. B 2. g) fratres innocentes *emendandum, ut loc. ipse contextum male corrumpat.* h) *supplevi, desunt codd. (cod plura excidisse videtur. E.-E.).*

1) A. 1203, Apr. 14. 2) A. 1205, Apr. 16; *cf.* God. de Ville-Hardoin éd. de Wailly p. 219. 3) A. 1206, Aug. 20; *cf.* ib. p. 264. 4) Alfonsus II. 5) Cf. supra p. 2b*. 6) Portugallensium Petro infante duce susceptum contra Marrochios bellum confirmant recentiora Acta quinque martyrum (Acta SS. Ian. II, p. 66. et Monum. Portugaliae I, p. 114). In vetustioribus, quae E. Müller, 'Anfänge des Minoritenordens' p. 207—210. edidit, tantum legitur, fratres illos Marrochii in domo Petri infantis hospitatos esse (p. 208). Cum hac narratione a posterioribus expeditio, qua a. 1217. Frisones Hollandiaique Portugallensem in castello Alcacer do Sol expugnando adiuverunt, permixta atque confusa esse videtur. 7) A. 1219. aut 1220. quinque fratres illi martyrium passi sunt. 8) Cf. supra n. 6. 9) Abeunda in legenda, quam Müller l. l. publici fecit Iuris, vocantur. 10) De legendis horum martyrum *cf.* Vinc. Bellov. XXX, c. 181; Acta SS. Ian. II, p. 64; Monumenta Portugalliae I, p. 105—116; E. Müller, 'Anfänge' p. 207 sqq. Quae Iacobus de Guisia narrat, in actis editis frustra quaesivi.

randas reliquias cum dictus Petrus infans a Marrochio ad Portugaliam in civitate Ulixbona deferret, per V. Aut. § 3.
ipsorum merita a gravibus periculis fuimus liberati; celebremque eorum passionis ordinem ipse in propria [scriptura] cunctis audire volentibus divulgavit[1]. Paucis postmodum evolutis temporibus ab illo tunc, quo Ulixbone cum prosperitate applicueramus, nos de consorte atque liga nostra milites et scutiferi considerantes, quod ex sanctorum fratrum meritis pericula evaseramus multiplicia, concordi assensu quod promiseramus Deo insimul replicavimus, et habita prius diligenti[b] et matura deliberacione conclusimus pariter nullo discrepante, considerata vite nostre brevitate, mundi periculositate, vivencium vanitate, iudiciorum Dei districta examinacione, infernorum atrocitate[c], mortis incertitudine atque peccatorum nostrorum magnitudine, decrevimus, inquam, quod omnia que in Marrochio Deo promiseramus opere adimpleremus. Quod et de facto fecimus; nam prima vice nos XXVIII simul in Ulixbona in pauperculo fratrum conventu, non sine lacrimarum ymbribus tam regis Portugalie quam aliorum nobilium et innobilium illorum ibidem astancium, armis, uxoribus, liberis, successionibus, honoribus mundanis atque toti mundo et pompis eius omnino renunciavimus, loricas nostras uxoribus condam nostris et carnalibus amicis tamquam mortui transmisimus et hunc humilem statum, vilem et abiectum[d] devote[e] in remissionem peccatorum nostrorum assumpsimus et in eodem Deo duce usque ad mortem perseverabimus'.

Cap. VIII.* Hic recitantur nominati nobiles, qui apud Portugaliam ordinem sancti Francisci sunt ingressi. (XX, 77).

Audiens hec gubernator dixit: 'Et qui fuerunt illi infelices, qui vobiscum tam inexorbitantem et exosum vivendi modum vobiscum sine discrecione post tanta tormenta, que pluribus annis inter Sarracenos sustinueratis, assumpserunt?' Respondit frater: 'Non dicatis illos fore[e] infelices, sed futuros fore beatos, quia ipsi sunt, qui contempserunt vitam mundi, et pervenient ad premia regni, quia laverunt atque lavabunt stolas suas in sanguine Apoc.22,14.
agni'. Gubernator: 'Si sciretur, quod aliquis miles aut vir notabilis huius nacionis interfuisset facto vestro aut particeps vobiscum fuisset in vestra deiectione, patiencius tollerarem iniuriam, quam fecistis sanguini nostro istum statum assumendo, nec ad animi parvificationem aut mutabilitatem minime reputarem'. Et frater: 'Supposito iuramento michi a vobis prestito nominabo socios, quos in hac sacra vocacione ab exordio Deo duce suscepi'. Gubernator: 'Sub tali semper omnia suscipio iuramento'. Et frater: 'Hii de nacione ista fuerunt mecum pro Christo vinculis religionis sancte vinculati, et primo de Flandria[2]: Rogerus de Gaures, frater Rassonis, Henricus de Nigella, Livinus de Axella[3], Winocus de Hondescoten[4], Theodericus de Dixemude[f.5], Petrus de Odenone et Iohannes Curatus de Zoemerghem[g.6]. De partibus convicinis fuerunt Galterus de Rosoy, frater Roberti[7], Iohannes de Trit, frater Rineri[8], Macharius de Sancta Manahulde[9], Bartholomeus frater, quem novistis[h], de Bethunia, Iohannes d'Aire et Ferricus, frater eius[10], Ioselinus de Baleham, Galterus de Vielis, Balduinus de Nova-villa[11], Guillermus de le Porquerie[i.12], Sigerus de Silly, Iohannes de Hoves et quamplures alii. Et ego tanquam minor omnium predictorum militum societati eorum me ipsum adiunxi. In conversione et habitus mutacione nomina

*) De disputatione inter fratrem Iudocum et gubernatorem super eorum statu. Cap. LXXVII. B 2.

a) *desunt codd.* b) *dil. et des. B* 2. c) *acroc. A.* d) *delectum B* 2. e) *desunt B* 2. f) *dixmude B* 2.
g) *zoemerghen B* 2. h) *novis A.* i) *porquere B* 2.

1) Cf. Vitam S. Antonii Patav., Acta SS. Iun. II, p. 706: *Quorum venerandas reliquias vir quidam famosus nomine Petrus infans Marrochio deferens per ipsorum merita sui ipsius a gravibus periculis liberationem celebremque eorum passionis ordinem divulgavit.* 2) Sequentium nomina Iacobus iam supra XIX, 11, p. 241 sq. narratione Balduini Avesn. inseruit. 3) Axel in Zeelandia. 4) Hvadschorte (départ. Nord, arrond. Dunkerque). 5) Theodericus de Duveren, castellanus de Dixmude, ab a. 1196—1225. apud Wauters IV. invent. Dubium autem est, num una persona intelligenda sit, cum hic Theodericus a. 1190. (p. 122) et a. 1209. (p. 317) cum uxore Ada, a. 1222. (p. 576) et 1225. (p. 647) cum coniuge Isabella nominetur. — Dixmude in Flandria occidentali. 6) Sommergem (arrond. Gent). 7) Hic a Gedefride de Ville-Hardoin pluries memoratur, ed. de Wailly § 7, p. 151. etc. 8) Saepissime apud Ville-Hardoin occurrit. 9) V. Ville-Hardoin § 5. 151, aliis locis. 10) Ferri d'Yerres et Iohannes, frater eius, in pugna contra Blaccos a. 1206. commissa perierunt, Villeh. I. l. § 361; postea igitur habitum sumpsisse religiosum non possunt. 11) Neuville-sur-l'Escaut? — Balduinus quoque in pugna memorata occidit. (12) Nescio an idem sit Guillaumes del Perçoi, quem Villeh. § 436. 478. et saepius commemoravit.

nostra mutavimus in dicto conventu Ulixbone, presentibus regibus Hispanie, Portugalie, Navarre[a] ac plurium nobilium ibidem existencium[b]'. Gubernator: 'Heu! proch[b] dolor! nimium[c] doleo, quod de tam solempni crucisignatione solum illi de confinibus istis talibus fuerunt irretiti fantasmatibus, ut miliciam aspernerentur[d] et talem vilem vivendi modum assumerent'. Ad quod frater: 'Non solum de partibus istis hoc egerunt, verum eciam et de aliis, utpote de Anglia comes de Noranthone[e.1] cum multis militibus, de Lombardia comes Ambrosius de Mala-spina cum multis de familia eius, de Aquitania comes Alfoncius de Baiona cum baronibus pluribus vitam, quam assumpsi, nobiscum devoverunt, et iam pluribus annis aliqui eorum in Sancto Bartholomeo iuxta Valencenas in paupertate et humilitate sub habitu huius religionis Domino servierunt. Et post paucos autem[f] dies a nostra conversione Petrus infans sumptus a nobis derelictos aliquos uxoribus nostris, reliquos in usus pauperum distribui[g] iussit. Navigium deinde preparari fecit ad nostram requestam; et cum multis aliis fratribus per mare Sclusc[h] applicuimus, et sic per orbem incogniti dispersi sumus. Iuxta Valenchianas a principio venimus nos quinque cum Curato[i] de Zoemerghem et ibidem fratres reperimus, qui nos in visceribus caritatis receperunt; quorum aliqui viam universe carnis ingressi et in ecclesia sancti Gaugerici[k] sepulti conquiescunt, aliqui eciam nobiliores supervenerunt, sicut Domino placuit, cum quibus Christo militare imperpetuum propono'. Gubernator autem facta predictorum non approbans, ymo tristis et dolens hortabatur viis[g] omnibus, quibus poterat, ut ad liberos et ad propria remearet, dictum fratrem mirabiliter increpando. Hec considerans frater dixit: 'Dic michi, queso, conate, ubi sunt nunc amatores huius[h] seculi, qui ante pauca tempora nobiscum fuerunt? nichil ex eis[i] remansit nisi cineres et vermes. Attende diligenter, quid sunt vel quid fue-
Iob 21, 13. runt: homines fuerunt sicut nos; comederunt, biberunt, riserunt, duxerunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descenderunt. Quid, queso, profuit illis inanis gloria, brevis leticia, mundi potencia, carnis voluptas, false divicie, magna familia et mala concupiscencia? Ubi risus, ubi iocus, ubi iactantia, ubi arrogancia? De tanta leticia quanta tristicia! Post tantam voluptatem tam gravis miseria! De illa exultacione ceciderunt in magnam ruynam. Quicquid illis acciderit, tibi et michi accidere potest, quia homines sumus de
Eccl. 3, 19. humo, limus de limo; de terra sumus, in terra vivimus et in terram revertemur, quando veniet dies ultima, que subito venit et forsan[k] hodie erit. Certum est, quoniam moriemini, sed incertum, quando aut qualiter aut ubi, quoniam mors nos ubique exspectat. Nos quoque, si sapientes fuerimus, ubique ipsam securi exspectabimus. Ego autem super maria, inter Turcos, Grecos et Sarracenos ipsam mortem pro Christi nomine iam a triginta[g] annis quesivi, sed quia tali morte dignus non eram propter infinita scelera mea, nunc latitans in hac pauperrima religione de die in diem ipsam exspectabo indubiam[h] mortem'. Hec gubernator lacrimando audita corde[l] revolvens, post pacis oscula et sponsionis prefate renovacionem avunculo valefaciens, equos conscendit et ad propria cogitativus remeans, post paucos annos domui sue disponens, in Gandavo conventum fratrum edificans, ad consimilia vota et ad eamdem religionem convolavit[7]. Filius eciam eius[8], videlicet dicti

a) multitudine *vel simile verbum supplendum H.-E.* b) *emendavi H.-E.; procul codd.?* c) *emendavi H.-E.; nimirum codd.* d) *ita codd.* e) *sic infra c. 15; Noranchone h. l. codd.; Noircanione supra XIX, c. 11.* f) *delendum videtur.* g) modis omnibus, q. pot., et viis *B 2.* h) *deest B 2.* i) rem. ex eis *B 2.* k) forsitan *B 2.* l) cordi *A.*

1) Bello a Castilianis a. 1212. cum Sarracenis gesto interfuerunt reges Castellae, Arragoniae, Navarrae. 2) Thomas; v. infra c. 15. 3) Sluis. 4) Iohanne; v. supra p. 287. 5) Quae Minorum fratrum Valentianensium erat. 6) Hac nota chronologica ad a. 1232. fere ducimur, quod non concordat cum iis quae infra c. 9. narrantur. 7) Hic dominus de Materne, cuius nomen Iac. de Guisia tacet, procul dubio is est, de quo Necrologium conv. fratrum Minorum Gandav. saec. XVI. (ed. Friedländer in 'Compte rendu de la commission royale d'histoire, IV. série' I, Bruxelles 1873, p. 156) haec habet: *Ian. 1. Obiit frater Arnulphus, quondam generosus, dominus de Scornaco et Materne et miles calentissimus, qui distributis pro amore Dei omnibus suis bonis tandem et ipse Minor effectus, locum fratribus, quem modo inhabitant Minores Gandenses, donavit, iacet in choro ante venerabile sacramentum.* Fuit frater Rassonis et Philippi de Gavera; dominus de Materna saepissime in chartis abbatiae Eenamensis inde ab a. 1218—1239. vel 1244. occurrit; cf. Piot, 'Cartul. de l'abbaye d'Eename' nr. 141. 153. 154. 174. 181. 205. 232. 239. 316; de Smet, Corpus chr. Fl. II, p. 899, nr. 198. Gandavi fratres Minores primo a. 1226. occurrunt (Miraeus III, p. 678; van Lokeren, 'Cartul. de Saint-Pierre de Gand' nr. 464, p. 253; Wauters, 'Table chron.' IV, p. 26). Cf. infra c. 12. 8) Arnoul seigneur de Master a. 1251. Oct. cum abbate S. Petri pactum iniit (cf. regestum huius chartae apud v. Lokeren l. l. nr. 635, p. 303);

gubernatoris, strenuus miles, post annos plures eamdem religionem eciam ingrediens monachos Sancti Petri Gandensis, qui fratres dictos dure tractabant[1], potenter edomuit.

Cap. IX.* Gubernator Flandrie et Hanonie revelat nobiles, qui se transtulerunt ad ordinem sancti Francisci. (XX, 78).

Hii siquidem barones in camino paupertatis et humilitatis sub habitu religionis Minorum fratrum ignoti et a nullo nisi Deo solo cogniti usque ad tempora[2], quibus Deus ordinavit, quod quidam heremita venit mansum in nemoribus inter Valenchenas et Tornacum, que quidem nemora vocantur de Glancon[3], permanserunt. Hic siquidem heremita[a] medi- 1225.
antibus fautoribus dicebat se esse Balduinum Flandrie et Hanonie comitem ac imperatorem Constantinopolitanum. Fuit autem per totam Flandriam ductus et generaliter ab omnibus villis venerabiliter tamquam eorum comes et dominus susceptus. Filia vero sua Iohanna, dictorum comitatuum comitissa, dictum heremitam pro patre respuebat. Tandem sepedictus gubernator Flandrie ac Hanonie ad fratres, qui aduc iuxta Valencenas in Sancto Bartholomeo morabantur, accessit et avunculo suo superius nominato cum difficultate reperto dixit: 'Domine avuncule, usque ad tempora presencia iuramentum, quod vobiscum pepigi, in integrum observavi; sed quia videre potestis, qualiter iste maledictus heremita usurpare conatur contra fas et iura nature[a] comitatus Flandrie et Hanonie et iam in tota Flandria receptus est, ymo et in villa ista[b] Valencenensi[5] tamquam Hanonie verus comes et dominus ab omnibus honoratur, et vera heres et vera ac naturalis domina contra Deum et conscienciam ab eisdem exhereditatur, tollerare non valeo et quod vobis promisi urgente tali neccessitate adimplere non possum nec debeo; et quia de tali novitate a demone sic exorta non sunt viri sub celo, qui verius sciant, quid sit a parte rei quam vos, idcirco ad congregacionem vestram et ad personam vestram consciencia motus revertor, quia cum domino Balduino a Flandria recessistis, secum mare transmeastis et in sua intronizacione in imperium Constantinopolitanum presentes fuistis et usque ad finem vite sue in Constantinopolitanis finibus permansistis et secum in omnibus bellis et periculis semper associastis. Et quis est sub celo, qui verius et cercius[c] de tali dubitacione posset diffinire et certitudinem veritatis determinare? Quid ad ista respondere deliberastis? Revertar ad dominam comitissam et ad eius consilium et omnia eis revelabo, quia istis temporibus talia non debent sub silencio latitari'.

Cap. X.** Quod legati regis Francie reperiunt Flamingos et Hannonienses recepisse heremitam pro domino naturali. (XX, 79).

Fratre verecundia perfuso et, quid respondere deberet, tamquam perplexione gravi percussus[c], nichil gubernatori respondit, sed genibus flexis manus tetendit ad celum dicendo: 'Domine[b] Deus, propicius esto michi peccatori'. Gubernator valefaciens avunculo statim ad dominam comitissam accessit. Que consilium suum congregari faciens, gubernator eis seriem geste[d] rei secretius detexit. Que comitissa atque[e] consiliarii audientes nimium stupefacti et cordibus compuncti, rem considerantes, gaudio simul ac merore per-

*) De quodam heremita in nemore de Glancon fingente se esse Balduinum imperatorem. Cap. LXXVIII. *B* 2.

**) Quod gubernator comitisse Iohanne que frater Iudocus ei dixerat detexit. Cap. LXXIX. *B* 2.

a) patrie *B* 2. b) *deest B* 2. c) nesciens *supplendum videtur, sententia ceteroquin male construcla H.-B.* d) rei g. *B* 2. e) et *B* 2.

sed hic a. 1253. in pugna apud Westcapellus commissa cecidit, testantibus Bald. Avenn., SS. XXV, p. 461; Iob. de Thilrode c. 21, l. l. p. 575, ordinem igitur Minorum ingressus esse non potest. 1) Has discordias charta a. 1254. data tangere videtur, cuius v. Lokeren l. l. nr. 644, p. 305. tantum regestum praebet: minister generalis ord. S. Francisci approbat pactum cum abbatia S. Petri de sepulturis conclusum; cf. infra c. 12. 2) A. 1225. Chron. S. Martini Turon., SS. XXVI, p. 470: *mense Aprili;* Bald. Avenn., SS. XXV, p. 454: *en un quaresme.* 3) Cf. infra c. 25; Bald. Avenn. l. l.: *en un bois ki siet entre Tornai et Valenchienes, que on apiele la foriest de Glanchon;* Sigeb. Cont. Aquic. 1224, SS. VI, p. 437: *in foresta de Glanchon iuxta Mortaigne;* Phil. Mousket v. 24541; Raineri Ann. 1225, SS. XVI, p. 679: *in silva Viconie;* Albric., SS. XXIII, p. 915: *in Viconia;* Hist. anon. Rem., SS. XXVI, p. 541: *en la forest de Mormail.* 4) Bertrandus de Rais; v. infra c. 26. 5) Cf. Phil. Mousket v. 24635: *A Valencienes l'ont mené;* Hist. anon. Rem. c. 315, SS. XXVI, p. 541; cf. Ann. S. Med. Suess. a. 1225: *Multi Flandrenses adhaeserunt ei, maxime Valencienenses et Hahenoenses.*

1225. mixti, infra paucos dies Valenchenas postmodum devenerunt credentes fratres predictos ibidem reperire; sed auram[a] favoris mundane[b] spernentes, soli Deo placere cupientes, aliqui in Leudio, aliqui in Attrebato, aliqui in Perona de gardiani[c] licencia latitando recesserant. Perpendens hec comitissa cum consilio procerum suorum, omnia regi Philippo[1] Francorum significare curaverunt, supplicantes eidem, quatinus in tam arduo ac periculoso casu, tam ambiguo, consilium, auxilium et favorem benignum eis tempore oportuno impertiri dignaretur. Rex petitionibus iustis annuens misit legatos ad Flandriam et ad Hanoniam, et reperierunt quasi omnes communitates predictum heremitam tamquam eorum naturalem dominum et comitem concorditer recepisse[2]. Clerus autem ac nobiles predictarum patriarum consilio prehabito legatis interrogantibus responderunt: 'Nos', inquiunt, 'inconsulti, considerata determinatione[d] indeliberata comunitatum atque bonarum villarum, respondere non valemus sine illorum deliberacione, consilio pariter et assensu, quos[e] nobis irrefragabiliter constat cum domino, de quo tractatur, morti et vite presencialiter interfuisse et eius modum, formam, signa evidentissima cognovisse. Quare temporis dilacionem ad nostram responsionem faciendam omnes unanimiter requirimus'. Interea perquiruntur, tum ex parte regis, tum ex parte comitisse, tum ex parte cleri ac[f] nobilium patriarum, omnes utriusque sexus, cuiuscunque condicionis, gradus aut status extiterint[g], et maxime fratres Minores, de quibus loqutus fuerat Flandrie gubernator, et universaliter omnes, de quibus erat aliqualis verisimilitudo, quod comitem Balduinum realiter cognovissent. Inter quos fuerunt XVI fratres laici et tres sacerdotes ad comitisse Iohanne et regis legatorum presenciam convocati; subterfugere enim non valebant, quia iussio regis ac[f] comitisse et consciencie stimulus multum perurgebat.

(XX, 80). Cap. XL.* Quod fratres Minores adiurantur, ut testimonium perhibeant de morte Balduini[h] imperatoris.

Cum autem episcopus Silvanectensis[3], qui unus regis legatorum erat, interrogaret nomina fratrum, cuius patrie aut nacionis aut condicionis aut status essent, quia constanciam eorum experiri volebat, eciam si scirent aliquid de rei veritate comitis Balduini, de eius morte aut[f] vita, et eos ad sancta Dei ewangelia forcius adiuraret, unus pro omnibus respondit: 'Domine, pauperes peccatores sumus, vermes inutiles, christiani tamen, et huius deserti incole sumus. Nos XVI cum illustrissimo principe Balduino, cuius anima requiescat in pace, mare transivimus et ab illo tunc usque ad eius mortem secum moram una traximus. In omnibus bellis, in quibus personaliter intererat, semper presentes fuimus et in finali bello contra Comanos et Blattas vivum et postmodum mortuum vidimus[4]. Huius rei omnes testes sumus. Rogamus insuper, ut in regis presencia cum isto, qui se dicit Balduinum, verbum habere possimus'. Cum autem iterato dictus episcopus eorum nomina perquireret[i] et iterum atque iterum replicaret, responderunt: 'Mortui sumus mundo, nomina nostra propter Deum in terris perdere et derelinquere decrevimus; et si in libro vite meritis nostris exigentibus conscripta fuerint, in finali iudicio videbitis. Nichil aliud a nobis pro presenti extorquere poteritis'. Tunc fratres valefacientes omnibus ad loca, unde processerant, repatriaverunt humiliter. Rumor magnus per totam patriam proinde[j] convolavit, unde ab illo tunc inceperunt nobiles et clerici heremitoria fratrum frequentare et, quos ydiotas et abiectos, simplices[k], pauperes et derelictos estimabant, postmodum tamquam omni veneracione dignos, veros christicolas, fidei athletas et ad omnia pro Christi nomine et Dei lege tolleranda promptissimos deinceps reputarunt. Paucis postmodum evolutis ebdomadibus, rege pervento Perone[5], districtius pro predictis mandavit fratribus, eorumque auditis rellationibus et nominibus eorum quadam violencia extortis ab eisdem, iussit eos in conventu fratrum Perone per aliquotos dies exspectando remanere. Interim mandavit rex, ut predictus heremita fictus Balduinus feodum Flandrie ab eo, prout

*) Quod episcopus Silvanectensis legatus extitit ad inquirendum de mandato regis facti veritatem. Cap. LXXX. *B* 2.

a) *ita A*? aurem *B* 2. b) *ita codd.* c) tamen *add. B* 2. d) deliberatione indeterminata *B* 2. e) quorum *codd.* f) et *B* 2. g) baduini *A*. h) perquiret *B* 2. i) perinde *B* 2. k) et *add. B* 2.

1) Immo Ludovico. 2) Cf. infra p. 300. 3) Guarinus. 4) Cf. supra c. 6. 5) Cf. infra p. 301.

decens, iustum et equum erat, relevaret. Cum vero Perone cum solempni comitiva Flamingorum pervenisset ad regem et per audita perpendisset, quod proprii barones Flandrie, Hanonie, Anglie, Lombardie, Portugalie, qui cum ipso semper fuerant, illuc accessissent, timens nimium de nocte hospite insalutato clam solus recessit[1]; et sic iusto Dei iudicio ac sanctorum fratrum meritis fuit patria tali tyranno totaliter liberata. Rex denique certa experiencia comperiens dictorum nobilium fratrum constantem devocionem, compunctus corde, magna donaria obtulit eis, domos, possessiones, libertates[a], agros et vineas et cetera multa; sed omnia velud pulverem vilipenderunt, et sic a baronibus valefacientes ad conventus, unde processerant, humiliter remearunt. 1225. Maii 30.

Cap. XII.* Fratres Minores, qui in Heckerghem Gandavi morabantur, ad portam Cacabi transferuntur. (XX, 61).

Circa predicta tempora sepedictus Flandrie atque Hanonie gubernator nimia devocione ad fratres allectus conventum fratrum Minorum de consilio comitisse Iohanne proposuit et disposuit in villa Gandensi fundare[2]; et fratres, qui extra muros dicte ville morabantur, in parrochia videlicet de Heckreghem[b.3], infra villam supra ripparias Lise atque Scaldi, iuxta portam Kakabi[4] transferre disposuit. Locus autem, quem elegerat pro fratribus, patronatui[c] Sancti Petri Gandensis[d] subiacebat, unde abbas[5] atque monachi nullo modo hoc consentire volebant[6]. Interiecto autem modico tempore, cum pro arduis dictus gubernator Parisius de regis assensu ad comitem Ferrandum accessisset, qui adhuc a dicto rege[7] captivus detinebatur[8], et oportunitas fandi intervenisset, inter diversa peciit, ut fratres Minores, qui erant collocati extra villam Gandensem in parrochia de Heckreghem[b], infra dictam villam auctoritate sua collocari valerent. Iterum peciit, ut fratres in villa[e] sua Valencenensi extra muros commorantes, in Sancto videlicet Bartholomeo, infra villam in dongione suo valeant auctoritate sua conventualiter situari[f] perpetuo. Ad hec flendo respondit comes: 'Fratribus Minoribus plusquam toti mundo post Deum teneor; in tribulacionibus et vinculis non habui consolatores et adiutores et servitores, veros amicos et intercessores apud Deum et regem, nisi ipsos'. Soli etenim iussione regia ad ipsum accedere permittebantur. 'Et utinam', inquit, 'sic dignificari[g] possim, ut oracionibus et beneficiis ipsorum valeam percipere porcionem, quia non sunt condigne remuneraciones tales de tantis beneficiis, quibus me sencio erga ipsos obligatum. Si igitur placuerit domino regi et Iohanne consorti nostre, placet nobis quod petistis'. Hoc autem dixit, quia tamquam incarceratus nichil poterat ordinare sine assensu domini sui, eciam non erat dominus naturalis patriarum Flandrie neque Hanonie. Quod audiens rex libentissime concessit et ad maiora induci procuravit. Erant tunc fratres regum Francie familiares et devoti. Tunc Ferrandus[h] fratribus Gandensibus atque Valencenensibus loca, in quibus nunc morantur, dedit, annuit et concessit ipsis penitus ignorantibus, ac per cartas speciales et litteras confirmavit, prout patet ex tenore earumdem, que in cista sacristie nostre Valenchenensis adhuc integre conservantur, quarum tenor talis est:

Cap. XIII.** Carta Fernandi comitis Flandrie et Hannonie, ubi confirmat donationem dongionis fratribus Minoribus in Valencenis. (XX, 69).

Ferrandus[9] Portugalie Dei gracia Flandrie et Hanonie comes. De beneplacito et assensu 1225. Mart.

*) Quod gubernator comitisse Iohanne eius consilio conventum fratrum in Gandavo disposuit edificare. Cap. LXXXI. *B* 2.

**) Quod Fernandus comes Parisius ad personam gubernatoris dedit dongionem Valencenensem pro ibidem construendo conventu fratrum. Cap. LXXXII. *B* 2.

a) libertates *post* vineas *B* 2. b) hecbreghem *B* 2. c) patronatus *A*. d) Gandensi *codd*. e) sua v. *B* 2. f) collocari *B* 2. g) dampnificari *B* 2. h) fr. Ferr. *B* 2.

1) Cf. infra p. 301. 2) Cf. supra p. 288. 3) Eckerghem, regio civitatis Gand. 4) Sine dubio *Ketelpoorte* in meridionali oppidi parte; cf. Diericx, 'Mémoires sur la ville de Gand' IV, p. 260. 277. 302; Warnkönig, 'Flandr. Staats- u. Rechtsgesch.' II, 1 (1836), p. 17. 5) Arnoldus. 6) V. chartam Walteri episc. Tornac. a. 1226. concessam, qua consensu abbatis S. Petri Minoribus fratribus Gandavi collocatis permittit, ut in domo sua missam celebrent, Miraeus, Opp. dipl. III, p. 678; Wauters IV, p. 28. 7) Ludovico VIII. 8) Usque ad a. 1226, nativ. Domini. 9) Hac charta edita in

domini nostri regis Francie et ad eius requestam — — presentibus est appensum. Datum
1225. Mart. *Parisius in Lupara anno Domini MCCXXV°, in mense Marcii.* Hiis igitur et aliis expeditis negociis ad Flandriam dictus gubernator remeavit et comitisse Iohanne inter cetera devocionem et amorem, quem dominus Ferrandus, eius maritus, ad fratres gerebat, et quo modo serviebant sibi ex precepto regis et qualiter in suis tribulacionibus sibi semper humiliter assistebant et ipsum consolabantur, consequenter declaravit et litteras predictas cum multis aliis presentavit. Que, licet flens amare, gavisa tamen, Domino gracias agens, prius habito consilio, devotissime cum lacrimis donacionem dongionis confirmavit et plura in posterum se facturam pro fratribus repromisit. Cuius confirmacionis et ratificacionis litte-
Apr. rarum tenor est talis, prout patet in cista sacristie conventus nostri*: *Nos Iohanna Flandrie et Hanonie comitissa in remissionem peccatorum nostrorum donationem dongionis Valencenensis — — sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum in Insulis anno MCCXXV°, in Aprili*[1].

Ab illa igitur die usque ad vite sue felicem consummacionem semper extitit mater benefica, tutrix et deffensatrix atque gubernatrix fratrum in omnibus terris suis et ordini devotissima de bono in melius semper multiplicando permansit. In omnibus eciam litteris, quas sibi ab illo tunc Ferrandus destinabat, in eisdem fratres specialius recommendabat, et in tantum eorum affectio et devocio erga fratres et ordinem succrevit, quod in omnibus terris eorum cunctis fratribus in eisdem commorantibus unam griseam tunicam cum capucio et unam albam sine capucio annuatim, quamdiu supervixit, pro Dei misericordia elargiebantur.

(XX, 83). Cap. XIIII.** Guardianus Sancti Bartholomei exquirit vota suorum fratrum super mutationem loci sui prioris.

Igitur litteris de loci confirmacione fratrum Valencenensium confectis et sigillatis ipsa comitissa per sepedictum gubernatorem Flandrie et per dominum Iohannem de Gandavo[2] militem, qui postmodum ambo simul in habitu ordinis Gandavi supervixerunt, ville consilio et communitati Valencenensi dictas litteras exequendas destinavit. Qui omnes de villa concordi assensu, nullo penitus discrepante, cum graciarum actionibus et animo libenti fratrum adventum ad comitis dongionem annuerunt. Sed prior Sancti Salvii[3] solus donacioni et concessioni, prout inferius declarabitur, obicem apposuit. Statim predicti barones, legati comitisse, cum domino Iohanne Valenchenensi milite, una cum preposito ac scabinis ville Valenchenensis, minus debito curantes de dicto priore, ad conventum fratrum venientes predictas litteras donacionis et confirmacionis dongionis Valencenensis, prout iniunctum eis erat a comitissa, fratribus omnibus in unum congregatis, gardiano et conventui presentaverunt. Quibus receptis et perlectis gardianus primo retulit[a] Deo et domino Ferrando ac domine Iohanne[b] comitisse, commissariis et toti societati ac ville Valencenensi graciarum actiones, et petiit et obtinuit diem responsionis, quia sine consilio et assensu deliberato fratrum respondere finaliter non presumpsit. Die vero sequenti, reintegratis fratribus et in unum in capitulo recollectis, verbo Dei prius proposito iuxta sentenciam Christi dis-
Luc. 10, 7. cipulos suos exhortantis et dicentis: *Nolite transire de domo in domum*, — iterum dicitur in
ib. 8. 7. eodem capitulo: *In quamcunque domum intraveritis*, sequitur: *ibi manete* et cetera — multa intulit ad suum propositum concludendum[c]. Tandem dixit: 'Fratres mei dilectissimi, Deus misericordie[d] et tocius consolationis vocavit nos ad ordinem Minorum fratrum; sed tamen videamus, ne sit falsum in nobis huiuscemodi nomen, si secundum scripturas[e] et pre-

*) *B* 2 *hanc inscriptionem minio scriptam praebet:* Littere domine comitisse de assensu prestito.

**) Quod littere comitis Fernandi Valencenis presentate placuerunt omnibus, demptis priore Sancti Salvii, qui obicem posuit. Cap. LXXXIII. *B* 2.

a) reddidit *B* 2. b) *deest B* 2. c) concludeti *B* 2. d) tocius mis. et cons. *B* 2. e) scriptus *B* 2.

Miraei Opp. dipl. I, p. 199. cum anno incarn. falso MCCXX, recte ut supra apud Le Boucq, 'Hist. de Valentiennes' p. 107, Ferrandus consensu regis Franciae uxorisque suae Iohannae fratribus Minoribus dongionem villae Valentianensis, 20 solidis annuis sibi reservatis, concedit. Quae praecedunt, ex ingenio Iacobi emanasse videntur. 1) Miraei Opp. dipl. I, p. 199; Le Boucq l. l. p. 107. 2) Iohannem de Gandavo inveni a. 1244. apud Warnkönig, 'Flandr. Staats- u. Rechtsgesch.' III, Doc. p. 58. 3) Guichardus; v. Le Boucq, 'Hist. de Valentiennes' p. 107.

ceptum Dei et consiliis ewangelicis obedire et ea in omnibus adimplere volumus[a]. Audistis heri, quid domini huius terre nobis proposuerunt de loci nostri mutacione; inde perturbaverunt me cogitaciones cordis mei. Quid inde faciemus?' At[b] illi responderunt: 'Quid tu, pater, iubes?' Et dixit: 'Vota omnium vestrum fidelius requiro'. Et dixerunt: 'Dic[c] tu, pater, primo'. At ille: 'Iste locus, nisi in nobis remanent, aptus est ad firmiter Deo serviendum, in quo fideliter possumus salvare animas nostras. Locus vero presentatus nobis non est aptus, nisi amatoribus huius seculi'. Et dixerunt: 'Sic, pater, apparet, et nos te non derelinquimus'. Iterum intulit gardianus[4]: 'Christus fuit semper pauper et a parentibus[e] pauperrimis educatus et adeo pauper, ut de se ipso diceret: *Vulpes foveas habent, et volucres* Luc. 9, 58. *celi nidos; filius autem hominis non habet, ubi reclinet caput suum*[1]. Cum igitur in stabulo et diversorio fuerit natus, a propria terra effugatus, verbo et exemplo viam paupertatis et humilitatis docuerit, tandem in crucis patibulo denudatus pro nobis et in sepulcro lapideo tumulatus, qui rex erat regum et dominus dominancium, et racione ipsius paupertatem devovimus: quare vermibus inutilibus non debet sufficere locus iste? Alium locum isto solempniorem ausus non essem inhabitare, cum debeamus ex regula nostra Christi sequaces prout possumus effici et apostolorum et in predicationibus nostris pompam edificiorum et sumptuositatem eorumdem condempnare'. Quibus dictis, ut quilibet frater suam super dictis panderet intencionem, exhortatus est.

Cap. XV.* Responsiones fratrum refutantium mutationem loci, in quo habitabant. (XX, 84).

Tunc ad gardiani preceptum exorsit frater Iohannes, scriptor Anglicus, qui prius domnus Thomas de Noranthone[2] dicebatur, condam comes, et dixit: 'Pater gardiane, sicut Deus et vos nostis, nos sumus hic plures, qui propter Christum dominum nostrum multa dereliquimus, que sine remorsu consciencie et sine quacumque temporali obligacione possidere poteramus; et eximus terras nostre nativitatis, ut Christum pauperem pauperes sequeremur. Quare reciperemus multo minora cum remorsu consciencie et cum obligacione oracionum nostrarum, de quibus pro nobismetipsis multum indigemus. Debet nobis sufficere locus iste cum paupertate nostra; adhuc non reputo me ipsum dignum habitacione tam amena. Quare loci presentati acceptacionem non consulo nec eius dotacionem aut reddituacionem in perpetuum approbabo'. Frater Iacobus Sportarius, sic dictus, quia sportas et cophinos notabiliter componebat de iuncis marinis, et prius dicebatur domnus Alfoncius de Baiona[3], laicus, dixit: 'Que, patres, dixistis, optime consonant racioni; et preterea, si locum oblatum totaliter edificatum, prout dicunt, reciperemus, in posterum tamen erit ruynosus, onerosus et[f] forte remanebit imperfectus. Cum igitur nichil habebunt fratres in futurum iuxta regulam nostram, pro reparacione oportebit viles questus exercere, sanguinem pauperum sorbere, peccata populi deglutire, consciencias fratrum ledere, conventus obligare, bonaque spiritualia, que deberent fratribus vivis et defunctis applicari, dispergere atque interrumpere in aliis usibus opportebit. Et si fratres vacent pecuniarum extorsionibus, nonne veniet statim religionis excidium et sancte regule nostre desercio? Quare approbo quod decrevistis. Et si domina dotet suis obvencionibus conventum, prout fertur, quid est aliud, nisi animarum nostrarum dampnacio? quare' et cetera. Alius frater ad gardiani preceptum respondit: 'Vitare debemus scandalum proximorum sicut et nostrum. Si donacionem dictam acceptaverimus, illi, qui nobis edificaverunt locum istum, fraudabuntur eorum bona intencione et dicent nos esse viros instabiles et inconstantes et male edificabuntur merito de nobis. Et preterea, prout dixit pater gardianus, ille locus non est aptus nisi amatoribus huius seculi; ad contemplacionem, devocionem aut ad studium, que maxime consequi debemus, nullo modo dispositus est. Iste autem locus, in quo nunc peregrinamur, est satis remotus a populi congregacionibus et a tumultibus sequestratus est, insuper quietus, solitarius, parvus et humilis. In eo eciam relucet humilitas, asperitas, vilitas et paupertas,

*) Quod fratres presentationem donationis sibi factam accipere recusarunt. Cap. LXXXIIII. *B* 2.

a) nolumus *B* 2. b) ad *A*. c) Quid *B* 2. d) in *loco raso A*. e) pauperibus par. *B* 2. f) forte et *B* 2.

1) Cf. Bonav. Vita S. Franc. c. 7 (Acta SS. Oct. II, p. 760): *Saepe vero de paupertate sermonem faciens, ingerebat fratribus evangelicum illud*: '*Vulpes foveas habent*' etc. 2) V. supra c. 8. 3) Ibid.

que maxime sectari debemus pro posse. Quare conclusive cum patribus in oblati loci renunciacionem persisto et usque ad mortem semper paupertatem profitendo'. Frater Iohannes li Natiers[1] postmodum humiliter respondit: 'Pater gardiane, locus nobis presentatus est locus artus, aridus, scalidus[a], fetidus, aquis dulcibus carens, malo aere circumvallatus, pomposus, fastuosus, famosus, curiosus, ruynosus, dangerosus et onerosus et forte ab antiquis occisionibus populorum multipliciter pollutus, de rappinis edificatus et forte de consimilibus reparandus, aptus ad populi tumultum et concursum; quod nostre vocacioni multum derogat et paupertati. Iste autem, in quo nunc hospitamur, in bono aere constituitur et aquis foncium, quibus neccessario utimur, irriguus est, satis amplus, de elemosinis iuste acquisitis edificatus et iuxta statum vocacionis nostre multum aptus. Nec habemus hic impedimenta nostre contemplacioni ac studio contraria. Quare pro responsione vobiscum in omnibus concordo suis dotes omnino respuendo. Et preterea hic mane et sero opera misericordie exsequi possumus et fratres et peregrinos ac pauperes tarde venientes suscipere sine periculo et dangerio possumus et debemus. Ibidem autem circumclusi, et si de sero aut tarde supervenirent fratres aut alii pauperes, ipsis succurrere non possemus, et sic meritis illis privaremur et graciis'. Has et consimiles allegaverunt raciones multiplices, ad finem ut nullo modo transferrentur.

(XX, 85). **Cap. XVI.* Iohanna comitissa mittit legatos ad Honorium papam et ad sanctum Franciscum.**

Dictus autem gubernator deliberatam fratrum sentenciam humiliter exspectans, dixit sibi tandem gardianus vota eorum singulasque raciones explicavit, superaddendo, quod absque summi pontificis ac generalis ordinis [licentia[c]] facere non valebant, et si quidquam facerent, nullo modo reditus aut dotes assumerent. Qui gardiani responsionem benigne et pacienter audiens et comitisse postmodum referens, a proposita tamen intencione ipsa non destitit, cogitans, quod saltim illuc fratres de Flandria transmitteret, si conventu edificato alii recipere nollent[d]; quod et de facto postmodum adimplevit. Unde, sicut inferius declarabitur, per plures annos fuerunt duo conventus fratrum in Valencenis, unus in Sancto Bartholomeo et alius in dongione. Audita vero fratrum responsione illustris comitissa non tar-
1225. davit diu, quin legatos ad curiam Romanam, ad dominum papam Honorium et ad ordinis fundatorem, fratrem videlicet Franciscum, qui adhuc vita fruebatur humana, ad dominum Cameracensem[2] et ad omnes, ad quos spectare videbatur[e], ut devotum propositum, quod conceperat, ad effectum deducere valeret. Interea conventum in dicto dongione, quantum ad edificia et ecclesiam, prout clarius ostendetur, construi iussit, et fratres de Viromandia et de Flandria et aliis partibus[3] in numero duodecim ad inhabitandum in dicto conventu de licencia domini episcopi Cameracensis transmisit. Successione temporis a curia Romana reversi sunt nuncii, quos ipsa comitissa emiserat, qui sibi litteras plures retulerunt una cum bulla domini Honorii pontificis summi, in qua solum licencia dabatur conventum fratrum construendi, et illum, in quo fratres hospitabantur, in disposicione eiusdem domine omnino relinquebat. Tenores autem dictarum litterarum per dictos reportatarum[f] legatos, solum unicam[g] repperi in conventu.

(XX, 86). **Cap. XVII.** Obedientia, quam frater Helias generalis minister misit fratribus Sancti Bartholomei apud Valencenas.**

1225/6. *In Christo sibi karissimis fratribus ordinis fratrum Minorum iuxta Valencianas in episcopatu Cameracensi hospitantibus frater Elias*[h]*, vilis peccator et caducus et fratrum Minorum minimus servus, salutem et pacem veram per aspercionem sanguinis domini nostri Ihesu*

*) Quod comitissa Iohanna misit legatos ad papam Honorium et ad beatum Franciscum adhuc viventem. Cap. LXXXV. *B* 2.

**) Littere fratribus a curia Romana transmisse de translatione eorum ad locum novum dongionis. Cap. LXXXVI. *B* 2.

a) *i. e.* equalidus. b) *deest B* 2. c) *deest A.* d) nolent *A.* e) mitteret *vel simile verbum supplendum. H.-E.* f) reportatas *A*; reportati *B* 2. g) *sic codd.* h) helias *B* 2.

1) De eo vide supra c. 5. 2) Godefridum, 1219—1237. 3) Cf. infra c. 19.

Christi. Fratres mei, vos exhortor et in visceribus caritatis, ut sanctum evangelium domini 1238/9.
nostri Iesu Christi et sanctam regulam nostram per dominum Innocencium[a] approbatam et nuper per dominum Honorium adhuc superstitem confirmatam, quam promisistis Deo fideliter, usque ad mortem pure et inviolabiliter et indefesse observetis. Nuper autem a sanctissimo domino papa Honorio prenominato bullas vidi de licencia et approbacione translacionis conventus vestri, qui est extra villam, ad locum ydoneum, qui est infra[b] ambitum murorum ville predicte; et super eadem materia illustris domina patrie, in qua habitatis[c], michi scripsit. Quare iterum exhortor vos in Christo Iesu, ut iuxta doctrinam apostoli subiecti sitis[d] dominis vestris, specialiter bonis et modestis; et locum vobis presentatum cum graciarum actionibus humiliter suscipite, perseverantes in agnicionem domini nostri Iesu Christi, qui feliciter vos conservet. Amen. Datum in Sancta Maria de Porciuncula iuxta Assisium anno pontificatus domini Honorii pape X.

Per magna postmodum tempora sepedictus gubernator videns duos in villa[e] conventus constructos, gaudens, quando sibi[f] placuit, litteras supradictas fratribus Sancti Bartholomei presentavit. Qui tandem humiliter suscipientes et perlegentes, summo pontifici et generali ordinis, prout decebat, se totaliter subiecerunt, supplicantes obnixius, quatinus campanile atque vitree, in quibus curiositas et sumptuositas[g] excessiva renitebat[h], tollerentur, aliter cum consciencia sana ibidem cum dictis fratribus, qui dictum conventum regebant, commorari non auderent. Remanserunt tandem fratres in conventu sancti Bartholomei segregatim a fratribus dongionis conventualiter usque ad annum Domini MCC[i] quadragesimum[k] primum vel secundum alios usque ad annum quinquagesimum[l], anno quo campanile fratrum dongionis concordi assensu fratrum ac prioris Sancti Salvii fuit destructum et novum humile et parvum reedificatum[1]; et tunc de voluntate et mandato ordinis, papa consenciente[2] et episcopo Cameracensi[4] ac domina[3] Margareta comitissa[m] Flandrie et Hanonie annuentibus, pacem inter priorem Sancti Salvii[5] et fratres tractantibus, tunc locum sancti Bartholomei fratres dereliquerunt primo, et dicto priori dictus episcopus ac dicta domina comitissa in possessionem perpetuam eum tradiderunt condicionibus suppositis, prout inferius suo loco manifestabitur evidenter Deo duce. 1241. 1250.

Cap. XVIII.* Iohanna comitissa mittit architectores et carpentarios, ut disponant de conventu construendo. (XX, 87).

Anno igitur dominice incarnacionis MCCXXV° Iohanna Flandrie et Hanonie comitissa ab Insulis magistrum operum cum quibusdam architectoribus misit Valencenas ad dongionem seu dictum locum contemplandum et speculandum, ubi ecclesia et ubi refectorium, claustrum, dormitorium et alie officine fratribus necessarie possent collocari. Sed consideratis diligenti examine considerandis, reppererunt et retulerunt concorditer, quod locus, prout iacebat in sua nuditate, non erat aptus ad edificia solempnia construenda et quammaxime pro ecclesia aut religiosorum conventu; et ad hoc probandum plures allegabant raciones, quarum prima talis erat: cum omnium ecclesiarum altaria debeant vergi ad orientem et introitus ad occidentem, et versus occidens[n] non sit aditus propter aquas et altitudinem murorum dongionis, opportebit igitur, quod introitus ecclesie sit iuxta maius altare, quod videtur multum indecens, aut quia ecclesia sit occidentalis; nullus siquidem erat aditus ad locum dongionis tunc nisi per castrum, quod dicitur nunc Sancti Iohannis, in quo aditu oportebat maius altare stabiliri. Secunda racio: nam muri dongionem circumvallantes in nonnullis spaciis a summo usque deorsum erant dirruti, et materies[o] cuiusdam antique turris dissipate usque ad aquam in cono dongionis ad casum erat propinqua. Tercia racio, quod terra tocius loci dicti dongionis erat mobilis et non fixa et alias ibidem artificialiter 1225.

*) Quod Iohanna comitissa ab Insulis artifices misit pro novo conventu construendo. Cap. LXXXVII. *B* 2.

a) divina providentia papam *add. B* 2, prov. papam *in loco raso*. b) muros et *add. B* 2. c) habitatis *codd.* d) estote *B* 2. e) dicte ville *B* 2. f) si *B* 2. g) *in loco raso B* 2. h) expetebat *B* 2. i) CC *om. A.* k) quinquagesimum *B* 2. l) dñs margareta *codd.* m) *ita A?*; comitisse *B* 2. n) *ita codd.* o) materies *B* 2.

1) V. infra c. 19, ubi 1251. 2) Idem de Minoribus aut Innocentio IV. 4) Guidone I. aut Nicolao III. fratribus in Shrewsbury collocatis fertur; cf. Müller, 'Anfänge' p. 100. 3) Gregorio IX. aut Caelestino IV. 5) Radulphum III.

deportata pro maiori parte, quare edificia magna in eodem edificari non poterant, nisi cum magnis sumptibus et periculis et cum perpetua pronitate ad ruynas. Item quarta racio fuit, quod dictus locus erat nimis strictus et artus et ad conventum religiosorum totaliter ineptus, prout in sua iacebat parvitate. Et preterea fratres ad operarios accesserant dicendo: 'Caveatis, ne domina construi faciat edificia sumptuosa, quia non acceptaremus; et rogamus instantissime, quatinus sic humilia, fictilia et bassa faciatis edificia, ut in eisdem reluceat humilitas, simplicitas, asperitas et paupertas propter dominum nostrum Iesum Chri-
Luc. 9, 58. stum, qui sic pauperem se fecit in hoc mundo, ut diceret: *Vulpes foveas habent, et volucres nidos; filius autem hominis non habet, ubi reclinet capud suum.* Quibus consideratis, auditis et attentis predicti operum magistri dicte[a] domine Iohanne comitisse narrantes que repperant, habuerunt iterum ab eadem in mandatis, quod omnibus postpositis locum predictum sic disponerent, quod Deo cederet ad gloriam, imperatori Balduino, patri suo, et domino Ferrando, marito suo, et sibi ad salutem et honorem, fratribus et eorum ordini ad prosperitatem et pacem; et quod expensis non parcerent, salvis in omnibus semper salvandis. Post dies paucos sepedictus gubernator, auctoritate domine comitisse fultus, Valencenas cum prenominatis[b] architectoribus revertentes et locum iterum perlustrantes, primo[c] decreverunt novum introitum alicubi opportere repperiri a parte occidentis, in qua, sicut dictum est, nullus erat aditus, ad finem ut chorus esset ad plagam orientis respiciens; quod et statim execucioni datum est. Nam iuxta cambam sancte Ragenfredis vicinam[d] dongioni a retro erant mansi duo vendicionibus expositi, quorum ortalicia usque ad ripparium contiguatum a retro dongioni protendebantur; quos iusto precio comparatos, in eisdem introitum seu conventus portam decreverunt stabilire; quod et factum est. Postmodum pontem lapideum supra dictam ripparium, que fluit inter dictos mansos et conum dongionis, firmissimum fundaverunt, qui nunc est iuxta fores ecclesie. Deinde fundamenta per totum circuitum murorum tocius dongionis, quantum ad omnes ruynas, fidelissime reparantes et edificia, que ibidem erant, solo coequantes, maxime que fundacioni ecclesie impedientia videbantur, vestigia eciam vetustissimarum turrium destruentes, totam plateam aut superficiem dongionis equaverunt.

(XX, 88). Cap. XIX.* Iohanna comitissa ponit primarium lapidem conventus fratrum Minorum Valencenensium.

Tandem funiculis ecclesiam et conventus officinas, videlicet dormitorium, claustrum, capitulum, refectorium, infirmariam, iuxta loci exigenciam et fratrum humile desiderium proportionaliter metientes, in nomine sancte et individue Trinitatis, apostolorum Petri et Pauli, sancte crucis et omnium sanctorum Dei opus sunt aggressi. Temporibus igitur, quibus predicta disponebantur, pons videlicet et muri, dongionem circumchingentes, antequam structura ecclesie et officinarum conventus aggrederentur, supervenit dicta domina Iohanna comitissa Valencenas et inter alia fratres extra muros commorantes humiliter visitavit in persona. Que modum, gestus, mores, vitam, verba et exempla fratrum considerans, paupertatem illarem[e], obedienciam promtam, castitatem illibatam, austeritatem vite, sobrietatem victus, sanctitatem absconditam et penitencias eorumdem attendens, in spiritu consolabatur, quamdiu consorcio perfrui valebat eorumdem. Que tandem collacionem brevem a quodam[e] fratre de contemtu mundi, viciis et virtutibus, pena et gloria proferente devotissime audiens, corde compuncta, lacrimando valefaciens fratribus, ad aulam propriam reversa est. De fratribus autem ultra modum bene edificata et contenta disponi fecit, antequam a Valencenis recederet, ad honorem et reverenciam nove civitatis Iherusalem et duodecim apostolorum, quorum vitam et modum fratres imitabantur, duodecim fundamenta precepit iacere pro duodecim columpnis ad ecclesie nove fratrum sustentacionem; quod et factum est. Nam in crastinum in propria[f] veniens ad dictum dongionem cum multitudine copiosa dominorum atque dominarum necnon et ville communitatis maiorum et minorum congregacione non modica, cum decenti solempnitate, cunctis videntibus, manu propria pri-

*) Quod comitissa Iohanna visitavit in propria persona fratres adhuc in Sancto Bartholomeo residentes. Cap. LXXXVIII. *B* 2.

a) adz *A*. b) predictis *B* 2. c) *deest B* 2. d) vicina *A*. e) hylarem *B* 2. f) persona *addendum (cf. l.* 38. 51). *H.-E.*

marium lapidem ecclesie collocavit, posuit et fundavit ad honorem sanctissime et individue Trinitatis ac sancte crucis et[a] omnium sanctorum et sanctarum Dei, recommendando dominum Balduinum, patrem suum, et dominum Ferrandum, maritum suum, se ipsam et suos antecessores atque successores Deo, ordini fratrum Minorum et oracionibus eorumdem cum lacrimarum[b] habundanti effusione, multa et ingencia se fratribus[c] facturam repromisit ad Dei et ordinis atque conventus sublimacionem et honorem. Inde cunctis valefaciens in brevi Gandavi accessit, ubi eodem anno conventum fratrum Minorum iuxta Lisam in parrochia sancti Nicholai iuxta portam Cacabi[d] eciam noviter instauravit. Compleverunt autem ecclesiam centum et sexaginta pedum in longitudine, ab inicio videlicet hostii ecclesie usque ad inicium novi[e] chori sub crucifixo nunc existente, septuaginta pedum in latitudine, alia ambabus infra computatis, cum duodecim columpnis, quatuor altaribus tantummodo et campanili sumptuoso valde cum grossa campana et vitreis solempnibus in muro plano[f] retro magnum altare infra duos annos ab incepto opere. Item fecerunt unum dor- 1227.
mitorium, parvum tamen et strictum, in loco, ubi nunc dormitorium magnum collocatur. Claustrum parvum et alias officinas humiles construi fecit dicta domina Iohanna. Sed quo tempore posuit novos fratres de Flandria et Viromandia et aliis partibus[g] aut alios, nondum repperi. Causa principalis, quare fratres Sancti Bartholomei ad dongionem accedere noluerunt, fuit, quia comitissa conventum dotare volebat. Anno vero Domini MCCXXXIII[o] cum 1233.
ingenti solempnitate dicta[r] domina Iohanna, ipsa[s] presente, dedicari fecit dictam ecclesiam ab episcopo Cameracensi G[odefrido][h] in honorem sanctissime Trinitatis, sancte crucis ac beati patris nostri Francisci confessoris die dominico post invencionem sancte crucis in[i] Maii 8.
mense Madii cum maximis, que longum foret enarrare, solempniis. Ipsa siquidem comitissa Iohanna in die dedicacionis solempniter et publice in presencia dominorum episcoporum ibidem assistencium[k] ac tocius populi feretrum, in quo erant ossa unius sancti martiris, videlicet sancti Victorini, qui fuit consocius sancti Mauricii martiris, unus sanctorum Thebeorum, et unius virginis — una de[l] undecim milium virginum, sed nomen eius non reperimus — fecit ad conventum processionaliter[m] deportari ac[n] supra magnum altare stabiliri, ubi et remansit usque ad tempora fundacionis novi chori; et nunc supra altare sancti Iohannis collocatur in capellis dicte ecclesie. Elemosinis vero largifluis utrique conventui, videlicet fratribus conventus sancti Bartholomei et fratribus conventus noviter fundati, elargiens, dominum Balduinum imperatorem Constantinopolitanum et Ferrandum, maritum suum, se ipsam quoque dictis fratribus recommendans, ad propria recessit. Fuerunt igitur duo conventus fratrum Minorum in villa Valencenensi ab illo tunc usque ad annum quadragesimum pri- 1241.
mum[3] secundum unam oppinionem, et alii dicunt usque ad annum quinquagesimum pri- 1251.
mum[4]; rei veritas manifestabitur ex consequentibus.

Cap. XX.* Fundatio conventus fratrum Predicatorum in Vallenchenis. (XX, 89).

Anno igitur et mense prenominatis, anno videlicet incarnacionis verbi Domini MCCXXXIII[o], mense Madii, primo venerunt fratres Predicatores Valencenas. Quoniam[o] ex 1233. Maii.
devocione, quam habebant ad eorum ordinem, plures valentes seculares ipsos fratres presentaverunt domine Iohanne comitisse supradicte, ad finem ut ipsa permitteret ipsos in villa Valencenensi conventualiter alicubi collocari. Que post consilium habitum annuit peticioni eorum et cum benivolencia ipsos recepit, promittendo multa bona se ipsis in posterum facturam. Unde post paucos menses loco ydoneo reperto talem litteram[5], que sequitur, sigillavit[p]: *Iohanna Flandrie et Hanonie comitissa omnibus presentes litteras inspecturis salutem. Noverint universi, quod, cum prior Sancti Salvii — — mei munimine roboravi. Actum anno Domini MCCXXXIII[o], mense Octobris.* Oct.

*) Quod fratres Predicatores primo venerunt Valencenas. Cap. LXXXIX. *B* 2.

a) ac *B* 2. b) hab. lacr. *B* 2. c) fact. fr. *B* 2. d) ch. n. *B* 2. e) pleno *B* 2. f) ipsa *B* 2. g) se *B* 2.
h) G. *codd.* i) *deest B* 2. k) existentium *B* 2. l) una de *des. B* 2. m) personaliter *B* 2. n) hac *A.*
o) *emendavi H.-E.*; Qui *codd.* p) carta *add. B* 2 *minio.*

1) Cf. supra c. 12. 2) Cf. supra c. 16. 3) Cf. supra c. 17. 4) C. 17: *quinquagesimum.* 5) Ed. Miraeus, Opp. dipl. I, p. 200; cf. Wauters IV, p. 181.

(XX, 90). **Cap. XXI.* De morte comitis Fernandi et de testamento, quod legavit fratribus Minoribus Valencenensibus.**

A tempore vero dedicacionis novi conventus fratrum Minorum nichil relatione dignum repperi usque ad obitum comitis Ferrandi. Defuncto igitur domino Ferrando comite Flandrie et Hanonie, prothofundatore nostro, et in monasterio de Markettes iuxta Insulas se-
1233. pulto[1], anno Domini MCCXXXVI° misit domina Iohanna comitissa pecunias fratribus Predicatoribus et Minoribus tam in Sancto Bartholomeo quam in conventu dongionis, ut pro anima mariti sui vigilias et missas, oraciones et sacrificia Domino presentarent. Sed fratribus Minoribus pecunias refutantibus affuit dominus gubernator, qui de eisdem ad profectum conventuum amborum discrecius ordinavit. Peractis exequiis solempnibus dicti comitis in Marketis, postmodum infra mensem dicta domina Iohanna ordinavit fieri servicium mensis in comitatu Hanonie[a] in villa Valencenensi et in ecclesia, cuius eius maritus prothofundator extiterat, in ecclesia videlicet beati Francisci Valenchenensis. Fuit autem servicium solempne valde primum, quod umquam in dicta ecclesia cum tanta solempnitate fuerat celebratum. G[odefridus][b] episcopus Cameracensis[1] missam celebravit, et episcopi[c] Tornacensis[2], Attrebatensis[3] et[d] Morinensis[4] assistentes fuerunt cum diversis abbatibus et abbatissis Flandrie et Hanonie et cum copiosa multitudine dominorum atque dominarum. Fuerunt autem dicte exequie eque solempnes aut maiores primis in Marketis celebratis. Ab illo tunc usque ad moderna tempora non fuit comes Hanoniensis defunctus, quin eius principale servicium in dicta ecclesia cum solempnitatibus eximiis celebrarentur[5]; anime ipsorum in Christi pace atque gloria requiescant! Peractis exequiis prior Sancti Salvii affuit, qui omnia penitus, que fratres dongionis racione exequiarum receperant, accipere conatus est. Nundum domina recesserat. Fratres ad gubernatorem accedentes declaraverunt, qualiter prior fratres comprimebat. Accersito priore ad dominam et suis relatis racionibus, ipsum[e] domina racionabiliter compescuit, sibi de propriis exhibendo quod merito sufficere debebat. Considerato, quod convenciones aut[f] pactiones inter dictum priorem et fratres ab inicio facte solum de sepultis aut sepeliendis in cimiterio fratrum intelligebantur, remansit illa controversia per plures annos consopita. Anno igitur a viduitate
1238. cf. Bald. domine Iohanne comitisse Flandrie et Hanonie secundo[6] ipsa consilio suorum dominum Thomam, fratrem comitis Sabaudie[7], in maritum legitimum in facie ecclesie solempniter desponsavit. Unde una dierum accidit, quod, cum fratres more solito deportari sibi facerent XX solidos pro redditibus illius[g] anni et una presentarent fratrum suffragia, dominum Thomam, maritum suum, advocari fecit, que presentavit fratres et predictos XX solidos. Qui respondit: 'Domina, quid vultis, quod[h] eis imparciar? Ipsi non recipiunt pecunias nec possessiones nec officia nec prebendas neque[i] curant esse in curiis nostris nobiscum. Et quid ultra possumus ipsis facere?' Que respondit: 'Domine, saltem quittemus eis redditus, in quibus nobis obligantur racione dongionis Valenchenensis, et locum illum totaliter admortisemus, et recommendemus eis animas nostras; postea perquiremus, quibus beneficiis capaces erunt. Spero enim, quod in futurum in loco et congregacione eorum erit solempnis memoria tam nostri quam successorum nostrorum'. Qui respondit: 'Domina, fiat voluntas vestra'. Statimque cancellarium mandans, litteram, que sequitur, conscribi iussit.

(XX, 91). **Cap. XXII.** Carta quitationis XX solidorum annuorum donata fratribus Minoribus Valencenensibus.**

Thomas[8] Flandrie et Hanonie comes et Iohanna, uxor eius, Flandrie et Hanonie comi-

*) De obitu et sepultura Fernandi comitis et exequiis eius, fratribus Minoribus et Predicatoribus. Cap. XC. *B* 2.

**) Quod comes Thomas Flandrie et Hanonie et Iohanna eius uxor Minoribus fratribus [et[k]] Predicatoribus plura contulerunt. Cap. XCI. *B* 2.

a) hanoniensis *A*. b) G. *codd*. c) epūs *B* 2. d) *deest B* 2. e) ipse *B* 2. f) atque *B* 2. g) unius *B* 2. h) quid *B* 2. i) nec *B* 2. k) *deest B* 2.

1) Anno 1233; cf. Ann. Bland., SS. V, p. 30. 2) Walterus de Marvis, 1219—1251. 3) Asso, 1231—1245. 4) Petrus, 1229—1251. 5) Hoc Chronico Iohannis Froissart passim confirmatur; cf. 'Oeuvres de Fr.' ed. Kervyn de Lettenhove XXV, p. 587 sqq. 6) Potius a. 1238, quinto viduitatis, sed Iac. de Guisia iam supra mortem Ferrandi perperam a. 1236. statuerat. 7) Amadei IV. Cf. infra c. 38. 8) Sermone Francogallico edita a Le Boucq, 'Hist. de la ville de Valentiennes' p. 112; Wauters IV, p. 363.

tissa, omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod nos in remissionem peccatorum nostrorum quittamus et quittum clamamus fratribus Minoribus de Valencenis redditum XX solidorum in perpetuum cum omni iure, quod habebamus in fundo, quod vulgariter Dongionis appellatur. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Actum anno Domini MCCXXXVIII°, 1238. *mense Februario.* Hiis igitur litteris a fratribus humiliter susceptis graciarum actiones simpliciter, sicut potuerunt, domino comiti ac comitisse referentes, leti ad conventum repedarunt; et hec littera cum ceteris custoditur. Et nota, quod dictus comes Thomas et dicta comitissa Iohanna multa bona fratribus contulerunt, et interea impetraverunt fratribus liberam sepulturam de certo numero personarum, prout inferius patebit in collatione, in principio tractatus sepulturarum conventus Valencenensis[1]. Hoc autem anno, videlicet MCCXXXVIII°, obsidione Hanoniensis[a] ante castrum Poilevake[b,2] existente in Namurcensi comitatu, comitissa Iohanna, prothofundatrix nostra, viam universe carnis ingressa in monasterio de Marketis iuxta Ferrandum, primum maritum suum, sepelitur[3]. Que in mortis articulo 1244. et suis ordinacionibus multa bona fratribus Predicatoribus et Minoribus in diversis[c] locis dereliquit et specialiter fratribus Minoribus dongionis Valenchenensis, prout patet in quadam copia littere, que adhuc cum litteris conventus conservatur, ubi sic habetur[4,c]: *Nos publici executores illustrissime domine domine Iohanne, quondam comitisse patriarum Flandrie et Hanonie, et cetera. Quia Ferrandus Portugalie, prenominate domine primus maritus, una cum dicta domina Iohanna ecclesiam seu conventum fratrum Minorum infra villam Valencenensem fundaverunt et dotem fratres predicti[d] conventus recipere noluerunt, hinc est, quod ex ordinacione sepedicte domine comitisse recognoscimus obligatos nos fore fratribus aut conventui antedictis in pura et pia elemosina in XX tunicis griseis cum capuciis et in totidem albis sine capuciis[5], in totidem ulnis tele communis, in totidem heudis bladi, in totidem papilionibus aureis et in totidem cordis lignorum annuatim a data huius littere usque ad XXX annos consequenter. In quarum rerum testimonium sigillum commune nostre execucionis presentibus est appensum. Datum in Tornaco anno MCCXLIIII°, in Aprili.* Sigillum executorum cum dictis 1244. Apr. litteris nudum, publicum et apertum repperi. Causam autem, quare post eorum execucionem apud nos reposuerunt, vel unde nobis evenerit, penitus ignoramus; et sicut integrum repperi, ita integrum in cista dimisi[e], quia scribitur in suspensorio eius: *Custodiatur ut oculus.* Dico igitur presentibus et futuris fratribus, ut diligenter custodiatur, prout a predecessoribus custoditum est. Ex quibus patet, quod locus dongionis libere remansit fratribus sine debitis, censu aut redditibus, nisi soli Deo, quibuscumque reddendis. Erat autem longitudo ipsius conventus solum centum et octoginta pedum, incipiendo computare a cono ipsius dongionis dividentis ripparias ante fores ecclesie usque ad lineam terminantem ipsum versus castrum, quod nunc Sancti Iohannis appellatur. Quantum vero ad ampliorem ipsius latitudinem, linea terminans ipsum a parte dicti castri, que incipit a ripparia dongionis inmediate contiguata, que fluit in episcopatu Attrebatensi[6] et protenditur directe usque ad aliam ripparian ipsi dongioni ex opposita parte eciam sibi sine medio contiguatam, que fluit in episcopatu Cameracensi[7], CCXX pedum vel circiter dignoscitur tunc fuisse. Et sic terminatur tractatulus fundacionis conventus fratrum beati Francisci Valencenensis.

Cap. XXIII.** De adventu regis Iherusalem in Franciam et obitu regis Philippi dicti Conquisitoris. (XX, 92).

Et quia occasione fundacionis conventus fratrum Minorum Valencenensis a vera continuacione annorum Christi aliqualiter disgressi[f] sumus, ad eosdem revertamur. Anno igitur

*) *B 2 hunc titulum minio scriptum exhibet:* Ad idem de executoribus comitisse.
**) Cap. XCII. *B 2, ubi verba* dicti Conquisitoris *des.*

a) *sic corrupte codd.; legendum videtur:* comite Flandrie et Hanonie in obsidione ante. b) poilaske *B 2.* c) multis *B 2.* d) dicti conv. fr. *B 2.* e) dimissi *B 2.* f) *ita codd.*

1) Talis tractatus deest in Annalibus Hanoniae. 2) Poilvache (arrond. Namur); cf. de eius obsidione Albricum, SS. XXIII, p. 942; Acg. Aureav. III, c. 52, SS. XXV, p. 125; Bald. Aveno., ib. p. 456; Ann. Floreff. 1241, SS. XVI, p. 627. V. infra c. 43. 3) Obiit autem Iohanna comitissa demum a. 1244; cf. Ann. Bland., SS. V, p. 31. 4) Gallice ed. Le Boucq l. l. p. 112. 5) Cf. supra c. 13. 6) Brachium Scaldis intellego. 7) La Rhonelle, qui fluviolus Valentianis cum Scaldi fluvio coniungitur.

1222. Vinc. XXX, 125. MCCXXII° Iohannes rex Iherosolimitanus ex amissione Damiete — — et Blanca, uxor ipsius, in regnum. Trecesimum septimum etatis annum fere compleverat Ludovicus — — in Angliam, ubi plura ei donaria conferuntur.

(XX, 93). ## Cap. XXIIII. De itinere Ludovici[a] regis contra Pictavenses[b].

ib. c. 127. Anno Domini MCCXXIIII° rex Ludovicus movet exercitum post coronacionem — — castrum[c] regi redditur. Rex[c] inde progreditur ad Sanctum Iohannem Anglicum; abbas et burgenses ipsius loci obviant regi pacifice, villam ei reddunt, fidelitatem[d] prout petitur exhibentes. Rex inde tendens ad Rupellam — — fidelitatem ei legitimam facientes.

(XX, 94). ## Cap. XXV.[e] De heremita quodam usurpatore comitatuum Flandrie et Hanonie.

1225. Circa annos Domini MCCXXV. rumores magni et non inanes per totam Franciam, Flandriam et Hanoniam volaverunt, quod omnes milites et scutiferi, qui cum domino Balduino imperatore Constantinopolitano in crucisignacione recesserant, spretis mundi illecebris et mundialibus pompis vitam heremiticam et religiosam assumpserant; unde plures duces, comites, barones, milites et scutiferi sub habitu heremitico mendicantes a multis recogniti sunt. Quibus temporibus in[1] quadam silva inter Tornacum et Valencenas dicta de Glancon[2] quidam heremita illuc se moraturum decreverat. Qui more heremitarum vitam querebat hostiatim. Casu veniens in opido Mauritanie[3], affuit miles quidam imbutus rumoribus generalibus, quod videlicet heremite noviter supervenientes erant de societate illorum nobilium, qui cum domino Balduino imperatore recesserant. Suam applicuit fantasiam ad dictum heremitam imposuitque sibi, quod vir nobilis erat. Ille vero negabat omnino, affirmans se simplicianum[e], rudem et ydiotam peccatorem et pauperem fore[4]. Miles ille[f] oppositum cunctis affirmabat, et quanto plus heremita se excusaret, tanto acrius miles oppositum affirmabat. Latuit fere ista oppinio per integrum annum, antequam diffunderetur. Multiplicabatur siquidem latenter in cordibus multorum, quod ille magnus extiterat miles, et frequentabatur a multis. Habebat siquidem gestus maturos, verba examinata, vitamque ducebat exemplarem, et erat satis elegantis stature, barbatus atque capillatus. Frequentabatur a multis tam nobilibus quam innobilibus[5]. Accesserunt ad eum Hanonienses multi ad sciendum, si ipsum recognoscere possent, quia pauci nobiles ab illa crucisignacione ad patriam Hanoniensem reversi fuerant. Similiter et a Flamingis frequentabatur, sperantes ipsum fuisse nobilem et ab illorum crucesignatorum [contione[g]] dirivasse. Tandem affuerunt qui pecierunt dicentes: 'Scimus et experimentaliter perpendimus vos fore nobilem, nec denegare potestis'. Consilium siquidem habuerant, qui ipsum frequentabant, quod sibi multos proponerent crucisignatos, et quod eius notarent gestus, et quando ipse[h] nominaretur, ipse mutaret et colorem, gestus atque modum. Et dum sibi multos proposuissent nobiles et innobiles, [et[i] immotus] perstitisset, tandem proposuerunt et imposuerunt, quod ipse erat Balduinus Flandrie comes[6]. Tunc ipse et colorem, gestus et modum transmutavit, iurando et anatematisando in presencia, quod ipse non erat. Tunc assistentes intulerunt: 'Certe nunc cognoscimus, quod vos estis verus imperator Balduinus. Bene audieramus ab illis, qui in strage ante civitatem Andronopolim interfuerant, quod vivus evaseratis; et nunc ad patriam vestram Deus vos provexit, vestram penitenciam faciendo'. Tunc malegratibus suis ipsum ab heremitorio suo extraxerunt et apud oppidum Mauritanie deduxerunt, honorifice tamen. Illi[k] autem homines huiusmodi[l] rumores evolare fecerunt prius in Tornaco et Valencenis et abhinc per totam Flandriam et Hanoniam atque Franciam. Accedunt nobiles et innobiles ad ipsum considerandum. Unus dicebat: 'Ipse est'. Alius dicebat: 'Non, sed in aliquo sibi similis'. Et sic in patria magna exoriebatur discordia. Tandem ipse idem confessus est, quod vere erat Balduinus, et plures allegabat apparencias.

*) Quod Ludovicus misit legatos ad falsum comitem, quatenus Perone ad ipsum accederet, salvum conductum transmittendo. Cap. XCIIII. *B* 2.

a) r. L. *B* 2. b) et de simulato comite Balduino *add. codd., a rubricatore ipso deleta A.* c) Rex — exhibentes *om. B* 2. d) felicitatem *A*? e) simplicem *B* 2. f) vero *B* 2. g) *deest A.* h) *deest B* 2. i) et imm. *des. A.* k) ille aut *A.* l) huius *semper fere codd.*

1) Cf. Bald. Avenn., SS. XXV, p. 454. 2) Cf. Phil. Mousket v. 24611 sqq. 24647 sqq. 24749 sqq. supra c. 9. 3) Mortagne. 4) Cf. Phil. Mousket v. 24620. 5) Bald. Avenn. l. l. p. 454: *Apries i reinrent auchun noble houme ki parlerent a lui.* Cf. 6) Similia tradunt Hist. anon. Rem. c. 31, SS. XXVI, p. 541. 543.

Igitur per omnes bonas tam Hanonie quam Flandrie villas deductus est[1], que concorditer 1225.
finaliter ipsum receperunt, Fernandum atque Iohannam, veram dominam, aliqualiter et pro tempore refutando. Iohanna perpendens inconvenientia talia multiplicari, sano utens consilio, scripsit[a] Francorum regi Ludovico supplicando, quatinus super tanto casu consilium et auxilium dignaretur impertiri; fuerat siquidem dictus Balduinus Constantinopolitanus imperator magnus avunculus dicti regis[2].

Cap. XXVI.* Rex Francorum per fratres Minores de morte Balduini imperatoris informatus demandat Perone fictum Balduinum. (XX,94b19).

Cum vero illis temporibus dispersi per Franciam, Hanoniam, Flandriam et ceteris[b] Gallie partibus erant viri nobiles plures sub habitibus tam Predicatorum quam Minorum, qui, prout tactum est[3], devocionis causa omnia dereliquerant temporalia in transmarinis partibus, qui cum dicto Balduino imperatore crucesignati fuerant et socii, quorum aliquos finaliter Ludovicus rex demandavit, a quibus rex et eius consiliarii veritatem realem mortis dicti Balduini extorserunt. Rex, cum audisset tantorum relacionem virorum, misit legatos ad Flandriam et specialiter ad dictum falsum comitem, quatinus Perone ad ipsum accederet cum ipso de arduis tractaturus, salvum conductum sibi confirmando[4]. Qui comes cum maximo et ingenti apparatu, cum nobilibus tam Hanonie quam Flandrie necnon et bonarum villarum copiosa[c] multitudine Perone accessit. Dies venit consilii[b]. Rex cum honore debito dictum suscepit comitem[6], avunculum nominando[7], et in prandio ipsum voluit retinere, sed ipse seipsum excusavit. Post prandium et usque cenam rex ipsum de multis examinavit. Repperiens vero, quod de pluribus menciebatur, dissimulabat prudenter. Tunc consiliarii regis et specialiter episcopus Silvanectensis[8], qui precipuus regi[d] Philippo extiterat secretarius[e], sibi peciit, in qua villa et loco et quando et que iocalia dederat regi Philippo, et qualia susceperat, quando patriam Flandrie relevaverat[9]. Quod audiens fictus comes dixit, quod in crastinum domino responderet[f] regi, et quod satis tarde et debilis erat, et quod cenandi hora iam transierat; sed indubie de interrogatis in crastinum responderet. Tunc valefaciens regi et ad hospicium proprium cum suis nobilibus accessit, infirmum nimium se fingens declinavit ad lectum. Nocte eadem sub silencio consurgens, omnes thesauros omniaque iocalia colligens, quos rapere[g] valuit, secum portans, equum ascendens, de nocte diffugit[10], clauso priùs et firmato camere[h] proprie hostio. In crastinum camerarii consurgentes et hostium camere firmatum repperientes, sperabant dominum eorum[i] quiescere, dormire aut sudare; non erant ausi hostium apperire, sperantes ipsum graviter infirmari. Tandem cum iam hora esset tarda, et rex iam[k] suas audivisset missas et dictum expectasset comitem, accesserunt milites tam Hanonie quam Flandrie ad camerarios dicentes, quod iam rex et consiliarii sui comitem expectabant. Qui responderunt, quod dominus adhuc dormiebat et quod totus infirmus ad lectum de sero accesserat. Tandem ad hostium camere pulsantes et iterum atque iterum replicantes et neminem audientes, crediderunt ipsum fore mortuum; et hostium finaliter frangentes et neminem repperientes, confusi valde et indicibiliter stupefacti, quid facerent aut dicerent, penitus ignorabant. Accesserunt ad cistas et ad maticas et ad iocalia, nichil penitus repperientes, concluserunt, quod ipse

*) De Balduino ficto comite a rege Francorum vocato. Cap. XCIIII *(iterum)*. *B* 2.

a) fr. regi scr. *B* 2. b) ceteras G. partes *B* 2. c) coppiosa *A*. d) regis *A*; regis Philippi *B* 2. e) consilarius *B* 2. f) regi resp. *B* 2. g) rappere *A*. h) pr. cam. *B* 2. i) suum *B* 2. k) *deest B* 2.

1) Haec quodammodo cum Bald. Avenn., SS. XXV, p. 454. conveniunt. 2) Soror eius Isabella mater Ludovici VIII. erat; fuit igitur Balduinus avunculus regis. 3) Cf. supra c. 10 sqq. 4) Auctor noster hic cum Bald. Avenn. p. 455. convenit; cum vero multo uberiorem praebeat narrationem, dubito, utrum ex ipso sua hauserit, an uterque scriptor in fonte communi nitatur. 5) Maii die 30; cf. SS. XXVI, p. 773, n. 8. 6) Bald. Avenn. l. l.: *Li rois le rechuit honnerablement.* 7) Cf. Hist. anon. Rem., SS. XXVI, p. 542; 'Cron. de Fl.' ed. Kervyn I. p. 131. 8) Guarinus; ita etiam Hist. anon. Rem. § 321, l. l. p. 542. 9) Quaestiones alias ei propositas esse tradunt Phil. Mousket v. 24062 sqq.; Roberti Autiss. Add., SS. XXVI, p. 287; Hist. anon. Rem., l. l. p. 542; Vinc. Bellov. l. XXX, c. 127, qui tantum de numero quaestionum inter se discrepant. Phil. Mousket regem ipsum has quaestiones ad imposterum direxisse scribit. 10) Cf. Bald. Avenn.: *Dont s'en ala a son hostel et la nuit, quant tuit furent asserisie, il se leva plus celeement que il pot; si prist de ses joiaus une partie et puis monta sour un cheval; si s'en ala tous seus. L'endemain, quant cil ki avoec lui estoient venu furent levé, il alerent viers son hostel; mais, quant il entendirent que il s'en estoit ales, moult furent esbahi.*

1225. fugam arripuerat. Mandantur nobiles et innobiles, qui secum devenerant Perone, declaratur quid acciderat. Stupefacti nimium et confusi casum significaverunt regi. Hanonienses atque Flandrini confusi sine ordine, sine honore ad propria recesserunt[1]; et sic omnipotens[a] Dominus patrias dictas expurgavit et liberavit a tam dira tirannide. Domina vero Iohanna, filia Balduini comitis Hanonie atque Flandrie, restituta fuit in suis comitatibus cum honore. Rex vero Francie fecit postmodum per totum regnum suum perquiri predictum seductorem, et Iohanna comitissa consimiliter per totam Alemanniam, Lumbardiam, Angliam et ceteras patrias eciam legatos misit ad ipsum perquirendum. Tandem quidam baro Erardus de Parcenay[b.2] vocitatus, qui litteras a rege receperat, prout ceteri per regnum receperant, super inquisicione talis tiranni, audivit a sibi subiectis quemdam rusticum in sua dominacione noviter devenisse, qui, licet de exigua gente provenisset, maximis tamen thesauris et iocalibus habundabat, expensas eciam faciebat mirabiles. Dictus baro hec audiens secretius investigavit, quid erat in homine, et repperit, quod ille vocabatur Bertrandus[3], et fuerat natus in villa que dicitur Rains de dominatu dicti baronis, fueratque heremita in quadam silva dicta de Parcenay[b]. Hec dictus considerans baro fecit ipsum capi et artari ad recognicionem forefactorum. Qui recognovit fuisse ille idem, qui in silva de Glanchon inter Tornacum et Valencenas heremitaverat et patrias Hanonie atque Flandrie usurpare conatus fuerat consilio deceptus multorum. Tunc Erardus misit eum ligatum regi Francorum; rex remisit Iohanne comitisse morti adiudicatum. Gavisa Iohanna misit pro nobilibus patriarum atque bonis villis. Qui recognoscentes eum fuisse ille idem, qui se Balduinum menciebatur, recognoscens ipse tandem forefacta sua publice, adiudicatus fuit morti et in Insulis primo detractus[c] equis et postmodum suspensus e patibulo ferreis cathenis[4]. Multi tamen Flamingorum hec audientes in eorum erronea oppinione capitose

Bald. Av. c. 235. remanserunt, affirmantes ipsum vere fuisse Balduinum[5]. Talis fuit finis Bertrandi de Rains, volentis patrias Hanonie atque Flandrie sibi applicari.

(XX, 95). Cap. XXVII.[d] De captione Avignionensi per regem[e] Ludovicum.

Vinc. XXX, 128. Eodem anno die Mercurii ante purificacionem Ludovicus rex — — Rex preficit toti illi regioni Ymbertum de Bello-ioco loco sui.

(XX, 96). Cap. XXVIII. De[f] obitu regis Ludovici et coronacione filii eius eiusdem nominis, et transitu pape Honorii.

ib. c. 129. Rege repatriante morinatur Remensis archiepiscopus — — alternato nomine Gregorius appellatur.

(XX, 97). Cap. XXIX. De sancta Elizabeth[g].

ib. c. 136. Ex cronicis[g]. Hiis quoque temporibus sancta Elizabeth — — vel abstersis aliis paulatim renascuntur.

(XX, 98). Cap. XXX. De dispersione scolarium Parisiensium et quibusdam aliis[h].

ib. c. 137. Anno Domini MCCXXX°. facta est Parisius inter scolares dissencio — — pacis et amicicie delegavit.

(XX, 99). Cap. XXXI. De transmarino[i] itinere sub ducatu regis Navarre et discordia inter Fredericum et papam[k] Gregorium.

ib. c. 138. Eodem tempore fratres Predicatores et fratres Minores — — ut non possent[l] sibi commode sine aqua.

(XX, 100). Cap. XXXII. De condempnatione Frederici imperatoris et predicatione crucis.

ib. XXXI, c. 1. Denique eodem imperatore, scilicet Frederico, pertinaciter in malicia persistente — — electus erat in regem Alemannie.

a) omnipotenc *A*. b) ptenay *B* 2. c) *emendavi H.-E.*; detractatus *codd.* d) XCV. *B* 2, *et sic porro sequentia capita computata.* e) *rubricator in A add.* Francie. f) *titulus ita praescriptus est A. B* 2; *rubricator in A hunc posuit*: De obitu Ludovici regis et coronacione filii eius sancti Ludovici et de transitu pape Honorii. g) *rubricator ita mutavit titulum A*: Legenda succincta sancte Elizabeth filie regis Ungarie, *qui* Ex cron. *omisit.* h) *rubricator A*: Paris. et de dissentione hominum Belnacensium. i) it. *tr. rubr. A.* k) Greg. papam *rubr. A.* l) posset *B* 2.

1) Bald. Avenn.: *chascuns s'en rala en son païs tout-honteus.* 2) Erardus de Chassenai hic baro dicitur a Phil. Mousket v. 25247, Bald. Avenn., Ann. S. Medardi Suess., Hist. anon. Rem. Qui occurrit a. 1191—1236; cf. Lalore, 'Les sires et les barons de Chacenay', Troyes 1885, p. 211—236. — Chassenay a Bar-sur-Seine versus orientem (dép. Aube). 3) Cf. epistolam Iohannae com. a. 1225, Aug. 26. Insulam missam apud Le Glay, 'Hist. de Jeanne de Constant.' p. 172; quamplurimi scriptores consentiunt. 4) Haec ad verbum fere conveniunt cum Bald. Avenn. l. l.: *la contesse Johanne le fist trainer et puis pendre au gibet et loiier de chaines de fier.* 5) Ita auctor libri fabulosi, qui inscribitur 'Le livre de Boudoyn' ed. Serrure de Voisin (Bruxelles 1836) p. 53 sq.

Cap. XXXIII. De prima missione fratrum Predicatorum et Minorum ad Tartaros. (XX,101).

Hoc eciam tempore misit idem papa fratrem Aceliinum de ordine Predicatorum — — ad supplementum aliorum que desunt in predicta fratris Simonis historia. Vinc. XXXI, 2.

Cap. XXXIIII. Fundatio abbacie sanctimonialium[a] de Quarceto[b]. (XX,102).

Ex martirologio sanctimonialium de Quarceto[b] et ex relacione earumdem.

Temporibus domini Balduini Flandrie atque Hanonie comitis, dicti Animosi[1], erat Quarceti[b,2] in castello quidam predicti comitis capellanus nomine Petrus, Deo devotus atque moribus religiosis[c], miseriis pauperum compaciens, qui edificavit[3] in proprio solo Quarceti hospitale cum capella de lignis et bitumine atque dotavit terris et proventibus iuxta posse. Ad cuius siquidem requestam domina Margareta comitissa[a,4] in eodem hospitali sanctimoniales, quas assumpsit in Primiaco[5] iuxta Cameracum, de episcopi Cameracensis licencia illuc collocavit, ad finem ut Deo atque pauperibus ibidem existentibus inservirent humiliter et devote, prout superius libro . . .[6] aliquantulum tactum est. Labente postmodum tempore non modico, antiquatis[d] edificiis, intemperie[e] tempestatis ventorum dicta corruerunt edificia; quo tempore Iohanna comitissa Hanonie, circa annos Domini MCCXXXIII, dictum hospitale de lapidibus solempniter reedificari fecit, quatuor magnis edificiis insimul concurrentibus ad modum crucis. Itaque in edificio partem orientalem respiciente capellam superius dictam renovavit, dictum quoque dotavit hospitale aliquibus proventibus, paucis tamen, et illuc simplices colocavit mulieres, que infirmis et pauperibus inservirent, gubernacionem dicti hospitalis scabinis Quarceti derelinquens. Sequitur oppinio sanctimonialium illius loci: 'Post obitum siquidem dicte Iohanne comitisse circa annos Domini MCCLXII. domina Margareta comitissa, soror dicte Iohanne, devocione allecta ad ordinem sancti Augustini in dicto hospitali posuit sanctimoniales, ipsas in Primiaco iuxta Cameracum assumens, et auctoritate domini Cameracensis[7] Iulianam sanctimonialem Deo devotam primam abbatissam illuc instituit, que vita, moribus et exemplis ad religionem dictam virgines et nobiles plures devocius attraxit, meritis ac[f] virtutibus perornata. Gilbertus videtur sentire, prout superius expressi, quod illa Margareta, que posuit illuc sanctimoniales, non fuit ista[g], de qua mencio fuit facta, sed fuit Margareta, uxor dicti Balduini Animosi, que fuit soror Philippi comitis Flandrie, et huic oppinioni adhereo, salva oppinione sanctimonialium nunc ibidem degencium.

1233.

1262.

Cap. XXXV. Fundatio abbatie de[h] Ath sanctimonialium sancti Bernardi[i], dicte Refugium virginis gloriose; conditur[k] per cartam[8], que sequitur. (XX,103).

Margareta Flandrie et Hanonie comitissa universis presentes litteras inspecturis salutem. Noveritis nos litteras — — litteras tradimus sigilli nostri appensione munitas. Datum apud Binchium anno Domini MCCLVIII°, in Iunio. 1258. Iun.

Cap. XXXVI.*) De controversia inter Tornacenses et dominum Walterum de Avesnis. (XX,104).

Hiis siquidem temporibus fuerat controversia inter civitatem Tornacensem et dominum Walterum de Avesnis racione aliquorum excessuum a Tornacensibus perpetratorum supra terras dicti domini Walteri. Qui quidem Walterus dictam invasit villam, burgenses atque mercatores et multis conquassavit eos tribulacionibus. Tandem emendatis iniuriis dicto domino factis, multis etiam receptis pecuniis ab eisdem, pax fuit reformata inter eos, prout in sequenti patet carta[9]:

*) De pace inter civitatem Tornacensem et dominum Walterum de Avesnis. Cap. CIIII. *B* 2.

a) *deest B* 2. b) Querc. *B* 2 *semper*. c) religiosus *emendandum?* d) antiquis *B* 2. e) in tempor. *B* 2. f) et *B* 2. g) illa *B* 2. h) sanct. de Ath *B* 2. i) Bernadi *A*. k) cond. — sequitur *om. B* 2.

1) A. 1171—1195. 2) Le Quesnoy (arrond. Avesnes). 3) A. 1205. 4) Uxor Balduini V. 5) Procul dubio Premesques (arrond. Lille, cant. Armentières), qui locus a Quarceto haud multum distat; minime autem iuxta Cameracum situs est. 6) L. XVIII, c. 68, ubi locum e Gisleberti chron. sumptum de Quarceto exhibet, in animo habuit. 7) Nicolai III. 8) Editam a Miraeo I, p. 201; cf. Wauters V, p. 183. 9) Edita Gallice a Cousin, 'Hist. de Tournai' II, p. 51; cf. Wauters IV, p. 247.

Nos prepositi, iurati et communia de Tornaco omnibus tam presentibus quam futuris notum facimus, quod, cum contencio esset et diu fuisset de iusticia des Cauffours inter nos ex una parte et virum nobilem Walterum de Avesnis ex altera, tandem consilio prudentium virorum pax reformata fuit inter nos et ipsum in hunc modum: quod nos possumus capere tallias[a] nostras prepositorum, iuratorum, exercitus et cevalcias[b] nostras, sicut in aliis burgensibus nostris, in omnibus illis qui manent villam[c] de Tornaco infra metas[d] tales: videlicet a recto rivo de Marvis usque ad metam, que est ad poncellum ante atrium Sancti Iohannis, et ab illa meta directe usque ad metam, que sita est ad caput prati Sancti Amandi, directe ad lineam usque ad metam sitam super[e] Scaudum. Et sciendum, quod omnes illi qui manent infra dictas metas debent venire ad campanam nostram sicut alii burgenses. Et nos habemus de quolibet ore calidorum furnorum, qui sunt infra dictas metas, quocienscunque cozerint, unam marcham de XXX solidis Parisiensibus. Et dictus dominus de Avesnis habet ibi unum sierconem de VII solidis et dimidio Parisiensibus; et per tantum remanet eidem domino de Avesnis tota alia iusticia infra dictas metas. Et possunt baniti de Tornaco morari in illo loco et ire et esse usque ad portam de Tornaco per ius eiusdem[f] domini de Avesnis, si ei placet. Habet eciam ibidem prefatus dominus de Avesnis et habebit scabinos suos, qui iudicabunt omnia forefacta, que evenerint infra dictum locum sic bonnatum; nec possunt ibidem esse scabini, qui non sint de territorio de Alaing[g] vel des Cauffours vel de Werechin[1]. Et illa forefacta erunt iam dicti[h] domini de Avesnis. Et si forte factum aliquid evenerit ibidem, quod scabini sui nescirent iudicare, ipsi debent venire ad inquisicionem ad nos in halla de Tornaco. Nos vero prepositi et iurati debemus predictis scabinis tradere inquisicionem bona fide, quam cito illam sciemus, nec possumus ponere in respectum inquisicionem, postquam a suis scabinis predictis fuerimus requisiti[i], prefati scabini sui inquirerent ubi crederent melius facere. Sciendum et insuper, quod muri et maxillarii de porta des Cauffours de Tornaco et fossata fortelissie nostre et terra, que est in illa parte inter fossatum et rectum rivum de Marvis, remanent omnia iusticiabiliter[j] nobis de Tornaco, hoc salvo, quod baniti possunt ire et esse usque ad portam de Tornaco, sicut superius dictum est. Quod ut ratum et firmum permaneat, presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno Domini MCCXXXVI°, mense Augusto.

1236 Aug.

1233. Hoc[3] siquidem anno[k] illustris princeps Fernandus Flandrie et Hanonie comes viam carnis[l] universe ingressus[l] est, cuius corpus in ecclesia abbatie de Marketis, quam uxor eius Iohanna fundaverat, sepultum est, prout superius in fundacione conventus fratrum Minorum Valencenensium, in hoc presenti XXI^o^[m] libro, capitulo vicesimo[n-1], plenius continetur.

(XX,105). Cap. XXXVII.[**] De probitate Iohannis de Avesnis, primogeniti Margarete comitisse.

Circa ista tempora dominus Iohannes de Avennis, antiquior filiorum Margarete, sororis Iohanne Flandrie et Hanonie comitisse, adeo solempniter se gerebat, ut in patriis circumvicinis sibi similis nullus habebatur. Erat siquidem decorus aspectu, astutus intellectu, crudelis in gestu, sed benignus in affatu, robustus corpore et elegantis statore, omnium quasi bonarum virtutum ad principem pertinentium perornatus, et quammaxime in arte hastilliandi et torneamentorum omnes coetaneos suos superexcellebat[o], et inter ceteras virtutes a largitate et magnanimitate a cunctis recommendabatur in tantum, ut hiraldi et histriones cantilenam hanc composuerunt[p]: *In torneamentis et hastillidiis[p] tam in Francia*

[*]) aliis anno 1233. *coeva manu in marg. A.*

[**]) De laudibus Iohannis de Avesnis, antiquioris filiorum Margarete, sororis comitisse Iohanne. Cap. CV. *B* 2.

a) taillias *B* 2. b) cevalcias *B* 2. c) in villa *B* 2. d) methas *B* 2 *semper*. e) supra *B* 2. f) *deest B* 2. g) iam dicti *post* Avesnis *B* 2. h) *quaedam excidisse videntur.* i) n. iust. *B* 2. k) un. o. *B* 2. l) inggr. *A.* m) XX. *post corr., ut videtur,* XXI. *A;* XX^o *B* 2. n) *postea in spatio vacuo relicto alia manu suppl. A; deest B* 2. o) excellebat *B* 2. p) hastiludiis *B* 2.

1) Alain a Tornaco ad orientem versus. 2) Werchin a Tornaco ad orientem versus. 3) Immo a. 1233. Cf. supra c. 21. 4) Potius c. 21. 5) Similiter eum laudat civis Valentian. (Récits d'un bourgeois de Val.' p. 81) saec. XIV: *Monseigneur Jehan d'Avesnes, fils de la comtesse Marguerite qu'elle avoit couchu de monseigneur Bouchart d'Avesnes au vivant de sa mere, se maintint tres noblement et*

quam Alemannia, ubicunque veniebat, famam, honorem[a] *et victoriam cum brauio reportabat*[b]. Et in tantum fama sue nobilitatis apud regem Willermum, regem Romanorum et dominum Hollandie, Zelandie atque Frisie, efflagravit, ut eius sororem germanam Aelidem nomine, etate XXII annorum, pro matrimonio sibi presentaret, qui amicorum suorum utens consilio oblatam cum honore grandi suscepit et celebratis nupciis apud Frankefort[1] cum ingenti 1246. comitiva et solempnizacione copiosa eam ad Hanoniensem comitatum in domum matertere sue Iohanne[2] reduxit. Que Iohanna comitissa Flandrie et Hanonie dictam Aelidem, uxorem dicti Iohannis, multum honorifice suscepit, et Valenchenis per annos quamplurimos postmodum cum Margareta, matre Iohannis de Avennis, pacifice permansit cum honore. Hunc Iohannem Willermus Romanorum rex in tantum adamavit, ut, si caruisset filio[3], totam Hollandiam, Zelandiam atque Frisiam sine medio[c] condonasset. Item dictus rex toto nisu laboravit postmodum, quatenus[4] dictus Iohannes in imperatorem eligeretur, sed quia titulo carebat, electores distulerunt[4]. Tunc Margareta, dicti Iohannis mater, iam odium et invidiam conceperat contra ipsum et idcirco[d] noluit ipsum titulo comitatus decorari. Hic dictus Iohannes de Avennis ab uxore sua Aelide septem suscepit filios[5]. Primus vocatus est Iohannes, qui fuit primus comes Hanonie post mortem Margarete, avie sue. Secundus vocatus fuit[e] Balduinus, et hic post multa nobilia facta mortuus sepelitur in ecclesia beati Francisci in Valenchenis iuxta conum maioris altaris sub tumba solempniter elevata. Tercius filius vocatus[f] est Florencius et fuit princeps de la Mouree. Quartus filius vocatus est Willermus, et hic fuit episcopus Cameracensis[6]. Quintus vocatus est Bouchardus, et hic fuit episcopus Metensis[7]. Sextus[g] vocatus est Guido, et hic fuit episcopus Traiectensis[8]; et septimus vocatus fuit Iohannes, et hic iuvenis mortuus est.

Cap. XXXVIII. De reditu Balduini imperatoris Constantinopolitani, filii[h] comitis Altisiodorensis. (XX,106).

Igitur[9] Fernando comite Hanoniensi defuncto, prout dictum est superius[10], consequenter anno Domini MCCXXXVII[i] venit ad partes Francie, Hanonie[k] atque Flandrie imperator Constantinopolitanus Balduinus, qui fuerat filius Petri comitis Altisiodorensis et comitisse Yolendis, sororis Balduini Flandrie ac Hanonie comitis. Cui rex Francie reddidit omnes terras et possessiones, quas habere debebat in Francia et Campania. Eciam Iohanna Flandrie et Hanonie comitissa, germana sua, reddidit libere quicquid in Hanonia et Flandria possidere debebat et iuvit ipsum ad rehabendum Namurcii comitatum, quem Vianne comes racione sororis sue obtinere nitebatur[11]. Anno siquidem sequenti, videlicet MCCXXXVIII[l][12], 1238. Bald. Av. a. 837.

a) vict. et hon. *B* 2. b) *deest B* 2. c) *supple* ei. *H.-E.* d) tenus *in loco vaso A*; quod *B* 2. e) est *B* 2. f) est voc. *B* 2. g) filius *add. B* 2. h) qui fuit filius Petri com. Altissiod. et comitisse Yolendis *B* 2. i) VI. et Hon. *B* 2.

sievoit joustes, behours, tournois et tous aultres esbatemens chevalereux et menoit tres grant train et faisoit grans despens, dont on chantoit de luy:

Par le sacrement d'amours
Jehan d'Avesnes donnoit tout.

Quae Iacobus affert ex eadem fortasse cantilena fluxerunt. 1) A. 1246, Aug. 20—Oct. 25. — Augusti enim die 20. Iohannes et Balduinus de Avennis cum duce Brabantiae foedus inierunt *occasione matrimonii perficiendi*, unde patet hoc nondum peractum fuisse, et cum Oct. 25. eiusdem anni Innocentius IV. Aelidem iam uxorem Iohannis alloquatur, inter hos dies nuptias factas esse elucet; cf. chartas apud v. d. Bergh, 'Oorkondenboek van Holland en Zeeland' I, p. 236, nr. 430; p. 237, nr. 433. Quo tempore Wilhelmus nondum, ut auctor noster halucinatur, rex fuit electus; neque igitur tum nuptiae Francofurti celebrari potuerunt. Cf. Iob. Longi Iperii Chron. S. Bertini, SS. XXV, p. 844. 2) Quae iam obierat a. 1244. 3) Quo revera caruit. 4) Nugae. 5) Similia in 'Récits d'un bourgeois de Val.' p. 82. legantur: *Il eult de sa femme VII fils, dont l'aisné eult nom Jehan, qui fut conte de Haynnault apres le decheps de la contesse Marguerite sa taye; car son pere monseigneur Jehan mourut devant sa mere. Le second des fils monseigneur Jehan d'Avesnes eult nom Bauduin; le tierch Flourent et fut prince de la Mouree; le quart Guillemme et fut evesque de Cambray; le quint Bouchart et fut evesque de Mes; le VI*e *eult nom Guy et fut evesque d'Utrot; le VII*e *Jehan et fut aveugle.* Certe hic et Iacobus communi fonte usi sunt, qui etiam epitaphio recentiori Iohannis Avenn. subesse videtur ('Mém. hist. de Val.' IV, p. 285): *Il eult de sa femme Aelis de Hollande sept fils, asçavoir Jean d'Avesnes, Bauduin d'Avesnes, Florent prince de la Moree, Guillaume evesque de Cambray, qui mourut en retournant de Jerusalem, Bouchard evesque de Mets en Lorraine, Ghuy evesque d'Utrecht et Jean, qui morut jeune.* Cf. etiam, quae de tumulo Iohannis II. com. Avenn. dicta sunt 'Mém. hist. de Val.' IV, p. 287. 6) I, qui sedit a. 1292—1296. 7) II, qui sedit a. 1283—1296. 8) A. 1301—1317. 9) Bald. Avenn., SS. XXV, p. 455 sqq. 10) C. 36. 11) Ann. Floreff. 1237, SS. XVI, p. 627: *Hoc anno Balduinus, heres imperii Romanie, a Constantinopoli veniens castrum Namucense obsedit et cepit, quod comitissa Vianensis, soror eius, detinebat occupatum.* 12) Bald. l. l. p. 456: *En cel an meismes;* Ann. March. 1238, SS. XVI, p. 616.

1238. Iohanna Flandrie et Hanonie comitissa consilio patriarum suarum ac amicorum eius una dominum Thomam, germanum fratrem comitis Sabaudie[a], assumpsit in legitimum maritum, qui potenter comitatus Hanonie atque Flandrie gubernavit. Huius comitis temporibus Walterus de Avennis dotavit Bouchardum, fratrem suum, et eiusdem filios legitimos, prout patet in sequentibus cartis[2]: *Ego Walterus dominus de Avennis notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod ego dedi et ratificavi Bouchardo, fratri meo, et heredibus suis Iohanni atque Balduino hereditarie[b] Estruen[3] cum omnibus appendiciis. Item assignavi predicto Bouchardo et heredibus suis Iohanni et Balduino trecentas libras alborum annuatim et perpetuo in winagio meo Avennensi, in afforagiis[c], in theloneis, estalagiis, denariis halle et pertinenciis winagii de primariis ad winagium evenientibus et omnibus pertinenciis antedictis. Et incipiet recepta dicti[d] winagii et rerum antedictarum in festo[e] decollacionis beati Iohannis[f-4]. Et ipse Bouchardus suum proprium clientem ad dictum winagium recipiendum, quoad usque perfecte[g] receperit dictas trecentas libras[h], poterit illuc ponere cum cliente meo, qui ambo inter se fideliter computare debebunt. Et si contingeret, quod dictum winagium ponerem ad censum, ille, qui censum teneret, solveret dictas trecentas libras ad libitum dicti Bouchardi, vel dictus Bouchardus illuc apponeret suum clientem cum clientē meo, qui tenerent dictum winagium, quoad usque dictus Bouchardus esset totaliter persolutus de dictis trecentis libris. Item dedi sibi medietatem winagii Bolonensis, et tali forma, quali superius dictum est de winagio Avennensi. Recipiet centum libras de winagio meo de Landrechies[5] et winagio meo de Guisia tali modo, qualiter dictum est de winagio de Avennis. Item dedi dicto Bouchardo totam terram, quam dominus Guido, frater meus, tenuerat ultra hagam de Avesnis, eo modo, quo ipse tenuerat. Item ego quittavi sibi omnia homagia movencia de terra d'Estruen. Et si winagia dictorum trium locorum non valerent assignacionem superius dictam, ego et heredes mei atque successores tenebimur perficere atque complere, nisi hoc accideret ex guerra[i] patriarum. Et istis[k] completis dictus Bouchardus et[l] heredes sui, Iohannes et Balduinus, quittaverunt et quittant michi et heredibus meis omnem terram et omnes proventus, qui venerunt nobis tam ex parte patris quam ex parte matris, videlicet Hugoni comiti de Sancto Paulo et de Blesio et Marie, uxori sue[6], comitisse Blesensi et de Sancto Paulo, et omnibus heredibus eorum. Dictique comes Blesensis atque comitissa donacionem atque concordiam gratam habuerunt et suis litteris et sigillis ratificaverunt. Et omnia que dicta sunt de me ipso[m] in feodum obtinebit et homagium.*

1239. Mart. 8. *Acta fuerunt hec anno Domini MCCXXXVIII°, in[n] Marcio, feria tercia post dominicam mediam quadragesime.*

Hanc autem concordiam Bouchardus fecit ratificari per dominum comitem Hanonie, prout in hac sequenti carta continetur:

(XX,107). **Cap. XXXIX.[o] Ratificatio[7] donationis Bouchardi de Avesnis et filiorum suorum.**

Ego Thomas comes Flandrie et Hanonie et ego Iohanna comitissa Flandrie ac Hanonie cunctis has presentes [litteras[m]] inspecturis notum facimus, quod Galterus dominus de Avennis, et Bouchardus, frater eius, pactiones et convenciones huiusmodi in presencia nostra fecerunt: videlicet quod dominus de Avennis[n] Galterus dedit et concessit Bouchardo, fratri suo, et heredibus suis Iohanni et Balduino hereditario iure Estruen cum omnibus appendiciis. Item[o] assignavit dicto Bouchardo et heredibus suis Iohanni et Balduino trecentas libras alborum annuatim recipiendas perpetuo in winagio de Avennis, in afforagiis, in theloneis, in estalagiis, in denariis halle et in omnibus appendiciis winagiorum[p], et hoc de primariis[p] denariorum in predictis obvenientibus. Et incipient huiusmodi recepte in festo decollacionis sancti Iohannis. Et

*) De assignationibus factis Bouchardo, Iohanni et Balduino. Cap. CVII. *B* 2.

a) sabaudie *B* 2. b) hereditari *B* 2; hereditario iure *emend. Fortia; cf. l.* 41. c) foragiis *B* 2. d) win. predicti *B* 2. e) die *A; v. l.* 45. f) baptiste *add. B* 2. g) *deest B* 2. h) alborum *add. B* 2. i) guerris *B* 2. k) bus *B* 2. l) in M. *des. B* 2. m) *supplevi e carta praeced. (l. 5). H.-E.; deest codd.* n) G. de av. *B* 2. o) *sic B* 2. *Vred. et supra l.* 7; Iterum *A.* p) *sic B* 2. *et supra l.* 9; primis denariis *A.*

1) Cf. supra c. 21, p. 298. 2) Lingua Gallica edita a Martène, Thes. I, col. 1007; cf. Wauters IV, p. 304. 3) Cf. l. XX, c. 5, p. 262. 4) Aug. 29. 5) Landrecies (arrond. Avesnes). 6) Filiae Walteri com. I, pr. p. 339; cf. Wauters IV, p. 1204. 7) Lingua Gallica ed. de Reiffenberg, 'Monum. de Namur' I, p. 340; parvum fragmentum Latinum exstat apud Vredium, Genealog. Flandr.

potest predictus[a] *Bouchardus aut heredes sui Iohannes et Balduinus aut eorum*[b] *successores eorum clientem ibidem constituere, quoad usque trecente libre fuerint recepte. Iterum dedit Bouchardo et heredibus suis, videlicet*[c] *Iohanni et Balduino, mediam partem winagii de Bolonia. Iterum dedit centum libras in winagio de Landrechies. Iterum dedit sibi omnia homagia movencia de Estruen. Iterum dedit Bouchardo et heredibus suis Iohanni et Balduino totam terram, quam dominus Guido, frater eorum, tenuerat ultra hagam de Avennis, eo modo, quo ipse Guido tenuerat. Et hec omnia predicta dedit Walterus antedictus Bouchardo et heredibus suis Iohanni et Balduino in partem terre; et ipsi eodem modo receperunt. Et sic Bouchardus et sui heredes quittaverunt Walterum et quittum clamaverunt. Et ut predicta*[d] *vim et robur habeant forciora, ad requestam parcium presentem litteram*[e] *sigillavimus sigillis nostris. Acta fuerunt hec anno dominice incarnacionis MCCXXXVIII*[f], *in Marcio, feria quarta post*[g] *mediam quadragesime.* 1239. Mart. 9.

Cap. XL.*) Laus et preclaritas domni Thome comitis Flandrie et Hannonie. (XX,108).

Hic Thomas Hanonie[h] ac Flandrie comes multa recommendacione digna in dictis comitatibus gessit. Et primo ordinavit ad sui nominis memoriam sigillum[i] armis propriis insignitum cum cruce in castro ac villa Montensi, quod usque ad moderna permanet tempora. Reparavit etiam ruynas castrorum plurimorum, libertates ampliavit in locis diversis comitatuum suorum; in silva denique de Mormail[1] adduci fecit de Sabaudia[k] tauros indomitos cum vaccis quampluribus ingentis magnitudinis et in dicta collocari fecit silva, quorum generacio adhuc ibidem perdurat. Et hoc idem fertur de equis peregisse, quos adduci fecit de Hispanie et Apulie partibus, et dictam silvam eciam legibus perornavit[2]. Item idem Thomas cum Iohanna, eius uxore, devocione allecti ad conventum fratrum Minorum Valencenencium, quittavit eis XX[l] solidos perpetuos atque feoda necnon et dominium, quos eius antecessor Fernandus retinuerat supra dongionem Valencenensem, quando dictum fundaverat conventum, prout superius patuit, libro eodem, capitulo [XXI[m]][4], cum de dicti conventus fundacione mencio habebatur. Anno Domini MCCXL[o]. Thomas Hanonie et Flandrie comes et Iohanna, eius legitima uxor, videntes, quod controversie sepius oriebantur contra capitulum Cameracense occasione accidencium quamplurimorum, emergencium in territorio de Onnaing[5] et de Quaroube[6], quia eis videbatur, quod capitulum falcem suam plus debito in messem eorum mittebatur extendere[7], convenerunt cum dicto capitulo sub forma, que sequitur: 1240.

Cap. XLbis.**) Conventio[p] domini Thome ac domine Iohanne comitisse Flandrie et Hannonie cum capitulo Cameracensi. (XX,109).

Universis presentes litteras inspecturis P[etrus] prepositus, R[ogerus] decanus totumque Cameracense capitulum salutem in Domino. Notum facimus universis, quod — — quando a dicto comite vel eius certo nuncio fuerit requisitus.

Cap. [XLI.]***) Conventiones comitum Flandrie et Hannonie cum capitulo Cameracensi. (XX,110).

De illis autem, qui in excercitum vel chevalcheyam[q] *ire noluerunt — — sicut alii homines de Onneng et de Quaroube.*

*) De ordinatione sigilli et reparatione locorum per dominum Thomam comitem factis. Cap. CVIII. *B* 2.

**) Concordia inter dominum Thomam et Iohannam comitissam et capitulum Cameracense super iusticia d'Onneng et de Quaroube. Cap. CIX. *B* 2.

***) Declaratio et additio super eodem. Cap. CX. *B* 2.

a) dictus *B* 2. b) succ. eor. *B* 2. c) *desst B* 2. d) predictam *A*. e) paginam *B* 2. f) *supple* dominicam *e carta praeced. H.-E.* g) fl. et han. *B* 2. h) sabaudia *B* 2. i) XXV *B* 2. k) *manu scribae postea suppl. A; desst B* 2. l) *numerus om. A.* m) chevalceyam *B* 2.

1) De sigillis eius cf. Vredius, Sigilla comitum Flandrie p. 31 sq. 2) 'Statistique archéologique du dép. du Nord' II, p. 699: *La forêt la plus vaste, celle de Mormal, comprend encore plus de 9000 hectares* (arrond. Avesnes). A. 1242, Ian. Thomas in Mormall morabatur; cf. chartam ap. Wauters IV, p. 352. 3) In ratione comiti Hanoniae saec. XIV. proposita ad a. 1329. notatur: *Pour hevestres et loyacols pour prendre poutre en Mourmail XXVI-III d.*; cf. Devillers, 'Description anal. de cart. du Hainaut' VI, p. 162. 4) L. XXI, c. 22. 5) Arrond. de Valenciennes, cant. de Val.-Est. 6) Ibid. 7) Ut e charta annexa, sed hic omissa, patet, dissentiones ortae sunt: *super iustitia tam alta quam bassa in villis de Onneng et de Quaroube et in advocatiis dictarum villarum et in pasturagiis, que ad dictas villas pertinere dicebantur.* 8) Edita a Miraeo, Opp. dipl. I, p. 403; Wauters IV, p. 335. Quae sequuntur cap. 41. et 42. ex eadem charta.

(XX,111). Cap. [XLII.*]* Conventiones comitum Flandrie et Hannonie cum capitulo Cameracensi.

Adiunctum est insuper et a dictis comite et comitissa et a capitulo nostro communiter
1240. Aug. *ordinatum et concessum — — Actum solempniter et datum anno Domini MCCXL, mense Augusto.*

1247. Postmodum anno Domini MCCXLVII° capitulum Cameracense dedit predictis villis Onnaing[b] et Quaroube leges certas in scriptis distinctas a legibus Montensibus, quas brevitatis causa conscribere pretermisi[1].

1238. Cap. XLIII.* Anno igitur Domini MCCXXXVIII° dictus comes Thomas conventum fratrum Minorum Montensium una cum eiusdem[d] uxore Iohanna amortisarunt[e] et humilibus edificiis eundem primitus fundaverunt. Margareta vero comitissa, eiusdem Iohanne soror,
1246. ampliavit[f] postmodum dictum conventum anno Domini MCCXLVI° et chorum novum cum fundamentis tocius ecclesie stabiliri iussit[2]. Item Thomas iura et libertates suarum patriarum contra omnes sibi adversantes magnifice deffensavit. Unde cum pro iuribus patriarum suarum castrum de Poilevake[g] in comitatu Namurcensi obsedisset[3] et ipsum invasisset bello, interim Iohanna, eius uxor, lectulo decubans, langore gravata vehementi sine liberis spiritum Deo reddidit. In Marketis sepelitur cenobio[h], quod fundaverat, iuxta Fer-
1244. nandum, maritum suum primarium. Obiit autem anno Domini MCCXLIIII°[i.4].

(XX,112). Cap. XLIIII.** Margareta comitissa nubit Wilhelmo de Dompna-petra.

Quoniam ab inicio regiminis huius sequentis comitisse Margarete, videlicet sororis dicte Iohanne, cuius anima in pace requiescat, quod quidem regimen duravit XXXV annis[5], tempora fuerunt adeo turbida, tenebrosa et obscura, ymo et pessima, quod de eisdem non fuissem ausus quicquam conscripsisse, nisi compassione et consciencia, zelo veritatis et iusticie animatus extitissem, ex eo quod videbam innocentes et iustos iniuste et contra iura et veram iusticiam confundi, deprimi et infamari cotidie[6] et exactores in maliciis eorum et obstinacione pessima gloriari, exaltari et sublimari: ista sustinere non valens, exemplo Iude Machabei[k] animatus, malo pro veritate mortis dispendio me ipsum exponere quam sic cotidie videre et audire[7] mala gentis nostre et sanctorum, veritate et iusticia, que pro ipsis stant, sic celata. Zelo igitur veritatis et iusticie confortatus historiam huius comitisse sic diligenter perscrutatus sum, quod nolo credi in[l] verbo simpli in dubiis, nisi copie bullarum, cartarum aut litterarum, de quibus faciam mencionem, allegentur, ut ora latrancium atque mordencium veritatis freno rigidius arceantur.

Post igitur illustris domine Iohanne Hanonie ac Flandrie comitisse obitum iure naturali in dictis comitatibus successit inmediate Margareta, eiusdem Iohanne soror germana, et hoc anno Domini MCCXLIIII°; que quondam in facie ecclesie de consilio et assensu amicorum utriusque partis anno Domini[i] MCCXIIII°[8] nobilem virum dominum Bouchar-

*) Additio super eodem. Cap. CXI. *B* 2.

**) Narratio malorum, que acciderunt temporibus regiminis Margarete, quod XXXV^m^ annis duravit. Cap. CXII. *B* 2.

a) *numerus om. A.* b) omnia *B* 2. c) *signis numeroque in margine appositis hic novum caput incipere indicatur A, ubi caput sequens* XLIIII^us^ *numeratur.* d) eius *B* 2. e) admortizarunt *B* 2. f) postm. ampl. *B* 2. g) Poilvake *B* 2. h) cimiterio *B* 2. i) *versio Gallica saec. XV. confecta hoc loco finitur.* k) machabeo *A.* l) *deest B* 2. m) XXV *B* 2.

1) Hanc chartam publici iuris fecit de Reiffenberg, 'Monuments de Namur' I, p. 345 sqq. cum nota chronologica *MCCXLVII, et mois de fevrier*, quam Gallice compositam Iac. de G. male intellexit. 2) Idem auctor iam l. XX, c. 48 (51). iisdem fere verbis notaverat. 3) Cf. supra c. 22, quo loco obsidione castri Poilvacensis a. 1238. collocata tamen etiam mors Iohanne cum eadem coniuncta est. Patet igitur Iacobum aliquo loco scriptum invenisse, cum Thomas castrum illud[c] obsideret, uxorem mortuam esse. 4) Cf. Ioh. Longi Chron. S. Bertini, SS. XXV, p. 844; 'Rijmkr.' (ed. Kausler p. 193) v. 5762. 5) A. 1244–1279. 6) Cf. econtra Li Muisis (de Smet II, p. 160): *Margareta . . . tenuit iusticiam super omnes rebelles et forefactores, nemini parcens* etc. 7) De hoc loco, quem a Iacobo aliunde receptum esse censeo, egi in praef. p. 72. [Equidem mihi persuasum habeo exordium hoc totum ab ipso Iacobo, ne verbo quidem aliunde sumpto, compositum esse. Verbum *videbam* male interpretati sunt, acsi Iacobus diceret se quidquam tempore Margaretae factum vidisse. Immo dixit se visis iniusticiis suo tempore factis zelo veritatis et iusticiae animatum esse. H.-E.] Verbis *Zelo igitur veritatis et iusticie*, quae e textu praecedenti repetit, indicari videtur nunc Iacobum ipsum loqui incipere. 8) Immo a. 1212; cf. supra l. XX, c. 5, p. 262, n. 1.

dum de Avennis desponsaverat, presentibus nobilibus viris domino Fernando et domina[a] 1212.
Iohanna, Hanonie[b] ac Flandrie comitissa, domino Waltero de Avennis et Guidone, eius fratre, cum pluribus aliis nobilibus ad hoc specialiter convocatis, prout superius explicatum est et inferius clarius ostendetur. Quo vero tempore ipsa a dicto Bouchardo recesserit et alium, videlicet dominum Guillermum de Dompna-petra, in matrimonium duxerit, proprie nundum repperi[1]. Proprie dico, quia historia communis dicit, quod ipsa duxit dominum Guillermum de Dompna-petra statim post mortem Iohane, sororis sue[2], de con- 1244.
silio regis Francie, anno videlicet Domini MCCXLIIII°; sed hoc, prout michi videtur, non consonat racioni, quia inferius habetur[3], quod filius dicte Margarete et dicti Guillermi de Dompna-petra nominatus Guillermus anno Domini MCCLI° iam uxoratus erat et in quo- 1251.
dam torneamento apud Trazegnies interfectus fuit anno supradicto[c], anno videlicet MCCLI°. Si ita esset, sicut dicit historia, non habebat tunc nisi septem annos, quod non consonat racioni, quod tam iuvenis exerceret[d] torneamenta. Corrigat igitur diligens lector, et si certa repperiat tempora, supplico, quatinus huic collectioni applicare dignetur. Supradictus igitur Guillermus de Dompna-petra, vir nobilis et strenuus, proximus regi Francie[4], assumpsit in uxorem dominam Margaretam Hanonie atque Flandrie comitissam; qui tempore et loco debitis comitatum Flandrie a rege Francie, prout moris erat, relevaverunt[5], de relevatione vero ceterarum[e] terrarum[6] non curantes, scientes regis Romanorum[7] atque episcopi Leodiensis[8] indignaciones incurrisse. Cum autem Margareta ad regem accessisset Perone, accesserunt filii eius Iohannes d'Avesnis et Balduinus, frater eius, contra matris voluntatem. Que cum vellet Flandrie[f] comitatum relevare, dictus Iohannes tamquam antiquior heres omnium filiorum suorum seipsum representavit regi[9]. Rex videns discordiam pro tempore aliquoto rem distulit. Interim exorte sunt querimonie, placitaciones et discordie, quibus pendentibus rex ad hominium[g] recepit Margaretam. Iam siquidem perprius dicta Margareta dictos filios exosos habebat et invidia atque rancore agitata, eo quod nobilius uxoratos[h], excellentius famatos et honoratos volito[i], ambos odiebat.

Cap. XLV.* Sedatio discordiarum inter Margaretam comitissam et filios primi mariti sui Bouchardi. (XX,113).

Denique in regis-Ludovici presencia hec tempestas et ordinaria placitacio matris contra dictos filios proprios, quos exhereditare penitus nitebatur, per annos duos duravit, antequam qualiscunque concordia aut mediacio reperiretur. Tandem Odo Tusculanus cardinalis, apostolice sedis legatus, tantam cernens discordiam, induxit regem, [quatenus[k]] utraque pars ad diem[l] certam vocaretur, ad finem ut quelibet pars obligaretur tenere quicquid dictus rex atque cardinalis iuste ordinarent de materiis discordie. Partibus bene consultis Margareta cum filiis et marito Guillermo, videlicet de Dompna-petra[10], statim annuerunt; Iohannes vero de Avesnis et Balduinus tardius consenserunt, ex eo quia clare conspiciebant regem parti [alteri[m]] totaliter favere. Confidentes tamen in cardinalis Odonis consciencia et iusticia eorum videntesque, quod Margareta, mater eorum, et Guillermus, eius maritus, una cum filiis publice in manibus dictorum regis et cardinalis iuraverant, iuraverunt tandem et ipsi. Quibus factis rex Francie Ludovicus et cardinalis Odo Tuscula-

*) Quod discordia matris contra filios proprios per biennium duravit, antequam de concordia tractaretur. Cap. CXIII. *B* 2.

a) domine Iohanne *codd.* b) Fl. et Han. *B* 2. c) supra[10] *B* 2. d) exercest *B* 2. e) certarum *A*; certarum terr. ceterarum *B* 2. f) c. fl. *B* 2. g) horem *B* 2. h) uxoratus . . famatus et honoratus *codd.* i) videbat *vel simile verbum suppliendum. H.-E.* k) *deest A.* l) c. d. *B* 2. m) *supplevi*; sibi contrarie *Fortia.*

1) A. 1223; cf. epist. apud Martene, Coll. ampl. I, col. 1256; Wauters, 'Table chron.' IV, p. XXII. 2) Similia in libro Ingeranni de Coucy, qui inscribitur 'Livre du lignage de Coucy' apud Kervyn de Lettenhove, 'Istore et Cron. de Fl.' I, p. XVIII sqq. 3) Cf infra c. 65. 4) Cf. Matth. Paris., SS. XXVIII, p. 439: *eo quod Willelmus propinquus sibi erat.* 5) A. 1244, cum Margareta sorori succederet, Guillelmus iam mortuus erat. 6) Cf. Hintze, 'Das Königtum Wilhelms von Holland' (1885) p. 114 sqq. 7) Iacobus controversias cum Wilhelmo rege de feodis imperii habitas dicit; hic autem demum tribus annis post electus est. 8) Hanoniensis comitatus feodum ecclesiae Leodiensis fuit. Iam a. 1245, Apr. 1. capitulum Leodiense apud Fridericum II. conquestum est, quod Margareta istud feodum Iohanna mortua vacans sibi vindicavisset; Wauters IV, p. 633. 9) Cf. Sattler, 'Die flandrisch-holländischen Verwickelungen unter Wilhelm von Holland' (1872) p. 25. 10) Falsum; v. supra n. 5.

nus predictus diem constituerunt pronunciandi eorum deliberacionem, prout videbitur inferius suo loco[1].

XX.114. Cap. XLVI.* Margareta comitissa ampliat hospitale in vico Salicis apud Valencenas.

Quia vero superius ostensum est[2], quod Iohanna Hanonie atque Flandrie comitissa pro utroque sexu Valencenis hospitale quoddam in vico Salicis fundaverat, iuxta quod aulam, capellam et mansum pro sorore sua Margareta eciam instituerat, in qua ipsa Margareta non modici temporis moram contraxerat, et fratres et sorores ibidem instituerat
1244. dicta Iohanna: hinc est, quod anno Domini MCCXLIIII° in exordio operum suorum[a] dictum hospitale ipsa Margareta ampliavit, permutavit et aliter ordinavit, dotavit et fundavit, prout habetur ex carta[3], que sequitur:

Universis presentes litteras inspecturis frater Radulphus, prior humilis Sancti Salvii iuxta Valencenas, et eiusdem loci conventus salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod nos ad instanciam et preces karissime[b] nostre domine Margarete Flandrie et Hanonie comitisse illustris et potissime in favorem religionis cum hiis, ad quos pertinet provisio hospitalis[c] sancte Elizabeth, quod infra metas nostri patronatus Valencenis constructum est, convenimus in hunc modum: Concessimus igitur, ut mulieres, que beghine[d] vocantur, manentes et mansure de cetero in dicto hospitali in vico de Salice in parochia sancti Nicholai et in manso domine comitisse iuxta dictum hospitale in parochia de Calceya[e] et in locis vicinis in eisdem parochiis, que religiosum tenebunt propositum, necnon et capellani usque ad tres et infirmi eiusdem hospitalis cum familia competenti et neccessaria omnium predictorum percipient in dicto[f] hospitali ecclesiastica sacramenta et omnia iura parrochialia preter baptismum et nupcias et mulierum reconciliaciones post partum; et erunt immunes omnes predicte persone ab omni iure et consuetudine parrochiali, quantum ad nos et ecclesiam nostram pertinet. Capellanus ad hoc institutus ibidem curam habebit animarum omnium predictorum. Quem capellanum et alios capellanos, si dicto hospitali neccessarios[g] esse viderint, assument et eligent bona fide viri religiosi, qui de consensu episcopi Cameracensis hospitale predictum et beghinas predictas pro tempore gubernabunt, et presentabunt eosdem priori Sancti Salvii, si perpetua sint eorum beneficia. Quos capellanos, sic sibi per dictos religiosos presentatos, idem prior dicto domino episcopo Cameracensi tenebitur presentare. Qui capellani, si in scandalum vel malam suspicionem apud predictos religiosos dicti hospitalis gubernatores laberentur[h], quod absit! ipsi de assensu domini episcopi Cameracensis per suum planum verbum, si sic eis visum fuerit, eos, qui sic lapsi fuerint, amovebunt; quod eciam poterunt facere de suspectis. Si vero, postquam amotus fuerit quis eorum vel mortuus, dicti religiosi gubernatores distulerint ultra sex menses, alium prior Sancti Salvii presentare poterit[i], quia collatio vacantis beneficii illa vice ad ipsum priorem Sancti Salvii devolvetur. Beneficio[k] vero dictorum capellanorum facere competentia ecclesia sancti Salvii non tenebitur. Ceterum sciendum est, quod oblaciones, que fient in capella dicti hospitalis et in capella dicti mansi dicte[l] domine comitisse, qui collatus est eidem dicto hospitali, legata et elemosinas, que fient locis predictis et personis manentibus in eisdem, decimas et omnes proventus de istis duobus locis et de mansis beghinarum in vicinia eorumdem locorum manencium hospitale predictum percipiet et habebit sub annuo[m] censu[n] . . .[n] solidorum alborum in festo nativitatis beati Iohannis baptiste dicte ecclesie sancti Salvii a dicto hospitali fideliter solvendorum. In capella vero de manso dicte comitisse missa non poterit celebrari, nisi presente comite vel comitissa, eorum filio aut filia, fratre vel sorore, marito vel coniuge alicuius de istis; et si in altero casu missa ibi contigerit celebrari, dummodo in consuetudine non trahatur, oblaciones, que ibi tunc provenerint, ecclesie sancti Salvii et presbitero de parrochia Calceye sine aliquo participe

*) Quod Iohanna comitissa fundavit hospitale pro utroque sexu in vico Salicis. Cap. CXIIII. *B* 2.

a) suarum *A*. b) due n. k. domine *B* 2. c) hospitale *codd.* d) beguine *B* 2 *semper*. e) calceia *B* 2. f) dicta *B* 2. g) vicinos *A*; s'ilz sont necessaires à l'hopital *Le Boucq*. h) laberent *A*? *B* 2. i) poterit quia *des. A*; il le potra présenter *Le B*. k) beneficia *B* 2. l) *deest B* 2. m) anno *A*. n) *numerus deest codd.*

1) V. infra c. 51. 2) V. supra l. XX, c. 48. 3) Gallice edita a Le Boucq, 'Hist. de Valentienne' p. 73; cf. Wauters IV. p. 438. 4) *de cent e cincq sols blancs* Le Boucq.

pertinebunt[a]. *Si vero aliquis de parrochia*[b] *sancti Salvii in cimiterio dicti hospitalis sepultu-* 1244.
ram elegerit, et missa primitus in sua parrochia pro ipso non fuerit celebrata, oblaciones, que ad manum presbiteri pro ipso celebrantis venient, cum toto luminari apposito circa corpus sine fraude ad ecclesiam sancti Salvii et presbiterum parochialem pertinebunt. In panno quidem serico, si super defunctum oblatus[c] *fuerit, nullus sibi ius poterit vendicare, nisi is cui a defuncto vel eius amicis fuerit assignatus. Omnes alie escancie et proventus, qui ad ipsum hospitale provenirent occasione defuncti, ipsi hospitali libere remanebunt. At si missa pro defuncto in sua parrochia fuerit celebrata vel de non cantanda fuerit compositum, postea ecclesia sancti Salvii in oblacionibus et aliis obvencionibus pro defuncto nichil iuris poterit reclamare. Si quis autem secularis, quem dicti religiosi rectores dicti hospitalis bona fide non reputent pro beghino*[d], *maneat infra managia beghinagii*[e], *ecclesia sancti Salvii et presbiter parrochialis in eo sicut in aliis parrochianis ius habebunt parrochiale. Capellanus, rector seu rectrix hospitalis suo adicient iuramento, quod tenentur facere, sicut in prima carta anno MCC . . .*[f] *facta continetur, quod ad eligendum sepulturam apud se neminem per se vel per alium submonebunt*[g], *et quod fraudem non facient in aliquo premissorum; quod si oppositum accideret, ecclesia sancti Salvii et presbiter parrochialis ius suum ex hoc possent prosequi*[h] *contra facientes. Sciendum est insuper, quod, si dictum hospitale aliquo tempore transferatur vel immutetur vel*[i] *fortasse omnino desinat*[k] *esse hospitale, ambitus*[l] *locorum hospitalis et*[m] *beghinarum et supradicti mansi domine comitisse ad ius pristinum revertetur, et ex tunc cessabit solucio dicti census. In capellaniis*[n] *autem, redditibus, possessionibus ac aliis quibuslibet bonis dicto hospitali vel beghinarum usui deputatis ecclesia sancti Salvii nichil*[o] *iuris sibi*[p] *poterit vendicare preter decimas possessionum existencium in suis parrochiis, sicut ante constructionem*[q] *hospitalis antiquitus solebant solvi et haberi, et collaciones*[r] *capellarum, si ad perpetuum ibidem fuerint assignate; quia tunc non erunt gubernatores religiosi, qui capellanos eligant et presentent. Ut igitur premissa inviolabiliter observentur, nos presentes litteras eidem hospitali contulimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum anno Domini MCCXLIIII°, mense Ianuario.* 1244. Ian.

Cap. XLVII. Fundacio abbatie sanctimonialium[s] de Bethleem[t] iuxta Montes. (XX,115).

Anno videlicet divine[u] incarnacionis MCCXLIIII° vir venerabilis vite, Deo et hominibus devotus, dominus Walterus dictus Harduim[v], ecclesie maioris Montensis canonicus, sincera devotione ad Deum et sanctimoniales ordinis beati Augustini sub regimine cenobii sancti Victoris Parisiensis degentes[w] ardencius caritative allectus, cenobium sanctimonialium de Bethleem[t] iuxta villam Montensem ab exordio eius primario de proprio patrimonio fundavit, astipulavit et dotavit[2]. Hic siquidem Walterus mundi superbiam detestans, in qua a prime iuventutis flore remisse nimis et delicate iamdudum vixerat, divino suffultus munere, pium et sanctum opus aggressus, monasterium, quod Bethleem ob Christi nativitatis locum censuit appellari, in fundo proprio et propriis facultatibus inchoavit, ut affectum pii eius propositi bone operacionis sequeretur effectus. Ipse factorum preteritorum non immemor tamquam penitencie speculum multociens semetipsum labore manuum occupavit. Hanc itaque ecclesiam paterno diligens affectu, ancillis Christi in divino ministerio die noctuque indefesse excubantibus condoluit et XVI bonaria[x] terre arabilis absque loci ambitu in puram elemosinam pro remedio anime sue predecessorum ac successorum suorum erogavit perpetuo possidenda. Et quia proprium heredem non

a) *drest A, spatio vacuo rel.* b) parrochiis *A*; parroch *B* 2. c) oblatus *codd.*; *emend. Fortia*; si on met drap de soye *Le B*. d) et *add. codd.*; sy aulcuns seculiers . . . demeure dedans le maisnage du Beghinage *Le B*. e) beghinarum *A*. f) *post* MCC *lacuna codd.* g) *deest B* 2. h) consequi *B* 2. i) aut *B* 2. k) sinat *in loco raso A*. l) *emendavi H.-B.*; alic° *codd. corrupte*; le hospital partie d'iceluy des beghines du mets de la comtesse *Le B*. m) ac beguin. *B* 2. n) *sic A*, appellan *B* 2. es revenues et possessions des capellains *Le B*. o) vel *A*. p) pot, sibi *B* 2. q) constitionem *B* 2. r) cap. coll. *B* 2. s) monialium *B* 2. t) bethleen *B* 2. u) dominice *B* 2. v) barduin *B* 2. w) degentibus *codd.* x) boneris *B* 2.

1) *I'an mil deux cens XXXIX* Le B. 2) In loco christ. III, Instr. col. 168; Wauters IV, p. 419. Mesvin, ubi Thomas comes eiusque uxor Iohanna Idem Walterus Harduins occurrit a. 1225, Dec. in ei a. 1244. mense Maio bonariam terrae ad abba- charta Godefridi episc. Camerac. ap. Devillers 'Detiam condendam dederunt. V. chartam in Gallia scription' V, p. 143, nr. 62.

1244. habuit, multarum possessionum ecclesiam nostram[1], licet plus quam ducentarum librarum, per partes reliquit heredem. Hinc superest, quod honorande memorie Elizabeth, prima[a] huius ecclesie priorissa[b], que eidem Waltero pariter fundatrix extitit et mater[2], in primo
Ps. 54, 7-8. iuventutis flore detestans mundi Sodomam, pennas columbe capiens[c], fugiens elongavit et manens in solitudine contulit se ad sancte religionis districtum tramitem insequendum, Christi se iugo mancipavit, cui in sancta et individua spiritus unitate adhesit, pro quo strenue et viriliter in eiusdem fundacione cenobii laboravit et bonis spiritualibus et temporalibus ampliare curavit.

(XX,116). Cap. XLVIII. Fundacio cenobii de le Thure[d] ordinis sancti Augustini 1244[e].

1244. Mart. Anno Domini MCCXLIIII[o] nobilis domina N.[3], uxor legitima illustris domini domini Nicolai de Barbenchon, speciali devocione allecta ad sanctimoniales ordinis sancti Augustini[4], quarum exemplaria quamplurima viderat, in tantum instigavit maritum proprium, videlicet predictum dominum Nicholaum, et ad hanc devocionem attraxit, quod Spiritu sancto afflatus in propria terra dedit undecim bonaria[f.5] terre predicte religioni, ad finem ut illuc transmitterent devotas sanctimoniales ordinis earum. Sancta vero uxor predicti Nicholai ecclesiam et officinas clausuramque monasterii ceteraque neccessaria pro tempore sufficienter providit et cum reverencia speciali, cum advenerunt de episcopi beneplacito, solempnissime[g] cum gaudio eas suscepit, appellarique voluit Thura de auxilio beate virginis. Tandem venerabilis matrona fundatrix earum viam carnis universe ingrediens in predicta ecclesia elegit sepeliri, marito proprio apud Alnensem ecclesiam[6] insepulto. Postmodum vero quedam domina de Aymeries[7] aliam novam ecclesiam ibidem construi fecit et aliqua etiam superaddidit, que neccessaria videbantur temporibus illis, quibus modernis temporibus predicte sanctimoniales utuntur, ceteris quodammodo derelictis officinis.

(XX,117). Cap. XLIX. Fundatio domus fratrum[h] de Trinitate in Lendio 1245[i].

1245. Anno immediate sequenti, anno videlicet Domini MCCXLV°[8], fuit fundata domus fratrum de Trinitate in Lendio[9], prout patet ex immediate dicendis. Fertur ab antiquo dominum Walterum[10] et Eustacium[k.11], dominos de Lens, pares castri Montensis, in propria villa Lendensi hospitale quoddam et capellam fundasse, in quo pauperes Christi de bonis propriis cotidie recreabantur. Recipiebantur indifferenter viri et mulieres, in diversis tamen receptaculis, et opera misericordie satis habunde per tempora magna de bonis dominorum atque dominarum Lendencium illuc exercebantur. Et misse submissa voce auctoritate domini Cameracensis diebus singulis celebrabantur. Tandem quidam[l] dominus dictus dominus Iohannes de Lens[12], verus possessor tocius territorii de Lens et par castri Montensis, audiens bonam famam et specialiter intitulacionem et denominacionem fratrum dictorum de Trinitate, sperans in hoc anime sue salutem et Dei honorem ac ville et tocius territorii sui maxime in eis habitancium Spiritus sancti graciam adipisci, dictum hospitale cum appendiciis dicte religioni libere et perhenniter contribuit, tria modia bladi super molendina ville et cetera quamplurima superaddendo; et hoc confirmari fecit anno Domini MCCXLV[m].

a) prime *codd.* b) priorisso *codd.* c) accipiens *B* 2. d) ture *B* 2. e) *sic praescript. A, sed om. in rubr. et B* 2. f) boneria *B* 2. g) *emendavi H.-E.*; solempnissimi *codd.* h) *rubricator tita mutavit*: F. d. sancte trinitatis in Lendio *A.* i) 1245. *om. B* 2. k) eustachium *B* 2. l) *emendavi H.-E.*; quidem *codd.* m) MCCXLV. *corr. eadem manu* MCC5 (*deleto* XLV) *A.*

1) Scil. Bethleem monast. 2) Potius soror testante Brasseur p. 261, qui obituarium ecclesiae in usum vertit. 3) Elisabeth, ut e charta a. 1244. data patet, 'Annales du cercle archéol. de Mons' VII, p. 270. 4) V. chartam a. 1244. Iun., ib. VII, p. 271: *nos dominabus de ordine sancti Victoris Parisiensis, morantibus ad tempus apud Marpent, damus . . . locum in terra nostra in parrochia de Sorra supra Sandram in personatu canonicorum sancti Ursmari de Sobiis, et ibidem abbatiam construant.* 5) In eadem charta l. l.: *viginti bonarios.* 6) Alne. 7) Aymeries (arrond. Avesnes, cant. Berlaimont). 8) In fine capituli correctus est numerus anni in 1205, qui certe rectior est quam 1245, quo non Iohannes, sed Walterus dominus Lendii fuit. [Sed Iacobus procul dubio 1245. hoc loco scripsit, cum *Anno immediate sequenti* praemisorit. H.-E.] 9) Lens prope Mons. 10) Occurrit inde ab a. 1065—1103. apud Duvivier, 'Recherches' II, p. 407. 441. 469. 489; anno 1126. mortuus erat; cf. ibidem p. 534. 11) Istum inveni a. 1193. 1195; cf. Duvivier l. l. p. 655. 658. 660. 663. 664. 12) Filius Eustachii fuisse videtur, quem Bald. Avenn., SS. XXV, p. 433. 434. commemorat.

Cap. L.* Fredericus 2^us^ imperator excommunicatus insurgit graviter contra ecclesiam. (XX,118).

Hiis quoque temporibus orta est inter papam Gregorium et imperatorem Fredericum secundum discordia — — Vinc. XXX, 138.
preventus. Postea dissencientibus inter se cardinalibus vacavit apostolice sedes XXII mensibus; post quos Innocencius huius nominis quartus in sede prefectur. Qui postmodum fratrem Bonaventuram, generalem ordinis fratrum Minorum, propter eius vite sanctitatem et sciencie prerogativam fecit ipsum cardinalem. Tunc in Hanconia et Almannia predicabatur crux — — electus in imperatorem. ib. XXXI, 1.

Cap. LI.** Compromissio domine Margarete et filiorum in presentia regis Francie. (XX,119).

Actor[a]: Et quia superius tactum est[1], qualiter Margareta comitissa Flandrie atque[b] Hanonie et[c] eius filii de secundo marito Guillermo ex una parte, et eiusdem comitisse filii de Bouchardo, eiusdem Margarete marito primo, ex altera parte compromiserant in regem Francie Ludovicum et in Odonem cardinalem Tusculanum, apostolice sedis legatum: nunc restat ostendere compromissionis formam et edictum[2]:

Ludovicus Dei gracia Francorum rex[a] et Odo eadem gracia Tusculanus episcopus, apostolice sedis legatus, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Notum facimus, quod, cum inter liberos nobilis Margarete — — prestito coram nobis super hiis corporaliter iuramento.

Cap. LII.*** Sequitur edictum seu determinatio compromissionis. (XX,120).

Nos autem in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti amen, in negocio — — Actum Parisius anno Domini MCCXLVI°, mense Iulio[3]. 1246. Iul.

Quibus prelatis quilibet quod suum erat disposuit ordinare. Tunc Margareta disposuit de armis Flandrie et intersignis, quia antiquiores filii iam assumpserant[c] et per plures annos propria arma Flandrie iam in bellis, hastillidiis[d] et torneamentis portaverant, et de eius Margarete assensu atque voluntate. Tunc ipsa applicuit arma Guillermi, mariti eius secundi, armis Flandrie; et sic arma Hanonie antiqua totaliter derelicta extiterunt, que per multa centenaria annorum deportata extiterant cum honore[5].

Cap. LIII.† Margareta comitissa nititur exheredare filios primi mariti sui. (XX,121).

Hiis denique[e] temporibus Margareta Hanonie[f] ac Flandrie comitissa, nescitur quo maligno agitata spiritu, in tantum exarsit odium contra filios suos de primo marito[g], Bouchardo videlicet, totam dilectionem suam ferens in filios secundi[h] mariti sui Guillermi de Dompna-petra, quod omnibus viis quibus poterat primos deprimere atque destruere et[i] alios elevare et exaltare die noctuque totis viribus elaborabat, de proprio honore non curans, dum tamen eos confundere posset. Racione quorum gravis valde exorta est discordia inter filios utrorumque maritorum. Margareta vero semper malignanter exhereditare omnibus viis quibus poterat nitebatur filios mariti primi, Iohannem videlicet et Balduinum de

*) De discordia inter papam Gregorium et Fredericum secundum imperatorem. Cap. CXVIII. *B* 2. *Hanc inscr. cum ea, quam Vinc. Bellov. praebet* (De discordia inter Fridericum et papam Gregorium) *melius convenit. Dubium tamen esse potest, utrum B* 2 *e praescriptione cod. A hodie erasa aut obscura hauserit an prima verba textus assumpserit, id quod credere malim. Qua de causa titulum A retinui.*

**) Compromissum Margarete et filiorum eius in Ludovicum regem Francie et cardinalem Tusculanum. Cap. CXIX. *B* 2.

***) Edictum et determinatio compromissi prefati. Cap. CXX. *B* 2.

†) Quod Iohannes de Avesnis accessit ad episcopum Leodiensem et relevavit comitatum Hannoniensem. Cap. CXXI. *B* 2.

a) *deest B* 2. b) et *B* 2. c) atque *B* 2. d) hastiludiis *B* 2. e) siquidem *B* 2. f) fl. ac han. *B* 2. g) suo *add. B* 2. h) G. eius sec. mar. *B* 2. i) ac *B* 2.

1) V. supra c. 45. 2) Saepissime editum, exempli gratia a Baluzio, Epist. Innoc. III. II, p. 595; v. d. Berg, 'Oorkondenboek van Holland en Zeeland' I (1866), p. 234, nr. 427; cf. Wauters IV, p. 476. 3) Decretum erat in hoc diplomate, ut Margareta mortua Iohannes et Balduinus de Avesnis Hanoniam cum pertinentiis, filii Wilhelmi de Dompetra Flandriam haereditate acquirerent. Cf. Ulrich, 'Gesch. d. röm. Königs Wilhelm v. Holland' (1872), p. 29; Sattler l. l. p. 26; Hintze l. l. p. 93. 4) Cf. Ioh. Longi Chr. S. Bertini c. 48, para 4, SS. XXV, p. 844: *Willelmus igitur, primus filiorum de matrimonio, arma Flandrie plena sibi assumpsit, aurea videlicet cum leone nigro.* 5) Cf. supra l. I, c. 49.

1247. Avennis. Iohannes igitur[a], dictorum filiorum antiquior, hec perpendens, sano utens consilio, supradictis conventionibus prolatis[b], ad Henricum, qui electus erat in episcopum Leodiensem[1], solemniter accedens, ut eius mater, que cotidie contra ipsum malignabatur, quod sui iuris erat auferre non valeret, comitatum Hanoniensem relevavit, prout in carta[2] sequenti[c] continetur:

Universis presentes litteras inspecturis Henricus Dei gracia electus ecclesie Leodiensis salutem. Noverint universi, quod nos recepimus — — Datum anno Domini MCCXLVII°, die
Sept. 26. *Iovis proxima ante festum Michaelis.*

Item sequitur alia carta: *Henricus Dei[d] gracia Leodiensis electus paribus Montis in Hanonia et Valenchenensibus et omnibus Hanonie militibus, prepositis, iuratis, scabinis Montis in Hanonia, Valencenensibus et omnium bonarum villarum in Hanonia dilectis amicis suis salutem in Domino. Universitati vestre — — Datum Colonie anno Domini MCCXLVII°,*
Oct. *mense Octobris.*

(XX,122). Cap. LIIII.* Iohannes de Avesnis cum multitudine armatorum Flandriam devastat.

1247. Anno eodem Iohannes de Avesnis considerans sue proprie matris mirandam merancoliam[e] de die in diem semper in peius multiplicari contra ipsum nec mitigari consiliis quorumcumque, proposuit dictus Iohannes Flandriam sibi debitam de iure et consuetudine patriarum experiri, utrum posset ipsos[f] amiciciis et dilectionibus[f] aliqualiter sibi copulare[g]. Temptavit Gandenses primo, deinde Brugenses et postremo Yprenses. Sed renuentibus amiciciis[g] et Guillermi de Dompna-petra filiis omnino adherentibus, dictus Iohannes de Avennis maximam collegit[h] armatorum multitudinem tam in Alemannia quam in Frisia, Hollandia atque Zelandia necnon et Hanonia atque Leodio, et volens comitem Hollandie[3], qui Flandriam diffidaverat[4], adiuvare, totam terram de Was, terram Quatuor-industriorum, comitatum de Alost[i], villam Gerardi-montis[7] et Tenerem[k]-mundam[8], omnia pene devastavit[9], et fortalicia solo coequavit pro maiori parte et castrum de Husplemunde[l,10] obsedit navigiis et per terram cum comite Hollandie[11]. Margareta comitissa magnam Francorum ac Flamingorum necnon et stipendiariorum nacionum diversarum [multitudinem[m] congregavit]. Qui versus Artevelde[n], Biervielt[o], Hulst et Hustrelo[12] venientes, Iohannes de Avesnis cum sibi coniunctis exiens a villa, quam ceperant, dicta Tenremonde, repperit Flamingos atque Francos aliquantulum dispersos; supra maris aliquota[c] littora eciam repperit aggeres, quos[p] pro fortalicio retinuit et munivit. Abhinc in vallibus inter aggeres cum non modica gente irruit subito in quadam aurora super eos et occidit partem magnam adversariorum suorum, ceteris in foveis, in quibus turbones capiebantur, et in aliis latibulis diffugientibus. Reversus post victoriam super aggeres tribus diebus expectans bellum, nec fuit qui compareret. Tandem dictus Iohannes videns Flamingos Gandavi, Brugis, Ypris et Francos confugisse et minime comparere et ad propria cum verecundia retrusos, utens consilio[q] suorum, ad propria versus sororium suum, regem Guillermum[13], reversus est

*) Quod Iohannes de Avesnis armatam collegit pro iuvando comitem Hollandie, qui Flandriam diffidaverat. Cap. CXXII. *B* 2.

a) dictur *B* 2. b) prelatis *B* 2. c) *bis scr. A.* d) D. gr. *om. B* 2. e) *ita codd.* f) delect. *codd.?* g) copulari *A.* h) colegit *A.* i) com. delost *B* 2. k) teneram *B* 2. l) hupplemonde *B* 2. m) mult. congr. *des. codd.; suppl. Fortia.* n) Arteveilde *B* 2. o) Biervliet *B* 2. p) quas *codd.?* q) consiliorum *B* 2.

1) *VI. Kal. Octobris*, Aegidii Aureaevall. Gesta ep. Leod. III, c. 107, SS. XXV, p. 129. 2) Edita a Reiffenberg, 'Monuments pour servir à l'hist. de Namur' I, p. 344; cf. Wauters, 'Table chron.' IV, p. 505. 3) Ed. Martene, Thes. I, col. 1030; Reiffenberg l. l. p. 345; Wauters IV, p. 508. 4) Scil. Flandrenses. 5) Wilhelmum II. 6) Cum homagium comitibus Flandriae pro insulis marinis praestandum recusaret. 7) Grammont ad Teneram fl. 8) Termonde (Dendermonde). 9) Ceteris fontibus solum castellum Rupelmonde, obsessum esse affirmatur; fortasse Iacobus quae solus refert e charta sequenti c. 55. coniectando scripsit. Feoda illa imperii erant, de quibus regem Franciae disponere non potuisse Avesnenses fratres tum declaraverant. Tempus huius invasionis non satis constat, quam a. 1246. exeunte factam esse conicio. 10) Procul dubio Rupelmonde. 11) Num Wilhelmus ipse adfuerit, Hintze, 'Königtum Wilhelms' p. 94. iure dubitat. 12) Hulsteloo prope Hulst in terra Wasiae. 13) A. 1247, Oct. 3. electum; Iohannes de Avesnis a. 1248. in aestate in castris regis Aquisgranum obsidentis morabatur; cf. Ulrich p. 34; Sattler p. 28.

cum aciebus. Margareta comitissa dolens ad Francie regem[1] cum liberis iterum accessit, querimoniam de Iohanne d'Avennis[a] et de suis coadiutoribus faciens. Willermus eciam, eius antiquior filius, et eius fratres Guido et Iohannes conquesti sunt iusticiam requirendo de Iohanne d'Avesnis[b], fratre eorum, quod ipse tenebatur[c] eis ultra sexaginta milibus[d] librarum, et quod tantum et ultra expenderant in deffensione terre eorum; multa eciam alia in suis querimoniis adiunxerunt. Rex vero et eius consiliarii audientes rem, tacite considerabant, spem eis[e] et nichil aliud tribuendo. Hec perpendens Margareta et eius consiliarii consuluerunt, quatenus Guillermus, eius antiquior de secundo marito filius, ad Terram Sanctam cum comitiva decenti accederet[2], et interim tempora laberentur, et pericula quamplurima vitarentur. Interim mediatores extiterunt, racione cuius ex utraque parte tales littere fuerunt confecte[3]. 1247. 1248. 1249.

Cap. LV.* Concordia inter Margaretam comitissam et Iohannem de Avesnis. (XX,123).

Margareta ergo[f] et eius filii tandem ad Flandriam repatriantes, proborum utens consilio virorum, cum Iohanne de Avennis post multa pro et contra contractata anno circiter sequenti talem sigillavit concordiam, prout in sequenti continetur carta[4]:

Ego Margareta Flandrie et Hanonie comitissa notum facimus universis, quod ego fide prestita fideliter promitto, quod ab[g] hac hora et die, qua filius meus dilectus Guillermus a Terra Sancta transmarina reversus fuerit ad Flandriam, quod ego faciam erga ipsum et fratres suos germanos Guidonem et Iohannem sine ingenio, quod ipse et eius fratres antedicti infra quadraginta dies ab eius regressu in Flandriam, quod[h] ipsi ex toto quittabunt filios meos karissimos Iohannem et Balduinum, fratres eorum, de sexaginta milibus[i] librarum, de quibus fecerant querimoniam contra eos in presencia regis Francie, occasione acierum ductarum ad castrum Husplemonde[k] et quibusdam aliis causis. Et ad ista penitus adimplenda me constituo debitricem atque hostagiam me exhibeo. Deinde notum facio universis, quod homagium de Namurco et de omnibus eius pertinenciis et de omnibus, que comes Namurcensis obtinet de me in Hanonia, et homagia domini de Luxembourc et omnia, que tenet de me in Hanonia et in Ardenna ultra Mosam, remanebunt filiis meis Iohanni et Balduino antedictis et eorum successoribus; et consimiliter homagia comitatus Namurcensis et domini de Luxembourc de omnibus, que tenent in Flandria, remanebunt filiis meis antedictis Guillermo, Guidoni et Iohanni et eorum successoribus. Et in testimonium predictorum ego feci fieri has presentes litteras et sigillo meo sigillari. Datum anno Domini MCCXLVIII°, in mense Ianuario[5]. 1249. Ian.

Cap. LVI.** Littere[6] Iohannis et Balduini, quibus abrenunciant omni iuri suo in Flandria et Zelandia. (XX,124).

Nos Iohannes de Avesnis et Balduinus fratres, milites, filii illustris domine Margarete comitisse Flandrie et Hanonie, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod, quando dominus rex Francorum et episcopus Tusculanus — — Actum anno ab incarnacione Domini nostri MCCXLVIII°, in Ianuario. 1249. Ian.

*) Quod Margareta et eius filii sigillaverunt concordiam cum Iohanne de Avesnis. Cap. CXXIII. *B* 2.
**) Quod Iohannes et Balduinus de Avesnis emologaverunt edictum regis et cardinalis. Cap. CXXIIII. *B* 2.

a) davesnis *B* 2. b) de avesnes *B* 2. c) tenebitur *B* 2. d) milia *codd.* e) eius *codd.* f) igitur *B* 2. g) *deest B* 2. h) quod ipsi *postea del. B* 2. i) milia *A.* k) hupplemunde *B* 2.

1) Margaretam curiam regis Franciae castello de Rupelmonde a Iohanne expugnato adiisse etiam Hist. anon. Rem. l. l. p. 545. et hoc fonte usa 'Cron. de Flandres' ad. Kervyn I, p. 166. referunt. Cum autem in Chron. Flandr. cum hac narratione foedus cum Karolo comite Andegavensi pactum coniungatur, nescio, num de eadem re a Iacobo referatur. 2) Profectus est a. 1249. cum Ludovico IX. rege; cf. Balduini Ninov. Chron., SS. XXV, p. 543; Ann. Bland. 1248, SS. V, p. 31. 3) A. 1249, Ian.; iam a. 1248, iul. pax inter Margaretam et Florentium, fratrem Wilhelmi, vices eius gerentem facta est; cf. van den Bergh I, p. 251, nr. 460; Ulrich l. l. p. 32. 4) Ed. Gallice a Martene, Thes. I, col. 1031; Reiffenberg, 'Monuments' I, p. 353. 5) Ut videtur, Valentianis, ubi Margareta assensu Iohannis a. 1249, Ian. hospitali Montensi annuum censum concessit; cf. Wauters IV, p. 567. 6) Ed. a Martene, Thes. I, col. 1031; Kluit, Historia crit. comit. Holl. II, 1, p. 503; cf. Wauters IV, p. 551.

(XX,125). Cap. LVII.* Wilhelmus Romanorum rex dat post obitum suum Iohanni de Avesnis terram Hollandie.

Quia, prout superius tactum est, Guillermus Romanorum rex considerans, quod dicte pactiones ultimate facte poterant preiudicare Iohanni et heredibus suis, nimium doluit, advertens etiam, quod Margareta comitissa nunc pacificabatur et nunc exardescebat contra proprios filios, Iohannem videlicet[a] et Balduinum, ad ipsos, si potuisset, confundendum[1], cernens eciam ex altera[b] parte probitatem, nobilitatem, animi constanciam et prudenciam Iohannis d'Avesnis necnon et[a] nobilem generacionem, quam iam susceperat de propria uxore, sorore videlicet sua, compaciens dedit sibi post eius obitum possidendum hereditarie terram Hollandie[2], prout in carta sequenti[3] continetur:

Willermus Dei gracia Romanorum rex et semper augustus universis hanc litteram inspecturis salutem et omne bonum. Significandum duximus — — Datum apud Maguntiam anno Domini MCCXLVIII°, V. Kal. Maii, indictione sexta.

1248. Apr. 27.

(XX,126). Cap. LVIII.** Margareta comitissa accusat filios primi mariti sui de nota illegitimationis.

Predicta igitur Margareta et eiusdem filii de secundo marito audientes, quod Romanorum rex Willermus dedisset solemniter dicto Iohanni Hollandiam et plures insulas[c] circa Zellandiam, in quibus ipsa ius vendicabat, et alias consimiliter, quibus[d] virtute pactionis ultimate ipsi Iohannes et Balduinus renuntiaverant, considerantes, quod in possessionibus sibi ipsis tandem equipolerent, indicibili dolore cruciati, angustia, invidia et odio plus quam alias furore succensi, proposuerunt contra dictos Iohannem et Balduinum multa inconveniencia in regis Francorum presencia[4]. Inter que proposuit dicta Margareta, quod dicte pactiones ab ipso rege pronunciate nullius erant vigoris, quia [duo[e]] primi filii sui de Bouchardo non erant capaces neque ydonei talium terrarum eisdem assignatarum, quia ipsi censeri debebant illegitimi. Hanc notam inverecundissima mater insaniens furore non timuit proferre ore proprio et se ipsam dehonestare, ut confusione propria atque filiorum iram et invidiam necnon et odium sui pestiferi cordis temperaret. Prius siquidem usque ad tempora ista siluerat de ista conclusione, sciens hoc fore falsissimum, propria conscientia necnon iuribus sacrorum canonum attestantibus, prout immediate manifestabitur. Dicti Iohannes et Balduinus hec audientes dominum regem Francorum supplicarunt, quatenus ipse dignaretur[f] per commissarios suos facere inquiri, utrum pater eorum Bouchardus matrem eorum in facie ecclesie desponsasset. Rex respondit, quod talis materia pertinebat ad summum pontificem et ad episcopos inquiri et non ad laicos, et quod in tam ardua perplexitate intererat summo pontifici deliberare[5]. Dicti Iohannes et Balduinus hoc audientes indilate ad Innocencium papam legatos transmiserunt, supplicantes humiliter*, quatenus super natalibus eorum diligens fieret inquisicio, et quod iuris erat pronunciaretur, quia omnino parati erant parere iuri et summi pontificis subiacere decretis. Tunc papa[g] Innocencius hec audiens infra pauca tempora presentem bullam[6] rescripsit:

*) Quod Guillermus Romanorum imperator Hollandiam post eius mortem dedit Iohanni de Avesnis. Cap. CXXV. *B* 2.

**) Quod Margareta et eius filii de secundo marito contra Iohannem et Balduinum coram rege proposuerunt inconvenientia. Cap. CXXVI. *B* 2.

a) *deest B* 2. b) alia *B* 2. c) insulas *A*. d) qualiter *codd.* e) *deest A*. f) dedignaretur *A*? *B* 2. g) Inn. p. *B* 2.

1) Suo more auctor ex ingenio causas rerum effinxit. Sed pro certo habemus Iohannem matremque eius post pactum a. 1249, Ian. factum melioribus usos esse relationibus. Eundem tum Hoboniam administrasse, quod Sattler, 'Flandr.-Holl. Verw.' p. 43. suspicatus est, e chartis diplomatibusque ab eo datis quamplurimis patet; cf. Wauters IV, p. xxxvi. 2) Falsissime; nihil dedit nisi feoda, quae comites Hollandiae a regibus Scotiae tenebant, i. e. procul dubio Gerviach in comitatu Aberdeen, quam terram Ada, soror regis Scotiae, a. 1162, cum Florentio III. nuberet, in dotem acceperat. 3) Edita a Martene, Thes. I, col. 1032; v. d. Bergh, 'Oorkondenboek' I, p. 264, aliis locis; cf. Wauters IV, p. 524; Reg. Imp. V, nr. 4975. 4) Vide supra p. 315. 5) Omnia haec perperam a Iacobo inventa sunt, cum Ludovicus rex tum in Oriente moraretur. Neque alium fontem nisi chartam sequentem Iacobo praesto fuisse patet. Denique inquisitio illa iam ante conventionem a. 1249, Ian. facta est. 6) Saepe editam; Miraeus, Opp. dipl. I, p. 205; Potthast, Reg. nr. 13113; Wauters IV, p. 544.

Cap. LIX.* Tenor bulle, qualiter papa commisit ad inquirendum nata- (XX,127).
litia Iohannis d'Avennis et Balduini fratris sui.

Innocencius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Cathalanensi et dilecto filio abbati[1] Sancti Sepulcri Cameracensis salutem et apostolicam benedictionem. Quia nobis[a] dilecti filii — — Datum Lugduni V. Idus Decembris, pontificatus nostri anno sexto. 1248. Dec. 9.

Cap. LX.** Sentencia[2] episcopi Cathalanensis et abbatis Lessiensis (XX,128).
super natalibus Iohannis et Balduini d'Avennis.

Petrus miseracione divina Cathalanensis episcopus, iudex a domino papa delegatus, et Hugo abbas Lessiensis[b] Cameracensis diocesis, subdelegatus ab abbate Sancti Sepulcri Cameracensis — — Datum Remis anno Domini MCCXLIX°, feria sexta post octabas sancti Martini hiemalis. 1249. Nov. 19.

Cap. LXI.*** Approbatio et confirmatio Innocentii pape[3]. (XX,129).

Innocencius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Cameracensi salutem et apostolicam benedictionem. Lecta nobis dilectorum filiorum, nobilium virorum Iohannis de Avennis et Balduini fratrum, natorum nobilis mulieris Margarete comitisse Flandrie et Hannonie, peticio continebat, quod, cum olim super eo, quod quidam, ut processu temporis a bonis ad eos hereditario iure spectantibus possent excludi, eis illegitimitatis maculam impingebant, id occasione quarumdam litterarum super hoc a sede apostolica obtentarum plurimorum auribus instillando, venerabili fratri nostro episcopo Cathalanensi et dilecto filio abbati Sancti Sepulcri Cameracensis nostris dedimus [litteris[c]] in mandatis, ut super ipsorum causa natalium, non obstante, quod super hoc inter eos ex parte una et nobiles viros Guillermum, Guidonem et Iohannem, fratres ipsorum, ex altera litigatum fuerat aliquando, non tamen liti finis impositus coram nobis, inquirerent, sicut magis de plano possent, diligencius veritatem et quod canonicum esset[d] appellacione remota statuerent, questione[e] bonorum principali domino reservata: iidem episcopus et abbas Lessiensis[b], cui super hoc dictus abbas commiserat vices suas, mandati apostolici forma servata, de iuris peritorum consilio natalia dictorum Iohannis et Balduini legitima eosdemque legitimos ac legitime natos esse per diffinitivam sentenciam, que[f] nulla legitima provocacione[f] suspensa in rem transiit iudicatam, exigente iusticia declararunt. Nos igitur eorum supplicacionibus inclinati, predictam sentenciam ratam habentes et gratam, illam auctoritate apostolica duximus confirmandam. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus dictos nobiles non permittas contra confirmacionis nostre tenorem super hiis ab aliquibus indebite molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Lugduni XV. Kal. Maii, pontificatus nostri anno VIII°. 1251. Apr. 17.

Non modico postmodum elapso tempore comitissa Margareta ad se ipsam reversa, considerans illa, que in regis[g] presencia protulerat, nimio rubore [perfusa[h]] vix ad Hanoniam reverti volebat[i.k], gemens ac[k] stupens ac femineo eiulatu disserpens, remorsu consciencie stimulata, statim summo pontifici Innocencio, veniam expostulans de propriorum[l] filiorum tam crudeli diffamacione, totam seriem primi matrimonii cum Bouchardo plenarie explicans, nichil de contingentibus obmittendo: qui pontifex summus dicte comitisse ac episcopo Cameracensi rescribens, gravem iniungendo comitisse penitenciam de tam publica ac enormi diffamatione. Tenor autem bullarum episcopo Cameracensi scriptarum talis est, prout infra litteras dicti episcopi continetur inferius[6]:

*) Quod papa commisit ad inquirendum natalia Iohannis et Balduini de Avesnis. Cap. CXXVII. *B* 2.
**) Sentencia episcopi Cathalanensis et abbatis Liessiensis subdelegati. Cap. CXXVIII. *B* 2.
***) Quod Innocentius sententiam episcopi Cathalanensis et abbatis Liessiensis executioni mandari iussit per episcopum Cameracensem. Cap. CXXIX. *B* 2.

a) *deest B* 2. b) liessiensis *B* 2. c) *sic recte add. in litteris Nicolai episcopi infra c.* 62; *deest A. I. codd.* d) foret *in litteris Nicolai epise. c.* 62. e) questionem *A.* f) applõne *B* 2. g) pres. reg. *B* 2. h) *deest A.* i) valebat *B* 2. k) et *B* 2. l) fil. suorum *B* 2.

1) Iohanni II. ant Egidio II; cf. Gallia christ. III, col. 121. 2) Edita a Miraeo, Opp. dipl. I, p. 205, aliis locis, quos affert Wauters IV, p. 575. 3) Reiffenberg, 'Monuments' I, p. 343; cf. Wauters V, p. 5; Potthast, Reg. nr. 14297. 4) Verba *que — sententiam* in litteris Nicolai episcopi c. 62. omissa. 5) Pure confictum hoc est. 6) Ex hac narratione optime cognosci potest, quomodo Iacobus has histo-

(XX,129bis). Cap. LXII.* Littere[1] Innocentii approbantes Iohannem et Balduinum de Avesnis legittime natos.

Nicholaus Dei gracia Cameracensis episcopus viris discretis in Christo karissimis, Morinensi, Tornacensi et Cameracensi officialibus salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos litteras domini pape vidisse ac recepisse in hec verba: 'Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Cameracensi salutem et apostolicam. Margarete Flandrie et Hannonie comitisse petitio continebat — — pontificatus nostri anno VIII°'. Huius igitur auctoritate — — per censuram ecclesiasticam compescemus. Datum anno Domini 1252. Apr. 8. *MCCLII°, feria secunda post Quasimodo. Quid inde feceritis, nobis quislibet vestrum rescribat. Datum ut supra.*

(XX,130). Cap. LXIII.** Wilhelmus Romanorum rex citari facit Margaretam comitissam, ut relevet terras, quas ab imperio tenebat.

Istis temporibus Willermus rex Romanorum audiens, qualiter Margareta comitissa proprios filios persequebatur, nimium compaciens[a] proposuit, quod ipsam citari faceret ad eius presenciam, quatinus terras, quas ab imperatore tenuerat iam diu sine relevacione, peremptorie tempore debito relevaret. Que bis, ter et in nobilium quamplurium presencia solempniter monita obedire contempsit, ymmo et nuncios despexit. Willermus Romanorum rex considerans obstinatam eius maliciam, in castro ante Franquefort[b] nobiles sui imperii congregans, materiam istam discussiendam proposuit, prout[c] patet in hac sequenti carta[2]:

Willermus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus presentem paginam inspecturis graciam suam et omne bonum. Ad noticiam universorum volumus pervenire, quod — — et magnatum sigillis iussimus communiri. Datum in castro 1252. Iul. 11. *ante Franquefort V. Ydus Iulii, indictione decima, anno Domini MCCLII°, regni vero nostri anno IIII°.*

(XX,131). Cap. LXIIII.*** Littere[3] Wilhelmi regis Romanorum, in quibus privat Margaretam comitissam terris, quas ab imperio tenebat.

Willermus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis sacri imperii fidelibus graciam suam[d] et omne bonum. Postquam in precelse dignitatis — — Datum in castro ante Franquefort V. Ydus Iulii, indictione decima, anno Domini 1252. Iul. 11. *MCCLII°. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillis nostris fecimus sigillari. Datum* Iul. 27. *anno Domini MCCLII°, sabbato post festum beatorum Iacobi et Christofori.*

(XX,132). Cap. LXV.† Wilhelmus, Margarete comitisse filius, occiditur apud Trazegnies in tornamento.

1251. Et quoniam temporibus illis, anno Domini MCCLI°, nobiles diversarum nacionum circa torneamenta atque hastillidia[e] suas apposuerant sollicitudines, accidit, quod dominus[4] de

*) Littera executionis supradicte sententie auctoritatis apostolice. Cap. CXXIX *(iterum)*. *B* 2.

**) Quod Willermus rex Romanorum contumaciam Margarete comitisse accusans, per principes imperii deliberari fecit super ipsam. Cap. CXXX. *B* 2.

***) Quod Willermus rex Romanorum plures terras Iohanni de Avesnis dedit, quas tenuerat Margareta. Cap. CXXXI. *B* 2.

†) Quod dominus Guillermus de Domna-petra, comes Flandrie, in quodam torneamento apud Trazegnies super equum interfectus fuit. Cap. CXXXII. *B* 2.

a) compascens *A*. b) Francquefort *B* 2. c) ut *B* 2. d) *deest B* 2. e) hastiludia *B* 2.

riae partes composuerit. Sequentes enim litteras Nicolai episcopi falsissime intellexit. Cum enim in his privilegium Innocentii IV. c. 61. editum ad verbum transsumptum, verba tamen initii *Lecta* usque ad *mulieris* omissa essent, ut locus ita se haberet: *Margarete Flandrie et Hanonie comitisse petitio continebat* etc., auctor epistolam a Margareta ad Innocentium datam credidit indeque suam narrationem confinxit. Quae lac. de poenitentia Margaretae fabulatur quam falsa sint, apparet ex eo, quod papa non multo post novam inquisitionem, Dampetrinis id petentibus, fieri iussit. V. Sattler l. l. p. 56. 1) Editae a Martene, Thes. I, col. 1048; Reiffenberg, 'Monuments' I, p. 355; cf. Wauters V, p. 26. 2) Quae praecedunt, paucis ficticiis additis, e diplomate sequenti hausta sunt. Quod exstat ap. Martene, Thes. I, col. 1164; MG. LL. II, p. 366, aliis locis; cf. Wauters V, p. 35; Reg. Imp. V, nr. 5107. 3) Editae a Martene, Thes. I, col. 1165; Reiffenberg I, p. 357; cf. Wauters V, p. 36; Reg. Imp. V, nr. 5108. 4) Osto II.

Trazegnies[a,1] in Hanonia in ordine vicis sue apud eamdem villam suam causa solacii et ar- 1251.
morum exercicii fecit ubique more solito torneamentum atque hastillidium[b] solempniter per hirallos ad diem certam proclamari. Affuerunt illuc de Francia, de Alemannia, Hanonia, Flandria atque Brabancia duces, comites, vexillarii, barones atque milites quamplurimi, omnes[c] qui sunt torneamenti pro posse disponentes. Venit dies exercicii atque conflictus. lun. 6.
Intraverunt campum, unus ad unum latus, alius ad reliquum solito more torneamenti. Et ecce dominus Guillermus de Dompna-petra, Flandrie comes, unacum sibi adiunctis in aggressu torneamenti potenter se habebat, at virilius debito[2]. Aliqui alii hoc[d] perpendentes, permittebant se verberari, ad finem ut extra anhelitum constituerentur dicti Flamingi; et cum satis diu perseverassent, ictus eorum remitti perpendentes, et {quod[e]} tamquam nimium vexati vix gladium elevare valebant: et ecce turma militum subito super dictum Guillermum Flandrie comitem et super eius complices vehementer irruit ex adverso, qui multos Flamingos illuc contriverunt, sed et dictum Guillermum comitem super equum interfecerunt, deinde extra sellam extraxerunt et ad terram proiecerunt equis immaniter conculcandum. Torneamento finito in sero reperti fuerunt quamplurimi mortui, inter quos dictus comes Guillermus fuit repertus pedibus equorum dilaniatus atque mortuus[3]. Magnus luctus, lamentacio multorum insurrexit pervalida. Insurrexit murmur, quod complices Iohannis atque Balduini de Avesnis hoc egerant[4]. Dicti vero Iohannes et Balduinus seipsos cum iuramentis se[f] excusaverunt. Corpore ad Flandriam reportato Margareta indicibiliter eius filium condoluit et inconsolabiliter eiulabat dicens: 'O maiestas divina! quam terribilia et incognita sunt iudicia tua! quibus peccatis irretita sum, ut tam crudeliter in predulcissimum filium[g] meum me sic atrociter[h] punires! *o mors! quam amara est* michi *memoria* Eccli. 41, 1.
tua, ut magis dilectum inter filios meos assumeres, ceteros dimittendo! o furibunda fortuna atque maledictissima, quomodo tuam circumrotasti rotam, ut de cacumine gradus sublimitatis, potentie excellencieque in omni gradu subito filium meum pedibus equorum mortuum conculcari permitteres! O nephanda rabies iniquorum, qui tam dilectum[i] filium meum, dulcissimum, decorum, potentem, divitem, iuvenem, fortem et audacem, sic cruenter[k] interfecistis! O dux Brabancie, nisi cum iuramento michi firmassetis, credidissem primos filios meos hoc egisse! Etsi non egerint in personis, forte nomine ipsorum Hanonienses atque Hollandrini[l] ad filiis meis complacendum actum est. Heu! heu! quomodo vindicabor de inimicis?' Hec et[m] similia Margareta[n] comitissa depromens, viribus totis Is. 1, 24.
annelabat, qualiter mortem filii sui posset vindicare.

Cap. LXVI. Ex[o] Historia societatis Rotundorum Hanoniensium. (XX,133).

Extitit michi presentatus libellus in vulgari ricmatizatus[p], circiter duo milia versuum circumplectens, cuius materiam nusquam videram nec postmodum repperire valui, qui intitulatur liber societatis Hanoniensium Rotundorum, nomine carens auctoris, in quo aliqua preambula, deinde casus singularis et postremo conciones intente inscribuntur. Igitur statim post mortem domini Guillermi de Dompna-petra, qui filiam[5] ducis[6] Brabancie de- 1251.
sponsaverat, domina Margareta Flandrie atque Hanonie comitissa omnes officiarios comitatus Hanoniensis, maxime si erant Hanonienses, ab officiis suis deposuit et magnum bailli-

a) traseignies *B* 2. b) hastiludium *B* 2. c) omnia que *emendandum videtur. H.-E.* d) perp. hoc *B* 2. e) *deest codd.; suppl. Fortia.* f) *sic derum codd.* g) *deest B* 2. h) actociter *A.* i) *postea in spatio vacuo rel. suppl. A.* k) *sic codd.* l) hollandini *B* 2. m) alia *add. B* 2. n) com. Marg. *B* 2 o) *ita praescr. A. B* 2; *rubricator* Ex *om. in A.* p) rigmatizatus *B* 2.

1) Arrond. Charleroi. 2) De hoc Wilhelmo comite canit Maria de Francia: *Ki fleurs est de cheralerie D'enseignement et courtoisie . . . Pour amur le cunte Willaume Le plus vaillant de cest royaume* etc. et alio loco: . . . *Monsieur Guillaume Qui de l'empire et du royaume Porte le prix de cheralier Et de preud'homme droiturier;* v. Dinaux, 'Les trouvères de la Flandre et du Tournaisis' (Paris 1839, p. 311; cf. quae hanc poetriam imitatus dicit 'Roman du renard couronné', Dinaux l. l. p. 358. 3) Sed cf. Balduini Ninovensis Chron., SS. XXV, p. 543, ubi legitur: *in torneamento apud Trazegniez cum armis viriliter se exercens, ita fatigatus et debilitatus est, ut altera die obiret;* Chron. Aegidii li Muisis, de Smet, Corpus chron. Flandriae II, p. 179; *dicebatur, quod extinctus fuit in suis armis.* 4) Cf. 'Chroniques abrégées de Baudouin d'Avesnes' ap. Kervyn, 'Istore et Croniques de Flandres' I, p. 176; Sattler l. l. p. 44. Idem indicatur in carmine quod dicitur: 'Roman du renard couronné', ubi Wilhelmus perfide a tribus militibus interfectus esse dicitur; cf. Dinaux l. l. p. 357. 5) Beatricem. 6) Henrici II.

1251. vum Hanonie ceterosque ballivos[a], prepositos atque castellanos omnes infra comitatum existentes deposuit necnon et clientes et loco eorum Flamingos imposuit, prout sibi licuit. Deinde tallias[b] graves super omnes status et imposiciones graviores super merchimonias, cuiuscunque speciei extiterunt, imposuit[c]; et quod gravius et intollerabilius pro communitate patrie pre ceteris extiterat, ipsa fecit eligi in omnibus Flandrie confinibus trecentos Flaminghos[d] crudeliores, nephandiores, rapaciores, sceleraciores, homicidas et alios, quos reperire potuit, et hos omnes cum uxoribus et liberis eorumdem sic libertavit: nam primo omnes illos recepit in salvagardia sua unacum bonis mobilibus et immobilibus, liberis et familia eorumdem. Item domos et loca eorum sic amortizavit, libertavit et previlegiavit, ut omnes Hanonienses ad loca eorum confugientes pro quibuscumque casibus ibidem erant tuti, acsi ad villam Gandensem aut Brugensem confugissent. Item dicti trecenti nulli tenebantur respondere pro quibuscumque forefactis nisi curie Palmensi[1] iuxta Aldenardis, nec alibi poterant conveniri. Item quolibet anno sexies tenebantur[e] dicte curie Palmensi convenire et solum sex usuales denarios monete Hanoniensis pro omnibus forefactis eorum iudicibus curie illius presentare, et erant liberi ab omnibus, nisi publica fieret sequela. Et voluit domina, quod si unus istorum trecentorum moreretur[f], quod alius loco eius statim[g] restitueretur, et precepit, quatinus vassalli domine Flandrie vocarentur. Hos omnes in diversis officiis in dicto comitatu stabilivit, aliquos clientes camporum, alios nemorum, alios aquarum, alios viarum, alios villarum atque villularum, alios referendarios, alios receptores, et
1252. ex. sic de ceteris[h] officiis patrie. Infra annum cum dimidio[2] patria communis, rura atque villule, ymo et bone ville, nobiles, clerici, mercatores atque ecclesie fuerunt totaliter exhauste. Lamentabantur barones, flebant burgenses et mercatores, et populus communis clamabat ad Dominum, nec refugium habebat nisi solum ad Deum celi. Imperator[3] nec Leodiensis episcopus[4], sed neque[i] dominus[e] Iohannes de Avennis, domicellus Hanoniensis,
cf. p. 41. 4 cui cor perforabatur displicencia, istis remediare non poterant. Cotidie[k] lacrime, cotidie[k] gemitus et suspiria, anxietates et tedia erant fercula prandiorum Hanoniensium temporibus illis. Hos trecentos[l] domina condividi et dispergi fecit solum in terra Lutosensi[m] et in omnibus partibus Hanonie inter fluviolum Haine[n] et confinibus[o] Flandrie atque Brabancie, incipiendo a finibus Gerardi-montis, transeundo per castellaniam de Ath iuxta Chirviam[p], per terram d'Enghien, preposituram Montensem, Binchensem, Bellimontensem et usque ad episcopatum Leodiensem. In confinibus illis, in villulis, in biviis, in locis pinguioribus, secundum[q] magis et minus extiterint, per baillivum Hanoniensem ex parte domine Margarete ad libitum eorum collocati, omnia que mandi poterant[r] fuit eis indultum; dum tamen non venderent; vendicio tamen victualium sub pena latrocinii fuit eis prohibita.

(XX.134) Cap. LXVII.* Casus, unde societas Rotundorum Hannoniensium habuit originem.

Temporibus istis quidam carnifex Chierviensis nomine Gerardus Rotundi quadam feria
Oct. 24? quinta[s] ante festum omnium sanctorum apud forum de Ath[s] accessit scire desiderans, utrum aliquem repperiret mercatorem habentem animalia pinguia ad vendendum; et repperit unum de villa dicta Ghilenghien[t], qui dixit habere bovem pinguem et solempnem valde; sed quia vassallos domine Flandrie timebat[6], ignorabat, quid esset acturus de eodem, et dicebat bovem esse precii viginti aureorum. Accessit dictus Gerardus ad viden-
Oct. 25? dum, qui obtulit XVI aureos. Finaliter ille concessit. In crastinum, feria[u] videlicet sexta,

* Unde societas Rot. Hann. originem traxit. Cap. CXXXIIII. *B* 2.

a) baillivos *B* 2. b) tailias *B* 2. c) *deest B* 2. d) flamingos *B* 2. e) t. d. *om. B* 2. f) moriretur *A*. g) rest. st. *B* 2. h) aliis *B* 2. i) nec *B* 2. k) quotidie *B* 2. l) trecentum *B* 2. m) lutbozensi *B* 2. n) hayne *B* 2. o) *ita codd.* p) chirviam *B* 2. q) quod *supplevit Fortia.* r) *quaedam omissa videntur. H.-E.*; capero *supplevit Fortia.* s) dath *B* 2. t) ghillanghien *B* 2. u) vid. feria VI *B* 2.

1) Pamèle. 2) Cum Wilhelmus a. 1251. mense Iunio cecidisset, finis a. 1252. efficitur. Idem e cap. 70. patet. 3) Wilhelmus comes Hollandiae. 4) Henricus III. comes Gelriae. 5) Die 17. aut 24. Octobris mensis, ut videtur; etiam Oct. 31. feria quinta fuit, sed hic dies excludi videtur, quia Gerardus interfectus esse ante diem omnium sanctorum (Nov. 1) infra c. 68. dicitur. Qua de causa Sattler l. l. p. 44. motus illos populares in initio a. 1252. posuerit, quippe cum in historia ipsa finis anni aperte indicetur, non melius quam Ulrich l. l. video. 6) Scil. mercator.

dictus[a] Gerardus reversus est cum pecunia et duobus pueris ad bovem adducendum Chir- 1252.
vie; solvit, et eduxerunt bovem. Cum autem ad quamdam villulam dictam Le Loe pertransissent[b], et ecce novem vassalli simul congregati, qui bovem exploraverant, accesserunt ad Gerardum dicentes, qua temeritate et superbia ingressus fuerat metas eorum ad emendum provisiones domine Flandrie. 'Custodiebamus', inquiunt, 'bovem istum usque ad Domini[c] nativitatem, et tunc dicte presentassemus domine. Et quicquid actum est, bovem istum dimittetis'. Qui Gerardus reverenter respondit, quod bovem iuste emerat, et iuste de eodem gaudere debebat; verumptamen, si vellent[d] vinum habere, daret eis[e] aureum unum, et permitterent ipsum transire. Qui respuentes omnino dixerunt velle bovem obtinere. Qui respondit, quod bovem, quem iuste emerat, iuste deffenderet. Quid plura? insurrexerunt verba hinc inde, tandem pervenerunt ad verbera, et finaliter dictum interfecerunt[f] Gerardum et bovem apud Ath venalem deduxerunt et castellano, qui de comitatu Alostensi oriundus erat et eorum affinis, duodecim aureis vendiderunt. Interea duo pueri Gerardi iam mortui apud Chirviam[g] confugerant, clamitando mortem Gerardi significantes. Sex eius filii, omnes carnifices, cum audissent ignominiosam mortem patris eorum, extimplo ad arma concurrerunt et cum famulis et paucis cognatis eorum apud villulam dictam Le Loe quasi rabidi confugerunt, dictos vassallos homicidas perquirendo. Qui per devia queque[h] et usque ad portas de Ath et villulas circumquaque dictos exquirentes[i] nullum penitus repperierunt[k]. Reversi sunt ad patrem, quem[l] super bastrinam imponentes cum eiulatu et clamore magno, cum lacrimarum profluvio, dictum patrem eorum apud Chirviam[g] in medio fori ad dominorum ville presenciam deportaverunt, iusticiam super tam crudeli facto expetientes[m]. Erant temporis illius sex milites domini temporales ville Chirviensis[n], videlicet[o] dominus Gerardus de Iacea[1], dominus Gerardus de Lendio, dominus Rasso de Gaura[2], dominus Nicholaus de Rumigni[p.3], dominus Osto de Arbra[4] et dominus Iohannes de Paluel[5]; dominus vero Gossuinus de Hova[6] et dominus Iohannes de le Brongnardrie[q] inter dominos ville non computabantur, licet in sarto morarentur. Hi vero domini audientes et videntes pietatis casum, ad arma contra dictos vassallos statim concurrissent[r], nisi dominus Rasso de Gaura ipsos refrenasset. Inquit enim Rasso: 'Domini consocii, scitis illos vassallos sub salvagardia domine Flandrie atque Hanonie fore, et nescitis nomina malefactorum; scitote insuper temporum modernorum instabilitatem atque maliciam. Exspectemus spacium trium dierum, ipsi nobis aut curiis aliis Hanonie et Flandrie factum et nomina faciencium significabunt, et scietis tunc, contra quos actionem habere debebitis; et interim fient obsequie[s] defuncti, et pars lesa et nos habebimus consilium, quid erimus acturi'. Omnibus placuit[t] consilium. Obsequiis factis et tribus evolutis diebus, perquisierunt domini ville apud villam Montensem, Athensem et finaliter apud iusticiam Palmensem[u], utrum aliquod[v] forefactum talis homicidii esset eis demandatum aut significatum. In utraque iusticia responderunt, quod non. Quarta igitur die expirata post Gerardi mortem sex filii sui de mobilibus eorum disponentes iuxta posse, et consilio dominorum Chirviensium[n] conatos, amicos, propinquos una cum famulis eorum congregaverunt usque ad numerum sexaginta sociorum, qui accommandantes[w] a vicinis et amicis

a) d. G. *om. B* 2. b) pertransiissent *B* 2. c) nat. Dom. *B* 2. d) vin. vell. *B* 2. e) sibi *B* 2. f) G. int. *B* 2. g) chiviam *B* 2. h) qq *A*. i) perquirentes *B* 2. k) reppererunt *B* 2. l) qui *codd.* m) *da codd.* n) chierr. *B* 2. o) *deest B* 2. p) rumegny *B* 2. q) brougnarderie *B* 2. r) concurriesset *A*. s) exsequie *B* 2. t) cons. pl. *B* 2. u) palmalniensem *A*; *cf. supra p.* 320, *l.* 12. v) aliquis *codd.* w) accommodantes *B* 2.

1) Jauche (départ., Nord, arrond. Nivelle). 2) Qui saepissime saec. XIII. in chartis occurrit; v. Wauters IV, V. passim. Rasso de Gavre et Hugo de Rumigni in duobus regestis apud Devillers, 'Description' III, p. 29. 46, *a.* 1230. et 1245. *seigneurs de Chièvres* dicuntur; cf. supra l. XVIII, c. 14. 3) Rumigny (départ. Ardennes); Nicolaus filiusque eius Nicolaus a. 1246, Ian. cum aliis nobilibus auctores se declarant, ut Iohannes et Balduinus de Avennis sententiam a Ludowico IX. et Odone Tusculano proferendam exsecuturi sint; Wauters IV, p. 459; de dominis de Rumigny v. Bald. Avenn. l. l. p. 423. 429. Familiam illam terras Chirviae possedisse ibique iura temporalia habuisse sequitur e chartis a. 1226. 1230. 1235. 1245. ap. Devillers, 'Description' III, p. 25. 29. 34. 46. allatis; cf. *n.* 2. 4) Arbre; Osto quidam de Arbro a. 1200. inter nobiles Flandriae et Hanoniae leges a Balduino comite statutas se servaturum esse iuravit; cf. chartas ap. Lokeren, 'Cartul. de l'abbaye de S. Pierre' I, p. 223. 225. Eodem anno subscripsit aliae chartae ap. Devillers, 'Description' V, p. 127, nr. 28. 5) Paluel-près-d'Oisy. 6) Idem atque Gossuinus d'Osthove, qui 1231. Ian., Febr. in chartis occurrit? V. Wauters IV, p. 117. 119.

1252. arma, omnes se armis, arcubus et sagittis, gladiis et plancionibus[a] seu lancheis[b] nota-
Nov. 5? biliter se muniverunt, et die Martis sequente villam Chirviensem in sero exierunt. Qui per diversas villulas se dispertientes[c], die noctuque investigaverunt loca, in quibus vassalli frequentabant; et modum vivendi eorum perquirentes in tota patria, infra biduum insimul
cf. Iudith 2, 2. se in quodam nemore[d] dicto Willehourt recollegerunt. Illuc nocte illa misterium consilii capientes decreverunt ipsos et loca eorum invadere. Qui loca considerantes, providerunt scalas, lancheas, hostia, fenestras ad modum clipeorum et cetera huiusmodi neccessaria ad fortalicium invadendum.

(XX,135). Cap. LXVIII.* Rotundi occidunt vasallos Flandrie, qui iniuste occiderant patrem eorum.

Affuerunt dicentes scire certitudinaliter loca tria, in quibus plures eorum in Martini vigilia debebant convenire ad cenandum, in Mellin[1], in Arbre[2] et in Lendio, loca ac domos assignantes. Qui concordi assensu convenerunt in unum, quod illa loca tria illa nocte et
Nov. 10. non plura invaderent. Quod et factum est. Venit vigilia Martini, et in noctis exordio apud Melin[e] descendentes, portam aliquantulum fortem, de lignis tamen compositam, in omni circumferentia[f] circumvallantes, cum scalis et aliis instrumentis invasivis cruenter invaserunt. Vassalli decem illuc discumbentes[g] attoniti, a mensis consurgentes, statim perpenderunt, quod racione vindicte carnificis, quem aliqui ipsorum interfecerant, ista oriebatur tempestas; erant enim omnes armati. Qui spatas evaginantes, in primo aggressu viriliter se deffendentes, plures a scalis ad terram deiecerunt. Vulneraverunt siquidem atrociter[h] plures; sed impetum insultus diuturnum sustinere non valentes[i], ceperunt omnesque vassallos ibidem existentes cum tribus famulis crudeliter occiderunt et per fenestras extra cameram porte omnes super vicos proiecerunt. Sex vero mulieres cum ipsis existentes non occiderunt; sed uni nasum amputantes, alteri labia superiora, alii labia inferiora, alteri oculum eruentes, alteri mentonem abscindentes, alteri auriculam sulcantes, vivas ad castellanum de Ath et dominos de Palmis remiserunt dicentes, quod Rotundi Hanonienses in ulcionem patris eorum hec egerunt. Mulieribus effugatis et mortuis extra dictam portam detrusis, medicaverunt vulneratos, et que de victualibus reppererunt cum eis solum asportarunt. Abhinc statim apud Arbram venientes, in quo hospicio reppererunt ibidem solum vassallos sex cum amasiis eorum. Qui invaserunt ipsos et confestim truci-
dantes interfecerunt, mulieribus sicut illis de Melin precisa[k] in facie, non alibi, intersignia dereliquerunt[l]. Et ab Arbra ad Lendium transfugientes, reppererunt vassallos iam post cenam dispersos ad loca diversa; sed tres solum in taberna ad ibidem pernoctandum invenientes, ipsos peremerunt. Abhinc confugerunt per totam noctem apud Thuin[3] in epi-
Nov 11. scopatu Leodiensi et illuc recepti sunt. In crastinum ballivo[m] Hanoniensi litteras huius-modi sentenciam continentes conscripserunt:

Baillivo Hanoniensi ceterisque paribus et feodatis consiliariisque domine Flandrie atque
Oct. 25? *Hanonie in curia Montensi existentibus recommendacionem debitam. Cum feria [sexta*n*] ante festum omnium sanctorum novem vassalli domine nostre domine Flandrie patrem nostrum occidissent et bovem XVI aureorum, quem pater noster iuste emerat, sibi abstulissent et duo-decim aureis*e *castellano de Ath*p *vendidissent, hinc est, quod diligentem de illis homicidis inquisicionem fecimus, qui fuerint actores, sperantes, quod factum alicubi demandarent. Et ad nomina ipsorum scienda misimus in Montibus, in Chirvia, in Ath et tamdem in Palmis; sed nullibi factum demandaverunt. Et quia certitudinaliter scimus, quod fuerunt vassalli et non alii, ideirco omnes vassallos domine Flandrie diffidavimus atque diffidamus tamquam malos*
Nov 10. *murtritores patris nostri, et significamus, quod in vigilia Martini apud Melin decem vassallos et tres famulos eorum interfecimus, amasias aut*q *uxores eorum in facie vulneravimus; apud*

*) Quod filii Gerardi Rotundi hostes suos interfecerunt et factum mandaverunt baillivo Hannoniensi. Cap. CXXXV. *B* 2.

a) planchionibus *B* 2. b) lanceis *B* 2. c) dispsientes *A*. d) nemore *B* 2. e) Mellin *B* 2. f) differentia *A*. g) discombentes *B* 2. h) acrociter *A*; attrociter *B* 2. i) vallentes *codd.* k) *emendavi H.-E.*; precise *codd.* l) delinquerunt *A*. m) baillivo *B* 2. n) *sic recte B* 2 *(cf. supra c. 67); deest A, spatio vacuo relicto.* o) aureos *codd.; cf. supra p.* 321, *l.* 14. p) dath *B* 2. q) autem *A*.

1) Melin (arrond. Verviers). 2) Arbre-les-Ath (arrond. Charleroi). 3) Sic hodieque dicitur (arrond. Charleroi).

Arbram eciam eadem nocte sex vassallos et apud Lendium tres occidimus, nichil de bonis ipsorum capientes. Et notum sit omnibus, quod tot de residuis vassallorum interficiemus et tanta de cetero de ipsorum bonis capiemus, quod attingemus ad pessimos homicidas patris nostri et valorem bovis[a] nostri recuperabimus[b]. Valeatis etc. *Ex parte tocius societatis Rotondorum[c] Hanoniensium.* Infra tres dies a litterarum transmissione villam de Thuin exeuntes, Hanoniam intraverunt et per nemora et devia queque diffugientes et latitantes[d], vassallos explorantes, infra sex ebdomadas multitudinem eorum copiosam in diversis locis Hanonie interfecerunt, et eorum animalia capientes, vaccas videlicet et boves, porcos et arietes et per nemora ad villam Tuini[e] deducentes, cladem magnam exercuerunt. 1252. Nov. 14. Nov. Dec.

Cap. LXIX.*) Rotundi conqueruntur ad mortem per balivos Audenardenses et Montenses. (XX,136).

Illis temporibus dominus Iohannes de Ronsoy[1], dominus Aldenardensis[2], homines armorum contra ipsos transmisit, quia apud Papignien[3] et apud Acrene[4] et apud Odenove[f.5] et apud Bracle[6] duodecim interfecerant vassallos. Qui homines[g] silvam intrantes de le Raspaille[h.7] et neminem reperientes retrocesserunt. Et interim baillivus Hanoniensis copiosam multitudinem armatorum eciam ad nemora transmisit et per patrie Hanoniensis latitudinem in diversoriis quampluribus condivisit. Unde casualiter in medio cuiusdam nemoris equites duodecim aliquos reppererunt Rotundos, qui clamaverunt: 'Ad mortem! ad mortem!' Illi corniculum sonantes, statim triginta socii cum arcubus et sagittis et gladiis salierunt et illos duodecim scutiferos circumcinxerunt. Tunc, antequam traherent, unus Rotundorum affatus est eos, dicens: 'Domini, unde estis vos?' 'Nos sumus', inquiunt, 'pro parte maiori Hanonienses'. 'Et quid queritis in silvis istis?' Responderunt[i]: 'Nos querimus socios, qui Rotundos se ipsos[i] appellari faciunt'. Qui dixerunt: 'Nos ex eorum[k] societate omnes sumus; capiatis nos, si videatur vobis expedire. Miramur', inquiunt, 'de Hanoniensibus, qua de causa nos infestos habent barones et milites necnon et bone ville. Ymo et tota patria Hanoniensis deberet nos nutrire, fovere ac consolari, et[l] ipsi oppositum faciunt. Numquam uni Hanoniensi de solo pane vel caseo aut pullo solo dampnum quodcumque fecimus. Ymo pro ipsis et patria totali corpora nostra contra istos tirannos, vassallos domine Flandrie, qui patriam devastabant et gravaminibus periculisque cotidie[m] exponebant, periculose exposuimus et continue exponimus nos et nostra. Quare supplicamus, quatinus cum pace abhinc recedatis et ista dominis vestris, non baillivo, quia illum interficeremus, si oportunitas adesset, sed dominis Hanoniensibus intimare dignemini. Habemus omnes in cordibus nostris bonum patrie commune conscriptum; et si domini Hanonie[n] persequantur nos, timemus, ne corda nostra immutentur. Sumus etenim de societate nostra trecenti omnes contra vassallos dictos animati et non contra quoscumque alios. Nulli unquam alteri nocuimus nec nocere proponimus. Si ista referre volueritis dominis vestris et sine bello recedere, placet nobis; sin autem, quicquid eligere volueritis, placet nobis'. Scutiferi hec audientes et perpendentes, quod iam numerus Rotundorum[o] sociorum excreverat usque fere ad sexaginta, deposuerunt arma eorum, et capitibus denudatis promiserunt fide bona[p], quod nunquam de cetero armarentur contra ipsos. Iterum promiserunt, quod illa eis com-

*) Quod Rotundi missos per dominum Aldernensem ad interficiendum Rotundos converterunt. Cap. CXXXVI. *B* 2.

a) patris *B* 2. b) recupabimus *A*. c) rotundorum *B* 2. d) latantes *A*. e) thuini *B* 2. f) odenone? *B* 2. g) omnes *B* 2. h) Respaille *B* 2. i) *deest B* 2. k) soc. eor. *B* 2. l) et — faciunt *om. B* 2. m) quotidie *B* 2. n) patrie *B* 2. o) soc. Rot. *B* 2. p) fido de bona *A*.

1) Rosoy vel Rosoit (dép. Haute-Marne). 2) Filius Arnulfi Aldenardensis et Aelidis, filiae Rogeri domini de Rosoit; cf. Bald. Aveon., SS. XXV, p. 429, et chartas permultas ap. Wauters IV. V. Qui a. 1248, Iul. ab abbate Indensi advocatias septem villarum in feodo se tenere recognovit, scil. Renaix, Kain, Hoorbeke, Ellerelles, Brakel, Wodeck et Acren etc. (Martene, Thes. I, col. 1038; Reiffenberg, Monum. de Namur' I, p. 142). Bracle et Acrene etiam a orientem versus. FORTIA. 6) Bracle prope Ath; quae ex Historia Rotundorum hausit, quanta fide digna sint, hinc quoque elucet. 3) Papignies (arrond. Tournai) feodum erat Aldenardensium, ut ex charta a. 1277, Maii 11, data ap. Wauters V, p. 611. apparet. 4) Acren in prov. Belg. Hanonia. Iohannes II. Aldenardensis hunc vicum a Guidone comite Flandriae in feodo habuit; cf. Wauters IV, p. 548. v. n. 2. 5) Maria Audenhove ab Aldenardis ad v. n. 2. 7) Raspaille prope Grammont.

1252. missa cordialius dominis suis exprimerent et sic eos et ceteros Hanonienses informarent de eorum oppinione, quod de cetero aliter domini contra[a] ipsos se habebunt. Et hoc dicto omnes cum pace ad sua[b] propria loca recesserunt. Ab illa siquidem die omnes indifferenter Hanonienses in cordibus suis, licet non publice, inceperunt eis favere, neque postmodum ipsos[c] invaserunt. Societas siquidem Rotundorum sociorum sic deduxerunt vassallos
Nov. 11. Dec. 21. domine Flandrie, quod a festo Martini usque festum fere sancti Thome apostoli in tota patria Hanoniensi solus vassallus non remansit; nam octoginta quatuor fuerunt interfecti.
Dec. 25. Ceteri in Gandavo ad dominam comitissam in die nativitatis Christi insimul se dicte comitisse representantes et cruenter de Hanoniensibus conquerentes et factum et casum aggravantes, dixerunt ad Hanoniam numquam se reversuros. Et eadem hora uxores et eorum amasie sic deturpate[d] unanimiter ad dictam dominam vindictam exclamaverunt. Domina hec audiens et videns, vehementer turbata promisit, quod, nisi comitem[e] Hollandie diffidasset et occupata fuisset de facto in hominibus armorum perquirendis et maximis provisionibus faciendis, statim vindictam debitam explesset; sed promisit-vis, quod ipsis[f] cum victoria a Hollandia repatriatis[g] totam Hanoniam incenderent[f], et ipsi, vellent nollent, Hanonienses in maioribus stabilirentur gravaminibus[g.2]. Societas igitur dictorum Rotundorum circa festa natalium omnes apud Tuinum[h] sunt reversi. Audiens baillivus Hanoniensis, quod ad Thuinum reversi fuissent, proposuit cum consilio domine Margarete episcopo Leodiensi scribere[i], prout continetur in substancia littere subsequentis:

(XX.137). Cap. LXX.* Littere ballivi Hanoniensis petentis auxilium episcopi Leodiensis contra Rotundos.

Reverendissimo in Christo patri ac domino domino episcopo Leodiensi electo ballivus[k] Hanoniensis cetrique consiliatores illustrissime domine Margarete comitisse Flandrie ac Hanonie recommendacionem perhumilem et debitam. Cum a longinquis temporibus racione quarumdam composicionum amicabilium Leodienses episcopi teneantur, dum requisiti fuerint, in necessitatibus suffragari comitibus Hanoniensibus in multis, hinc est, quod nos ex parte Margarete comitisse Flandrie ac[l] Hanonie humiliter supplicamus ac requirimus instantissime, quatinus malefactores quamplurimos, qui socii Rotundi dicuntur, extra episcopatum vestrum proscribi aut banniri dignemini; et si quos capere possitis, eosdem suspendi, decollari aut inrotari precipiatis, prout vera requirit iusticia. Valeat vestra dominacio, prout optamus. Hiis a dicto episcopo receptis, sequitur sentencia littere rescripcionis episcopi: *Henricus Dei gracia electus Leodiensis episcopus et eadem gracia dux Bulliacensis ballivo Hanoniensi ceterisque Margarete comitisse Flandrie consiliariis salutem. Quamvis amicabili composicione episcopi Leodienses forte[m] teneantur comitibus Hanonie, Margarete tamen comitisse Flandrie in nullo tenentur. Ymo ipsi[n] iniurias, molestias et dampna sibi tenentur inferre; nam dictum Hanoniensem comitatum per longa tenuit[o] tempora et tamen nec a nobis, licet monita, nec a predecessoribus nostris debite relevavit[3]. Domino autem Iohanni de Avennis, fideli nostro, suisque adherentibus, quem verum reputamus comitem Hanoniensem, qui de homagio illius[p] comitatus Hanoniensis debite erga nos se acquitavit, suffragari in omnibus cupimus. Socios autem qui Rotundi nuncupantur, quos proscribi a nostro episcopatu requiritis, discussa causa eorum atque factis, que discuti per curias nostras fecimus, non repperimus, quod morte digni existant. Quapropter, quia inicium facti eorum iudicatum est iustum, et quia intuitu iusticie veri fidelis nostri et eorum comitis, comitis Iohannis de Avennis, hoc egerunt, ipsos recepimus et recipiemus in episcopatu nostro, usque dum aliter informabimur contra ipsos. Valeatis* etc. Remanserunt igitur dicti socii in Leodiensi episcopatu pacifice usque ad quadragesimam, et tunc
1253. Mart. a domino Gerardo de Iacea[4] et domino Nicholao de Rumigni[q.5] omnes sub eorum vexillis

*) Quod baillivus Hannoniensis mandavit electo Leodiensi, ut Rotundos banniret vel decollaret; sed episcopus hoc facere recusavit. Cap. CXXXVII. *B* 2.

a) circa *B* 2. b) pr. l. s. *B* 2. c) eos *B* 2. d) ipsa *B* 2. e) repatriata *B* 2. f) incenderet *B* 2. g) gradus *A*. h) thuinum *B* 2. i) *ita A*?; decrevit *add. B* 2. k) baillivus *B* 2 *semper*. l) et *B* 2. m) *deest B* 2. n) ipsam *A*. o) temp. ten. *B* 2. p) ut *vel* at *A*. q) rumegni *B* 2.

1) Wilhelmum. 2) Videmus igitur comitissam Gavera a. 1252, Dec. 25. data (Martene, Thes. I, iam a. 1252 ex bellum paravisse; adversarios col. 1050; Wauters V, p. 46) intellegitur. 3) Cf. eodem tempore idem fecisse e charta Rassonis de supra c. 44. 4) Cf. p. 321. 5) V. p. 321, n. 3.

fuerunt assumpti ad eundum[a] Hollandie cum domino Iohanne de Avennis[1], qui a sororio suo, rege Romanorum Guillermo, fuerat invitatus ad terras sibi datas deffendendas contra Margaretam, matrem suam, contra Guidonem et Iohannem, fratres suos, et contra Flamingos, qui centum et quinquaginta milia[2] hominum armatorum congregaverant ad ipsum exhereditandum. In quo bello socii Rotundi cum ceteris Theutonicis magnifice se habuerunt, et spoliis Flamingorum miro modo ditati, tempore debito cum honore et fama solempni ad confinia Leodiensium redierunt usque ad comitis Andegavensis ad Hanoniensium partes adventum[3]. Erant siquidem in reditu[b] Hollandie quingenti et sexaginta, omnes intersignia societatis comportantes. Erat vero intersignium eorum O, littera rotunda, coronatum; quod intersignium in capucio aut tunica erat consutum. Qualiter vero contra Karolum [comitem[c]] Andegavencium se habuerint, suo loco inferius edicetur. Hec in predicto libello conscribuntur. Mortuo igitur Guillermo de Dompna-petra, prout superius tactum est[4], sine herede proprie carnis, qui ab aliquibus Flandrie domicellus, ab aliquibus vero comes[d] Flandrie dicebatur, filius Margarete, successit sibi Guido[5], frater suus secundo genitus, qui ex propria uxore[6], advocaciata Bethunie, suscepit quatuor filios[7]: unde antiquior vocatus fuit Robertus[8], secundus Willermus[9], tercius [Iohannes[e]][10] et fuit episcopus Leodiensis, et quartus vocatus fuit Philippus. Margareta comitissa cernens, quod triumphare de Iohanne de Avennis nec de patria Hanoniensi ad nutum non valebat, ymo de die in diem fama Iohannis crescebat, et ingencia emolumenta a Walacria et ab insulis circumadiacentibus recipiens, suo proposuit Margareta consilio, quod, si Guillermum regem Romanorum et comitem Hollandie in bello submittere valeret, tunc omnia sibi prospere iuxta optata succederent; nam et rehaberet insulas, quas Iohanni de Avennis dederat[11], et perderent refugium, in quo dictus Iohannes et dicta Hanoniensis patria innixi sunt iam a temporibus retroactis[12]. Proposuit et consilio Flamingorum ad effectum deduxit, prout patet ex Historiis Hollandie, in quibus sic habetur: 1253. Dec. 1251. Cron. de Fl. 1253.

Cap. LXXI.* De mirabili Flamingorum et Francorum conflictu contra Wilhelmum Romanorum regem. (XX,138).

Anno Domini MCCLIII[f]. Theobaldus[13] de Ghisnes comes et Gauffridus de Barro comes cum Guidone et Iohanne de Dampiere, filiis Margarete comitisse Flandrie, collegerunt innumerabilem exercitum ex Flandria, Francia, Pikardia[g] et Pictavia, magnam[h] expeditionem, insistentes pro subiugando Walacria. Willelmus autem rex contra Florentium, fratrem suum, cum exercitu valido destinavit ad Zellandiam[i], ut Margarete comitisse contumeliosam edomaret arrogantiam. Dux vero Brabantie, regis avunculus, controversiam hanc reconciliari[j] disponens, diem instituit ad interloquendum de concordia, quatenus utriusque partis exercitus sine conflictu rediret ad propria. Cum autem Antwerpie triduanum tractaretur interloquium[14], Margareta perperam intendens, occultata legatione[k] mandavit exercitui[l] sui capitaneis, ut extemplo Walacriam introirent et in absentia regis cum Florentio preside bellum anticiparent. At illi mandatis comitisse festinanter obtemperantes, cum CL milibus[m] armatorum transfretaverunt ad Walacriam, minime diffidentes contra Florentium obtinere[n] victoriam; econtra vero Florentius preses cum tubis stridolis et cornubus[o] horrisonis in Vestcapellis adversus hostes viriliter aggressus est, de quibus opinatum tropeum die quarta mensis Iulii potenter adeptus est. Fuit etenim in eodem bello tam cruenta strages et horridum excidium, ut Hollandie et Zelandie[p] populi permaximam multitudinem Flandrensium et Francorum interimerent et usque talum in occisorum cruore pugnando subsisterent. Interea rex omnem rem gestam per confessinum nuncium intelligens et Margarete comitisse dolosam traditionem intuens[q], deseruit Andwerpiam et festino remigio profectus est in Walacriam. Et ecce fugitivi Flandrenses et Franci, depositis armis, Beka p. 85. Iul. 4.

*) De bello Theobaldi de Ghisnes et Godefridi de Barro, Guidonis et Iohannis de Dompierre contra Florentium, fratrem Willermi regis Romanorum. Cap. CXXXVIII. *B* 2.

a) eumdem *A*; comitem *male corr. Fortia.* b) redditu *A.* c) *suppl. Fortia.* d) Fl. com. *B* 2. e) *nomen deest in utroque cod., spatio vacuo relicto.* f) Pictavia et Picardia *B* 2. g) magne expeditioni *B* 2. h) zelandriam *B* 2. i) reconsiliari *A.* k) legationem *A.* l) *sic B* 2 *et Beka; exercitumque A.* m) militibus *A*; cum copia arm. *B* 2. n) habere *B* 2. o) cornibus *B* 2. p) Zeel. *B* 2. q) metuens *A.*

1) Mense Martio Wilhelmum bellum paravisse e litteris eo tempore ab Innocentio papa datis patet; cf. Wauters V, p. 54. 55; Potthast, Reg. nr. 14905 sqq. 2) Hoc luc. ex Historiis Hollandiae, quas cap. sequenti exscripsit, hausit; cf. Ioh. de Beka ed. Buchelius p. 86. 3) A. 1253, Dec.; cf. Sternfeld, 'Karl von Anjou als Graf der Provence' (1889) p. 99. 4) Supra c. 65. 5) Cf. 'Cron. de Fl.' ed. Kervyn I, p. 175. 6) Mathilda, filia Roberti advocati de Bethunia; cf. Iohannis Longi Chr. S. Bertini, SS. XXV, p. 850; Ioh. de Thilrode, ib. p. 575. Eadem esse videtur advocata Bethuniae, domina Tenremundae, cuius laudes Iehan Bodel saec. XIII. decinit; cf. Dinaux, 'Les trouvères Artésiens' (1843) p. 36. 7) 'Cron. de Fl.' p. 175: *quatre fils et trois filles;* sec. Ioh. Longum et Ioh. de Thilrode quinque filios. 8) III. comes Flandriae, VIII. advoc. Bethuniae. 9) 'Cron. de Fl.' l. l. secundum *Jehan*, tertium *Guillame* dicit. 10) Iohannes IV, qui sedit a. 1282—1292. 11) Cui Wilhelmus Flandriam imperialem a. 1252. dederat. V. c. 63. et 64. 12) Omnia haec procul dubio Iacobus excogitavit. 13) Immo Arnoldus III. 14) Cf. Reg. Imp. V, nr. 5158a.

Beka. 1253. humilima prece regis adiere[a] presentiam[b]; quos et ipso rex misericordia motus suscepit ad gratiam; eodem[c] de parte Flandrensium et Gallorum . . .[d] sunt occisi, . . .[e] submersi et . . .[d] captivati. Rex igitur comites de Ghisnes et de Barro duosque filios Margarete comitisse captivos destinavit ad Hollandiam, qui et vulgarem populum omnino denudatum remisit ad Flandriam, ita quod[f] unusquisque Flamingorum, pisis virentibus perizomata circumplectens et exinde brachas lumbis suis adaptans, ad Flandriam nudus reversus est. Exinde proverbium exortum est tale in Francia: *L'an mil CCLIII. firent Flamenc*[g] *brayes de pois.* Et rex triumphalem laudem ab hostibus suis inopinate potitus est; de qua graciarum actiones referens Deo, spolia atque navigium suis principibus militibusque necnon et omnibus villis Hollandie secundum eorum gradus condivisit. Fuerunt siquidem ducenti milites et triginta superstites vivi capti, quorum redempcionem una cum Guidone comite Flandrie et Iohanne, fratre suo, comite Barri et de Ghisnes[1] rex pro seipso suscepit. Triginta quoque sex milia aliorum captivorum principibus suis militibusque necnon et omnibus villis Hollandie redimendos et condividendos dereliquit[h].

(XX,139). Cap. LXXII.* Margareta mittit legatos ad Romanorum regem, ut sciat precium redemptionis filiorum suorum.

Margareta comitissa ruinam filiorum suorum, comitis Barri et comitis de Ghisnes necnon et baronum Francie totiusque patrie Flandrie prospiciens, gravi dolore sauciata, animi anxietatem fletibus irriguis temperabat dicebatque: 'Heu! heu! me miseram! utquid nata sum, ut finem dulcissimorum filiorum meorum tam acerbam prospicerem? Guillermi predilecti
Thren. 1, 3. mortem sustinui, et nunc reliqui ab adversariis ante faciem tribulantis incarcerandi[i] du-
Dan. 13, 22. cuntur. Angustie sunt[k] michi undique, et quid agere debeam, penitus ignoro'. Affuerunt consiliarii dicentes fore expediens, ut ydonei transmitterentur legati ad Guillermum regem ad sciendum, qualiter filii Margarete atque comites quantum ad corporis sanitatem [valebant'], et repertum extitit[m], quod sufficienter, Guidone dumtaxat excepto, qui talum pedis dextri amputatum habebat, unde timebat, quin perpetuo claudus efficeretur[2]. Postmodum paucis elapsis mensibus ipsa Margareta baronibus et militibus orbata misit episcopum Morinensem[3] et episcopum Tornacensem[4] et decanum Sancti Donaciani[n] Brugensis[5] ad dominum regem Willermum, dum adhuc in Hollandia degebat, ad perquirendum formam, modum et precium, quibus ipse[o] vellet dictos filios Margarete libertati[p] restituere. Rex vero Guillermus[q] presentiam ipsorum omnino recusavit, sed a Hollandia recedens ad Wor-
1255? maciam[6] negociaturus properavit. Illuc iterum dicti episcopi se representare volentes illic sibi, iterum ipsos nec videre nec audire voluit. Tandem sic[r] dictum regem Romanorum humiliter cotidie prosequti sunt, quod quadam feria sexta post missam prebuit eis audienciam. Qui proposuerunt que commissa erant eis ex parte domine comitisse[s] Margarete. Dum rex proposita audivisset, prudenter cancellarius[7] eius[t] respondit: 'Rex que proposuistis memorie commendavit; infra triduum faciet vobis dari responsa'. Triduo iam revoluto, dum episcopi regis responsum expectarent, et ecce cancellarius domini regis cum archiepiscopis Spirensi[8] atque Maguntinensi[9] sibi assistentibus dixit: 'Reverendi patres, quia victoriosissimus atque gloriosissimus[u] imperator et semper augustus promiserat vobis

*) De lamentatione Margarete post captionem filiorum suorum ac comitum de Ghisnes et de Barro. Cap. CXXXIX. *B* 2.

a) adire *codd.* b) rogant *add. B* 2. c) Istud prelium contigit anno prefato in die translationis beati Martini et, *quae verba apud Bekam praecedunt, om. codd.*; In eodem vero bello *B* 2. d) *spatium vacuum A.* e) *spatium vacuum A. B* 2 *(ubi sequitur* milie*)*; quinquaginte milia *Ioh. de Beka.* f) *sic B* 2, *Beka*; itaque *A.* g) flamens *B* 2. h) reliquit *B* 2. i) duc. inc. *B* 2. k) m. s. *B* 2. l) *deest A.* m) q. suff. ext. *B* 2. n) denaciani *A.* o) *deest B* 2. p) libertari *A.* q) Willermus *B* 2. r) Tandem ipsum Rom. regem sic prosequuti sunt quotidie *B* 2. s) M. com. *B* 2. t) eis *B* 2. u) gliosi *A.*

1) Hi capti erant. 2) Cf. Ioh. Longi Chr. S. Bert. c. 49, pars 3, SS. XXV, p. 847: *Guido ad claudicationem vulneratus.* 3) Radulphum. 4) Walterum Crucium. 5) Robertum II; cf. Gallia christ. V, col. 257. 6) De his pacis negotiis auctores hodierni diversa sentiebant. Cum enim Sattler l. l. p. 53, quae Iac. tradit, recipere penitus vereatur, Ulrich p. 89, Sternfeld p. 96, n. 2, Ficker, Reg. imp. V, nr. 5167a. b, Hintze l. l. p. 121. post pugnam ea acta esse concedunt. Cum vero Ficker l. l. hoc a. 1253, Sept. et Oct. factum esse arbitretur, Hintze de a. 1255. cogitat, cuius argumentis assentior, Wormatiae rex a. 1255. Febr. in. (Reg. imp. V, nr. 5217—5220), Francofurti eodem anno Maii 16. (Reg. imp. V, nr. 5241) moratus est. 7) Archiepiscopus Coloniensis infra perperam dicitur, qui partibus adversariorum adhaerebat; cf. Sattler p. 59; Wauters V, p. 89. Cancellarius Wilhelmi erat Henricus episc. Spirensis; cf. Bresslau, 'Handbuch der Urkundenlehre' I, p. 425. 8) Heinrico II. 9) Gerardo.

dari responsa super propositis, iam tres fere dies sunt elapse[a]. Ista est responsio brevis: 1255?
Quia domina vestra Margareta registrata est in libris consistorii gloriosi imperatoris antedicti tanquam infidelis, rebellis et inobediens, contumax imperatori et imperio necnon omnibus principibus et prelatis sacri consistorii imperii, usque dum satisfecerit, non dabitur sibi alia responsio. Et preterea requirit ipsa[b] fidelitatem, quibus[c] publice mentita est fidem suam: patuit in aggressu conflictus, unde merito confusa recessit, testante duce Brabancie[1], presentibus tribus ducibus aliis, in quorum manibus iuravit triduanas inducias, et ipsa a consistorio discedente[d], statim precepit, dum imperator et sui principes occupabantur, quod omnes capitanei navigium ascenderent[e] et Wallacriam invaderent[2]. Et solus Deus contra infidelitatem suam pugnavit pro imperatore. Et pro finali responsione notetis iuris regulam: *Frangenti fidem non est ei fides servanda.* Et ista sunt, que pro responsione michi commissa sunt, testantibus principibus atque prelatis hic assistentibus. Quibus auditis, recesserunt episcopi et ad dominam reversi honorificencius quod[f] potuerunt responsiones imperatoris retulerunt. Que non erubuit, sed ira succensa fecit consilium super responsis, ubi miranda[g] proposuit. Consiliarii ipsam refrenantes consuluerunt, ut aliquantulum temporis permitteretur dilabi, et tunc ex parte regis Francorum et ex parte tocius Flandrie iterum dicti legati remitterentur, et audiretur responsio a priori aliena. Consilium ratum remansit. Post spacium quatuor mensium remissi sunt ad imperatorem dicti prelati eamdem continentes supplicacionem, quam prius, exceptis quod non mittebantur ex parte dicte Margarete, ymo ex parte Ludovici regis[3] et tocius patrie Flandrie. Qui cum in Frankefordia[h] devenissent et se ex parte regis Francie et patrie Flandrie representassent, affuerunt archiepiscopus Coloniensis[4], archiepiscopus Spirensis, dux Saxonie[5], dux Ghelrie[6], qui eos cum honorificencia debita receperunt. In crastinum vero post missam dicti prelati atque principes domino imperatori presentaverunt legatos, quos cum benivolencia et debita reverencia suscepit, et quecunque proponere voluerunt prudenter attendens, promisit ibidem infra triduum se de propositis responsurum. Triduano dierum iam[i] terminato commisit imperator responsionem cancellario suo, videlicet archiepiscopo Coloniensi[7], qui dixit: 'Gloriosus et victoriosus imperator imposuit nobis, quod, quia illustris rex Francorum et tota Flandria requirunt, quatinus iuste et racionabiliter notificemus eis formam, modum et conclusiones, per quas Guido et Iohannes, filii Margarete eorum comitisse, libertati restituantur, et racionabiliter contentari velimus; et[8] hec est responsio':

Cap. LXXIII.* Wilhelmus Romanorum rex declarat condiciones redemptionis filiorum Margarete comitisse. (XX,140).

'Primo, quod Margareta comitissa solempniter recognoscat forefecisse contra victoriosissimum[k] imperatorem et imperii maiestatem et contra sacri imperii[l] atque consulum eius decreta, et quod illa, prout decet, emendet, prout racionis et iuris est.' Similiter non vult imperator tractatus qualescumque cum ipsa pertractari. Item petit, quod patria Flandrie una cum Guidone de Dompna-petra et fratre suo Iohanne — non curat de matre — sigillent et pro perpetuo approbent, quod insula Walacrie est de feodis comitatus Hollandie[9], et si quicquam iuris habuerint comites Flandrie, quod absit, omnia libere quictant[m] et reponant in manibus comitis Hollandie et eorum[m] successoribus, quicumque fuerint illi. Item petit, quod sentencie late atque decreta sacri concilii imperatoris sententiata[n] in consistorio imperiali apud [Franckefort[n.10]] de terris sub imperio contentis inter Flandriam et Hanoniam

*) Conditiones, quas petebat dominus imperator, antequam ad redemptionem admitterentur captivi. Cap. CXL. *B* 2.

a) elapsi *B* 2. b) ab ipsa *B* 2; ab eis *fortasse supplendum post* ipsa. c) quia *B* 2. d) recedente *B* 2. e) ascenderant *A*. f) quo *B* 2. g) mirabilia *B* 2. h) francqfordia *B* 2. i) *deest B* 2. k) glorioissimum *B* 2. l) sacri consulum imp. atque decreta eius *B* 2. m) *ita codd.* n) sententiate *codd.* o) *manu rubric. in spatio vacuo suppl. A*; Wormaciam *B* 2.

1) Heinrico, qui pacem restituere conatus erat. 2) Cf. Ioh. de Beka Chron. ed. Buchelius p. 85. 3) Hintze l. l. p. 121. recte monuit Ludovicum demum in aestate a. 1254. ex oriente reversum esse. 4) Conradus de Hochstaden. 5) Albertus I. 6) Otto II. 7) Cf. p. 326, n. 7. 8) Nota sententiam male constructam. 9) Hic primo inimicitiae tanguntur, quas Wilhelmus comes Hollandiae cum Margareta de iuribus in Zelandiae insulis exercendis habuerat. 10) A. 1252, Iul. Vide chartas, quae c. 63. et 64. allatae sunt.

1258 sigillentur et confirmentur tam a Guidone et Iohanne fratribus quam a tota patria Flandrie pro perpetuo. Item petit, quod dicti fratres Guido et Iohannes recognoscant et approbent in regis[a] Francorum presencia per solempnes litteras sigillis ipsorum sigillatas edictum pacis et concordie inter dominum Iohannem de Avennis et Balduinum, fratrem eius, ex una parte et dictos Guidonem et Iohannem, fratres eorum, ex altera[b], quod protulerunt rex Francorum Ludovicus et Odo cardinalis, legatus a latere summi pontificis[1]. Item petit finaliter pro expensis diversimode factis ad causam dictorum Guidonis et Iohannis solummodo pro ipsis duobus ducenta milia florenciarum boni ponderis. Et istis plenarie adimpletis reddet dictos fratres Guidonem et Iohannem de Dompna-petra sanos, in quocumque portu infra patriam Hollandie voluerint applicari'. Quibus prolatis petiit ab archiepiscopis, utrum iuste recitasset illa, que[c] fuerant sibi commissa. Qui respondentes, quod sic ad tantum[d], siluit, et ad aliam materiam se transferentes dictos festinaverunt[e] legatos. In crastinum versus Flandriam properantes, domino regi Francorum primo, deinde comissariis bonarum villarum Flandrie responsa protulerunt in comitisse Margarete presencia. Cum vero requestas imperatoris audisset Margareta, intulit: 'Videtis, qualiter iste[f] Hollandie comes viribus totis nititur filios meos, quos tenet, omnino deprimere, reliquos exaltare in sublimi. Prius etenim sustinerem mortem confusibilem, quam illa, que petit, essem factura; et ut[g] hec omnia, que requirit, nullum penitus sortiantur effectum, volo, quod Guido, antiquior filius meus, licet in carceribus iaceat, quod[h] ex nunc pro tunc efficiatur comes Flandrie, et in omnium vestrum presencia, quicquid iuris paternalis habui et habeo usque nunc in comitatu Flandrie, ego do Guidoni, filio meo, perpetuo et heredibus suis possidendum; et si contigerit ipsum mori, antequam ad Flandriam revertatur, volo, quod antiquior filiorum suorum in comitatu succedat'. Et intulit: 'Rogo igitur vobis[i] omnibus, quatinus iura domini vestri contra fratres suos Iohannem et Balduinum de Avennis et contra illum nephandum Guillermum Hollandie[k] comitem usque ad ultimum de potencia iuvare velitis. Et ego adversarios vestros sic deprimere propono, quod nullum robur aut virtutem habebunt sibi aut vobis nocendi; nam in brevi ad dominum regem Francie, cognatum meum, accedam et sibi dabo comitatum Hanonie cum omnibus appendiciis eius pro perpetuo, tali condicione, ut restitui[l] faciat nobis comitem nostrum, hominem suum, et fratrem eius, et vindicet nos de Guillermo comite Hollandie et filiis nostris nobis inimicantibus; et tunc videbit Guillermus dictus et Iohannes de Avennis et eorum complices, quid eis proficue-
1253 rint[m] rebelliones eorum'. Dixit et de facto complevit. Accessit igitur Margareta Parisius. Rex cum audisset[2], ipsam reformidans, recessit ad Sanctum Germanum in Laya, et Margareta secuta[n] est eum. Stetit igitur Margareta in regis curia [III diebus[o]], antequam accessum ad regem habere potuisset. Cum autem accessum et oportunitatem fandi habuit, incepit regi recitare[p] regis Guillermi peticiones, quas perprius rex audierat. Rex respondisse fertur peticiones non ita irracionabiles fore, sicuti[q] ipsa pretendebat. Quod audiens non conticuit, sed que conceperat de donacione comitatus Hanonie et restitucione filiorum suorum et vindicta iniuriarum sibi et filiis suis factarum omnia proferens, rex cum paciencia cuncta sustinens, cum perorasset, respondisse fertur: 'Cum filii vestri primi eque sint de sanguine vestro[r] sicut secundi, insuper cum alias protulerimus ipsos in comitatu Hanonie post mortem vestram successuros perpetuo, absit a nobis et a genere nostro, quod oblata quoquo modo recipiamus'. Et omnino contempsit ipsam et precepit, quod nunquam de ista materia sibi aut in eius presencia loqueretur. Videns ergo Margareta sic a rege se fore repulsam, accessit ad Karolum comitem Andegavensem et proposuit sibi que proposuerat regi. Qui respondit illa non audere nisi de consensu regis fratris sui. Cui rex nullo modo consentire voluit. Tunc Margareta proposuit adire alios principes. Erant tunc in curia regis comites

a) Fr. r. *B* 2. b) parte *add. B* 2. c) *deest A*, que sibi fuerant *B* 2. d) *corruptum videtur; nescio num* terminum *an* totum *legendum sit. H.-E.* e) festivaverunt *emendandum videtur. H.-E.* f) comes i. H. *B* 2. g) ad *B* 2. h) *deest B* 2. i) nobis *A*. k) c. H. *B* 2. l) nobis r. t. *B* 2. m) *sic A*; profecerint *B* 2. n) sequuta *B* 2. o) III diebus *des. A*. p) recitari *A*. q) sicut *B* 2. r) nro *codd.*; *emend. Portia.*

1) A. 1246, Iul.; vide supra c. 52. 2) Ludovicus IX. ex Terra Sancta nondum reversus fuit. Cf. Ioh. Longi Chr. S. Bert., l. l. p. 847; secundum Hist. anon. Rem., l. l. p. 548. Margareta non cum rege, sed cum regina Francie egit. *Saint-Germain-en-Laie* illic quoque memoratur. Omnia igitur haec de tractatu cum rege habito relata vero repugnant.

sex, videlicet comes Alencionis[1], comes Borbonii[2], comes Stamparum[3], comes Sabaudie[a 4], 1253.
comes Campanie[5] et comes Altissiodorensis[6], ad quos accessit. Et[b] eis proposuit que regi proposuerat. Qui, consilio adinvicem habito, responderunt unanimiter, quod, si placeret regi, ipsi erant voluntarii adimplere iuxta posse que ipsa petebat, dum tamen essent securi de comitatu Hanoniensi. Ipsa respondit se promptam fore seipsam obligare omnibus viis, quibus videretur ipsis expedire. Hoc facto in crastinum accesserunt ad regem. Rex audiens et perpendens obstinatum[c] Margarete animum, congregari fecit consilium suum, et proponens casum in integrum, consiliarii regis melius et pro omnium consciencia securius fore[d], ut maiora evitarent pericula, consulunt[e], quod dictum negocium assumeret Karolus, frater regis, tali condicione, quod ipsa solveret expensas in prosecucione facti et comitatum Hanoniensem precise per spacium vite sue obligaret et non alias, sic tamen, quod post eius mortem ad filios antiquiores, qui erant regis propinqui, dictus reverteretur comitatus; aliter nullo modo consentiret consilium regis; quod[f] et factum est.

Cap. LXXIIII.* Margareta una cum comite Andegavensi constituit diem belli Romanorum regi. (XX.144).

Karolo igitur Andegavensi comite, prout expressum est, Margarete obligato[7], de regis (Oct. 31)
bene placito et assensu retinuit pro se dictos sex comites, quatinus cum ipso contra Willermum regem Romanorum proficiscerentur[g]; multos[h] alios per Franciam, Burgundiam, Lothoringiam, Pictaviam, Normanniam conquirens, in brevi copiosum populum congregavit ad expensas Margarete Flandrensis. Cum rei seriem perpendissent, supplicaverunt regi, quatinus ad expensas ipsorum rex dedignaretur[i] duces et comites congregari ad comitum ipsorum et complicum suorum liberandum[k] potencia et fortitudine, ut regis Francorum potencia contra regis Alemannorum[l] reluceret et amaretur[m]. Tunc Francorum rex misit ad querendum ducem Lotharingie[8], ducem Burgundie[9], ducem Britannie[10] et ducem Aquitanie[n 11] cum comitibus duodecim, quorum solum duo, videlicet Lotharingie atque Burgundie, accesserunt, comites octo, videlicet Attrebatensis[12], comes Suessionensis[13], comes Branie[14], comes Dompni[o]-Martini[15], comes de Roussi[16], comes Porcianensis[p 17], comes Grandiprati[18], comes de Cigny[19]. Hos adiunxit rex cum aciebus fratris sui. In Compendio vero

*) Quod Karolus comes Andegavensis pro Margareta comitissa Willermum regem Romanorum pugnare promisit. Cap. CXII. *B* 2.

a) sabaudie *B* 2. b) *deest B* 2. c) M. an: obst. *B* 2. d) *nescio an verbum quoddam ut percipientes supplendum sit.* e) consuluit *A*: consilium *B* 2. f) quod est *om. B* 2. g) proficerentur *A*. h) alios plurimos *B* 2. i) *sic codd.* *(an)* dignaretur *aut* non dedignar *emendandum. H.-E.).* k) *sic codd.* l) almanorum *B* 2. m) timeretur *legendum esse videtur*; firmaretur *emend. Fortia.* n) acquit *B* 2. o) dampni *A*. p) portianensis *B* 2.

1) Non extitit eo tempore; Roberto IV. enim mortuo lineaque veterum comitum extincta reges Franciae usque ad a. 1268. comitatum administrabant. V. 'L'Art de vérifier les dates' XIII, p. 156 sq. 2) A. 1249—1262. Mathildis, filia Archembaldi X, cum marito suo Odone comite Burgundiae hunc comitatum tenuit; 'L'Art de vérif.' X, p. 321. 3) Domini de Étampes tunc non exstiterunt; Blanca enim, matre Ludovici IX, a. 1252. defuncta in regis possessionem haec terra transierat. 4) Bonifacius dictus Rolandus, qui ab avunculo Thoma comite Mauritaniae, quondam marito Iohannae comitissae, Margaretae huius sorori in auxilium ductus esse dicitur in 'L'Art de vérif.' XVII, p. 168. 5) Theobaldus V, a. 1253, cum patri succederet, tredecim annorum natus erat; 'L'Art de vérif.' XI, p. 382. 6) Non extitit eo tempore comes Altissiodorensis; comitissa erat Mathildis. 'L'Art de vérif.' XI, p. 230. 7) A. 1253, Oct. 31; cf. Sternfeld, 'Karl von Anjou als Graf der Provence' (1888) p. 97, qui conditiones a Iacobo dictas falsas esse monet, cum chartis testantibus Karolus Hanoniam in perpetuum haereditariam acceperit. 8) A. 1253. circa quatuordecim annos habuit Ferricus III. Cf. 'L'Art de vérif.' XIII, p. 397. 9) Hugo IV (a. 1218—1272) a. 1253. cum Ludovico rege in expeditione sacra fuit; cf. 'L'Art de vérif.' XI, p. 53. 10) Iohannem I, a. 1237—1286. 11) Comitatum Pictavensem tenuit a. 1241—1271. Alfonsus, frater Ludovici IX; 'L'Art de vérif.' X, p. 120. 12) Robertus II. a. 1253. circa trium annorum fuit; cf. 'L'Art de vérif.' XII, p. 370. 13) Iohannes II. de Nesle. 14) Braine (dép. Aisne). 15) Qui illo tempore non extitit; cf. 'L'Art de vérif.' XI, p. 439. 16) Iohannes III, a. 1251—1284. 17) Château-Porcien (dép. Ardennes). 18) Grandpré (dép. Ardennes); Heinricus VI. 19) Chini; Arnulfus V, comes de Looz, qui Iohannam de Chini duxerat; cf. 'L'Art de vérif.' XIV, p. 273. His autem partibus Wilhelmi et fratrum de Avennis adhaerebat, ut e charta Heinrici episcopi Leodiensis a. 1259, Febr. 14. data, ubi *Erbaus cuens de Los et de Cigny* inter testes invenitur, elucet; v. Martene, Thes. III, col. 1052; Wauters V, p. 77. Omnia fere haec nomina certe falsa fictaque sunt, ut Sternfeld l. l. p. 99. sane falso haec vera et bene enumerata esse censuerit. Primatus, SS. XXVI, p. 640. nullum horum, sed Vindocinensem, Blesensem, S. Pauli comites, dominum de Couci recenset.

1253. facta fuit congregacio, et ab illo loco miserunt regi Willermo Karolus et Margareta, quatinus remitteret libere quos tenebat in suis fortaliciis, aut deffenderet se, quia in planicie de Ascha[1] debellarent ipsum infra diem . . .[a], si ausus esset illuc comparere, quia infallibiliter illuc ipsum et omnes sibi favorabiles expectabunt; et abhinc, nisi comparuerit, Hollandiam debellabunt. Guillermus rex audiens hiraldorum relaciones, remisit per eosdem, quod caveant, ne ipsi de assignata die belli deficiant, quia ipse non deficiet. Et in signum huius fecit dari imperator tornikellum, quo induebatur Guido Flandrie die, qua a Hollandrinis captus fuerat. Interea Guillermus imperator colligi fecit aciem armatam[b] et in armis comprobatam[c] in omnibus Alemannie confinibus. Fueruntque ducenta milia expeditorum ad prepugnam, cum enumerari fecisset ipsos die prima, qua congregati fuerunt in planicie de Ascha, dum expectare incipiebant Karolum comitem Andegavensem et Margaretam cum suis colligatis.* Karolus igitur comes Andegavensis ad Hanonie comitatum descendens[2] una cum Margareta in principio patrie villam de Haussi[3], dempto castro, et partem[d] maiorem de Sausoit[e, 4] et octo domos in Haspra[5] igni combusserunt. Quod audientes illi de patria rurales et incole, bona eorum ferre volentes ad fortalicia, capitanei ex parte Margarete illuc positi non permittebant infra castra contutari. Fugiebant igitur ad nemora, bonis eorum in manibus adversariorum derelictis; non fuit fortalicium in tota Hanonia, villa Valenchenensi et Anghien[f] dumtaxat exceptis, in quo susciperentur patrie colonianis[g] commorantes. Reppererunt igitur adversantes patriam omnibus bonis refertam, nec erat qui ipsos in principio exerceret[h]. Valencenenses audientes tantorum populorum multitudinem et modum incedendi, muros, turres et portas cum propugnaculis repparantes, ad alacriter[i] resistendum se disponentes, leprosoriam[k] ipsorum extra portam Montensem et ceteras domos fortes in circuitu ville destruxerunt, victualia patrie circumiacentis suscipientes omnibus se munierunt. Margareta comitissa misit litteras ad gubernatores ville, quatinus sibi et Karolo comiti Andegavensi, cognato suo[6], porte apperirentur amicabiliter[7], prout domine proprie tenebantur; sin autem, vellent nollent, per violenciam subintrarent. Domini ville in generali consilio litteras perlegentes Margarete, responderunt, quod, si ipsa in forma domine patrie cum statu sibi debito devenisset, cum honore debito ipsam recepissent; sed quia ut tiranna et depredatrix cum manu armata contra subditos sibi obedientes accesserat et patriam, quam tueri tenebatur, destruebat, idcirco contra ipsam, tamquam ville et patrie adversatricem, portas et villam, muros et turres cum propugnaculis claude-
1254. rent, deffenderent atque tuerentur. Quod audientes Karolus et[l] Margareta, una[l] cum nobilibus disposuerunt pro obsidione ville. Quod et fecerunt. Obsidione circumvallata[m] quinquies insultus ad diversas portas infra duodecim dies alacriter peregerunt; sed potenter repulsi a burgensibus ultra insultare ipsos non presumpserunt propter numerum interfectorum, quem apud se repererunt. Margareta dolens de nece suorum, disposuit sedem circa Valenchenas adhuc remanere, et interim reliquos[n] Carcetum[o] et cetera castra necnon[l] et villas fortes invadere iussit[8]. Castellani atque capitanei, qui ex parte Margarete in eisdem collocati erant, videntes eam, claves castrorum sibi afferebant, et ipsa in manibus Karoli statim apponebat[p]. Qui Karolus castellanos et officiarios, scabinos et villicos ex parte sui novos apponebat[9], unde barones et milites, nobiles et alii omnes terras suas a dicto Karolo tamquam a vero et naturali domino patrie ad preceptum Margarete relevaverunt, domino de Anghia[10] dumtaxat excepto[11].

a) *locus vacuus codd.* b) armatum *A.* c) comprobatum *A? B 2.* d) m. p. *B 2.* e) sauzoit *B 2.* f) anghien *B 2.* g) *emendavi H.-K.*; colonium *A*; coloni iam *B 2.* h) coerceret *fortasse emendandum. H.-K.* i) viriliter ad res. *B 2.* k. leprosariam *B 2.* l) *deest B 2.* m) vallata *B 2.* n) reliqui *codd.* o) quercetum alia castra *B 2.* p) apparebat *B 2.*

1) Asche a Bruxella ad occidentem et septentrionem versus. 2) Cf. chartam Wilhelmi regis a. 1254, Ian. 8, ed. Winkelmann, Acta imp. I, p. 446, nr. 551; Reg. imp. V, nr. 5174. 3) Haussy (dép. Nord, arrond. Cambrai). 4) Saulzois (dép. Nord, arrond. Cambrai). 5) Haspres (dép. Nord, arrond. Valenciennes). 6) Soror patris Balduini imperatoris Isabella Philippo II. regi Franciae nupserat. 7) Cf. Hist. anon. Rem., SS. XXVI, p. 548: *et vinrent a Valenciennes entre lui et la contesse. Et trouverent les portes fermees. Et la contesse manda le maieur et les jurez.* 8) Permulta castella, inter quae Quarcetum (Le Quesnoy), Karolo se dedidisse charta a. 1254, Iul. 26. (Winkelmann, Acta imp. I, p. 447, nr. 553) probatur. 9) Cf. Ioh. Longi Chron. S. Bertini, l. l. p. 897. 10) Sigero; cf. n. 11. et Wauters V, p. 127; 'Bulletin de l'acad. de Bruxelles' XXXIX (1875), p. 160. 11) Cf. Hist. anon. Rem., l. l. p. 549; 'Récits d'un bourgeois de Valenciennes' ed. Kervyn de Lettenhove (Louvain

Cap. LXXV.* Montensis villa una cum reliquis villis Hanonie preter Valencenas et Quarcetum[1] recepit honorifice comitem Andegavensem. (XX,142).

Interea, dum hec agerentur, Karolus Andegavie comes et Margareta cum suis ad- 1254.
iunctis, dum adhuc obsideretur villa Valenchenensis, accesserunt ad villam Montensem[2], que ultro reddita est[3] Margarete, quam illico dedit Karolo, qui statim claves et dominium assumpsit et novam legem novosque officiarios instituit; et omnes homagia sua tamquam a naturali domino assumpserunt; qui eciam more consueto comitum iuravit in Montibus et postmodum[a] in Senogiis[b,4]. Consimiliter Melbodii, Binchii[5], Bellomontis[c], Aath[6] et ceteris bonis villis comitatus Hanoniensis[7] accesserunt, que unanimiter se reddiderunt et Karolum loco domine in comitem receperunt cum confirmacione solempnium litterarum. Dominus autem de Ainghien[d] cernens patrie Hanoniensis dilapidacionem ab una parte, sciebat ex altera[e] parte vicinie sue Willermi regis Romanorum armatorum copiosissimam congregacionem. Providit castro atque ville sue et patrie sue circumvicine expertissimis stipendiariis, machinis, arcubus, balistis et ceteris ad deffendendum neccessariis, et prout legitur in libello societatis Rotundorum, dictus dominus d'Ainghien[f] mandavit pro ipsis et pluribus aliis usque ad septingentos socios, omnes ad preliandum paratissimos, qui die noctuque circa territorium d'Ainghien[f] in nemoribus diversis latitabant. Cum dictus Karolus et dicta[g] Margareta Senogiis[b] devenissent, et super sanctum confessorem Vincencium comitum more iurasset Karolus, in crastinum acies suas disposuit ad[h] crastinum et ad villam d'Ainghien[f] invadendam[8], quia ipsum in comitem recipere recusaverat. Recesserunt homines armorum a Senogiis[b], et dum fere per leucam incessissent: et ecce subito dictus dominus d'Ainghien[f] et ex insperato extra[i] nemora prosilierunt fere sexcenti cum arcubus et sagittis, telis et lancheis, qui magnam peremerunt multitudinem armatorum, et in tantum, quod Karolus cum sua gente retrocesserunt et aliam viam ad Anghiam perquirentes, nocte illa apud Silliacum[9] aciem metatus est. Cum autem nocte illa terram de Anghia[f] combustioni atque direpcioni exposuissent, ex villa et territorio d'Ainghien[f] cum sociis Rotundis simul iunctis fere duo milia circa noctis medium aciem invaserunt et stragem permaximam exercuerunt, spoliaverunt aciem et copiam magnam nobilium interfecerunt. Interfecti fuerunt comites duo, qui nocte illa fecerant excubias, videlicet comes Grandiprati et comes de Cigny; milites octo, videlicet dominus Iohannes de Fera in Tardenois, dominus Balduinus de Germaines, dominus Walterus de Condato supra Matronem, dominus Iacobus de Scry[k], dominus Guido de Baleham, dominus Iohannes de Gothis, dominus Henricus d'Ambennay et dominus Théodericus de Mailli[l]; de scutiferis et aliis certus non fuit annotatus numerus. Karolus et Margareta videntes stragem pervalidam, consilio delibe-

*) Quod Karolus Andegavensis Valencenas et post Anghiam obsedit, sed multos perdidit. Cap. CXLII. *B* 2.

a) postea *B* 2. b) sonegiis *B* 2. c) bellimont *B* 2. d) anghien *B* 2. e) alia *B* 2. f) denghien *B* 2. g) ipsa *B* 2. h) ad cr. et *des. B* 2. i) pros. e. n. *B* 2. k) *an* d'Escry *legendum?* l) mailly *B* 2.

1877) p. 83: *En l'an mil IIClIIII. le conte Charles d'Anjou entra en la conté de Haynau a tout moult grant plenté de gens d'armes et assiega la ville de Valenchiennes. Et quant les bourgeois de la ville sceurent qu'il devoit venir, ils firent abatre la grande maladerie. Celuy conte Charles d'Anjou fut* (fist ?) *tant et tint siege si longuement devant la ville qu'elle luy fut rendue; et puis, apres la rendition de Valenchiennes et qu'il eult mis et laissiet bonne et grande garnison dedens des plus soeürs et millieurs chevaliers et soudoyers de son païs, il s'en alla assiegier la ville et le chastel de Mons, qui luy fut rendue et grant plenté de forteresses en la conté de Haynau; mais le sire d'Enghien se tint contre luy et ne luy veult rendre sa ville, ne son chastel.* narrant. 3) Contraria refert Hist. anon. Rem. l. l. 4) Soignies. 5) Error; secundum Hist. anon. Rem. l. l. et chartam a. 1254, Iul. 26. supra laudatam Binchium in potestate Iohannis de Aveanis remansit. 6) Cf. Chron. Aegidii li Muisis (de Smet II, p. 180): *Qui veniens obsedit villam et castrum de Montibus, villam de Enghien et villam de Ath et fecit plures ruinas in patria Hannoniae.* 7) A. 1254, Iul. Karolus tenuit Valentianas, Bouchain, Berlaimont, Quarcetum, Montes, Ath cum pertinentiis; cf. chartam supra p. 330, n. 8. memoratam. 8) Cf. Hist. anon. Rem., l. l. p. 530; Ficker, Reg. imp. V, nr. 3195 a Anghiam non Hannoniae, sed Brabantiae feodum fuisse monet. Cf. Melis Stoke ap. Boehmer, Fontes rerum German. II, p. 426: *En trecte vor Adinghen te kant.* 9) Silli inter Ath et Enghien.

1) 'Récits d'un bourgeois de Valenc.' l. l. deditionem oppidi Montensis post eam urbis Valentianensis

1254. rato proposuerunt ad obsidionem Valenchenarum reversuros, ut, dum villa concordasset cum ipsis, simul ad dictum castrum d'Ainghien[a] destruendum forciores reverterentur; at dum recedere disponerent, iterum subito invasi, magnam predam in fine perdentes, fugacius incedentes, Valenchenis infra biduum pervenerunt.

(XX,143). Cap. LXXVI.* Margareta datis fideiussoribus Valencenensem villam intrat, ut recipiatur comes Andegavensis.

Cum autem ad obsidionem pervenissent, infra tres dies consequenter in duabus portis vehementissime villam invaserunt, videlicet ad portam Cameracisii[b] et portam Montensem. Duravit autem insultus fere per semidiem. Ex utraque parte fuerunt plures interfecti, Valenchenenses vero adversarios, licet cum magno dispendio, retruserunt. In crastinum vero in porta videlicet Cardonis hora prandii iterum periculosius invaserunt et adeo ferociter, quod ad propugnacula murorum scalas, cordas et huiusmodi instrumenta alligantes multi conscenderunt, et cum crediderunt per locum illum villam obtinere, tandem, quotquot[c] ascenderant, interfecti sunt. Valencenenses vero magnam perdiderunt gentem, et retrocesserunt adversarii. In crastinum videntes, quod per violenciam et vi armorum subici non poterant, proposuerunt tractatus fieri mandaveruntque gubernatoribus ville, quatinus domine Margarete eorum comitisse venirent ad locum leprosorum extra portam Montensem ad tractandum de pace et concordia. Qui totaliter respuentes responderunt non esse comitissam, sed adversatricem eorum. In crastinum iterum rescripsit domina, si fideiussores sufficientes vellent dare, quod domina in propria veniret persona ad tractandum cum ipsis; et ita factum est. Cum autem pervenisset ante fallas[d], et prepositus cum iuratis pacis descendentes precise ad hostium falle[d] et non ultra obviantes, ei dixit Margareta: 'Admirari non possumus, qualiter vos executores iusticie nostre in villa nostra Valencenensi, qualiter nobis, que[e] sumus comitissa vestra, sic[f] rebellantes fuistis, quod portas nostras ante nos clausistis, gentes nostras occidistis et dampna gravia et quamplurima nobis intulistis. Ecce tota patria Hanoniensis, bone ville, prepositure, bailliviatus et castella[g], et vos soli et dominus d'Ainghien[a] contra nos rebellastis.' Dominus Egidius Minave[h] ville prepositus cunctis audientibus respondisse fertur: 'Domina, respondistis, quod vos venistis ad villam vestram, et quod clausimus portas vestras ante vos; item dicitis, quod estis comitissa et domina naturalis nostra, et quod occidimus gentes vestras et fecimus dampna gravia et quamplurima vobis[i], et finaliter, quod tota patria Hanoniensis ultro se obtulit vobis. Ad primum respondeo, quod villa Valencenensis non est vestra neque porte neque muri; recognoscimus tamen, quod certam pecunie summam tenemur vero et ydoneo comiti annuatim dare, tali condicione, quod ipse tenetur per iuramentum tueri et deffendere villam nostram Valencenensem. Persoluto debito illo nichil penitus super villam possunt racionabiliter exigere, et hoc iurastis ad sancta Dei ewangelia. Quantum ad secundum, quando dicitis, quod estis comitissa et naturalis domina nostra ac patrie Hanoniensis, respondemus, quod, si tirannitrices debeant dici domine naturales alicuius terre, satis consentirem dictum fore verum; audivi a clericis et [predicatoribus[k]] differencias inter dominum naturalem alicuius patrie et tirannum, et quia illas condiciones probavimus in vobis fore, idcirco clausimus portas ville nostre, et prius omnes moriemur, antequam per violenciam quidquam immutetis, et ad hoc interfecimus gentem et interficiemus alios tanquam fautores tiranorum. Et volumus vos scire, quod neque vos neque Karolum vestrum in nullo timescimus; sumus provisi de omnibus ad obsidionem pertinentibus. Et si interfecimus gentem vestram, non invasimus eos; licet enim vim vi repellere. Caute tamen si remansissent in Francia, nunquam ipsos interfecissemus. Quantum ad conclusionem finalem, dicitis, quod tota patria ultro vos recepit. Respondemus, quod illa allegacio in nullo contra nos concludit, tum quia quelibet bona villa habet suas consuetudines et libertates, non debemus ipsos insequi, sed e converso ipsi nos; tum quia, si malefecerunt, in eorum malicia non intendimus ipsos in-

*) Quod in secunda obsidione Valencenensi per Karolum Andegavensem Margareta datis obsidibus villam intravit. Cap. CXLIII. *B* 2.

a) deaghien *B* 2. b) cameracesii *B* 2. c) quodquod *A*. d) phalas *et l.* 22. phale *B* 2. e) qui *A*. f) *desit B* 2. g) ultro se obtulerunt nobis *ex loco infra l.* 31. *sequente supplenda videntur. H.-E.* h) minabe *l. A*; minaue *B* 2. i) nobis *A*. k) *in spatio vacuo relicto minio suppl. A*; litteratis *B* 2. l) se *add. codd.*; *cf. supra l.* 31. ultro se obtulit.

sequi[1]. Quibus peroratis, cunctis audientibus [quesivit[a]], si eius responsionem approbabant. 1254.
Tunc a dextris et a sinistris omnes proclamaverunt[b]: 'Sic, sic, sic, omnia approbamus'. Cum autem prepositus audivisset communitatis responsionem, tunc dixit domine: 'Nunc est hora tractandi. Proponatis cunctis audientibus'. Tunc domina voluit fallam[c] intrare et cum temperamento pronunciare volebat. Cui prepositus: 'Nunquam ista tractabitur materia nisi in omnium presencia'. Indignata Margareta per unum proloquutorem Parisiensem fecit plures proponi conclusiones, inter quas erat principalis, quod, cum Margareta ex vera successione dominorum comitum naturalium ipsa sine medio descenderit, ipsa dictum comitatum potest liberaliter vendere nobilibus aut pauperibus, ubicunque suam applicuerit voluntatem. 'Et quia in regis Francorum Ludovici atque baronum suorum [presencia[d]] tam solempniter dederit suo cognato Karolo Andegavensi comiti perpetuo[e], requirit, quatinus illis litteris sigilla ville Valenchenensis in signum ratificacionis [apponatis[e]]'. Prepositus suos convocavit iuratos et notabiliores ville. Consilio inito respondit prepositus: Illam conclusionem non concordarent, quia alias villa ad insinuacionem ipsius domine Margarete [sigillavit[e]], quod dominus Iohannes de Avennis succederet legitime in comitatu Hanoniensi; et idcirco illa conclusio non erat racionabilis, et usque ad mortem hanc conclusionem non essent facturi. 'Verumptamen si vellet dicto Karolo solum tempus residuum vite sue [dare[e]], super istis infra triduum habebimus consilium'. Die expirato requisivit Karolus et Margareta, quatinus villam intrare valerent cum certo numero milium; concessit sibi villa[f]. Concordia fuit talis, quod quidquid Margareta habebat[f] in comitatu, solum per residuum vite sue et non alias ipsi approbabant datum, salvo iure cuiuslibet.

Cap. LXXVII.* Valencenenses recipiunt comitem Andegavensem tanquam naturalem dominum suum. (XX, 44).

In crastinum igitur villa in armis totaliter posita concordi assensu elegerunt centum burgenses tocius ville notabiliores, qui cum preposito et cum iuratis et cum domina Margareta inhermes[g], capitibus denudatis, cum sertis rosarum et florum, ramis virentibus in manibus portantibus[h] ad portam Montensem accesserunt. Tunc porticu aperto[i] domina Margareta cum sibi adiunctis exiens, ad leprosariam accedens, illuc repperit Karolum Andegavensem cum centum nobilibus. Inhermes[l] [cum[k]] sertis florum, capitibus [denudatis[k]] et ramis virentibus foliis in manibus venerunt ad portam Montensem, que ultro apperta est; et cum Margareta et Karolus cum centum nobilibus inhermes[l] introissent, clauserunt portam. Tunc omnes[m] simul ante phallam[c] pervenerunt. Tunc quibusdam convencionibus perlectis et ab utraque parte approbatis, prepositus et iurati ville ipsum Karolum Andegavensem receperunt ipsum in comitem Hanoniensem, vita Margarete durante; et tunc fecit iuramenta in manibus prepositi atque iuratorum comitibus fieri consueta[3]. Deinde deposuit prepositum atque iuratos ab officiis eorum et restituit ipsos tamquam comes. Ab illo tunc usque ad [octo[n]] dies remansit in villa, nichil aliud faciens nisi ad instinctum Margarete confirmans previlegia, libertates pro bonis villis Hanonie, pro ecclesiis tocius patrie Hanoniensis, ad hoc, ut eius fama memoria perpetua sui principatus perpetuaretur[4]. Unde ut Margareta ecclesiam sancti Iohannis Valencenensis[4] apud Karolum recommendatam haberet, rogavit, quatinus previlegia eorum approbaret et alia superadderet, quia in eadem domina Iohanna, soror sua, et ipsa in eadem baptizate fuerunt[5]; qui Karolus cum litteris annuit quidquid Margareta expostulavit. Hiis igitur sic agentibus, et ecce

*) Concordia inter Valencenenses, Karolum Andegavensem et Margaretam comitissam. Cap. CXLIIII. *B* 2.

a) *deest A.* b) clamaverunt *B* 2. c) phalam *B* 2. d) suo conatu Karolo andegavensi comiti *iterum add. A.* e) *deest codd.* f) habebit *B* 2. g) inhermis *B* 2. h) *sic ut A habet corrupte Iac. scripsisse videtur; nisi auctor portam anticipando errorem commisit, quem scriba cod. A, ut supra, auxit*: portam *B* 2. i) inhermé *B* 2. k) *deest codd., suppl. Fortia ex l.* 26. l) inherm̃ *B* 2. m) s. o. *B* 2. n) octo *in loco vacuo postea suppl. B* 2; previlegia *A, quod contra sensum.*

1) Aliter rem narrat Primatus, SS. XXVI, p. 639. 2) Hist. anon. Rem., l. l. p. 549: *Et maintenant li furent ouvertes les portes, et entrerent ens li cuens d'Anjo et la contesse a toutes leur gens.* 3) Cf. Hist. anon. Rem., l. l. p. 549. 4) Cf. Stornfeld l. l. p. 100. 5) Cf. chartam Margaretae a. 1278, Nov. datam apud D'Outreman, 'Hist. de la ville et comté de Valentiennes', App. p. 30; Le Glay, 'Hist. de Jeanne de Constantinople' p. 3.

1254. septima die ab eius recepcione iuxta Valencenas transierunt quadrigenti bachineti equitantes versus Haspram, et in alia parte totidem[a] versus Duacum. Tunc perpendit, quod rex Guillermus veniebat. Consilio inito[1] eadem nocte ipse Karolus et Margareta cum omnibus sibi coadiunctis recesserunt[2].

(XX,145). **Cap. LXXVIII.[a] Karolus comes Andegavensis fugit a facie regis Romanorum.**

Beka p. 86. Ex Historia Hollandie: Margareta ruinam sue gentis a rege Guillermo executam amare deflens solicitavit Karolum Andegavensem comitem, fratrem sancti Ludovici confessoris et regis, blandis suggestionibus et largis stipendiis, ut idem comes cum exercitu copioso demum ad Hanoniam veniret, demandans regi, quod ipsum ad committendum prelium in deserta planicie de Ascha potenter expectaret; nec mora, quin et ipse rex cum electis bellatoribus in Ascham venit et Karolum comitem ad tres dies ultra prefixum terminum expectavit. Denique rex avulsis castris exercitum suum direxit ad Hanoniam, disponens circumvolare Karolum comitem infra villam Valencenensem. Sed Karolus magoanimitatem regis metuens secessit ad Franciam, et ex tunc oppidani Valenchenenses domino regi portas apperientes[a] recepti sunt ad graciam. Demum per amicabiles internuncios Margareta comitissa Flandrensis amiciciam regis adepta est, et omnis controversie discordia prorsus in hunc modum terminata est, quatinus Iohannes de Avennis, primogenitus eiusdem Margarete, sororius regis, comitatum Hanoniensem et terram Alostensem in hereditatem acciperet, et Guido[b], qui iunior natus fuerat, comitatum Flandrie possideret. Interea, dum hec agebantur[c], Iohannes de Avennis cum copiosa multitudine armatorum totam patriam Hanoniensem circuiens ab omnibus bonis villis, castris et opidis, nobilibus et innobilibus cum honorificencia tamquam comes et dominus naturalis eorum, diruptis litteris et obligacionibus Karoli[4], susceptus est. Guillermo autem rege Romanorum a patria Hanoniensi recedente, sperans Margaretam debere tenere que promiserat, dum ad Hollandiam devenisset, audivit Margaretam non velle sigillare que spoponderat[5]. Indignatus reposuit redempcionem filiorum suorum atque comitum, videlicet Guidonem et Iohannem, fratrem illius, comitem [de[e]] Barry[e] et comitem de Ghisnes, absolute manibus sororii sui Iohannis de Avennis et Florencii supradictorum[6]. Ex Historia Hanoniensium Rotondorum[f]: Dicti Rotondi[f] considerantes pericula eis imminere, quia Margareta eos capitaliter odiebat, dum rex . . . . . .

*) Quod Willermus rex Romanorum disposuit obsidere Karolum Andegavensem in Valencenis, et Valencenenses aperuerunt portas regi. Cap. CXLV. *B* 2.

a) *emendavi H.-E.*; cotidie *A*; quotidie *B* 2. b) et iunior G. q. n. f. *B* 2. c) agerentur *B* 2. d) *deest codd.* e) barri *B* 2. f) rotund. *B* 2.

1) Res apud Valentianas gestas Primatus, SS. XXVI, p. 640. prolixius, sed non certius narravit. 2) Cf. Hist. anon. Rem., l. l. p. 540; cur recesserint, disquisierunt Hintze, l. l. p. 130. et Sternfeld l. l. p. 100. 3) Hoc non verum videtur; cf. Reg. imp. V, nr. 5195b. 4) Cf. c. 77. 5) Haec, quae lac. solus referi, proxime ad verum accedere videntur, cum post inducias a. 1254, Iul. 26. pactas condiciones pacis tractatus esse verisimile sit. 6) Cf. supra c. 71, ubi dictum est in fine regem redemptionem comitum captivorum pro se ipso suscepisse.

CRONICA S. PETRI ERFORDENSIS MODERNA.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Cronica moderna *inscribitur chronico in monasterio Montis S. Petri Erfordensis conscripto in duobus codicibus, quorum alter integrum hoc opus, alter initium eius continet; qui quidem titulus in his codicibus praefixus est scriptiunculae chronico Montis S. Petri praecedenti, qua de ordinibus religiosis diversis temporibus usque ad saec. XIII. fundatis relatum est, neque tamen ad hanc solam*[1], *quae nullo iure cronica diceretur, sed ad chronicon sequens a.* 1070—1355. *potissimum spectat; quod apparet ex eo, quod in codice S. Petri Erfordensis Ekkehardi chronicon additamentis auctum continente*[2] *ad a.* 1070.[3] *manu saec. XIV. adscriptum sit*: Nota ab ista parte incipit cronica moderna. *Quae moderna nominabatur respectu Annalium Lamperti Hersfeldensis in eisdem codicibus huic praecedentium, continuatione Erfordensi a.* 1078—1181. *auctorum. Cum igitur iam saec. XIV. monachi Montis S. Petri hoc titulo usi sint, nobis eum assumere convenit.*

Atque illa scriptiuncula, qua ordines religiosi recensentur, praemisso loco quodam et subiuncto alio a. 1274. *ex Cronica moderna sumptis, minime ab initio eidem cronicae coniuncta fuit, neque a monacho Montis S. Petri, sed a fratre quodam ordinis Minorum conscripta videtur esse*[4], *neque is, qui eam Cronicae modernae praefixit, locos ex eadem sumptos animadvertisse videtur, qui non bis eadem eodem in codice descripsisset. Cum vero in codicibus nostris altera alteri praecedat*[5], *illam loco suo movere noluimus. Atque in alius chronici Erfordensis, cui inscribitur Liber cronicorum*[6], *appendice indiculus quidam ordinum religiosorum fundatorum simillimus eidem, qui illa scriptiuncula exhibetur, exscriptus est*[7]. *Alii indiculi eiusdem generis aliis chronicis sive annalibus praefixi inveniuntur*[8]; *quo more scriba quidam, cum novum exemplar Cronicae S. Petri describeret, inductus videtur esse, ut hunc indiculum fratris cuiusdam Minoris Erfordensis operi praemitteret*[9].

1) Ut quidem E. Br. Stübel, 'Das Chronicon Sampetrinum Erfurtense' (Diss. Lips. 1867) p. 8. opinatus est. 2) Nunc in bibliotheca ducali Gothana adservato; cf. SS. VI, p. 200, n. *a*. 3) Ab hoc anno series annorum in codicibus incipit, licet a. 1070. 1071. nihil adscriptum sit. 4) Quod patet ex eo, quod in ea ordo Minorum prius quam ordo fratrum Praedicatorum fundatus esse dicatur, et ex eo quod in fine de privilegio fratribus Minoribus a Martino IV. papa dato legitur. 5) Etiam Nicolaus de Siegen in suo codice Cronicae modernae eam haud dubie legit, qui (ed. Wegele p. 250—252) nonnulla ex ea descripserit. 6) Edito a Car. Wenck, 'Zeitschrift f. Thüring. Gesch. u. Alt. N. F.' IV, p. 247—250. 7) In utriusque fonte iam quaedam ex Cron. Minore Erfordensi exscripta fuisse videntur, nisi concedere mavis eundem indiculum potius a fratre Minore Erfordensi in Cron. Minore exscriptum esse. 8) Ut Ann. Mogunt., SS. XVII, p. 1; Ann. Halesbrunn. mai., SS. XXIV, p. 43. 9) Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 534 sq.

Cum Thuringia neque episcopatum haberet neque in hac terra antiquis temporibus monasteria, quae ceterae provinciae patriae nostrae habebant celeberrima, condita essent[1], *cum reliquis litteris historia siluit per quatuor fere saecula in hac provincia, postquam Winfridus incolis eius evangelium Christi praedicavit*[2]. *Demum cum saec. XI. exeunte duo coenobia ordinis S. Benedicti, monachis Hirsaugiensibus data, fundata essent, quae cito laete efflоruerunt, res gestae Thuringicae in hac ipsa provincia conscriptae sunt, ac quidem usque ad medium saec. XIV. nusquam fere nisi in his duobus monasteriis Montis S. Petri Erfordensis et Reinhardsbrunnensi*[3]. *Unde posteriores omnia fere quae de rebus in Thuringia saec. XII. et XIII. gestis scripserunt ex libris horum coenobiorum hauserunt. Et cum hae ecclesiae sorores essent congregationis Hirsaugiensis*[4], *evenit, ut monachi utriusque coenobii libros suos inter se communicarent, ut incolae Montis S. Petri multa ex libris Reinhardsbrunnensibus exscriberent, monachi Reinhardsbrunnenses plurima ab Erfordensibus mutuarentur. Summam quasi et collectionem historiarum in utroque monasterio conscriptarum praebent Cronica S. Petri moderna et Cronica Reinhardsbrunnensis, quas hoc volumine coniunctas edimus.*

Ut monachi Montis S. Petri res gestas scriberent, Lamperti Annalibus in hoc monasterium allatis prima occasio data est. Nam cum monachus quidam S. Petri saec. XII. in. excerpta annalium Lamperti 1038—1077. *in codice, qui nunc in bibliotheca Pommersfeldensi illustrissimi comitis de Schoenborn-Wiesentheid servatur*[5], *descripsisset, eis annales* 1078—1163. *permultis manibus monachorum S. Petri ab ineunte saec. XII. usque ad a.* 1163. *subditi sunt, quos Annales S. Petri Erphesfurt. antiquos vocamus. B. m. W. de Giesebrecht*[6] *quidem aliique eum secuti*[7] *contenderunt hos annales ex Cronica moderna excerptos esse, ignorantes, quando haec Cronica conscripta sit; sed hoc falsissimum esse iam censebit quicumque in imaginem folii horum annalium arte phototypica effectam, huic volumini insertam (Tab. I), oculos converterit*[8]. *Horum annalium maxima pars transscripta est in codice antiquo Montis S. Petri integros Annales Lamperti continente, ut his continuatio subiungeretur, ac primo quidem usque ad a.* 1153. *Nam circa a.* 1155. *ex hoc codice Annales Lamperti cum hac continuatione usque ad a.* 1153, *addita nota a.* 1154[9], *descripti*

1) Olirdruf fuit cella monasterii Hersfeldensis ideoque nullius momenti, quamvis iam s. Bonifatius hoc loco monasterium fundasset. 2) Quod X. Wegele, Anp. Reinhardsbr. p. V—XI. bene exposuit. 3) Si demis annales brevissimos, quorum reliquiae reperiuntur, Cronicam Minoremi fratris ordinis Minorum Erfordensis, Sifridi de Balnhusin Historiam universalem et Compendium historiarum, in quibus panca de rebus Thuringicis leguntur. In Cella Paulinae ordinis S. Benedicti saec. XII. in. fundata et monasterio Ilfeldensi ordinis Praemonstratensis a. 1190. fundato tantum libelli conscripti sunt, qui res gestas ipsorum monasteriorum continent. In coenobiis Thuringicis ordinis Cisterciensis saec. XII. fundatis, Georgenthal, Volkenrode, Walkenried, Pforta, res gestae non conscriptae sunt, cum monachi huius ordinis historiae raro studuerint. 4) In Monte S. Petri quidem iam circa a. 1060. monachorum coenobium fundatum est, canonicis regularibus expulsis (cf. O. Dobenecker, Regesta Thuringiae I, p. 173, nr. 827), sed post a. 1085, ut videtur, inter a. 1087. et 1089. monachi Hirsaugienses eo adducti sunt et subditi Giselberto abbati, qui coenobium Reinhardsbrunnense regebat. Quod quomodo factum sit, ignoratur. 5) Cf. Lamperti opera p. LIX (B3b). 6) 'DKZ.' ed. 1. III, p. 1014. et in sequentibus editionibus huius operis et 'Forschungen z. D. G.' XIII, p. 646 sq. 7) Praesertim O. Posse, 'Forschungen' XIII, p. 336. 8) Vide quae exposui 'N. Archiv' XXI, p. 542 sqq. 9) Huic continuationi a. 1078—1154. Annales S. Petri Erphesfurt. breves inscripsi. Qui exscripti sunt in continuatione chronici Ekkehardi codicis Veterocellensis, quam G. H. Pertz SS. XVI, p. 15 sqq. nominavit Annales S. Petri Erphesfurt. et Aquenses, cum praeter hanc continuationem Lamperti Erphesfurtensem Annales Aquenses SS. XXIV, p. 33 sqq. editi in hac continuatione exscripti sint; quorum annalium Aquensium et Erphesfurtensium commixtorum exemplar Veterocellense etiam in Ann. Veterocell., SS. XVI, p. 42, a. 1133—1166. exscriptum est.

M.lxxvi

M.lxxvii

M.lxxviii Sedm bellū fuit ī occidentē

M.lxxix

M.lxxx Henric⁹ rex nat⁹ ē q̄ imperiū ad huc pene suo regnāre cep̄

M.lxxxi Hermann⁹ regnū mualm.

M.lxxxii

M.lxxxiii Sigefrid⁹ archiep⁹ o. cū Wezel

M.lxxxiv Quartū bellū fuit

M.lxxxv

M.lxxxvi Wezil ē cū Ruthard⁹ fuit

M.lxxxvii Vi. bellū fuit

M.xc.

M.xci.

M.xcii.

M.xciii Festiuitatē q̄ hōiū fuit

M.xciv. Immunitabit ps̄l leprosō

M.xcv.

M.xcvi

M.xcvii Gisilb⁹ epūs ecclē abb. uenit ierosolimā ibiq̄ obiit

M.xcviii. Burchard⁹ abb fact⁹ ē epūs fuit vii. kl̄ feb. ab ipso codē anno fundata ē basilica s. apl̄i Pet. et Paul.

M.xcix Henric⁹ filius henr. imp. regnū optinuit

M.c. Cōno co. mes occisus ē.

M.c.i. Henric⁹ imp. apud Leodiū o.

M.c.ii. Pater eius fuit.

M.c.iii

M.c.iv. Pater eius fuit epūs.

M.c.vii Ruthard⁹ archiepūs o.

M.c.x

M.c.xi Henric⁹ dōnū aplicū capit.

M.c.xii Ab obitu karoli magni usq̄ ad hunc annū ccc. anni fuerūt.

M.c.xiii. Rex Henric⁹ iuuenis dux.

M.c.xv Bellū fuit in Welfesholz.

M.c.xvi Burchard⁹ abbās amisit cū Rege

M.c.xvii. Mogūtia tota mortalitate magna fame

M.c.xviii Ecclesia Oppenheim cremata.

M.c.xvii Henricus imperator coronatus est. Castellum quod dr. Calfese obsessum est.

M.c.xx. Robur in longū

M.c.xxi Burchard⁹ amissa abbatia ep̄atū

M.c.xxii Henric⁹ comes Suringie

M.c.xxiii Rex Henric⁹ cum exercitu ad bellum Adelbertum archiepiscopum Moguntinum

M.c.xxiv Pax facta est inter imperatorem et Romanos

M.c.xxv. Henric⁹ imp⁹ o. cū Lotharingis pugnā. Tr. fuit.

M.c.xxvi Henric⁹ imp⁹ cepit exercitum Lotharingie et Boemie cū Karolo

M.c.xxvii Ripr̄ abb. cū Wernh. huius congregationis n. fuit. Lotharius Spirum obsedit.

M.c.xxviii Lotharius obsedit Spiram.

M.c.xxvii

M.c.xxx. Pascha.

M.c.xxxi. Pascha.

M.c.xxxii. Hoyerus Mansfelt. Gotehardus Hildensemensis episcopus

M.c.xxxiii. Lotharius rex cū richeza regina imperiale nomen suscepit.

Eclipsis facta est solis. iii. Aug.

M.c.xxxiv Henricus comes de Northeim

M.c.xxxv Nomen grex uenerat ad imp. Lotharium cū magno muneribus

M.c.xxxvi Lotharius imperatorum Romam peruenit. Aquisgrani ducta est sup. Henricum

M.c.xxxvii Adelbertus archiepiscopus Lotharium imp. in reuertendo de Italia obiit. delatq̄ Saxoniā in Lotharingiā sepultus est. Hengol Herbipolensis

M.c.xxxviii Cunradus Lotharium in regnū successit. Adelbertus ppositus Hamburgensis et epūs magonti. Werinherus abb Erfurdensis o. cū Rudigero successit.

M.c.xxxvii. Henricus dux Bauarie filius Gertrudis regine Lotharii o. Otto Babenberg o. cum Egilberto successit.

M.c.xl. Ludewicus comes palatinus Rheni obiit.

M.c.xli. Adelbertus archiepūs mogontinus o. cum Marcolfo Magistro concertatio fuit. Pestilentia in Erphesfurt multos necauit. Archiepūs milites in kl. Sept. quādam occidit. multi ex utraq̄ parte ceciderunt.

M.c.xl.ii. Monasterium s. Petri in Erphesfurt exustum est. Adelbertus archiepūs Marcolfum epūm mogontinum. et Henricum ppositum s. Rudegerum abbatem cum Werinhero eiusdem cenobii monachis.

M.c.xl.iii. Ekkeleich epūs obiit.

M.c.xl.iii. Rudolfus comes occisus. Magna mundatio aque fuit in Erphesfurt. vii. Kl. Iunii.

M.c.xl.v. Terremotus abiit.

M.c.xl.vi Cōnradus rex ad Polenos cum exercitu.

M.c.xl.vii. Cōnradus rex leprosō lemā pfiteri fecit. Dedicatum est monasterium s. apl̄orum Petri et Pauli Erfesfurt. xvi Kl. Iul. Wernherus abbas Erfurdensis o. cum Gelfrado s.

M.c.xl.viii. Cōnradus ab imperatrice Richenza reuersus est. Brunwigus episcopus obiit. in Folkoldesrode. iii. Kl. Aprilis. Ludewicus comes palatinus Rheni. anno Imperii sui xiii. Lamperti longa decocta corrumpitur. obiit in Erphesfurt. anno scilicet transitionis eius ab incarnatione domini. Rudolfus archiepūs cum Adalberto s. Bucco epūs o. Wormatiensis. Sigefridus epūs. Hamburgensis.

M.c.l. Famosa uita et moralia hominum. Cunradus rex Romanorum. Otto rex Saxonum. Conradus rex. Friderici ducis Suevie et comitis Hohenstaufen filius. Rex fuit in Erphesfurt.

M.c.li. Signum solis apparuit. viii. Kl. Febr. Fridericus Henrici magni archiepūs ex permissione pape Eugenii depositus est. Arnoldus electus est. Sed propter paucos dies papatum Henrici defuncti.

M.c.lii. Cunradus rex Romanorum transiit. Adelbertus archiepiscopus Moguntinus obiit. Godefridus comes de Cappenberg fundator magne fundationis abbatie fuit. Fridericus rex Italiam petiit.

M.c.liii. Fridericus rex Romanorum imperator factus est. Bella fuit in Francia. Thomas Mauricius Lateranensis ecclesie cardinalis.

M.c.liv. Henricus dux Saxonum petit ad bellandum in Frisiam. Hermannum palatinum comitem Rheni.

M.c.lv. Cunradus marchio Misnensis.

M.c.lvi. Fridericus imperator Wormatiensis. Godefridus de Bruchusen. Wormatiensis. Werinherus comes Gleichensis. Wormatiensis. Wernherus fuit abbas Erfurdensis.

M.c.lvii. Fridericus comes Gleichensis. Wormatiensis. Wernherus magister.

M.c.lx Arnoldus archiepiscopus Coloniensis beliator extra magnum. Mogontinum. Treuerensem. Wormatiensem. occisus est. ab ecclesia sua Coloniensi archiepūs Coloniensis. cui cesserat archiepūs Treuerensis habuerat Sifridum comitem de Henneberg.

M.c.lxi Brando archiepūs Magdeburgensis. Hildesemensis. Halberstadensis. Mogontinus. s.

M.c.lxii Grandis et reperta magna et multis locis fuit. Indulgentia ecclesie erat omnibus hoc anno. Quadragesima precepta ab Everwino Treuerensi archiepūs. Ide. Octobris. Wernherus Erfurdensis abbas. Sifridus comes de Gleichen. Wormatiensis. Sifridus comes de Henneberg. Wormatiensis

sunt in codice, qui periit, cuius exemplar saec. XVI. in. factum habemus[1]. *Postea vero etiam ex Annalium S. Petri antiquorum posteriore parte a.* 1154—1163. *in codice Annalium Lamperti Montis S. Petri, qui periit, nonnulla transscripta sunt, sed aucta aliis notis et dehinc continuata, nescio usque ad quem annum. Cum Annalibus Lamperti haec continuatio, quam integram non habemus, descripta est in exemplari quodam ab auctore continuationis Annalium S. Disibodi adhibito*[2] *et in altero codice Montis S. Petri deperdito, ex quo codices* 1. 1*. 2 *infra dicendi, qui post eam etiam Cronicam modernam continent vel continuerunt, originem duxerunt. Sed in illo codice continuatio Annalium Lamperti ultra a.* 1163. *producta non simpliciter descripta, sed nonnullis notis et continuatione ex altero fonte, de quo infra dicendum est, hausta usque ad a.* 1181. *perducta esse mihi videtur*[3]. *Quae omnia longius exponam et demonstrabo 'N. Archiv' t. XXI, fasc.* 3.

Iam antequam Annales S. Petri conscriberentur, fuit in monasterio S. Petri exemplar quoddam annalium ex Chronico Wirziburgensi derivatorum, Annalibus S. Albani proximum[4], *nam in Ann. antiquis secunda manu ad a.* 1078—1082. 1084. 1086. 1088. *quaedam ex hoc exemplari sumpta adscripta sunt. Postea cum circa medium saec. XII. codex chronici Ekkehardi in Montem S. Petri allatus esset, exemplar eius factum est auctum multis locis ex Annalibus Lamperti ac duobus ex illis annalibus sumptis*[5] *paucisque notis Erfordensibus, quarum unam de incendio Erfordiae a.* 1080.[6] *Lamperti Annalibus in antiquo illo codice subiunctam fuisse conicio, quae in eius continuationibus, Ann. S. Petri brevibus et maioribus, recurrat.*

Quatuor igitur codices annales seu chronica continentes iam ante Cronicam modernam in Monte S. Petri scripti eiusque auctori praesto erant: codex Annalium Wirziburgensium-Moguntinorum a. 1072—1101[7], *qui fortasse in Monte S. Petri additamento et continuatione usque ad a.* 1105 (1111) *auctus erat. Codex Annalium Lamperti cum continuatione ultra a.* 1163. *producta, Annalibus*

1) Lamperti opera p. LVIII (B 2). 2) SS. XVII, p. 28 sq. 3) Huic continuationi Annalium Lamperti a. 1078—1181. inscripsi Annales S. Petri Erphesf. maiores. Annales antiqui SS. XVI, p. 16—22. priore columna, Annales breves et maiores commixti, ib. p. 16—21. altera columna, Annalium maiorum extrema pars ib. p. 21. 22. altera columna et p. 23—25. a G. H. Pertz editi sunt. Omnes mox in Script. rerum German. emendatos edam. 4) Minime ex his descriptum, ut G. Buchholz, 'Die Würzburger Chronik' (Diss. Lips. 1879) p. 28 sq. cum P. Scheffer-Boichorst, Annales Patherbrunnenses p. 187 sq. contendit. Recte de hac re iudicaverunt W. Schum, 'Die Jahrbücher des St.-Albans-Klosters' p. 65—77. et E. Schmidt in 'Zeitschr. f. Thüring. Gesch. N. F.' II, p. 116 sq. 5) Ad a. 1078. 1081. Non mirum est, quod non plura ex annalibus illis Wirziburg.-Moguntinis Ekkehardi chronico adiecta sint, cum in eo Chronicon Wirziburgense iam exscriptum esset, ideoque eadem, quae in illis annalibus legebantur, uberiora in hoc chronico tradita essent. 6) In Ekkehardi codice a. 1079. adscriptam. 7) Recte Buchholz l. l. p. 67. censuit in codice Montis S. Petri Annales Wirziburgenses-Moguntinos tantum usque ad a. 1101. descriptos fuisse. W. de Giesebrecht quidem 'DKZ.' 'N. Archiv' XIX, p. 394) in Ann. Hildesh. et Cron. moderna 1101—1108. eundem fontem adhibitum, in hac usque ad a. 1118. continuationem quandam Annalium S. Albani exscriptam esse nullo iure contenderat. Nam inter ea, quae Schum l. l. p. 78—82, ut hanc opinionem veram probaret, ex aliis annalibus (Hildesh., S. Disibodi, Rosenfeld.) a. 1105—1118. attulit et Cron. modernam nulla ratio intercedit nisi duorum auctorum aequalium res suo tempore gestas narrantium. Atque idem censendum est de Ann. Patherbrunnensibus et Cron. moderna, in qua Buchholz l. l. p. 67. sub a. 1114. illos annales adhibitos esse nullo iure dixit. — Num Annales Wirziburg.-Moguntini in codice Montis S. Petri iam ante a. 1072. coeperint, certo inquirere non licet, sed conicio auctorem Cronicae modernae ideo ab hoc anno initium operis sui fecisse, quod ab hoc anno demum illi annales inciperent. Nam aptius ille ab a. 1077, quo Cronica antiqua, Lamperti Annales videlicet, desinit, Cronicae modernae initium sumpsisset, neque omnino apparet, quid eum moverit, ut ab a. 1072. coeperit. Notandum etiam est in codicibus 1. 1* numeros annorum ab a. 1070. incipere, sed ad a. 1070. 1071. nihil adscriptum esse, licet Ann. S. Albani, SS. II, p. 245, notulas ad hos annos adscriptas habeant.

S. Petri maioribus proxima. Uterque codex periit. Tum codex excerptorum Annalium Lamperti cum Ann. S. Petri antiquis — 1163. Denique Ekkehardi codex cum continuatione Annalium Erphesfurdensium a. 1125—1137, qui vocantur Lothariani; uterque codex etiamnunc exstat.

Ut 'N. Archiv' XXI, p. 537 sqq. exposui ac tribus argumentis allatis demonstravi et evici, Cronica moderna paulo post a. 1208, quo anno desiit, fortasse iam a. 1209. conscripta est. Ac sane auctor eius, cuius nomen indagare non possumus, optime de posteris meritus est, qui annales et sui monasterii et aliunde petitos accurate ac diligenter descripserit, rarissime dicta eorum mutaverit, breviaverit, ampliaverit, res suo tempore gestas bene, satis copiose, aeque et, quamvis Philippo regi contra Ottonem IV. faveret, ira studioque vacuus memoriae tradiderit. Qui post Annales Wirziburgenses-Moguntinos auctos (a. 1072—1105?) descripsit annales illos Thuringicos, ab a. 1115. usque ad a. 1149. in Ann. Pegaviensibus[1] exscriptos, quorum pars est continuatio a. 1125—1137. Ekkehardi Chronico in codice Montis S. Petri subiuncta[2], cui inscribebatur Annales Lothariani aut Erphesfurdenses[3]. Quo anno horum annalium initium ponendum sit, non facile est discretu, sed constat eos non demum ab a. 1115. a quo annalista Pegaviensis eos exscripsit[4], incepisse, et equidem longe verisillimum censeo eos ab a. 1110. in Cron. moderna exscriptos esse. Eos in Monte S. Petri compositos esse post G. H. Pertz omnes opinati sunt[5], quod non modo non certum, sed falsum esse mihi persuasum habeo, potius conieci eos a monacho quodam Reinhardsbrunnensi conscriptos esse, quamvis concedam hoc evinci non posse. Cum Ann. Wirziburg.-Moguntinis et his Thuringicis coniunxit auctor Cronicae modernae locos Annalium S. Petri antiquorum et continuationis Lamperti cum Ann. S. Petri brevibus et maioribus conrenientis, ex quibus etiam post a. 1149. non pauca mutuatus est. Tum vero ab a. 1152. exscripsit annales copiosiores, res gestas imperatoris et archiepiscoporum Moguntinorum et lantgraviorum Thuringiae potissimum referentes, quorum pars a. 1176—1181. integra, ut videtur, in Ann. S. Petri maioribus descripta est. Haec omnia ut demonstrarem et probarem hos annales 1152—1181. in monasterio Reinhardsbrunnensi conscriptos, fortasse usque ad a. 1184. perductos esse, alio loco studui[6]. Ab a. 1178. vero auctor Cronicae modernae ex his annalibus (Reinhardsbrunn.) paucissima desumpsit, secutus potissimum alterum fontem Erfordensem, fortasse continuationem Lamperti in Monte S. Petri longius productam. Sed quousque auctor ex aliis fontibus hauserit, a quo loco ipse res gestas scripserit, discernere nequeo. Sane etiam sub a. 1185. 1186. annales quosdam exscripsisse videtur, cum Theoderici marchionis de Landsberg obitum et ad a. 1185. recte et ad a. 1186. falso adnotaverit.

Altera pars Cronicae modernae demum longo tempore post a. 1208. adiecta est, videlicet paulo post pacem a. 1276. Nov. 26. inter Rudolfum regem et Ottocarum regem Bohemiae factam, antequam bellum inter eos a. 1278. mense Iunio renovaretur[7]. Narrata pace inter reges facta haec pars desinit.

1) SS. XVI, p. 253—258. 2) Quod demonstravit L. A. Cohn in 'Mitth. d. Gesch. u. Alt. Ges. des Osterlandes' IV, p. 472 sqq. et separatim ed. 'Die Pegauer Annalen' (Altenburg 1858) p. 23—29. Sed cum hic nondum clare perspexisset partem a. 1125—1137 ex his annalibus desumptam esse, ut Ekkehardi Chronico historia regni Lotharii III. subiungeretur, hoc recte statuit Schum l. l. p. 127—129. 3) SS. VI, p. 536—541. 4) A. 1112—1114. Cronicae modernae partem eorum fuisse recte perspexit Schum l. l. p. 128, n. 3. 5) Non sine ulla dubitatione W. Wattenbach, 'DGQ.' ed. 6. II, p. 252. et in prioribus editionibus huius operis. 6) 'N. Archiv' XXI, fasc. 3. 7) Apparet auctorem eius belli vere a. 1278. inter hos reges redintegrati notitiam nondum habuisse, qui sub a. 1276: *sicut Odoackar rex*

Quod iam ex eo cognoscitur, quod in cod. 1 hoc loco notae variae de monstris, magnam partem ex Isidori libris Etymologiarum et Landulfi Historia miscella sumptae sequantur[1]. *Iam quidem inter narrationes a.* 1275. *notae de aquis mirabilibus ex Isidori Etymologiis sumptae, quae ad Cronicam non pertinent, in cod. 1 insertae sunt*[2]; *unde facile crediderim auctorem loco his notis praecedente scripto calamum deposuisse, spatio vacuo relicto, quo postea hae notae inscriptae sint, deinde reliqua a.* 1275. 1276. *subiunxisse*[3]; *nihil habeo, cur haec ab alio auctore addita esse censeam*[4].

Pleraque huius partis ex alienis fontibus hausta sunt, videlicet particula a. 1209—1215 (1217) *ex Historiis Reinhardsbrunnensibus a.* 1187—1217, *in Cronica Reinhardsbrunnensi ad verbum descriptis, sumpta ac breviata*[5], *insertis paucissimis notis Erfordensibus. Quod cum maximi momenti sit res gestas huius temporis scribenti, veris laudibus ornandus est Carolus Wenck, qui hoc primus perspexit ac statuit*[6], *quod ego nuper nonnullis argumentis confirmare conatus sum*[7]. *Ab eo loco, quo Hist. Reinhardsbrunnenses desierunt, particula a.* 1215—1219. *fere tota ex Oliveri Historia Damiatina*[8] *descripta est, unde apparet auctorem aliis fontibus historiae huius temporis scribendae caruisse; qui dehinc annales Erfordiae compositos exscripsit, quos in Annalibus fratrum Praedicatorum Erphordensibus a.* 1223 (1220)—1254, *editis SS. XVI, p.* 26—40[9], *exscriptos esse statuit C. Wenck*[10], *censens hos annales, qui perierunt, a canonico quodam S. Mariae Erfordensi conscriptos fuisse, cum antea Annales Praedicatorum Erfordensium, qui exstant, in Cron. moderna descriptos esse crederetur. Praeter eos vero auctor alterius partis Cronicae annales breves in Monte S. Petri scriptos habuit eorumque locos eis quae ex dictis fontibus hausit inseruit; quod cum aliis multis locis*[11], *tum a.* 1244. *apparet, ubi de interdicto ab archiepiscopo Moguntino Erfordensibus imposito relatis eisdem, quae in Ann. Praedicatorum leguntur, iterum de eodem interdicto narratur,*

Boemie, inquit, *nec non et Karolus rex Sirihe iniuste municiones et dignitates ac terras imperii multas tenent*, quod a. 1278. Aug. 23. Ottocaro occiso dicere iam non potuisset; et infra sub a. 1276. scripsit de pace inter reges facta: *Et ut huiusmodi composicio . . . indissolubiliter conservetur, . . . duos pueros suos . . . ad invicem desponsarunt*, quod auctor belli a. 1278. renovati gnarus scribere non potuisset. Hoc loco partem quandam Cronicae modernae desinere iam B. Stübel, Diss. p. 29. et E. Schmidt l. l. p. 142 sq. perspexerant. Laetatur etiam auctor, quod Graeci in concilio Lugdunensi a. 1274. cum ecclesia Romana reconciliati sint, nesciens eos iam paulo post ab eadem recessisse, imperatorem eorum propter hoc a. 1281. a Martino IV. papa excommunicatum esse. 1) Has notas in cod. autographo Cronicae modernae iam exstitisse apparet ex eo, quod quaedam earum in cod. E. Cron. Thuring Isenac. ampl., Hist. landgr. Eccard., Variloquo transscriptae sint. 2) Vide infra f. 185'. 3) Iam post a. 1267, quo loco particula quaedam Cronicae minime desisse potest, descriptio locorum sacrorum urbis Hierosolymitanae finiumque ei vicinorum, a Cronica aliena, inserta est. Quam descriptionem in cod. autographo Cron. modernae exstitisse patet, cum eadem etiam in cod. E et Chronici univers. Saxonici Cont. Thuringica legatur. 4) Quod Stübel l. l. p. 28 sq. opinatus est. E. Schmidt l. l. p. 139—141, qui studuit, ut Cron. modernam in partes dividéret, ab a. 1254. quintam, ab a. 1273. sextam partem eius distinxit, qui cum de partibus Cronicae ageret, non plane animo concepisse videtur, quae sententia subtilienda sit sub voce partis, cum eo loco partes desinere dixerit, ubi libri ab auctore exscripti desinunt (a. 1254. 1272). Ab a. 1254. nequaquam novam partem distinguendam esse satis constat. 5) Attamen paucis locis verba Hist. Reinhardsbrunnensium melius in hac Cronica quam in Cron. Reinhardsbr. servata sunt; quod suo loco adnotavi. 6) 'Die Entstehung der Reinhardsbr. Geschichtsbücher' p. 26—32; 'N. Archiv' X, p. 105—111. 7) 'N. Archiv' XX, p. 571—581. 8) Eccard., Corpus hist. II. c. 1397—1416 (cap. 1—19). Auctor exscripsit codicem primae editionis Hist. Damiatinae. Cf. Zarncke in 'Berichte d. phil.-hist. Cl. d. Kgl. Sächs. Ges. d. Wiss.' 1875. p. 138—141. Ad textum Eccardi mendosum corrigendum faciunt Relatio Oliveri de expeditione Damiatina edita a G. Waitz, Chron. regia Colon. p. 324—339. et Oliveri epistola edita a R. Röhricht, 'Westdeutsche Zeitschr.' X. p. 176—195. 9) G. H. Pertz, editor eorum, eis quaedam ex Cron. moderna sumpta inculcavit, quae deleas oportet. 10) 'N. Archiv' X, p. 129—138. 11) Ut a. 1216. 1221. 1246. 1247. 1248. 1250. 1252. etc.

praesertim quid monachi S. Petri fecerint, cum iussu archiepiscopi ex urbe Erfordensi exivissent[1]. *Duo annalium exemplaria ab auctore exscripta esse deprehendes etiam, cum a.* 1250. *legeris cives Mulhusenses multos hostes urbem eorum invadentes occidisse et a.* 1252. *idem*[2] *eisdem fere verbis, quae in Ann. Praedicatorum sub hoc anno de eadem re leguntur, relatum inveneris*[3]. *Annalibus Montis S. Petri etiam attribuendus videtur locus a.* 1233, *ubi, postquam relatum est abbatem quendam Oldeslebensem circa a.* 1267. *defunctum*[4] *aedificia abbatiae suae renovasse, dicitur:* sicut coram positi vidimus, *quod sane auctor alterius partis a.* 1276. *finitae scribere potuisset, qui etiam post obitum illius abbatis illa nova aedificia vidisse potest. Sed cum ille abbas hoc loco eximia laude ornetur, cum* iuvenis aetate, sed sensu maturus *dicatur, conicio hunc locum ex annalibus S. Petri ab auctore alterius partis non mutatum transscriptum esse, praesertim cum sub a.* 1244. *narretur quosdam monachos S. Petri, qui ex urbe Erfordensi sub interdicto exiverant, quatuor mensibus in monasterio Oldeslebensi moratos esse. Unum ex his monachis illum locum scripsisse conicio.*

Ab a. 1245. *auctor alterius partis Cronicae multa ex Cron. Minore tertiae editionis*[5], *videlicet iam continuatione copiosa a.* 1266—1272. *aucta, exscripsit, hanc fortasse demum nactus, cum usque ad hunc annum partem suam Cronicae iam scripsisset*[6]; *qui nonnunquam narrationes illius cum eis, quas in annalibus legit vel ipse composuit, coniunxit. Demum ab a.* 1272. *usque ad a.* 1276. *uberem copiosamque relationem ipse conscripsit, multa de concilio Lugdunensi referens, cuius decreta exscripsit*[7].

Tertia pars, cuius initio bellum Rudolfi et Ottocari regum a. 1276. *iam in fine secundae partis narratum, iterum relatum est, desinit in a.* 1291. *et confecta est medio anno* 1291. *Nam auctor eius in celeberrima sua narratione de Rudolfo rege cum multis principibus Erfordiae a.* 1290. *morato multis locis prodit se monachum tunc in Monte S. Petri degisse*[8], *et loco in codice nostro falso loco sub a.* 1291. *posito, qui sub a.* 1290. *collocandus erat*[9], *laetatus, quod Kelawun soldanus defunctus sit (a.* 1290. *Nov.* 10), *antequam propositum suum Acconis civitatis destruendae perficere posset, addit:* Cui successit filius . . ., qui timetur . . . nefandissimum illius propositum impleturus, *quod scriptum esse patet, antequam nuncius Acconis ab hoc soldano expugnatae (a.* 1291. *Maii* 18) *Erfordiam perveniret, quod factum Erfordiae mense Augusto innotuisse videtur*[10]. *Porro cum initium a.* 1291. *etiam auctori praecedentium attribuendum esse constet*[11], *cum postrema nota ante cladem Acconensem sequentem*

1) Quod E. Schmidt l. l. p. 139. adnotavit. Qui ibidem et alias res in hac parte bis relatas recensuit. 2) Quod a. 1251. factum est. 3) Ut C. Wenck, N. Archiv X, p. 134. censuit. 4) Cf. Thur. sacra p. 719. 5) SS. XXIV, p. 172—210. 6) Pauci loci brevissimi quidem iam ante hunc annum ex Cron. Minore sumpti esse possent, ut a. 1215. de ordine Praedicatorum confirmato, a. 1224. de annona excussa, a. 1226. de obitu Francisci, addito die, sed sane minus probabile hoc est. 7) Sed etiam cuiusdam, qui huic concilio interfuerit, narrationem audivisse videtur, cum multa de eo bene retulerit. Nota a. 1274. Maii 24. tempore concilii Lugdunensis, epistolam papae datam esse ad abbatem Reinhardsbrunnensem (Potthast nr. 20833). Fortasse huius monasterii nuncius Lugduni tunc affuit. 8) Ut f. 195'. *Rudolfo archiepiscopo testimonium perhibemus, quod . . . multis beneficiis nos fovit et . . . nos incitans, satis largiter nos refecit per . . . septimanas, quibus aput nos fuerat hospitatus.* F. 196. *Cuius* (Rudolfi archiepiscopi) *corpus . . . sepelivimus ante altare s. . . . Marie* (in monasterio S. Petri). 9) Ubi recte legitur in cod. E et in Cron. Reinhardsbr., sed cum non certo constet, quo loco ponendus sit, ordinem codicis 1 mutare nolui. 10) Quod Nicolaus IV. papa die Aug. 1. populo christiano indicavit; Potthast, Reg. nr. 23756; SS. XVII, p. 599 sq. 11) Cum sub a. 1291. legatur: *Propter frequenciam hospitum et eorum insolencias, ut timebamus, . . . reconciliatum est monasterium nostrum.* Sequens auctor nusquam prima persona loquitur, quamvis occasio sic loquendi data esset referenti a. 1291. de ictu fulminis, a. 1293. de lite consulum Erfordensium et conventus S. Petri.

de incendio Erfordiae die Apr. 13. *exorto relatum sit, patet, quo loco haec pars desinat, quo tempore ea finita sit. Omnia inde ab a.* 1276. *praecedentia eidem auctori tribuenda sunt, qui in longa narratione cladis Ottocari a.* 1278. *iam rei a.* 1286. *gestae notitiam prodat*[1], *aliis locis etiam rerum aliquot annis post gestarum gnarus deprehendatur*[2], *rem a.* 1284. *exeunte et a.* 1285. *gestam sub a.* 1287. *narraverit. Haec pars magni pretii prima non inferior, secundae etiam praestat.*

Cui sequens pars brevi tempore post addita est. Eam enim sequitur narratio Acconis civitatis destructae, scripta simul atque haec clades Europae innotuit, antequam de expugnatis castris Peregrinorum (a. 1291. *Iul.* 13*) et Sidonis (a.* 1291. *Aug.* 14*) referretur*[3]. *Quam relationem e curia Romana tunc Urbeveteri existente Erfordiam missam esse puto*[4], *cum in ea dicatur: papa et cardinales audita clade Acconensi turbati ac maerore affecti* quasi omni die faciunt consistoria, tractantes et querentes consilia, qualiter illi Terre Sancte debeat subveniri. Creditur a plerisque, quod *(papa)* ordinare debeat de celebrando generali concilio. *Hanc relationem ab auctore praecedentis partis additam esse non credo, qui ea quae supra de Accone civitate scripserat delevisset vel mutasset, si huius urbis destructae nuncium habuisset. Sed sequentis partis auctor eam legit, qui modum civitatis destructae longius exponens, diem expugnationis ex illa repetivit.*

Recte C. Wenck[5] *et E. Schmidt l. l. p.* 145. *statuerunt annalem* 1292. *ab alio auctore, a.* 1294. *ab alio conscriptum esse, cum Adolfus rex illic* amator pacis et insticiae *appelletur, hic, cum Thuringiam invasisset, magna contumelia afficiatur, unde etiam apparet quartam partem ab a.* 1291. *incipientem ante a.* 1294. *scriptam esse. Sed quo loco haec desinat et quintus auctor scribendi initium fecerit, discernere nequeo*[6]*, unde has partes sub uno titulo posui. Quintum vero auctorem omnia usque ad finem anni* 1299. *scripsisse censeo, cuius quidem extrema parte iam res a.* 1302. *exeunte gestae referuntur. Nam cum hucusque copiose non modo de rebus in Thuringia et Erfordiae, sed etiam de rebus in imperio et a regibus gestis narretur, sequentis partis initium tenue atque exile est. Sub a.* 1300. *nihil nisi de iubileo a papa constituto refertur, a.* 1301. *obitus abbatis S. Petri, a.* 1302. *solae paparum successiones usque ad a.* 1305.[7] *adnotatae sunt. Atque etiamsi non evinci possit omnia quae sub a.* 1299. *leguntur ab auctore quintae partis conscripta esse, tamen mihi persuasum habeo ab a.* 1300. *novae partis initium sumendum esse. Sane quintae partis a.* 1293. *vel* 1294—1299. *narrationes quaedam, inter quas insignis est illa bellorum ab Adolfo rege in Thu-*

1) Cum Heinricum episcopum Basiliensem *postea archiepiscopum Mogonciacensem* appellaverit. 2) Quod E. Schmidt l. l. p. 143 sq. bene exposuit. Qui etiam animadvertit duarum particularum de Accone civitate narrantium alteram ante, alteram paulo post Acconem destructam scriptam esse (p. 144 sq.), attamen hanc partem (suam septimam) usque ad finem a. 1293. protraxit. Quod nulla ratione confirmatum nullo modo credendum est. 3) Cum de his dicatur: *que adhuc retinent christiani.* — In epist. Nicolai IV. papae data Aug. 1. (p. 340, n. 10) horum castrorum expugnatorum mentio nondum facta est, sed Tyri civitatis die Maii 19. deditae. 4) De alia relatione e curia Romana missa, quae archetypo Cron. modernae inscripta fuit, vide 'N. Archiv' XXI, p. 536. — Hanc relationem a. 1291. a fratre quodam domus Teutonicae scriptam esse coniecit R. Röhricht, 'Forschungen' XX, p. 120. Quod minus probabile est, cum fratrum Teutonicorum Accone interfectorum nulla mentio in ea facta sit. 5) 'N. Archiv' X, p. 138. 6) Argumentum quod Schmidt p. 146. affert, ut probet ab a. 1294. novum auctorem initium scribendi sumpsisse, ne hili quidem pondus habet. Sane is sub a. 1294. Caelestinum papam a. 1296. defunctum obiisse dicere potuit, etiamsi totam Cronicam ab a. 1072. scripsisset. Nescio an a. 1293. post obitum Wittegonis episcopi relatum qualis auctor scribendi finem fecerit, cum iterum sequatur *A. D.* 1293.

ringia a. 1294. 1295. *gestorum, iam multo ante a.* 1302, *non longo tempore post gestas res scriptae esse videntur, ut E. Schmidt p.* 146. *exposuit.*

Quo loco sextus auctor calamum deposuerit, facile est discretu[1]. *Post a.* 1307. *in codicibus nostris*[2] *legitur narratio a.* 1304, *quae incipit verbis in hac Cronica nusquam alibi usurpatis:* Virginei partus anno. *Extrema parte a.* 1307. *narratur Theoderico lantgravio defuncto Fridericum fratrem eius convocasse advocatos eius et pecunia eis promissa induxisse, ut ipse heres fratri in principatu succederet. Et initio anni* 1308, *narrationem anni* 1304. *sequentis, iterum relatum est Fridericum advocatos fratris Erfordiam convocasse eosque movisse, ut castris fratris sibi traditis heres eius comprobaretur. Iam vides idem bis relatum esse, sextum auctorem hoc narrato scribendi finem fecisse, septimum scriptorem praemissa narratione a.* 1304. *ab a.* 1308. *sequentem partem composuisse. Qui rebus a.* 1308—1313. *copiose et egregie narratis, obitu Heinrici VII. imperatoris relato finem scribendi fecisse videtur*[3]. *Sed quae sub a.* 1314. *de electione regum leguntur, auctori octavae et extremae partis Cronicae attribuere dubito, cum haec ante a.* 1322. *scripta esse videantur*[4], *quare haec aliquot annis post a.* 1314. *septimae parti addita esse conicio.*

Post haec incipit pars, cuius auctor rerum hoc tempore gestarum memoriam obscuriorem habebat. Confudit enim sub a. 1315. *quae a.* 1316. *et* 1314. *facta sunt ac etiam sequentibus annis usque ad a.* 1333. *saepe rerum ordinem ac tempora turbavit. Qui sane non totam hanc partem ipse primus composuit, sed quosdam saltem locos aliunde transscripsit. Nam sub a.* 1317. *legitur villam quandam ab ecclesia Reinhardsbrunnensi emptam esse, sub a.* 1331. *legis Fridericum marchionem contra ius fasque in monasterio Reinhardsbrunnensi hospitatum esse, magnum damnum huic ecclesiae inferentem. Vides procul dubio haec ex annalibus huius monasterii sumpta esse*[5]. *At si conicies hanc partem ex Cron. Reinhardsbr. in Cron. modernam transsumptam esse, hoc minime probandum esse invenies*[6]. *Nam in octava parte Cron. modernae etiam multa Erfordensia, Erfordiae haud dubie scripta, reperiuntur, quorum pars aliquanta in Cron. Reinhardsbr. descripta est. Nec facile discernes, quid ipse Erfordensis scripserit, quid ex annalibus illis mutuatus sit, sed constat totam partem ab a.* 1314. *usque ad a.* 1335. *eiusdem esse auctoris, quod iam ex eo apparet, quod loci a.* 1317. 1331. 1333. *ex annalibus Reinhardsbrunnensibus sumpti sint.*

Ita rarum exemplum habes chronici ab a. 1209. *per centum viginti septem annos a septem auctoribus vel pluribus continuati, quorum plerique ab a.* 1272. *rebus relatis aequales fuere.*

Nam a. 1335. *Cronicam modernam finitam esse demonstravi 'N. Archiv' XXI. p.* 446 *sqq. Ab hoc enim anno diversae continuationes vel earum reliquiae in codicibus nostris vel libris auctorum, qui hanc Cronicam exscripserunt, continentur. Quarum prima iam ab a.* 1334. *incipiens, iam a.* 1338. *terminatur, sed post a.* 1340. *cum res hoc anno gestae memorentur, scripta est. Haec integra descripta est ab auctore continuationis tertiae, qui cum ea partes a se compositas coniunxit*[7]. *Fragmenta primae continuationis leguntur in Cron. Rein-*

1) Falso E. Schmidt p. 146—150. contendit partem suam octavam a. 1294. usque ad a. 1313. complecti. 2) Non solum in cod. 1, sed et in 2ª et E. 3) Qua de re cum Erico Schmidt p. 149 sq. consentio. 4) Cum de Ludewico et Friderico electis regibus dicatur: *qui inter se multis annis atrociter dimicarunt*, quod scriptum videtur, antequam Fridericus a Ludewico caperetur. 5) Etiam narrationem a. 1333, in qua legitur in pace facta inter marchionem et matrem eius monasterium Reinhardsbrunnense matri datum esse, annalibus huius monasterii attribuos. Auctor octavae partis, quem aliquanto tempore post a. 1335. scripsisse conicies, hunc locum ad a. 1335. pertinentem male sub a. 1333. posuit. 6) Locus supra allatus a. 1317. non legitur in Cron. Reinhardsbr. 7) Quae Cont. I.

hardsbrunnensi, cuius extrema pars haec continuatio est. Sed conieci[1] *fere integram hanc continuationem in Cron. Reinhardsbrunnensem receptam, in codicibus eius nostris magnas partes omissas esse, cum certis argumentis cogerer, ut opinarer Conradum Halberstadensem, qui maximam partem eiusdem continuationis in Cronographia sua*[2] *descripsit, eas ex Cron. Reinhardsbrunnensi, non ex codice Cronicae S. Petri exscripsisse. Maxima pars continuationis primae est relatio longa de exitu Iohannis XXII. papae et de initiis Benedicti XII. papae, e curia papae Avenionensi, ut conieci, paulo post a.* 1334. *in Germaniam missa, quam etiam anonymus Leobiensis*[3] *exscripsit. Cum huic relationi quaedam de rebus a.* 1335—1338. *(revera* 1340*) gestis subiuncta essent, ea ab auctore Cont. I. et ab Henrico de Hervordia*[4] *exscripta videtur esse, nisi alia ratio inter eum et Cronicae S. Petri Cont. I, inter eum et Conradum Halberstad. intercedit*[5].

Continuatio II. a. 1336—1353. *ab Erfordensi quodam eiusdem temporis*[6]*, nescio an monacho Montis S. Petri, conscripta, quae excellit rerum gestarum temporibus accurate adnotatis, praesertim in narratione belli Erfordensium et marchionis Misnensis contra comites Thuringiae a.* 1344. 1345. *gesti, non integra servata est, sed partes eius magnae exstant in codd. E et M infra dictis, exscripta est in Chronici universalis Saxonici Continuatione Thuringica*[7] *et in Continuatione III. et a fratre ordinis Praedicatorum Isenacensi, qui a.* 1395/6. *Cronicam Thuringorum composuit. Sed auctor Historiae landgraviorum Eccardianae et Iohannes Rothe tantum excerpta eius, quae in codd. E. M servata sunt, non eam integram exscripserunt*[8].

Continuatio III. a. 1335—1355. *a monacho S. Petri composita est, descripta Continuatione I. et Continuatione II. excerpta, adhibitis aliis annalibus vel multis ab ipso auctore additis. Quo enim tempore hic vixerit, non constat. Si enim respicis fabellam a.* 1344, *qua puer captus ad LXXX annos vixisse dicitur, eum post a.* 1410. *scripsisse efficias oportet, sed etiam hunc locum postea insertum esse conicere potes, quod equidem facilius crediderim*[9]. *Nam advertenda sunt non pauca, ex quibus facile concludes auctorem non multo post a.* 1355. *scripsisse*[10]. *Hanc continuationem exscripserunt Nicolaus de Siegen et Erphurdianus antiquitatum Variloquus.*

Omnes codices nostri manuscripti, qui Cronicam modernam vel partes eius continent, ex codice usque ad a. 1335. *continuato profecti sunt, omnes auctores, qui hanc Cronicam exscripserunt, codicibus ex illo usque ad a.* 1335. *continuato derivatis usi sunt*[11]*, attamen primus X. Wegele chronistam Reinhardsbrunnensem quaedam, quae in nostris codicibus Cronicae modernae non leguntur, ex vetustiore et meliore codice eiusdem sumpsisse coniecit*[12]*, quamvis hic codicem habuerit cum nostro* 1 *non modo usque ad a.* 1335, *sed etiam usque ad*

ad a. 1334. habet in Cont. III. eis praeposita sunt, quae Cronicae modernae pars VIII. ad a. 1335. habet, quem ordinem mutare nolui, unde in editione nostra priorem partem Continuationis I. sequitur extrema pars Cronicae modernae, cum Continuationis I. altera pars et Cont. III. ei coniuncta. 1) 'N. Archiv' XXI, p. 465 sqq. 2) Nondum edita. 3) Lib. V, cap. 10, Pez, SS. R. Austr. I, c. 936—938. 4) Ed. Potthast p. 256 → 262. 5) Vide quae C. Müller, 'Forschungen' XIX, p. 499—519, qui primus hos fontes hac parte inter se convenire observavit; C. Wenck, 'Forschungen' XX, p. 287 sq.; ego 'N. Archiv' XXI, p. 462 sqq. his de quaestionibus egimus. 6) Qui a. 1346. monstrum quoddam Erfordiae natum se vidisse dixit. 7) 'D. Chr.' II, p. 317—319. 8) Haec omnia demonstravi 'N. Archiv' XXI, p. 445—479. 9) Cf. ibid. p. 470. 10) Ut vox *heu!* nonnunquam usurpata casibus adversis relatis a. 1343. 1348. 1354. Verba *ut dicitur* usurpata a. 1354. et a. 1352. addita loco ex Cont. II. exscripto. Verba *ut indubitanter creditur* scripta, ubi Guntherus rex veneno necatus esse dicitur a. 1348. Sane ex fonte quodam eiusdem temporis haec descripta esse consebis, si auctorem post a. 1410. scripsisse iudicaveris. 11) Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 479. 12) Ann. Reinhardsbr. p. XXXII.

a. 1338. *convenientem, Cont. I. scilicet continentem. Cui nihilominus assensi C. Grünhagen*[1] *et O. Posse*[2] *iam maius quondam chronicon Montis S. Petri, quod non modo monachus Reinhardsbrunnensis, sed etiam alii, ut Sifridus de Balnhusin et Variloquus et auctor Historiae landgr. Eccard., exscripsissent, extitisse contenderunt, quamvis hic archetypum codicis nostri E*[3]*, ille simillimum cod. nostri* 1 *cum Cont. I. III.* (—1355) *habuerint, et Sifridus Cron. modernam non legisse videatur.*

Ut his etiam L. Weiland b. m. assentiretur[4]*, eo praesertim inductus est, quod in Cont. Thuringica, quam edidit, revera continuatio maior, quam eousque nota erat, exscripta est, secunda videlicet a.* 1336—1353, *quo animadverso facile commoveri potuit, ut falsam illorum opinionem sequeretur, ratus etiam ante a.* 1335. *maius hostro chronici S. Petri exemplar a Cont. Thuringico lectum esse. Atque etiam C. Wenck omnium de hac re disserentium consensum secutus quaedam ex chronico S. Petri maiore sumpta esse censuit*[5]*, quae in codicibus Cronicae modernae non inveniuntur. Tum Th. Ilgen et R. Vogel*[6] *errorum moli molem coniecturarum falsarum superstruxerunt. Solus Ericus Schmidt recte negavit*[7] *chronicon Montis S. Petri maius nostro extitisse, sed ipse erravit in eo, quod copiosam continuationem II. a.* 1336—1353*. in multis libris exscriptam esse non perspexerit, quamvis codices E et M, in quibus magnae eius partes continentur, habuerit, opinatus eas ex chronico quodam consulum Erfordensium, quod nunquam extitisse constat, sumptas esse. Denique ipse ostendi*[8] *omnes locos, quos viri illi docti chronico Montis S. Petri obtruderunt, minime ex hoc, sed ex aliis fontibus, ut ex Engelhusii excerptis excerptorum Cronicae modernae, quae in cod. E. exstant, vel ex annalibus brevibus Erfordiae scriptis vel ex Cron. Minore, sumptos esse, nusquam extitisse chronicon Montis S. Petri praeter Cronicam modernam, quae nobis satis bene servata est, si codices omnes, non perantiquos quidem, recte et accurate excusseris*[9]*. Quo facto nullum usquam locum invenies, quem iure chronico Montis S. Petri maiori attribuere posses. Immo in cod. E multa, in cod.* 1 *etiam et in codicibus ei proximis perpauca postea addita sunt*[10]*, quae sub a.* 1230. 1294. 1302. 1313. *adnotata invenies*[11]*.*

Cum omnes codices ex codice Cronicam modernam iam usque ad a. 1335. *continuatam continente profectos esse viderimus, aliquis conicere posset in hoc codice priores partes Cronicae iam retractatas mutatasque fuisse, ideoque non integras nobis servatas esse, at hoc collatis fontibus earum, praesertim Annalibus Erphesfurdensibus-Lotharianis, non verum esse cognoscitur. Nihil habemus, cur credamus posteriorem scriptorem in prioribus partibus quidquam voluntate et iudicio immutasse, immo codicem illum a.* 1335. *scriptorum diversarum partium archetypum fuisse censeo, archetypo videlicet auctoris primae*

1) 'Zeitschr. f. Thüring. Gesch.' III, p. 87—98. 2) 'Forschungen' XIII, p. 335—350. 3) Qui praeter hunc et Cron. Reinhardsbr., ex quibus multa Cron. modernae exscripsit, etiam eiusdem codicem usque ad a. 1208. pertingentem habuisse videtur, sed sane etiam ante huuc annum nihil praebet, quod chronico Montis S. Petri maiori iure attribui possit. 4) 'D. Chr.' II, p. 290. 5) 'Entst. d. Reinhardsbr. Gesch.' p. 104, n. 3. 106, n. 2; 'N. Archiv' X, p. 131, sed ibidem p. 122 sq. bene contra illos argumentatus est, qui' nimia Cron. modernae obtruderunt. 6) 'Gesch. d. thür.-hess. Erbfolgekrieges' p. 8 sqq. (separatim ed. ex 'Zeitschr. f. Hess. Gesch. N. F.' X). 7) l. l. p. 156—177. 8) 'N. Archiv' XXI, p. 479—534. 9) Ut omnes librarii, recentiores praesertim, scriba etiam codicis, qui solus Cronicam integram continet, nonnunquam, licet non negligenter laborem suum perfecerit, quaedam verba omisit, quae in aliis codicibus habentur. Nonnulla, quae in hoc codice leguntur, demum Br. Stübel in editione sua omisit. 10) Non a scriba cod. 1, sed aut ab eo qui Cont. III. composuit aut ab eo qui locum a. 1344. supra (p. 343) dictum addidisse videtur. 11) Etiam quae sub a. 1187. leguntur: *Huius anni infausta — post MCCVIII. anni scripta reperiuntur* (de quibus cf. 'N. Archiv' XXI, p. 537 sq.) fortasse a posteriore scriptore inserta sunt.

partis a. 1208/9. *iterum iterumque novis plagulis membranaceis additis vel foliis vacuis relictis*[1] *sequentium partium auctores sua inscripsisse, cum animadverterim et in cod.* 1 *et in cod. E quaedam servata esse, quae ad Cronicam non pertinentia post primam et secundam partem foliis vacuis archetypi inscripta fuisse apparet*[2]. *Nisi vero ille codex fuit archetypus primi et sequentium auctorum, censeamus oportet eum fuisse exemplar eius accurate ac fideliter, nescio quo tempore, descriptum, sive a.* 1277. *sive a.* 1291. *sive posteriore aliquo tempore, cum novae partes prioribus adderentur. Atque hoc cognovisse et confirmasse eo maioris momenti est, quo incertiora atque vaniora hucusque de Cronica nostra moderna tradebantur*[3].

Iam ex iis quae supra de continuationibus Cronicae modernae dixi apparet, quomodo codices nostri et auctores qui hanc exscripserunt inter se dividendi sint. Altera classis est eorum qui Cont. II. exscripserunt, altera eorum qui Cont. I. et III. continent. Inter hos subdividendi ii qui solam Cont. I. et ii qui Cont. I. et III. (—1355) *praebent. Cum horum sit unicus codex noster, qui integram Cronicam modernam continet, casu efficitur, ut hos primo loco recenseamus. Iste liber est*

1) *Gottingensis bibliothecae universitatis Ms. hist.* 88, *chart. fol., cuius maior pars foliorum* 1—380. *una manu saec. XVI. in. scripta, a.* 1506. *perfecta est. Post Lamperti Hersfeldensis Annales continuatione Annalium S. Petri Erphesfurtensium maiorum auctos f.* 124—232. *Cronica S. Petri praemisso Indiculo ordinum religiosorum, de quo supra p.* 335. *disserui, longis lineis accuratius descripta est ex codice demum post a.* 1482[4], *certe post a.* 1410. *exarato*[5]. *Scriba enim non pauca errata emendavit, saepe quae minus perspicue scripta erant iterum clarius superscripsit; cum de vera lectione nonnunquam dubitaret, duas exhibuit, ut in altera compendium in codice descripto usitatum repeteret*[6]. *Satis bene signa distinctionis posuit. Multa manu Petri Albini rubro atramento aliorumve recentiorum manibus adnotata, pauca correcta vel potius depravata sunt, quae cum nullius momenti sint, adnotare nolui. Modum verborum scribendorum huius codicis, eundem in universum, quo scriba in Annalibus Lamperti usus est*[7], *ubique fere secutus sum, quamvis persuasum mihi habeam auctores nonnulla verba alio modo scripsisse, praesertim rarius ci pro*

1) Patet in archetypo post incommoda a. 1187, post primam partem a. 1208. desinentem scripta, folium vel partem folii vacuum relictum fuisse, in quo inscripta fuerit relatio terrae motus a. 1279, quae in cod. E ibi exstat. 2) 'N. Archiv' XXI, p. 535 sqq. et in sequentibus editionibus dixit eam circa a. 1355. a quodam 'compilatore' — sit venia verbo — congestam, attamen ex ea iam circa a. 1150. Annales S. Petri antiquos excerptos esse. O. Posse vero, 'Forschungen' XIII, p. 347, Cronicam S. Petri eisdem temporibus, quibus res gestae sint, conscriptam esse edixit. E. Schmidt, cum Cronicam modernam in decem partes divisisset (cf. supra p. 339, n. 4), l. l. p. 177—183, inquisivit, quo tempore haec 'compilatio' facta sit, ac statuit monachos S. Petri 'compilatores' inter a. 1315. et 1345. eam perfecisse. Mirum! Vir iste doctus, qui haud pauca recte perspexit, verum iam quasi in manibus habens non apprehendit illud. Taceo de sententia Brunonis Stübel. 4) Nam inter Indiculum et Cron. moderuae initium eadem manu scriptae sunt notae a. 1351. 1330. 1392. 1482. 5) Cf. supra p. 343. 6) Cf. de hoc codice 'N. Archiv' XIX, p. 150 sqq.; SS. R. G., Lamperti opera p. LI sq. (B 1[b]) et locos ibi n. 7. allatos; (W. Meyer), 'Verzeichniss der Hss. im Preuss. Staate' I, 2. Göttingen II, p. 29 sq. In Cron. moderna omnia nigro atramento scripta sunt, minium non adhibitum est. — Scriba huius codicis nonnunquam in aliis operibus eiusdem (cf. Lamperti opera p. 140, n. *d*), saepe in Cron. moderna post particulas descriptas invocationes S. Mariae et S. Hieronymi inseruit. 7) Vide Lamperti opera p. LX, n.; 'N. Archiv' XIX, p. 161. Si qua more perverso saec. XVI. incantis scripta erant, quae sano editori mutanda sunt, lectionem codicis adnotavi. Moneo autem me ubique lectione codicis non adnotata mutasse *coštodes*, *costodire*, *costodia* et *Cristus*, *cristiani*, *cristianitas*, quae scriba huius codicis in omnibus operibus ab ipso scriptis suo perverso more induxit.

ti *posuisse*[1], *quod scriba fere ubique scripsit. Ab a.* 1290. *saepe post particulas scriptas unius vel plurium linearum spatium vacuum reliquit, quod in codice autographo Montis S. Petri iam factum esse facile crediderim, eos videlicet, qui partes sequentes huic codici paulatim inscripserunt, multis locis spatia foliorum vacua reliquisse, ut alia ab ipsis vel ab aliis suppleri possent. Annales S. Petri maiores et Cronica S. Petri ex hoc codice male descripti sunt in*

1*) *codice bibliothecae regiae* Dresdensis *signato Q* 132, *chart. fol., saec. XVI—XVII. Quod cum ita sit*[2], *nullo loco lectionum eius mentionem feci. Ex quo codice Cronicam modernam cum nonnullis locis Annalium S. Petri maiorum Io. B. Menckenius, SS. rerum German. (Lipsiae* 1730*) III, col.* 201—344. *edidit*[3].

Non ex eodem libro, cuius exemplar est 1, *sed ex alio eius simillimo, fratre, ut videtur, eiusdem, ex quo cod.* 1 *profectus est, descriptus est circa a.* 1500.

1*) *codex bibliothecae universitatis* Wirziburgensis *Chart. fol.* 129, *qui olim fuit monasterii S. Iacobi Scotorum Wirziburgensis. Sed post Lamperti Annales et continuationem eorum a.* 1078—1181. *alter scriba, priore minus curiosus, qui f.* 101′—131′. *exaravit, initium tantum Cronicae S. Petri, videlicet f.* 129′—130′. *Indiculum ordinum religiosorum ei praemissum a.* 31—1285[4], *f.* 131. 131′. *ipsius Cronicae initium a.* 1036. 1072—1086. *descripsit, in ima pagina* 131′. *medio in verbo annalis* 1086. *incepto destitit, reliquis foliis* 132—138. *vacuis relictis*[5]. *Sane summe dolendum est, quod hic laborem inceptum non perfecerit, cum codicem antiquiorem, ut videtur, patre codicis* 1 *describendum aggressus esset.*

Ex eodem codice, cuius exemplar est 1, *vel potius eius fratre gemino Hartmannus Schedel excerpta sua Cronicae modernae a.* 1079. 1072—1352. *exscripsit, quae exstant in*

2*) *codice bibliothecae regiae* Monacensis *Lat. nr.* 593, *chart.* 4°, *a.* 1507. *eius manu scripto, f.* 141′—162. *post excerpta Annalium Lamperti et S. Petri maiorum. Hunc librum scripsit H. Schedel, cum alterum, qui eandem vel eius simillimam collectionem rerum Thuringicarum continebat, Iohanni Trithemio mutuum datum recuperare non posset*[6]. *Unde optimo iure conieci hunc codicem postea fuisse*[7]

2[b]) *Iohannis* Pistorii, *quem codicem quendam, qui periit, habuisse constat fere omnia eadem ipsa continentem, quae in* 2[a] *leguntur*[8]. *Ex quo excerpta Cronicae modernae a.* 1079.[9] 1072—1352, *eadem quae in* 2[a] *habentur,*

1) Praesertim formae ut *nupcie, assumpcio, direpcio,* etiam *nunctii, nunctiare,* posteriore aetate demum usitatae sunt, et *gu* pro *gu*, ut *lingua, sanguis*, postea demum scriptum. 2) Quod et ipse codice examinato sine ulla dubitatione constare intellexi. 3) Quem inscripsit *Chronicon S. Petri, vulgo Sampetrinum, Erfurtense.* 4) Inter Indiculum et Cronicae initium notae codicis 1 (p. 345, n. 4) non exstant. 5) Cf. 'N. Archiv' XIX, p. 152 sq.; Lamperti opera p. LI (B 1[a]). Vide ibidem p. LXII. stemma codicum Annalium Lamperti, ubi codex B 1 signatus is habendus est, in quo primo Cronica S. Petri illis subiuncta sit. 6) Vide in Serapeo XVI, p. 288 sqq. epistolas hac de re datas. Duplo hac in re arguendus est Io. Trithemius, in cuius monasterio scriptus sit codex 1*, quem perficiendum non curaverit, et qui librum Hartmanno Schedel non restituerit. 7) Vide de utroque codice 'N. Archiv' XIX, p. 154—156. XXI, p. 245 sq. 443 sq.; Lamperti opera p. LII sqq.; de Monacensi praeterea 'Archiv' II, p. 84—87; L. F. Hesse in 'Zeitschr. d. V. f. Thüring. Gesch.' IV, p. 113—124. In codice ab H. Schedel exscripto etiam Indiculus ordinum ut in 1. 1* Cronicae praemissus erat, cuius locum (v. infra p. 355, n. *a*) Schedel ante Cronicae excerpta, Pist. in appendice habent. Et in eodem codice etiam nota a. 1392. de studio Erfordensi, quam 1 habet, exstabat, quam Schedel ante Cronicae excerpta, Pistorius in appendice praebent (ed. Struve p. 440; cf. infra p. 355, l. 52, n. *a*). Etiam locus a. 1344. post a. 1410. scriptus in 2[a. b] exstat. 8) Sed quae Pistorius appendicis loco p. 264 sq. (Struve p. 439 sq.) edidit, quae in suo codice separatim scripta fuisse dixit, non leguntur in 2[a] praeter ea, quae modo n. 7. dixi. 9) Primum numerum 1068. Pistorius ipse falso mutasse videtur, in 2[a] hoc loco recte MLXXVIIII. legitur.

mixta cum iis, quae in codice Schedelii ex Annalibus S. Petri maioribus excerpta his praecedunt[1], *edidit inter Rerum Germ. SS. (Francofurti* 1583*) t. I, p.* 253—264*; quae repetita sunt in huius collectionis editione tertia curante B. G. Struvio (Ratisbonae* 1726*) I, p.* 425—439.

H. Schedel in excerptis codicum $2^{a.b}$ *studuit, ut locos ad res Thuringicas ac praesertim Erfordenses pertinentes colligeret, sed etiam locos mirabilia, fabellas, calamitates aliarum terrarum tradentes recepit, neque tamen consilium quoddam constanter secutus videtur esse. Pleraque ad verbum descripsit, sed etiam locorum exscriptorum saepe multa, praesertim dies rerum gestarum, omisit et breviandi causa nonnulla verba Cronicae immutavit. Pauci loci, qui in* 2^{b} *leguntur, in* 2^{a} *omissi vel magis breviati sunt*[2]*, sed* 2^{a} *multo pluribus locis quam* 2^{b} *veram lectionem praebet*[3]*. Quae hi codices praebeant vel quae in iis omissa sint, rarissime, sed eorum lectiones varias fere omnes, praeter eas quae ad rem orthographicam spectant et quaedam menda Pistorii, adnotavi.*

Codici 1 et ei, quem H. Schedel in $2^{a.b}$ *exscripsit, proximum fuisse apparet*[4] *etiam illum 'librum spissum veterem cronicae Montis S. Petri Erffordie', ex quo idem Schedel excerpta brevissima Annalium Lamperti, S. Petri maiorum, Cronicae S. Petri a. (*1079*).* 1103—1184. *exscripsit in*

2^{c}*) codice bibliothecae regiae* Monacensis Lat. *nr.* 901. *f.* 245. *et iterum in* 2^{cc}*) codice eiusdem bibliothecae iam supra dicto (*2^{a}*) nr.* 593, *f.* 113—114', *quae ex his edidi Lamperti opera p.* LIII *sq. Illum spissum librum, quem Schedel veterem et alio loco*[5] *antiquum dixit, quem plane discrevit a codice in* 2^{a} *exscripto*[6]*, in monasterio Montis S. Petri fuisse ex ipsius verbis patere videtur, unde conicio hunc fuisse codicem, quem exscripserunt Nicolaus de Siegen et*

V) Variloquus antiquitatum Erphurdianus editus in Menckenii SS. rerum German. t. II, col. 461—560. *Sed haec editio tot mendis lacunisque scatet, ut eam codice bibliothecae universitatis* Ienensis Sagitt. *in* 4^{o} *nr.* 5. 6, *chart. saec. XVI. in., collato emendaverim, cum hoc opere uti deberem. Huius enim auctor etiam exscripsit librum illis* 1. $2^{a.b}$ *proximum, Annales Lamperti, S. Petri maiores, Cronicam modernam cum Continuationibus I. et III. continentem*[7]*. Ut iam titulus indicat, hic ex Cron. moderna ea maxime exscripsit, quae res Erfordenses attinent, reliquorum perpauca recepit. De rebus vero Erfordensibus praeter Cronicam S. Petri multa exscripsit ex Cronica Erfordensi codicis infra p.* 351. *dicti Eng. 1*[8]*, cuius locos omnes demas oportet*[9]*, si cognoscere vis, quid in Varil. ex Cron. moderna sumptum sit.*

N) Nicolaus de Siegen etiam, monachus Montis S. Petri, qui multa ex Cronica moderna exscripsit, codice Continuationes I. et III. continente usus est[10].

1) Quae excerpta Pistorius *Additiones ad Lambertum Schafnaburgensem* inscripsit. Cum in Annalium S. Petri et Cron. modernae excerptis Schedelii nonnunquam eadem legerentur, Pistorius haec coniunxit aut alterutrum locum eorum omisit. De duobus locis Cronicae Reinhardsbr. in Pistorii editione coniunctis cum locis Cronicae S. Petri vide 'N. Archiv' XXI, p. 249, n. 5. 510 sq., n. 3. 2) Ut a. 1256. 1267. 1270. 3) Plerumque Pistorius eam corrupisse videtur, ut a. 1275. *fratrum Minorum* in *frumentorum*; 1291. *Saccatarum* in *mercatorum*; 1309 (1308). *Iohannem* in *Item*; 1335. *adunatus* in *advenions*, etc. 4) Cum etiam in hoc nota illa a. 1392. extiterit. Cf. 'N. Archiv' XIX, p. 156 sq. 5) Lamperti opera p. LIV. 6) Attamen uno loco Ann. S. Petri maiorum excerpta codd. 2^{c}. 2^{cc} cum lectione falsa codd. $2^{a.b}$ convenit (Lamperti op. p. LIII, n. *c*). Sed tam exigua sunt haec excerpta, ut non diiudicari possis, quomodo codex, ex quo Schedel ea descripsit, cohaereat cum proximis sibi et inter se codicibus 1 et $2^{a.b}$. 7) Etiam locum iam saepe dictum a. 1392. et additamentum a. 1373 (1374) in cod. 1 ad a. 1323. factum. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 444. 8) Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 481 sqq. et de reliquis fontibus Variloqui ibid. p. 519, n. 1. 522. 9) Qua de re horum locorum lectiones cum E concordantes non attuli. 10) Quae cum Continuatione II. convenientia praebet, ex Chron. Thuringico Iohannis Rothe hausit, quae ad hunc pervenerunt per excerpta cod. R. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 455 sq., 500.

Qui quamvis saepe verba Cronicae liberius mutaverit, tamen paucis locis, quos solus praeter cod. 1 *praebet, solus veram lectionem habet. Sed cum editor Chronici ecclesiastici multa ex hac et aliis fontibus hausta omiserit*[1], *codicem autographum Nicolai in archivo magni ducis Weimarano sign. F.* 166. *servatum exscripsi.*

Hucusque de codicibus mss. eadem fere exponenda erant, quae iam Lamperti Annales editurus dixeram, cum omnes codices hucusque recensiti eosdem vel fragmenta eorum contineant. Nunc demum nova tractanda sunt.

Maximas partes Cronicae S. Petri et Continuationis I. usque ad a. 1337. *exscriptas praebet ideoque magni momenti est ad textum eius constituendum*

R) Cronica Reinhardsbrunnensis infra edita[2], *cuius codicem Hannoveranum saec. XV. nonnullis locis R* 1, *cuius excerpta ab Hartmanno Schedel in cod. Monacensi Lat. nr.* 593. *descripta R* 2 *signavi, ubi utriusque codicis lectionem vel alterius utrius adnotare visum est. De his codicibus aliisque quae ad rem pertinent videas infra in praefatione illius Cronicae. Sed plura ex Cron. S. Petri in Reinhardsbrunnensi descripta fuisse, quam hi codices praebent, mihi persuasum habeo, censeo enim omnia, quae*

Conr.) Conradus Halberstadensis in Cronographia sua ex Cron. S. Petri sumpta praebet, non ex hac, sed ex Cron. Reinhardsbrunnensi desumpta esse[3]. *Qui inter a.* 1281—1287. *nonnulla, inter a.* 1332—1338. *multa, fere totam videlicet Continuationem I, praebet, quae in Cronicae Reinhardsbr. codicibus non inveniuntur. Quodsi sententiam meam falsam iudicaveris, Conradum Cronicam S. Petri Continuatione I. auctam exscripsisse censebis. Utroque casu hoc loco post R, ubi eadem sola Continuatio I. exscripta est, Conradus afferendus est. Cronographiae eius ineditae codicem Vaticanum Lat. nr.* 3758, *mbr. saec. XIV, Iacobus Schwalm socius noster. Vindobonensem nr.* 3175 *(Hist. eccl.* 64), *chart. fol. saec. XV, ipse, Hannoveranum XIII.* 753, *chart. saec. XV, supra sub R iam dictum, J. R. Dieterich socius et ipse exscripsimus. Sed hic codex Hannoveranus plura praebet ex Cron. S. Petri sumpta, quam Conradus ex hac seu potius ex Cron. Reinhardsbr. exscripserat. Is nempe, qui chronica huius codicis congessit, Conradi Cronographiam magnis partibus aliorum chronicorum insertis ampliavit, inter quas etiam magnus locus Cronicae S. Petri a.* 1276. 1278 *(*1277*), quo bella horum annorum enarrantur, invenitur. Hanc partem ex Cron. Reinhardsbr. a collectore illo descriptam esse censui, qui infra in eodem volumine partes huius cronicae Gestis archiepisc. Magdeburgensium inserens eam omiserit*[4]. *In hac parte huius codicis lectiones*

H) signavi, quas maximi momenti esse ostendit C. Wenck[5].

Hoc loco etiam nominandus est

Theod.) Theodericus Pauli (seu Franconis) presbyter de Gorkum, de cuius chronico imperatorum et pontificum W. Focke commentatione diligenti egit[6], *qui et nonnullas partes eius in lucem dedit. In hoc chronico loci ex Cron. S. Petri sumpti ab a.* 1273.[7] *usque ad a.* 1338. *inveniuntur. Dices ergo ut Focke Cron.*

1) Fr. X. Wegele in 'Thüring. GQ.' I. II. 2) Falso Wegele, Ann. Reinhardsbr. p. XXXI. dixit Cronicam S. Petri a chronista Reinhardsbrunnensi dictam esse Cronicam Thuringiae. Vide quae infra ad Cron. Reinhardsbr. a. 1313. adnotavi. 3) Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 271—273. 462. 468. 515 sqq. 4) 'N. Archiv' XXI, p. 238. Praeter hanc partem etiam brevissimum locum a. 1315. ex hac textui Conradi inseruit. 5) 'Forschungen' XX, p. 284—286. Sed moneam oportet scribam codicis 1 non tantae neglegentiae fuisse, ut *ambe* scriberet, ubi *cimbe* scribendum erat. Scribe cod. 1ª *ambe* scripsit, a quo editores Mencke et Stübel hoc receperunt. 6) 'Hall. Beitr. z. Geschichtsf. herausg. v. Th. Lindner I, Theod. Pauli u. sein Speculum historiale'. Halle a. S. 1892. 7) Minime iam a tempore Clementis IV. papae, ut

S. Petri auctam Continuatione I. a Theoderico exscriptam esse. Sed in eius chronico etiam tres loci ex Cron. Reinhardsbr. sumpti inveniuntur[1], *unde mecum censebis ex hac etiam locos cum Cron. S. Petri convenientes*[2] *exscriptos esse. Theodericum ipsam Cron. Reinhardsbr. exscripsisse non facile crediderim, exemplar eius in Hollandiam delatum esse ut credam, omnino non adduci possum. Cum Theodericus demum ab a.* 1273. *hanc Cronicam exscripserit, conicio in eius exemplari Cronicae Minoris tertiae editionis (usque ad a.* 1272) *continuationem additam fuisse ex Cron. Reinhardsbr. excerptam; quod exemplar vel ipse Theodericus vel alius quidam, qui fortasse litteris Erfordiae studuit, e Thuringia in Hollandiam apportavisse potest. Sane nullius fere momenti sunt pauci illi loci Theoderici ex Cron. S. Petri profecti ad textum eius emendandum.*

Iam ad eos aggrediamur, qui Cron. S. Petri Continuatione II. a. 1336—1353. *auctam exscripserunt, inter quos longe eminet et maximi momenti est*

E) codex bibliothecae regiae Dresdensis K 316, *chart.* 4°, *medio saec. XIV. in conventu fratrum Minorum S. Elisabeth extra muros Isenacenses sito scriptus, cuius prima folia* 42 *excisa perierunt*[3]. *F.* 44—132. *continent Cronicae Thuringorum Isenacensis amplificatae*[4] *priorem partem usque ad a.* 1350. *cum additamentis usque ad a.* 1406. *Dehinc altera manu saec. XIV. medii scripta sequitur f.* 133—137'. *historiola conventus fratrum Minorum S. Elisabeth Isenacensis*[5] *usque ad a.* 1442. *Hanc sequitur eadem altera manu scriptum f.* 138—194. *chronicon Erfordense*[6] *a.* 1086. 1072—1353, *cui eadem manu f.* 194—206'. *posterior pars Cronicae Thuringorum Isenacensis ab a.* 1351. *cum continuatione usque ad a.* 1414 (1410)[7] *subiuncta est. Haec altera manus litteris inclinatis foede ac neglegenter, innumeris compendiis et his saepe male usa*[8], *nimis mendose ac vitiose scripsit. Illius chronici Erfordensis longe maxima pars ab a.* 1036. 1072. *usque ad a.* 1335. *ex Cronica S. Petri excerpta est, et ex eius priore parte pauca, ex media iam plura, ex posteriore usque ad a.* 1335. *plurima selecta sunt. Incommode accidit, quod huius partis duo folia* 166. 167, *res a.* 1294. 1295. *continentia, evulsa sint. Iis quae post a.* 1208. *de terraemotu a.* 1279. *et de obitu Abraham, sub a.* 1267. *de locis sacris Palestinae, ut in cod.* 1, *post a.* 1276. *de monstris, quae et in* 1 *leguntur, habentur, eluxere videtur, ut iam supra p.* 345. *dixi, hoc chronicon ex codice archetypo a.* 1335. *Montis S. Petri excerptum esse, ac quidem ab Erfordensi quodam, qui praesertim locos Cron. modernae res Erfordenses tradentes recepit, sed non monacho Montis S. Petri, qui haud pauca aliunde sumpta addidit,*

Focke p. 45. dixit, nam loci, quos p. 45—51. ex Cron. S. Petri sumptos esse contendit, potius ex Cron. Minore et eius Cont. I. vel ex Conradi Halberstad. Cronographia, ubi illae sicut in Cron. S. Petri exscriptae sunt, hausti sunt. Theodericum Cron. Minorem cum Cont. I. habuisse patet loco a Focke p. 48. edito (= SS. XXIV, p. 205), quem nec Conradus nec Cron. S. Petri habent, quem in codice suo Cronicae S. Petri Theodericum invenisse tam temere quam falso Focke coniecit. 1) Duos Focke p. 53. 81. bene cognovit et adnotavit, sed iterum temere coniecit alterum eorum in margine codicis Cronicae S. Petri scriptum fuisse. Tertius est locus editus ab eo p. 80. quo de Caelestino papa V. capto traditur = Cron. Reinhardsbr. a. 1294, in qua iste locus sumptus est ex Cronicae Minoris continuatione VII, Pistorius-Struve, SS. R. Germ. I, p. 1106 (desinente a. 1298; cf. Cron. Reinh. praef. infra). Cum igitur viderimus Theodericum Cronicam Minorem tertiae editionis (cum Cont. I) exscripsisse, patet eum Cont. VII. non habuisse, patet etiam locum illius nusquam alibi nisi in Cron. Reinhardsbrunn. eum invenire potuisse. 2) Cum non multi loci ex hac sumpti in Theoderici chronico inveniantur, facile evenire potuit, ut tres tantum loci a chronista Reinhardsbr. additi ex eius opere excerperentur. 3) Facile crediderim haec folia Cronicae S. Petri primam partem usque ad a. 1208. continuisse. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 276—282. 466 sq. 4) De qua cf. 'N. Archiv' XX, p. 408—415. 5) Edita in Naumanni Serapeo XIV, p. 378—382. ab Herschel. 6) Titulo in codice illi non praefixo. 7) Reliqua, quae hic continet, hoc loco adnotentur, non oportet. 8) Ut saepissime 9(us) pro *os* scriptum est. Saepe ī scriptum videtur, ubi ꝯ *(etiam)* legendum est, saepe etiam cū *(cum)* pro tn̄ *(tamen)*.

quorum nonnulla ex annalibus brevibus Erfordensibus seu Thuringicis hausta sunt, praeterea versus memoriales[1] *et alia, quae memoria tenuisse videtur*[2]. *Pleraque a Cron. moderna aliena in extrema parte ab a.* 1300. *circiter usque ad a.* 1335. *inserta sunt*[3], *quae partim in notis asteriscis signatis, partim in altera columna posita edidi. In universum hoc chronicon ordine chronologico recto dispositum est*[4] *ab a.* 1072 — *praemisso a.* 1036, *ut in Cron. S. Petri — usque ad a.* 1335 *(f.* 187*). Hunc vero sequuntur notae a.* 1274 *(ex Cron. S. Petri sumpta), praemisso falso anni numero MCCCXL, a.* 1341, *versus a.* 1335(6). *et* 1342, *notae a.* 841 *(haec ex Cron. Minore descripta), praemisso falso anni numero MCCCXLI, a.* 1348, *tunc très ex Cron. S. Petri sumptae a.* 1249.[5] *et* 1256. *et* 1241, *denique nota de pugna Wettinensi a.* 1263[6]. *Tunc sequitur f.* 188—194. *nova continuatio, quam II. appellavi, plana, concinna, recto ordine disposita a.* 1335—1353, *in qua notae supra dictae a.* 1341. 1348. *recurrunt, quarum illa a.* 1341. *etiam in Cont. III. repetita est. Perspicis igitur in codice archetypo Cronicae S. Petri a.* 1335. *finitae mixtas illas notas a.* 841—1348. *diversis fortasse manibus, ut fieri solet, additas, postea Continuationem II. a.* 1335—1353. *in eodem codice subiunctam esse, cuius auctor notas a.* 1341. 1348, *fortasse ab ipso olim inscriptas, repetiverit. Cum in E Cronica S. Petri excerpta sit, iam conicies etiam Continuationem II, hucusque ineditam, in hoc codice non integram esse servatam, ut supra p.* 343. *dixi; quod certissimum cognosces collatis Chronici Saxonici Continuatione Thuringica et Cronica Thuringorum fratris ordinis Praedicatorum Isenacensis. Omnia fere, quae hoc loco de codice E dixi, plenius exposui in 'N. Archiv' XXI, p.* 445—479. *In hoc codice loci ex Cron. S. Petri sumpti saepe breviati, plerumque quidem ad verbum descripti, nonnunquam autem breviandi causa aliquantulo mutati sunt, haud raro pauca verba sive rerum exponendarum causa sive e coniectura scriptoris addita*[7]. *Exemplar huius chronici ab I. R. Dieterich, tunc socio nostro, descriptum ipse codice collato emendavi. Cum hic liber magni momenti sit, in editione Cronicae S. Petri adnotavi quae in E legantur, quae omissa sint, totam etiam variam lectionem eius praeter innumera menda scribae huius codicis et praeter ea quae ad rem orthographicam pertinent, sed plerumque varias formas nominum adnotavi*[8]. *Denique moneo hunc codicem descriptum esse ex antiquiore codice Isenacensi*[9], *quo auctor Historiae landgr. Eccardianae et Iohannes Rothe*[10] *usi sunt. Commode accidit, ut posterioris partis chronici Erfordensis codicis E multa etiam in alio codice, recentis quidem aetatis, servata sint, videlicet in*

1) A. 1115. 1298. et duos ad monasterium Montis S. Petri pertinentes a. 1136 (1130). 1290. — 2) Ut narrationem Rudolfi regis Erfordiae cerevisiam bibentis a. 1290. — 3) Inter quae versus de seditione plebis Erfordensis a. 1324. facta. — 4) Sed initio annorum ordo turbatus est hoc modo: a. 1072—1096. 1115 (nota aliunde inserta). 1096. 1082—1093. 1099. etc. recto ordine. Saepe autem annorum numero omisso ad praecedentes annos scripta sunt, quae in Cron. S. Petri sub veris annis leguntur. Et cum nonnunquam praecedentes anni in E omissi essent, factum est, ut narrationes quaedam omisso praecedente anni numero ad tertium vel quartum annorum praecedentium positae legantur. Saepe etiam annorum numeri mendose in hoc codice scripti sunt, omisso *C* vel *CC* vel *X* vel *XX* etc. — 5) Praemisso falso anni numero MCCCXLIX. — 6) Haec Additamenti nomine praefixo inter Cont. III. et Cont. II. edidi. — 7) Ne quis temere coniciat hoc chronicon antiquiorem vel genuinum textum Cronicae S. Petri praebere, moneo lectorem collatis fontibus eius facile perspecturam esse codicem Gottingensem verum et integrum textum eius praebere, etiamsi nonnulla verba nonnunquam in eo exciderint, alia corrupta sint, quae ope codicis E supleri vel corrigi possunt. — 8) Neque tamen singulis locis adnotavi in E plerumque scriptum esse *Henr. Fred. Lodew.* pro Heinrico, Friderico, Ludewico, saepe *Thed.* pro Theoderico, saepe *Erford.* et alia eiusdem generis. — 9) Cf. 'N. Archiv' XX, p. 413. XXI, p. 455 sq. — 10) Quod eo praesertim probatur, quod hic etiam locum supra l. 7 sq. dictum codicis E ad a. 1340, qui ex Cron. S. Petri a. 1274. descriptus est, ad a. 1340. c. 667, ed. de Liliencron p. 573. exscripserit.

M) codice bibliothecae magistratus ***Erfordensis*** *I. n.* 65 *(Herrmann I,* 12*)*[1]*, chart. fol., saec. XVII. in., continente magnum chronicon Erfordense lingua Germanica conscriptum, cuius prior pars usque ad a.* 1303. *periit*[2]*. Textui Germanico f.* 1—86. *insertae sunt Latine scriptae partes chronici Erfordensis, quod in E continetur, ab a.* 1303.[3] *usque ad a.* 1353.[4] *ad verbum descriptae, eae videlicet quae ad res Erfordenses spectant. Codicem ab auctore saec. XVII. in. exscriptum simillimum fuisse codicis E cum ex multis lectionibus cum eo concordantibus, tum ex eo patet, quod ex notis mixtis a.* 841—1348. *codicis E eam a.* 1249. *ut in E a.* 1349. *falso adscriptam et authenticam a.* 1341. *descripserit*[5]*. Idem vero praebet etiam versus memoriales et quosdam locos, qui neque in E neque in Cron. S. Petri inveniuntur, quorum duos in archetypo codicis E exstitisse ostendi 'N. Archiv' XXI, p.* 455 *sq., ubi p.* 452—458. *latius de hoc libro disserui. Exemplar harum partium codicis M a socio nostro H. Böhmer scriptum codice collato emendavi.*

Ex chronico Erfordensi codicis E, sed ex meliore eius codice pauca nescio quo tempore excerpta sunt, quae exscripta sunt in duabus Cronicis Erfordensibus chronico universali Theoderici Engelhus in tribus codicibus subiunctis et coniuncta cum aliis annalibus Erfordensibus brevibus.

Eng. I) signavi Cronicam Erfordensem, *quae legitur in codice bibliothecae regiae* ***Dresdensis*** *I* 47, *mbr. fol. saec. XV, f.* 79—80'[6]*, ubi primo excerptis exiguis chronici codicis E a.* 1036—1351. *scriptis, paulo post sive alia manu sive eadem manu alio atramento usa praescripti sunt annales breves Erfordenses a.* 438—842, *subiuncta eorundem annalium posterior pars a.* 1066—1213[7]*. Ex hoc codice multa Cronicae huius Erfordensis descripta sunt in Erphurdiano antiquitatum Variloquo.*

Eng. II) signavi Cronicam Erfordensis civitatis *a.* 438—1422 *(*1423*), quae exstat in codice bibliothecae civitatis* ***Hannoveranae****, chart. fol. saec. XV, olim* libro conventus fratrum Minorum in Gottingen H 5, *Theoderici Engelhus chronico subiuncta*[8]*; ubi excerpta brevia chronici codicis E, secundum ordinem annorum disposita, mixta sunt cum illis annalibus Erfordensibus brevibus, qui in hac cronica etiam sub a.* 1283. 1285. *exscripti sunt*[9]*. Quae hoc loco de his cro-*

1) Fuit enim quondam Caroli Herrmann, viri optime merliti de historia civitatis Erfordensis, qui eum descripsit in sua Bibliotheca Erfurtina p. 117–119, nr. 65. 2) Hoc volumen desinit a. 1510. Secundum volumen huius chronici, quod nos hoc loco non attinet, servatur in bibliotheca ministerii evangelici Erfordensis K XIV. 3) Hoc volumen incipit verbis Cronicae S. Petri a. 1303: *suspenderunt, quasi se suis manibus sufforasset.* 4) Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 453, n. 1. 5) Nescio, quomodo factum sit, ut etiam locos Cronicae S. Petri a. 1231. ad a. 1331. descripserit. De codice bibliothecae magistratus Erfordensis l. 6. eosdem locos falso a. 1331. adscriptos continente aliosque paucissimos locos, qui in E et M exstant, cf. 'N. Archiv' XXI, p. 454 sq., n. 1. 6) Eadem Cronica Erfordensis legitur in codice chronicon Theoderici Engelhus continente bibliothecae regiae Hannoveranae XI. 673, chart. fol. saec. XV, f. 74'—75', qui ex hoc libro Dresdensi descriptus est. 7) Quorum annalium pars maior convenit cum appendice et additamentis Libri cronicorum Erfordensis, editis a C. Wenck in 'Zeitschr. d. V. f. Thüring. Gesch. N. F.' IV, p. 248—250, 228—230. 8) Huius codicis folia numeris non signata sunt. Ex apographo malo huius codicis, quod dixit tunc exstitisse in bibliotheca S. Crucis Hannoveranae, hanc Cronicam edidit Io. B. Menckenius, SS. rerum German. II, col. 561—566, usus exemplari ab Io. G. ab Eckhart scripto. Et apographum recens eius in omnibus fere mendis et lacunis cum editione Menckenii concordans, cui praescriptum est: *Ms^tus codicis bibl. S. Crucis Hannoverae,* ante multos annos in usum nostrum V. Cl. Wattenbach descripsit ex volumine collectionis Cerroniauae Brunnensis a 11. 9) Magna pars huius Cronicae Erford. civitatis ab p. 438—1422. descripta est in codice Conradi Stolle bibliothecae universitatis Ienensis, Sagitt. in 4°, nr. 3, mbr. saec. XV, f. 150—151', ordine annorum non servato. In eodem codice f. 152—155'. alia manu saec. XV. scripti annales a. 250—1453. exstant, nullo ordine annorum servato, quorum maxima pars ex Libro cron. Erford. excerpta est, sed inter eius locos inveniuntur excerpta brevissima Cronicae S. Petri a. 1136. 1142. 1225—1241, quae bis vel ter nomine *Stolle* citavi. — Alia brevissima excerpta eiusdem Cronicae

nicis exposui, demonstravi 'N. Archiv' XXI, p. 482—512. *Paucis locis hos codices attuli, quibus E corruptas, hi meliores lectiones praebebant.*

L I) Cronica Thuringorum auctore fratre ordinis Praedicatorum Isenacensi hoc loco afferenda est, cum auctor eius Cronicam S. Petri cum Continuatione II. integra exscripserit, ut demonstravi 'N. Archiv' XXI, p. 473—479. *Sed cum auctor verba auctorum suorum plerumque mutata descripserit, raro lectio eius citanda erat ex codice autographo eius bibl. universitatis Ienensis, Ms. Buder. q.* 12, *scripto a.* 1395/6.

L II) Chronicon codicis E exscriptum est in additamentis Cronicae Thuringorum Isenacensis amplificatae codicis bibl. regiae Dresdensis K 316, *qui idem chronicon ex archetypo Isenacensi eius descriptum continet*[1] *(supra p.* 349).


L III) Multo plura quam amplificator Cronicae Thuringorum ex chronico codicis E, ex archetypo videlicet eius Isenacensi, quo et ille usus est, exscripsit tertius auctor Isenacensis in chronico, quod Historia de landgraviis Eccardiana ex more recentium inscribitur, ideoque non paucis locis veram huius chronici lectionem praebet, ubi E corruptam habet[2]. *Sed sicut amplificator Cronicae Thuring. hic etiam Cronicam Reinhardsbr., in quam tanta ex Cron. S. Petri transierant, exscripsit ideoque ex hac multos locos Cronicae S. Petri recepit, facit igitur (sicut et L II rarius) modo ad cognoscendam veram lectionem codicis eius Cont. II. aucti, modo ad cognoscendam veram lectionem Cronicae Reinhardsbr. ideoque codicis Cronicae S. Petri Cont. I. aucti. Praeterea vero etiam codicem integrae Cronicae S. Petri (primae partis) usque ad a.* 1208. *habuisse videtur, unde intelligis aliis locis aliam vim lectioni eius inesse*[3]. *Hic liber exstat in codice bibl. universitatis Ienensis non signato, chart. fol. saec. XV. ex., qui inscriptus est* Cronica Martiniana, *ex apographo eius Hannoverano editus est, priore parte omissa, ab Io. G. Eccardo, Hist. genealogica principum Saxoniae superioris (Lipsiae* 1722) *col.* 351—467.

C) Chronici universalis Saxonici Continuatio Thuringica, edita 'D. Chr.' II, p. 287—319, *ab a.* 1227. *usque ad a.* 1353. *excerpta praebet Cronicae S. Petri Continuatione II. (integra) auctae in linguam Germanicam versa, insertis paucis locis ex Cron. Minore sumptis aliisve additamentis brevissimis*[4].

Cum codex 1 *Continuationem I. contineat, in tertia vero, quam praebet, Continuatio II. exscripta sit, quaerendum est, num is e codice Continuatione I, an II. aucto profectus sit. Hic vero saepe corruptas lectiones Cronicae Reinhardsbr., in qua codex Continuatione I. auctus exscriptus est, habet, ut a.* 1184. 1. 2^a. *Reinh.:* Inde ultro profectus, *ubi vera lectio est* ultra[5]; *a.* 1218. *codex* 1: irtm. Itanus, *Cron. Reinh.:* Irtm. Icanus, *ubi legendum est* Ierosolimitanus; *a.* 1232. 1 *et N:* sacrofagum, *Reinh.:* sarchophagum, *ubi legendum* sacrosanctum; *a.* 1246. *habet E cum Ann. Erph.:* XI. Kal. Iunii, *quae lectio vera habenda est,* 1. $2^{a.b}$ *cum Reinh.*[6]: IX. kal. Iunii; *a.* 1291. *eadem verba omissa sunt in* 1 *et R, quae in*

a. 1285—1291. ex codice ecclesiae Eislebensis nr. 210, chart. 4° saec. XIV, edidit V. Cl. W. Wattenbach in 'N. Archiv' VIII, p. 295, signata *Eisl.* — Item brevissima excerpta Cronicae S. Petri (minime Annalium Erphord., quod G. H. Pertz, SS. XVI, p. 27, male contendit) a. 1227—1236. Annalibus Pegaviensibus subinncta sunt in cod. bibl. regiae Dresdensis I 49, circa a. 1500. scripto, quae edidit I. B. Menckenius, SS. rerum German. III, col. 156, notata *Dresd.* 1) Cf. 'N. Archiv' XX, p. 408—413. XXI, p. 276. 2) Sed etiam multis locis eiusdem corruptam lectionem praebet, quam iam archetypum Isenacensem codicis E habuisse eximdo apparet. 3) Vide quae exposui 'N. Archiv' XX, p. 407—415. XXI, p. 274—286. 466 sq. 492 sq. 4) Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 517—522. 5) In 2^b sic Pistorium correxisse patet. 6) Hic locus in R 1 non exstat, sed R 2 et L II (ex R) cum 1 concordant, quibus accedit N *(nono)*.

codice Cont. II. aucto extitisse patet, cum in Cont. Thuring. ea in linguam Germanicam translata inveniantur; a. 1290. *habent* 1. $2^{a.b}$. *Reinh.:* comes de Kazzenelleboin et filius eius, qui ibidem obiit; item filius eius comes de Bren, qui ibidem obiit, *sed verba litteris latius positis expressa falsissimum indicant, et haec desunt in Eng. I.*[1] *et in Cont. Thuringica; unde iam patet codicem, in quo primo Continuatio III. addita est, ex codice Continuatione I. (usque ad a.* 1338*) aucto descriptum esse*[2]*, fortasse eodem, quo chronista Reinhardsbrunnensis usus est. Et ex eodem profecti sunt codices* 1^{*}. 1. $2^{a.b.c}$ *et ii, quos N. et V. exscripserunt. Quo comprobato iam iuvat lectori stemma codicum Cronicae S. Petri, quantum cognoscere licet, exhibere, ut uno conspectu comprehendere possit, quae hoc loco exposui.*



Ad veram lectionem inveniendam, maxime ubi codices ex iis profecti qui aut Cont. I. aut II. aucti sunt inter se differunt, faciunt cum fontes Cronicae S. Petri, tum libelli ex iisdem fontibus hausti, qui in ea exscripti sunt, ut Ann. Erphesfurdenses-Lothariani a. 1125—1137, *quos Erph. signavi, Annales Pegavienses, Peg. signati, Annales Erphordenses a.* 1220—1254, *Erph. signati. Quae cum his, cum Ann. S. Albani (Wirziburg.) et cum Ann. S. Petri maioribus, inter a.* 1209. *et* 1215. *cum Cronica Reinhardsbrunnensi, ex Historiis videlicet Reinhardsbrunnensibus, quas non integras habemus, exscripta, in Cron. nostra conveniunt, mediis (minoribus) litteris, non minimis, excudenda curavi*[4]*, cum non habeamus eadem exemplaria annalium, quae in ea exscripta sunt; item quae Continuatio III. cum secunda communia habet mediis litteris expressa sunt,*

1) In E, ex cuius archetypo Eng. I. profectum est, scriba a verbo *obiit* ad inferius *obiit* aberrante haec verba, quibus comes de Bren dicitur, omissa sunt. 2) Conicere posses, cum codex 1 nonnunquam duas lectiones praebeat, alteram alteri superscriptam, illum ex codice cum Cont. I. (—1338) hunc ex codice a. 1335. sumptam esse, ut a. 1137. scriptum erat *mesticiam*, quod Cron. Reinh. habet, sed manu scribae superscripta est vera lectio *iusticium*; ut a. 1209, ubi voci *inconditos* vera lectio *inconcinnos* scribae manu superscripta est, etc. Neque tamen scribam huius codicis has lectiones ex altero codice repetivisse opineris, sed solum eum, qui Cont. III. conscripsit usus Continuatione II, has lectiones ex eo codice, qui Cont. II. continebat, superscripsisse suspicari potes. 3) Nota Rx esse codicem Isenacensem Cronicae Reinhardsbr., de quo vide 'N. Archiv' XXI, p. 289—291. 4) His notas rerum explicandarum causa pauca vel nullas adieci, cum Cron. Reinhardsbr. infra sequatur, cum monumenta Erphesfurtensia inter SS. rerum German. editurus sim, ubi invenies quae adnotanda habui.

cum Cont. II. non integram, sed excerpta eius tantum habeamus. Quo modo lector facilius cognoscet, quae in his libellis vel partibus concordent, quae differant. Ex libris auctorum, qui locos Cronicae S. Petri exscripserunt, eam tantum variam lectionem attuli, quam ex codicibus eius ab illis adhibitis profectam esse vel saltem proficisci potuisse censebam, quae auctores mutaverunt vel addiderunt, omisi, quod dicere vix oportuit[1].

Codice 1 *et etiam, quod mirum,* 1* *male usus Br. Stübel Cronicam S. Petri edidit in 'GQ. der Provinz Sachsen' (Halle* 1870*) I, p.* 1—184[2]. *Quam editionem iustis votis non satisfecisse omnibus notum est, sed editor meritus est de viris doctis, quod per viginti quinque annos hac Cronica commodius uti possent.*

Versio Germanica partis Cronicae nostrae a. 1100—1215. *auctore G. Grandaur edita est inter 'Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit' Lipsiae a.* 1881. *et iterum in editione altera eorundem cum praefatione Wilhelmi Wattenbach a.* 1893.

Cum omnes fere medii aevi auctores qui Cron. modernam exscripserunt iam supra recensuerim, hoc loco eis addendus est Theodericus Engelhus, qui in omnibus chronici sui recensionibus[3] *modo plura, modo minora ex ea vel potius ex chronico Erfordensi, quod in nostro cod. E exstat, exscripsit*[4]. *Sed oportet adiciam me nullo modo adduci posse, ut credam hanc Cronicam ab Ottocaro in magno suo Chronico rhythmico Austriaco adhibitam esse, quod A. Busson*[6] *et post eum I. Seemüller*[6] *censuerunt. Neque chronicon quoddam Thuringicum neque omnino tot chronica annalesque, quot hi viri docti recensuerunt, ab Ottocaro lecta esse mihi persuasum habeo, multa ex eorum serie demenda esse iudico*[7].

Berolini a. d. III. Kal. Decembr. a. 1895. *O. Holder-Egger.*

f. 124.

CRONICA MODERNA[a].

INDICULUS ORDINUM RELIGIOSORUM.

Infra f. 193. Papa[a] decrevit in concilio[b] de ordinibus mendicancium et non mendicancium ordinare[c], prout animarum saluti et eorum statui[d] viderit expedire. Et quia Gregorius papa[e] non approbatos ordines revocat, licet modo ponere, quibus temporibus ceperint in ecclesia approbati ordines[f] et confirmati.

Anno[g] ab incarnacione Domini XXXI. III. Kal. Maii primo cepit Christus[g] dominus in Capharnaum predicare.

Anno ab incarnacione XXXI. coruscante[h] Christi evangelio cepit vita et observancia apostolorum iuxta perfectionem evangelicam in Galilea.

Anno[10] Domini CCL. cepit monasticus ordo ab Anthonio monacho et abbate in Tebaida, et tunc beatus Paulus primus heremita claruit ibidem multique servi Dei.

a) *sic* A. *l.* 1*; Cron. mod. *nigro atram. infra ante* Anno ab inc. D. XXXI. *scr.* 1. b) in conc. *om.* 1. c) ordine 1*. d) statu 1*. e) papa Gr. 1. f) *om.* 1. g) cristus 1 *semper*. h) chorusc. 1*.

1) Si quae locorum nomina in notis non explicata inveneris, indicem nominum huius voluminis consulas, precor. 2) Quam non eleganter inscripsit *Chronicon Sampetrinum*. Ex hoc volumine separatim editum Halle a. d. S. 1869. cum titulo *Chronicon Sampetrinum Erphordense*. 3) Editis ab I. I. Mádero Helmstadii 1671. 4°. et a Leibnitio, SS. rerum Brunsvic. II, p. 974 sqq. et ineditis. Cuius loci non faciunt ad textum Cron. modernae emendandum. Cf. 'N. Archiv' XIII, p. 183 (L. de Heinemann). XXI, p. 456. 4) De chronicis Erfordensibus lingua Germanica conscriptis vide 'N. Archiv' XXI, p. 451, n. 1. 5) 'SB. der Akad. d. Wiss. zu Wien' CXIV, p. 73 sqq. 6) 'D. Chr.' V, p. LIX. — 7) Cf. quae I. Loserth, 'Hist. Zeitschrift' LXXIV (N. F. XXXVIII), p. 286 sqq. bene exposuit. 8) Scil. Gregorius X. in concilio Lugdunensi a. 1274. 9) Sequentem catalogum ordinum exscripsit, ampliavit, mutavit Nicolaus de Sygen ed. Wegele p. 250—253. 10) Ab hoc anno idem indiculus, qui hoc loco exscriptus est, adhibitus est in Libro cron. Erford., 'Zeitschr. d. V. f. Thüring. Gesch. N. F.' IV, p. 247—249; alium horum similem edidit Leibnitius, SS. rerum Brunsvic. II, p. 87.

Anno Domini CCCLXX. per Damasum papam et sanctum Ieronimum[a] et Ambrosium[b] cepit divinum officium decantari[c] in ecclesiis.

Anno Domini[d] CCCCXXX. cepit ordo regularium canonicorum et lectio in mensa a beato Augustino[1] in ecclesia Yponensi in Hispania.

Anno Domini DXXVII. cepit ordo et regula monachorum a beatissimo Benedicto[e] abbate in Monte Cassino in Campania.

Anno Domini DXCI. ceperunt processiones in Roma[f] a beatissimo papa Gregorio contra pestem inguinariam, et ab eodem sancto papa divinum officium, tam diurnum quam nocturnum, in ecclesia ordinatur.

Anno Domini DCCCXVII. auctoritate Stephani pape IIII[tii][g] in concilio Aquisgrani per Ludewicum Pium imperatorem, filium Karoli Magni, et per sanctum Bonifacium[2], primum archiepiscopum Mogontinum, qui tunc legatus fuit sedis apostolice in Germania, regula canonicorum et canonicarum, ut liquido apparet in nobilissima ecclesia Quitillingenburch[3], [h]de sanctorum patrum scriptis compilata fuit. Cr. Minor. *f. 124*.

Anno Domini DCCC.[i] cepit in heremo Wilhelmitarum heremitarum [ordo[k]] sub Wilhelmo duce in Aquitania ad regulam beati Benedicti.

Anno[l] Domini[m] MXCVIII. cepit ordo Cisterciensium extractus et assumptus a regula beati[n] Benedicti a Ruperto abbate in Burgundia.

Anno Domini MCXXI. Nortpertus archiepiscopus Magadaburgensis[o] claruit, a quo Northertini canonici. *Ib. 1128.*

Anno Domini MCXXVIII. ordo Templariorum confirmatur.

Anno Domini MCC. cepit ordo domus Theutonice ab imperatore Heinrico VI.[4] in Accon.

Anno Domini MCCVI. Franciscus cepit agere veram penitenciam.

Anno Domini MCCX. cepit ordo fratrum Minorum a sancto Francisco in valle Spoletana.

Anno Domini MCCXII. cepit ordo sancte Clare virginis per bestom Franciscum in valle Spoletana.

Anno Domini MCCXIIII. cepit ordo Predicatorum a sancto Dominico in Hispania. Ex hiis colligitur, quod Minorum ordo cepit tribus annis integris et dimidio, antequam ceperint[p] Predicatores.

Gregorius[q] papa X[us] in concilio Lugdunensi destituit Bertoldum[r] de Hennenberch[p] de episcopatu Herbipolensi, provisione temporalium honorifice sibi facta, et decanum prefate ecclesie ibidem instituit episcopum nomine Bertoldum[q]. *Infra f. 184.*

Eodem anno Rudolfus Romanorum rex auctoritate regia convocatis episcopis ac principibus ac magnatibus regni in Nurenberc[r] celebravit curiam suam in festo beati Martini, ostendens ibidem robur virtutis sue cum duobus millibus militum[s] armatorum et insuper quingentorum militum similiter armatorum vallatus, qui contradictorum et inimicorum rebellancium, si qui[t] forsitan apparerent, machinaciones[u] et seviciam propulsarent, sive Otthokari[v] regis Boemorum, adversarii sui, sive aliorum; sed Deo disponente nullus ibi contradictor vel adversarius audebat resistere ipsi Rudolfo[w] regi Romanorum[x], quia ipsum hic Gregorius papa X[us] et ecclesia favore permaximo confovebat.

Anno Domini MCCLXXXI. Martinus papa, nacione Gallicus, sedit annis IIII, mensibus IIII. Hic specialiter pre omnibus apostolicis dedit privilegium[5] fratribus Minoribus ac auctoritatem audiendi confessiones et iniungendi penitencias salutares, quos ministri eorum[y] ad hoc ordinaverint[z], eo salvo, ut suis parrochialibus presbiteris ad minus semel in anno confiteantur.* *f. 126.*

---

*) 1 *add.*: Anno Domini MCCCL. primo submersus est Conradus de Gata[a] conventualis ordinis sancti Benedicti in Erfordia et hoc in aqua que dicitur Sale per episcopum Nuenbergensem[a]. 1351.

Anno Domini MCCCXXX. edificata est turris apud pretorium in Erphesfurd[b].

Anno Domini MCCCXCII.[a] incepit universitas seu studium[b] Erfordie.

Anno Domini 1482. post festum nativitatis Marie obiit dux Wilhelmus Saxonie et lantgravius Thuringie. Sept. (17).

a) Hieron. 1[a]. b) et Ambr. *om.* 1. c) cantari 1[a]. d) *om.* 1[a]. e) *om.* 1. f) Rhoma 1[a]. g) *sic* 1. 1[a]. *Liber cron. Erf.* h) *supplevi ex Libro cron. Erf., deest* 1. 1[a]. i) sancti 1. k) Madeburg. 1[a]. l) sexto 1. m) ceperunt 1. n) *huec — nom. Bertoldum habent etiam* 2[a. b]. o) Bertholdum *h. l.* 1. 2[b]. p) *sic* 1; hennoburch 1[a]; Henneberch 2[a]; Henneberg 2[b]. q) Bertholdum 2[b]. r) Nurenbergk 1. s) *sic infra f.* 184. 1; milium *h. l.* 1. 1[a]. t) qui, *post corr.* quo 1. u) machinacionis *corr.* machinaciones 1. v) Orethokari 1[a]; Grethocari *h. l.* 1, *infra f.* 184. Orethocarii. w) Rudolffo 1. x) rhomanorum 1[a]. y) *superscr.* 1. z) gaca 1. a) MCCC92[a] — Erphordie *habent etiam* 2[a. b] (2[a] *post excerpta Annalium S. Petri maiorum, et iterum infra post a.* 1290, *ubi* Erffordie); *cf. Lamperti opera p. LIV.* b) generale *add.* 2[b].

1) Cf. Cron. Minor a. 437, Pistorius-Struve, SS. I, p. 1073. 2) Male coniunctus est locus indiculi in Libro cron. Erford. excripti *(A. D. DCCXLII. . . . cepit ordo canonicorum et canonissarum per b. Bonifacium in Theutonia)* cum loco Cron. Minoris. 3) Cf. Ann. Quedlinb. a. 816, SS. III, p. 42. 4) Quae inter a. 1098. et 1200. minimis litteris expressa cum Cron. Minore concordant, forsasse non ex ipsa, sed hoc loco et in eadem ex indiculo quodam ordinum sumpta sunt. 5) Potthast, Reg. nr. 21837. 6) Rudolfum; cf. infra f. 231, a. 1351. 7) Cf. infra f. 221, a. 1330.

Lamp. add. Anno[a] Domini MXXXVI. edificatum est monasterium Scotorum in Erfordia per dominum Waltherum[a] de Glisberg ibidem sepultum[b].

PARS I.

Anno dominice[c] incarnacionis MLXX.[d] MLXXI.

cf. Ann. S. Alb. MLXXII. Coniurant principes[e] contra Heinricum regem[f.**].

Anno[g] Domini MLXXIII. Saxones Hartesburg[h] destruunt, ubi sepulchrum filii[i] regis violant ossaque[k] dispergunt[l].

Anno[m] Domini MLXXIIII. Alexandro pape Hildebrandus, qui et Gregorius[1], succedit[n].

Iun. 9. Anno Domini MLXXV. Bellum*** iuxta Unstrut[o] committitur[p] V.[q] Idus Iunii a Saxonibus contra regem Heinricum. Ubi multi potentes ex utraque parte ceciderunt, et Saxones fugam inierunt[r].

1075. Anno MLXXVII. Dominus[s] Anno Coloniensis archiepiscopus obiit, qui ex[t] fundamento V[u] congregaciones longe vel prope positas in suo episcopio[v] feliciter instruxit[w]; pro[x] quo Hildolfus

1077. ordinatur. Agnes imperatrix obiit. Rudolfus[y] rex constitutus est in loco qui dicitur Forechheim[z]

Mart. 26. et in media quadragesima apud Mogonciam[a] unctus in regem a Sigefrido[b] archiepiscopo[c]. Hyems[d] valida et nivosa[e].

A. S. P. ant. cf. A. S. Alb. Anno MLXXVIII. Secundum bellum iuxta Strouui[f] vel Medelrichstat[g] commissum est a Rudolfo[h].

Aug. 7. *cf. 125.* VII.[i] Idus Augusti, qui regnum invaserat contra Heinricum regem. Ubi[k] idem rex Heinricus

1079. fugam iniit[l]. Hildolfus Coloniensis episcopus obiit; cui Sigewinus successit.

Anno MLXXVIIII. Tercium bellum iuxta Fladecheim[m] commissum est V. Kal. Februarii. Er-

cf. A. S. P. br. et mai. phesfurt[n] civitas incensa est ab exercitu regis[o] Heinrici. Monasterium quoque sancti Petri in Monte et sancti Severi cum multitudine, que ibidem[p] confugerat[3].

cf. A. S. Alb. Oct. 15. Anno MLXXX. Quartum[q] bellum iuxta Olstram[q] fluvium committitur Idus Octobris, in quo Rudolfus[r] rex, qui et dux, occiditur.

Apr. 3. Anno MLXXXI.[s] Heinricus rex Romam[t] obsedit. Monasterium Babenberg[u] in vigilia pasche[v] combustum est. Monasterium quoque sancti Martini Mogoncie[w] cum tribus adiacentibus monasteriis[x] exustum est, et pene omnis civitas exusta est. Heinricus rex natus est, ille qui patrem suum de regno expulit[6].

Anno MLXXXII.[z] Hermannus regnum invadit.

Anno Domini MLXXXIII. Roma capta est ab Heinrico rege; et pestilencia gravis facta est.

Anno MLXXXIIII. Heinricus rex de Italia revertitur, et Augusta[y] ab eo obsidetur et capitur.

*) *E incipit sic:* Anno Domini M°XXXVI. constructum est monasterium Scotorum sancti Iacobi in Erfordia a Waltero de Glißbergk, filio marschalci de Kalentyn, sub Erhardo primo abbate eiusdem claustri.

**) *E sic:* Anno M°LXXII° coniurant et conspirant principes ac nobiles contra Heinricum imperatorem.

***) B. primum iuxta Neylstete (meylstete c.) prope Unstrut *E.*

a) Baltherum 1. b) sepelitur 1; *post haec reliquum spatium paginae* 130′. *vacuum relictum est* 1ª. c) inc. dom. 1; dom. inc. *om. E.* d) MLXX. MLXXI. *om.* 1. *E.* e) Saxonum *add.* 2ª.ᵇ. f) 1 *add.:* Videtur historia ubi supra *(Lamperti Annales videlicet).* g) A. D. *et* Anno *semper om.* 1ª. 2ª.ᵇ. h) Hartisburgk *E:* castrum fortissimum *add.* 2ª.ᵇ. i) Heinrici (henr. *E plerumque*) *add.* 2ª.ᵇ. *E.* k) et ossa 1ª. *E;* ossa 2ª.ᵇ; eius *add. E.* l) ecclesiamque in eodem destruunt *add.* 2ª.ᵇ. m) *haec — succedit om.* 2ª.ᵇ. *E.* n) successit 1ª. o) Unstrout 2ᵇ; fluvium *add.* 2ª.ᵇ. p) comiit. 1ª. q) *sic recte omnes cum Ann. Hild. et Rasenf. (ex Chron. Wirzib.); VI. Ann. S. Alb.* r) De quo bello superius copiose scriptum est *add.* 2ª *(scil. in excerptis ex Lamperti Ann.);* De quo bello ponitur supra *add.* 2ᵇ. s) *om.* 1; Eodem anno dom. Col. (*om.* Anno) — construxit *post* Rud. — nivosa *E.* t) a 2ª.ᵇ. u) quinque 1. 2ᵇ. v) episcopatu *E.* w) construxit 2ª.ᵇ. *E.* x) pro — obiit *om.* 2ª.ᵇ. *E.* y) Rudolfus *plerumque* 2ª; Rudolphus *plerumque* 2ᵇ. z) Forechhem 1ª; Forchem 2ª.ᵇ; Worchheym *E, ubi om.* et. a) magunciam 2ª; mogunciam 2ᵇ. *E.* b) Sigifrido 2ª; siffrido *E.* c) magunt *add. E.* d) Hiems 1. e) erat *add. E.* f) Srtouio 1; struff *E;* Str. vel *om.* 2ª.ᵇ. g) Medelrichstad 1; Mellirstat in Franconia *E.* h) Rudolpho 1ª. 2ᵇ; Rudolffo 2ª. *E.* i) qui regn. VII. Id. Aug. 1ª; VI° Id. Aug. a Rud. qui r. *E.* k) Et 1. *V.* l) inivit *E.* — Hild. — succ. *om.* 2ª.ᵇ. *E.* m) vladicheym *E.* n) Erphesfurd 1; Erfesfort *E; haec habent* 2ª.ᵇ *ante a.* 1072, 2ª *cum* MLXXVIIII, 2ᵇ *ad a.* 1068. o) *sic* 1. 2ª.ᵇ. *L III;* H. r. 1ª. *E. V.* p) ibi 2ᵇ. q) *sic* 1. 1ª. 2ª.ᵇ, *multo post corr.* Elstram 1, *et ita* (conm. i. Elstram) *E.* r) rodulfus *E.* s) M°LXXXII° *E.* t) rhomam 1ª *semper.* u) in Bab. 2ª.ᵇ. *E.* v) in vig. p. *om. E.* w) mog̃ 1ª. 2ª; Moguntiae 2ᵇ; magunt. *E.* x) MLXXX. 2ª; *h. a. om. E.* y) civitas *add. E.*

1) *qui et Greg.* habent Ann. Rosenf., SS. XVI, p. 100, ex Chron. Wirziburg. 2) Minimis litteris expressa inter ea quae cum Ann. S. Albani conveniunt ex Ann S. Petri Erph. antiquis sumpta sunt. 3) Ad a. 1079. habet haec Ekkehardi Auct. S Petri Erph., ad a. 1080. (ad quem ibi pugna praecedens falso adscripta est) Ann. S. Petri breves et maiorum cod. 1, ad quos verba haec proxime accedunt, ad a. 1078. Ann. S. Petri maiorum codd. 2. 3. 4) Ad a 1084. habent haec perperam Ann. S. Petri ant. 5) Eadem verba in Ekkeh. Auct. S. Petri, SS. VI, p. 205, ex exemplari Annalium Wirziburg. in monasterio S. Petri adservato. 6) Cf. Auct. Ekkeh. l. l., Ann. S. Petri ant., breves et maiores.

Sigefridus[a] archiepiscopus Mogontinus[b] obiit in Thuringia et Hasungin[c] sepelitur; pro[d] quo Wecil[e] constituitur. cf. A. S. Alb.

Anno MLXXXV. Meginhardus quidam doctissimus, sed non secundum scienciam, Wirciburgensi[f] ecclesie vivente Adelberone[g] adhuc episcopo substituitur[2]. Gregorius papa obiit. Dietmarus Wormacie[h] episcopus obiit. Hermannus[i] palatinus comes obiit. Rom. 10, 2.

Anno MLXXXVI. Quintum bellum iuxta Bleichfel[k] committitur[l] III. Idus Augusti, in quo pauci potentes, vulgus tamen[m] innumerabile interiit[n]. Hermannus[o] nomen regium deponit, et ipse mox periit. Aug. 11.

Anno MLXXXVII.[p] Berchta imperatrix obiit.

Anno MLXXXVIII.[q] Wecil archiepiscopus Mogontinus obiit; cui Ruthardus successit. Meginhardus superpositus Wirciburgensi ecclesie episcopus obiit. Bucco[r] Halberstatensis ecclesie[s] episcopus Goslarie occiditur. Terre[t] motus factus est magnus V. Idus Maii[u]. A. S. P. ant. cf. A. S. Alb. cf. Ann. Ekk. *cf.* 126. Maii 11.

Anno Domini MLXXXVIIII.[v] Sextum bellum committitur iuxta Glichin[w] castellum in Thuringia in die dominica, vigilia nativitatis[3] Domini, inter Heinricum imperatorem et Ekkibertum[x] marchionem, in quo[x] Burchardus[y] episcopus Losanne[z] occisus est. Sigewinus[a] Coloniensis archiepiscopus obiit. Otto Ratisponensis episcopus[a] obiit. Constituuntur episcopi Hermannus Coloniensis, Ruthardus Mogontinus, Emmehardus Wirciburgensis, vir naturalis et mellite eloquencie. cf. A. S. Alb. Dec. 24.

Anno MXC. Huzmannus Spirensis episcopus obiit; pro quo Iohannes[b] constituitur. Imperator Italiam peciit. Ekkibertus[c] marchio iuxta aquam que dicitur Selicha in molendino quodam miserabiliter interfectus occubuit[d. 4]. Adelbero Wirciburgensis[e] episcopus obiit; vixit autem in episcopatu annis XLV, menses III.

Anno Domini MXCI. Machthilt de Longobardia Heinrico regi rebellat.

Anno Domini MXCII. Eclipsis solis facta est III. hora[f] diei, et draco visus est.

Anno[g] Domini MXCIIII. Pestilencia gravis hominum facta est. A. S. P. ant. cf. A. S. Alb.

Anno MXCV.[h] Lupoldus marchio et Heinricus[i] palatinus comes obierunt.[*]

Anno MXCVI. Hoc anno populus innumerabilis virorum et mulierum[k] ex diversarum gencium partibus armatus Ierosolimam tendens Iudeos baptizari compulit[k], renuentes[l] ubivis locorum immensa cede profligavit. Apud Mogonciam[m] vero utriusque sexus Iudei numero mille et XIIII interfecti sunt, et maxima pars civitatis exusta est. Iudei, qui per diversas provincias metu compellente christiani facti sunt, iterum[n] a christianitate paulatim recesserunt.

Anno[o] Domini MXCVII. Imperator de Italia rediit. Cŏnradus patri suo Heinrico imperatori rebellat, et ob hanc iniuriam iuniori suo filio regnum iniungit.

[*]) *E add. hoc loco, ubi infra a.* 1115. *locus de hac pugna ex Cron. S. Petri excerptus est:* Anno MCXV.[p] Henricus rex pugnavit in Welfisholcz[6].

Versus[5]: *Anno milleno centeno ter quoque quinto*
Silvam Welfonis perfuderat unda cruoris.
Saxones, Franckones atque Thuringi.
Henrici[q] *regis victor tunc exstitit eis.*

a) Syfridus *E.* b) Mogoñ 1*; mogunt' 2a; Moguntinensis 2b; magunt' *E.* c) Hasungñ 2a; Hasongun 2b; hasungen *E.* d) *haec et a.* 1085. *om. E.* e) Wecel 2a; Wetel 2b. f) Wirziburgensi 1*; Wirceburgensis 2b. g) Adelbero al'(ias) Adelberone 2a.b. h) Wormaciensis 1. i) Hermanus 1*. k) *sic* 1. 1*. 1c; Gleichfel 2a.b; Bleychvelt prope Wirczeburg *E.* l) *in hac voce (sillaba com) desinit* 1*. m) *sic* 2a. *E. L II; tantum* 1. 2b. n) periit 2b. o) *haec et a.* 1087. *om. E.* p) *numeri annorum* 1081—1111. *cifris Arabicis scripti sunt in* 1. q) M°LXXXVIIII° *E, ubi* Wecil — episc. obiit *om.* r) Buggo *E.* s) *om. E.* t) Anno M°LXXXVIIII° t. *E.* u) et c. Succurre gloriose Ieronime *add.* 1. v) glichñ *E.* w) Eckkibert 2a; Eckibert 2b; Ebert. *E.* x) prelio *add. E.* y) Burckhardus 2a. z) Losanñ 2a; Losannensis 2b; osanne *E.* a) *haec — peciit (cf.* 19*) om.* 2a.b. *E.* b) lõẽs 1. c) Anno M°XC° Ecbertus *E; haec in* 2a.b *ad a.* 1089. *adscripta sunt.* d) est *E, ubi sequentia — rebellat a.* 1091. *om.* e) Wirceburg. 2a; Wurtzburg. *saepe* 2b. f) h tercia (diei *om.*) *E.* g) et sequenti anno pest. *E.* h) M°XCVI° *E.* i) h palatinus ob. *E.* k) compellens *E.* l) renitentes 2a.b; renunctietis *E.* m) magunt' *E.* n) denuo *E.* o) *sequentia — Otto obiit a.* 1099. *om. E.* p) M°C°VX° *E.* q) Henry rgt *E.*

1) Nomen ex Ann. S. Petri ant.; Ann. S. Albani: *Wezelinus.* 2) Hic locus propius ad Ann. Rosenf., SS. XVI, p. 101, quam ad Ann. S. Alb. accedit. Schum, 'Die Jahrbücher des St. Albansklosters' p. 70, cum versum ignoraret Rom. 10, 2 *(Aemulationem Dei habent, sed non secundum scientiam)*, ineptissima de hoc loco dixit. 3) Hoc verbum omissum in Ann. S. Alb. (Hildesh.) et Elwang., SS. X, p. 18, quod *(natalis)* Ekkeb. et Ann. Rosenf. et S. Petri ant. *(nat)* habent, aut ex his vel potius ex eorum fonte, Ann. Wirziburg., auctor sumpsit. 4) Cf. Ekkeb. a. 1090, SS. VI, p. 207. 5) Ekkeb. a. 1096, p. 208: *utriusque sexus.* 6) Cf. Ann. Thuring. br., SS XXIV, p. 40; 'N. Archiv' XXI, p. 523. 7) Eosdem versus habet Theod. Engelhus ed. Maderus p. 217 (cf. Ann. Dunemund., SS. XIX, p. 709; 'Forschungen' XIX, p. 634, nr. 31a), sed quartus versus, qui hoc loco sano sensu caret, ibi legitur:

Henrici regis exercitus est superatus.

cf. A. S. Alb. Anno Domini MXCVIII. Ruthardus archiepiscopus Mogontinus* pro pecunia, quam Iudei interfecti reliquerunt[a. 1], graciam regis perdidit et in Thuringiam secessit, ibique usque ad obitum predicti regis rebellis mansit, occasionem habens, quod communicare excommunicato imperatori nollet[2].

Apr. 10. f. 126. Anno Domini MXCVIIII. Imperator pascha Ratispone celebravit[b], ubi hisdem[c] diebus magna mortalitas facta est, in qua Rabbodo[d] palatinus comes cum aliis innumerabilibus moritur. Cônradus

Apr. 13. Traiectensis episcopus IIII. feria pasce post missam celebratam a negociatore Fresico ex inproviso occiditur; pro quo Burchardus constituitur. Hermannus Coloniensis episcopus obiit; pro quo Fridericus constituitur. Urbanus papa, qui et Otto, obiit. Ierosolima capitur[e] a christianis, Gotefrido[f] duce exercitum regente.

Anno Domini MC. Hyems[g] dura et fames magna. Otto[h] marchio aliique plures Saxonum barbaros qui Lutizi[i] vocantur invasit et honorifice triumphavit. Clemens papa, qui et Wigbertus, obiit. Adala palatina Romam pergens obiit. Gotefridus dux apud Ierosolimam, qui exercitum christianorum regebat, obiit; pro quo frater eius Balduwinus ad regendum populum constituitur. Gisilbertus Erphesfurdensis abbas[3], iam dudum in se conceptum pandens pro Domino pere-

Ps. 131, 7 grinacionis amorem, Ierosolimam adiit, adoratoque in loco, ubi steterunt pedes Domini, ob prissime eius genitricis amorem in valle Iosaphat eidem serviturus[k] discipline se subdidit regulari, ibique fideli cum famulatu faciens annum, celebratisque ipsa resolucionis

Oct. 1. sue die sacris missarum-solemniis, Kal. Octob. feliciter migravit ad Dominum[4].

cf. A. S. Alb. Anno Domini MCI. Comes Heinricus, qui erat pingwis, graciam imperatoris acquisivit, et ipse imperator marchiam Frisonum sibi tradidit. Qui statim illuc pergens cum uxore sua[l], ipse quidem lancea transfixus est et de navi eiectus, sic interfectus est. Illa autem vix evasit. Imperator

Apr. 21. Leodio pascha celebravit; filius eius iunior gladium accepit[5].

A. S. Petri ant. et hr. Anno Domini MCII. Burchardus[1] abbas factus est in Erphesfurt[m] VI. Idus Februarii; et[n] ab ipso eodem anno fundata est[o] basilica sanctorum apostolorum Petri et Pauli in monte eiusdem loci**.

1104. Anno[p] Domini MCIIII. Heinricus imperator una cum filio suo Heinrico, adolescente

f. 127. iam rege ordinato, proximam[q] nativitatem Domini in Saxonia celebrare disposuit, vene-

(Dec. 12. runtque pariter Friteslari in adventu Domini[7], ut irent ad dispositum locum; sed ex inproviso orta inter eos discordia, discessum est. Imperator, reversus in Franconiam, circa

Dec. 25. Rhenum nativitatem Domini egit. Filius in[r] adipiscendi regni amore perurgens animum, in Orientali Francia et in Baioaria huc illucque incertus vagatur ac[s] quoscumque potuit

A. S. P. ant. cf. mal. ad se illiciens adhortatur. Cônr[t] comes de Bichelingin occisus est.

1105. Anno Domini MCV. Heinricus imperator post nativitatem Domini misit nunctios ad filium suum, volens reconciliari cum illo, sed ipse, ut postmodum declaruit[u], longe aliter habens in animo, omnino renuit, ipsumque cum omnibus sibi in hoc consencientibus persequi statuit. Proinde non multum temporis effluxit, quod[v] omnes primates regni extollentes partem adolescentis pariter contra predictum imperatorem conspirant; nam et prius exosum eum habuerant, eo quod multa execranda et nefanda vera et falsa fama de eo disperserat; accessit eciam, quod semel et bis ab apostolicis viris diu iam excommunicatus fuerat. Ducatum ergo prestante ad hec quodam Gebehardo episcopo Constanciense, apo-

*) *Inter lineas minoribus litteris, sed eadem manu add.* 1: Iste pius episcopus contulit nobis cellam prope Werram cum omnibus pertinenciis suis; acta sunt hec anno Domini 1104[8].

**) *E add.:* postquam fuit igne cremata[9].

a) reliquerant 2a.b. b) celebrat 2b. c) iadem 2a; iisdem 2b. d) Rabbado 2a.b. e) Anno MoXCIXo Ier. a chr. cap. *E.* f) Gotfrido *E.* g) Hiemps. 2a; *a.* 1100. 1101. *om. E.* h) *sic* 1, 2a.b; Odo *Ann. S. Alb.* i) Luticii 2a.b. k) *sic R*: seruiminis 1. l) Burghardus *E.* m) *sic* 2c. erphesfurd 1; in erffordie *E.* n) *sic E. Ann. S. Petri; om.* 1. 2c. o) *om. E.* p) *a.* 1104—1114. *om. E.* q) proximũ 1. r) in *eadem manu supersc.* 1. s) ad 1. t) *eadem manu supersc.* Cuno 1. u) *sic* 1; *cf. p.* 359, *l.* 46. v) quũ 1.

1) Cf. Ekkeh. a. 1098, p. 209. 2) Cf. Ann. S. Disibodi, SS. XVII, p. 16. 3) Et Reinhardsbrunnensis, olim a. 1081—1085. abbas Hasungensis, monachus Hirsaugiensis, ab a. 1091. abbas Admuntensis; cf. Vita Gebeh. Sal. c. 11, SS. IX, p. 40 sq. 4) Cf. Vita Gebeh. Sal. l. l.; Ann. S. Petri ant., SS. XVI, p. 16; Auct. Garst., Ann. S. Rudb. Salisb., SS. IX, p. 568. 774. 5) Gertrude; cf. Ann. Saxo, SS. VI, p. 734. 6) Ann. Magdeb., SS. XVI, p. 180, et Ann. Saxo l. l. eadem habent sumpta ex Chron. Wirziburg., quae ex eodem ad hanc Cron. per Annalium Wirziburg. exemplar pervenerunt. Cf. G. Buchholz, 'Die Würzburger Chronik' p. 57 sq. 7) Cf. Ann. Hildesh., Ann. Saxo p. 739. 8) Vide Ruthardi cartam, Böhmer-Will, Reg. arch. Mogunt. XXIV, nr. 44, I, p. 231, ubi deleas nr. 42. 9) Cf. supra a. 1079. Similia coniecit Erph. ant. Varil., Mencke II, c. 475: *postquam ignis vehemencia omnia consumserat*, quae in Eng. l. non leguntur.

stolici legato, et rem que fiebat sanctam[a] et iustam predicante, adolescens, de quo sermo est, regno intronizatur[b] a Thuringis et Saxonibus[c], circa palmas Erphesfurt[d] magno gaudio excipitur, Quitilinburg pascha ab eo celebratur[1]. Qui patri[e] excommunicato communicaverant, absolvuntur; nova res undique[f] agitur; episcopi expulsi undique sedibus suis restituuntur, alii econtra destituuntur. Tandem dies collocucionis inter patrem et filium statuitur[2]; quo cum ventum foret, imperator a filio suo regalibus despoliatur et postmodum captivus custodie[g] mancipatur. Qua se excuciens et aufugiens omnibusque quibus potuit iniuriam sibi factam conquerens, Leodium secessit; quem filius cum tocius regni principibus insequitur, Coloniam, que illius partibus favebat, obsidet, nec prius a persecucione et obsidione destitit, quam ei defunctus pater annunctiatur. Quo comperto corpus Spire deferri iubet, sed sepulture tradi non permisit, quin et ipsos, qui humanitatis causa exequiis deservierant, nonnisi pecunia data, difficulter gracie sue admisit. Postremum adepto regno ex integro, cepit se ad alta queque extendere, predia et castella qualicumque occasione quibusque eripere, magna et grandia affectans, tamen parva et minima ambire, ignobiles extollere, nobiles et potentes sine audiencia, proscriptis prediis et facultatibus, captivos et vinctos abducere; inter quos eciam ab apostolico manus suas non servavit innoxias. 1105. Apr. 2. Apr. 9. 1106. *c. 127. 1111.

Anno Domini MCVI. Heinricus imperator senior apud Leodium obiit[3]. A. S. Petri ant.

Anno Domini MCVIIII. Ruthardus Mogontinus archiepiscopus obiit.

Anno MCX. Heinricus rex magno exercitu undique per totum regnum congregato Longobardiam circa nativitatem sancte Marie cum expedicione intravit. Ubi eciam pene per integrum annum commoratus, qui sibi rebelles extiterant subiecit et magnam cladem populando, vastando, cremando[h] terre illi intulit. 1110. Sept. 8.

Anno MCXI. Predictus rex Heinricus sub eadem expedicione et eiusdem anni circulo II. Idus Februarii cum exercitu clam loricato[i] et armato pacem simulando Romam intravit et a Paschali papa, clero quoque et populo cum magna gloria et leticia susceptus est. Firmatumque erat iureiurando et scriptis, datis ex utraque parte obsidibus, ut ipsa die imperiali benedictione sublimaretur eo pacto, ut ad[k] exterminandam symoniacam heresim, que non longe ante temporibus patris sui omnes partes regni nequiter pullulando fedaverat, nullo modo se ulterius de spiritualibus et ecclesiasticis rebus instituendis intromitteret, regalia sua[l] sibi tantum cederent, et his contentus foret; sed ipse mox ut templum apostolorum[m] intravit, obdurans cor suum, contra ea que paulo ante spoponderat, dominum apostolicum cum plerisque cardinalibus captivum abduxit, cedem hominum fecit; ecclesie diverse depredate sunt, vestes sacrate et cruces ablate et multa perpetrata. Tandem post proximum pascha V. Idus Aprilis[4] papa, vellet nollet, omissis que prius condicta et coniurata fuerant, imperatorem[n] eum benedicendo constituit. 1111. Febr. 13. Dent. 15, 7. Apr. 9. *c. 128.

[o]Anno Domini MCXII. Adelbertus cancellarius constitutus est episcopus Mogoncie[5]. Hermannus Ludewici comitis[6] filius et Fridericus[o] frater illius uterinus in castello Thuchure[p.7] obsidentur et VIII. Idus Iunii dedicioni se cuidam Hogeri[q.8] tradentes, captivi abducti, sub potestate regis Heinrici in vincula detruduntur; sed Fridericus post annos duos resolvitur. Hermannus duobus annis et plus in carcere transactis flebiliter in castello Hamerstein III. Idus Iunii[r] in vinculis moritur. A. S. Petri ant. 1112. Iun. 6. 1114. Iun. 11.

MCXIII. Ludewigus comes die assumpcionis sancte Marie in villa Trûtmundi in potestatem Heinrici imperatoris pro acquirenda gracia illius sponte se contradidit; quem aliquandiu sub custodia servando tenuit, donec castrum quod dicitur Wartberg in sua suscepit; postea eum in dolo, ut postmodum claruit, abire permisit. Sigefridus palatinus[9] comes 1113. Aug. 15.

a) s. et i. pred. *bis scr., semel del.* 1. b) intronisatur 1. c) *neque hoc loco nec post* palmas *punctum in* 1, *sed hoc loco comma ponendum esse patet ex Ann. Hildesh.* d) erphesfurdt 1. e) patre 1. f) undige *add., sed del.* 1, g) custodie 1 *semper in omnibus libris huius cod.* h) *sic L III;* cremendo 1. i) *sic L III;* lorico 1. k) *sic L III; om.* 1. l) saltem *add., sed del.* 1. m) *ydolorum eadem manu corr.* apostolorum 1. n) *illigbis* impe | *f. 127', desinente, scriba sequentia* ratorem eum bened. const. *in sequente folio scribere oblitus est* 1, *quae suppl. ex L III.* o) *sic* 1. 2a. b; palatinus *add. R. L III; cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 277. p) Thuthire 2a. b. q) *sic* 1. 2a. b. *R* 2. *L III.* r) *sic R. L III;* Iulii 1.

1) Cf. Ann. Hildesh. 2) Confluentiae mense Decembri. 3) Verba haec auctor ex Ann. S. Petri ant. a. 1105. sumpsit, sed ad rectum annum 1106. altero annalium exemplari duce ea posuisse videtur. 4) Potius Idibus April. (Apr. 13). 5) Iam a. 1110. designatus, a. 1111. Aug. 15. investitus est ab imperatore. 6) II. Thoringiae. 7) Teuchern (Kr. Weissenfels). 8) Comite de Mansfeld. 9) Rheni, de Orlamünde et Ballenstädt, qui paulo post proelium die Mart. 9. e vulnere obiit. Cf. Ann. Saxo

1113. interfectus occubuit, et Wigbertus[1] a quodam Hogeri[a] captivatus regie custodie servandus mancipatur.

Dec. 25. 1114. Jan. 7. MCXIIII. Imperator Heinricus Babenberg nativitatem Domini celebravit; proxima autem die post epiphaniam Domini nupcias suas Mogoncie constituit[b.2], in quibus sibi filiam regis Anglorum Machthildam nomine copulavit; cui copule multi de principibus regni sine leticia interfuerunt, quorum plurimi eciam sine licencia illius discesserunt. Affuit et Ludewigus comes, cui cum omnia bona paulo ante imperator promisisset, in ipsis nupciis in vincula coniectus est[3].

A. S. P. br. 1115. (Sept. 8.) cf. Peg. 1116. (Nov. 1.) (Dec.) MCXV. Heinricus rex bellavit contra Saxones in Welfesholz[c] IIII.[d] Idus Februarii et victus est. Conventus[e] episcoporum ac principum magnus apud Goslariam sub Teoderico cardinali sancte Romane ecclesie factus est[4]. Apud Mogonciam civitatem concurrentibus civibus una cum Arnoldo ipsius civitatis comite rex coactus episcopum Mogonciensem Adelbertum a vinculis absolvit. Teodericus cardinalis[f] sancte Romane ecclesie obiit et in monasterio sancti Petri apostoli Colonie sepelitur[5].

cf. A. S. P. ant. *f. 128. Sept. 29. cf. Peg. MCXVI. Rex Italiam abiit. Burchardus[g] Erphesfurdensis abbas privatus est abbacia ab Adelberto[h] episcopo Mogontino; cui Ripertus[i] subrogatur. Ludewigus[k] comes III. Kal. Octobris absolutus est a vinculis regis, quibus iam duos annos et novem menses innexus erat, relictis inibi pro se VIII obsidibus suis[6].

cf. Peg. (Dec. 9.) MCXVII. III. Nonas Ianuarii ante solis occasum terre motus factus est magnus[l]; luna in sangwinem conversa deficere visa est. Gerdrudis relicta marchionis Heinrici[m] obiit. In[n] Suevia terribile quoddam[o] contigit; terra enim ad instar domorum ebulliens subito in abissum dilabitur. Aer visus est igne pariter[p] et sangwine mixtus[9].

cf. Peg. (Maii 19.) (Iul. 28.) MCXVIII. Paschalis[q] papa secundus obiit; pro quo Gelasius, qui et Iohannes, constituitur. Qui mox ab hereticis expulsus cum suis Galliam fugiendo devenit. Concilium magnum Colonie sub cardinali sancte Romane ecclesie Cûnone Prenestine civitatis episcopo congregatum est[10]. Item et aliud concilium sub eodem in civitate Friteslaria[11]. Saxones cum civibus Mogonciense[r] civitatis opidum Openheim[s] violenter inpugnantes destruunt, et ex omni parte flammis conflagrantibus fere ad duo milia hominum utriusque sexus perimunt. Castrum eciam Cûphese[t.12], Deo et hominibus invisum[u], magna vi ac fortitudine Saxonum, non sine morte plurimorum et vulneribus innumerabilium, funditus eversum interiit. Heinricus[v] imperator de Italia revertitur.

cf. lb. (Febr. 2.) (Ian. 24.) (Oct. ex.) MCXIX. Gelasius papa secundus obiit; pro quo Calixtus Viennensis episcopus a VII cardinalibus et reliquo clero ac Romanis, qui cum papa Gelasio expulsi Roma apud Gallias exulabant, et[w] universis Gallie episcopis papa constituitur. Conventus regis ac[x] tocius regni principum fit apud villam Erstein[y.13] super ripam fluminis Mogoni. Sinodus apud Remensium urbem a quadringentis quinquaginta episcopis et abbatibus[14] sub papa Calixto celebratur.

a) *sic* 1; Hogero *R.* b) celebravit, *eadem manu supersor.* constituit 1, *et sic R* 2. c) Welfisholez *E.* d) *sic* 1. *E. V cum Ann. S. Petri brev. et mai.*; III. *R cum Ann. S. Petri ant.* e) *haec — obiit a. 1116. om. E.* f) *sic R; om. 1.* g) Anno M°CXVI° Burckardus Erffordensis a. monasterii sancti Petri priv. *E.* h) Adalb. 2ª; Adilb. Magunt. ep. *E.* i) Rupertus 2ª·ᵇ. *E. V. N.* k) *sequentia h. a. om. E.* l) Eodem tempore in Sw. *E, om.* Gerdr. — obiit. m) *sic* 1. 2ª. *E. L III. V*; quiddam 2ᵇ. *Peg.* n) *sic* 2ª·ᵇ. *E. L III. Peg.*; igne et sangw. par. 1. o) Pasch. — Friteslaria *om. E.* p) *sic* 1 *et Peg.* (mogontiense); magunt *E.* q) Oppenheym *E.* r) cûphesedon *p* (quod) hom. (*post corr.* cûphesedon); Eodem anno castr. Kuffese deo et hom. *E. (L III).* s) invasum *E. L III.* t) *haec — expulsus* (p. 361, *l.* 10) *om. E.* u) ab *add. Peg.* v) et 2ᵇ. w) *sic* 1. 2ª·ᵇ; Ecstein *Peg.*

p. 750; Chr. reg. Colon. rec. B. C, a. 1112, p. 52; Ann. Magd., SS. XVI, p. 182. 1) De Groitsch. Cf. etiam Ann. Pegav., SS. XVI, p. 251; Ann. Hild. p. 63; Chr. reg. Colon. rec. A, p. 52 sq.; Scheffer-Boichorst, Ann. Patherbr. p. 126 sq. 2) Cf. Ekkeh., SS. VI, p. 247 sq. 3) Cf. Ann. Hild. p. 63; Chr. reg. Colon. p. 53; Ann. Saxo p. 750; Scheffer-B. l. l. p. 127. 4) Cf. Ann. Hild. l. l.; Chr. reg. Colon. p. 56. 5) Cf. Ekkeh. a. 1116, p. 249; Chr. reg. Colon. p. 57; Ann. Hild. p. 63; Ann. Saxo p. 752. 6) Cf. Ann. Pegav., SS. XVI, p. 253, qui ab a. 1115(6). usque ad a. 1149. cum hac Cron. conveniunt; cf. praef. p. 338. 7) Cf. Ann. S. Petri ant., SS. XVI, p. 17. et quae de hoc loco exposui 'N. Archiv' XXI, fasc. 3. 8) I. Misnensis. 9) *XIII. Kal. Martii* Ekkeh. p. 253. 10) Cf. Chr. reg. Colon. p. 58; Scheffer-B. l. l. p. 135 sq. 11) Cf. epist. Adalberti archiep., Jaffé, Bibl. III, p. 389, nr. 43. 12) Kiffhausen (duc. Rudolstadt, A. Frankenhausen). Cf. Ann. S. Petri ant. l. l.; Ann. Saxo p. 755; Ann. Hild. p. 64; Chron. Gozec. II, 13, SS. X, p. 153. 13) De loco conventus vide Giesebrecht, 'DKZ.' III², p. 1219. Si lectionem Ann. Pegav. veram censes, de Hechtsheim villa Moguntiaco vicina cogitare posses. 14) Ut Hesso, SS. XII, p. 428, narrat, 427 praelati baculos pastorales habentes affuerunt; Ekkeh.

MCXX. Colloquium ab universis regni Teutonici principibus super dissensione regni habendum Fulde condicitur; quo [a]missis rex nunciis cum suis[a] assentatoribus rei negocium omni qua poterat arte, obsecrando, pollicendo, Wormaciam differens[b], paucis Saxonum ad regem, reliquis omnibus ad propria redeuntibus, convencionis eorum propositum dirimit. Welfo dux obiit. Fridericus palatinus de Saxonia obiit. 1120. cf. Peg. [a] c. 129.

MCXXI. Erlungus Wirceburgensis episcopus obiit. Sed mox orta dissensione tam cleri quam populi[c], pars[d] una regi favens Gebehardum quendam, altera vero Friderici ducis de Suevia eiusque fratris Cůnradi ducis nichilominus auxilio freta[e], Ruggerum constituit[1]. Qui et paulo post ab episcopis Mogonciensi[2], Wormaciensi[3], Spirensi[4] ordinatus, episcopatum dereliquit expulsus. Sol[e] aere fumoso et fetenti obscuratus et quasi in sangwinem conversus ab hora nona diei usque in diem tercium soliti splendoris sui[f] luce caruisse visus est. cf. ib. (Dec. 28). 1122. 1121.

MCXXII.[g] Cardinales duo[5] a papa Calixto missi regem cum omnibus partis sue fautoribus apud Wormaciam excommunicacione absolvunt, ipso tamen rege prius omnem hereticam pravitatem, propter quam fuerat excommunicatus, abiurante et ecclesie catholice datis privilegiis pristinam libertatem remittente, scilicet episcopos et abbates sine regali preiudicio iuste atque canonice eligere ac constituere. cf. ib. (Sept. 23). 1122.

MCXXIII. Reinhardus Halberstatensis episcopus obiit, pro quo Otto constituitur. Teodericus Cicensis episcopus ex improviso occiditur, pro quo Richwinus constituitur. Ludewigus[h] comes monachus factus[6] beato fine quievit. Heinricus marchio iunior obiit, pro quo imperator Heinricus binos marchiones constituit, Wigbertum quendam predivitem[7] et comitem Hermannum de Winziburg. Sed Adelbertus[8] et Conradus[9] comites de Saxonia ducis Lůtharii ceterorumque Saxonum freti auxilio, depulsis illis, loca eorum pariter atque dignitates invadunt. Per idem fere tempus cum episcopus Mogontinus Adelbertus a provincialibus, qui Tutersteten marcham incolunt, decimas frugum exigeret, illique [a]fortiter resisterent, contigit quosdam ex eis a militibus episcopi occidi, alios obtruncari, nonnullos vero captivos abduci. Unde populi[i] Turingorum[k] permoti ac simile sibi metuentes in collem[l] Treteburg[m.10] de cunctis finibus suis conveniunt. Iamque civitatem Erpesfurt[n], qua tunc episcopus forte manebat, Heinrico comite[11] duce, cum XX milibus irrumpere parant, ceptumque perpetrassent opere, si non idem episcopus, ut erat vir naturali preditus ingenio, prudenti eos avertisset consilio. Burchardus[o] quondam Erphesfurdensis[p] abbas amissa abbacia obiit in Loressam. A. S. P. ant. [a] c. 129.

MCXXIIII.[q] Wigbertus marchio, qui et monachus[12], obiit. cf. Peg.

MCXXV. Richwinus Cicensis episcopus obiit, pro quo Uto constituitur, cuius sacerdocii optima fuerunt inicia. Calixtus papa II. obiit[13], pro quo Honorius[r]. Heinricus quartus imperator nominis huius et quintus rex X.[s] Kal. Iunii[t] obiit. Quo tempore per tres continuas noctes ante mortem eius tanta frigoris inmanitas fuit, ut in plerisque partibus regni[u] maxima pars frugum et vini atque pomorum deperiret[v]. Lůtharius[w] dux Saxonum apud Mogonciam rex eligitur et Aquisgrani benedictione regali sublimatur. Otto[14] quidam cf. ib. 1125. Mai 23. (Aug. 30). (Sept. 13).

a) suae partis *Peg.* b) deferens, *eadem manu supersc.* differens 1, *et ita Peg.* c) plebis *Peg.* d) *sic Peg.* (*om.* una); parens 1. e) *sic Peg.*; freti 1. e*) Anno M°CXXI° Sol *E.* f) sue *E. L III.* g) *haec — consilio (l. 31) om. E.* h) Ludewicus 2ª. i) ppl'i 1 *saepissime pro* popul. k) Thur. 2ª.b. l) colle 2ª.b. *L II. III.* m) *sic* 2ª.b. *V*; Trecoburg 1. n) *sic* 2ª; Erphesfurdt 1. 2b. o) Anno M°CXXIII° Burghardus *E.* p) abbas erfth' sancti Petri *E.* q) *haec — Honorius (l. 35) om. E. — Wigwertus* 2ª. r) constituitur *add. Peg.; cf. infra p. 362, l. 4.* — Anno M°CXXV° Henr. *pergit E.* s) V° *E. L III.* t) *om. E*; Ianuarii *L III.* u) pl. locis 2ª.b. v) deperirent *E*; deperierunt *L III.* w) *sequentia et a. 1126—1128. om. E.*

p. 255. 426 patres affuisse tradit. Cf. Order. Vital. l. XII, SS. XX, p. 69. 1) Cf. Ekkeh. *a.* 1122, p. 258 sq.; epist. Gebehardi episc., Jaffé, Bibl. V, p. 405 sqq. 2) Adalberto I. 3) Burchardo. 4) Brunone, fratre archiepiscopi Moguntini. 5) Tres potius: Lambertus episcopus Ostiensis, Saxo presbyter S. Stephani, Gregorius. 6) In monasterio Reinhardsbrunn., cuius hic comes (II. cogn. Saltator) fundator exstitit; cf. Ann. Pegav. l. l.; Hist. br. princ. Thur. c. 8, SS. XXIV, p. 821; Cron. Reinhardsbr. f. 310ª (infra); Chron. Gozec. II, 14, l. l. p. 154; Ann. Saxo p. 759; Ann. Palid. et Rosenv., SS. XVI, p. 77. 104. 7) De Groitzsch, cui marchia Orientalis data est (Ann. Pegav. a. 1117). Alter marchiam Misnensem accepit. Cf. Giesebrecht l. l. p. 1231. 8) De Ballenstedt. 9) De Wettin. 10) Ubi ex more antiquo Thuringi conventus celebrabant. Cf. Lamperti Ann. p. 158. 11) Dicto Raspone I, filio Ludowici II. comitis. Cf. Ann. S. Petri ant. l. l. 12) Pegaviensis; cf. Ann. Pegav. p. 255. 13) Iam a. 1124. Dec. 13/4. obiit, et Dec. 15/6. Honorius electus est. 14) Auctor sequentia ex eodem exemplari annalium, ex quo et praecedentia excripsit, sed cum haec ex antiquo exemplari eorum-

cf. A. Erph. (Nov.) principatum gerens provincie que Merehern dicitur regem interpellando adiit, conquerens se ducatu Boemorum velut hereditaria dignitate iniuste privatum. Rex igitur Ûdalrico Boemorum tunc temporis duci post datas iudicio principum inducias, quas idem contempserat, publice bellum indicit. Ruggerus (Dec. 19). Magdeburgensis episcopus obiit, pro quo Northertus constituitur.

1126. MCXXVI. Bellum Boemie inter regem et Udalricum ducem Boemorum commissum est XII. Kal. 5
Febr. 18. Marcii, in quo multi nobilium de exercitu regis ceciderunt. Adelbertus quoque marchio et Ludewigus
*f. 130. comes de Lare[1] captivi abducti sunt. Ubi et Otto dux de Merehern occubuit, qui causa tocius belli extitit.

1127. MCXXVII. Rex Lôtharius apud Marseburg[a] penthecosten celebrans Ûdalricum ducem Boemorum
Maii 22. in amiciciam recepit et filium eius de sacro fonte baptismatis suscepit; et mox castrum Nurinberg[b] obsidet, 10
(Iun. — Aug.) habens secum in auxilium eundem ducem cum grandi exercitu Boemorum. Devastata itaque omni circum-
posita[c] regione per tres menses, dux predictus cum suis ad propria revertitur; moxque rex a Cônrado
fratre ducis Friderici fugatur. Unde et Cônradus idem nimium[d] inflatus superbia contra ius fasque
(Dec. 18). regium sibi nomen usurpat. Karolus comes Flandrensis, vir iusti tenax, ob defensionem iusticie a
(Mart. 2). suis in templo Dei occiditur; sed populis inter se dissidentibus duo mox comites loco eius subrogantur, 15
Willehelmus de Anglia et Theodericus de Alsacia. Quibus contra se pugnantibus inmensa cede diversisque
A. S. P. auct. cladibus Flandrensium devastator populus. Ripertus abbas Erfordensis obiit; cui Wernherus Hirsaugiensis
monachus successit.

A. Erph. Dec. 25. MCXXVIII. Rex nativitatem Domini apud Wirciburg civitatem celebrans Embrichonem Erphes-
fordensem prepositum eidem civitati prefecit episcopum, electo atque damnato Gebehardo illo, qui per
vim iam dudum eundem episcopatum invaserat. Ubi et Cônradus, qui regium nomen sibi usurpaverat,
1128. excommunicatur. Rursum idem Cônradus a papa Honorio Rome excommunicatur. Spira civitas dolo
(Apr. 22). capitur a Friderico duce et fratre eius Cônrado. Rex vero cum exercitu eandem occupat civitatem. 20
Iamque capienda erat civitas, et postulantibus pacem rex dedit dextras, et susceptis ab eis obsidibus,
discessit dimisso exercitu. Et mentiti sunt ruptoque fedère rursum rebellaverunt. Otto Halberstatensis
episcopus a canonicis, qui et regulares dicuntur, Rome de symonia, ut multis visum est, iniuste accusatus,
a papa Honorio deponitur[e].

1129. MCXXIX. Spira civitas a rege Lôthario per novem menses continuos obpugnata capitur. Dux[f] 25
*f. 130'. Gotefridus de Brabancia a rege deponitur, et Paginus pro eo dux constituitur; cui scilicet Pagino ad
peragenda ducatus sui officia descendenti Gotefridus cum armatorum multitudine occurrit, sed inito certa-
mine idem Gotefridus fugam iniit. Paginus vero ducatum a Reno usque ad fluvium Getum victor obtinuit.
In episcopatu Halberstatensi duo episcopi per dissensionem clericorum et regularium statuuntur, sed a
1128. (Dec. 4). rege et ab episcopo Adelberto ambo reprobantur. Heinricus marchio de Stadon obiit. Uto comes
1130. (Mart. 15). de Saxonia occiditur.

(Febr. 13). MCXXX. Honorius papa obiit, et mox duo per dissensionem loco eius constituuntur, scilicet Inno- 35
(Febr. 14, 23). cencius, qui et ante a Gregorius, et Anacletus, qui et ipse dictus fuerat Petrus; ambo Rome uno die
electi, [uno[g] die consecrati]. Sed Anacletus maioris potencie Romam obtinuit. Innocencius vero Galliam
fugiendo devenit. Ibique ab omni Gallicana ecclesia susceptus, eciam a tocius Germanie episcopis et a
rege Lôthario papa pronunciatur ac confirmatur. Heinricus comes, frater Ludewici, obiit[2].

A. Erph. In villa Halla[h] occiduntur a civibus Cônrat[i] de Eichstete, Adelbertus[k] et Eribo duo fratres cum 40
suis militibus. Rex vero Lotharius adversus eundem villam cogit exercitum. Truncatis aliis, aliisque
cecatis, nonnullis diversorum[l] tormentorum generibus excruciatis, multis quoque per diversa fugientibus, reli-
qui omnes, data infinita pecunia, ingenti rerum suarum dispendio dignas pro commisso scelere penas luunt[3].
Burchardus[m] comes Luchenheimensis de Saxonia[3] dolo domini sui Hermanni principalis comitis Thuringie
occiditur; ob quod idem Hermannus a rege Lothario deponitur, et comes Ludewigus pro eo constituitur, 45
moxque Winzinburg castrum memorati comitis Hermanni ab exercitu regis obsidetur, expugnatur, capitur.

Dec. 31. MCXXXI. Hermannus comes, regi Lôthario II. Kal. Ianuarii se suaque omnia dedens, captivus
*f. 131. abducitur et in castro Blankenberg custodie mancipatur. Winzinburg vero ad solum usque destruitur.

*) *E tum R. l. add.*: Eodem anno ducta est aqua in Montem Sancti Petri[4] sub Wernhero abbate.
Versus: *Constat aque ductum" patris istius ope ductum*[n].

a) Mêrseburg, *a eadem manu superscr. corr.* Marseburg *I, et ita Erph.* b) Nurmberg *I*; cum exercitu *add. R et Peg. mire* 50 *modo, cum in I et Erph. haec desint.* c) *sic R. L III. Erph. Peg.*; circumquaque posita *I.* d) *sic I, R. Peg.*; nimis *L III. Erph.* e) etc. adesto gloriose Ieronimo *add. I.* f) *haec* — oblit (*l. 38*) *om. E.* g) *sic Erph. Peg. (ubi* ambo uno*); u. d. c. con. I, quae a scriba quodam omissa videntur. Quod tamen non constat, cum nemo ex hac Cron. haec exscripserit.* h) *sic I, V. Erph. Peg.*; Hallis *E (ubi* Anno M°CXXX°. In v. H.*). R*; Halle *L III.* i) Conrad de Ecstete *E.* k) Adilb. de eribro duo *E.* l) *sic E (corr.* diuer*). R. Erph. Peg.*; diuersis *I. V.* m) *haec* — Lôtha- 55
rius (*p. 363, l. 10*) *om. E.* n) ductus *Eng. I (inde V). II. N.*

dem annalium adiecta sint Chronico Ekkehardi SS. XVI, p. 183, occisus est. Haec etiam hoc loco in cod. Montis S. Petri, haec minoribus litteris ex- in Ann. Pegav. p. 256. leguntur, quae in Ann. primenda curavi; cf. praef. p. 337 sq. 1) Etiam Erphesf. desunt. Cf. Ann. Rosenv., SS. XVI, p. 104. Ann. Pegav. habent *de Lara* (Lobra, Kr. Nord- 3) *de Sax.* habent etiam Ann. Pegav. l. l. 4) Ex hausen), quod in Ann. Erphesf. deest. De quo vide a. 1130. haec huc translata sunt; cf. infra p. 365, Hist. princ. Thur. c. 4, SS. XXIV, p. 821; Cron. l. 11. Cf. (N. Archiv' XXI, p. 495 sqq. Versum habet Reinhardsbr. f. 296[d] (infra). 2) Dictus Raspo I, etiam Nic. de Siegen p. 303. cum lectione codicum qui testibus Ann. Saxone p. 767. et Ann. Magd., Engelhusii.

Rursum[a] rex Lôtharius congregato exercitu in Daniam proficiscitur propter intestina bella, que gerebantur in ea. Filius quippe regis Danie filium patrui sui occiderat, quia hunc quandoque se depulso regnaturum esse timuerat. Nam pater occisi antea rex fuerat. Hinc ergo rex Lôtharius ab occisi fratre interpellatus adversus tam immanem impietatem arma corripuit, ad ulciscendum sanguinem innocentem contra partes Danie exercitum movit. Timore ergo exercitus regis Lôtharii omnes Danie finium populi velut arena maris innumerabiles ad rebellandum in unum coacti, cum ex adverso exercitum regis Lotharii, quamvis modicum, sex tantum videlicet milibus instructum, venientem, armorum fulgore splendentem[b] conspicinnt, divinitus perterriti, se suaque omnia dedentes, dextras petunt, utque rex ipsorum proprium regnum a rege Lôthario suscipere mereretur, exposcunt. Quod et profecto factum fuisset, ni pius rex Lôtharius ei cuius erat frater occisus pepercisset, eo quod idem iam dudum raptis fascibus eciam nomen[c] regium sibi usurpasset. Susceptis tamen pro ingenti sibi promissa pecunia a rege Danie[d] obsidibus[e], ad propria cum triumpho glorioso revertitur rex Lôtharius. Synodus[f] apud Leodium civitatem sub papa Innocencio congregatur. Ubi presente rege Lothario, residentibus L[g] episcopis cum innumeris diversorum ordinum personis, Otto[h] Halberstatensis episcopus, dudum Rome ab Honorio papa depositus, rursum Halberstatensi ecclesie annitentibus cunctis preficitur, rursum episcopali investitura[i], id est annulo, mitra, baculo[k], a papa Innocencio donatur. Statuitur quoque ab omnibus secundum decreta canonum illud antiquum, quod semper erit innovandum, presbiteros castos et sine uxoribus esse, missam autem uxorati presbiteri neminem audire debere[*]. Ibi et[k] Adelbertus marchio de Saxonia deponitur, et Heinricus comes, qui et ipse Saxo, pro eo constituitur.

cf. A. Erph. 1131. (Ian. 7).

(Mart. ex.)

*MCXXXII. Sanctus Gotehardus[l] anno dormicionis sue centesimo primo, ipsius[m] anni die ultimo, IIII. Nonas Maii in Hildenesheim[n] e terra levatur; cuius signorum admirabili[o] magnitudine[p] omnis Germania illustrata refatur.[**]

*c. 131. 1132. Maii 12.

Rex[q] Lotharius cum regina Richiza Romam pergit ad visitandum regnum Italicum suoque dominio mancipandum, ad restituendum papam Innocenciom in apostolicam sedem, ad suscipiendam imperialem benedictionem, modicum quidem pro rerum negocio ducens exercitum, mille scilicet et quingentos armatorum[r] tantum, sed in Domino per omnia confisus; quod et rerum probavit eventus. Augusta[s] civitas a regis[s] exercitu destruitur, igne crematur, plurimi de civibus captivi abducuntur, equidem digna satis ulcione pro commisso multati[t] scelere, quippe qui regem ad se pacifice ingressum nichilque suspicantem tale bello presumpserint[u] lacessere. Hinc montes rex transit, omnem Italiam sue dicioni subicit[v], solis Veronensibus et Mediolanensibus renitentibus. In eadem expedicione Heinricus marchio de Stadon[x] occiditur, sed a militibus suis Saxoniam, unde oriundus extitit, sepeliendus reportatur. 1133.

(Aug.)

MCXXXIII. Rex Lôtharius Romam ingreditur. Innocencius papa in sede apostolica restituitur, rex quoque ab eo imperiali benedictione apud Sanctum Iohannem ewangelistam Lateranis consecratus[w] imperator efficitur. Hunc sibi locum ad suscipiendam imperialem benedictionem rex iudicat aptissimum, quoniam[x] et illic regni et ecclesie, ut cunctis cernentibus liquet, constat esse palacium, et in historiis priorum temporum plures inibi reperiuntur imperatores consecrati. Accessit eciam, quod Petrus, qui sibi nomen pape et dignitatem usurpaverat, ecclesiam beati Petri apostoli, ubi imperatores nostris temporibus benedici consweverant, cum multitudine armatorum, ne rex ibi benedictionem imperialem consequi posset, preoccupaverat. Qui tamen *locus ab exercitu regis facile poterat expugnari. Sed rex pius hoc prohibuit fieri, ne destrueretur ecclesia beati Petri. Lôtharius autem imperator effectus, cum Roma digrediens ad clusas, que ad civitatem Brixam transmittunt, venisset, tirannum quendam Adelbertum cum X milibus transitum prohibentem divina se gracia comitante gloriose devicit ipsumque in proprio castro Lodrun dicto, licet inexpugnabili, ad quod confugerat, cepit, captivum abduxit, sicque letus cum suis ad propria rediit. Eclipsis[y] solis facta est IIII. Nonas Augusti mediante hora diei octava[z].

(Ian. 4).

*c. 132.

(Aug.)

Aug. 2. 1134.

MCXXXIIII. Lôtharius[a] imperator penthecosten[b] Halberstat celebravit. Ubi Magnus Nicolai[b] filius regis Danorum ad acquirendam graciam eius inmensum ei[c] pondus auri et argenti obtulit, eo quod priore anno, rege[d] Lothario in expedicione Romana occupato, multos Teutonicorum, quos in Danie partibus

(Apr. 15).

*) *E add.:* vel interesse. Hic nota constitucionem Innocencii pape. *Ubi* Ibi — constituitur *om.*

**) *E add.:* Eodem anno V° Idus Novembris fundata est Porta claustrum[4]. 1132. Nov. 9.

a) *sic* 1. *R, quod auctor huius Cron. inseruit, deest enim Erph. Peg.* b) *sic R. L III. Erph.*; splendore 1. c) a. n. r. *R*; r. a. *L III*; n. a. r. *Erph.* d) a r. D. (Dacie *R. L III*), *quae* 1. *R. L III habent, ab auctore huius Cron. inserta, quae Erph. Peg. desint.* e) osidibus *alia manu post corr.* obsid. 1. f) Anno M°CXXX° Syn. *E, unde haec et in L III ad a.* 1130. g) *om. E*; quinquaginta *L III.* h) Otto — donatur (*l.* 10) *om. E. L III.* i) *sic R. Erph.*; inuestura 1. k) *sic R. Erph.*; Ibi etiam *Peg.*; Ibique 1. l) Gothebardus 2b; Gothardus *E.* m) pr. minus uno die dicti a. 2b. n) Hildinsheym *E.* o) *sic* 2a. b. *E. R. V Erph. Peg.*; mirabili 1. p) multitudine *E.* q) Rex — eventus *om. E.* q*) *sic* 1. *Erph.*; t. arm. *R. L III. Peg.* r) Eodem anno Aug. *E.* s) Lotharii *add. E.* 2a. b *(ubi ab ex. r. L.).* t) mult. — permisit (*p.* 364, *l.* 53) *om. E.* u) *sic* 1 *R* 1. *Erph.*; presumpserunt 2a. b. *R* 2. *L III. Peg.* v) *sic R. L III. Erph. Peg.*; subiecit 1. w) *sic* 1. *R*; consecratur ac *Erph.* x) qño 1 *(saepe pro quoniam).* y) Esclipsis 1. z) etc. Succurre gloriose sancte Ieronime *add.* 1. a) *sic* 1. *R. L III. Peg.*; nomen *deest Erph.* b) *sic* 1. *Erph.*; fil. Nic. *R. L III. Peg.* c) *sic* 1. *R. L III; deest Erph.*; p. a. et arg. eidem opt. *Peg.* d) *sic* 1. *R. L III; deest Erph.*

1) Haec, quae et R habet, huius Cron. auctor addidit. In Ann. Pegav. p. 256. hic locus annalium exscriptorum mutatus est. 2) Potius Conradus legitur in additamentis Cronicae Thuring. de Plozeke marchio septemtrionalis. Cf. supra p. 362, l. 32. 3) Immo pascha. 4) Schulpforte. Cf. Janauschek, Orig. Cisterc. I, p. 25. 287 (nr. 60). Idem legitur in additamentis Cronicae Isenac. ampl. eiusdem codicis E.

cf. A. Erph. 1134. repererat, alios occiderat, alios obtruncaverat, nonnullos vero diversis penis et cruciatibus affectos de finibus suis eiecerat, ob iniurias scilicet, quas ipse dudum cum populo suo ab exercitu regis Lŏtharii pertulerat. Quem tamen pius imperator[a] Lotharius[b] benigne suscipiens regem Danorum esse decernit,
(Apr. 15). et imposito super caput eius diademate, cum die sancto penthecosten[c] regio cultu vestitus imperator ipse procederet, eum sibi spatarium fecit. Qua ille gloria, licet indignus, mente tumidus ad propria festinus rediit, congregataque multitudine armatorum Erichum filium patrui sui, cuius ante fratrem occiderat, persequi instituit, et ad civitatem Lundinam, ubi eum cum suis demorari comperit, navibus applicuit. Cumque navibus egressus in unum conveniret exercitus, timor invasit omnes immensus, et ut naves, quas Magnus, ne quis forte ex acie ad eas confugeret, a terra fecerat reduci, denuo littori postulabant advehi.
*f. 132. At Magnus: 'Quid', inquit, 'timetis, milites fortissimi? Viginti sunt milia virorum *forcium exercitus nostri, et si caput mundi Romam adire placuisset, tante multitudini nullus obsistere potuisset'. Illis econtra, nulla consolacione recepta, sed proprie vite diffidentibus, David adolescens egregius, Erichi sororis filius, in
(Iun. 4). Lundina civitate obsessus, cum trecentis militibus Teutonicis fortissimis egressus adversariorum exercitum comminus fertur in medium, disturbatisque cunctis atque fugientibus, Magnus in terram prostratus relinquitur solus; quem superastans David adolescens: 'O', inquit, 'latro sceleratissime et patricida[e] infidissime, qui avunculum meum, patrui tui osculans interfecisti[d] filium, ut ludas perfidus tradidit Domi-
2. Reg. 16, 8 num. Nunc te premunt peccata tua, nunc te Dei persequuntur iudicia! Hodie, inquam, accipies quod mereris, et impio capite tuo cum manibus tuis[e] scelestis absciso pro tui magnitudine sceleris toto seculo fabula eris'. Quo tali morte perempto, rex Nicolaus, pater Magni, timore correptus inmenso, iamque se et a coessentibus sibi cominus moriturum suspicatus, fugiendo cum multitudine armatorum iuxta civitatem
1. Mach. 5, 31. Ps. 34, 20. Sleswic est castra metatus. Cives autem eiusdem civitatis, in dolo ei pacifice loquentes, episcopum suum cum ceteris primatibus ad eum quasi pacis obsides emiserunt, et introductum ad se statim pro foribus
(Iun. 25). ecclesie positum in oracione peremerunt, et loco eius Erichum filium fratris eius, quem Magnus antea persequebatur, cum[f] omni terre populo regem[g] constituerunt.' Imperator Lŏtharius[h] cum exercitu
(Aug.) adversus ducem Fridericum et fratrem eius Conradum Sweviam ingreditur. Villa Ulma funditus destruitur, castella, municiones plurime evertuntur, tantaque clade tota Swevia percellitur, ut nichil ante simile factum a cunctis regibus memoretur.

1135. MCXXXV. Fridericus dux Suevorum graciam imperatoris Lotharii acquisivit Babenberg ad
Mart. 17. curiam media quadragesima habitam[i], et ex sentencia imperatoris et unanimi consensu princi-
*f. 133. pum pax[l] esse decernitur decem annis per regnum universum, *coniurantibus cunctis in id ipsum[k].
Aug. 1. Imperator Lotharius[l] curiam suam[l] apud civitatem Marseburg[m] ad Vincula sancti Petri habuit; ubi ex precepto imperatoris dux Polenorum affuit, qui sepenumero anteriorum imperatorum impetitus bello, sepe rogatus, sepe suasus promissionibus, numquam tamen ad eorum curiam venire consensit vocatus[n]; affuit eciam dux Boemorum Udalricus, qui cum esset ducis Polenorum infestissimus inimicus, reconciliavit eos invicem imperator Lŏtharius. Venerunt quoque ad imperatorem Lotharium eodem tempore dux unus et episcopus a rege missi Grecie cum legatis ducis Venecie, conquerentes atque iudicium postulantes adversus Rüggerum quendam comitem Sicilie, qui et regi Grecie Affricam, que tercia pars mundi esse dinoscitur, armis expugnando cum paganis abstulit suoque dominio subdidit, ibique diadema regni sibi imponens, regium nomen usurpavit, Veneticos vero despolians, diversarum mercium quadraginta milium talentorum abstulit precium. Sed et de imperio Romano totam Apuliam atque Calabriam subtraxit, aliaque perplura contra ius fasque perpetravit. Contra hunc igitur[o] promittuntur a legatis ad supplementum exercitus imperatoris naves copiose, militum legiones innumere, auri et argenti ad omnem huiusmodi rerum sufficienciam pecunie. Quantis ac qualibus donis eo tempore Dominus honoraverit imperatorem, quis explicare possit? Aurum, lapides preciosos fegati Grecie attulerunt cum diversorum colorum purpura, aromata multa nimis et in hac terra hactenus incognita[p]. Sed
et dux Polonie duxque Bohemie pelles grisas[q] atque mardelinas cum variis auri et argenti aliarumque preciosarum rerum muneribus tanta[r] afferebant copia, ut nullus superesset principum, qui vel ducum illorum vel imperatoris muneribus se non gauderet honoratum. Nec minus regis Ungariensis nunctii im-
*f. 133. peratorem cum ceteris principibus letificarunt, qui dominum suum ad omnem imperatoris *voluntatem
Sept. 29. cum suis omnibus paratissimum nunctiarunt. Rursum imperator curiam suam[l] circa festum sancti Michaelis in Thuringia in villa regia Mulehusen habuit; ubi Conradus frater Friderici ducis, qui sibi nomen regium usurpavit, graciam imperatoris acquisivit; quem imperator benigne suscipiens, omnia que illius ante fuerant restituit, regiis donis honoravit, ad propria cum gloria redire[s] permisit. Ventus[t] vehementissimus et hactenus[u] incognitus naves multas submersit[v], edificia plurima destruxit, arbores fructuosas atque silvestres innumeras deiecit, ita ut vix decima pars[w] quarundam remansisset silvarum.

a) *sic R. L III. Erph. Peg.*; rex 1. b) *sic* 1. *R. L III*; *deest Erph. Peg.* c) *sic* 1. *R*; parricida *Erph. Peg.* d) *sic R. L III. Erph.*; fil. int. 1; fil. osc. int. *Peg.* e) *sic* 1. *B*; *deest Erph. Peg.* f) eū 1. g) rēgē 1. h) *sic* 1. *R. Peg.*; *deest Erph.* i) par, *eadem manu supersor.* pax 1. k) etc. Sequitur gloriosa historia *add.* 1. l) *sic* 1. *R. Peg.*; *deest Erph.* m) *sic Erph.*; Marseburgk 1. n) *sic* (vocatus. Affuit) *distinguunt R. Erph. Peg.*; consensit. vocatus affuit *distinguit* 1. o) *sic R. L III. Erph.*; ergo 1; *om. Peg.* p) incōguita 1. q) *sic* 1. *Erph.*; griseas *R. L III. Peg.* r) *sic R. L III. Erph. Peg.*; in tanta 1. s) ire *eadem manu corr.* redire 1. t) Anno M°CXXXV° ventus *E.* u) actenus *E. Erph.* v) subvertit 2a. b. w) *sic* 2a. b. *E. R. Erph.*; quar. silv. pars rem. 1.

1) Paschatis potius. 2) Eodem modo hoc loco tinuationis Ekkehardi, sive is, qui exemplar in illis verba huius Cron. et Ann. Pegaviensium p. 257. exscriptum exaravit, ea mutaverit.
ab Ann. Erphesfurdensibus deviant, sive scriba Con-

MCXXXVI. Lŏtharius[a] imperatore nativitatem Domini celebrante in Spira civitate visus est sol in vigilia[b] epiphanie Domini, nullis apparentibus nubibus, quasi ex parte preruptus, sed[c] et in diversis terrarum locis alie non[d] multo post apparuerunt prodigia. Lapis unus[e] magnitudine capitis unius hominis[f] iuxta locum Ottesleibon[g], ubi est abbacia[h], cecidit de nubibus, qui et[i] ibidem tunc temporis diligenter custodiebatur a fratribus. Per idem tempus imperatore Lŏthario[k] in civitate Quitlinburg[l] existente visum est desuper civitatem in aere quoddam in modum scale transvolare, niveo quidem corpore, sed rubro rutilare capite. Testati sunt quoque[l] non pauci eodem tempore se vidisse quasi crucem rubeo colore coruscam de celo ad terras descendisse[m] et non[n] procul a terra aliquandiu in aere pependisse, sed rursus[o] ad celos remeante, tanta lucis aer resplenduit claritate, ut nullus intuencium ad hanc perspiciendam tanquam contra solis radium visum prevalaret[p] obtendere. Eodem[q] anno aqua ducta est super montem. 1136. Jan. 5. cf. A. Erph. (Maio—Iun.) A. S. P. ast.

Lupoldus marchio in venacione occiditur. Imperator in Italiam secundo proficiscitur et divina rerum mirabili prosperitate fretus, gracia cum paucis quaqua versum victor progreditur. Appuliam quoque, quam Ruggerus Siculorum dux prius invaserat, armis cepit eamque iuri sedis apostolice restituit; in qua expedicione Brun Coloniensis archiepiscopus moritur et apud Barum Apulie civitatem sepelitur. A. Erph. (Nov. 15). cf. 1131. 1137. (Mali 29).

MCXXXVII.[r] Adelbertus senior Mogontinensis archiepiscopus obiit, pro quo Adelbertus patruelis eiusdem, Erphesfurdensis prepositus, post longas cleri ac populi dissensiones constituitur. Monasterium sancti Martini in Mogoncia cum magna parte eiusdem civitatis igne cremator. Imperator[s] de Italia revertitur; sed cum Germanie fines intraret, dumque principes apud Wirciburg illius prestolarentur adventum, infirmitate correptus diem clausit extremum, omni regno de morte sua relinquens iusticium[t]. Corpus vero eius a Richza imperatrice Saxoniam reportatur et apud Lutrensem abbaciam ab ipso constructam presentibus Saxonie atque[u] Thuringie principibus II. Kal. Ianuarii regio more sepelitur. Meingoz[v] episcopus Merzeburgensis obiit. (Iun. 23). (Dec. 4). Dec. 31. A. S. P. ast.

MCXXXVIII. Cŭnradus frater[w] Friderici ducis Suevorum, qui antea quoque regium nomen sibi usurpaverat, apud Confluenciam media quadragesima in regem eligitur et ad proximum pentecosten ad curiam Babenberg habitam a quam plurimis regni principibus confirmatur. Wernherus abbas Erphesfurdensis obiit; cui Rudigerus eiusdem cenobii monachus successit. cf. Peg. (Mart. 7). Maii 22. A. S. P. br.

MCXXXIX. Sinodus magna apud urbem Romam[x] cum diversarum provinciarum episcopis et abbatibus media quadragesima sub papa Innocencio celebratur[1]. Discordia[2] gravis inter Cŭnradum regem et Heinricum Baioariorum ducem atque Saxonum principes exorta est, propter Saxonie videlicet ducatum a rege eidem Heinrico ablatum et Adelberto marchioni prestitum. Quem ducatum cum dux Heinricus et reliqui Saxonum principes adversus eundem Adelbertum marchionem armis defenderent, rex hoc indigne tulit, et Saxoniam hostiliter intraturus circa Herveldiam exercitum constituit. Saxones vero proprium transgressi limitem, in partibus Thuringie super flumen Wirra castra metati sunt, paribus atque ardentibus animis in utrumque parati, aut fortiter vincere aut non inulte mori. Quorum rex audaciam veritus *sanguine iudicium facere* noluit, sed consilio cum regni[y] primatibus habito, dextras dedit, accepit, et sic usque ad proximum penthecosten pace composita, greges turmarum, qui cum eo[z] fuerant, dimisit. Gotefridus dux de Lovania obiit. Heinricus dux, qui[a] fuit gener Lŏtharii imperatoris, obiit. suscepit autem pro eo ducatum Heinricus filius eius. Otto Babenbergensis episcopus, vir misericordie atque omni vite merito laudabilis, posteaquam plurimas Deo serviencium congregaciones longe vel prope instituit[3], beato fine quievit; cui Egilbertus successit[b]. cf. Peg. 1. Mach. 4, 35. 2. Mach. 14, 18. ib. 13, 22. ib. 14, 23. A. S. P. ast. cf. mat. (Oct. 20). cf. Peg. (Iun. 30). A. S. P. ast.

MCXL. Ludewigus provincialis comes obiit II. Idus Ianuarii[4]. Udalricus[5] Bohemorum dux et Willehelmus palatinus comes[6] obierunt. Cŭnradus rex circa purificacionem cf. Peg. Ian. 12. (Febr. 14. 13).

*) *E add.:* ordinis sancti Benedicti.

a) Loth. *alio atram. corr.* Lŏth. 1; Loth. *semper E; deest Erph.*; Imp. Loth. *Peg.* b) *sic E. Erph. (Peg.)*; epiph. dom. vig. 1. c) est *E.* d) alia multa app. *E.* e) *sic E. B. L II. V. Erph. Peg.*; *om.* 1. f) unius *om. B. L II, quod deest Peg.*; hom. *om. E*; hom. unius *V*; humani cap. *Erph.* g) oldisleybn *E.* h) qui tunc temp. dil. cust. a fr. ib. *E.* i) *sic* 1. *E* (Loth.). *B*; *deest Erph. Peg.* k) Quedelburgk *E.* l) *om. E.* m) de *e corr. in loco raso* 1. n) non — sed *om. E.* o) rursus 1. p) preualere 1. q) *haec* — successit (*p.* 366, *l.* 4) *om. E*; *cf. supra p.* 362, *n.* *. r) Cŏnradus frater *add., sed del.* 1, *quibus superscr.*: he dictiones hic stare non debent, *pertinent enim ad sequentem a.* s) Lotharius imp. *Erph. Peg.* t) mesticiam, *supersc.* iusticium 1, *et sic Erph.*; mesticiam *B 2. L III (= H). Peg.* u) et 2a. b. v) *recenti manu corruptum in* Meingot 1. w) *sic* 1. 2a. b *(cf. supra n. r)*; Conr. Frid. d. Swev. germanus *B cum Peg.* x) *sic R. L III. Peg.*; prim. regni 1. y) ipso *B. L III.* z) hic qui f. g. L. imp. *infra post* Egilb. successit (*l.* 43) *scripta sunt in* 1, *quo male haec posita esse patet, quia ea in cod. antiquiore in margine suppleta erant, signo* h *praeposito, quod scriba cod.* 1 hic *legit; cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 545. a) *vide n.* z *quae in* 1 *h. l. sequuntur.*

1) Cf. Jaffé, Reg. pont. ed. 2. I, p. 885. 2) In Ann. Pegav. antiquorum annalium textus, hoc loco recte traditus, male mutatus est, relato ante haec obitu Heinrici Superbi ducis. 3) Cf. supra p. 356, l. 12. 4) Cf. Ann. S. Petri Erph., SS. XVI, p. 19. 5) Sobeslaus I, qui etiam supra a. 1127 sqq. ut ab aliis scriptoribus Germanicis Udalricus vocatur. 6) Rheni, de Ballenstedt.

1140. Febr. 2. sancte Marie curiam suam habuit[a] Wormacie, ubi Ludewigus filius Ludewici provincialis comitis, admodum puer, clemencia regis ac principum Thuringie adeptus est principatum.

cf. Peg. Iul. 17. A. S. P. br. MCXLI. Richiza imperatrix obiit. Adelbertus iunior Mogontinus archiepiscopus XVI. Kal. Augusti obiit; cui Marcolfus Ascafinburgensis[b] prepositus successit[1]. Magna[c] concertacio fuit in Erphesfurt[d] IIII. Kal. Septembris inter cives et archiepiscopi milites: quidam enim occisi, multi vero utrimque vulnerati sunt.

cf. Peg. Maii 10. MCXLII.[e] Hoc anno VI. Idus Maii[2] regali curia in Frankenefurt habita rex et Saxones, qui hactenus quorundam factionibus non minimum discordaverunt, in pacis concordiam redierunt, omnibusque pro voto compositis leti quique discesserunt.

) f. 135. cf. A. S. P. Maii 9. 'VII.[f] Idus Maii[3] civitas Erphesfurdensis occulto Dei iudicio magna ex parte igne consumpta est. Monasteria quoque sancti Petri sanctique Severi cum aliis sanctorum ecclesiis igne consumpta sunt.

cf. Peg. Iun. 9. Marcolfus pie memorie Mogontinus archiepiscopus V. Idus Iulii[4] obiit; pro quo Heinricus prepositus maioris ecclesie constituitur. A. S. P. ant. Rudigerus abbas Erphesfurdensis obiit; cui Wernherus eiusdem cenobii monachus successit.

ib. cf. Peg. MCXLIII. Ekeleibs[g] episcopus Mersebergensis[h] obiit. Hyemps magna et nivosa. Innocencius papa, qui et Gregorius, obiit; pro quo Celestinus, qui et Gwido.

MCXLIIII. Celestinus papa obiit, pro quo Lucius, qui et Gerhardus, constituitur.

A. S. P. aut. Rudolfus marchio occiditur[5]. Sigefridus comes de Bomeneburg obiit. Magna inundacio aque fuit in Erphesfurt[i] VII. Kal. Iunii.

MCXLV. Lucius papa obiit, pro quo Eugenius, qui et Bernhardus.

A. S. P. aut. MCXLVI. Cûnradus rex ad Polenos cum exercitu abiit.

cf. Peg. MCXLVII. Cûnradus rex et Lûdewigus rex de Gallia cum episcopis et ducibus atque comitibus, multarum[k] provinciarum innumerabili multitudine diverse condicionis tam equitum quam peditum, quorundam magne estimacionis et religiosi habitus hominum sermonibus territi et circumventi dicencium illud apostoli, quod instaret dies Domini, et *cecitas ex parte in Israel contigit, donec multitudo gencium intraret, et sic omnis Israel salvus fieret*, Iherosolimam zelo fidei contra paganos pugnaturi proficiscuntur. Et Cûnradus quidem rex (Iun.) cum immensis copiis, quas secum habebat, per Ungariam versus Constantinopolim iter fa- (Sept.) ciens, a rege Grecorum[6] magnifice suscipitur, regiis muneribus honoratur; sed[l] ultra paululum progressus ob difficultatem locorum atque penuriam reverti statuit. Sed interim insidiis et incursionibus paganorum plurimos suorum amisit, et reliquis eorum ex maxima parte secundum Ezechielis vel Ieremie propheciam[7] pestilencia ac fame diversarumque *) f. 135. mortium genere peremptis, cum parte exercitus que remanserat Constantinopolim se fle- 1148. biliter recepit. Inde regi Grecorum pro tempore supplices preces obtulit[8], cuius conductu cum paucis sepulchrum Domini, reliquis in diversa dispersis, adiit; sed ubivis gencium nichil prosperum aut honoris pro Teutonici nominis vel imperiali dignitate consecutus, 1149. post duos semis annos cum nimia proch dolor! tam Romani regni quam christiani nominis 1147. ignominia in partes Germanie revertitur. Oct. 26. Eclipsis solis VII. Kal. Novembris hora diei [sexta[m]] facta est ipso anno Iherosolimitane profectionis ipsaque die Cûnradi regis[n] ac christiani exercitus retrocessionis[9] Bernhardique comitis de Saxonia[10] aliorumque plurimorum ibidem interfectionis.

*) *E add., praecedentibus a.* 1142. *omissis (ad a.* 1141. *igitur):* Eodem anno edificatum est monasterium Vallis Sancti Georii[11]. *Ubi sequentia — l.* 42. *om.*

a) *sic R. Peg.*; W. hab. l. b) ascasinburgensis 1; Ascaniensis *Peg.* c) Anno M°CX°LI. magna *E.* d) *sic* 2e; Erphesfordt 1; erffordia *E.* e) *haec — discesserunt om. E.* f) *sic* l. 2e. *V (ubi* VII. Kal.*); et* VII° *E ad a.* 1141. *post* vuln. sunt. g) *sic* 1; Ekeleich *Ann. S. Petri omnes.* h) *sic* l. i) *sic* 2e; Erphesfurd l. k) cumque mult. *Peg.* l) et *Peg.* m) *ex Peg. suppl.; om.* l. n) ho *add., post del.* l.

1) Cf. Ann. S. Petri Erph. l. l. 2) Die Maii 3. regem Frankenfurt venisse tradunt Ann. S. Disibodi, SS. XVII, p. 26. 3) Hunc diem (pro VIII. Idus, ut Ann. S. Petri ant. habent, ubi numerus sic VII scriptus est) praebent Ann. S. Petri brevium codex et Ann. S. Petri maiorum codd. 3a. b. c. 4) *Iunii* legendum est. Cf. Böhmer-Will, Reg. arch. Mag. I, p. 318 sq. Sed iam auctorem huius chronici errorem hunc commisisse patet, cum et Hist. Eccard. c. 376. *Iulii* habeat. 5) Cf. Ann. S. Petri ant., breves, mai.: *Rûdolfus comes Saxonicus occisus est*, videlicet a Ditmarsis die Mart. 15 (cf. Necrol. Luneburg., Ann. Stad., Magdeb., Palid.). Comes de Stade ex genere marchionum aquilonarium, non ipse marchio. 6) Manuele Comneno. 7) Ezech. 7, 15. 12, 16. 15, 21. Ierem. 29, 18. 32, 24. 8) Hoc loco Ann. Pegav. p. 258. verba annalium antiquorum melius servasse videntur. 9) Scil. quo die exercitus inter Nicaeam et Iconium rediturus iter flexit; supra l. 31. 10) De Plötzkau. 11) Cf. Cron. Minor a. 1142, SS. XXIV, p. 192.

Dedicatum[a] est monasterium sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Erphesfurt[b] XVI. Kal. Iulii ab Heinrico archiepiscopo Mogontino[c] et Sigefrido episcopo Wirciburgensi[d], Ditmaro Fardensi[e], Gebehardo Eichstetensi[f.1], transactis XLIIII annis a fundacione eiusdem monasterii. Eodem[g] anno Wernherus abbas Erphesfurdensis obiit; cui Gelfradus eiusdem cenobii monachus successit. A. S. P. br. Iun. 16. ib. et ann.

MCXLVIII. Uto Cicensis episcopus ab Ierosolimis revertens cum multis aliis naufragio periit; pro quo Wicmannus Cünradi marchionis sororis[2] filius constituitur. cf. Peg.

MCXLIX. Cünradus rex ab Iherosolimis revertitur[3]. Buggo Wormaciensis episcopus obiit[4]. Otto comes captus ab Hermanno palatino comite et detentus ab eo in custodia obiit. Lampertus comes obiit. cf. Peg. A. S. P. br. A. S. P. ant.

MCL. Sigefridus episcopus Wirciburgensis obiit; pro quo Gebehardus constituitur. Hiemps dura ac diuturna, adeo ut plerosque vis algoris extingweret, et apum atque pecorum maxima pars deperiret[5].

MCLI. Fames[b] valida et pestilencia hominum[i.5].

MCLII.[k] Ernest comes de Thuringia obiit. Hermannus comes de Wincinburg[l] in eodem castro a suis hominibus una cum coniuge[m] flebiliter occiditur[6]. In mense Ianuario magna inundacio aque fuit in pactibus Reni. Cünradus[n] rex XVI.° Kal. Marcii[7] rebus humanis excessit, eique Babenberg regum more funebria explentur ac sepelitur. Cuius loco fratruelis eius Fridericus Suevorum dux media quadragesima Frankenefurt[p] rerum summam suscipiens in regem eligitur et Aquisgrani die palmarum[8] regali benedictione sublimatur. Fridericus rex penthecosten curiam suam habuit Merseburg, quo rex Danorum[9] cum regiis muneribus veniens regnum ab eo suscepit. Ubi eciam gravis discordia inter Heinricum Saxonum ducem et Adelbertum marchionem oritur; quibus inter se hostiliter postea dimicantibus opulentissima villa Osterroth[10], mire pulchritudinis edificium in Lütrede[11], pleraque[q] castella ac ville quam plurime devastantur[r]. cf. ib. Mart. 9. Mart. 23. Maii 18. Febr. 14. cf. ib. ib. cf. mai. cf. 136. A. S. P. br.

MCLIII. Rex curiam[s] in octava[12] pentecosten cum duobus cardinalibus Gregorio ac Bernhardo magnoque conventu abbatum ac prepositorum Mogonciensis archiepiscopatus apud Wormaciam habuit. Ibique Heinricum Mogontinum antistitem deposuit eique Arnoldum tunc temporis cancellarium subrogavit. Eugenius papa obiit; pro quo Anastasius, qui et Cünradus Sabinensis episcopus, constituitur. Heinricus episcopatu privatus obiit et Babenberg sepelitur. Signum in sole apparuit VII. Kal. Februarii eo modo ⌣ Iun. 7—14. cf. ib. (Iul. 8). Sept. 1/2).

MCLIIII. Anastasius papa obiit; pro quo Adrianus. Fridericus rex Italiam cum exercitu venit sibique rebelles illis in partibus bellando subegit, indeque Romam victor ingressus a papa Adriano apud Sanctum Petrum imperiali benedictione sublimatur, ac Romanorum quam plurimis armis conflictando interfectis, apud Veronam quoque in redeundo transitu inhibitus ad clusas, adverse partis principibus laqueo suspensis, ferro sibi ad propria iter aperuit. Magna inundacio aque fuit. Eodem[t] anno XII. Kal. Maii inventus est sanctus Adelarius[13] et VII. Kal. Augusti[u] sanctus Eohanus[v] in monasterio sancte Marie virginis Erfordie. A. S. P. br., cf. mai. 1155. (Iun. 18). cf. 136. A. S. P. ant. Apr. 20. Iul. 26.

*) *E habet:* Anno M°C°LIII° XII° Kalen. Maii corruit ecclesia[14] ex vetustate et inventus *etc.*

a) Eodem anno ded. *E post n.* * *p.* 366. *ad a.* 1141. b) Erphesfurd 1; Erpfesfurt 2[c]; erffurt *E.* c) Moguntinensi 2[c]; magunt[c] cooperante .sibi Sigifredo *E.* d) Wirziburg. 2[c]; Wirczeburg. *E.* e) *sic* 2[c]. *N;* furdensi 1 *(recenti manu corr.* ferdensi*);* verdensi *E;* Ferdensi *V.* f) eychstadensi *E.* g) *sequentia et a.* 1148—1150. *om. E.* h) Sequenti anno famis *E post* monasterii *l.* 3, *quae ibi ad a.* 1141. *posita sunt.* i) facta est *add. E.* k) *sequentia* — fuit (*l.* 35. *om. E.* l) Wirceinburg 1. m) sua *add. B. L III.* n) Conr. 2[a]. *B;* Cunr. 2[b]. o) *sic* 1. 2[a. b]. *B.* p) Franckenfurt 2[a]; Frankenford 2[b]. q) *sic B;* plerique 1. r) O sancte Ieronime succurre etc. *add.* 1. s) suam *add. B. L III; cf. l.* 19. t) inventus est *iterum add. E.* u) *sic* 2[c]. *E. V. N;* cobanus 1.

1) Notitia dedicationis praeter Ann. S. Petri breves hoc loco exscripta videtur esse. Cf. Nic. de Siegen p. 321 sq. 2) Mathildis sororis Conradi marchionis Misnensis de Wettin. Cuius maritus, pater Wicmanni, fuit Gero comes de Seburg; Ann. Saxo a. 1036, p. 680; Geneal. Wettin., SS. XXIII, p. 227. 3) Cf. Ann. S. Petri ant., breves, mai.: *Cünradus rex ab Ierosolimis reversus est. . . . . Bucco Wormacensis episcopus obiit.* 4) Hoc loco desiit exemplar annalium ab annalista Pegaviensi exscriptum. 5) Cf. Cron. Minoris cod. B 2, SS. XXIV, p. 192. 6) Iun. 29. Cf. Ann. S. Petri breves et mai. 7) XV. *Kal. Martii* (Febr. 15) recte habent Ann. S. Petri breves et mai. 8) Fridericus iam die Mart. 4. electus, dominica Laetare = Mart. 9 (i. e. media quadragesima) coronatus est. 9) Sueno filius Erici Emune. 10) Osterode in saltu Harz. 11) Lutter am Barenberge. 12) Ipso pentescoste (Iun. 7) haec curia celebrata est. 13) Cf. Ann. S. Petri ant.: *XII. Kal. Maii translatio sancti Adelharii in Erphesfurt.* 14) S. Marine; cf. N. Archiv XXI, p. 530; Nic. de Siegen p. 335.

A. S. P. ant. MCLV.[a] Imperator ab Italia revertitur. Bellum fuit inter archiepiscopum Arnoldum et Hermannum palatinum, sed Arnoldus terga vertit[1].

ib. MCLVI. Heinricus dux Saxonum congregato exercitu perrexit in Fresiam, ubi[b] et vix evasit[2].
cf. A. S. P. mai. Hermannus palatinus comes obiit. Pestilencia hominum.

MCLVII. Imperator in Poloniam[c] cum exercitu venit, ducem illius provincie[3] in
A. S. P. ant. dedicionem suscepit et rebus prospere gestis rediit. Cůnradus marchio obiit.

MCLVIII. Fridericus imperator exercitu congregato Longobardiam proficiscitur Mediolanum ab eo obsidetur, et post multos conflictus civibus tandem in dedicionem susceptis, exercitum dimisit, sed ipse cum parte eiusdem exercitus in eadem provincia remansit.

(Mart. 17). (Ian.) MCLIX. Gebehardus Wirciburgensis episcopus obiit. Mediolanenses rupto federe legatos[4] imperatoris multis iniuriis affecerunt, eiusque contra se indignacionem, obsidum, quos dederant, salute neglecta, provocaverunt. Rex itaque in ulcionem imperialis iniurie, revocatis principibus Teutonicis, castrum quoddam Mediolanensium arce ac loco muni-
(Iul. 3/4). tissimum, armis, viris omnique bellico apparatu opulentum, Cremam nomine, obsedit; quod tandem post crebros conflictus cum utriusque partis militum internecione[d] pluri-
1160. (Ian. 26). morum cepit, et civibus regali clemencia salute concessa, castrum ipsum ad solum[e] usque
1159. dirui precepit. Adrianus papa obiit.

Sept. 1. cf. A. S. P. mai. Heinricus dux Saxonicus auxilium contra Mediolanenses imperatori prebiturus perrexit; in cuius
A. S. P. ant. expedicione Fridericus comes de Bichelingin interfectus obiit.

*) f. 137. 1159. (Sept. 7). 1160. MCLX. Adriano papa Kal. Septembris defuncto, duo pontifices, Octavianus videlicet ac Rulandus, qui et Alexander, cardinalium Romanorumque discidio simul eliguntur, con-
Febr. 2. stituuntur et consecrantur; unde ad curiam, immo ad sinodum III. Nonas Februarii[b] imperiali edicto Papie celebrandam ambo vocati: Růlando regie voluntatis non nescio sui presenciam subtrahente, Octavianus presens a presentibus apostolicus appellatur et con-
firmatur. Alexander eciam a sue partis fautoribus quamplurimis apud Anagniam[f] Apulie civitatem item pro apostolico celebratur. Arnoldus[g] archiepiscopus a Mogontinis civitate fugatur et secedens in Thuringiam, collecta militari manu non modica, quasi armis civitatem capturus atque meritas penas presumptoribus irrogaturus revertitur. Quem cives
Iun. 24. apud Sanctum Iacobum VIII. Kal. Iulii[6], antequam eius partis[h] frequentes armati convenissent, cum paucis repertum, incenso monasterio, gladio peremerunt ac pedibus de ecclesia protractum in platea indigno ac miserabili[i] spectaculo nudum reliquerunt[k]. Udalricus Halberstatensis episcopus neque legittime accusatus neque canonice auditus vel diiudicatus pro libitu Heinrici ducis a cardinali G.[7] deponitur[l] absens, et Gero decanus
Iul. 25. loco eius subrogatur. Principum episcoporumque[m] conventus VIII. Kal. Augusti[8] super regni negociis Erfordie celebratur, ubi Mogoncienses[n] inmanis facinoris rei[o] extinctione luminum, ut par fuit, execrantur et communione privantur. Qui tam gravem sui casus dampnacionem parvipendentes vel pocius dissimulantes, Růdolfum[p] Berchtoldi[q] ducis[9] germanum sibi presulem elegerunt. Quo contra[r] Cůnradus[s] palatinus[10] ac Ludewigus[t]
Oct. 29. lantgravius IIII. Kal. Novembris apud Frankenfurt[u], suffraganeorum episcoporum ac
*) f. 137. Trevirensis[11], legati apostolici, non presencia, immo legacione freti, Cristanum[v] Merseburgensem[w] prepositum, paucis arbitris, episcopum constituerunt. Hinc parcium sedicio

a) *haec — l.* 27. (celebratur) *om. E.* b) *sic L III*; ut 1. c) sic 2a.b. *L III*; polemiam 1. d) internecie 1. e) solů 1. f) *emendav.*; angia 1. *L III.* g) Anno MºCLX. Arn. *E.* h) partes *E.* i) miserabiliter *E.* k) relinquerunt *E. L III.* — *Sequentia h. a. et a.* 1161. *om. E.* l) abs. dep. *R.* m) episcoporum 2a. n) *sic* 2a; magoncienses 1; moguncienses *R*; Mogutinenses 2b. o) super interfeccione episcopi sui *add.* 2a.b *ex praeced. omissis.* p) Rudolffum 2a; Rudolphum 2b. q) Bertoldi 2a. *R*; Bertholdi 2b. r) *sic* 1. 2a.b. *R. L III.* s) Conradus 2a.b. *R.* t) Ludewicus 2a; Ludovicus 2b. u) Franckfurt 2a; Francfort 2b. v) Cristannum *h. l.* 2a; Christianum 2b. w) *sic* 2a. *R*; Merseb'gensem 1; Mersburg. 2b.

1) In Annalium S. Petri ant. codice hoc loco quaedam verba erasa sunt. 2) Cf. Ann. S. Petri mai. 3) Boleslaum IV. Crispum. 4) Rainaldum cancellarium et Ottonem comitem palatinum de Wittelsbach. 5) Synodus die Ian. 13. primo indicta die Febr. 5. coepta est. Cf. Jaffé, Reg. ed. 2. II, p. 419. 6) Cf. Ann. S. Petri mai. 7) *Gregorio* Cron. Reinhardsbr., male explicata hac littera. Inter cardinales enim Victoris IV. nullus invenitur Gregorius. Chron. Montis-sereni, SS. XXIII, p. 151 sq., ab Everhardo cardinali Udalricum depositum esse tradit. Neque tamen huius nominis cardinalis inter eos Victoris IV. invenitur. Nescio an de Gerardo cardinali diacono cogitandum sit. Cf. etiam Ann. Pegav. et Magd., SS. XVI, p. 260. 191 sq. 8) *VII. Kal. Aug.* Ann. S. Petri mai. 9) IV. de Zähringen. 10) Rheni, frater imperatoris. 11) Hillini.

exoritur, rerum facies contra bonum et equum variatur, dum laycorum pro arbitrio ecclesiastica disponuntur, potentum[a] quorundam violencia episcopium incursatur, evisceratur, devastatur. Sixo comes de Thuringia obiit. 1160. A. S. P. ant. 1161. (Iun. 19).

MCLXI. Apud Laudam civitatem XII. Kal. Iunii[b.1] Victor papa generali habita sinodo, presente imperatore Friderico, Rûdolfum Mogontinum electum et Cristanum superelectum, utrosque ecclesiastica censura deposuit ac Cûnradum Ottonis Noricorum palatini[c] comitis germanum prefate sedi intronizavit[2]. Grando et tempestas magna in pluribus locis fuit. Berchtoldus Cicensis episcopus obiit; cui Uto successit. A. S. P. ant. cf. mai.

MCLXII.* Mediolanenses regis et Italici atque Teutonici exercitus obsidione iam quadriennio artati, post multa et preclara militaris audacie facinora[3] tandem pertesi malorum et inedia magis quam armis devicti[d] manus imperatori tradunt[e] supplices[f], regie potestati se suaque omnia dedentes. Optimatibus igitur ac populo in dedicionem[g] susceptis, rex civitatem cum victricibus aquilis ac grandi multitudine circa palmas[4] ingreditur, et civibus salute omnique supellectile[h] concessa, eo iubente valli complanantur, muri, turres omnisque municio destruitur, cetera edificia, excepta matrici ecclesia ac reliquis ecclesiis, voraci flamma consumuntur, et** civitas opulentissima, a Remo et[i] Romulo primo quidem cepta, sed a Gallis Senonibus, qui antiquissimis temporibus duce Brennone cum trecentis[k] milibus patriam ingressi fuerant[5], post sui ducis interitum perfecta, que multis retro seculis singulari feritate ut aper de silva cuncta longe lateque dente minaci depopulabatur, demum celestem experta vindictam, Friderici regis manu gravissima acsi lanigerum pecus dilaniatur terreque funditus coequatur. Futurorum enim eventus per omen et nomen ipsius[l] civitatis, ut in historiis legimus[6], his olim prenotatus fuerat versibus: 1162. (Mart. 1). Apr. 1. Ps. 79, 14.

Sus fuit inventus, quo fixit[m] *castra iuventus,* *f. 139.
In medio tergo lanam tulit; accidit ergo,
Nomen ut aptarent[n] *Mediolanumque vocarent.*

Fames[o] valida. Gero episcopus ossa sanctorum Gervasii et Prothasii de Mediolano transtulit Halberstat[p]. A. S. P. ant.

MCLXIII.[q] Imperator de[r] Italia revertitur et circa purificacionem sancte Marie principum frequencia apud Wirciburg excipitur, ac post paschalem solemnitatem Mogonciam[s] cum magno terrore ingressus curiam suam ibidem habuit, civibusque timore in diversa fugatis, murum in circuitu omnesque municiones civitatis funditus destrui precepit. Nimia aquarum inundacio Kal. Septembris[7] ex ingenti ac repentino nimbo facta est, adeo ut plurime domus ac edificia cum habitatoribus ac iumentis omnique suppellectili aquarum impetu in preceps raperentur, multique hominum aqua necti[8] longiusque portati postea reperirentur. Victor papa, qui et Octavianus, obiit[9]; pro quo Paschalis, qui et Gwido. Imperator sumpto Cûnradu Mogontino electo et aliquantis principibus rursus Italiam ingreditur. 1163. ib. Febr. 2. Mart. 24. (Apr. 7). Sept. 1. 1164. (Apr. 20). cf. A. S. P. mai. 1163.

*) *In E sequentia breviata et transposita leguntur:* Anno M°CLXII° Gero episcopus — transtulit in Halberstat, cum ipsa civitas Mediolanensis[t] funditus ab imperatore Frederico destructa ac desolata [esset[u]], que antea per eundem imperatorem quadriennio[v] obsessa est, inedia magis — — suaque omnia donantes. Imperator[w] igitur cum multitudine circa — — flamma consumuntur.

**) *E,* et — coequatur *om., add.:* ut merito dicebatur: *Facta est sub tributo* etc. De nomine autem civitatis et futurorum eventus *(sic!) etc. ut l.* 21. Thren. 1, 1.

a) et pot. 2°. b) *sic* 1. *B. L III. N.* c) la *e corr.* 1. d) victi *E.* e) *sic* 1; tradiderunt *E*; tendunt *facile conici possit, sed* tradunt *ab annalista scriptum esse censeo.* f) suplices 1. g) dedecionem 1. h) suppell. *E.* i) ac *V. L III.* k) recentis *post corr.* trec. 1. l) i. civ. *om. E.* m) *sic E. B. L III. V;* fuit 1. n) abtarent *E.* o) F. val. *om. E, sequentia vide n. *.* p) in Halb. *E. B*; ad Halb. *V*; Halberstadt 1, *ubi add.:* Succurre sanctissime Ieronime. q) *a.* 1163. 1164. *om. E.* r) *sic B cum Ann. S. Petri; om.* 1; ad Ytaliam *L III.* s) Imp. Fridericus primus Moguntiam 2a. b. t) mediol *E.* u) *om. E.* v) quadrienno *E.* w) Imperatore *E.*

1) *XIII. Kal. Iulii* Ann. S. Petri ant. et mai., quos conferas. Quem diem confirmat Otto Morena, SS. XVIII, p. 632. 2) Cf. Otto Morena l. l.; Christian. c. 12, SS. XXV, p. 245; Jaffé, Reg. ed 2. II, p. 422. 3) Cf. Sall. Iug. c. 5: *multa et praeclara rei militaris facinora fecerant.* Sed propius haec verba ad Lamperti locos accedunt; vide Lamperti opera p. 430. 4) Die Mart. 26. 5) Hoc ex Pauli diac. Hist. Langobard. II, 23. 6) Cf. Gotefrid. Viterb. Pantheon l. IX, Pistorius-Struve, SS. II, p. 146. Sequentes versus propius accedunt ad eos Ioh. Codagnelli, 'N. Archiv' XVI, p. 329 (cf. ib. p. 509). III, p. 159. 7) *III. Nonas Septembr.* Ann. S. Petri ant. et mai. 8) l. e. submersi. Quam vim necare apud Italos saepissime habet (hodie *annegare*). 9) Haec perperam ad hunc annum relata sunt.

cf. A. S. P. mai. MCLXIIII. Imperator de Italia revertitur. Mogontinus electus oracionis causa in Hispaniam profectus in redeundo Rulando, qui et Alexander, iuramento se obligavit.

ib. MCLXV. Cunradus Mogontinus[a] electus ob iusiurandum, quo se Rulando obligaverat[b], cum averti non valeret, ab imperatore episcopatu est privatus. Nec mora maxima clades oppressit episcopatum, destructis castellis Rûstiberg[c], Horburg, Amanaburg, Bingen, subverso eciam[d] muro Erfordie[e] a Lûdwigo[f] comite provinciali. Heinricus[g] Wirciburgensis episcopus obiit; pro quo Heroldus.

1166. MCLXVI. Abundancia magna frumenti et vini. Rursus imperator Italiam ingreditur. Cunrado Mogontino electo ab imperatore deposito, per biennium ecclesia vacante, Cristanus in Frankenfurt primo electus reponitur[1]. Imperator[2] dum in
1167. Anchonitana esset civitate, Mogontinus et Coloniensis archiepiscopi regia manu cum
v. 138. (Maii 28). Romanis prelia[h] commiserunt[3], et paucis Teutonicorum interfectis, primo quidem die
(Maii 29). prelio victi cesserunt[4]. Tum vero nocte proxima ante lucanum[i] surgentes[k] Romanos de priori victoria elatos deque suorum multitudine securos armis repente invaserunt et ad tria circiter milia virorum duosque cardinales[5] occiderunt, captivorumque septem, ut
(Iul. 29). dicitur, milia[6] ceperunt. Quo feroci impetu Romanam quoque aggressi civitatem, ianuas ecclesiarum sancte Dei genitricis Marie ad Gradus sanctique Petri apostolorum principis securibus exciderunt ipsasque ecclesias igne[m] succenderunt; Romanos, qui pro locorum tuicione vel municione intus refugerant, gladiis peremerunt, altaria sangwine aspersa, nichil pietati, nichil, proch dolor! religioni delatum. His audacter patratis papa Paschalis altaria, quasi sub Alexandro papa polluta, destruere et actutum nova[n] reedificare, consecraciones episcoporum et abbatum facere, fasque nefasque per omnia confundere. Sed Deus ab alto cuncta prospectans iniuriam summi regis genitrici eiusque vicario beato Petro illatam nequaquam tulit impune[o]. Extimplo siquidem nebula quedam pestilens ac
(Aug. 14). fetida totum pene exercitum attaminavit, primoque Coloniensem archiepiscopum compluresque[p] episcoporum, duces ac quosque in exercitu prepotentes inficiens sine mora extinxit; eademque mortifera lues regem quasi vitabundum cum reliquis recedentem prosecuta, nunc hos, nunc illos et illos diversis in locis miro divine[q] ulcionis iudicio, cuique nigro quodam caractere[r] inter scapulas apparente, exanimavit[s]. Huc accessit, quod Mediolanenses, qui post sue excidium civitatis quatuor oppida per quatuor plagas imperiali edicto fecerant, sed post quadriennium inolita sibi recalescente superbia vel animositate a rege defecerant[t], quatuor itidem civitatibus in unum[u] collectis vetus Mediolanum refecerant, imperatorem annitentibus reliquis Italicis per insidias insecuti, nonnullos regalium satellitum occiderunt pluresque captivos abduxerunt, ipsum[v] imperatorem contra regie maiestatis honorem ac pristine virtutis insigne Italia tandem excedere
v. 139. Alpesque transcendere compulerunt. [w]Heinricus Baioarie dux ac Saxonum, imperatore in Italia moram faciente, contra Lûdewicum lantgravium reliquosque Saxonum principes
1166—68. monocerotis in morem solus cum suis per biennium fere preliabatur[7], et nec sacre obser-

a) cl. magunt. *E.* b) *E add. perverse:* ipso Rulando rebellante imperatori. c) Rustoberg Horborg Amilnborg et Bingin *E.* d) et *E.* e) erffordeñ *E.* f) Lodewico *E saepe.* g) *haec et a.* 1166—1169. *om. E.* h) *sic R*; bellum *eadem manu supersor.* 1; conflictum *L III*; *cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 278, *n.* 1. 279, *n.* 2. i) *sic* 1. *L III*; de *R.* k) *sic* 1. *L III*; recesserunt *R.* l) *sic* (*non* antelucanum) 1. *R. Auctor vocem lucani pro substantivo usurpasse videtur, cui luciferi aut aurorae vim inesse voluerit. Cf. Ducange-Henschel s. v.* lucanus, antelucanum. m) igni *R. L III.* n) cepit *add. R, post* reed. *L III.* o) *sic* 1. *R*; inpunire *L III.* p) cũpluresque 1. q) *sic R*; diuino 1. r) *sic R*; curectere ? s) *sic R*; examinauit 1. t) *sic R*; defecerunt 1. *L III.* u) *sic* 1. *R. L III.* v) ipsumque *R.*

1) Iam a. 1165. Sept. 2) Sequentia Cron. Reinhardsbr. recte ad a. 1167. habet, ad a. 1168. Hist. landgr. Eccard. c. 386. 3) Hoc proelium apud Tusculum non a. 1166, sed a. 1167. Maii 29. commissum est. Sed etiam in Ann. S. Petri mai. ad a. 1166: *Cedes Rome.* 4) Male de hoc proelio relatum est. Cf. Giesebrecht, 'DKZ.' V, p. 537 sq., secutus Reinaldi epist., Sudendorf, Reg. II, p. 146; Chr. reg. Colon. p. 117; Anon. Laud., SS. XVIII, p. 651 sq.; Bosonis Gesta pont., Duchesne, Liber pont. II, p. 415 sq.; Chron. Magni Reichersp., SS. XVII, p. 488 sq.; Ann. Palid., SS. XVI, p. 93 sq.; Romuald., SS. XIX, p. 436. 5) Duos cardinales occisos esse soli Ann. Seldental., Böhmer, Fontes III, p. 526, praeter hanc Cron. tradunt (Giesebrecht, 'DKZ.' VI, p. 465); in quibus recentiore tempore conscriptis hunc locum exscriptum esse patet; quod quomodo fieri potuerit, nescio. 6) Tria milia capta esse Anon. Laud. l. l. et Ann. Camerac., SS. XVI, p. 539; quatuor milia Ann. Magd., ib. p. 192; quinque milia Chr. reg. Colon. l. l. et Ann. Pis., SS. XIX, p. 256, tradunt. Minorem numerum habent Ann. Ian., SS. XVIII, p. 74. et Ann. Casin., SS. XIX, p. 312. 7) In universum hoc loco depinguntur quae a. 1166—1168. gesta sunt animo annalistae Heinrico duci contrario et lantgravio propitio.

vacionis tempora nec[a] fides iurisiurandi nec pacis ab eo condicio servabatur, sed Tesiphone ubivis[b] gencium hac et illac debachante[1], incendiis, rapinis, castellorum obpugnacionibus, membrorum obtruncacione, nonnullorum eciam perempcione tota Saxonia atque Thuringia non parvo tempore vexabatur, adeo ut mala res et peior spes metu percelleret omnes tam clericos et monachos quam seculares.

MCLXVII. Imperator de Italia reversus Philippum cancellarium Coloniensi ecclesie prefecit antistitem pro Reinoldo, viro sane bellicis rebus apto; per quem sic eadem Coloniensis ecclesia sublimata fuerat, ut trium ewangelicorum magorum corpora post destructionem Mediolanensis urbis eo transtulerit. Hermannus abbas Fuldensis obiit; pro quo Burchardus Herveldensis abbas constituitur; abbaciam Herveldensem Willibaldus optinuit, qua se iamdudum abdicaverat. Paschalis papa obiit, pro quo Calistus, qui et Iohannes Albaniensis episcopus, ab imperatore constituitur. 1168. (Sept. 20).

MCLXVIII. Rûdolfus, quem Mogontini post necem Arnoldi episcopum elegerant[2], cum apud Alexandrum, qui et Rûlandus, diu exulasset, in graciam imperatoris rediit; a quo Leodiensi ecclesie est prefectus episcopus.

MCLXIX. Hartwigus Premensis[c] episcopus obiit[3]; cui Baldewinus successit. Hermannus Hildensheimensis episcopus Ierosolimam profectus in redeundo beato fine quievit. Hic cum Heinrico duce iam pridem disceptaverat pro tirannide, quam in episcopatu exercebat; successit ei prepositus Goslariensis[4]. 1170. (Iul. 10).

MCLXX. Imperator in[d] nativitate sancti Iohannis[e] baptiste habito generali conventu Erphordie Heinricum ducem aliosque principes Saxonie iam diu inter se dissidentes pacificavit, et sic terra aliquanto tempore quievit. Ernestus[f] comes[b] ab hostibus circumventus et in custodia detentus[6], incertum magis zelo iusticie an livoris, capite plectitur. Adelbertus marchio[g] obiit. Item Gerungus Misenensis episcopus obiit; cui Martinus eiusdem ecclesie canonicus successit. Iun. 24. cf. A. S. P. mai. *f. 139.

MCLXXI. Cristanus Moguntinus legacione functus imperatoris, de Constantinopoli reversus, plures sanctorum reliquias detulit. Iohannes Marseburgensis episcopus obiit; cui Eberhardus successit[8]. cf. ib. 1170. cf. ib. 1171.

MCLXXII. Ventus vehemens circa nativitatem Domini extitit, adeo ut plerisque in locis menia non parum leserit. Apud Polenos simultacio quedam duce Mesichone[h] quodam exoritur, unde imperator coadunato exercitu eo contendit. Qui cum fines Polenorum intraret, predictus Mesich[i] obviam ei veniens dextras peciit et accepit, multatus non parva pecunia. Deinde reversis de expedicione principibus, Lôdewigus provincialis comes Thuringie diem clausit extremum. Cuius filius E[lôdewigus] et nomen et principatum patris obtinuit. Gelphradus abbas Erphurdensis obiit[k]; sub quo eadem ecclesia multis calamitatibus subiacuit. Successit autem ei Peregrinus eiusdem cenobii monachus. Dec. 25. 1172. (Iul. Aug.) 2. Mach. 12. 13. 14. 19. cf. ib. (Oct. 14). (Oct. 23).

MCLXXIII. Ladislaus rex Bohemie principatum perdidit; suscepit principatum Udalricus[l], qui multos annos in captivitate sub eodem rege exegerat. cf. ib.

MCLXXIIII. Imperator nativitatem Domini Erphordie[h. 10] celebravit, ubi Willimaro[l] Brantenburgensi episcopo defuncto Sigefridum[m] filium Adelberti[n] marchionis substituit. Hoc[o] anno ex[p] assiduitate ventorum estas solito calore caruit, unde et vinum seu frumentum multis in locis periit[q]. Autumnali eciam tempore ex assiduitate imbrium et instancia ventorum facta est aquarum inundacio non modica. Imperator collecto exercitu iterum Italiam peciit. 1173. Dec. 25. cf. ib. cf. ib.

MCLXXV. Wilboldus[r] abbas Herveldensis obiit; cui Adolfus eiusdem monasterii monachus substituitur. Estatis quoque siccitas magna fuit. Fertur eciam, quod fulmine quedam sint edificia consumpta. Flammarum violencia diversis in locis non parvam intulit

a) nec fides iuris *om.* 1; nec fides iusiurandi *B*; nec fides iurandi *L III.* b) ubi ius 1. c) parmensis 1. d) *sic* 1. *E* (ostl.). *V*; circa nativitatem *B*; circa festum *L III.* e) Ioānis 1. f) *sequentia h. a. et a.* 1171—1173. *om. E.* g) Succurre sancte Ieronime *add.* 1. h) Alesichone *alia manu corr.* Mesichone 1. i) Alesich *alia manu corr.* Mesich 1. k) cel. erffordie *E.* l) Wilmaro Brandesburg. *E.* m) Siffridum *E.* n) Alberti *E.* o) *sequentia h. a. et a.* 1175—1179. *om. E.* p) *sic V*; et 1. q) deperiit *V.* r) *post corr.* Willibaldus 1.

1) Cf. Verg. Aen. X, 761. *pallida Tisiphone media inter milia saevit*; VI, 571. 2) Cf. supra a. 1160. 3) Iam a. 1168. Oct. 11. 4) Adalbogus. 5) Do Gleichen. 6) A Ludewico II. lantgravio; cf. Cron. Reinhardsbr. f. 318[d] (infra). 7) Brandenburgensis, qui obiit die Nov. 18. 8) Die X. Kal. Novembr., Necrol. S. Petri, Schannat, Vind. II, p. 20. 9) Sobeslaus II. Cf. supra p. 365, n. 5. 10) Chron. regia Colon. p. 124: *apud Aldinburg*, falso, ut videtur.

cf. A. S. P. mai. cladem; unde et civitas Erphordie cum ponte[a.1] et quibusdam sanctorum ecclesiis V.
Iul. 3. Nonas Iulii magna ex parte igne conflagrata est[b].
cf. ib. *f. 140. MCLXXVI. Hermannus comes de Orlamundi[c] obiit. *Imperatore IIII. Kal. Iunii iter versus
Maii 29. Papiam agente, ex improviso Mediolanensium circumventus insidiis, parva manu cum immensa eorum multitudine conflixit, et omni pene commeatu perdito, paucis eciam suorum interfectis, captis vero nonnullis, ipse *strennui militis et*[d] *boni imperatoris*[2] loco ingentes adverse partis copias gladio prostravit; demum sole iam declivo pugnando fatigatus et hostium multitudine, non industria, superatus fuge presidio vite[e] servatur et Camam[3], unde profectus fuerat, cum suis vita vix[f] comite revertitur. Hoc
Oct. 20. anno XIII. Kal. Novembris eclipsis lune fuit, cum esset luna XIII. Burchardus abbas Fuldensis obiit.
1177. Iul. 25. MCLXXVII. Ruggerus Fuldensis abbas obiit. Festo sancti Iacobi apud Veneciam mediante Cristano Magonciensi archiepiscopo imperator et papa post XVIII annos discidii reconciliantur; abdicato regis conventia[g] Calixto, Alexander papa habetur, edicta mutantur. Imperator cum papa pacificatus — ut ait comicus[4], quod dictum non dictum, quod factum infectum est — illicito prius coniugio licenter abutitur. Udalricus Halberstatensis episcopus, deposito Gerone, reponitur[5]. Cristanus Mogontinus archiepiscopus confirmatur; eius predecessor Cůnradus adhuc superstes, depulso Adelberto Salczburgensi episcopo, illius cathedre intronizatur; ordinaciones vel consecraciones prius superpositorum episcoporum cassantur imperiali[h] edicto ac senatus-consulto; pax in septem annos constituitur. Sinodus sequenti
1178. Febr. 12. anno in dominica sexagesime ibidem, id est apud Veneciam, cum diversarum provinciarum episcopis atque abbatibus generaliter ac celeberrime habenda apostolica auctoritate indicitur.
Apr. 20. [f] MCLXXVIII. Redivivum[i] denuo incendium Erphordie cladem magnam XII. Kal. Maii intulit. Imperator de Italia revertitur[6]. Adelbertus palatinus comes Saxonie heredum
Oct. 21. expers obiit[7]. Hyemps diuturna, adeo ut a XII. Kal. Novembris usque in mediam quadragesimam ferme duraverat[k].
*f. 140'. 1179. *MCLXXIX. Mense Augusti, id est[l] XIIII. Kal. Septembris, noctu luna eclipsim patitur[8],
Aug. 19. die vero circulus purpureus circa solem videbatur.
1178. Hoc in tempore dissensio gravis inter Heinricum ducem Baioarie et Saxonie et alios quosdam principes, precipue tamen Coloniensem[9] et Halberstatensem[10] episcopos exoritur, que brevi tantum excrevit, ut dux res ecclesie Coloniensis tam igne quam depopulacione
1179. non parum attenuaverit. Sed et episcopus ob iniurie sue vindictam congregata multitudine, nec ecclesiis nec cenobiis parcens, Saxoniam ingressus, ducis partes non modice devastavit[m.11]. Gero quondam Halberstatensis episcopus quasdam possessiones Heinrico duci inbeneficiaverat, quas nunc Udalricus episcopus a duce sub excommunicacionis verbo exigebat, affirmans, quod episcopus ille superpositus quidquid egerit tempore discidii, irritum fuerit[12]. Que lis adeo incanduit, ut homines ducis coadunati urbem illam Halberstat[n]
(Sept. 23). toto regno nominatam aggredientes expugnaverint, ecclesiam maiorem cum multis tam clericorum quam laicorum et aliis sanctorum ecclesiis cremaverunt[o]. Postremo cremata civitate, destructa urbe, multis occisis, pluribus captis, ipsum Udalricum episcopum abducentes captivum duci tradiderunt. De tanta calamitate commoti principes tam pro his quam pro aliis excessibus aures imperatoris adversus ducem crebris querimoniis pulsabant. Unde dux more principum evocatus[13], cum non veniens nec ab ipsis legatis imperatoris temperasset, iram maiestatis incurrit. Per idem eciam tempus non modica simultacio fuerat

a) *institorum add. L II. III; quod in* I. 2a. b. *V non legitur.* b) *sic* I. 2a. *V*, *N; conflagravit* 2b. c) *post corr.* Orlamôndi I; Orlamunde *V.* d) *ac Ann. S. Petri mai.* e) *sic L III et Ann. S. P. mai.*; vita I. f) *deest Ann. S. P. mai.* g) conventi a I. h) *sic distinguit* I; cassantur. Imp. . . . consulto pax *Ann. S. P. mai.* i) *sic* I. *V*; Recidivum 2a. b. k) *sic* I. l) *emendavi*; Aug. idem I. m) vastavit, *eadem manu corr.* devast. I. n) Halberstadt I. o) *sic* (cremauer) I.

1) Mercatorum scil., ut e coniectura Nic. de Siegen p. 338. scripsit. Cf. n. *a.* 2) Sall. Cat. c. 60: *strenui militis et boni imperatoris officia simul exsequebatur.* 3) Hoc, quod hoc solo loco et in Ann. S. Petri mai. (SS. XVI, p. 23, l. 39. contra omnes codices *Cremam* scriptum est, ubi *Cumam* legendum) traditur, falsum videtur. Paucis diebus post pugnam imperator Papiam venit; Boso, Duchesne, Lib. pontif. II, p. 433; Romuald., SS. XIX, p. 442; Ann. Magd. et Pegav., SS. XVI, p. 194. 261. Ubi quidem interim moratus sit, ignoratur. 4) Plautus, Amphitr. III, 2, 3: *Ea quae sunt facta infecta re esse nocclamitat.* 5) Cf. supra a. 1160. 6) Hoc in Ann. S. Petri mai. falso ad a. 1177. notatum est. 7) Demum a. 1179; Ann. Palid., SS. XVI, p. 95. 8) Cf. Ann. S. Petri mai. 9) Philippum. 10) Udalricum. 11) In universum hoc loco de rebus a. 1178. et 1179. gestis relatum est. 12) Cf. Ann. Pegav. a. 1179, SS. XVI, p. 262; Gesta episc. Halberst., SS. XXIII, p. 108. 13) Iam ante civitatem Halberstatensem destructam dux ter ad iudicium evocatus erat.

inter Lodewigum provincialem comitem et Erphesfurdenses[1], qui comitum quorundam[2] adiutorio ei rebellare temptabant.

MCLXXX. Sigefridus[a] Branteburgensis episcopus ab imperatore Premensi[b] ecclesie preficitur[3], ubi et ante plures annos electus fuerat[4]. Berchtoldus vero Premensis[b] ecclesie electus Mettensis ecclesie pontificatu donatur. Principes coadunato exercitu oppidum ducis[c] Haltisleiben[d] obsident, expugnant, destruunt[e 5]. Ipse quoque dux non modicas cla- 1181.
des eis inferebat, unde et villam regiam Northusin incendit, inde hostili manu Thuringiam 1180.
ingressus, incendio multa devastans, Můlihusen[f] villam regiam adiit, cepit et incendit. Lůdewigus[g] provincialis, qui Goslarie ab avunculo suo imperatore ob tuicionem directus fuerat, audito tam grandis fame nunctio, concitus advenit collectaque quanta pro tempore poterat multitudine, ducem iam abeuntem insequi statuit, congressusque cum eo in ipso confinio Thuringie, dum inconsulte bellum geritur, multos suorum perdidit. Itaque pridie Idus Maii multis utrimque interfectis, ipse provincialis comes Lodewigus cum germano suo Maii 14.
Hermanno multisque aliis captivis abducitur[6].

Cristanus Mogontinus, dum diu in Italia moratur, circumventus insidiis marchionis 1179.
de Monte-ferra[7] capitur[8] et diu sub arta custodia detinetur.

Udalricus Halberstatensis episcopus, prout poterat de ducis captivitate absolutus, post 1180.
non multum temporis obiit; cui Theodericus successit. Hugo eciam Fardensis episcopus (Iul. 30).
obiit; cui Tammo successit. Adolfus Herveldensem abbaciam amisit, quam Sigefridus (Mart. 1).
abbas in Nuimberc[h] obtinuit. Heinricus comes, frater Lodewici lantgravii, obiit. cf. A. S. P. mai.

MCLXXXI. Imperator nativitatem Domini Erphordie celebravit[9]; unde digrediens ex- Dec. 25.
pedicionem generalem tocius regni principibus contra Heinricum ducem usque pentecosten indixit. Huic cum imperator velut prosapia nobilissimo ac inter omnes regni primates opum gloria prestantissimo principum iudicio multas inducias, plures regales curias pro illatis regno et principibus iniuriis responsuro demandasset, illo presenciam sui subtrahente[10], utroque ducatu abdicatur, beneficiorum ac omnium facultatum expers diiudicatur. 1181.
Ducatum Baioarie Otto palatinus Noricorum suscepit, germanus Cůnradi Salczburgensis episcopi. Palatini[11] vero dignitatem frater et equivocus eius obtinuit[12]. Beneficia perplura, que dux habuerat, ecclesie receperunt. Igitur imperator, sicut instituerat, post penthe- 1181.
costen multa stipatus militum ac principum fortitudine Saxoniam ingreditur, statimque Maii 24.
omnibus que ducis erant dedicioni eius cedentibus, absque sangwinis effusione brevi tempore victoria potitur. Repentina calamitas! vir, quo nichil habuit Germania clarius, subito circumventus fraude suorum, quorum fidei tam castella quam municiones suas commiserat, absque obsidione, sine congressione, singulis queque dedentibus, ingentibus copiis brevi privatur. Cristanus episcopus, datis pro se obsidibus, captivitate absolvitur[13], multa cf. A. S. P. mai.
pecunia redimendus. Alexander papa, qui et Rőlandus, obiit; cui Lucius, qui et Hubertus (Aug. 30).
Ostiensis episcopus, successit. Heinricus dux videns se tam causa[i] rerum quam et familiarium ope destitui, sero tandem regie cedens maiestati, Lodewigum provincialem comitem et fratrem eius Hermannum captivitate absolutos imperatorie dignitati quasi pacis mediatores direxit. Post hec imperator Saxonia cedens generalem curiam circa festum sancti Martini Erphordie indixit[14]. Ubi idem Heinricus, accepta copia tuto coram veniendi, ducatu Nov. 11.

a) Sig. — donatur *om. E.* b) parmens. 1 *saepe, quod ubique mutavi, cum e compendio male soluto effectum esse censerem.* c) *om. E.* d) Haltisleibenn 1; aptisleybē *E;* Haltislobin *L III.* e) et destr. *E. L III.* f) molhuē *E.* g) *sequentia h. a. et a.* 1181—1183. *om. E.* h) nolmb'c 1. i) copia *emendandum (aut* causa *delendum) videtur.*

1) Ad a. 1177. haec iam referunt Ann. S. Petri mai. Nusquam alibi de hac re quidquam relatum est. Quae Varil., Mencke II, c. 479. loco ex Ann. S. Petri mai. sumpto addidit: *et tota simultacio quasi ad biennium duracit,* ex hoc loco Cron. modernae conlectata sunt. 2) Erwini (de Gleichen) et Heinrici (III. de Schwarzburg), ut Ann. S. Petri mai. tradunt. 3) In curia magna Gelnhusana mense Apr. 4) A. 1168. 5) Primo hoc castrum auctumno a. 1179, secundo vere a. 1181. obsessum est et captum die Maii 3. a. 1181. 6) Quaedam verba huius loci cum Ann. S. Petri mai. conveniunt. 7) Conradi. 8) Iam mense Sept. ex. a. 1179, ad quem annum haec in Ann. S. Petri mai. aliter narrata sunt. 9) Eadem in Ann. S. Petri mai. 10) Eadem fere verba in relatione Ann. S. Petri de curia Wirziburgensi a. 1180. leguntur. 11) Baioriae. 12) Summatim hoc loco res a. 1179. 1180, praesertim in curiis Wirziburgensi (a. 1180. Ian.) et Altenburgensi (a. 1180. Sept. 16) gestae relatae sunt. 13) A. 1180. Dec. vel 1181. Ian. teste auctore Gestorum Henrici II. regis Angliae, SS. XXVII, p. 101. Brevius hoc in Ann. S. Petri mai. relatum est. 14) Quae in hunc diem indicta paucis diebus post (Nov. 16) demum coepta est. Cf. Ann. S. Petri mai.: *curia circa festum s. Martini Erphordie habetur.*

1181. Nov. Wigmanni Magdeburgensis episcopi veniens regali clemencie se dedidit. Inde principum iudicio, quorum frequens ibi multitudo aderat, Teutonico regno cedere decernitur, donec ab imperatore[a] revocetur; cessionis tempus festum sancti Iacobi[1] designatur. Ibi Hermannus frater Lodewici provincialis comitis palatinus Saxonie constituitur[2], germano ipsius eodem principatu ultro se abdicante. Ducatum namque Saxonie imperator Bernhardo comiti de Anhalt, germano Sigefridi Premensis[b] episcopi, partem vero eiusdem ducatus trans
cf. 142. Wisaram[c] Philippo Coloniensi episcopo inbeneficiaverat[3]. Inde pace ubique indicta, singuli ad sua cum gaudio revertuntur.

1182. MCLXXXII. Reinboto comes de Bichelingin obiit[4]. Heinricus quondam dux pertesus quandoque malorum, secundum edictum imperiale regno Teutonico cedens, apud generum suum regem Anglie[5] exulat[d].

1183. (Iul. 11). MCLXXXIII. Otto, cui imperator ducatum Baioarie commiserat, obiit; filius vero eius Lodewigus, admodum puer, ducatum per graciam imperatoris obtinuit; summa autem rerum apud patruos ipsius, Cůnradum scilicet Salzburgensem[e] episcopum et Ottonem palatinum Noricorum, dum ipse adolescencie attingeret metas, remansit. Cristanus Mogontinus, eductis[f] iam annis XII in Italia, diem clausit extremum, vir facie, consiliis, eloquencia
Aug. (25). et bellicis apparatibus apprimis[g] et elegans. Quo mense Augusto defuncto, Cůnradus Salzburgensis episcopus, apostolice sedis legatus, antique sue sedi, Mogontine scilicet ecclesie, restituitur. Adelbertus vero iampridem depulsus Salczburgensi ecclesie preponitur[h].

1184. MCLXXXIIII.[i] Verno tempore ventus vehemens et assiduus magnam cladem intulit, ita ut non solum semina, verum ipsam quoque terram, cui iniecta erant, fraiceret. Im-
Maii 20. perator[k] penthecosten[l] maximo sumptu cum tocius regni primatibus secus Mogontiam[m] celebravit; ubi et duo eius[n] filii, Cůnradus[6], quem ducem Suevie constituerat, et Heinricus, cui regni gubernacula disposuerat, sacramentis militaribus inplicantur. Ibi cum predictus dux Heinricus patrocinante Cůnrado Mogontino affuisset, nichil clemencie regalis obtinuit[7]; ubi eciam sinistro casu res accidit valde notabilis. Basilica eximio cultu de lignis erat con-
(Maii 22). structa, in qua cum ipso sancto die penthecostes[8] divina misteria[o] fuissent celebrata, ante solis occasum repentino turbine tota corruit et quosdam vulgi introrsum manentes extinxit.
cf. 142. Peracta solemnitate imperator filium suum Heinricum regem in Poloniam[p] cum exercitu destinavit, Cůnradum vero ducem Suevie cum Philippo Coloniense[q] et aliis multis contra regem Francie[9] direxit. Sed Coloniensis, non expectata suorum frequencia, partes Francie intravit, ubi non sine clade suorum terga vertit. Heinricus[r] rex Poloniam[s] iturus Erphordiam divertit, ubi Cůnradum[t] Magontinum et Lodewigum[u] provincialem ob illatas[v] episcopatui clades graviter inter se dissidentes invenit. Inter quos pacem reformare studens[w] dum in cenaculo vallatus multis resideret, repente pavimento disrupto plures in cloacam subtus latitantem ceciderunt; quorum alii[x] vix educti, alii in ceno sunt suffocati. Ibi Fridericus[y] comes de Abinberc[z], Heinricus comes Thuringie[10], Gozmarus[a] comes Hassie[11],
Iul. 26. Fridericus comes de Kirchberc[b], Burcardus[c] de Wartberc[d] et alii[e] minoris nominis VII.[f] Kal.

a) imperatore l. b) parmensis l. c) Werrom *l. III.* d) O sancte Ieronime subveni *add.* l. e) salzberg. *h. l.* l. f) edictis l. *N.* g) *sic* l. h) Succurre sancte Ieronime *add., post del.* l. i) Eodem anno *ad a.* 1180. *E; cf. supra p.* 373, *n.* g. k) Imp. — terga vertit (*l.* 32) *om. E.* l) Fridericus (*pro* penth.) 2a.b; conventum *add.* 2b. m) *sic* 2a; mogontia l; Moguntiam 2b. n) *sic* l. *V.*; filii eius 2a.b. o) ministeria *V.* p) *sic* 2a.b. *et infra* p. 375, *l.* 1. l; polemiam *h. l.* l. q) Coloniensi 2a.b. r) Anno MºCLXXXIIIIº. Henr. *E.* s) *sic* 2a.b.c. *E. V.*; poleniam l. t) Cuon. *E plerumque, alibi* 2a; Conr. *h. l.* 2a.b.c. — Mogunt. 2a.b. *E plerumque.* u) Lodevigum 2a; Ludovicum 2b; Rudewigum 2c; lodewicum *E plerumque.* v) *sic* 2a.b.c. *E. V*; illatam ep. cladem l. w) contendens 2b. x) aliqui 2c. y) Ibi periit Fred. *E.* z) Abinberg 2a.b. *E.* a) Gotmarus 2a; Gozmarus *E. V.* b) Ierchbg et *E*; Kirchberch 2c; Kirchberg 2b. c) Burckardus 2a; Burckhardus 2c. *E. V.* d) Warcberc 2a; Warcberck 2b. *V*; Bartberc 2c; Warberg *E.* e) plures *add. E.* f) *sic* l. *L III*; V. 2c. *E*; *om. V.*

1) A. 1182. Iul. 25. 2) Cf. Ann. S. Petri mai. 3) In curia Gelnhusana a. 1180. Apr. 4) *Remboto comes* die III. Non. Maii obiisse dicitur in Necrol. S. Petri, Schannat, Vind. II, p. 19, ut Stübel adnotavit. Nescio an hic idem sit. 5) Heinricum II. 6) Fridericus potius. Idem error infra l. 30. 7) Cf. Ann. Pegav., SS. XVI, p. 265; Gesta Henr. II, SS. XXVII, p. 105 sq. 8) Non ipso die pentecostes, sed feria tertia ebdomadae pentecostes; Gisleb. Hanon., SS. XXI, p. 539; Arnold. Lubic. III, 10, ib. p. 154. Alitor Cont. Sanbl., SS. XX, p. 317. 9) Philippum II. Non recte haec narrata sunt. In curia quidem Moguntina imperator Philippo comiti Flandriae auxilium se daturum contra regem Franciae promisit, sed inter regem et comitem induciis factis, archiepiscopus Coloniensis et Godefridus dux Brabantinus (non dux Sueviae) mense Nov. comitem Flandriae Balduino comiti Hanoniae, socio regis Franciae, bellum inferentem adiuverunt. Cf. Gisleb., SS. XXI, p. 540—545; Cont. Aquic., SS. VI, p. 422 sq.; Gesta Henrici II, SS. XXVII, p. 106 sq. 10) III. de Schwarzburg. 11) De Ziegenhain.

Augusti morte lamentabili interierunt[1]. Rex[a], sicut instituerat, profecturus Poloniam[b] 1184.
venit Hallo[c], ubi dum cum debita[d] processione susciperetur, ruptis funibus campane ces- 2. Mich.
saverunt. Inde ultra[e] profectus legatos Polonie[f] dextras[g] petentes suscepit, dextras[g] de- 13.22.14.19.
dit, ac sic[h] cum pace ad patrem revertitur. Monasterium[i] in Babenberg[k] cum omnibus (Aug.)
adiacentibus igne consumitur[2]. Imperator[l] assumpto Mogontino, Lodewigo lantgravio
et aliquantis principibus pacifice Italiam ingreditur[3]. Beatrix imperatrix una cum filia, /
licet parvula, tamen filio regis Pannonie desponsata[4], moritur et Spire sepelitur. Sigefri- (Nov. 15).
dus Premensis[m] archiepiscopus obiit. (Oct. 24).

MCLXXXV. Theodericus marchio[b] obiit. Marcham vero Teto[n] germanus eius ob- 1185.
tinuit. (Febr. 9).

MCLXXXVI. Lucius papa vita decessit[6]; cui Urbanus successit. Uto Cicensis episco- 1186.
pus obiit; pro quo Berchtoldus. Reinhardus Wirciburgensis episcopus obiit[7]; pro quo (Apr. 2).
Gotefridus cancellarius imperatoris substituitur. Imperator filio suo regi nupcias Medio- (Ian. 27).
lanis celebravit et ei filiam regis de Sicilia[8] in matrimonium copulavit, quibus universi *l. 143.
principes Italie et plurimi Teutonici regni, ut regiam decebat dignitatem, gloriose et io-
cunde interfuerunt. Theodericus marchio de Lannisberc[n*] obiit. Dedo comes, frater ipsius,
marchiam suscepit[9]. Gravis discordia inter Cunradum Mogontinum[o] archiepiscopum et
Ludewicum lantgravium denuo exorta[p], ville quedam a militibus eorum in Thuringia et
Hassonia[q] devastantur, ab episcopo castellum Heiliginberc[r], a lantgravio castrum Grunin-
berc[s. 10] edificantur[t. *].

MCLXXXVII. Huius anni infausta et toto[u] orbi terrarum erumpnosa incomoda plenius
quam hic post MCCVIII. anni[v] scripta reperiuntur[11]. Sol obscuratus, in modum scilicet 1187.
lune, quando est XXIIII[12], celo existente sereno, II. Nonas Septembris, hora diei sexta fuit. Sept. 4.
Urbanus papa obiit; pro quo Gregorius, vir sanctus, constituitur, qui post IIII menses et X[13]
dies beato fine quievit; cui Clemens successit. Hoc[w] anno Saladinus[x] collecta multitu-
dine Turcorum et Saracenorum[z] conflixit cum rege Iherosolimitano[14] et Templariis II. Idus
Iulii[15], capta[y] dominica[z] cruce et quibusdam episcopis et Templariis cum Hospitalariis cir- Iul. 14.
citer mille ducentis et amplius occisis, Iherusalem et omnia castella christianorum cepit
et omnem multitudinem in ore gladii consumpsit.

MCLXXXVIII.[a] Fridericus[b] imperator habita Mogoncie curia in media quadragesima 1188.
crucem accepit ab Heinrico Albanensi episcopo, apostolice[c] sedis legato; signati sunt et[d] Mart. 27.
dominica cruce Godefridus[e] Wirciburgensis episcopus, Hermannus Monasteriensis, Martinus Misnensis, Rudolfus[f] Leodiensis[16], Heinricus Argentinensis et alii plures episcopi.
Ludewicus comes provincialis Thuringie, Poppo comes de Henneberc, Adelbertus de Grum-
bach, Adelbertus[g] de Hildenburc et alii[h] multi principes, comites et nobiles, sed et innu-
merabilis multitudo diversorum regnorum ac regionum tam clericorum quam laicorum

*) *E habet ad hunc a.:* Anno MºCLXXXVIº valva Sancti Iohannis interior edificata est[17].

a) Rex — revertitur *om. E.* b) in Pol. 2b. c) *sic* 1. 2a. *V*; Hale *R*; Halle 2b. *l. l.* d) *om.* 2a. b. e) *sic solus* 2b; ultro 1. 2a. *R*, *vel codex a.* 1338. *habuisse videtur.* f) *sic* 2a. b. *R*; polemie 1. g) dexteras 2a. b. h) d. sicque 2a. b; d. sic *R.* i) Eodem anno mon. *E.* k) babinbergk *E.* l) *sequentia* — successit (*l.* 25) *om. E.* m) parmensis 1. *N.* n) Teco, t *eadem manu supersor. corr.* Teto 1. n*) Lammisberc 1. o) arch. Mogunt. 2b. p) *sic* 1. *R. V*; est *add.* 2a. b. q) Hassonia 2a, *num tta an* Hassonia *incertum R. V.* r) Heiligenberck 2a; Helligenberg 2b. s) Grunnenberc 2a; Gruneberg 2b. t) O gloriose sancte Ieronime *add.* 1. t*) *sic* 1; tota *V.* u) *sic* 1; annis *V.* v) *haec habet E ad a.* 1186. *post n.* *. w) soldanus *E. I. III*; Salad. vel soldanus *R.* x) Sarrac. *E.* y) Et c. *E.* z) *sic E. V*; de nica 1. a) *sequentia* — lantgravium *infra p.* 377, *l.* 12. *om. E.* b) primus *add.* 2a. b. c) *sic* 1. *V*; s. ap. 2a. b. d) *om.* 2a. b; ecium *V.* e) Gotefridus 2b. f) Rudolphus 2a; Rodolphus 2b. g) Albertus 2a. b. h) Hildenburg aliique 2b.

1) Similia verba in Cron. Reinhardsbr. f. 320b (infra). — Eadem brevista habet Sifr. de Balnhusin c. 188, SS. XXV, p. 698 sq. 2) Cf. Ann. S. Petri Babenb., SS. XVII, p. 637. 3) Eadem fere verba supra a. 1163. 4) Cf. Ann. Marbac., SS. XVII, p. 162. 5) Orientalis. 6) Iam a. 1185. Nov. 25. 7) Iam a. 1184. Iun. 15. 8) Constantiam filiam Rogeri II. 9) Haec iam supra ad a. 1185. recte relata sunt. 10) Heiligenberg mons prope villam Gensungen ad fl. Edder; Grünberg oppidum in prov. Hassia superiore. 11) Nihil eiusmodi, de clade scilicet christianorum Terrae Sanctae, in cod. nostro 1 post a. 1208. legitur. Sed in cod. E post a. 1207/8. epistola de terrae motu Italico a. 1279. invenitur. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 536 sq. 12) Minor igitur quadrante lunae. 13) Immo Urbano Oct. 20. mortuo, Gregorius Oct. 21. electus obiit iam Dec. 17. 14) Guidone. 15) Potius Iul. 4. 16) Hic iam Leodii die Mart. 2. cruce signatus est; Gislebert., SS. XXI, p. 555; Aegid. Aureaevall. III, 46, SS. XXV, p. 112 sq.; Lamb. Parv., SS. XVI, p. 649. 17) Cf. eadem infra a. 1286; 'N. Archiv' XXI, p. 529 sq.

1188. cruce dominica[a] signati sunt. Ab hoc anno expedicio dominica protelata est[b] usque in fu-
*f. 143. turum annum et[c] diem sancti Georgii martiris apud civitatem Ratisponam.

1189. MCLXXXIX. Coadunata est expedicio dominice crucis in festo sancti Georgii martiris
Apr. 23. apud Ratisponam; inde cum imperatore et filio eius duce Suevorum[1] et episcopis et innu-
merabili exercitu Greciam ingressi totum annum hunc hostiliter cum Grecis agebant.
Hoc anno Otto marchio Misnensis obiit in Octobre[2]. Fridericus comes de Bichelingen
Dec. obiit in Decembri[d]. Edelgerus comes de Ilfelt obiit in Decembri.

1190. MCXC. Fridericus imperator, firmata pace cum rege Grecorum[3], Brachium Sancti
Mart. 18. Georgii apud Constantinopolim in die palmarum et per totam septimanam illam cum omni
exercitu signatorum[e] transvadavit, terramque Turcorum et Sarracenorum terramque Sala-
dini ac soldani hostiliter ac crudeliter vastavit. Hoc anno Fridericus imperator, immo
Iun. 10. Christi peregrinus, in vigilia sancti Barnabe, nescio quo Dei iudicio, dum in quodam flu-
mine meridie cum exercitu lavaretur, rapientibus eum ex improviso undis, semivivus ad
1 Mach. 2, 70. terram ductus est, moxque presentem vitam finivit, planxitque eum omnis exercitus planctu
magno ac incredibili*. Obierunt et[f] hoc anno episcopi Gotefridus Wirceburgensis, vir
magne in Christo auctoritatis, Martinus Misnensis et alii multi episcopi. Obierunt quoque
Ludewicus provincialis, Poppo comes de Hennenberc, Adelbertus de Grumbach et alii multi
Sept. (20). nobiles cum innumerabili multitudine exercitus christiani. Obiit quoque in Septembri
Adelhogus Hildenesheimensis episcopus; cui Berno maioris ecclesie decanus successit.
Dec. 6. Heinricus rex cum exercitu profectus est in Apuliam circa festum sancti Nicolai, habens
secum archiepiscopum Coloniensem Philippum.

1191. MCXCI. in quadragesima[g] obiit Hubertus Havelbergensis episcopus; cui successit
(Febr. 26). Helmbertus prepositus in Havelberc. Obiit quoque in passione Domini[h] Clemens papa III;
Apr. 14. cui successit Celestinus, et consecratus in papam in die sancto pasche, XVIII. Kal. Maii,
*f. 144. sequenti[h] feria secunda idem papa unxit Heinricum regem in imperatorem et sequenti die
Apr. 15. 16. feria III. reginam imperatricem[i. k]. Eclipsis solis facta est in vigilia sancti Iohannis[k]
Iun. 23. baptiste hora[l] sexta. Philippus Coloniensis archiepiscopus obiit II. Idus Augusti; cui
Aug. 12. Bruno successit. Imperator reversus est ab expedicione Apulica. Hoc anno corpus
Mart. 26. dominicum de villa Bechstete[m] in crastino annunctiacionis Erfordiam[n] solempniter est dela-
tum et in ecclesia[o] beate virginis positum[6].

1192. MCXCII. Obiit Cünradus Wormaciensis episcopus in Februario[7], imperatore existente
Febr. Wormacie; cui successit Heinricus regius cappellanus. Successit quoque Gotefrido Wirce-
burgensi episcopo[8] Heinricus prepositus Babenbergensis[9]. In hac quadragesima[10] ordinati

*) *E habet ad hunc annum haec tantum post p. 377, l. 25:* Anno M°CXC°. Imperator Fredericus submersus est[11].

a) *om.* 2ª. b. b) *sic* 2ª. b, *V; om.* 1. c) ad 2ª. d) *sic V;* demb' 1. e) *sic (sine* cruce) 1. *R. V.* f) eciam *V.* g) XL 1 *saepe.* h) Maii. Sequenti *distinguit* 1. i) *sic* 1. *L III;* in imp. *R; cf. infra a.* 1219. k) Ioīs 1. l) q u a s i *add. L II. III.* m) *sic L II. III. N, R* (Bechstede); rechstete 1. *V;* Rechstet *Ann. Pegav. add.* n) erford. 1. o) *sic L II. III. V, N;* ecclesiam 1.

1) Friderico. 2) Potius a. 1190. Febr. 18; Chron. Montis Sereni, SS. XXIII. p. 161; Necrol. Pegav. et S. Mariae in Kemnitz, Mencke, SS. II, c. 122. 156. 3) Isaac Angelo. 4) Non in passione Domini (Apr. 7—13), sed ante Mart. 30. 5) Immo cum imperatore die Apr. 15. Constantia consecrata est; cf. Toeche, 'Heinrich VI.' p. 186 sq., n. 3. Cf. infra a. 1219. 6) Cf. epist. Conradi archiep. hoc referentis, Jaffé, Mon. Mogunt. p. 413 sq., qui dicit hanc eucharistiae particulam potius in monasterio sanctimonialium (in monte S. Cyriaci) repositam esse; Arnold. Lubec. V, 14, qui dicit particulam primo in montem S. Cyriaci, deinde in montem S. Petri, denique in ecclesiam S. Mariae delatam esse; Cron. Reinhardsbr. *f.* 324 (infra), ubi cum Arnoldo hoc die Mart. 25. factum esse dicitur; Ann. Pegav. add., SS. XVI, p. 267, n. *d*; Nic. de Siegen p. 340. — Villa, quae teste Conrado archiep. duobus miliariis ab Erfordia sita erat, est Bechstedtwagd (Kr. Erfurt) meridiem versus a civitate sita (non Bechstedtstrass in archiduc. Weimar., orientem versus ab Erfordia sita). Falso Oesterley, 'Hist.-geogr. Wörterbuch' p. 47. Bechstedt in princ. Rudolstat. hanc villam esse consuit. 7) Immo Iun. 18. 8) A. 1190. Iul. 8 (non Mart. 6, ut multi dicunt) Antiochiae defuncto. Sed ei successerat a. 1191. electus Philippus puer, postea rex; qui tunc ab episcopatu cessit. Heinricus etiam Wormatiae ab imperatore confirmatus est; Chron. reg. Colon. p. 155. 9) Falso Cont. Admunt. 1189, SS. IX, p. 586: *Aquisgrani prepositus.* In carta a. 1188. *Heinrich summus prepositus* Babenbergensis, in carta a. 1196. *Cuno summus prepositus* testes occurrunt, Ussermann, Episc. Bamberg. p. 131. 134. nr. 147. 150. 10) Haec vox hoc loco non vim primae diei dominicae ieiunii, ut Toeche I, p. 218, n. 2. 3. et Will, Reg. archiep. Mag. II, p. 87 sq., nr. 258. praesumpserunt, sed temporis ieiunii habere videtur; cf. supra l. 22. 11) Cf. Ann. Thur. br., SS. XXIV, p. 41; Wormat. br., SS. XVII, p. 75; 'N. Archiv' XXI, p. 524.

sunt a Cunrado Mogontino in civitate Mogoncia Bruno Coloniensis[1], Heinricus Wormaciensis, Heinricus Wirceburgensis. Imperator in penthecosten curiam generalem habuit Wormacie. In mense Augusti obiit Wigmannus Magdaburgensis archiepiscopus; cui successit Lutolfus decanus; obiit quoque Alexius Brandenburgensis episcopus; cui Norbertus successit. Adelbertus Leodicensis episcopus occisus est; obiit et Cunradus Fuldensis abbas; cui Heinricus successit[a]. 1192. Maii 24. Aug. (25). (Nov. 24).

MCXCIII.[b] Obiit Piligrinus abbas Erfordensis Sancti Petri[2]; cui Ditmarus successit. Bruno Coloniensis archiepiscopus episcopatum imperatori resignavit, cui Adolfus successit. Obiit Berno Magnopolitanus episcopus. 1193.

MCXCIIII.[c] Obiit Arnoldus prepositus de domo Mogoncie. Imperator Heinricus profectus in Appuliam. Bellum fuit inter archiepiscopum Mogontinum Cunradum et Hermannum lantgravium[3]. Hoc[d] anno translacio sancti Bernwardi[e] Hildenesheimensis episcopi facta est XVII Kal. Septembr. a Bernone eiusdem civitatis episcopo et Theoderico abbate de Sancto Michaele; sequenti[f] mense idem episcopus[g] obiit. 1194. Aug. 16. Oct. (28).

MCXCV.[h] Heinricus imperator reversus est de Appulia cum maximo triumpho tocius Sicilie et Apulie, habens nomen regis Sicilie. Hoc anno facta est generalis curia tocius imperii in villa regia Geilenhusen, cui intererat Iohannes cardinalis de monte Celio, apostolice sedis legatus. Ibique signati sunt dominica cruce in die sanctorum apostolorum Simonis et Iude Cûnradus Mogontinus archiepiscopus, Gardolfus Halberstatensis episcopus, Bertholdus Nuenbergensis, Rudolfus Fardensis episcopus, Cûnradus Hildeneshcimensis electus et cancellarius, Hermannus lantgravius, Otto marchio Brandenburgensis et alii multi principes et nobiles innumerabiles innumerabilisque multitudo, protelantes expedicionem Iherosolimitanam a nativitate Domini ad integrum annum. 1195. c. 144. Oct. 28.

MCXCVI. In mense Aprili[i] obiit Otto Babenbergensis episcopus; cui Timo successit. In[i] festo sancti Severi[k] sigillum Mogontini episcopi[k] perditum est. 1196. Febr. 1.

MCXCVII.[l] Cûnradus Mogontinus archiepiscopus in mense Ianuario iter dominice crucis arripiens, multis sibi signatis sociatis, valedicens imperatori in Apulia, inde navigavit Accaron. Cetera autem multitudo innumerabilium signatorum induciaverunt expedicionem ad festum sancte Walpurgis. Omnibus autem ad littus maris pervenientibus, in paratis[m] navibus, propter fervorem mensis Augusti tanta mortalitas exorta est, ut vix decimus de tanta multitudine mortis imperium effugeret. Hoc anno mense Iunio obiit Heinricus Wirceburgensis episcopus; pro quo Gotefridus summus prepositus, vir bonus et iustus, eligitur, qui post duos menses beato fine quievit in Domino. Hoc eciam anno obiit in Apulia Heinricus imperator IIII. Kal. Octobris. 1197. Ian. Maii 1. Aug. Iun. Sept. 28.

MCXCVIII. in mense Ianuario obiit papa Celestinus; cui successit Innocencius III. Hoc anno in media[n] quadragesima[6] dux Suevorum Philippus, frater Heinrici imperatoris, collectis in unum principibus in loco qui dicitur Uchterichusen[o.7] in Thuringia, scilicet 1198. Ian. (8). Mart. 8.

a) O sancte ieronime *add., sed del.* L. b) MCXCII. L. c) MCXCIII. L. d) *haec habet E ad a.* 1186. *post notam a.* 1187 *(supra p.* 375, *l.* 29*); L III habet haec ad a.* 1192. e) Bernhardi *E. L III.* — hildesheim. *E.* f) et seq. *E.* g) Berno *add. E.* h) *sequentia* — successit *(l.* 24*) om. E.* i) per idem tempus circa Severi *E ad a.* 1186*, post notam a.* 1194, *l.* 14. k) archiepiscopo (!) *E.* l) *sequentia* est eciam *(p.* 378, *l.* 13*) om. E.* m) in paratis *L.* n) *sic N*; medio *L.* o) *correxi, cf. infra a.* 1204, *p.* 379, *l.* 23. Ucherithusen *h l.* 1; Uchtirshusen *L 1*; Hichsterhusen *N.*

1) Hic non ab archiepiscopo Moguntino consecratus est; cf. Chron. reg. Colon. p. 155; Ann. S. Gereonis, SS. XVI, p. 734; Toeche p. 218, n. 1. 2) Die II. Idus Maii; Necrol. S. Petri l. l. p. 19. 3) Cum etiam Chron. reg. Colon. p. 156. hoc a. 1194. post imperatoris iter Apulicum retulerit, demum aestate a. 1194. hoc factum esse censendum est, minime a. 1193. ineunte, ut Will l. l. II, p. 90, nr. 278. 279, statuit. Duorum bellorum inter lantgravium et archiepiscopum gestorum, quae Cron. Reinhardsbr. a. 1195, f. 326d. 327a. b (infra) narrat, prius iam a. 1193. factum videtur, posterius hoc est. Cum Cron. Reinhardsbr. f. 325c et Cron. Thuring. Isenac. ampl. (ex ea?) et Varil., Mencke, SS. II, c. 481, hanc notam Cronicae S. Petri ad a. 1192. habeant, alii etiam codices ut 1 (vide n. *b, c*) anni numerum corruptum habuisse videntur. Cf. Wenck in Zeitschr. f. Thür. Gesch. N. F. II, p. 208—210. 4) Immo die Maii 2. 5) Ravennatis episcopi, Erfordiam translati ibique culti, cuius dies festus fuit Kal. Febr. Minime cum Will, Reg. arch. Mag. II, p. 102, nr. 345. hoc ad Oct. 22. referendum est. 6) Potius tempore medio ieiunii quam dominica Laetare (Mart. 8) hoc interpretari mallem. Nam, si dominicam Laetare cum Winkelmann, Philipp v. Schwaben p. 501. intellexeris, stare non poterit quod is censet, die Mart. 6. in villa infra dicta Philippum regem designatum, die Mart. 8. in oppido Mühlhausen electum esse. Cf. Reg. Imp. V, 1, p. 6 sq., nr. 15a. 7) Ichtershausen ducatus Gothani ad fl. Gera.

1198. Lutolfo Magdaburgensi archiepiscopo, Eberhardo[a] Mersburgensi episcopo, Timone Babenbergensi episcopo, Lupoldo Wormaciensi episcopo et Hartwico Eistatensi[b] episcopo, Heinrico Fuldensi abbate, Ludewico Noricorum duce, Bernhardo Saxonum duce, Diterico marf. 145. chione Misinense[c], Sigefrido comite de Orlamunde et aliis quibusdam comitibus, electus est in regem, ibique sese invicem iuramento constrinxerunt. Post duos menses Adolfus Coloniensis archiepiscopus cum quibusdam suffraganeis episcopis et principibus Ottonem (Ian. 9). filium Heinrici quondam ducis Baioarie et Saxonie in regem constituit eumque Aquisgrani (Iul. 12). unxit in regem. Unctus est eciam in regem Mogoncie Philippus Suevorum dux in nativi-Sept. 8. tate sancte Marie ab archiepiscopo Tarentino[2], presente Treverensi archiepiscopo Iohanne Iul. 25. et aliis pluribus episcopis et principibus. Hoc anno circa festum sancti Iacobi reversi sunt a transmarinis partibus ad proprias sedes Gardolfus Halberstatensis episcopus, Bertholdus Nunbergensis episcopus, Cůnradus Hildenesheimensis episcopus et Wirceburgensis tunc electus, qui non multo post investituram[c] a rege Philippo accepit. Reversus est eciam Hermannus[d] lantgravius Thuringie, qui se paucis transactis diebus Ottoni regi iuramento Nov. 1. et hominio[e] constrinxit. Unde regiam villam Northusen[f] circa festum omnium sanctorum cum exercitu obsessam post sex ebdomadas plurimorum dampno in dedicionem accepit. Dec. Salvelt[g] quoque regiam villam ante natalem[h] Domini collectis militibus subito eventu inenarrabili rapina et a seculo inaudita et incendio vastavit; cives hostiliter captos vinculis mancipavit. Predones eciam[i] monasterii[k] sancti Petri ianuas securibus exciderunt et omnia ibidem in claustro, dormitorio, refectorio inventa pollutis et sacrilegis manibus asportaverunt[3]. In aliis ibidem ecclesiis eadem presumpserunt.

1199. MCXCIX. In[l] Idibus Iulii Cůnradus Mogontinus archiepiscopus[m] reversus est ab An-Iul. 15. thiochia ad partes Appulie. Deinde adiit Romanam curiam et dominum apostolicum Inno-Aug. 15. cencium, deinde Mogonciam et Thuringiam. Hoc anno in assumpcione sancte Marie Hermannus Thuringie lantgravius, reprobato rege[n] suo Ottone, Philippo regi se iuramento et hominio[o] obligavit, accipiens in beneficio regias villas Northusen, Mulehusen[p], Salvelt cum finibus Orlan et castrum Ranis[q].

f. 145v. 1200. [r]MCC. Cůnradus Mogontinus archiepiscopus obiit. Quo tumulato, in electione ponti-(Oct. 25). ficis dissensio facta est. Quidam elegerunt Lupoldum Wormaciensem episcopum consilio et auxilio Philippi, quidam prepositum Sancti Petri Sigefridum de Oppenstein[r]. Verum Lupoldus Mogontinam et Wormaciensem ecclesiam potenter rexit. Sigefridus Ottonem regem adiens apud Coloniam investituram[c] episcopatus ab eo suscepit, sicque predaciones ac truncaciones hominum ab his partibus plurime facte sunt. Hoc anno obiit Sigefridus Aug 13. Herveldensis abbas in festo sancti Wigberti. Cui Iohannes successit.

1201. MCCI. Obiit[s] Eberhardus Mersburgensis episcopus; cui Theodericus successit; obiit (Oct. 11). quoque Gardolfus Halberstatensis episcopus; cui Cůnradus successit. Hoc anno facta (Aug. 21). est translacio corporis sancte Cunegundis[t] regine in ecclesia Babenbergensi[u] in nativitate Sept. 8. sancte[v] Marie virginis sub Innocencio papa III, agente episcopo eiusdem civitatis Thimone[w], (Oct. 16). qui et[x] post VI ebdomadas diem clausit ultimum. Eo[y] tempore et die[z] Philippus rex Sept. 8. in predicta civitate curiam plurimorum episcoporum et principum convocaverat, eumque regem fore sacramento confirmaverunt, quamvis ab apostolica sede per quendam cardinalem[5], Romane ecclesie legatum, excommunicatus promulgatus fuisset rex Philippus cum omnibus fautoribus suis, et rex Otto in regnum Teutonicum et Sigefridus in sedem Mogontinam[a] ab Innocencio papa et apostolica sede essent confirmati. Hugo[a] de Erphesfurd abbaciam resignavit; cui Witelo successit, prepositus Degesig.[b]

a Ebehardo l. b) cistatensi l. c) inuesturam l. d) Anno M°CXCVIII°. Henricus (*falso ex* H.) lantgr. Thur. se Ottoni rege (?) iur. *pergit E.* e) oino *E*; homagio *V. l. l.* f) Northusenn l. g) *sic E. N. V et l. infra l.* 26; Salfelt *h. l.* l. h) natal' l. *E. V.* i) *sic l. V*; et *E.* k) *sic V*; monasterium l. *N. E* (monasteri^{m}); *nescio an potius haec lectio vera sit et verbum post* Petri, *ut invaserunt, spoliaverunt, exciderit.* l) In. — Marie (*l.* 24) *om. E.* m) eps. *eadem manu superscr.* archi l. n) suo rege *E.* o) oino *E.* p) Molhuf *E.* q) Ranys *E*: O sancte Ieronime *add., post del.* l. — *A.* 1200. *om. E.* r) Eppenstein *N.* s) Obiit — Hoc anno *om. E.* t) kūgūs *E.* u) bamberg *E.* v) *om. E.* w) civ. dicto Thymone *E.* x) eciam *E. R.* y) *sequentia h. a. et a.* 1202. 1203. *om. E.* z) *sic R*; mogontini l. a) *sic N*; Huso l. b) *sic* (degesig) l, *quod quomodo expticandum sit, nescio. Posses legere* de Gesing. — O beatissime Ieronime succurre *add., post del.* l.

1) Hic tunc in Terram Sanctam profectus aberat, demum redux parti Philippi adhaesit. Cf. Winkelmann l. l. p. 500. 2) l. c. Tarentasiensi Aimone. 3) Cf. Cron. Reinhardsbr. f. 331d. 332a. 4) Die videlicet translationis S. Cunegundis. Cf. Mirac. S. Cuneg. c. 94, SS. IV, p. 827; Cont. Lambac. a. 1202, SS. IX, p. 556; Winkelmann l. l. p. 239, n. 1. 5) Guidonem episcopum Praenestinum.

MCCII. Cunradus Wirceburgensis episcopus occisus est VIII. Idus Decembris; cui successit Heinricus scolasticus maioris ecclesie, cognomento Caseus. 1202. Dec. 6.

MCCIII. Hermannus lantgravius Thuringie, reprobato denuo propter quasdam ortas simultates rege suo Philippo, Ottoni regi se iuramento et hominio obligavit. Unde *Philippus rex admodum offensus coadunato principum suorum copioso exercitu Thuringiam hostiliter intrans, auxilium ipsi ferente Lupoldo Mogontino et Erphordensibus, omnia que erant lantgravii et suorum ferro et igne crudeliter vastavit. Verum lantgravius, suorum diffisus auxilio, regem Bohemie nomine Othaccar, filium amite* sue[1], cum multitudine Boemorum ascivit; sicque cum multis milibus Boemorum Thuringiam ingrediens, omnia tam lantgravii quam regni ac Mogontiensium et Erphesfordensium crudeliter vastaverunt, nulli claustro, nulli ecclesie vel homini parcentes[2]; sicque demum cum multa hominum strage reversi sunt per terram Diterici Misnensis marchionis[b.*]. *) s. 146. (Iun.)

MCCIIII. Rex Philippus collecto denuo[c] exercitu magno Bawarorum[d], Suevorum, Saxonum, Sorabiorum et Austrasiorum[e] et eorum qui erant in partibus Reni et Ostrofrancorum, in multitudine gravi Thuringiam ingressus, auxilium ipsi ferentibus comitibus Gunthero et Heinrico de Swarczburc[f] et comite Lamperto de Glichen et Erphordensibus, omnem regionem tempore messis ferro et igne crudeliter vastavit. Castrum Wizense VI septimanis obsedit nec tamen cepit**. His diebus rex Boemicus[g] collecta et ipse magna copia[h] suorum venit*** per fines regie ville Salvelt et Orlan[3], cupiens confligere cum rege Philippo. Missis exploratoribus, diffisus de viribus suorum, licet multa essent milia, vastatis omnibus in pago Langewice[i.k] et Ilmin[k.l], intempesta nocte cum suis fugam iniit. Hec[l] audiens lantgravius, necessitate coactus, dato filio suo[6] et aliis obsidibus, se suaque omnia iuxta cenobium Uchtrichishusen[m] in festo sancti Lamperti dedidit, obligans se regi Philippo tam iuramento quam obsidibus. 1204. (Iul.) (Aug.) (Sept.) Sept. 17.

MCCV. Rex Philippus Coloniam cum exercitu adiit et omnia que erant Coloniensium vastavit. Hoc[n] anno in mense Augusto obiit Lutolfus Magdaburgensis archiepiscopus; cui successit Albertus summus prepositus, germanus comitum de Swarczburg Guntheri et Heinrici. Hoc eciam[o] anno facta est fames valida in Thuringia et per omnes regiones. Preterito[p] anno Adolfus Coloniensis archiepiscopus reprobato rege suo Ottone, quem Colonie in regem unxerat, Colonia egressus, regem Philippum adiens, iuramento se ei obligavit. Unde Colonienses admodum indignati Brunonem Bunnensem prepositum ex mandato pape Innocencii episcopum sibi constituerunt, transmisso sibi archiepiscopatus pallio. 1205. (Sept.) Aug. (17). *) s. 146. 1204. (Nov.) 1205. (Iul. 25).

MCCVI. Rex Philippus coadunato exercitu valido, cum Coloniensibus congressus, omnia ferro et igne vastavit in mense Augusto. In quo conflictu captus est in quodam castello[7] episcopus eorum Bruno et in castrum regium Trifels[q] ductus custodie mancipatur; 1206. Aug.

*) *E ad a.* 1203. *tantum habet:* Anno M°CCIII° Bohemorum rex Thuringiam vastavit.

**) *E ad hunc annum hucusque tantum habet:* Anno M°CCIIII° Phillippus rex castrum Wissense 6 ebdomadas obsedit nec eum[r] cepit et regem Bohemie coronavit[s].

***) *E add.:* in adiutorium Hermanno lantgravio[s].

a) *sic L l. N*; amice *l.* b) O sancte Ieronime *add., post del. l.* c) *om.* 2a.b. d) Bavar. 2a.b. e) et Austr. *post* Ostrofranc. 2a.b. *N.* f) Swartzburck 2a. g) *sic l.* 2a.b; Bohemie *E. N.* h) *sic l.* 2a.b; multitudine *E. N.* i) *sic l.* 2a. *N*; Langenwice 2b; Langewese *E.* k) *sic l.* 2a.b; Ilmena *E*; Ilmeni *N.* l) *sic l.* 2a.b. *N*; Hc (Hoc) *E.* m) ichtirhut *E.* n) Hoc — Heinrici *om. E.* o) *om. E.* p) *sequentia* — susceptus est (p. 380, *l.* 9) *om. E.* q) Dryfels *R.* r) *corruptum ex* tamen *supra l.* 18. s) lantgravie *E.*

1) Iuttae filiae Ludowici II. lantgravii, uxoris Wladislai II. regis. 2) Nota Nicolaum de Siegen p. 347. hoc loco inseruisse: *Quod cernens Philippus ad Erfordiam fugit, et rex cum Bohemis Erfordiam obsedit*, sed caveas, ne hoc ex hac Cron. sumpta esse opineris. Nicolaus hoc ex Iohannis Rothe Chron. c. 405, ed. R. v. Liliencron. p. 320, sumpsit, cuius capitis locos cum hoc loco Cron. modernae suo more coniunxit. 3) Hoc non est Orlamünde, ut Winkelmann l. l. p. 327; Böhmer, Reg. Imp. V, p. 28, nr. 848, alii, interpretati sunt; quod nec loco Arnoldi Lubec. VI, 8. evincitur. Coniungendum est *per fines . . . Orlan*, i. e. per territorium imperii inter flumina Salam et Orlam situm; cf. supra a. 1199, p. 378, l. 27, quod Cron. Thuring. Isenac. c. 16. § 4 (Pist. c. 32) sic reddidit: *finibus fluvii Orlam.* 4) Langewiesen ad fl. Ilm princ. Sondershusani. 5) Hoc potius Ilmenau, quam Stadt Ilm, ut plerique interpretati sunt, crediderim. 6) Ludowico primogenito, tunc fere quadrienni, aliis duobus filiis tunc aut nondum natis, aut infantibus existentibus. 7) Wassenberg. Qui conflictus iam die Iul. 27. factus est. 8) Haec ex annalibus Erford. brevibus male huc loco inserta, quae et Sifr. de Balnhusin c. 191, SS. XXV, p. 699 (ubi et nota cod. *E* ad a. 1203) et Ann. Wormat. br., SS. XVII, p. 75,

1206. qui paulo ante Colonie a Sigefrido Mogontino archiepiscopo in pontificem fuerat ordinatus.
Oct. 16. Hoc anno in generali curia Wirceburg habita in festo sancti Galli Bertoldus Nuenbergensis
episcopus ab apostolica sede reversus episcopatum regi Philippo resignavit; cui Eingilhardus
Nov. 28. successit. Elmbertus[a] Havelbergensis episcopus obiit IIII. Kal. Decembris. Colonienses
graciam regis Philippi obtinuerunt datis obsidibus et copiosa pecunia.

1207. MCCVII. Heinricus Wirceburgensis electus in festo sancte Margarete[b] obiit; cui Otto
Jul. 13. 1206. maior prepositus successit. Adelbertus Magdeburgensis electus apostolicam sedem adiens
(Dec. 24). ab Innocencio papa pallium et pontificalem accepit infulam. Inde regressus a Magde-
1207. burgensibus ante diem palmarum[1] honorifice susceptus est. In sequenti[c] parasceue kathe-
Apr. 15. 20. dralis ecclesia sancti Mauricii[d] inter divina[e] solemnia igne[f] consumpta est[2]. Hoc[g] anno
papa Innocencius, iam pluribus annis a pontificibus ac principibus Teutonici regni super
damnosa divisione imperii interpellatus, legatos sibi collaterales direxit, videlicet Hugonem
Ostiensem et Velletrensem episcopum et Leonem Sancte Crucis in Ierusalem presbiterum
cardinalem et cum eis patriarcham Aquiliensem[3] et Salzburgensem archiepiscopum[4]. Qui
*f. 147. in partes Reni venientes Philippum regem apud Wormaciam ab excommunicacione, qua
(Aug.) diu innodatus erat, absolvunt, eumque in communionem recipientes, in presencia eius divina
officia celebrabant[h]. Ad Ottonem regem in Saxoniam pariter profecti, mandatum apostoli-
cum nunctiantes, videlicet ut et coronam et nomen regium deponeret, exhortantes: ipse
hoc se nunquam facturum cum magna indignacione protestatur. Inde omni negocio, pro
quo missi fuerant, infecto digressi, pecunia copiosa a cenobitis et clericis congregata, re-
versi sunt in regionem suam. De duobus autem Mogonciensibus episcopis nichil diffinitum
est[5]. Rex Philippus per interventum cardinalium et principum Brunonem Coloniensem
episcopum a vinculis absolvit. Sigefridus electus, consecratus a Prenestino[6], nec[i] regis
1206. Philippi violenciam sufferens, Romam adiit[k. 7].

1208. MCCVIII. Philippus rex, ut se defensaret ab eo, qui regni divorcium moliebatur, iterum[l]
coadunato exercitu regie magnificencie in Babenberg consedit et deliberacionis[m] principum
colloquium[n] iniit; habita[o] concordia, paulisper sue prospectans quieti, sangwinem minuit.
Sed ebeu! dum intendit tranquillitati, detrimentum succedit rei publice et pro deum[p]! fraus
infausta sue maiestati. Nam palatinus comes Otto de Witelesbach[q] diabolica lascivia quasi
iocando se cum evaginato gladio regiis obtutibus frequenter ingessit, qua fraudis simula-
cione tam regis illusit sollerciam quam principum curiositatem. Dum ergo rex in sua[r]
conclavi dedisset operam quieti, prefatus palatinus fores propulsans regias regis nutu in-
tromittitur; nichilque sinistri suspicans de statu exercitus loquitur, sed plenus ille diabolo,
suarum rerum opponens direpcionem regi, a Teutonicis seculis scelus inauditum exequitur:
regem lecto siquidem recubantem mortifere vulnerat in gutture. Heu sors impia, mors
inprovisa! o fraus perniciosa, fidelium singultibus perenniter[s] detestanda! Quid plura?
2. Reg. 23, 8 Tenellus ille ligni vermiculus, vir in cunctis se prospere agens, affabilis, audax, amabilis,
*f. 147. suo sangwine suffocatur, illeque scelestus exiens reserat conclavim et arrepta[t] fuga pro-
Iun. 21. fugus ubique rebus et principalitate eliminatur[8]. Mortuus est autem rex Philippus XI. Kal.
Iun. 29. Iulii. Post[u] festum apostolorum Petri et Pauli generale concilium orientalium principum
de statu regni habitum est in Aldenburch[v]. Lupoldus Wormaciensis episcopus et Mogon-
tinus electus causam suam ordinaturus Romam proficiscitur. Sed medio tempore gladius
3. Reg. 3, 16—27. Salomonis meretricum controversiam secernit. Nam Sigefridus ab apostolico confirmatus

a) *eadem manu, alto atram. superscr.* Helinbertus 1; *cf. supra a.* 1191. b) Margarethe 1. c) Anno M°CCVII°. In die par. *pergit E.* d) in Magdeburg *add. E.* e) *sic E. R;* diuino 1. f) cons. est ab incendio *E.* g) *sequentia* h. *a. et a.* 1208—1211. *om. E.* h) celebrarunt *R.* i) *sic R;* ne 1. k) O sancte Ieronime *add., post del.,* 1. l) *emendavi;* item 1. m) causa *add. Mencke falso; cf. infra p.* 381, *l.* 2, 3. n) *eadem manu superscr.* 1. o) *eadem manu superscr.* adhibita 1; *fort. legendum* et habita. p) *dubius emendavi;* post deum, *eadem manu superscr.* d'm 1. q) witele-bach, *eadem manu superscr.* witelesbach 1. r) *sic* 1; *vide infra l.* 38. conclavim. s) peremiter 1. t) arrepta fugam 1. u) Iulii post . . . Pauli. Generale *male distinguit* 1. *Quod correxit Winkelmann, 'Otto IV.' p.* 105, *n.* 1. v) est maldeburch 1, *quo emendato a Winkelmann l. l. proposita vera rectaque probatur.*

habent, ad subiectionem Ottocari et post Philippi in Bohemiam expeditionem factam referenda sunt. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 527. 1) 'Magd. Schöppenchr.' ed. Janicke p. 131: *to palmen quam he hir, non ante diem palmarum.* 2) *Cf.* quae de his rebus ad Cron. Reinhardsbr. f. 337c. d infra adnotata sunt. 3) Wolfgerum. 4) Eberhardum II. 5) Hoc falsum est. Cf. Winkelmann l. l. p. 431, n. 2. 534 sq. 6) Guidone a. 1201. Sept. 30. 7) Iam aestate a. 1206. post proelium Wassenbergense. Cf. Winkelmann l. l.; Will l. l. II, p. 135, nr. 75. 8) Cf. Winkelmann, 'Philipp' p. 536 sqq.

regreditur, Mogoncie suscipitur et, ut est vir probabilis religionis, pleno archiepiscopatus 1208.
dominio subrogatur. In festo sancti Mauricii principes denuo habentes deliberacionis Sept. 22.
concilium quoad[a] regni statum Arnstete convenerunt[1]; quo quali scrupulo illuc quidam
convenissent, testis est consciencia ipsorum. Deo tamen reprobante cogitaciones populorum, Ps. 32. 10.
electione in regem Ottonem omnes convenerunt in unum. Inde marscalcus[2], trium prede-
cessorum[b] enutritor regum, adiens regem Ottonem, regni insignia[3], civitates, urbes et
castella sibi, utpote potencie regali, subegit. Mogontinus regiam curiam omnibus principi-
bus Frankenvurt[c] adiendam promulgavit in festo sancti Martini[4]. In cuius curie celebritate Nov. 11.
rex Otto confirmatus leges, pacem, edicta Karoli, omnibus principibus sacramentum juris-
iurandi prestantibus in id[c] ipsum, contradidit. Ibi Ottonem palatinum de Witelesbach[5], regis
Philippi occisorem, sentencialiter vita et rebus proscripsit; quem postea marscalcus de
Calentin iuxta fluvium Danubium occidit.[6] 1209.

PARS II.

Hoc anno cepit ordo Minorum fratrum.

MCCVIIII. Otto[d] confirmatus in regnum metum iniquis, iustis vero et ecclesiasticis maxime per- cf. Cr. Reinh.
sonis spem non modicam ingerebat: talia enim erant principia, de quibus bonus exitus digne speraretur.
Cunctis igitur prospere succedentibus, vir strennuus, qui anteactis diebus in magnis et multiplicibus
adversitatibus suis animum numquam submiserat, nunc letis successibus factus animosior, ne quid sibi
deesset in hac rerum summa constituto, ad hoc omnimodo aspirat[e], ut imperiali eciam benedictione *) l. 148.

*) *E habet sola haec post p.* 380, *l.* 10. *ad a.* 1207: Anno eodem Phillippus rex occiditur in Babinberg, et Otto ab omnibus principibus confirmetur[a]. *Dehinc sequitur in R:*

Miraculum de terre motu[a].

In[b] *Deo cantate*, quando fuit vigilia Philippi et Iacobi, inmediate post vesperas fuit terre 1279.
motus maximus in civitate Camerina[1] et in civitate Nuchir[b. c][2], que sunt site[d] in marchia An- Apr. 30.
chonitane[e] et distant a Roma bene ad VII dietas, ita quod Camerina omnes turres et domus[f]
corruerunt, et fuerunt mortui plus quam mille homines. In civitate Nuchir[b] corruit monaste-
rium maioris ecclesie cum edificiis et omnibus curiis canonicorum, plus quam media pars ipsius
civitatis; et mortue fuerunt persone infinite, sed episcopus[c] evasit. Nuchir[c] fuit sita in monte,
et fuit alius mons ex opposito; et quoddam castellum fuit situm inter alios duos montes. Ibi
fuerunt bene quingenti hospites. Et habebat[g. c] nomen Serovallis[10]. Isti montes venerunt unus
contra alium et cooperuerunt illud castellum, quod fuit in medio, cum omnibus personis, que
fuerunt intus; et est ita planum, sicud numquam fuerunt ibi aliqua edificia. Et circa illas duas
civitates sunt alia castella, in quibus de eodem terre motu perierunt homines multi. Et habetur
in partibus illis pro maximo miraculo. In Roma senserant[g] aliqualiter de illo terre motu, et
papa[11] fuit illa hora in mensa, et tabula, in qua cenavit, et totum palacium mirabiliter move-
batur. Et credatis pro firmo, quod est iudicium Dei occultum.

Deinde sequitur: Anno[r] ab Adam M°M°DCCCXXV°, a diluvio[s] CCC°LXVII°[12], anno CCLXXXV° im- Godfr. VII.
perii Assiriorum, regnante apud Assirios rege cognomine Balcon, apud Sitionios vero regnante Turmarcho
rege Sitioniorum[t] sexto, mortuus est Abraham et sepultus est iuxta Saram in spelunca sua duplici in Ebron.

a) *emendavi*; eo ad (*ex* cond?) *l.* b) *sic R*; predecord est *l.* c) frankenwart *l.* d) *sic R*; marcii *l.* e) *sic R. L III*; *om. l.* f) Willingesbach *R, quam antiquiorem formam nominis hoc loco etiam recipere malleni.* g) aspirabat *R.* h) *haec etiam* Mirac. — vesperas *minio scripta sunt.* i) Tamerina *c.* k) Nuhit *c. h. l.* l) site *c.* m) anthonitano *c.* n) domos *c.* o) Nuschir *c. h. l.* p) habebant *c.* q) senesit *c.* r) M° *add. c.* s) *sic c.* t) sitin. *E.*

1) Cf. quae Winkelmann, 'Otto IV.' p. 113, n. 1. et contra eum Ficker, Reg. Imp. V, p. 77. de hoc loco adnotaverunt. Hic non Arnstete, sed Halberstat hoc concilium habitum censet et gravia argumenta pro hac sententia profert. Cui licet Winkelmann ipse, Reg. Imp. V, p. 1592. assentiri videatur, non facere possum, ut hoc certum credam. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 538, n. 3. 2) Heinricus de Calentin, infra l. 12. dictus. Nullo iure Winkelmann l. l. p. 107, n. 3. 113, n. 1. hunc iam mense Iulio Ottonem adiisse censuit, secutus, ut ipse dixit, 'Braunschw. Reimchr.' v. 6371 sqq., ex qua nihil de tempore, quo hoc factum sit, elici potest. 3) De regni insignibus vide Winkelmann l. l. p. 113, n. 1. 125, n. 1. Sed fieri potuit, ut marscalcus a Conrado episcopo Spirensi iussus insignia ad urbem Frankfurt afferret. 4) Adnotationes ad ea quae a. 1209 – 1215. ex Hist. Reinhardsbrunn. sumpta sunt vide infra ad Chron. Reinhardsbrunn. f. 341° - 348°. 5) Cf. Ann. Thüring. br., SS. XXIV, p. 41; Ann. Wormat. br., SS. XVII, p. 75; 'N. Archiv' XXI, p. 524. 6) Ad hanc relationem cuiusdam in Italia morati de terraemotu a. 1279. cf. Salimbene f. 418b. c (ed. Parm. p. 273 sq.). Theod. Engelhus pauca excripsit ex hoc loco cod. E ad a. 1207. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 536 sq. 7) Camerino, Nocera Umbra. 8) Philippus Oderisius. 9) Scil. castellum praedictum, inter duos montes situm. 10) Serravalle. 11) Nicolaus III. 12) Numeri differunt in Gotfr. Viterb. Pantheon parte IV. Pistorius-Struve, SS. II, p. 72.

1209. cf. Cr. Reich. accepta imperator Romanus vocaretur et esset. Igitur omnibus que ad tam arduum negocium necessaria erant expeditis, iter arripuit et Alpes cum copioso comitatu transgrediens, a Longobardis et Tuscis honorifice susceptus, multisque et magnis muneribus ab eis honoratus, tam in rebus quam in personis
Sept. nichil experiebatur adversum. Tandem mense Septembri cum exercitu copioso tam Teutonicorum quam Italorum prospero itinere Romam ingressus domino pape se exhibuit; quem eciam qualem voluit invenit, scilicet ad omne propositum suum et facilem et promptum. Verumtamen dominus papa de quibusdam, quorum occasione iam pridem inter regnum et sacerdocium non semel, sed pluries perniciose dissensiones emerserant, a rege, priusquam ei manum benedictionis impoueret, securitatem sibi prestari postulavit. Rex vero ad propositi sui consumacionem festinans, de quibuscumque et qualiter cumque postulatus fuerat, promittendo, fidem dando, iurando securitatem prestare non distulit, et sic
Sept. 27. quod affectabat ad effectum usque perduxit. Proxima igitur dominica ante festum Michaelis cum multa celebritate cleri ac populi, principum et baronum in ecclesia sancti Petri rex Otto imperiali benedictione percepta gloriose coronatus est. Huc usque omnia optato[a] successu processerant, abhinc,
Thren. 4, 1. quod in rebus humanis valde usitatum est, longe aliter quam sperabatur evenit. *Obscuratum est aurum, mutatus est color optimus.* Nam imperator non solum sue salutis, verum eciam humane verecundie nimis impudenter oblitus, promissis non stetit, violavit fidem et ad sue confusionis cumulum peierare[b] nec veritus est nec verecundatus. Verumtamen dominus papa iudicem dissimulans et patrem exhibens non potuit non dolere super delinquente filio, fecit quod potuit, monuit, consuluit, postremo sub intermina-
*f. 148. cione *excommunicacionis, ut resipisceret, indixit. Tandem post ammoniciones paternas non resipiscentem, sed de die in diem[c] deteriora presumentem, cum ex contingentibus nichil esset omissum, tunc demum iusto iudicio quasi aridum et depravatum membrum ab unitate corporis ecclesie non sine gravi dolore prescidit.

1210. MCCX. Hyemps dura, prolixa et intolerabilis valde fuit, ita ut veterani homines unanimiter testarentur tantam frigoris intemperanciam sua recordacione non fuisse. Homines quam plures nimio gelu mortui sunt, pecora et apes in[d] magna parte perierunt. Vinee et annose arbores ita lese sunt, ut usque ad imas radices arescerent.

1211. MCCXI. Elapso tempore, cum innumerabilia bellorum atque adversitatum volumina undisonis
Iob 30, 31. pressuris et calamitatibus citharam nostram in luctum et organum in ploracionem miserande alteritate demutassent, principes regni, scilicet rex Boemie, archiepiscopi Mogontinus et Magadaburgensis[e], lantgravius et marchio Misnensis cum deliberacione adhibita in . . . . [f], unanimiter collecti sunt, ibi recol-
ligentes[g] inconcinnos[h] mores imperatoris, quos arbitrati sunt imperiali aule minime conducere[i], pro eo quod ecclesiasticis[k] dignitatibus insultans, archipresules simpliciter et vituperiose clericos, abbates monachos, reverendas matronas mulieres appellans, universosque, quos Deus honorare precepit, superbie stimulis agitatus inhonoravit, atque propterea honoris sui iacturam in eodem principum concilio non multo post tempore elapso cum tocius fortune adversitate persensit. Inito namque consilio, iurisiurandi sacramento se coadunantes et colligantes, contra Ottonem et apicem regiam[l], omnem quam potuerunt confidenciam prestantes, se venturos polliciti sunt. Proinde tacite digredientes, ceteros principes ea latuere consilia, donec idem iurati in oppido regio[m] Nurenbere collecti publice Ottonem hominem
*f. 149. hereticum nominaverunt et publicam facientes ei contradictoriam, Fridericum Heinrici imperatoris *filium, antea ab universitate electum, futurum imperatorem declararent. Ad hanc conspiracionem prefatos principes universis transmisse et singulis littere apostolice animaverant, in quibus dominus papa certis[n] de causis iam dictum Ottonem manifeste excommunicatum pronunciavit et ab eius fidelitate absolvit non solum principes et barones, sed et regni ministeriales, promittens eos obsequium prestare Deo, si et Ottonem, Dei et ecclesie Romane inimicum, constanter abiciant et Friderico novo regi denominato se devotos exhibeant et fideles. Fama volat[2], et factum toti terre velociter innotescit. Letantur omnes qui ab Ottone animos alienos eciam ante hec tempora habuerant, hii autem qui de parte eius erant et maxime Saxones occulto dolore et manifesta indignacione movebantur[3]. Guncelinus vero, domestice familie ipsius Ottonis unus et precipuus, officio dapifer, cui idem Otto sicut[o] ei, cuius fidelitatem et strennuitatem[p] iam pridem fuerat expertus, non solum privata, sed et publica regni negocia commiserat, ad quod eum instans urgebat necessitas, quantum poterat, principum machinacionibus parabat contraire. Omni igitur qua poterat festinancia villas regias, scilicet Northusen et Mulhusen, muris et fossatis sufficienter munitas armata manu militum preoccupare festinabat, ut inde lantgravium quasi hostem publicum et adverse partis principaliorem inpugnaret. Quod et ita factum

a) optate 1; optatu *R* 1. b) peiorare 1. *R.* c) *sic R;* die 1. d) ex *L III.* e) magedburgensis 1. f) *spatium nomini inserendo vacuum relictum* 1. g) recolentes *R.* h) inconditos, *eadem manu supersc.* inconcinnos 1, *ut R.* i) *sic* 1. *R;* condecere *L I.* k) dign. eccl. *R.* l) *sic* 1, *male breviatum.* m) *sic R;* oppidio, *om.* regio 1. *Quod inserui, quod a scriba huius codicis omissum censerem, scripto* oppid–io *pro* oppido regio. n) *sic L I. II recte, ut apparet, sed* ceteris 1 *et R.* o) *suppl. ex R; om.* 1. p) *sic R;* serultutem 1.

1) In fonte, ut ex Cron. Reinhardsbr. f. 342c. patet, nomen loci non indicatum erat, quod et auctor huius operis ignoravit. Cum igitur Hist. landgr. Eccard. col. 404. loco ex Cron. Reinhardsbr. (non ex hac cronica) sumpto addiderit: *scilicet Nuwenburgk*, potius auctor Isenacensis hoc coniecisse quam ex fonte quodam hausisse videtur. 2) Verg. Aen. III, 121: *Fama volat.* 3) Haec etiam ex Hist. Reinhardsbr. sumpta in Cron. Reinhardsbr. omissa sunt.

est. Nam prefatus Guncelinus coadunatis sibi Saxonibus in Mulhusen[a] se recipiens, exinde villas finitimas depopulabatur aut usque denominatum diem eas sub pacto constituens, prout cum eo convenire poterant, pecuniam ab eis extorquebat. Inter hec idem Guncelinus universos Thuringie barones convenit et singulos, et quia venales manus invenerat, multa pecunie eos ad hoc induxit et conduxit, ut domino suo hereditario, scilicet lantgravio, publice renunciarent, et sic fiunt hostes manifesto[b], qui paulo ante domestici et obsequiosi putabantur. Huius maligne discessionis a principe Fridericus comes de Bichelingin precipuus auctor et incentor dicebatur, quod eo[c] magis indebite[d] facere 'visus est, quo, sicut multorum *f. 149. patuit cognicioni, infra biennium iam dicto principi, acceptis ab eo CCC[tos] marcis[e], sine omni exceptione novis et specialibus se promissis obligaverat, ut contra quemlibet hominem ei conferret auxilium et prestaret obsequium. Sicque barones Thuringie coadunati Saxonibus, nullo defensante, vastabant provinciam, inbelles colonos spoliantes et casas eorum succendentes. Interea lantgravius castra sua, quantum prevaluit, munire non distulit[1]. Deinde fama prodente affluere qui dicerent Ottonem 1212. Alamannie iam partes adiisse et circa Reni[s] fines infinitam militum copiam colligere et ita *in manu* (Mart.) *robusta* dicere se velle Thuringie partes intrare, oppidis, castris et omnibus lantgravii municionibus acriter imminere. Exod. 6, 1.

MCCXII. Otto[h] veniens in Thuringiam cum tribracho[i] — ∴ driboch[k] — castrum lantgravii (Iul.) in Salza obsedit et expugnavit. Speransl autem per hanc exilem fortunam omnia principis sibi patefieri castella, cum ipsa robusta manu militum, qui ad duo milia et quingentos recensiti estimabantur, ad anteriora civitatis que Albus-lacus dicitur castra metati sunt. Interea nupciarum impendia cum (Iul. 22). gloriosis expensis Ottoni in Northusen procurantur, que sereno quidem et leto principio inchoata, tristi fine tabuerunt. Nam celebratis nupciis . . . .[m] eadem imperatrix, scilicet regis Philippi filia, parvo post tempore ad malum Ottonis diem clausit extremum. Siquidem lugubris ac mestus Otto lamen- (Aug. 11). tabiles sponse sue parat exequias, et sicut ante modicum quidem gaudebat et quasi triumphabat nupcialibus et letis crepundiis, ita postmodum gravioribus desperavit ac acrioribus tabescebat[n] facibus[o] funeris. Inde reversus ad obsidionem invenit pigros ad pugnam, fortuna prosperos mentita successus mutata est in contrarium, ita quod nusquam sibi fides, nusquam fida auxilia. Tamen mediante marchione Misnense pauci adverse partis, dum multitudini nequirent rebellare, in manus regias eo pacto dederunt civitatem, quod ad statutum terminum interioris castri diruta resarcirent et se in eis reciperent, donec voluntatem 'principis[p] experirentur, si vellet in dedicionem ire et cum rege componere. *f. 150.

Recepti vero infra municionem ad resistendum obpugnantibus se parabant. Lantgravius autem, audito pacto et condicione, quod potuit pro temporis articulo largitus est militantibus, bonam eis retribucionem pro laboribus facturum pollicens. Quo audito Otto infremuit, voce preconia[q] militum copiam adesse premonuit et instaurato illo instrumento dyabolico[r] inestimande magnitudinis saxa conicit et illud castrum subvertere[r] cura satagit. Interea Bawari et Suevi, audientes hereditariam suam dominam imperatricem iam debitum carnis solvisse, fortivis elapsibus nocte sarcinas suas deserentes et Ottonem in confusione relinquentes repatriarunt. Reliqui eciam inopia coacti, cum ab Ottone nil reciperent, consumptis vestibus et armis, pedites recesserunt; atque ita minorato exercitu in obsidione remanere formidabat et castrum illud deserens Erphordie se recepit[3]. His ita peractis, fama crebrescente de (Aug. ex.) adventu Friderici regis iunioris, castra, civitates et oppida illustrantur, populi[s] ad illum favorabiliter coadunantur; et contra Ottonem clamor exoritur, asserentes regem Fridericum, qui electione principum iam dudum vivente adhuc patre declaratus fuerit[4], iure prevalere, presertim cum ita papa disponente, eidem in posterum imperialem benedictionem promiserit.

MCCXIII.[t] Rex Boemie et lantgravius cum ceteris regni baronibus ad indictum sibi a Friderico 1212. rege curiam in Frankenevort circa epiphaniam accinguntur, ubi lantgravius gratanter receptus (Dec. 5). est. Post hec autem rex Francie faciem regis cum benedictione viginti milium[1] marcarum argenti preveniens, fedus ad invicem pepigerunt, ut quivis alteri in necessitate astaret. Requisitus igitur rex Romanorum a Spirensi episcopo, quibus in locis eadem pecunia recondi deberet, respondet pecuniam[u] illam vel quamlibet aliam minime fore recondendam, sed regni eam principibus esse erogandam. Audita itaque munifica regis liberalitate omnium 'clamor in favorem ipsius attollitur; duces etiam[v] de *f. 150. Ceringen et Austria in ipsius subiectionem iuri concorditer accinguntur et contra sortem Ottonis vehementer animantur[w]. Magnum incendium fuit Erphordie Kal. Septemb., cum esset nox 1213. dominica[x]. Sept. 1.

*) *E, omissis omnibus hoc anno praecedentibus, habet haec (post* expugnavit *supra l. 17) ita:* Sequenti anno magnum incendium fuit Erfordie; pons mercatorum consumitur.

a) Mölhusen *I. A. l.* b) manifesti *R e corr.* c) *sic R;* eos *l.* d) *sic R;* videbatur *l.* e) CCC[os] *l.* f) M. *l.* g) *sic R; om. l.* h) imperator *add. E.* i) trebacho *E.* k) dribog *E.* l) *reliqua huius anni om. E.* m) *spatium unius vocis vacuum relictum, fortasse nomini lost inserendo l.* n) contabescebat *R.* o) *sic R;* fascibus *l.* p) l. *add., eadem manu superscr.* lantgravii *l, glossa; deest R.* q) *sic R;* p. *l.* r) atroci *fortasse hoc loco ex R supplendum.* s) ppli *l perseepe.* t) *sic R;* milibus *l.* u) *bis scr. l.* v) *sic R;* et *l.* w) *hi septe iam A. l. add., sed expuncta l.*

1) His verbis breviavit auctor quae in Cron. Reinhardsbr. f. 343[b]. ex antiquo fonte latius exposita sunt. Cf. 'N. Archiv' XX, p. 573 sq. 2) Tribracho supra l. 16. dicto. 3) *Erphordie se recepit,* quae in Cron. Reinhardsbr. desunt, ex Ann. Erphordensibus brevibus inserta videntur. Cf. 'Magd. Schöppenchr.' p. 137. 4) Contortis verbis fontis sui, quae Cron. Reinhardsbr. f. 344[b. c] exhibet, omissis haec monachus S. Petri supplevit. 5) Cf. 'N. Archiv' XX, p. 612, n. 1. 6) Cf. ibid. XXI, p. 502.

1213. cf.Cr.Reinh. MCCXIIII. Rex iunior condigno favore attollitur, sed tamen varie et dissone nascuntur opiniones. Alii quidem[a]: eum non esse, quem imperator Heinricus genuerat, sed Merbotonis cuiusdam aule apostolice officialis filium, atque eum minime futurum regem. Dum hec fatalis diversorum labiorum lingwa perstrepit, ecce rex idem iunior cum multitudine gravi Suevorum, Bavarorum, Boemorum partis adverse triumphator adest, nobilitatem generis morum honestate premonstrans. Proinde in Merseburc curia celebranda indicitur, sed cum paucis pro temporis articulo consumatur. Ex tunc Boemi in Saxoniam profecti mole predarum graves repatriaverunt. Rex autem augustus Fridericus et rex Francie proxima subsecuta estate provincialibus Reni et fautoribus Ottonis imminent, et rex Francie Ottonem in fugam convertens, multos suorum nobilium in campo conclusit et captivos abduxit. Inde sors Ottonis a supremo cardine lapsa sine spe recuperandi incredibiliter descendit. Postmodum fortunam circa statum suum videns esse mutatam, ad Colonienses divertit. Cuius consors, Brabantini filia, aleatrix publica, cum de ludis variis plurimis teneretur debitis, cumque infinitis Otto ipse raciociniis obligaretur, nec pateret divertendi locus, sed nec, unde redderet, facultas suppeteret: imperatrix Ottonis consilio advocatis Coloniensibus, impetrata exspaciandi venia, fuga lapsa fuit. Quam die postera imperator secutus, simulans venandi studium, et ipse creditoribus suis nichil restituendo, ingratitudinem pro gracia sibi impensa reprendit. Quapropter Colonienses adversus Ottonem vehementer commoti atque ab eo penitus recedentes ad Fridericum regem diverterunt. Mox et urbs illa regis Drivels et ea que Landescrone dicitur, a Philippo primitus instaurata, regis Friderici potestati subiciuntur. Hoc[b] tempore ipse Dominus cuiusdam perfecti viri excitavit spiritum[c], insinuans ei, quod Terra Sancta proximo lustro, id est quinquennio, a clade Sarracenorum cum suis captivis foret liberanda. Exinde dominus papa Innocencius missis per universam ecclesiam litteris crucem[d] constituit predicari, magistro Cunrado[e] de[f] Marburch[g] in hoc negocio Theutoniam[h] committendo[1].

1214. (Iul. Aug.) (Iul. 27).

1215. cf.Cr.Reinh. MCCXV.[1] Innocencius papa, ut vires ecclesie metiretur, ad cunctas orbis partes, eciam remociores, apostolica accinctus magnanimitate dirigit apices preceptivos, firmiter edicens, ut quisquis archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, prepositorum atque quorumcumque ecclesiarum prelatorum ad concilium generale in festo sanctorum omnium Lateranis celebrandum excitus non occurrat, per censuram ecclesiasticam apostolico se feriendum ense non ambigat[2]. Ecce sagena Petri per *mare magnum et spaciosum manibus* expansa, *pusillos cum magnis* exhibens, trahit milia milium; tamen et si velis archiepiscopos recensere, eorum numerositas cum diligenti eciam calculacione non queat computari. Denique sub pressura multitudinis episcopi, abbates et quam plures alii novissimum in concilio spiritum exalaverunt, non pape, sed Deo reddituri racionem de cunctis, que in hac vita gesserunt. Ibi facta primum exhortacione in sermone polito de fide, spe et caritate[k] disseruit, deinde Fridericum augustum futurum imperatorem publice declaravit, cuique ecclesie sua iura esse servanda[l] innotuit, regem Anglie et reges alios suo apostolatui[m] subiciens, instituta edidit ecclesiarum. His et aliis modis suum terminavit concilium, estimans sui precium laboris, si pre cunctis suis participibus tam copiosam cleri multitudinem ad sui presenciam apostolatus evocasset. Qui post modicum, id est anno XIX. sui pontificatus, decedens nec similem sui sciencia, facundia, decretorum et legum pericia, strennuitate iudiciorum nec adhuc visus est habere sequentem.

Nov. 1. Abac. 1, 17. Ps. 103, 25.

1216. cf.Cr.Reinh.

1217. Post hec Otto dictus imperator vires adhuc suas recuperare gestiens pecunia aggreditur animos principum corrumpere, precipue H[ermannum] lantgravium sibi coadunare; qui, scilicet H[ermannus][n] lantgravius, cum ex cronicis passionibus mortem sibi proximam metiretur, spe tamen pecunie [transitum[o]] parat ad ipsum, sed mors ipsum proveniens desiderium[p] utriusque, scilicet dantis et accipientis, subito dirimit. Cuius corpus cum Reinhersburnensis abbas[q] pararet secum asportare et in manseolo[q] progenitorum collocare, S[ophia] lantgravia, defuncti consors principis, vetuit et a villa Gota, in qua obiit[4], corpus Ysenache deduci precipiens, in capella sancte Katherine, quam princeps ipse fundaverat, honorifice sepelivit VI. Kal. Maii[5].

(Apr. 25.)

Apr. 26.

a) *sic* 1 *et B; mente supple* opinantur. b) *omissis omnibus h. a. E pergit:* Anno M°CCIIII° (*sic pro* 1214) hoc temp. c) prophecticum *add. E.* d) *sic E; om.* 1. e) C. 1; Cuny *E.* f) der 1. g) Marburg *E.* h) Teutoniam *E.* i) *haec — p. 385, l. 10, om. E.* k) charitate 1. l) conservanda *B.* m) apostalatui 1. n) Heinricus 1, *quod ex* H., *ut modo nomen indicatum est, falso ortum est.* o) *suppleri ex B; um.* 1. p) *sic B;* desideriumque 1. q) manseloe *falso pro* manseolo 1. *nam* manseloeum *vel* mauseloeum *nusquam in codd. medii aevi legi;* manseolum *pro* mauseolo *toties legitur in codd. saec. XIII—XV, ut consulto ac scite illud scriptum esse mihi persuasum habeam. Cf. Ducange-Henschel s. v.* manseolum, manseolus, mauseolum.

1) *Innocencius — praedicari* breviata ex iis quae in Cron. Reinhardsbr. f. 346b. leguntur, *magistro — committendo* falso addita sunt. Quibus enim officium praedicandae crucis in Theutonia tunc commissum sit, vide in epistolis Innocentii papae datis mense Aprili a. 1213, Reg. Imp. V, nr. 6143 = Potthast nr. 4727. 25592 (4721b). Cf. 'N. Archiv' XX, p. 576. 2) Hoc loco textus fontis melius servatus est quam in Cron. Reinhardsbr. f. 318c, quod cognoscis ex clausulis consonis sententiarum (*occurrat: ambigat*). 3) Eckehardus, in Cron. Reinhardsbr. f. 348c (infra) dictus. 4) *a villa — obiit* non ex Hist. Reinhardsbr., quae neque in Vita Lud. II, 1, ed. H. Rückert p. 15. legantur, sed ex altero fonte sumpta sunt. Cf. Hist. br. princ. Thur. c. 12, SS. XXIV, p. 822: *qui postea in Gota decedens, in Isenache sepultus est.* 5) Eodem die (*an deme nestin tage nach sente Markes tage*) Hermannum obiisse tradit Vita Lud. II, 1, sed hoc die potius, ut hoc loco dicitur, sepultus videtur esse, cum Necr. Thuring.,

Hoc eciam anno autumni[a] obiit Innocencius papa III; cui Honorius successit. Innocencio III. papa in agone constituto, contigit quendam grisei ordinis abbatem proficisci Romam; qui dum esset in via, die quadam, dum graviter sompno premeretur, vidit locum quieti commodum, descendensque de iumento per horam quievit ibidem. Cui dormienti crux et ymago salvatoris in ea dependens apparuit, viditque Innocencium venientem atque demonem fugientem et ante ymaginem se prosternentem ac clamantem: 'Miserere mei, Deus! Miserere mei, misericordissime Deus!' Audivit eciam demonem ipsum insequentem ac tociens repetentem: 'Iudica iuste, iudica iuste, iustissime iudex!' Qua ille visione expergefactus eundem diem et horam diligenter signavit, Romamque veniens comperit Innocencium eadem die defunctum[a*]. 1). 1216. (fol. 16).

Hoc[b] anno dum per totam Alemanniam[c] crucis signum predicaretur, in diocesi Monasteriensi, in villa Bedom [d]feria VI. ante penthecosten, cum predicaretur crux ibidem, triplex forma crucis apparuit in aere, una candida versus aquilonem, alia versus meridiem eiusdem coloris et scematis[d], tercia medio[e] colore colorata, habens crucis patibulum et figuram[f] hominis in ea suspensam, elevatis brachiis et extensis cum infixione clavorum in manibus et pedibus et capite inclinato. Hec media fuit inter alias duas, in quibus non erat effigies humani corporis. Alia vice et alio loco in villa Frisie[g] Suderhusen[h] tempore predicacionis crucis apparuit iuxta solem crux cerulei coloris; hanc viderunt plures quam priorem. Tercia fuit apparicio in diocesi Traiectensi in villa Dokinge[i], in qua beatus Bonifacius coronatus fuit martirio; ubi in die martiris eiusdem, cum multa milia hominum convenissent ad indictam stacionem, apparuit crux alba et magna, ac si trabs ex transverso[k] trabis composita artificialiter fuisset. 1214. Oliv. c. 6. f. 152.

Hoc[l] anno mense Maio obiit Otto quartus huius nominis imperator in castro Hartesburc ac in Bruneswic est sepultus. Hoc anno ordo fratrum Predicatorum confirmatur*. 2). 1218. Maii (19).

MCCXVI. Hoc[m] anno VI. Kal. Iulii Erphordie[n] hora XI. incendium magnum** fuit usque ad temes[3]. Hoc eciam[o] anno X. Kal. Decembris ibidem[p] obiit Gerwicus plebanus Sancti Pauli[q], vir utique bone fame, qui obtinuit, quod in eadem civitate ad Sanctum Petrum in purificacione sancte[r] Marie *Inviolata* cantaretur[s] ad processionem[4]. 1216. Iun. 26. Nov. 22.

MCCXVII.[t] Exspirante treuga christianorum et Sarracenorum, in primo passagio generali congregatus est exercitus Domini in Acon cum tribus regibus, Ierusalem, Ungarie et Cypri, qui mistica munera non deferentes, parum egerunt memoria dignum. Affuit eciam dux Austrie et dux Meranie[u] cum multis comitibus et viris generosis. Aderant episcopi peregrini: archiepiscopus Nicosiensis, Balocensis[v], Babenbergensis, Cycensis[w], Monasteriensis, Traiectensis, et cum eis vir nobilis et potens Walterus de Avenis, qui reversus [x]in passagio vernali XL. milites reliquit in servicio Terre Sancte, quibus providit sumptus sufficientes per annum. Dux Austrie sicut princeps catholicus per omnia laudabiliter[x] Christo militavit. Patriarcha vero ierosolimitanus cum magna cleri et populi humilitate tollens reverenter vivifice crucis lignum, feria VI. post festum omnium sanctorum profectus[y] ab Acon in castra Domini, que precesserant ad Recordanam. Hoc autem dulce lignum [post[z]] Terram Sanctam perditam reservatum fuit ad hec tempora. Imminente siquidem conflictu Sarracenorum cum christianis tempore soldani crux secta fuit, et pars ad prelium delata et ibidem perdita, pars reservata, que nunc exhibetur. Cum tali igitur vexillo exercitus Domini per planum Fabe processit usque ad fontem Tubanie. Sequenti vero die per montes Gelboe profecti sunt Bethsaidam, ubi castra fixerat adversarius. Sed metuens tam ordinate procedentes, tentoria tollens et fugiens, terram vastandam militibus Christi reliquit. Unde Iordanem transeuntes in vigilia Martini corpora sua pacifice laverunt in Iordane, quiescentes per[a] biduum ibidem. Deinde Oliv. c. 1. 1217. Nov. 3. Nov. 10.

*) *E h. l. add.*: Hoc anno Henricus[b] lantgravius Thuringie obiit.

**) *Inter haec verba add. E*: Anno M°CC°XI° Fredericus Thuringie lantgravius[c] in regem Romanorum eligitur.

a) *sic* 1. a*) Ora pro nobis sancte Ieronime *add., post del.* 1. b) Anno M°CCV° hoc a. *pergit E.* c) Almanism *E, R.* d) *sic R;* zematis 1; zcematis *E.* e) media *E.* f) *sic E. B. L III. Oliv.*; (et *del.*) figuramque 1. g) Fresie dicta *E.* h) Sunderhusen *E. R.* i) Dockingen *E*; Dokinde *R.* k) *sic E. L III. Oliv.*; et transuersio *R* 1; ex aduerso 1. l) Hoc — sepultus *om. E.* m) Hoc — Iulii *om.* 2a. b. *E.* n) Erffordie *E.* o) Eodem *E.* p) *om. E. V.* q) Erffordie *add. E.* r) beate M. virginis *E.* s) cantetur *E.* t) *a.* 1217—1219. *om. E.* u) *sic B*; Merannie 1. v) *sic* 1. *B*; Baloc. *Oliv.* w) Gytensis 1; *cf. infra p.* 386, *l.* 18. x) Chr. laud. *R.* y) est, *quod Oliv. habet, om.* 1. *R.* z) *sic Oliv.*; *om.* 1; *quod tam in archetypo a.* 1338. *defusse videtur, cum in R hic locus male mutatus sit.* a) *sic R. Oliv.*; ib. per bid. 1.

'Zeitschr. f. Thür. Gesch.' II, p. 118. diem obitus habeat *VII. Kal. Maii.* Verum obitus a. 1217. habent Chron. reg. Colon. Cont. II. p. 195 (cum falso die *VIII. Idus April.*) et Ann. Thuring. br., SS. XXIV, p. 41. Cf. Winkelmann, 'Otto IV.' p. 244, n. 1.

1) Hanc visionem narrat etiam frater Minor Erford. in Cron. Minore, SS. XXIV, p. 196, in multis cum hac relatione concordans, ita tamen, ut neuter auctorum alterum secutus sit. Unde hanc fabellam Erfordiae notam ac saepe recitatam esse cognoscis.

2) Ad a. 1215. hoc legitur in Cron. Minoris cod. B 2, SS. XXIV, p. 196, n. *k*, cuius codex simillimus postea in hac Cron. exscriptus est.

3) Temes vel themae longae (Lange Stege, Schlösserbrücke) ad Geram fl. in cartis Erfordensibus primo commemorantur a. 1238, Beyer, 'UB. der Stadt Erfurt' I, p. 65, nr. 117.

4) Vide quae ex Ann. S. Mariae Erford. sumpta hac de re leguntur in Libro cron. Erford. add., 'Zeitschr. f. Thür. Gesch. N. F.' IV, p. 229. ad a. 1208, (ex hoc?) in Conradi Stolle annalibus, 'Bibl. d. litt. Ver. zu Stuttgart' XXXII, p. x. ad a. 1216, in Cronicis Erford. codicum Engelhusii ad a. 1213. (inedita) et ad a. 1226, Mencke, SS. II, c. 562. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 505; Nic. de Siegen p. 350.

5) Hermannus. Cf. supra p. 384, n. *u*.

6) Mira confusio. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 529.

1217. super litus maris Galilee tres mansiones fecerunt, peregrantes loca, in quibus salvator noster mirabilia fuerat opera-
Oliv. c. 2. tus, sicque reversi sunt Acon. Secundo equitatu adierunt pedem montis Thabor, ac prima dominica adventus, cum
Dec. 3. legeretur euangelium: *Ite in castellum, quod contra vos est*, patriarcha precessit cum signo crucis, episcopis et clero per clivum montis orantibus; licet mons preruptus sit undique, excelsus et quasi impossibilis ad ascendendum extra semitam tritam, milites tamen et satellites viriliter ascenderunt. Iohannes rex Ierusalem cum Domini milicia castellanum strauit et unum admirandum[a] impetu primo; sicque defensores castri, qui intrepidi exierant ad defendendum montem, in
*f. 153. fugam conversi sunt. Sed rex, quantum meruit ascendendo, tantum demeruit descendendo, alios secum descendere faciens. Porro in primo ac secundo equitatu maximam multitudinem captivorum, virorum ac mulierum atque parvulorum[b], christiani secum duxerunt. Episcopus Acon[c] parvulos, quos prece vel precio potuit obtinere, baptizavit et
ib. c. 3. distribuens inter religiosas feminas litteris appliepre disposuit. In tercio equitatu, cui patriarcha cum signo crucis et sacri pontifices non interfuerunt, multa damna et incommoda tam per latrunculos quam hiemis incommodo peregrini perpessi sunt in finibus Tyri et Sydonis.

1218. . MCCXVIII. Post Domini[d] nativitatem exercitus christianorum quadrifariam divisus est. Rex Ungarie et Cypri Tripolim profecti sunt, ubi rex Cypri adolescentulus diem clausit extremum. Rex Ungarie brevi tempore commoratus cum magno dampno Terre Sancte recessit; peregrinos enim et galeas, dextrarios et iumenta cum armis secum traxit. Alia pars peregrinorum[e] pigrorum et timidorum et eorum, qui procumbentes ad terram ore pleno de habundancia[f] temporalium biberunt, remanserunt in Acon. Rex vero Ierusalem et inclitus dux Austrie cum Hospitalensibus[g] Sancti Iohannis, Babenbergense, Cicense, Traiectense et Monasteriense episcopis et quibusdam aliis castrum in Cesarea[h] Palestine brevi tempore utiliter et constanter firmaverunt. In basilica principis apostolorum festum
Febr. 2. purificacionis patriarcha cum VI episcopis solemniter celebravit. Templarii vero cum domo Teutonicorum et domino Waltero de Avenis et paucis peregrinis Castrum-Filii-Dei, quod olim destructum[i], nunc Castrum-Peregrinorum appel-
ib. c. 5. latur, firmare ceperunt, quod situm est in diocesi Cesariensi[k] inter Cayphas et Cesaream. Monasteriensis episcopus apud Cesaream obdormivit in Domino, magister[l] theologus et doctor bonus apud Castrum-Filii-Dei defunctus est. Post hec exercitus rediit in Acon. Episcopi Alemannie et multi alii preparabant[m] ad transfretandum, brevi tempore in
*f. 153'. terra commorati. Expectabatur passagium secundum et novum et maxime classis ab aquilone veniens, que per angustum mare Kartaginis navigatura sperabatur. A principio predicacionis crucis provincia Coloniensis studio magno, plurimis eciam sumptibus fere CCCC preparavit naves. Quarum quedam remanserunt, quedam vi tempestatis perierunt. Sed maior pars pervenit Lassebonam cum magna virtute bellatorum. Ibi orta discordia, quibusdam volentibus procedere, aliis hyemare cupientibus in obsidione castri fortissimi quod Alcazia dicitur, et sic classis divisa est. Pars apud Gayetum et Cornetum hyemavit, pars alia obsedit Alcaziam, duos capitaneos habens, comitem Willehelmum de Hollandia[n] et comitem Georium de Widen. Quid plura? Captum [est[o]] autem hoc castrum per Teutonicos; et cum adhuc essent in obsidione, congregata est contra eos Sarracenorum maxima multitudo; contra quam Spatarii viriliter pugnaverunt cum milicia regine Portugalis. Victi sunt virtute divina Sarraceni; rex eorum unus ocrisus est, et cum eo plurimi trucidati
ib. c. 7. sunt et in captivitatem ducti. Igitur mense Marcio applicare ceperunt ad portum Acon coccones de provincia Coloniensi, pauci tamen de Bremensi et Treverensi provinciis. Tunc confirmatum fuit consilium in concilio Lateranensi
Maio. cum papa Innocencio Rome habitum de introducenda milicia christiana in terram Egipti. Mense igitur Maio ante ascensionem Domini preparatis navibus, coccombus armatis, galeis et aliis naviculis onoratis profecti sunt de Acon Iohannes rex Ierosolimitanus[p], dux Austrie, patriarcha cum episcopis Nicossiensi, Bethlehemitano, Akonensi[q], tribus domibus et copiosa christianorum multitudine. Indicta fuit collectio navigancium apud Castrum-Filii-Dei; quidam tercio, quidam sexto die ad portum pervenerunt Damiate, statimque hostilem terram ceperunt sine sanguinis[r] in-
*f. 154. pensa. Cum enim pauci Sarraceni milites occurrerent[s] ad portum, Friso quidam fixo in terram dextro genu, sinistra manu circumferens ancile[t], dextra spiculum vibrabat ferreum. Intuitus est eum Sarracenus, existimans eum ludere, sed subito eques percussus a Frisone corruit ad terram; fugientibusque aliis, absque omni impedimento castramentati sunt inter litus maris et ripam fluminis Nili christiani. Hoc eciam[u] mirabile fecit Deus, quod in primo adventu aqua fluminis coniuncta mari dulcis hauriebatur, que postmodum sepius salsa fuit, usque ad casale, quod distat a Damiata sursum fere per miliare. Interim dux Austrie et Hospitalenses duas scalas preparaverunt ad capiendam turrim in medio Nili positam super duos coccones. Teutonici vero et Frisones terciam navem propugnaculis munierunt, castellulo in summitate mali composito absque scale suspensione. Caput eorum et iudex fuit comes Adolfus, frater Coloniensis archiepiscopi, qui ante turrim captam mortuus est ibidem. Scale vero ducis Austrie contra turrim sunt erecte
Iun. 24. circa festum Iohannis baptiste; sed Sarraceni turrim defenderunt viriliter. Interim, dum pugnaretur, Hospitali-
orum scala confracta cum malo cecidit, bellatores suos precipitans. Eadem fere[v] hora scala ducis simili modo confracta
XXII[1] strennuos milites ibidem extinctos martirio coronavit. Igitur Egyptii letati vehementer, subsannantes levaverunt vocem, timpanizantes et bucinis perstrepentes, meror vero et tristicia christianos invasit. Navis autem Teutonicorum et Frisonum inter turrim et civitatem anchoris herebat fixa, damna plurima per balistarios, qui intus locati fuerant, inferens Egiptiis, presertim illis qui stabant in ponte inter civitatem et turrim porrecto. Ipsa vero navis a bellatoribus civitatis, turris et pontis iaculis et igne Greco impetebatur vehemencius[w]. Tandem navis ex parte igne corrupta fuit, sed defensores illius viriliter extinxerunt et[x] suc stacionis locum reduxerunt. Christiani vero con-
*f. 154'. siderantes turrim non posse capi petrariorum et tribuculorum[y] ictibus neque fame propter civitatis vicinitatem, Domino

a) admiraldum *R.* b) quos prece vel precio *add. ex linea sequente, sed linea subducta del.* 1. *quae R non habet.* c) *sic* 1; enim *R*; Acconensis *Oliv.* d) nat. Dom. *R.* e) *sic R. Oliv.; om.* 1. f) habundacia 1. g) hospitel' 1 *et R; cf. infra l.* 46. h) cesarea 1. *R, ea eadem manu supersc. corr.* cesarea 1. i) *sic* 1 *et R;* Districtum *Oliv.* k) *sic R;* cassariensi 1. l) Thomas *stipple ex Oliv. Auctor Erford. nomine omisso haec de episcopo Monasteriensi dicta esse existimavit.* m) *sic R;* properabant 1; se praepar. *Oliv.* n) *sic R. Oliv.;* helantho 1. o) *sic R; deest* 1; *sed tam ab auctore Erford. haec vox omissa videtur, scripto autem pro* est, *quod Oliv. habet.* p) irtm. Itanus 1, *unde ortus est* Itanus dux Austrie *et in Cron. Reinhardsbr. transumptus.* q) abeonensi 1; ac koniensi *R.* r) effusione *add.* 1 *(deest R), quod in archetypo explicandi causa ad* inpensa *adscriptum fuisse videtur.* s) concurrerunt, *eadem manu supersc.* occurrerent, *et sic R. Oliv.* t) astile 1 *et R.* u) *sic R. Oliv.;* et 1. v) vero, *eadem manu supersc.* fere 1; *et sic Oliv.;* vero *R.* w) *sic R. Oliv.; om.* 1. x) ad, *quod ex Oliv. inseri debuisset, deest* 1 *et R.* y) *sic R;* contribuciorum 1.

1) Hic numerus miro modo corruptus est ex Oliveri verbis: *armatos corpore deciduos secundum* (quae non intellecta, accepta sunt *bis decem duo*) *animas levavit in celum.*

prodente[a] et architecto demonstrante, sumptibus Teutonicorum et Frisonum duos coccones coniunxerunt trabibus et 1218.
funibus fortissime coherentes, et socia compaginacione vacillandi periculum prohibentes ac in summitate castellum firmum Oliv. c. 7.
super IIII^or^ malos collocantes. Sexta igitur feria ante festum sancti Bartholomei nudis pedibus cum devocione ad Aug. 17.
sanctam crucem processionem fecerunt, ubi implorato divino auxilio, ut res omni careret invidia et vana gloria, de
qualibet gente, que tunc erat in exercitu, aliquos ad huius negocii executionem invitaverunt, licet gens Teutonie et
Frisie[b] ad hoc sufficisset opus. Die sancti Bartholomei, feria VI^a^, cum Nilus excrevisset[c] vehementer, et aquarum impetu ib. c. 9.
negocium plurimum impediretur, cum multa tamen difficultate instrumentum hoc contra torrentem a loco, in quo
fuerat, trahebatur[d] ad turrem. Clerici vero nudis pedibus per litus ambulabant Domino supplicantes. Illo autem
opere funibus et anchoris stabilito, acriter utrimque pugnatum est, quoniam[e] et de civitate et de turre[f]
instar grandinis et fulminis lapides et ignis Grecus iaciebantur, sed per liquorem acetosum et sabulum ac extine-
torio subventum est laborantibus. Interea iacuit patriarcha ante dominicum crucis lignum prostratus[h] in pulvere,
stans[i] clerus nudis pedibus, indutus stolis, clamavit in celum. Defensores turris anteriorem partem[k] scale accenderant[l],
quam nostrates extinguere volentes, quidam cum signifero ducis Austrie in fluvium corruerunt. Sar-
raceni vero vexillum ducis Austrie tollentes ac Babilonii se vicisse putantes vociferati sunt. Post hec miles
quidam Leodicensis[m] diocesis primus turrim ascendit, quem Friso quidam sequens ac flagello, quo granum[n] excuti *f. 155.
solet, ad dextram et sinistram fortissime percutiens, quendam tenentem signum croceum soldani stravit ac vexillum
abstulit. Alii post alios successerunt, superatis hostibus, quos resistentes duros sonserant et crudeles; sicque turris
hoc modo capta fuit. O ineffabilis Dei pietas! o inexplicabilis christianorum hilaritas! quia nostrates post fletum
et gemitum gaudium viderunt et triumphum. Tandem conclusi in turri colloquium petebant et, sese sub pacto vite
dederunt duci Austrie, preter illos qui nocte precedente fuga lapsi sunt; captivi eciam[o] numerati sunt ad C viros.
Principes vero nostratum ad desidiam devoluti preparabant se ad recessum. Frisonum et Teutonicorum abiit maxima ib. c. 10.
multitudo passagio sancte crucis instante, in quo eciam ad Terram Sanctam venerunt Romani[p] et post eos Pelagius
Albanensis episcopus, apostolice sedis legatus, deinde magister Robertus de Curzun, duo episcopi Ungarie, qui mortui
sunt ante transitum fluminis in sabulo Damiate. Oliverus eciam filius regis Anglie et multi alii equestris ordinis et
plebis apud Damiatam diem clauserunt[q] extremum.

Post captam siquidem turrem Saphadinus, inveteratus dierum malorum, usurpator regnorum Asie, mortuus est. ib. c. 11.
Postmodum in festo sancti Dionisii Sarraceni venientes et principia[r] castrorum invadentes modica manu christianorum Oct. 9.
repulsi sunt; fuerunt[que] ex eis cesi et submersi ad mille DC^os^. Sane in festo sancti Demetrii, qui fuit ulterius Oct. 26.
sancti Dionisii, summo diluculo castra Templariorum invaserunt hostes, et modicum dampnum nobis inferentes, ex ipsis
interempti sunt a nostris fere D^ti^. Populus autem Domini, promisso[u] triduano ieiunio, quod clerus humiliter in
pane et aqua servavit, et multis processionibus ordinatis a legatis, temptari[v] meruit; nam in vigilia sancti Andree a Nov. 29.
media nocte intumuerunt fluctus maris, exercscentes et excursum terribilem facientes usque ad castra fidelium, ab alia
vero parte fluvius[w] *inundans ipsos occupavit[x] incautos. Natabant tentoria, perierunt cibaria, pisces[y] pluviales[z] et *f. 155'.
marini se quasi nichil timentes cubiculis ingerebant[a], quos christiani manibus ceperunt, quibus tamen delicias carere
voluissent; et nisi[b] consilio spiritus sancti ante provisum esset, in fossato tamen, quod ad alios usus factum fuerat,
mare coniunctum flumini homines cum iumentis, naves cum armis et victualibus detraxisset ad hostes. Nec tamen hoc
periculum evaserunt[b] quatuor coccones, super quas[c] edificata erant propugnacula ad capiendam civitatem, qui uno im-
petu cum quinte[d] nave, que inter eos herebat, ad oppositam ripam vi ventorum precipitati ante oculos fidelium igne
Greco sunt combusti. Pepercit autem Dominus operibus Teutonicorum, quibus turris capta fuerat. Naves onerate,
que in portu maris stabant, repente ruptis funibus perierunt. Duravit autem hec tempestas per triduum continuum;
quo elapso Deus, qui consolatus est suos[e] in omni tribulacione sua, imperavit ventis et mari, stare faciens ipsum a
fervore suo. Invasit preterea multos[e] de exercitu quedam pestis, quam[f] dolor repentinus invasit pedes et crura, et
coniunctim caro corrupta gingivas[g] et dentes obduxit, masticandi potenciam auferens; tibias nigredo horribilis fuscavit,
et sic longo tractu doloris afflicti cum multa pacientia migraverunt ad Dominum plurimi. Post dictam tempestatem naves
parabantur ot transitus fluminis, que cum magno periculo sursum ascendentes inter civitatem et turrim captam igne
Greco et machinis cum iaculis plurimum sunt impedite. Unde accidit, ut[h] una navis Templeriorum vi[i] torrentis rapta
prope ripam civitatis precipitaretur ad hostes; qui cum barbotis et uncis[k] ferreis ipsam impugnaverunt diutius, ignem[l]
Grecum cum lapidibus desuper de turribus iacientes; et cum sic prevalere non possent propter defensores audaces,
certatim navim ascendentes, precipites in eam descenderunt *ad Templarios. Ubi cum diucius pugnaretur, tandem navis *f. 156.
perforata, sive a nostris sive ab hostibus, incertum habetur, profundum[m] pecii, submergens Egiptios cum christianis.
Cives autem Damiate[n] erectam victoriam suam fere sex diebus planxerunt. Exinde Egiptii pontem reparantes, aper-
turam adeo reliquerunt angustam, ut naves fidelium sine magno periculo transire non possent. Quem Teutonici et ib. c. 12.
Frisones vix decem numero viriliter confregerunt. Fracto denique ponte et receptis IIII^or^ navibus, super
quas erat pons fundatus, reversi sunt cum triumpho, liberam viam et apertam sursum relicturibus relinquentes.

Anno Domini MCCXIX. Sarraceni periculum, quod eis imminebat, attendentes ripam christianis oppositam 1219.
fossatis et machinis munierunt ac tres ordines armatorum stacioni navium nostratum contraposuerunt, duos peditum
super ripam, tercium longum et terribilem lapidibus et telis plurimum vexando stacionem christianorum. Sane nocte Febr. 5.
beate Agate, ubi tantum pavorem soldano et Babiloniis Dominus incussit, ut relictis castris, ignorantibus eciam
Egipciis, quos ad resistendum ordinaverat, in sola fuga spem poneret. Quidam autem apostata, qui longo tempore
legem christianorum transgressus cum soldano militaverat, stans in litore ripe Gallice clamabat: 'Quare moramini?
Quid trepidatis? Soldanus[p] abiit.' Quo dicto se in navicula[q] christianorum recipi postulavit, ut in potestate eorum

a) *sic* 1 *et R.*; Dom. dem. et architectum providente *Oliv.* b) *sic* 1 *et R.*; Frisonum *Oliv.* c) *sic R. Oliv.*; veh. exer. 1. d) *sic R. Oliv.*; ad turrem trah. 1. e) *sic R.*; qm̃ 1. f) turri *R.* g) *sic R.*; diuine 1; *deest Oliv.* h) *sic R. Oliv.*; *in* pulv. prostr. 1. i) *sic R.*; cel. n. st. ped. 1; st. n. ped. cl. *Oliv.* k) *sic R. Oliv.*; sc. p. 1. l) *emendavi*; ascenderant 1 *et R.* m) Leodiensis *R.*; Laodicensis 1. n) *sic R. Oliv.*; grana exc. solent 1. o) *sic R.*; et 1; vero *Oliv.* p) *sic R. Oliv.*; normani 1. q) *sic R. Oliv.*; cluserunt 1. r) *sic R. Oliv.*; pcipia 1. s) quin-gentos *Oliv.* t) D^c^ 1. u) *sic* 1 *et R.*; promisso *Oliv.* v) *sic R. Oliv.*; temptar 1. w) *sic R. Oliv.*; fluminis 1, *ut multi codices Oliveri.* x) *sic R. Oliv.*; inc. occ. 1. y) pisce *post corr.* pisces 1. z) *sic* 1 *et R.*; fluviales *Oliv.* a) *sic R. Oliv.*; ingrediebant 1. b) *sic R. Oliv.*; *om* 1. c) *sic* 1 *et R.*; quos *Oliv.* d) q^ta^ 1. e) *sic R. Oliv.*; do ex. m. 1. f) *sic* 1 *et R.*; quoniam *emend. Stahel.* g) *sic R.*; ginguios 1; giugivas *Oliv.* h) *sic R. Oliv.*; quod 1. i) in 1 *et R.* k) urcis 1 *et R.* l) igue 1. m) profund̃ 1. n) dan‖nate 1. o) solidano 1. p) solidanus 1. q) *sic R. Oliv.*; naviculam 1.

1219. positus fidem dictis faceret. Summo igitur diluculo[a], cum inchoatum esset officium dici festi per oratoria christianorum:
Oliv. c. 12. *Gaudeamus omnes in Domino*, nunciata sunt hec legato[b] et aliis[c] principibus. Itaque fugientibus Egiptiis nostrates
*f. 156. certatim et[d] alacriter absque omni impedimento transierunt. Templarii preduces in ascensum equorum erectis signis
propero cursu ad civitatem perveoerunt, *sternentes perfidos, qui audacter portis egressi venientibus occurrerunt.
Multi bellatores, relictis uxoribus et parvulis, territi propter inopinatum transitum fugierunt de Damiata, et sic per girum
obsessa est civitas.

ob. c. 13. Post festum vero annunciacionis dominice[1] regina civitatum Ierosolima, que videbatur inexpugna-
Mart. 25. biliter munita, destructa est a Caradivagio[e] filio Saphadini foris et intus, muri cum turribus redacti sunt in acervos lapidum
preter templum Domini et turrim David.[f] De sepulchro glorioso destruendo consilium habuerunt Sarraceni, sed huic
temeritati nemo presumpsit manum apponere propter loci reverenciam. Sicut enim in Alcorano libro legis eorum scrip-
tum habent, Iesum Christum dominum nostrum credunt de Maria virgine conceptum et natum, quem sine peccato vixisse,
prophetam et plusquam prophetam protestantur, cecos illuminasse, leprosos mundasse, mortuos resuscitasse firmiter asse-
runt per verbum et spiritum Dei et vivum ad celos ascendisse non discredunt. Unde, quando tempore treugarum
sapientes eorum Ierosolimam ascendebant, codices ewangeliorum sibi postulabant exhiberi et osculabantur propter mundi-
ciam legis, quam Christus docuit, et maxime propter ewangelium Lucę: *Missus est Gabriel*, quod literati eorum sepius
repetunt et retractant. Legem autem eorum, diabolo dictante, ministerio[h] Sergii monachi et apostate ac heretici
Machometus Sarracenis dedit Arabice scriptam, que sic incipit: *A gladio cepit et a gladio tenetur et per gladium
terminabitur*. Machometus iste illiteratus fuit, sicut ipse protestatur in Alcorano suo, et[i] prenominatus hereticus dictavit,
iste promulgavit et per comminaciones et vanitatem legem statuit, quam[k] carnaliter viventes in parte voluptatis firmiter
*f. 157. observant; et sicut legem nostram veritas et mundicia muniunt, ita errores ipsorum timor mundanus *et humanus ac
voluptas carnalis firmissime custodiunt.

Mart. 31 In die palmarum anni prescripti hostes fidelium, multa comminacione premissa, quod se ipsos vel nostrates
omnes una die perderent, collecto terribili et innumerabili exercitu equitum et peditum irruerunt super christianos,
undique fossatum ipsorum[l] invadentes. Hostes vero cum electis militibus suis de equis descendentes cum nostra-
tibus atrociter pugnaverunt. Mulieres aquam et vinum et lapides ministrabant[m] bellatoribus fidelium; interea ora-
cioni sacerdotes insistebant, vulnera sauciatorum ligantes et benedicentes. Ceciderunt que hinc inde mortui multi et
vulnerati, quia[n] adeo instabant atrociter qui venerant studio liberande civitatis, ut ab ortu solis usque ad horam fere
decimam bellum protraheretur. Tandem hostes retraxerunt se cum maximo dampno[o].

ob. c. 14. Post hoc instabat passagium vernale, et in Kal. Maii magna pars peregrinorum recessit, sed novi recentesque
Maii 1. Maii 16. peregrini cum copia victualium et equorum supervenientes Christi milites letificaverunt. Circa festum ascensionis
Domini irruerunt super fideles perfidi multociens prevalere volentes, sed non poterant. Post diutinos assultus[p]
tandem fossatum nostrorum contra miliciam Templi transeuntes et liceis violenter rumpentes, christianorum pedites
in fugam verterunt, adeo ut[q] totus exercitus fidelium periclitaretur. Sarraceni siquidem intra menia nostrorum, fractis
municionibus ligneis, equitum ac peditum acies ordinarunt. Tumiditas aucte[r] christianis, sed spiritus, qui induit Gede-
onem, animavit Templarios, quia magister Templi cum marscalco[s] ceterisque fratribus per exercitum[t] angustum impetu
facto viriliter in fugam convertit incredulos, aliique de diversis nacionibus ipsis tulerunt auxilium. Sic pedites Sarra-
*f. 157. cenorum abiectas clipeis interficiebantur. Sarraceni vero priores recesserunt, occisorumque *corpora strata iacebant
iuxta fossatum plurima. Sic salvavit Deus in die illa sperantes in se. Instrumenta itaque fidelium contra civitatem
parata[u] combusta sunt fere omnia preter scalas. Igitur Genuenses, Pisani, Venecians firmiter asserebant se civitatem
expugnaturos, sed ipsi non erant de genere vicorum illorum, per quos salus facta est in Israel, quia veraciter com-
prehensum et intellectum est sola virtute divina Damiatam in manu[v] christianorum fore tradendam. Post fideles
immemores beneficiorum Dei provocaverunt[w] oculos divine maiestatis contra ipsos, et per desidiam maiorum et mur-
muraciones minorum pedites equitibus inproperabant ignaviam, quoniam[x] equites periculum peditum, quando contra
Aug. 29. Sarracenos egrediebantur, dissimulabant. Unde factum est, ut communibus culpis exigentibus in decollacione Iohannis,
licet vix inveniretur qui in custodia castrorum remaneret, cum exercitus fidelium contra castra Babiloniorum
tenderet, commisso prelio multi nostratum captivarentur nobilium multi[y] occumberent. In
quo conflictu christiani mille peditum et centum milites perdidisse memorantur[2]. Qua de
re fideles meror occupavit, sed nulla desperacio, quia pena peccati fuit hec castigacio, et minus erat in pena, quam
exigerant? Nec ipsi quoque increduli hunc conflictum sine luctuoso damno transierunt, multis ibidem
peremptis. Sane Deus, qui non obliviscitur miserori, luctus suorum convertit in gaudium. Nam soldanus unum
de captivis fidelium mittens de pace cum ipsis tractare cepit; in quo tractatu[z] christiani fossatum suum et muni-
ob. c. 15 ciones reparaverunt. Interim peregrini plurimi ante tempus passagii confluentes recedentes agonistas Christi in summo
reliquerunt periculo, quos tamen Deus per Savericum de Melo-leone ac bellatoribus plurimis, qui statim appli-
*f. 158. cuerant, benigne consolatus est. Instante vero mense Octobre[3] civitas obsidione, ferro, fame et
pestilencia graviter afflicta, adeo ut desiderabiles cibi deessent, panis corrupti abundancia fuit in ea. Durabilis non
est annona Egipti propter molles glebas, in quibus crescit, nisi superius circa partes Babilonis artificiose conservetur in
annos. Diversa genera morborum vexabant eos. Soldanus eciam de die in diem varia promissionibus impios hortatus

a) diticulo I. b) *sic R. Oliv.; om.* I. c) *sic R. Oliv.;* alia I. d) *sic R. Oliv.;* ac I. e) *sic* I; Caradiagio f. Caphadin *Esf.*; cariadiagio *B*; Coradino *Oliv.* f) P *hoc loco praescriptum* I. g) *eadem manu superscr.* contractent I. h) mysterio. I. i) que, *quod ex Oliv. inseri debuisset, deest* I *et R.* k) que I *et R.* l) eorum, *eadem manu superscr.* ipsorum, *et sic R.* m) mystrabant I. n) *sic R*; qui I. o) etc. *add.* I. p) *sic R*; assultos I. q) *sic R Oliv.*; quod I. r) est, *quod ex Oliv. inseri debuisset, deest* I *et R.* s) marcesco I. — t) *sic* I *et R cum cod. quodam Paris. Oliveri*; exitum *Oliv.* u) pirata I; *om. R.* v) *sic* I *et R cum cod. quodam Paris. Oliveri*; manus *Oliv.* w) procauerunt I. x) qmo I; qdo *R.* y) *sic* I *et R*; exigeret culpa *Oliv.* z) tractu I *et R.* a) *sic* I *et R*; consueti *Oliv.*

1. De tempore murorum Hierosolymitanorum destructorum vide Wilken, Gesch. d. Kreuzzüge VI. p. 237, n. 77, ubi destructio Mart. 19. aut 25. incepta dicitur. 2) Ex altero fonte haec auctor Erford. inseruisse videtur. 3) Quia Oliverus paulo antea festum Cosmae et Damiani (Sept. 27) commemoravit, chronista haec verba inseruisse videtur.

decepit miseros. Illis eciam, qui foris in exercitu Sarracenorum fideles obsederant, copia panis et pabuli cepit decrescere. Nilus siquidem, qui post festum Iohannis baptiste usque in exaltacionem sancte crucis solet excrescere, Egipti magnam partem siccam reliquerat, que nec seminari nec arari poterat suo tempore. Unde soldanus cristiam timens et famem, eciam amore retinende Damiate talem pacem cum fratre suo Coradano[a] christianis obtulit, ut crucem sanctam, que olim capta fuit in victoria Saladini, cum civitate sancta et omnibus captivis, qui per regnum Babilonie et Damasci viri reperiri possent, sumptus[b] eciam ad reparandos muros Ierusalem redderet, insuper totum regnum Ierosolimitanum restitueret preter Cracum et Montem-regalem, pro quibus redimendis tributum obtulit, quamdiu treuga duraret. Quo duo castra in Arabia sita Ierusalem, cum voluerint, graviter in vineis et agris ledere possunt. Hanc composicionem acceptandam esse et utilem christianitati rex et Francigene, comes Zostrie cum capitaneis Teutonicorum censuerunt, nisi sano consilio eis esset obviatum. Legatus autem eum patriarcha, archiepiscopis, Templariis, Hospitalariis[c] et omnibus Italie capitaneis multisque aliis prudentibus viris efficiter huic tractatui se opposuit, racionabiliter ostendens ante omnia Damiatam fore capiendam. Opinio enim diversa reperit[d] discordiam, quia[e] cito sedata fuit propter communem necessitatem, quoniam[f] magnam multitudinem peditum clanculo per loca paludria soldanus misit ad[g] civitatem, quorum CCCXL christianis dormientibus liceas fuerunt ingressi dominica nocte post festum omnium sanctorum. Tandem per clamorem vigilum occisi sunt et capti, qui ad CC computati sunt. Igitur Nonas Novembris capta est Damiata absque dedicione, sine defensione, sine violenta depredacione, ut soli filio Dei victoria evidenter ascribatur. Et cum caperetur civitas in conspectu soldani, more solito non fuit ausus bellatores Christi ad defensionem paratos super fossatum ipsorum aggredi, sed confusus castra sua combussit et fugit. Hanc urbem vitule conterenti, que tercio terre motu subversa est, possumus assimilare[h]. Vitulam propter eius lasciviam; piscibus enim, avibus et pascuis, frumento, ortis et pomeriis abundavit, negociando, piraticam exercendo deliciis affluxit in culpa, perefluxit in gehenna, sed una hora venit iudicium eius. Conterentem dicimus, quia quasi tercio terre motu habitatores eius perierunt, ipsa tamen integra remanente. A Grecis et Latinis primo fuit obsessa, qui ab ea defecerunt, deinde a Latinis sub Almerico rege Ierosolimitano, qui non profecerunt. Hac autem vice rex regum servis suis ipsam tradidit. Tali duce christiani Damiatam ingressi plateas eius invenerunt stratas cadaveribus mortuorum, pestilencia et fame deficiencium, aurum et argentum nimis, pannos sericos negociatorum in habundancia, vestes preciosas et ornatum cum omni suppellectili in superhabundancia. 1219. Oliv. c. 16. *) c. 158. Nov. 2. ib. c. 17. Nov. 5.

Hoc eciam anno in vigilia pasche Cûnradus episcopus de Sychem[1] Erphordie ordines celebravit in ecclesia sancte Marie. Hoc eciam[k] anno octava sancti Martini[2] Fridericus rex a papa Honorio imperiali sublimatur benedictione, et sequenti die regina in[l] imperatricem[3]. Hoc eciam[l] anno Nonas Iulii translacio facta est sancti Thome martiris atque pontificis Anglie in civitate Cantuariensi[m]. *). Apr. 6. 1220. Nov. 18. Nov. 19. *) c. 159. Iul. 7.

Anno Domini MCCXX. in regali villa Northusen videlicet monialibus depositis[n] canonici successerunt[4].

MCCXXI. Iudei in Erphesfurt[o] circiter XXVI a Frisonibus[p] peregrinis et ab aliis christianis orta sedicione crudeliter et vere digne[q] occisi sunt XVI. Kal. Iulii[5]. Hoc[r] eciam anno VII. Idus Ianuarii[6] obiit beate memorie Witelo[s] abbas montis sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Erphordia; cui successit Heinricus, qui fuit camerarius eiusdem ecclesie. Hoc eciam[t] anno XIIII. Kal. Octobris Magontinus[u] Erphordie[v] in ecclesia sancti Petri ordines celebravit ac in sequenti die dominica magistrum C[ûnradum[w]] in Hildensheimensem[x] episcopum et Heinricum in eiusdem cenobii abbatem[y] consecravit. [z]VIII. Idus Novembris orta sedicione inter cives Erfordie[a] occisi sunt inter eos Ditericus[b] et Cûnradus et quam[c] plures. 1221. Ian. 16. Ian. 7. Sept. 18. Sept. 19. Nov. 6.

MCCXXII.[d] tercio[e] Idus Februarii Erphordie[f] incendium magnum pontem[g] et Latam plateam consumpsit. Hoc[h] eciam anno IIII. Kal. Aprilis Heinricus Minnikinus[i] prepositus Novi-operis Goslariensis in Hildensheim a Cûnrado eiusdem loci episcopo et C[ûnrado[k]] 1222. Febr. 11. 1225† Mart. 29.

---

*) *E add.*: Anno M°CC°XVIII°[l] claustrum in Franckenhusen fundatum[m] est[1]. Eodem anno sanctus Dominicus, dux Predicatorum, obiit[2].

a) *sic R h. l.*; coredano 1; Coradino *Oliv.* b) Sumptos 1 *et R.* c) *sic R. Oliv.*; *om.* 1. d) *sic* 1 *et R*; peperit *Oliv.* e) *sic* 1 *et R*; que *Oliv.* f) q̃no 1. g) *sic R. Oliv.*; a 1. h) assimulari 1 *et R.* i) *sic* 1 *et R cum codd. Oliveri*; effluxit *Oliv.* k) Eodem *E post* processionem *supra* p. 385, *l.* 25, *a.* 1216. l) *om. E.* m) Carnar. *E*, *ubi add.* solempniter. n) mon. tunc ibi existentibus *E.* o) Erphesfurdi 1; effordie *E.* p) et *add. E.* q) digni *E. H.* r) Hoc — ecclesie *om. E.* s) Wicelo *h. l.* 1. t) Eodem a. *E, om.* XIIII. K. Oct. u) Mogunts archiepiscopus *E.* v) Erffordia *E.* w) C. 1: Cunr *E semper.* x) hildesheym *E.* y) cons. abb. *E.* z) Eodem tempore *praemittit E.* a) erffordn et occ. *E.* b) Thed' et Cunr *E.* c) *om. E, sed adest Eng. I. II.* d) MCCXXIII. 2°.b *(omisso die). N*; Eodem tempore *ad a.* 1221. *E.* e) *om. E.* f) erford *E.* g) mercatorum *add. E.* h) Eodem *E.* i) nunnikinus 1; Nuninkinus *N*; Henr. dictus Nunnekirius *R*; Mundikinus *L II. III*; *om. R* 1. k) C. 1; Cunr *E semper.* l) *sic L II*; M°CC°VIII° *E.* m) fundatu *E.*

1) Episcopus Halberstatensis quondam, a. 1209. monachus in Sichem (Sittichenbach) factus. 2) Potius a. 1220. Nov. 22. 3) Imitatus locum a. 1191, supra p. 376, auctor falso dixit reginam sequenti die consecratam esse. 4) Cf. add. Cron. Minoris, SS. XXIV, p. 197, n. ***, ad a. 1219. Cf. Reg. Imp. V, nr. 1144. 5) Cf. Cron. Minoris cod. B 2, l. l. n. *. 6) Eundem diem indicat Necrol. S. Petri, Schannat, Vind. II, p. 17. 7) Eadem verba habent Cron. Thur. ampl. et Theod. Engelhus ex chron. codicis E. Cf. Cron. Reinhardsbr. a. 1215 (infra). 8) Domum a. 1221. Ad a. 1219. hoc habet Cron. Minor p. 197.

predicatore de Margburc[a] examinatus ac sepius commonitus, seculari iudicio pro heresi est crematus[1].

cf. A. Erph. MCCXXIII. Sifridus Magontinus[b] archiepiscopus habuit concilium Erphordie[c] in ecclesia beate Marie et instituit, quod omne festum habens proprias laudes in novem lectionibus celebraretur.

Apr. 22. Hoc[d] anno in vigilia pasche celebrati sunt ordines in hospitali a Willehelmo episcopo[e]. Hoc anno

Maii 9. VII. Idus Maii[3] rex Dacie[4] captus est a comite Heinrico de Zwirin[f]. Hoc anno in[g] festo sancti

Nov. 11. Martini Minores fratres Erphordiam primo venerunt[h].

*f. 159v. MCCXXIIII.[i] Ventus excussit in agro annonam[k]. Hoc anno Magontinus *Erphordie

Febr. 2. suspendit divina a purificacione usque ad[l] pascha et postea per septem dies in septimana

Apr. 14. reliquiarum. Hoc eciam anno obiit Ludewicus scolasticus Sancte Marie Erphordie[k].

Apr. 21—27. MCCXXV. Occisus est Engelbertus[l] archiepiscopus Coloniensis a comite[m] Friderico

1225. de Alzena[n] XVI. Kal. Decembris[6], idemque[o] Fridericus sequenti anno in episcopi[p] anniver-

Nov. 16. 1226. sario[7] sententialiter a Coloniensibus est occisus. Hoc[q] eciam anno, quia in precedenti

(Nov. 13). 1225. ventus excusserat annonam, maxima caristia fuit. Hoc anno captus[r] est comes Albertus

de Orlamunde[8]. Hoc anno facta sunt organa nova Erphordie[s] in ecclesia beate virginis[t].

cf. A. Erph. MCCXXVI. Inundacio[u] maxima fuit in Thuringia VI. Kal. Septemb. Organa facta sunt ad

Aug. 27. Oct. 4 Sanctum Petrum. Hoc eciam anno IIII. Nonas Octobris migravit ad[v] Dominum sanctus

Franciscus, iniciator ordinis fratrum[w] Minorum[9]. Hoc[x] anno factum est mirificum opus

Apr. 18. in Erphordia ad Sanctum Petrum, scilicet organa[10], que in sabatho sancto pasche primo audita fuerunt.

cf. ib. MCCXXVII.[y] Generale passagium ad Terram Sanctam factum est; in qua expedicione eciam[z] im-

Sept. 11. perator Fridericus transfretavit; sed lantgravius Ludewicus in eadem expedicione III.[11] Idus Septemb.

decessit in Apulia, in[a] civitate Ortrant[b] dicta**. Eodem anno destructum[b] est castrum Eytirsburg a

(Mart. 18. 19). Heinrico lantgravio, fratre Ludewici[12]. Hoc eciam[c] anno Honorio papa defuncto, Gregorius,

qui et Hugo, successit, qui eodem anno sanctimonialium penitencium sancte Marie Magdalene

1228? Mart. 12? ordinem confirmavit***.[13] Hoc eciam anno in passione Domini sacerdos quidam Erphordiam

veniens atque benedicendi ac curandi oculos graciam se habere dicens, petivit a Mogontino[d]

ibidem tunc existente licenciam benedicendi[14]; qua accepta, dum missam perageret, terram

*f. 160. benedixit et lutum faciens exemplo Domini oculos hominum linivit; cuius scolaris litterulas[e]

scribens ac[f] populis distribuens multos denarios fallaciter ab ipsis emunxit. Sed quoniam

cf. A. Erph. 1227. nulli curati sunt et homines spe sua frustrati atque decepti, idem sacerdos fuga[g] latenter

Iul. 30. elapsus est[h]. Hoc[i] eciam anno III. Kal. Augusti maxima tempestas iuxta cenobium Sychem fuit,

que magnam cladem proxime ville que Ysleiben dicitur intulit per torrentem domos ipsorum abducendo

Dec. 18. ac plurimos homines submergendo. Eodem anno XV.[k] Kal. Ianuarii Erphordie tripartitos[l] cele-

braverunt ordines hii episcopi: Magontinus[m] ad Sanctum Petrum, Halverstatensis[n,15] ad Sanctum Mariam,

*) *E add.*: et ibi se receperunt. **) *E add.*: honorifice sepultus est.

***) *E add.*: Eodem anno sanctus Franciscus canonisatus est solempniter a papa Gregorio nono in Assisi civitate. *Cf. Cron. Minor a.* 1228, *p.* 198.

a) pr. dicto de Marporg *E.* b) Siffridus Moguntz *E. V.* c) erfford *E saepissime.* d) Hoc — episcopo *om. E.* e) Swiryn *E.* f) in *l. s. M. om. E.* g) *a.* 1224. *om. E.* h) *sic Cron. Minoris cod. B 2, cf. infra l. 14; om. l.* i) avenam *L III.* i) in *B 2, L III. N.* k) erpho' l. l) Engilb. *E.* m) Fred. *(semper)* com. *E.* n) Alczena *E, omisso de.* o) Idem quoque *E.* p) ann. ep. *E.* q) Hoc — Orlamunde *om. E.* r) *bis scr. l.* s) *om. E.* t) gloriose *add. E.* u) Inund. — Octobris *om. E; aequarum add. Dresd. (N).* v) ad D. *om. E.* w) min. fr. *E.* x) Hoc — fuerunt *om. E.* y) Hoc anno factum gen. pass. *ad a.* 1226. *E.* z) *sic E. Erph.; om. l. V.* a) *sic V. N*; ortrand l: dicta orgrant *E.* b) E. s. c. Eyteraburg destruitur ab Henr. fr. Ludowici lantgravii Thuringie *habet E ad a.* 1228. *post* celebravit (*p.* 391, *l.* 5), *sed hoc loco l. R. V. N.* c) Eodem *E.* d) domino moguntz. *E.* e) litteras *E.* f) et *E.* g) *om. E.* h) *sic E. V. N; f.* lapsus lat. recessit l. i) Hoc — submergendo *om. E.* k) XV. — Erphordie *om. E.* l) tripert. *E.* m) dominus moguntz *E.* n) *sic N;* haluerstatiensis l; halberstat. *E.*

1) Cf. Cron. Minoris cod. B 2, l. l. n. **. Heinricus a. 1222. depositus et in carcerem missus (Chron. Montis Sereni, SS. XXIII, p. 199) demum post a. 1224. Oct. 22, a. 1225, ut videtur, crematus est, ad quem annum dies hoc loco indicatus referendus esse videtur. Cf. Winkelmann, 'Friedrich II.' I, p. 414—417. 2) Havelbergensi. 3) Potius die Maii 7; cf. Usinger, 'Deutsch-dän. Gesch.' p. 422. 4) Waldemarus II. cum filio Waldemaro. 5) Cf. Cron. Minoris cod. B 2, l. l. n. †. 6) Potius Nov. 7. 7) Neque hoc verum est; cf. Winkelmann l. l. p. 473, n. 3. 8) Ab Heinrico comite de Schwerin in Holsatia. 9) Cf. Cron. Minor p. 197. 10) Idem iam l. 16. relatum est. 11) Dici numerus (VI) in Ann. Erphord. corruptus est. 12) Cf. Vitae Elisabeth additamenta Reinhardsbr., Mencke, SS. II, c. 1995 sq. 13) Cf. Cron. Minor p. 198; Ann. Wormat. br., SS. XVII, p. 75. 14) Hoc a. 1228. factum esse videtur, nam a. 1227. dominica *Iudica* (Mart. 28) Sifridus Aquisgrani, in parasceue (Apr. 9) apud Rhenum fl. moratus est. Cf. Will, Reg. arch. Mag. II, p. 196, ubi dele nr. 534. 15) Fridericus II.

Livoniensis[t] ad capellam[a] sancte Marie Magdalene in[b] claustro sancti Petri; qui[c] sequenti dominica pariter Dec. 19.
Pragensem electum[s] in eclesia sancti Petri episcopum[d] consecráverunt[e].

MCCXXVIII. quarto[r] Kal. Augusti obiit Erphordie apud Sanctum Andream Cůnradus Aug. 29.
abbas Sancti Viti in Oldesleibin[g]; cui successit Ditericus hospitalarius eiusdem loci. Hoc Mart. 25.
anno vigilia[h] pasche Willehelmus[i] Haverbergensis[k] episcopus Erphordie ordines celebravit.

MCCXXIX.[l] Predicatores venerunt Erphordiam ac cenobium ibidem edificare[m] ceperunt[n]. cf. A. Erph.

MCCXXX. quinto Idus Septembris Erphordie obiit Sifridus[o] Maguntine sedis archiepiscopus ac[p] Sept. 9.
honorifice sepultus est in ecclesia[p] beate virginis[q] ab Engelhardo[r] Nuwenburgense episcopo; cui successit
Sifridus, patruelis ipsius. Qui eodem anno cuidam[s] fratri Danieli ordinis Predicatorum [conventus[*]
Erphordensis, qui fuit sciencia preclarus], auctoritatem clerum suum visitandi in preposituris Sancte
Marie Erphordensis[t] et Giecheburc[u] commisit; qui negocium strennue peragens et, ut plerisque videbatur,
districcius exequens, quosdam clericos suspensos disciplina corporali misericorditer punivit, quosdam vero
officio et beneficiis privavit, aliquos eciam episcopatum exire compellebat.

'Anno Domini MCCXXXI. mense[v] Septemb.[w] occisus est Ludewicus dux Bawarie a servo Sept. (16).
cf. 160.
cuiusdam gentilis regis, qui dicitur Senior[x]. Hoc eciam anno XV. Kal. Decemb. beata Nov. 17.
Elisabeth[y], Ludewici landgravii vidua, migravit. Hoc eciam anno II.[z] Kal. Iunii in Thuringia in cf. ib.
tribus castris, scilicet Glichen, Wassenburc[a] et Mulburc[b], turres et propugnacula uno fulmine pariter Mail 31.
succensa succendebantur[c]. Hoc eciam anno V. Kal. Septembris[c] comes Albertus[d] de Wie[e] predam Aug. 28.
innumerabilem in iumentis et gregibus abstulit Erphordensibus.

MCCXXXII. In Alemania[f] perfida hereses, que ibidem diu occulte pullulaverat[g], est manifestata. 1232.
Quapropter circa Renum nec non et alibi innumerabiles heretici per magistrum Cůnradum de Marburc[h]
auctoritate apostolica examinati ac per sentenciam secularem dampnati igne combusti sunt. Fuerunt
autem presente eodem Cůnrado Erphordie III. Nonas Maii IIII[or] combusti. Hoc eciam anno Minores Mail 13.
fratres infra muros Erphordenses cenobium edificare ceperunt, dum extra muros ibidem per XI[i] annos 1231.
resedissent. Hoc[k] anno discordantibus archiepiscopo Magontino et Cunrado fratre lantgravii pro monte 1232.
Heilegenberc in Hassia sito et bella moventibus, idem C[unradus] XVII. Kal. Octobris civitatem Vritsla- Sept. 15.
reusem[l] contra multorum opinionem incendio cepit, captivos secum abducens episcopum Wormaciensem[m]
ac Gumbertum eiusdem loci prepositum, Heinricum Heilegenstatensem prepositum et quosdam canonicos
cum aliis fere CC militibus. Fridericus itaque de Drivurte[n] ac sui complices ruptis violenter armarii
ostiis magnam inde pecuniam a civibus ibidem depositam manu[o] sacrilega auferentes, libros, calices ac
ecclesie ornatum cum sanctorum reliquiis distraxerunt. 'Fertur eciam a quibusdam, quod dictu est cf. 161.
horrendum, ipsum sacrosanctum[p] corpus dominicum a maleficis ibidem in terram ignominiose[q] deiectum.
Quot autem ibidem occisi vel quot igne consumpti, novit Deus, arbiter evi, qui eidem loco per modicam
presentis ire stillam[q] eternam tonitrui sui comminatus est coruscacionem.

MCCXXXIII. Octavo Kal. Augusti rex et Magontinus[r] et magister Cůnradus[s] de Marburc[t] Maguncie 1233.
conventum episcoporum et comitum atque clericorum fecerunt pro quibusdam infamatis ab[u] heresi. Inter Iul. 25.
quos comes de Seine[v] accusatus inducias expurgacionis[w] ulteriores obtinuit. Super reliquos vero, qui
non comparuerant[w], predictus C[ůnradus][x] de[y] Marcburc ibidem populum cruce signavit. Quapropter illi
felle amaritudinis commoti, iam dicto C[ůnrado][z] in reditu insidias iuxta Marburc ponentes, ipsum una
cum Gerhardo Minoris ordinis fratre, probate vite viro, XII.[a] Kal. Augusti crudeliter occiderunt[**]. Iul. 30.

[*]) *Uncis inclusis omissa E. B, add. E:* qui postea ab ipso ordine apostatavit[b].

[**]) *E habet haec tantum:* Anno M°CC°XXXIII° magister Cunradus de Marporg cum Gerhardo de ordine fratrum Minorum XII. Kal. Aug. circa Maguntiam[c] crudeliter occisi sunt.

a) capl'am 1. b) in cl. s. P. *om. E.* c) omnes *add. E.* d) in ep. *N*; ibidem (*pro* ep.) *E.* e) succurro sancte Ieronime *add., post del.* 1. f) quarto — loci. Hoc anno *om. E.* g) oldisleiben *corr.* oldisleibin 1. h) in vig. *E. V, N, sed in deest Eng. I, ex quo haec in V sumpta sunt.* i) Wilhelmus *E.* k) *sic* 1. *E.* l) M°CC°XX° *inter a.* 1228. *et* 1230. *E, unde hoc vitiose pro* 1229. *scriptum esse patet; etiam B. V. C. N. Dresd. ad a.* 1229. m) cep. ed. *E.* n) Siffridus *(saepe)* arch. M. s. *E.* o) et *E. N*; et ibidem *B.* p) choro *E.* q) ibidem *add. E.* r) Engilhardo Nuwe- borgensi *E.* s) *om. E.* t) erphord' 1; erfford *E.* u) feheburgh *E.* v) mense — anno *om. E.* w) VII *(pro* septe, *ut in hoc cod. nomen mensis saepe scriptum est)* 1. x) Elizabeth Lodew. lantgr. *E.* y) in Thur. II° Kalen. Iunii *E. M.* z) Vassenburg *E.* a) Molburg *E. B, V*; Mulburg *N.* b) *sic* 1. *E. M. V cum Erph.* c) V. K. S. *om. E. M.* d) *sic E. M. B. V. N*; silbertus 1. e) voye *E ex* wye, *ut B. N habent.* f) Almania *E.* g) pulul. 1. h) Marburck 2ª; Marburg 2ᵇ; Marporg *E.* i) *sic* 1. *E. B. V. N. C. Dresd., unde archetypum sic habuisse patet, licet ex loco a.* 1223. *cum Ann. Erphord.* IX *legendum esset.* k) *reliqua h. a. om. E.* l) Vritislar. *N.* m) Driwurte 1; dryvurte *N*; Drivort *B.* n) *sic N. B* (sacr. manu) *cum Erph.*; manibus sacrilegis 1. o) *sic Erph.*; sacrofagum 1. *N*; sarchophagum *B.* p) ignomiose *(recenti manu corr.)* 1. q) *sic* 1. *B cum Erph.* r) Magunt. 2ª. s) C. 1; Cunradus *h. l.* 2ᵇ; Conr. *saepe* 2ª.ᵇ. t) Marckburc 2ª *saepius*; Marburg 2ᵇ *semper.* u) *sic* 1. *B cum Erph.*; de 2ª.ᵇ. v) purgacionis 2ª.ᵇ. w) *sic* 2ª.ᵇ. *B. I. III*; comparuerunt 1. x) C. 1. y) de M. *ib. om.* 2ª. z) C. 1. *B.* a) III. 2ª.ᵇ (3. 2ᵇ) *recte cum Erph., quod tamen archetypum non habuisse patet, cum* XII. 1. *E. B, V. N. I. III.* b) apostatavit *E.* c) habito concilio *add., sed mimio del. E, ex p.* 392, *l.* 6. *huc tracta videtur.*

1) Albertus I. 2) Iohannem II. 3) Ad a. 1228. ad a. 1229. idem habet Liber cron. Erford., Z. f. hoc habent Ann. Erphord. et Cron. Minoris add. Thür. Gesch. N. F. IV, p. 250. et Cron. Thur. Isenac. p. 198, n. *** (Quod etiam Eng. I. et II, Mencke, c. 18, § 2. ex hac Cron. 4) Cf. Cron. Minor. add. SS. II, c. 562, hoc ad a. 1228. habent, nihili est. B 2, p. 198, n. 1. 5) Heinricum II. 6) Hein-
cum haec ex archetypo codicis E excerpta sint). Sed ricus.

1232. Febr. 13. Febr. 26. cf. A. Erph. Hoc[a] anno Idus Februarii validissimus fuit ventus, et iuxta Ilmena[b] audita sunt tonitrua ac[c] fulgura visa[d]. Hoc eciam anno III. Kal. Marcii Erfordie in ecclesia sancti Petri Magontinus ordines celebravit.

1233. Mart. 13. Sept. 22. Hoc anno III. Idus Marcii Sifridus Maguntine sedis archiepiscopus Maguncie concilium celebravit, pontificatus sui anno III. Hoc anno fuit eclipsis lune X. Kal. Octobris. Hoc eciam[e] anno Sifridus[e] Magontinus habito consilio[f] cum canonicis Magontinis pro sui predecessoris debitis, quibus episcopatus iamdudum Rome fuerat obligatus, in tota diocesi sua redituum vicesimam partem a personis ecclesiasticis colligi mandavit, ac super hoc dato privilegio se nunquam a clero suo diebus[g] suis quicquam amplius petiturum. Canonici eciam metricis ecclesie Maguntine[h] fide iuratoria confirmaverunt se de cetero nullum pontificem electuros, nisi in idem privilegium consensurum. Hoc[i] anno hereticorum

*f. 161r. innumera[k] multitudo *per totam Alemaniam igne[l] cremata est, multoque plures heresim abiuraverunt.

1234. Maii 18. MCCXXXIIII. XV. Kal. Iunii[l] lantgravius cepit castrum Velseche[m] comitis Heinrici de Glichen ac ibidem XXIII captos decollari precepit. Hoc[n] anno Heinricus lantgravius portesus malorum, que passus est ab Heinrico comite de Glichen, ipsum tandem legittime citatum ac postea sententialiter proscriptum, novissime eciam omni suo iure feodali[o] privavit. Quapropter Magontinus Erfordensem advocaciam a lantgravio solvendam[p] commutans, episcopales redditus in Gutheren[q], videlicet XL[r] talenta, eidem iure feodali[s] porrexit tamdiu, quousque per alia bona advocacie restaurum faciat; et hec pacta VIII.

Iul. 25. Iun. 4. Kal. Augusti facta sunt. Hoc eciam anno II. Nonas Iunii regia[t] villa Northusen in parte maiori cum conventualibus ecclesiis sancte Crucis et Minorum fratrum incendio consumpta est. Quem eciam ignem dum fere XX homines in quodam cellario evadere niterentur[u], ex eiusdem domus ruina pariter oppressi sunt. Hoc[v] anno Erphordenses ingratitudinem domini sui Maguntini et offensam graviter

Apr. 12 — Aug. 1. incurrebant; ideo a quarta feria ante palmas usque in[w] Kal. Augusti divinis caruerunt. Quo die mediantibus lantgravio atque prelatis Erphordensibus composicio statuebatur, satisfactione peconiaria confirmata; sicque divina resumpta fuerunt. Hoc[x] anno hyems asperrima fuit, adeo ut in Mediterraneo mari institores Veneciam[y] cum oneratis summariis pedestri itinere per glaciem transirent[z]; que scilicet[a] hyems non parvam per totam Italiam in vineis atque[b] iumentis et olivetis intulit cladem[c].

1235. Apr. 7. *f. 162. Apr. 18. Maii 27. Hoc anno Erfordie in vigilia pasche Willehelmus Haverbergensis[d] episcopus in ecclesia Scotorum ordines celebravit[2]. *Hoc anno XIIII. Kal. Maii[e] Parisius super ecclesiam beate virginis in arce[f] visa est ymago crucifixi atque yris super ipsam protensa[g]. Eodem[g] anno in die pentecosten magna tempestas pluvie et grandinis in Thuringia non modicam ovibus et segetibus intulit cladem.

MCCXXXV. Dominus papa directis in Alemaniam[h] nunciis ab omnibus episcopis atque[i] regalibus abbatibus milites ac subsidium ad Romanos impugnandos postulavit. Hoc[k] eciam anno Magontini maioris ecclesie canonici, archiepiscopi auctoritate freti, per totam Maguntinam[l] diocesim edictum promulgaverunt, videlicet ut[m] in omni ecclesia conventuali una venderetur prebenda, hoc precio debita episcopatus solvenda[n]. Eodem anno imperator Heinricum filium suum captivum castro Heidelberc custodiendum tradidit, ac post hoc ipsum absumens in Rethia castro Alrcheim servandum commisit. Tandem imperator adhuc timens per ipsum ab emulis suis imperii turbacionem moliri, per episcopos Salczburgensem[3] et Babenbergensem[4] ac postea per patriarcham Aquilegiensem[o.5] eundem in Apuliam transmittens, castro Balerne recipi mandavit[p].

Nov. 11. Dec. 25. Dec. 22. Aug. 15. Hoc[q] anno Magontinus Erfordie a festo sancti Martini usque ad Domini[r] natalem moram faciens fructum prebendarum ex Thuringia ibidem collectum ad Renum transduci mandavit. Celebravit[s] eciam idem pontifex ibidem ordines solemnes in ecclesia sancti Petri XI. Kal. Ianuarii. Hoc[t] anno imperator solemnem curiam circa assumpcionem Maguncie celebravit, ibidem coronatus incedendo. Eodem anno dominus papa Gregorius[u] missis per universam ecclesiam litteris crucem constituit predicari, per biennium ad Terram Sanctam expedicionem protelans[v].

*) *E add.*: quod multi digni fide[w] viderunt.

a) Hoc — Octobris (*l.* 5) *om. E.* b) Ilmina *N*; fimena *l.* c) et *N cum Erph.* d) *om. E.* e) Sigisfridus *E.* f) concilio *E.* g) suis diebus *E.* h) *sic N*; mogr *E. V*; moguntf *R*; maguntie *l.* i) Eodem *E.* k) innumerabilium *E.* l) *diem om. E.* m) *sic* l. *R. N. C*; veheche (?), *alia manu (ex L II) post superscr.* Viselberg *E*; Viselbech *L l.* n) Hoc — facta sunt (*l.* 19) *om. E.* o) fedali *l*; foeudali *N.* p) *sic* l. *R*; solvendo *Erph. recte.* q) Guttheren *N.* r) *sic* l. *R. N*; LX *Erph.* s) fedali *l. N.* t) Anno M° eodem regia *pergit E.* u) intrarent *E.* v) Hoc — fuerunt (*l.* 25) *om. E.* w) *sic Erph.*; III *l. V*; ad *N. R* 2. *Stolle.* x) Eodem *E*; H. a. *om.* 2ª. b. y) Venecians 2ª. b. z) transierunt *E*, ubi que — celebravit (*l.* 29) *om.* a) *sic* l. *R*; videlicet 2ᵇ; *om.* 2ª. b) *sic* l. *R*; *om.* 2ª. b. c) dampnum intulit 2ª. d) *sic* l; hauerbi *N.* e) *diem om. E.* f) *sic E. R*; in a. *om.* l. g) Eodem — cladem *om. E.* h) Almaniam *E.* i) ab omnibus *add. E.* k) Hoc — mandavit (*l.* 40) *om. E.* l) maguntie 1; moguntinam *N*; moguncium *R.* m) *sic R. N cum Erph.*; quod *l.* n) *sic* l. *R*; solvendo *Erph. recte.* o) adlegienaem *l.* p) O sancte Ieronime *add. l.* q) Eodem *E.* r) diem natal *E*; natale Dom. *N*; n. D. *Erph.* s) Col. — Ianuarii *om. E.* t) eciam *add. E.* u) *sic E cum Erph.*; *om. l.* v) *om. E.* w) fuerunt (?) *minio del.*

1) Haec *(Hoc — celebravit)* Ann. Erphord. recte ad Mag. II, p. 225, nr. 85. 2) *Hoc — celebravit* et a. 1232. habent. A. 1233. Sigefridus die Febr. 26. *Eodem — cladem* Ann. Erphord. ad a. 1235. habent. Oppenheim, non Erfordiae fuit. Cf. Will, Reg. arch. 3) Eberhardum II. 4) Ecbertum. 5) Bertholdum.

MCCXXXVI. Kal. Maii Marburc[a] translacio solemnis facta est sancte Elisabet[b], presente Friderico imperatore ac tribus archiepiscopis, Magontino[c], Coloniense[d], Bremense[e]. Ubi eciam[f] Dominus laudabile miraculum ostendere dignatus est, videlicet ut de ossibus illius oleum evidentissime exsudaret. Hoc[g] anno XV. Kal. Iunii[h] obiit Cůnradus cantor in Monte Sancti Petri. Qui in infirmitate positus, dum aliquid cibi sumere rogaretur, negavit dicens se velle expectare adventum spiritus sancti; veniente ergo[i] dominica, qua sacratissima nox penthecosten habebatur, ferme media nocte defunctus est. Hoc[k] anno quinto Kal. Ianuarii in Fulda ludei[l] utriusque sexus XXXII[k] a cruce signatis christianis sunt peremptI, quoniam[l] duo ex eisdem ludeis in sancto die Christi coinsdam molendinarii extra muros habitantis et interim in ecclesia cum uxore sua manentis V pueros miserabiliter interemerant ac ipsorum sangwinem in saccis cera linitis susceperant, igneque domui supposito recedentes. Cuius rei veritate comperta et ab ipsis reis ludeis confessa, ut supra dictum est, puniti sunt. Ipso[m] anno IIII. Nonas Februarii obiit Cůnradus prepositus Sancte Marie in Erphordia; cui Arnoldus prepositus maior Treverensis successit; qui veniens Erfordiam IIII. Nonas Octobris a clero eiusdem civitatis in processione fuit gloriose cum crucibus et candelis susceptus et a decano[n] in loco suo installitus[o], cantando interim: *Alma redemptoris mater* et *Te Deum laudamus*.

1236. Maii 1. — cf. A. Erph. s. 1237. — Maii 18. — cf. A. Erph. Dec. 28.

Hoc[p, q] anno Kal. Novembris Meinhardus[r] comes de Mulburc[s] quendam civem Erfordensem cognomine[q] Legatum in sancta nocte omnium sanctorum ad matutinas eontem captivum deduxit[t]. Quapropter Magontinus[u] apud imperatorem querimoniam deponens, ipsum[v] M[einhardum] imperatoris proscripcioni[v] ac sue excommunicacionis sentencia[w] innodari procuravit.

1235. Nov. 1.

Imperator[x] civitatem Vincentinam non sine parcium fraude cepit ac fere totam incendit, in ipsa postea presidium constituendo. Hoc[w] anno adeo calida fuerat hyems, ut vix sedecim dies glaciales in ea computari potuerant[x]. In qua eciam audita sunt fonitrua VI. Idus Marcii.

1236. (Nov. 1). — ib. Mart. 9. — cf. 163.

[y]Anno Domini MCCXXXVII. pridie[y] Nonas Maii in[z] Babenberg dedicatum est monasterium ab his episcopis: Herbipolense[a, b], Eistatense[c], Nuwenburgense[b, d], Merseburgense[e], domino papa ibidem faciente[c] indulgenciam magnam.

Maii 6.

MCCXXXVIII. tercio Nonas Maii orta tempestate citra[c] silvam Loibin[*] in villa Sule[g] dicta super cuiusdam[e] rustici solius horreum et curiam pluebat Dominus, non ut filiis Israel quondam[f] in deserto sicut pulverem carnes[g], sed grossa carnium frusta[h] in modum interioris pingwedinis. Quarum partem[i] dum volucres et canes deportassent, relique circa vesperam solis ardore veluti glacies liquefacte sunt. Cuius autem rei[k] hoc signum fuerit, melius timore quam disputacione discutitur[l]. Hoc[m] anno VI. Idus Iulii obiit Sophia mater Heinrici lantgravii in Ysenach ac in ecclesia beate Katherine sepulta est. Eodem anno adhuc illis duobus electis prepositis Magdeburgensibus[10], Alberto videlicet et Brunone, inter se conflictum habentibus nec ullo consilio vel arbitrio cedentibus, contigit servos Brunonis in Magdeburg manentis ad castrum vicinum, in quo predictus morabatur Albertus, insidias ponere et predam venari; quos ipse perniciter fugando persecutus usque ad muros civitatis, unum ex eis graviter vulneravit. Quod videns quidam partis adverse, stans in muro sagittam direxit ac prepositum[n] Albertum letaliter vulneravit; qui mox accito confessore confessus ac defunctus est V. Idus Marcii. Hoc[o] anno in ecclesia beati Petri Hildensheimensis[q] episcopus[11] ex mandato Maguntini XIII. Kal. Aprilis[r] ordines celebravit, et eodem[s] die Wirceburgensis[t] episcopus[o, 12] in ecclesia sancte Marie et Havelbergensis[v, 13] in ecclesia sancti Augustini[w]. Hii tres[x] episcopi in tribus monasteriis [ordines[y] celebraverunt] in sabato[z] *Sicientes*[14]. Post[a] hoc Maguntinus dominica palmarum Maguncie Curiensem consecravit.

1238. Maii 5. — Ps. 77, 27. — cf. A. Erph. Iul. 10. — Mart. 11. — Mart. 20. — Mart. 28.

*) silvam que vocatur uf der Bloßeleyben *E.*

a) in Marporg *E.* b) Elizabeth 2a. *E. R*; Elisabeth 2b. c) Moguntino Coloniensi Bremensi 2a. b. *R* (et Br.). d) et *E*: ubi ex ill. oss. ol. ev. exsudavit 2a. b (desudavit 2b). e) Hoc — defunctus est *om. E.* f) Iulii *N.* g) igitur *N.* h) Eodem *E.* i) utr. s. ludei *E.* k) *sic 1. E. R. N*; XXXIIII *Erph.* l) *sic E. R. N* (quia) *cum Erph.*; vero *add. 1.* m) Ipso — laudamus *om. E.* n) *sic 1*; installatus *Erph.* o) Meynhardus *E. N.* p) Mulborg *E.* q) cognomine 1; 9gn. *E. R.* r) *sic E. R. L III cum Erph.*; abduxit 1. *N.* s) mogunt' episcopus *E.* t) comitem *add. E.* u) *sic 1. E. R cum Erph.* v) Eodem anno imp. *E.* w) Hoc — Marcii *om. E.* x) *sic 1*; poterant *Dresd.* y) II. *E.* z) ded. est in Bamburg *E.* a) Erbip. *E. N.* — Eychstatt *E.* b) *sic N. E* (nuwenburgen*d*); huwenberg 1. c) m. ind. fac. *E.* d) *sic 1. R. V*; circa 2a. *E. L III*; intra *N*; apud 2b. e) *sic* 2a. b. *E. R. L III*; rust. cui. 1. f) *om.* 2b; q. Israhel 2a. g) carnis 2a; carnem 2b. h) frustra 1. 2a. *L III.* i) partes *R.* k) hoc rei 2b. l) *sic 1. R. V*; concutitur *E. L III*; discuciendum est 2a. b. m) Hoc — Marcii (l. 38) *om. E.* n) Alb. prep. *R.* o) Eodem *E.* p) sancti P. in Erford *E.* q) bildesh *E.* r) *diem om. E.* s) c. die *om. E.* t) Wirceberg. 1; herbipol *E.* u) *om. E.* v) *sic 1 h. l.*; hau'b'gens (hauerberg.) *E.* w) regularium canonicorum *add. E.* x) *sic E*; tunc 1. y) *sic E*; ord. cel. *om.* 1. z) in sab. *om. E.* a) Post — episcopum *om. E.*

1) Heinrico I. 2) Gerhardo II. 3) Gunthero. 4) Haec (— *procuravit*) Ann. Erph. ad a. 1235. habent. 5) Hermanno I. 6) Heinrico III. 7) Engelhardo. 8) Eccardo. 9) Subl, ut videtur, cum *citra* apud scriptores medii aevi plerumque vim vocis *ultra* habeat. 10) De quibus supra neque in hac Cron. neque in Ann. Erphord. quidquam relatum est. 11) Conradus II. 12) Hermannus I. 13) Wilhelmus. 14) I. e. die praedicto, XIII. Kal. Apr.

1238. episcopum[1]. Hoc[a] anno VII. Kal. Iulii[b] Erphordie[c] in basilica beate virginis magnificum
Iun. 25. opus meritis, ut creditur, eiusdem gloriose virginis Dominus operatus est. Siquidem puer
*f. 163. scolaris a sumitate [*]laquearii ante summum altare super illud lapideum pavimentum[d] corruens mortem contra humanam opinionem evasit, ita ut VII. die ambularet et postea plene convaleret.

cf. A. Erph. Dec. 29. Anno Domini MCCXXXIX. adeo[e] lenis extitit hyems, ut a festo Thome fere usque ad purificacionem,
Febr. 2. exceptis montanis, nix visa non fuerit nec glacies. Hoc anno VI. Kal. Ianuarii validus erat ventus,
Dec. 27. et contra morem visa sunt fulmina et audita sunt tonitrua[2]. Eodem anno mense Maio in
1239. Maio. Campania Francie iuxta civitatem Provisinam heretici combusti sunt numero CC minus XVI; qui, ut ipsi confessi fuerunt, ex eorum progenie erant, quos imperator Theodosius temporibus Augustini de Affrica expulerat, qui eciam de secta Manicheorum fuisse creduntur. Hoc anno imperator per totam estatem Longobardos inpugnans omnia circa Bononiam vireta[f] atque vineta cum aliis
(Sept.) arboribus succidit, indeque Mediolanum divertens obsedit ac multa mala illi inferens, duo propugnacula in valli sita[3] expugnavit ac ipsorum defensores suspendi precepit. Dicitur
ib. eciam ex eisdem civibus plus quam octingentos occidisse. Hoc[g] anno Maguntinus in Thoringia ad annonam Maguntiam deferendam a cenobiis vecturam[h] exegit. Hoc[k] anno magnus lapis ad
Febr. 1. lavatorium multo[i] labore apportatus, precisus et fossus, Kal. Februarii suo loco est aptatus in claustro sancti Petri. Eodem[k] anno obiit Ditericus abbas Sancti Viti in Oldesleiben; cui successit Ditericus cappellanus eiusdem, iuvenis quidem etate, sed sensu maturus, moribus ornatus, factis discretus. Factus enim abbas multa in edificiis ecclesie sue, in quibus antecessores sui minus laboraverant, et ideo dissipata et destructa, sicut coram positi vidimus[4], magno sumptu renovavit.

*f. 164. cf. A. Erph. [*]Anno Domini MCCXL. Perniciosa[l] adhuc ecclesie inter papam et imperatorem discordia cunctis
1240. fidelibus non modicum incussit timorem, maxime cum frater Cůnradus magister domus Teutonice, qui[m]
Iul 26. principum Alemanie consilio ad ipsos concordandos missus, occulto Dei iudicio Rome VII.[o] Kal. Augusti[5] diem clauserit extremum.

1239. Eodem anno tempore autumnali Maguntinus in qualibet ecclesia Erphordie unam campanam vel ipsius redempcionem accepit[6].

1241. Oct. 6. MCCXLI.[p] pridie Nonas Octobris facta est eclipsis solis generalis hora undecima.
Aug. 22. Hoc anno XI. Kal. Septembris Gregorio papa defuncto, Romanus senator[7] X cardinales[8] ad Romanum pontificem eligendum in domo quadam, sicut est moris, reclusit; ubi dum XI[q] ebdomadas[9] in electione laborantes non concordassent, ita ut eciam unus eorum, scilicet Rubertus de Curczim[10], ibidem per[r] aeris intemperiem, que in Urbe tunc invaluerat[s], extremum
Oct. 26. exalaret spiritum, tandem VII. Kal. Novembris[11] in dominum Gamfredum[t] Sabiensem pre-
Oct. 28. sulem consenserunt et Celestinum nuncupaverunt. Qui statim tercio die morbo correptus,
Nov. 10. nec pallio nec infula vel bulla functus, XVII. die, IIII. scilicet Idus Novembris, diem clausit
ib. extremum; sicque quidam cardinales ab Urbe dilapsi metuebant iterato recludi. Hoc[u] anno in villa regia Vrankenvurt[v] cuiusdam Iudei filius christiane fidei baptismum suscipere desiderans[w] a parentibus et amicis prohibitus est. Quapropter altercacione inter christianos atque[x] Iudeos exorta XI.[y]
Maii 22. Kal. Iunii valide inter[z] ipsos dimicatum est. Tandem paucis christianis occisis, Iudeorum circiter CLXXX gladio et igne, quem[a] propriis manibus[b] imposuerant, consumpti sunt; ipsoque[c] igne post hec[d] invales-

a) Eodem *E.* b) *diem om. E.* c) erphordia 1; erford *E*: erfforden *R* 1. d) *sic E. R. L III. V. N*; fundamentum 1. e) adeo — occidisse (*l.* 15) *om. E.* f) ficeta *Liber cron. (ex R).* g) episcopus mogunt; *pergit E.* h) *sic E. V cum Erph.*; victuram 1. i) in monte s. Petri in ambitu m. lab. app. prec. et f. et loco suo est apt. *E.* k) *reliqua h. a. om. E.* l) Pern. Eod. anno *om. E.* m) *sic* 1. *R cum Erph., quod falso additum est.* n) *sic* 1. *R*; VI. *Erph.* o) *om. E*; recepit *Eng. II.* p) *haec* — recludi (*l.* 37) *om. E.* q) *sic* 1. *R.* — ebdomodas 1. r) propter *R.* s) invaluit *R.* t) *sic* 1. *R.* u) Eodem *pergit E ad a.* 1240; *ad a.* 1240. *habent haec etiam* 2a. b. v) Vrankenfurt 2a; Franckenfurt 2b; Franckenfort *E.* w) qui *add. E.* x) et 2a. b. *R* 2. y) *sic* 1. *R* 2. *L III.*; *diem om.* 2a. b. *E*; IX. *Erph.* z) i. i. *om.* 2a. a) q̃ (que) 1; *om. E.* b) *sic* 1. 2a. b. *E. R* 2. *L III. Engelh.*; domibus *Erph.* c) ipo quoque *E.* d) *sic* 2a. b. *E cum Erph.*; hoc 1. *R* 2.

1) Folcardum. 2) Cf. similem notitiam ex Ann. Erph. exscriptam supra a. 1232. 3) Melegnanum et Landrianum auctor dicere voluisse videtur. Cf. Reg. Imp. V, p. 500, nr. 2484a. 2485a. 4) Fortasse a. 1244; vide infra sub hoc anno, supra praef. p. 340. 5) Potius Iul. 24; cf. Reg. Imp. V, p. 1670. 6) Haec Ann. Erph. ad a. 1239. habent. 7) Matheus Rufus de Ursinis. 8) Cf. Math. Paris, SS. XXVIII, p. 222. 9) Novem septimanis tantum, ut ex diebus hoc loco adnotatis apparet. 10) Minime de Curzim (potius Curzuo), olim cardinalis presbyter S. Stephani in monte Caelio (v. supra p. 387, l. 23), sed de Sumercote Anglicus, card. diaconus S. Eustachii, qui obiit Sept. 26. Cf. Math. Paris, l. l. p. 223; Nic. de Curbio Vita Innoc. IV. c. 5, Muratori, SS. III, p. 592; Reg. Imp. V, p. 1258. 11) Potius VII. Kal. Dec. (Nov. 25), quo cum die concordat, quod 17. die pontificatus Nov. 10. papa mortuus esse infra dicitur. Cf. Reg. Imp. l. l.

cente media fere pars eiusdem civitatis est concremata. Videntes itaque reliqui quidam[a] ludeorum sibi mortis[b] imminere periculum, baptizati sunt numero XXIIII[c], inter quos eciam ipsorum quidam[d] episcopus traditur extitisse[e]. cf. A. Erph. 1241.

Anno[f] ipso[f] IIII. Nonas Ianuarii obiit lantgravius Hassie[g], filius sancte Elizabet[g], in Cruceburc[h], et sepultusque est in Reinhersburn[i]. Hoc anno in vigilia pasche Willehelmus episcopus Haverbergensis[k] Erphordie apud Predicatores ordines celebravit. Eodem anno Tartari in Ungaria, terra scilicet VII castrorum, civitatem dictam Hermanni-villam in Aprili expugnantes[l. 3] usque ad C[m. 4] pereme- runt, Predicatorum cenobium ibidem incendentes[n]. *f. 164. Ian. 2. Mart. 30. Apr. (11).

MCCXLII.[o] mense Februarii obiit quondam rex Heinricus, imperatoris filius. Eodem anno obiit archiepiscopus Treverensis Theodericus. Eodem anno obiit Engelhardus Nuwen- burgensis episcopus; cui successit Ditericus frater marchionis Misenensis[5], ipso marchione agente, ut a quibusdam, licet paucis, eligeretur. Nam Petrus magister in studio positus canonice fuit electus; et dum nuncii, ut rediret, missi fuissent, predictus Ditericus archie- piscopum adiens muneribus datis in episcopum se confirmari obtinuit. Egressoque eo veniens magister Petrus, dum super sua rata electione multa allegaret, nisi taceret, bacu- landum se esse intellexit; sicque confusus abscessit[p]. 1242. Febr. (10?) (Mart. 28). (Apr. 4).

Hoc[q] anno Maguntinus Erphordensibus[r] offensus ibidem a festo pentheostes usque ad[s] assumpcionem tercii anni divina suspendit. cf. A. Erph. Iun. 8.

MCCXLIII.[t] VIII.[u] Kal. Iulii Innocencius papa electus est, cum sedes vacasset anno uno et VIII mensibus. Qui statim Fridericum imperatorem denunciavit. Hoc anno VIII. Idus Ianuarii[v] Rudolfus Merseburgensis episcopus in Lipczigk ordines celebravit. 1243. Iun. 2 Ian. 6.

MCCXLIIII. Maguntinus, ut Erphordenses adhuc[w] durius arceret, in octava epyphanie[x] omnem clerum cum religiosis civitatem[y] exire compulit; qui postea in proximo[y'] sequenti dominica *Letare in villa Wimaria cleri ac populi conventum statuens, Fridericum imperatorem cum Erphordensibus denunciavit, ac post hoc[z] III. Kal. Iunii in Vritslaria concilium faciens eadem confirmavit. Eodem anno Ma- guntinus auctoritate domini pape quintam reditum partem a clero exegit[6]. Hoc anno tercio Nonas Septembris obiit Sophia comitissa[7], mater comitis Heinrici. Hoc[8] anno commocione nec- dum sedata inter Magontinum et cives Erphordie, dato mandato Magontinus[a] precepit, ut omnes religiosi, tam conventuales quam et[b] capellani[b'], relictis propriis mansionibus ad ob- probrium civium[c] II.[d] Idus Ianuarii civitatem Erphordiam[e] exirent. Inter quos conventus Montis Sancti Petri relicto claustro in allodia[f. 9] eiusdem ecclesie per[g] duos menses et di- midium se recepit. Postea appropinquante festivitate paschali, ut divinis non carerent, in cenobia circumiacencia civitatem conventus[h] divisus est, alii ad Sanctum Martinum prope flumen Werra[i], alii ad Cellam Pauline, alii in Reinhersburn[k], alii vero ad Sanctum Vitum in Holdeslebin[l], quos per quatuor menses et amplius honestissime tenuerunt. 1244. Ian. 13. *f. 165. Mart. 13. Sept. 3. Ian. 12. Apr. 3.

MCCXLV. in mense Iulio Lugduno Galle celebratum est concilium presidente domino papa Inno- cencio cum CCL episcopis; ubi per sententiam Fridericum quondam imperatorem ab omni iure regni destituit[10] eandemque sententiam Predicatoribus atque Minoribus fratribus denunciandam commisit. Idem papa Innocencius in eodem concilio statuit octavam nativitatis beate virginis Marie ab omnibus clericis et religiosis annuatim sollemniter celebrari. Tempore huius papo Ludewicus christianissimus rex Francie cum cf. A. Erph. 1245. Ipl. Cr. Miser.

a) *sic* 1. 2a.b; quis *E*; quidem *L III*; *om. R* 2. b) *om.* 2a. c) IIc *E*. d) Rabi vel ep. 2a; quid. eorum Rabi seu ep. *R* 2. *Utroque loco ab H. Schedel, qui codd.* 2a. *R* 2 *scripsit, hoc additum esse apparet. Casu eventi, ut etiam Nic. de Siegen scriberet* inter quos unus rabbi id est ep. e) fuisse 2a. f) Eodem anno 2a.b. *R* 2; Anno — celebravit *om. E*. g) Elizabeth 2a; Elisabeth 2b. h) Cruceburg 2a.b. i) est Reinhersbrun 2a.b. k) *sic* 1, *N*. l) ex- pugnaverunt *E*. m) *sic* 1. *E* (centum); ducentos *L III*. n) incenderunt *E*. o) *haec — abscessit (l. 16) om. E*. p) *sic* 1. *N*; discessit *H*. q) Eodem *pergit E ad a.* 1240. r) ab Erfordie *E*; ab Erffurdensibus *V*; a consulibus Erfurd. *N*. s) *sic E, V. R* 2. *Stolle cum Erph.; om.* 1. *N*. t) *sequentia — p.* 396, *l.* 16. *om. E*. u) *sic* 1; VII. *recte Erph*. v) *sic* 1; Iunii *Erph*. w) *sic V, R* 2 *cum Erph.*; adhoc 1. x) *sic* 1, *V*; domini *add. N. R* 2. *L III*. y) *sic* 1. *V. N. R* 2. *L III*; civitate *Erph*. y') *sic R* 2. *V. cum Erph.*; seq. prox. 1. z) *sic* 1. *V. N*; hec *R* 2. *L III cum Erph*. a) Magunt. (Mog. 2b) episcopus 2a.b. b) *sic* 1, *V*; etiam 2a.b; *om. R* 2; earum *N*. b') *sic* 1. 2a.b. *N*; ca- pellarii *R* 2. *V*. c) Erphordensium *add.* 2a.b. d) *sic* 1. *R* 2; *om. N*; 5. *V*. e) Erphordensem 2a.b. f) *sic* 2a.b. *V. N. R* 2, allodio 1. g) post 2a.b. h) *om.* 2a.b. *V.(N)*. i) Werta 2a.b. k) Reinhersbrun 2b. l) Holdesleben 2a.b.

1) Haec *(— Ungaria)* Ann. Erphord. falso ad a. 1242. habent. 2) Hermannus. Cuius obitum etiam Chron. reg. Colon. p. 281. huic anno adscribit. Diem III. Non. Ian. obitus eius habet Necrol. Thuring., 'Zeit- schr. f. Thür. Gesch.' II, p. 118. 3) Cf. notam de invasione Tartarorum editam SS. XXIV, p. 65. 4) Centum milia in annalibus hoc loco exscriptis procul dubio legebatur, ut in nota laudata. 5) Heinrici. 6) Cf. Innoc. IV. Reg. I, 653. 654. Epist. pont. sel. II, p. 47 sq., nr. 65. 66 (Berger nr. 654. 655). 7) De Gleichen, uxor Lamperti comitis. Vide trad. S. Petri, Schannat, Vind. litter. II, p. 9, nr. 14. Sophiae obitus etiam in Necrol. S. Petri, ibid. II, p. 20, ad Sept. 3. adnotatus est cum nota: *haec dedit mansum*. 8) Sequentibus eadem ex fonte Montis S. Petri refe- runtur, quae modo ex Ann. Erphord. exscripta sunt. 9) Nic. de Siegen addidit hoc loco: *Ailoh, Hoch- stete*. 10) Quaedam verba ex Cron. Minore huic loco immixta sunt.

Cr. Minor. christiano exercitu contra consilium domini pape transfretavit, et fugientibus barbaris a facie eius cepit et in posses-
*f. 165. sione pacifica habuit Damiatam. Postea in brevi ipse rex Francie a soldano Babilonie, id est a Pharaone rege Egipti,
captus est, et suus christianus exercitus totus dissipatus et occisus est. In eadem pugna frater eiusdem
ib. regis validus animo et corpore cum ceteris occubuit. Rex autem Ludewicus pro redempcione sua
dedit soldano C milia marcarum argenti et civitatem Damiatam. Verum arma, tentoria, vasa preciosa, equos electos, 5
alimenta christianorum Sarraceni in illo prelio obtinuerunt. Eodem autem tempore, cum idem rex Francie
moraretur ultra mare, ubi, sicut dictum est, captus et ad plurima dampna perductus est, venerunt congregati in regnum
Francie plura milia pastorum dicentes se velle venire in adjutorium Ludewico regi Francie ultra mare. Hii unum capi-
taneum magistrum habuerunt nomine Iacobum, peritum in pluribus lingwis. Hic fuit apostata Cisterciensis ordinis et 10
sceleratissimus. Iste in Francia manus temerarias violenter in clericos iniecit per diversa loca. Istum facinorosum
Iacobum sequebantur meretrices, latrones, magi et malefici. Qui Iacobus apud Bituris civitatem sontenciaIiter a christi-
anis occisus est, et omnes, quotquot sequebantur eum, occisi et dissipati sunt.

Iste papa Innocencius IIII. inter omnes apostolicos a sancto Petro primo papa dicior fuit, sicut refertur, et
1246. opulencior in pecunia et thesauris[a]; nam, sicut multis constat, eo tempore, quo Heinricus Thuringie
lantgravius regni gubernacula susceperat, eidem ad supplementum regni XXV milia [mar- 15
carum*] argenti transmisit[2].

cf. A. Erph. 1245. Eodem[f] anno captus est episcopus Babenbergensis[3] a Bertoldo comite de Keverneberc. Quem
eciam[g] in custodia per tempus tenuit[h]; cuius castrum, videlicet Kevernberc[i], in quo idem
1246. (Apr. 5). episcopus tenebatur, brevi tempore postea transacto iusto Dei iudicio flamma consumpsit
et inhabitabile reddidit[4]. Quem episcopum postea lantgravius Heinricus, in regem electus, 20
a vinculis absolvit.

*f. 166. Apr. 15. *Anno[k] Domini MCCXLVI. decimo septimo Kal. Maii inchoata est structura lignei edificii
in turri, ubi maiores campane pendent, in Monte Sancti Petri, et in autumpno stagno[l] operta
Oct. 29. et consumata est. Hoc eciam anno IIII. Kal. Novembris in honore omnipotentis et dilecti
sui apostoli Andree fusa est campana multum sonora ab Heidinrico magistro de Achin, par- 25
Nov. 6. voque intervallo postea in die sancti Leonhardi in laudem et gloriam apostolici sideris
sancti Pauli fusa est alia minor campana et ipsius apostoli nomine nuncupata. Eodem
(Jun. 15). anno mortuus est dux Austrie Fridericus nomine, ob multam crudelitatem famosus. Hoc
Maii 22. eciam[m] anno XI.[n] Kal. Iunii[o] media nocte ortum fuit[p] incendium Erphordie[q-s] et ita pene[t]
usque[u] ad mediam diem perduravit; de[v] quo incendio dixerunt seniores civitatis tam sevum 30
se numquam vidisse. Ipsa eciam nocte simile fuit incendium in Meigdeburc[w] et aliis pluri-
bus civitatibus[5].

1246. MCCXLVII. Heinricus lantgravius Thuringie in regem[x] eligitur[w]. Qui lantgravius[x] in
Maii 22. Cr. Minor. regem electus iuxta Renum cum magno exercitu cum Cunrado filio Friderici quondam imperatoris
conflixit et eum cum suo exercitu apud Frankenvurt[y] in die sancti Dominici vicit et confudit[z]. Eodem anno 35
1247. prefatus Heinricus[a] lantgravius post secundam profectionem in Sueviam ad propria reversus[6],
inmatura morte obiit profluvio[b] ventris et[a] sepultus est[a] iuxta[b] Yconachum[7]. Hic quia sine herede defunctus est, quamvis
feliciter, tamen plurima bella et dira werrarum turbacio in Thuringia et Hassia exorta est et[c] in aliis finibus eius
pro habendis possessionibus eiusdem. Eodem anno ad laudem domini nostri Iesu Christi et ad
predicandam gloriam magnificencie principis apostolorum fusa est campana mire dulce- 40
dinis a predicto fusore[8] in honore principis apostolorum et ipsius apostoli nomine nuncu-
pata; quam videlicet campanam Theodericus Nuwenburgensis presul consecravit. Qui
*f. 166. Sept. 21. videlicet episcopus XI. Kal. Octobris ibidem ordines celebravit. Hoc anno mortuus[d] est
(Dec. 27). comes Hermannus[e] de Horlamunde[9].

*) *E add.*: circa pontem mercatorum[10]. 45

a) *sic B*; aut 1. b) *sic R*; Sarr. nullo 1. c) *om. B. I. III.* d) thezauris 1. e) *sic L I*; *om.* 1. *R.* f) Anno MºCCºXLVº *pergit E.* g) *om. E.* h) habuit *E.* i) Keinnerberg *E.* k) Anno — famosus (*l.* 28) *om. E.* l) stanno *N.* m) Eodem *pergit E ad a.* 1245. n) *sic E cum Erph.*; IX. 1. 2ª.b (VIIII. *et* 9). *N* (none). *R* 2 (non). *I. II* (nono). o) Iulii *N solus.* p) Ortum est inc. . . . m. n. 2ª.b, q) *om.* 2ª.b. r) et fere *E.* s) *om* 2ª. *E.* t Et tam sevum sen. civ. se n. vid. 2ª.b. u) Meigdeburg 2ª; Meideburg *V. R* 2; Magdeburg 2b. *E. N.* — et — civitat. *om. E.* v) Th. rex 2ª.b. w) ac confirmatur *add. E, ubi sequentia* — *l.* 44. *om.* x) *om.* 2ª.b, *ubi* el. in r. y) Franckfurt 2ª.b. z) fudit 2ª.b. a) *sic* 2ª.b. *R. N*; pre fluvio 1. b) propo 2ª. c) *eadem manu supersc.* 1. d) morto 1. e) *sic* 1. *R. N*; Heinricus *Erph.*

1) Robertus I. comes Artesiae. Cf. Ann. Erphord. a. 1250, p. 38: *occiso quoque fratre ipsius Ruberto.* 2) Cf. Ficker in Reg. Imp. V, p. 913, nr. 4865d. 3) Heinricus I. 4) Cf. Ann. Erphord. a. 1246, p. 35. 5) Cf. ibid. p. 34. 6) Cf. Ann. Erphord. p. 35: *dum secundam in Bawariam atque Sueviam fecisset expeditionem.* 7) Nota in Cont. Thur., 'D. Chr.' II, p. 295. additum esse; *sit sente Katherinen*, quod et in Ann. Erphord. dicitur. Neque tamen hoc loco hoc omissum esse censendum est. 8) Heidinrico; supra a. 1246. 9) In Ann. Erphord. p. 35. comes (falso Heinricus) VI. Kal. Ian. a. 1248. obiisse dicitur. 10) Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 488. 502. 50 55 60

Anno Domini MCCXLVIII. Turbacionem adauxit discordia, que facta est inter comites Thuringie et pincernam, dictum de Varila, Rudolfum, qui multas villas comitum depopulans igne[a] consumpsit: per quod factum eosdem comites ad resistendum provocavit. Veniens autem pincerna cum suis occurrit illis et cum eis pugnam commisit. Pincerna igitur prosperis successibus de preteritis factis exhilaratus comites inimicos suos non solum devicit, sed eciam quatuor ex eis*, scilicet Guntherum comitem de Kevernberc[b] et filium eius Bertholdum[c] et Heinricum et Guntherum comites de Swarczburc, captos secum deduxit[d] et in vincula coniecit[1]. Sifridus[e] Mogontinus apud papam obtinuit, ut vacantes prelature et prebende per biennium episcopatui deservirent; et hoc factum per quinque annos perduravit[f.2]. Hoc eciam anno III. Nonas Maii flebilis fama insonuit, quod nobilis illa campana nuper fusa in Monte Sancti Petri esset confracta. Hoc[g] anno in vigilia sancti Iacobi apostoli[h] marchio Misnensis[i] veniens prope civitatem Erphordiam resedit[k.3], ita ut ex civitate ad suos et a suis iaculá in civitatem iacerentur. Hoc[l] anno civitas Wizense[m], captis et depulsis habitatoribus, prede patuit et igne succensa est[4]. Eodem[n] anno conventus Sancti Petri aliam fuderunt campanam, sed ignotum est, per quam negligenciam, es in terram defluxit, et campana periit; quam tamen postea perfectam et integram perfe erunt. Ipso anno V. Kal. Novembris Ditericus episcopus Nuenburgensis in Monte Sancti Petri sanctimoniales benedixit et ad serviendum Deo in puritate et mundicia cordis dedicavit[o].

1248. (Febr. 11.) Maii 5. Iul. 24. (Iul. 9.) Oct. 28. cf. 167.

Anno Domini MCCXLIX. Sifridus Mogontinus in Pinguia moritur et Mogoncie sepelitur. Quo defuncto, bellis undique adhuc frementibus et crudelitate predonum in depopulacionibus ecclesiarum, civitatum et villarum adhuc ingravescente, *prosperit de excelso sancto suo Dominus et de celo in terram asperit, ut audiret gemitum compeditorum.* in eo videlicet, quod clerus Mogontinus ad pastorem et rectorem eiusdem sedis elegit fide et opere Cristianum, qui omnibus viribus suis studuit ecclesie, cui preesse debuit, pacem providere, revolvens animo illud dictum salvatoris: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Fuldenses monachi audito obitu Sifridi Mogontini episcopi abbatem[5] sibi de congregacione statuerunt. Hoc[p] anno corpus dominicum furto sublatum est in ecclesia sancti Martini et in cuiusdam canonici curia reconditum, pro quo inveniendo omnis clerus processionem egit in Montem Sancti Petri. Sed furto a fure prodito et loco, omnis clerus civitatis dominicum corpus per quatuor menses reconditum, episcopo Cristano presente, in ecclesiam sancte Marie honorifice deportavit[q.6]. Hoc anno Lampertus clericus, frater Hernesti et Heinrici comitum[r] de Glichin, adiutorio Hermanni Herbipolensis episcopi et amicorum suorum preposituram Erphordie a domino papa impetravit[7]. Eodem anno Cristanus Mogunciensis episcopus in vigilia nativitatis[s] Christi ab omni clero in Monte Sancti Petri honorifice susceptus est[t].

1249. (Mart. 9.) Ps. 101, 20. 21. Matth. 5, 9. 1250. (Ian. 14.) 1249. cf. A. Erph. Dec. 24.

MCCL. Facta visitacione ab episcopo Cristano[u] Erphordie[v] in Monte Sancti Petri abbas Heinricus ab abbacia destitutus est, et Volmarus abbas Bursveldensis loco suo substitutus[8].

1250.

Eodem[w] anno multi nobiles cum magno exercitu intraverunt oppidum Molhusen, volentes ipsum[x] expugnare[y], ibidem interfecti sunt, scilicet in die Tiburcii et Valeriani, quod fuit VI. feria ante palmarum[10].

1251. cf. 167. Apr. 7.

*) *E habet tantum:* Anno M°CC°XLVIII° discordia facta est inter comites Thuringie et Rudolfum pincernam de Varila, qui multas villas comitum spolians igni consumpsit. Tandem iuxta Mittelnhusen pungnantes invicem, pincerne prospere succedens, comites devicit et 4or ex eis.

a) igni *E. R. N.* b) Keuirnberg *E.* c) Bertoldum *E. R. N.* d) suc *l.* *R 2;* duxit *E. I. l;* abduxit *R 1. N.* e) Sifr. — confracta *om. E.* f) perduraret *R.* g) Eodem *E.* h) *om. E.* i) missenensis *E.* k) *suc l.* 2a. b. *R;* obsedit *E et inde I. II. Eng. I (inde V). II.* l) in *add. E.* m) Wissense *E.* n) *sequentia — p. 398, l. 38. om. E.* o) O virgo virginum confer michi auxilium tuum *add. l.* p) *lectiones codd. E. M huius loci vide infra in Addit. ante Cont. I.* q) *suc V.* deportatur *l. (N).* r) *eadem manu supersor. l.* s) *suc N cum Erph.; om. l.* t) O sancte Ieronime *add. l.* u) ep. Mogunt[c] (Mogunt[c] 2b) Cristanno 2a. b. v) erphord *l. 2a.* w) illud *V.* x) volentes *iterum add. m. f.* 167, *l.* y) pugnare *E.*

1) Cf. Ann. Erphord. p. 36. 2) Cf. Reg. Innoc. IV. a. 1250, p. 37. 8) Cf. ibid. 9) Haec, quae ad V, 448, Epist. pont. sel. II. p. 338, nr. 475 (Berger nr. 3498) d. d. 1247. Dec. 19. 3) Diebus Iul. 23—25, a. 1251. pertinent, hoc loco male posita; infra ut referunt Ann. Erphord. p. 36. 4) Die Iul. 9; a. 1252. iterum ex alio fonte relata sunt. In Cont. cf. ibid. p. 35 sq. 5) Heinricum IV. 6) Cf. Ann. Thur., D. Chr. II, p. 295, uterque locus ad a. 1250. Erphord. a. 1250. p. 37; Necrol. S. Mariae Erph. coniunctus est. Cf. Ilgen et Vogel, Gesch. d. thür.-Ian. 14, Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrheins' IV, hess. Erbfolgekrieges' (sep. ed. ex Zeitschr. f. Hess. p. 253 sq.; Liber cron. add., Zeitschr. f. Thur. Gesch. N. F.' IV, p. 230. 7) Cf. Ann. Erphord. Gesch.' N. F.' X) p. 12. 28. 35 151. 10) Hic dies fuit a. 1251. Apr. 7, non Apr. 14. qui scilicet est dies festus praedictorum sanctorum. Cf. infra p. 398, n. 6.

1251. Anno Domini MCCLI. Cristanus episcopus Mogontinus episcopatum sponte resignavit;
cf. A. Erph. Sept. 18—21. cui Gerhardus successit[1]. Hoc eciam anno in ieiunio autumnali sollemnes celebrati sunt ordines Erphordie in ecclesia sancti Petri ab Heinrico Hildenesheimensi episcopo.

1252. Anno Domini MCCLII. Gerhardus episcopus electus Erphordie suscipitur II. Nonas
Febr. 4. (Ian. 6 Februarii in monte beate Marie virginis[1]. Eodem anno mortuus est[2] Heinricus quondam
ib. abbas montis sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Erphordia[a]. Ipso anno Mogontinus a clero suo vicesimam exegit.

Cr Minor. Eodem anno Fridericus quondam imperator, sed anathematizatus[b] et imperiali honore privatus, veneno interiit et misere mortuus in die sancte Lucie virginis et martiris, sepultus est apud Fogiam. Iste Fridericus imperator, sicut prefatus papa Innocencius in decreto Lugdunensi scribit, irritavit multocies, pacem inter ecclesiam et imperium reformatam temere violavit. Perpetravit eciam sacrilegium, capi faciens duos cardinales sancte Romane ecclesie, Ottonem Portuensem et Iacobum Prenestinum episcopos, ac aliarum ecclesiarum prelatos et clericos, religiosos et seculares venientes ad concilium, quod papa Gregorius IX. Rome duxerat convocandum, quod ipse imperator petiverat convocari. Hos prelatos cum clericis in Siciliam ferit diris carceribus mancipari, quibusdam in mari mersis. Ecclesias XI archiepiscopales et multas episcopales, abbacias quoque ac alias ecclesias prelatorum regimine destituit in regno suo in grave
*f. 168 ipsarum preiudicium et periculum animarum. Ecclesiarum non solum facultates et bona fecit, prout voluit, occupari, sed eciam cruces, calices et thuribula et alios sacros earum[c] thesauros et pannos sericos velut cultus divini contemptor auferri iussit. Clericos quippe collectis et talliis multipliciter affligi procuravit, nec solum trahebantur ad iudicium seculare, sed cogebantur subire duella, incarcerabantur, occidebantur et patibulis crucisbantur in confusionem et obprobrium ordinis clericalis. De heresi quoque suspectus habebatur. Nam postquam Gregorius papa IX. ipsum anathematis vinculo innodavit, et post captivacionem cardinalium, prelatorum et clericorum ad sedem apostolicam venientium clavem ecclesie contempsit, sibi faciens celebrari vel pocius, quantum in eo fuit, prophanari divina; scripsit et asseruit se Gregorii pape sentencias non vereri et coegit alios sentencias papales non servare. Preterea coniunctus amicicia detestabili Sarracenis nunctios et munera eorum cum hilaritate[d] et honorificencia recepit et munera eis pluries destinavit. Ritus eorum amplectens, illos in cottidianis eius obsequiis secum tenuit. Existens enim ipse in partibus transmarinis, facta composicione quadam, ymmo collusione verius, cum soldano, Machometi nomen in templo Domini diebus ac noctibus proclamari permisit. Bacario regi sciematico, Dei et ecclesie inimico et sollempniter excommunicato, suam filiam tradidit in uxorem. Ducem Bawarie fecit per Asisinos occidi. Nec ecclesias nec monasteria nec[e] hospitalia seu alia pia loca construxit, sed destructioni ecclesiarum institit. Manum suam, sicut decet principem, ad elemosinas non extendit. Neglector salutis et fame sue pietatis operibus non intendit. Possessiones Romane ecclesie, videlicet marchiam Anchonetanam, ducatum Spoletanum, nobilem civitatem in Apulia, scilicet Beneventum, cuius archiepiscopus habet sub se XII
*f. 168' suffraganeos, eosdem[f] destruxit *preter alios civitates Tuscie. Hec scribit Innocencius *papa in decreto concilios Lugdunensi. Iste Fridericus imperator obtinuit Asisinos, homines mortiferos, perfidos et maleficos, a quodam rege barbarorum, ut fertur, qui appellatur Vetustus de Montanis, quos misit quo voluit ad occidendum. Hic iniquitatem in excelso locutus est, ponens os suum in celum, dixit audiente Heinrico lantgravio: 'Tres', inquit, 'seduxerunt totum mundum, videlicet Moyses Hebreos, Christus christianos et Machometus barbaros: quam ob rem si principes imperii institucioni mee assentirent, ego utique multo meliorem modum credendi et vivendi cunctis nacionibus ordinare vellem'. Rex Cunradus, filius eiusdem Friderici, post breve tempus eciam misere mortuus, sepultus est apud patrem.

cf. A. Erph. 1251. (Apr. 7) Hoc eciam[h] anno[i] quidam comites Thuringie et Saxonie et alii militares viri contra regiam villam Molhusen conspirantes, quosdam armatos curribus impositos occulte circa solis ortum eidem ville inducentes, portas civitatis nitebantur occupare; quod ut cives cognoverunt, sonantibus campanis ad arma concurrebant, et viriliter se defendentes quosdam ex adversariis trucidabant, ceteros a menibus suis[k] fugantes cum magna eorum iactura a se repulerunt. Illos vero, quos peremerant, in fossam iactantes humo cooperuerunt*.

cf. ib. 1253. Oct. 5. Anno Domini MCCLIII. tercio[k] Nonas Octobris dedicatum est monasterium beate et gloriose Dei[l] genitricis et perpetue virginis Marie in Erphordia ab episcopo Theoderico[m] Nuwenburgense, tribus aliis episcopis[n] cooperantibus, quorum unus erat de ordine Cisterciensium, alius de ordine Minorum fratrum[o], tercius de ordine domus Teutonico[o, p].

1254. (Dec. 7, 12; *f. 169. (Mart. 2). MCCLIIII.[p] Innocencius papa quartus decessit; cui Allexander IIII. successit. Hoc anno conventus sancti Petri in *Erphordia inchoavit ligneam structuram turris, in qua minores campane pendent. Eodem anno mortuus est Hermannus Wirziburgensis episcopus; cui successit Irinc canonicus ecclesie sancti Kiliani, quem Gerhardus Mogontinus

1251. Apr. 7 *) *E add.*: quod factum est feria 6ta ante palmas. Eodem die instituerunt stipendium omnibus advenientibus, ut fertur *.

a) erphord. *1.* b) anathematissatus *1.* c) eorum thezauros *1.* d) hi[hilaritate *1.* e) nec *1, saepe pro* nec. f) *sic 1; suffr.* episcopos *Cr. Minor.* g) *sic 1. V; concilii Lugdunensis Cr. Minor.* h) Eodem *pergit E ad a. 1248. post p. 397, l. 14.* i) *sic E. R; om. 1.* k) *sic 1. V; om. E. N.* l) D. g. et p. *om. E.* m) ep. Nuw. scilicet thed. et tribus *E.* n) *sic E cum Erph.; om. 1. V; suffraganeis N.* o) theutunice *E.* p) *a. 1254. om. E.*

1) Cf. Ann. Erphord. p. 38. 2) Die VIII. Idus Ian., Necrol. S. Petri, Schannat, Vind. II, p. 17. 3) Immo a. 1251; cf. supra p. 397, n. 9. 10. 4) Theodericus episcopus Wironensis; cf. Ann. Erph. a. 1253, p. 39; Reg. archiep. Magunt. II, p. 318, nr. 32. 5) Christianus episcopus Lithuanensis procul dubio. 6) Revera pauperibus *sexta feria singulis annis ante palmas* in memoriam victoriae hoc die peractae redditus quosdam distribuendos constituerunt carta data a. 1252, Herquet, UB. d. Reichsst. Mühlhausen' p. 41, nr. 124.

episcopus consecravit in vigilia pasche in Monte Sancti Petri in presbiterum et sequenti die in ecclesia sancte Marie episcopum ordinavit. 1254. Apr. 11. 12.

MCCLIIII. Willehelmus comes Hollandie in regem eligitur[1], qui in divinorum officiis cum tanta[a] devocionis reverencia ac morum disciplina frequenter interfuit atque in prosecucione iusticie tam studiosus ac districtus apparuit, quod in ipso tam devocionis humilitas quam iusticie equitas poterat non inmerito conmendari. Et quia Dominum in omnibus factis suis semper pre oculis habuit, timuit et amavit, ideo ipse, qui se diligentes diligit ac honorantes honore condigno remunerat ac sublimat, eundem Willehelmum multiplici sublimavit victoria. Nam cum Margareta[b] comitissa Flandrie, que tota bellis ac cedibus inhiabat, ad eiusdem Willehelmi terminos depopulandos[c] validum emisisset exercitum, ipse, utpote vir in armis ac strennuitate conspicuus, licet pugnatorum numero longe minor esset, tamen cum eodem congressus exercitu, de ipso divina annuente clemencia victoriosum obtinuit triumphum[2]. Preterea eciam cum Aquisgrani civitatem cum magna principum multitudine obsedisset, ipsam ad dedicionem absque longo temporis dispendio violenter ac magnifice compulit ac coegit. Nam ex industria et auxilio Frisonum cuiusdam aque restringendo decursum tantum in ipsa civitate fecit inundacionis profluvium, quod diucius resistere seu[d] subsistere aliquatenus non valebant[3]. His itaque habitis victoriis una cum venerabili patre Hugone[4], apostolice sedis legato, ad partes accessit Saxonie, ubi filiam[5] illustris principis Ottonis ducis de Brunswic duxit in uxorem. Cum igitur iam peragerentur tede, ac nupciarum solemnia cultu celebrarentur magnifico, prout regalis excellencia exposcebat, ecce in ipso noctis conticinio ex quadam ministrorum incuria ipsa aula, in qua rex accubuit, succenditur, ita quod ipse rex cum nova coniuge sua vix nudus evasit incendium[6]. Omnia vero ornamenta sua, que multa secum adduxerat, incendio perierunt. Postmodum vero ad civitatem Hallis pervenit, ubi cum magno honore, sicut regiam maiestatem decuit, susceptus est; quam plures eciam principes Alemanie ibidem ab ipso sicut a Romanorum imperatore pheoda sua receperunt. Usque ad hec ergo tempora fortuna, que in rebus humanis utique discurrit incerta, ipsi regi mater extiterat, sed nunc nimium novercari incepit, quia letum ac serenum ipsius principium, sicut eventu patuit, tristi fine conclusit. Nam cum idem rex Willehelmus cum exercitu suo terram devastaret Fresonum, ut ipsam imperatorie subiceret dicioni, heu! nimia seductus animositate, quosdam Frisones, quos aspexit in littore, cum paucis insecutus, ab ipsis morte miserabili interemptus est. Hoc eciam anno Volmarus abbas Montis Sancti Petri in Erphordia resignavit abbaciam; cui successit Andreas cellerarius ecclesie. 1247. 1253. 1248. 1252. (Ian. 25). f. 169. (Apr. in.) 1256. (Ian. 28). 1254.

Anno Domini MCCLV. Alexander[e] papa a beato Petro CXCI. ordinatus[f] sedit annis VI. Eodem anno ortum fuit incendium Erphordie, quod simile vel maius fuit illis incendiis, que prescripta sunt[f]. Hoc[g] eciam anno III. Kal. Novembr. in honore sancte et individue trinitatis et gloriam principis apostolorum fusa est campana, que ipsius nomine nuncupata est; que campana dum cuidam hospiti pulsaretur, in ipso motu cecidit, et Domino protegente, dum tanta moles caderet, nec ipsa campana lesa fuit, nec illi qui pulsabant aliquod periculum sustinuerunt. Eodem eciam[h] anno cives[i] qui summi burgenses dicti sunt, quibus ab antecessoribus suis cura civitatis commissa fuit, statuerunt, ut singulis annis XII ex omni etate, seniorum videlicet, mediocrum[k] et iuvenum, eligerentur, qui consules nominarentur, et super illos duo[l] seniores, ut, quod maior pars illorum faciendum decerneret[m], hoc isti approbantes, ab omni populo civitatis firmum teneretur[8]. Cr. Minor. 1255. Oct. 30. f. 170.

MCCLVI. Rex[n] Willehelmus[o] in Fresiam veniens[p] occiditur[9]. Hoc eciam anno XVII. Kal. Februarii, que tunc fuit dominica dies, captus est Gerhardus[q] Mogontinus[r] episcopus 1256. Ian. 16.

a) *sic* 1, *L III*; tante *B* 1. b) Margaretha 1. c) populandos *B*. d) vel *B*. e) Alex. — VI. Eod. a. *om. E*. f) *sic* 1. 2a. *E*; illis superioribus inc. 2b. g) Hoc — sustinuerunt (*l.* 40) *om. E*. h) *om. E*. i) Erford *add. E*; Erfordenses *add. B. V. L III. (N)*. k) *sic* 1. *B. N. L III. (V)*; mediorum *E*. l) duos *E. B. L III*. m) *sic* 1. *E. B. V. N.* n) Rex — dies *om. E*. o) Wilhelmus, qui fuerat comes Holandie, in Fr. (Frisiam 2b) 2a. b. p) a Frisonibus *add.* 2a (*ex a.* 1254): a Frisiis *add.* 2b. q) *sic* 2b. *E. B. V*; Gerardus 1. 2a. r) Mogunt; 2a. b. *E*.

1) Iam a. 1247. Oct. 3. 2) Apud Westcapellen in insula Walcheren. Sed ipse rex proelio non interfuit. Cf. Ann. Erphord. a. 1253, p. 39 sq. 3) Cf. Ann. Erphord. a. 1248, p. 35. 4) Presbytero cardinali S. Sabinae. 5) Elisabeth. 6) Cf. Erfurt. 1892. 7) De eo vide iam supra a. 1254. 8) Cf. Cron. Minor. add. p. 201, n. **; E. M. Lambert, 'Die ältere Gesch. u. Verf. d. St. Erfurt' (Halle 1868) p. 55—64; K. Beyer in Progr. 9) Vide iam supra a. 1254.

1256. et plures[a] cum eo comites et alii[b] nobiles in villa dicta[c] Bollestete[d 1], in predio monachorum de Volkolderode[e 2], quos[f] homines ducis de Brunswic[g] eidem in Brunswic[g] presentaverunt. Paucis vero diebus deinde transactis idem dux comitem de Eberstein[h] dictum[e 3], patruum videlicet[e] eiusdem episcopi, ob[i] multas eidem duci exhibitas contumelias suspendio fecit
Ian. 21. interire. Hoc[k] eciam anno XII. Kal. Februarii universus clerus civitatis Erphordie processionem fecit in Montem Sancti Petri, ubi missam pro absolucione[l] episcopi de vinculis sancti Petri celebravit. Eodem anno Ericus rex Dacie occiditur[b]. Hoc eciam[m] anno ducissa[6], uxor videlicet ducis Bawarie[7], apud ipsum rea transgressionis accusata, ipso[n]
Cr. Minor. iubente gladio necata est. Eodem[o] anno papa Alexander Ezelinum de Tervis[p], tortorem christianorum, interfectorem[q] LX Minorum[r] fratrum et aliorum fidelium plurimorum[s], persecutorem sacre[t] fidei catholice, pro heretico et[u] omnes fautores suos sententialiter condempnavit[v] et excommunicavit et a sancta Dei ecclesia tanquam membra putrida et morbida prescidit in littera apostolica, que sic incipit: *Scandalum fidei, malum Italie et macula populi.* Iste Ezelinus hereticus publicus, hostis[w] christiani nominis, captivatus[x] est, cum crux contra ipsum predicaretur cum plena
*f. 170. indulgencia omnium peccatorum, *que transeuntibus in Terre Sancte subsidium est concessa, ac[y] ipsum fame et inedie, traditus in reprobum sensum, nequaquam volens sumere[z] cibum interfecit. Hostes savissimi et oppressores crudelissimi omnium nacionum, Tartari videlicet, potentor expugnaverunt partes orientales, videlicet regnum Indie, regnum Armenie, regnum Ninive, regnum de Baldach potentissimum, interfecto eorum papa kalifa, regnum de Halap, regnum Iherosolimitanum, Anthiochiam et Tripolis et partes christianorum ultra mare, et fugatis tam christianis quam Sarracenis, Ierusalem et Arabiam possederunt. Porro soldanus Babilonie, qui est Pharao rex Egipti, resumptis secumque viribus, cum exercitu barbarorum clam irruit in castra Tartarorum et multa milia ex eis interfecit. Soldanus Babilonie ideo dicitur, quia in tercia mansione in exitu Israel de Egipto, scilicet Ethan, rex Pharao construxit civitatem munitam, quam appellavit Novam Babiloniam. Quidam magistri theologi Parisienses duplici corde composuerunt eodem tempore libellum infamie contra Minores fratres et Predicatores, qui tale habuit inicium: *Ecce videntes clamabunt foris.* Hunc librum ipsis magistris presentibus Anagnie[b] Alexander papa IIII. sentencialiter condempnatum combussit in audiencia, destituit quoque eosdem magistros ab officiis et beneficiis, fratres autem utriusque ordinis idem papa restituit in fame sue. Acta sunt hec anno Domini MCCLVII.

1257. (Ian.) Eodem anno Gerhardus Mogontinus episcopus a captivitate, qua per annum detentus erat, solutus est. Quidam[b] namque comes, frater regis Anglie[8], Ritsardus[9] nomine, cupiditate regni ductus, cum esset multum locuplex[d], principes Teutonie[c], ad quos electio pertinebat imperii, magnis muneribus[f] flectere temptabat, ut eum ad regni gubernacula eligerent; propter[g] quod Gerhardum Mogontinum episcopum datis VIII milibus marcarum
*f. 171. *a vinculis liberavit, ea scilicet racione, ut eum eligeret in regem Romanorum et aliis principibus[b] idem facere[i] persuaderet[9]. Eodem eciam[l] anno capitulum abbatum ordinis
(Maii 7). sancti Benedicti per Thuringiam et Saxoniam celebratum est Erphordie in Monte Sancti Petri super[k] reformacione ordinis[10]. Hoc[l] eciam anno comes Heinricus de Glichin senior obiit et apud Sanctum Petrum honorifice sepultus est.

1259. Anno Domini MCCLIX.[m] Gerhardus Mogontinus episcopus Erphordiam veniens ibidem
(Sept. 25). moritur et apud Minores fratres[a] tumulatur[v]; cui[o] Wernherus[p] prepositus maioris ecclesie successit.

1260. MCCLX. Wernherus[p] Mogontine ecclesie electus Romam proficiscitur, ut beneficium confirmacionis consequatur. Eodem anno inter Boemie[11] et Ungarie[12] reges grande bellum oritur. Ungarus equidem Rutenos, Comanos ac alias diversas barbaras naciones cum innumera multitudine secum eduxit ad prelium. Boemus vero diviciarum suarum thesauros

*) *E add.:* quia fuit de professione eorundem[13].

a) cum eo pl. *E.* b) *om. E;* alia l. c) *om. E.* d) *sic* l. 2ª. *V. N;* Bollesteten 2ᵇ; Bolestete *E;* Bolistede *R.* e) Volkolderade *E.* f) per miliciam ducis de Brunßwig, et paulo post idem dux *etc. E.* g) Brunsuic *h. l.* 2ª.ᵇ. h) ederstein 2ª. i) captum *pro* ob — contum. *E.* k) Hoc — occiditur *om. E.* l) sni *add. V.* m) Eodem *E.* n) duce *add. E.* o) *haec — l.* 26. *am. E.* p) *sic* 2ª.ᵇ *cum Cr. Min.;* Ea. deterio l. q) *sic* 2ª.ᵇ *cum Cr. Min.;* et int. l. r) fr. Min. 2ᵇ. s) *om.* 2ª. t) s. l. c. *om.* 2ª. u) cum fautoribus *pro* et — sentenc. 2ª. v) damnavit 2ᵇ. — et exc. *om.* 2ª. w) chr. n. h. 2ᵇ. x) qui postea captus, fama(!) et in. nolens sumere c. interiit 2ª (*om.* Iste — hostis *et* est — se ipsum). y) et se 2ᵇ. z) *sic* 2ª.ᵇ; cibum sümere l. a) *sic R;* Anagino l. b) Episcopum vero quidam comes 2ª.ᵇ *post* interire (*l.* 5). c) *sic* l; Ricsardus *V;* Richardus 2ª.ᵇ. *R;* Anno MºCCºLVIIº Gerh. Mogunt. ep. per quendam comitem, regem Anglie, Rushardum nom. VIII mil. marc. liberatus est ea scil. *E.* d) *sic* 2ª. *R. V;* locuples l. 2ᵇ. e) Theutonie 2ª. *R.* f) datis *add.* 2ª.ᵇ. g) pr. — epise. *om. h. l.* 2ª.ᵇ, *ubi h. l. add.* a capt. qua per a. det. erat. h) hoc *add. E. V.* i) *om. E.* k) *sic* l. *L III. N;* pro 2ª.ᵇ. *E.* l) Hoc — sepultus est *om. E.* m) Anno MCCºLVIIIº *E.* n) ibidem *add. E.* o) cui — successit *et a.* 1260—1264. *om. E.* p) Werah l.

1) Bollstedt (Kr. Mühlhausen). 2) Eadem fere verba leguntur in add. Cron. Minoris, SS. XXIV, p. 201, n. ***. 3) Alberti l. 4) Conradum. 5) Ericus Ploghpenning iam a. 1250. Aug. 10. occisus est. 6) Maria de Brabantia. 7) Ludowici II. 8) Heinrici III. 9) *Cf.* Ann. Hamburg. a. 1257, SS. XVI, p. 383. 10) Hoc Non. Mali factum esse dicit Nic. de Siegen p. 361, qui quaedam statuta huius capituli afferri. 11) Ottocarum II. 12) Belam IV. 13) Cf. N. Archiv' XXI, p. 494.

aperiens tam larga militibus satellicia ac donativa distribuit, quod ad se non modicum Teutonicorum evocavit miliciam. Cum igitur ex utraque parte apud Maram fluvium convenissent exercitus et castra fixissent ibidem, ecce rex Boemus Ottonis marchionis Brandenburgensis, qui eidem in adiutorium venerat, utili acquiescens consilio, quibusdam armatis post tergum relictis, tamquam fugiendo secessit retrorsum. His siquidem visis Ungari quasi iam de belli certi victoria subsannando ac vociferando cum magna multitudine fluvium transierunt nec non eos, quos relictos invenerant, gravi fortitudine occupantes, ex ipsis multos occiderunt. His vero cognitis rex Boemie cum toto revertitur exercitu atque ipsos Ungaros, qui flumen transierant[a], in manu conclusit hostili. Plurimi[b] quidem ex ipsis gladiorum exterminio perierunt, quam plurimi eciam, qui gladiorum procellas *effugerant, aque non evaserunt periculum. Cum igitur rex Ungarie tantam[c] cladem suorum aspiceret, non ultra morari sustinens, cum residuo exercitu in fugam conversus[d] est. 1260. (fol. 12). cf. 1. Mach. 3, 18. *l. 174.

Anno Domini MCCLXI. Plura milia flagellatorum prodierunt in mundum. Eodem anno iubente papa Alexandro celebrata sunt concilia in Mogoncia a domino Wernhero archiepiscopo et aliis ab archiepiscopis contra Tartaros et alia pericula, ut per verbum crucis et manum armatam et per orationes fidelium resistatur inimicis ecclesie in nomine domini nostri Iesu Christi. Heinricus comes iunior de Glichin obiit[1]. Cr. Minor.

MCCLXII. Rex Tartarorum misit solemnes nunctios circiter XXIIII nobiles Tartaros cum duobus fratribus ordinis Predicatorum, qui essent interpretes lingwarum, ad regem Francie Ludewicum, ut se et totum regnum Francie dicioni subiceret Tartarorum, alioquin Franciam impugnare se velle tempore procedente communati sunt. Quod Ludewicus rex habito consilio cum primoribus regni sui constanter rennuit. Ipsos tamen nunctios honorifice Parisius tenuit et usque ad papam Alexandrum pacifice remisit. Eodem anno papa Alexander in die sancti Urbani pape defunctus est in Bitervio et ibidem sepultus; et cessavit vel vacavit episcopatus usque ad decollacionem sancti Iohannis baptiste, discordantibus cardinalibus in electione; tunc elegerunt patriarcham Iherosolimitanum Iacobum in papam, et vocatus est Urbanus papa IIII[e]. Ipso anno frater Theodericus ordinis Predicatorum ictu toultrui percussus illico defunctus est.

Eodem anno defunctus est[2] Volmarus abbas quondam et in monte sanctorum apostolorum Petri et Pauli honorifice tumulatus. (Ian. 27).

*Anno Domini MCCLXIII. Venit quidam cum exercitu magno dicens se esse Fridericum imperatorem, qui ante X annos mortuus fuerat. Hic impugnavit[f] Menfridum principem Apulie, eum strenue persequebatur, asserens se velle rehabere regnum Apolie et Sicilie. Eodem eciam anno fuit eclipsis lune a media nocte usque ad diluculum, et in sangwineo colore diu laboravit. Urbanus papa IIII. congregata multitudine tam cleri quam populi cum cardinalibus et pontificibus XIIII. Kal Decembris incepit predicare solemniter crucem in succursum Terre Sancte et fratribus Minoribus ac Predicatoribus per litteras apostolicas datas Viterbii stricte dedit in mandatis eandem crucem instanter et diligenter per Dei ecclesiam predicare cum larga indulgencia in subsidium Terre Sancte. (b. *l. 172.

MCCLXIII. In sancta festivitate paschali, scilicet que erat in[g] Kal. Aprilis, soldanus Babilonie[3] armata manu obsedit civitatem Accon. Tunc populi christiani coadunati in unum, de adiutorio Dei confisi, bellum[h] commiserunt in octava pasche cum soldano, multis Sarracenis in certamine interfectis, hostes de sua vicinia strennue fugaverunt. Soldanus proinde in furorem versus ecclesiam domine nostre virginis gloriose, ubi salutata fuit ab angelo, in Nazaret funditus subvertit[i] et destruxit[k]. Quod domina nostra notabiliter ulciscente, sedicione orta in exercitu soldani, mutua se cede invicem crudeliter occiderunt, et magna ibi strage facta iusto Dei iudicio Sarraceni, qui Ierusalem ex parte prefati soldani custodiebant, nimio timore perterriti ipsam civitatem Ierusalem relinquentes omnes pariter fugerunt. Quod christiani audientes civitatem Ierusalem nullo impediente intraverunt et ipsam possederunt. 1263. Apr. 1. Apr. 8.

Eodem anno illucescente vigilia Iohannis baptiste, orta tempestate cum inundancia pluviarum in quadam *villa dicta Apolde et vicinis villis ac in civitate dicta Geno, que sita est super fluvium Salam, nocturno tempore homines promiscui sexus XXXV submersi sunt, domicilia deducta sunt, et pecora plurima perierunt. Item Nonas Augusti post horam nonam fuit eclipsis solis generalis, ut videri poterat in Teutonica regione. Cr. Minor. *l. 172.

Eodem eciam tempore cum inter nobiles viros Albertum Thuringie lantgravium et Heinricum comitem Hassie, filium domine Sophie, quondam ducisse Brabancie, que fuerat filia sancte Elizabeth, super terra Thuringorum gravis discordia orta[k] esset, illustris princeps dux de Brunswic[l. 5] predicto comiti, sororio suo, eo quod ad resistendum prefato adver-

*) *In* 1 *eadem manu, sed minoribus litteris inter lineas et in marg. add.:* qui instituit festum venerabilis sacramenti cum indulgenciis.

a) transierunt *B. L III.* b) Plures *B. l. III.* c) *sic B*; tandem 1; totam *L III.* d) versus *B. l. III.* e) ord. Pred. *bis scr.* 1. f) *sic B*; inpugnante 1. g) *emendavi*; III. 1; tercio *L III; cf. supra p.* 392. *n. w.* h) *sic* 1. *L III*; c. b. *B* 1. i) *sic* 1. *L III*; everiit *B* 1. k) esset orta 2a. b. l) Brunswic 2a. b *saepe.*

1) Alterius a. 1258. defuncti et huius obitus in Necrol. l. l. p. 17. 2) Die Ian. 27. Necr. S. Petri Potthast nr. 18624. 3) Bibars. 4) Cf. epist. Urbani IV. S. Petri, l. l, p. 17. 20. ad diem Ian. 20. et Nov. 18. papae ad Ludowicum IX. regem d. d. 1263. Aug. 20; adnotati videntur. 5) Albertus Magnus.

1263. sario suo viribus impar esset, sedulo ac diligenti assistebat[a] auxilio. Nam per advocatos
cf. Thren. 1, 1. suos adeo terram oppressit Thuringie, ut ipsa[b], que provinciarum domina fuerat[c] et mater
villarum optimarum, ipsis Saxonibus tamquam tributaria subiaceret. Post hec vero Dominus
Ps. 101, 20. Ps. 110, 9. *de excelso sancto suo terram* Thuringorum *aspexit* et *redempcionem misit*. Nam diutinam
eorum tribulacionem et angustiam leto exitu et fine laudabili terminavit. Nam prefatus
Iudith 1, 4. dux, cum iam quasi potens in gloria et fortitudine gloriaretur, ex continuis preliorum suc-
cessibus animatus, ad tantam erectus [est[d]] superbiam et utique mentis vesaniam, ut Orien-
cf. Cant. 3, 8. Iudith 5, 27. tales et Thuringie milites inclitos et ad bella doctissimos tamquam inermes et luteos et sine
omni strennuitate[e] viros estimaret. Unde contigit, quod cum paucis, videlicet sexcentis
armatis, partes Orientales invasit atque eas graviter devastare[f] cepit incendiis et rapinis.
Cum igitur iam[g] tante devastacionis malum in partibus premissis digrassaretur, illustrissimi
principes Theodericus marchio Misnensis iunior et landgravius[h] Adelbertus, subito exer-
*f. 173. Oct. 27. citum colligendo, cum sepe[i] dicto duce iuxta Witin in vigilia Simonis et *Iude confligere cepe-
Cr. Minor. runt[k], de ipso gloriose et magnifice triumphantes. In quo conflictu crudeli et bestiali odio ferocissime
dimicatum est a mane, scilicet[l] post ortum[m] solis, usque circa[n] horam nonam diei. In hoc bello Albertus dux de
Brunswic, vir strennuus in armis et vir bellator, vulneratus et captus est. Ibi[o] eciam Heinricus comes de Hanalt[p]
vulneratus et captus est. Insuper comites de Zwirin[q] et de[r] Eberstein[s] et omnem exercitum, paucis vel
nullis effugientibus, Deo permittente cum maximo damno suo, scilicet equorum electorum et armorum apparatu,
ceperunt et in Merseburc[t] secum captivos adduxerunt[u.1]. Ipsum vero ducem in vincula
coniecerunt et alios nobiles, comites et quosdam advocatos ducis, reliquos vero captivos
data non modica pecunia pro redempcione sua liberos abire permiserunt[2].

Cr. Minor. Anno Domini MCCLXIIII. orta gravi discordia inter regem Anglie et universitatem regni eiusdem, congressi sunt
cum multitudine pugnatorum; in quo conflictu duo reges, scilicet rex Anglie et rex frater suus, et duo filii ipsorum a po-
pulo captivi ducti sunt cum aliis multis nobilibus. Et ibidem ceciderunt plura milia occisorum. Nova enim et inaudita
hactenus in pecunia et in aliis rex violenter contra morem exegit a populo. Unde cives et rurenses huic violente[v] exactioni
viriliter et pariter restiterunt. Eodem eciam anno inter papam Urbanum IIII. et Menfridum principem Apulie, filium
Friderici quondam imperatoris, magna et quasi per stipendarios[w] continua concertacio habita est pro regno Sicilie; sed
dominus papa Urbanus, sicut multis claruit, se defendere non prevaluit, cum tamen singulis septimanis suis stipen-
diariis[w] distribueret circiter mille marcas. Ipso eciam anno stella que dicitur cometes[x] apparuit, videlicet in oriente,
*f. 173'. ante ortum diei post stellam matutinam, sed *ante auroram, et visa est cum radiis multis. Ipsi autem eius radii longe
lateque apparuerunt, antequam oriretur ipsa stella cometes. Igitur veloci cursu laboravit, ita quod procucurrit et longe
versus meridiem precessit stellam matutinam, id est Luciferum. Visa est autem circa festum sancte[y] Marie Magdalene
primo et usque ad octavam sancti Augustini apparuit. De hac Isidorus in libro Ethimolojarum scribens dicit: *Cometes
stella est dicta, eo quod comas luminis ex se fundat. Quod genus sideris, quando apparuerit, aut pestilenciam aut famem
aut bella significat. Cometes autem Grece, Latine crinite appellantur, quia in modum crinium flammas spargunt, quos Stoyci
dicunt esse ultra triginta, quorum nomina et effectus quidam astrologi scripserunt.* Eodem anno dux Albertus de
Brunswic, cum per annum captivus detentus esset[z], redemit se a captivitate cum octo milibus marcarum
et VIII municionibus. Ipso eciam anno Urbanus papa IIII. defunctus est. Eodem eciam tempore[b]
pluvie repentine et inundaciones aquarum circa festum Beati Nicolai multas villas in Saxonia miserabiliter submerserunt.

Anno Domini MCCLXV.[b] Clemens pape[c] quartus, a[d] beato Petro CXCIIII. ordinatur, qui ante[c] vocabatur
Widoc[e] et fuerat archiepiscopus Narbonensis, et factus cardinalis electus est in papam. Iste papa, prius-
quam fieret[f] clericus, habuit legittimam et per eam habuerat filiam; sed et in tantum pro-
fecerat in iure civili, ut dominus legum vocaretur. Mortua vero uxore clericus effectus
est, et in tantum per Dei graciam profecit, ut de gradu ad gradum ascenderet. Eodem
tempore ingravatum est bellum inter papam Clementem et Menfredum principem Apulie pro patrimonio sancti Petri,
quod prefatus Menfredus violenter tenuerat*.

Eodem eciam anno multe naves magne et onuste, tam[b] trieres quam cocones, in mari Mediterraneo ac in Dacia
submerse perierunt. Soldanus eciam Babilonie in diebus illis impugnans christianos in Terra Sancta cepit Azotum

*f. 174. *) 1 *add. (in textu):* *Benedictum sit dulce nomen domini nostri Iesu Christi et gloriosissime vir-
ginis matris eius in eternum et ultra, et nos cum prole pia benedicat virgo Maria! Quicumque
hec legerit tociens quociens, habet tres annos indulgenciarum, quos Clemens ob rogatum Lude-
wici regis Francie concessit.

a) assidebat 2a. b) *sic* 2a. b; ipsam 1. c) fuit 2a. d) *suppl.; om.* 1. 2a. b. *R.* e) solemnitate 2a. b. f) *sic* 1. *R*; vastare 2a. b. g) *om.* 2a. h) lantgr. 2a. b. *R.* i) *om.* 2a. b. k) conflixerunt 2a. b. l) videlicet 2b. m) *sic* 2b. *R cum Cr. Min.*; solis ortum 1. 2a. n) *sic* 1. 2a. b; ad *L I; om. R.* — n. h. 2a. b. o) Ibi — est *om.* 2a. b. p) Anhald *R.* q) Zuirfl 2a; Zwirn 2b. r) *om.* 2b. s) et de Anhalt *add. h. l.* 2a; et de Hanalt comitem *add.* 2b. t) Mersburg 2b. u) *sic* 1. 2a. b. *R*; *corr.* abduxerunt. v) violenti 1. *R.* w) *sic* 1. x) *sic R cum Cr. Min., ut infra l.* 31; cometa 1 *h. l.* y) secte 1. z) fuisset 2b. a) tempe 1. b) A. MoCCoLXIXo *E.* c) *om. E.* d) a — ordin. *om. E.* e) Wydo voc. *E, ubi et l. om.* f) *sic E. R. L III*; fuerat 1. g) *sequentia* — Sicilie (*p.* 403, *l.* 16) *om. E.* h) trā, *alto atramento supersc.* tam 1.

1) Cf. Gesta episc. Merseburg. et addit. Aldenburgense ad ea, SS. X, p. 192, n. **. 193. 2) Ea quae in E de hac pugna f. 187'. habentur vide infra in Addit.

castrum firmissimum domus Hospitalis, quod alio nomine Assur vocabatur, in quo habitabant duo milia hominum, quos omnes gladio peremit. Sed et fratres milites domus Hospitalis et domus Templi CLXXX captivos ac vinculatos deduxit in Egiptum. Cepit eciam castrum et civitatem Cesaream nec non et civitatem que vocatur Cayphas et violenter eas detinet, et nimis invaluit contra cultores christiani nominis. Eodem eciam[a] anno Albertus Cr. Minor. 1265.
5 Inligravius[b] Thuringie et Otto marchio de Brandeburc[c] cum filio suo, Albertus eciam dux de Brunswic[d] atque multi alii in Prussiam[e] peregrinando contra paganos cum signo crucis profecti sunt. Et quia[f] hyems lenis erat eodem tempore, nichil proficientes ad propria reversi sunt.

Anno Domini MCCLXVI. Clemens papa missis litteris dedit in mandatis per regnum Alemanie fratribus Predicatoribus et fratribus Minoribus predicare crucem fideliter et instanter contra soldanum Babilonie, qui est Pharao Egipti, 1266. Cr. Min. Cont. I.
10 et contra Sarracenos ultra mare, ut succurratur afflictioni christianorum, in subsidium Terre Sancte. Eodem eciam anno Clemens papa congregato magno exercitu instituit eis principem militie, ducem ac capitaneum, videlicet comitem Karolum, germanum regis Francie Ludewici, venerabilis viri, qui profectus in Tusciam et deinde in Apuliam contra *) 1. 174. Menfredum principem Apulie, filium Fridérici quondam imperatoris, quem aggressus bello vicit cum glorioso triumpho. In hoc conflictu vulneratus occidit Menfredus et cum pluribus militibus occisus est. Occiso autem hoste ecclesie
15 Menfredo et interfecto eiusque dissipato exercitu, dominus papa Clemens prefatum Karolum comitem gloria et honore sublimavit et fecit eum regem Sicilie. Ipso eciam tempore[b] soldanus Babilonie predictus[1] obtinuit quoddam castrum Templariorum ultra mare nomine Saphat et occidit apud idem castrum[h] mille quingentos et aliquos Predicatores et Minores fratres occidit[1] et fecit ibi magnam cedem christianorum[1]. Et accepit in eodem castro arma quatuor milium virorum et multas
20 balistas. Sed et multa victualia invenit ibi[m] et collocavit ibi Sarracenos; et de eodem castro totam terram illam sibi subiugavit.

Eodem anno mortuus est Erwinus[n] comes de Glichin. Illis diebus mortuus est Iringus[o] episcopus Herbipolensis[p]; quo defuncto, duo per discordiam electi sunt, unus videlicet frater ib.
comitis Hermanni de Henneberc[q. 2], alter vero de Trimperc[3], prepositus eiusdem ecclesie,
25 quem maior pars capituli concorditer elegit; ex qua causa maxima discordia inter comitem Hermannum et cives Herbipolenses exorta est. Nam idem comes collecta[r] non modica milicia veniens prope civitatem Wirceburc conabatur eosdem cives ad propositum sue voluntatis inclinare. Sed Herbipolenses non minus muniti ex inproviso cum valida manu hostibus occurrerunt in die sancti Ciriaci prope Kiczingen cum reliquiis et vexillo sancti Kiliani, et commisso ib. Aug. 8.
30 prelio multos ex parte comitis ceperunt et multos ex illis similiter occiderunt. In tantum vero aggravatum est bellum, ut[s] ex utraque [r]parte plus quam sexcenti gladio caderent; [r]t. 175. quidam vero flumini Mogo se inmergentes ibidem miserabiliter perierunt. Multos eciam tam comites[4] quam ministeriales Thuringie ceperunt Herbipolenses, Fridericum comitem de Bichilingen et comitem de Glichenstein[4]; reliqui vero fuga lapsi sunt. Ipso anno obiit (Sept. 25).
35 Albertus episcopus Misnensis; cui successit Witego prepositus Northusensis, qui fuerat canonicus Erphordensis. Ipso tempore obiit Rupertus archiepiscopus Magdeburgensis; cui successit (Dec. 19).
Cunradus de Sterenberc eiusdem ecclesie canonicus[u]. Eodem anno cum magna discordia orta esset inter regem Bohemie[5] et ducem Bawarie[6], et nullus ad concordiam posset eos reducere, idem Boemus in diviciis suis confisus magnam fieri procuravit expedicionem in (Aug.)
40 terram ducis Bawarie et congregavit magnum exercitum, videlicet C milia pugnatorum et novem milia cum plenis armis et dextrariis; et profectus venit in terram ducis et multis calamitatibus oppressit eam, et pervenit ad famosam civitatem Ratisponam, et ultra progredi non valens, ad propria reversus est.

Anno Domini MCCLXVII. Cruce signati sunt in subsidium Terre Sancte Ludewicus rex Francie, rex Anglie, rex ib.
45 Arragonie, rex Nawarie, rex Sicilie, comes frater regis Francie et filii regis Francie, archiepiscopus Rothomagensis et multi alii comites et nobiles, milites et cives ac virorum bellatorum multa milia. Hoc anno vite venerabilis ducisse olim Polonie Hedwigis[v] felici transitu ex hac luce migravit[t], que[w] plurimis miraculorum[x] resplenduit prodigiis; hanc[y]

*) *Omissis sequentibus (— p. 404, l. 16) E hoc loco addit (ubi a. 1270. falso scriptus pro 1266. praecedit):* Eodem anno Cunradus dux Swevorum in Apulia a Carulo rege decollatus est. *Haec infra p. 405, n.* * 1268.
50 *recurrunt.*

a) *om.* 2a.b, *R.* b) *om.* 2a.b c) Brandeburck 2a; Brandenburg 2b. *R.* d) Brunswick 2a; Brunsuic 2b. e) Pruziam 2a. f) quod 2b. g) eius dissipatoque *R.* h) Anno M°CC°LXX° Sold. *pergit E.* i) *om. E.* k) occ. ibidem *E.* l) *sic iterum* 1. *E. R.* m) ibidem *E.* n) Erw 1. o) Eringus *N. R* 2. p) herwipol. 1. q) Hertoldus *add. R* 2. r) colecta 1. s) *om.* 1. t) *sic R* 2; comes 1. u) *sic N; om.* 1. v) Sancta Hedewigis *A. t.* 2a.b; S. H. ven. vite olim duc. Pol. 2b (ven. — Pol. *om.* 2a). w) *sic R;* qui 1; et 2b; que — prodigiis *om.* 2a. x) resplendu mir. 2b. y) hanc — asscripsit *om.* 2a.b.

1) Quamvis de expugnatione castri Saphet et aliorum castellorum Terrae Sanctae in Cron. Min. Cont. I. ad hunc annum narruta essent, haec auctor non transscripsit. 2) Bertholdus. 3) Conradus. Cf. Michael Herbipol., Böhmer, Fontes I, p. 466 sq. 4) Albertum I. 5) Ottocarum II. 6) Ludowicum II. et Heinricum. 7) Falso hoc additum est; Hedwigis iam a. 1244. obiit.

Cr. Min. Cont. I. Clemens papa canonizavit hoc anno et cathalogo sanctorum asscripsit. Cuius translacio per cardinalem Widonem, legatum[a] sedis apostolice, cum magna multitudine[b] fidelium utriusque sexus tam religiosorum quam eciam[c] secularium
f. 175. in episcopatu Wradeslaviensi[d] celebrata est VII. Kal. Septembris[e]. Hec sancta Hedwigis fuit matertera sancte Elizabeth de Marcburch[f] ac Bele illustris regis Ungarie fuitque mater famosi Heinrici ducis Polonie, quem strenue pugnantem pro patria atque pro populo[g] christiano in conflictu Tartari occiderunt. Hec sancta Hedwigis fuerat[h] filia
1267. ducis de Meran. Ipso anno fuit hyems dura et sicca et estas similiter nimis calida et sicca. Eodem anno apud Coloniam Agrippinam in crastino sancte Lucie[i] in prelio captivi ducti sunt archiepiscopus Coloniensis Engelbertus, episcopus Paderburnensis, episcopus Osnaburgensis, maior prepositus Maguntine ecclesie, comites[k] plures et alii nobiles atque alii armati milites et armigeri ultra mille, sed centum et quinquaginta ibidem occisi sunt, comite de Juliaco et civibus Colonienses ac multis nobilibus et episcopis victoriose triumphantibus de prefato archiepiscopo et episcopis memoratis ac ipsorum exercitibus, quos armatos plures quam mille captivos in illo conflictu duxerunt. In castro Nideckel plures ex ipsis in vinculis detenti sunt. Eodem anno infra assumpcionem gloriose virginis Marie quatuor gnsri maris a portu Rodestoc navigantes eduxerunt pro mercede nautica XL meretrices versus Schone in Daciam, cupientes ibi in captura allecum suas spurcicias exercere. Qui cum venissent super altum pelagus, flante ira Dei operuit eos mare, submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus. Omnes vero alie[m] naves, que cum eis navigabant, a periculis marinis gracia Dei liberate sunt.

In[n,1] Ierusalem in templo sancti sepulchri ad introitum ipsius ecclesie ad dexteram[o] est mons Calvarie, ubi crucifixus est Dominus; ibi sepultus est. Golgata[p], ubi sangwis Domini potenter sibi
f. 176. canalem faciens scidit rupem, et recidit sangwis de cruce salvatoris de eius vulneribus super caput Adam, sicut dicitur et depingitur. Adam primo sepultus fuit in Ebron, sed translatus fuit in Golgata Domino disponente, sicut multi alii sancti translati sunt, et eciam[q] Ioseph. Abinde venitur[r] ad columnam, ubi Dominus flagellatus est. Inde itur ad locum invencionis sancte crucis. Deinde ad cathenam, ad[s] quam Dominus fuit ligatus; postea itur[q] ad chorum canonicorum, ubi lotum fuit corpus Christi a Ioseph et Nicodemo[t] et unctum aromatibus, mirra et aloe et involutum sindone nova. In medio eiusdem chori in quodam loco habetur scriptum: *Hic est medium mundi.* Abinde ad sepulchrum Domini, ubi sacratissimum[u] corpus eius iacuerat. Ante introitum eiusdem sepulchri est lapis, qui iacuerat super sepulchrum, super quem sedit angelus. Retro maius altare est locus, ubi Dominus spinis coronatus fuit. Deinde ad capellam sancte Helene[v], ubi crux Domini adoratur. Deinde[w] itur ad balneum Domini. Deinde ad portam, ubi Dominus intravit in die palmarum sedens super[x] asina. Inde[y] ad portas dolorosas, ubi Dominus intravit manibus ligatis nocte passionis. Deinde ubi beatus Stephanus extra portam Ierusalem lapidatus fuit. Postea ad sanctum Annam, matrem domine nostre. Deinde ad Probaticam piscinam, ubi qui prior intravit, sanabatur post movionem aque ab angelo. Inde itur ad sanctum Iacobum Zebedei, ubi[z] decollatus fuit iussu Herodis Agrippe; deinde ad sanctum Iacobum Alphei, ubi precipitatus et pertica[a] percussus fuit. Deinde ad montem Sion, ubi Dominus pedes discipulorum lavit, ubi sermonem de caritate predicavit, ubi corpus suum et sangwinem suum[b] sub speciebus panis et vini dedit et hoc fieri in eclesia constituit, ubi spiritum sanctum in lingwis igneis super centum et viginti misit, ubi domina nostra beata virgo Maria ad celos assumpta fuit. In sabatho sancto[c] pasche hora
f. 176. consecrancionis cerei venit ignis de celo visibiliter et accendit tres[d] lampades sancti sepulchri, clausas et custoditas a multis, videntibus fratribus Minoribus et christianis multis et Surianis[e] et eciam Sarracenis, quando nullus fuit ignis in ipso templo, et ex hoc magna ammiracio[f] et exultacio omnibus videntibus fuit. Prope Ierusalem locus est[b], ubi Dominus Lazarum resuscitavit[g]; Bethania, ubi Dominus cum Martha cenavit, ubi Dominus ad celos ascendit, relictis vestigiis in marmore. Deinde itur in Bethleem, ubi Dominus natus fuit de sacra virgine; deinde in vallem Iosaphat, ubi sepulchrum[b] sancte Dei genitricis cernitur vacuum; inde[b] ad torrentem Cedron, ubi Dominus oravit, traditus[i] osculo, captus et ligatus fuit, aurem Malcho restituit, ubi Dominus in novissimo die iudicium faciet. Dominus sedebit ad iudicium non in terra, sed in sparcio huius aeris contra locum montis Oliveti, ubi ascendit ad celos.

ib. Anno Domini MCCLXVIII.[b] magnum fuit bellum in Italia[l] inter Cůnradum[m] et Karolum reges, ita quod amplius quam sex milia utriusque partis occisa[n] sunt. Ipso[o] anno terre motus magnus in Padua et Vienna fuit. Eodem anno Iohannes[p] marchio de Brandeburc[q] in torneamento apud Merseburg cum lancea miserabiliter[r] est occisus. Ipso die redeuntes de eodem torneamento Theodericus prefectus de Kirchberg in Sala apud Nuwenburg cum tribus armigeris miserabiliter submersus est. Ipso anno[s] eciam marchionissa Agnes de Misna[t] vidit in somnis angelum Dei propinare sibi in cipho aureo, et cum bibisset, ipsa dixit: 'Heu, quam amarus potus!' Cui respondit[u] angelus: 'Amara erit pocio tua, sed Dominus te non derelinquet'; et sic in brevi tempore[v] ipsa postea defuncta est. Hoc eciam[w]

a) l. s. ap. *om.* 2^a. b) fid. mult. 2^b. c) *om.* $2^{a.b}$. d) Wratislaviensi 2^a. *R* 1; Breslaviensi 2^b; Wrad. episc. l. e) illaque a papa Clemente canonizata fuit *h. l. add.* 2^b. f) Marcburg 2^a. g) pplo 1; patria populoque $2^{a.b}$. h) *sic* $2^{a.b}$; fuit l. i) *sic* 1; sancti Luce *Cr. Min. Cont.* k) comite l. l) *sic N;* Fliedecke l. m) alii l. n) *sequentem descriptionem locorum Hierosolymitanorum habent etiam E et Cont. Thur., 'D. Chr.' II, p.* 298 *sq.* o) dextram *E.* p) Golgota *E h. l.* q) *om. E.* r) venit *E.* s) per *E.* t) Nichodemo *E.* u) sanctissimum eius corp. *E.* v) Elene *E.* w) D. itur ad b. D. *iterum eadem manu, sed alio atram. inter lineas scripta* l. x) in *E.* y) Deinde *E.* z) dies *add., sed del. E.* a) partica l. b) *om. E.* c) sancte l. d) 36 *E.* e) Sur. et *om. E.* f) amiracio l. g) susc., *eadem manu corr.* resusc. l, *et ita E.* h) Deinde *E.* i) et traditur *E.* k) A. M°CC°LXXIII° *E.* l) Ytalia *E. R.* m) Cunr *E semper.* n) occisi *E.* o) Ipso — defuncta est (*f.* 53) *om. E.* p) Ioannes $2^{a.b}$. q) Brandeburck 2^a; Brandenburg 2^b. r) *om.* $2^{a.b}$. s) *om.* 2^a; etiam anno 2^b. t) Miania 2^b. u) *sic* $2^{a.b}$ *cum Cr. Min.*; respondet l. v) sic brevi in postea def. 2^a; sic brevi post def. 2^b. w) Eodem *E.*

1) Sequens descriptio locorum sacrorum cum nulla alia, quod sciam, congruit. Quaedam communia habet cum edita ab Eccardo, Corpus SS. II, c. 1345 sqq.

anno multe naves perierunt in mari[a] cum allecibus, et in captura allecum orta seditione multi Saxones occisi sunt. Cr. Min. Cont. I. *f. 177.
Eodem[b] anno quidam nobiles congregati sunt cum multitudine *armatorum, volentes nocturno tempore civitatem Coloniensem capere, sed a civibus ipsi capti, et plurimi interfecti sunt, inter quos comes de Walkenberg, germanus archiepiscopi Coloniensis, subito occisus est. Item ipso tempore Cůnradus rex Terre Sancte, qui fuit eciam dux Suevie, captus est in Apulia, quando regnum Sicilie tanquam patrimonium suum repeteret armata manu, cum Friderico duce Sirie[c] et cum comite Pisano et cum plurimis aliis a rege Karolo Gallico inmature morte capitibus sentencialiter quasi latrones truncati sunt. Prius tamen cuidam de ordine Minorum fratrum plurica confessi sunt et audita missa sacrum sacramentum dominici corporis acceperunt. Insuper agenda mortuorum pro ipsis completa, ipse rex Cůnradus dixit spatario: 'Ignosco tibi, quod me occidis', terque figuram dominice crucis faciens, extentis brachiis super terram, sic cum predictis nobilibus decollatus est. Ipso eciam tempore papa Clemens IIII. in Vitervio defunctus est. Hoc eciam[d] anno firmissimum castrum Stutirnheim[e,1] prope Erphordiam valida manu 1268.
ab eisdem civibus ad solum usque destructum est.*

Anno Domini MCCLXIX. Soldanus Babilonie, qui est rex Egipti, nacione Turcus, nomine Melchasar, sevissimus ib.
hostis sancte catholice[f] ecclesie, civitatem Anthiochiam magnam et opulentam ac christiano populo plenam bello expugnavit et cepit, spolians eam innumeris opibus, ac incendio vastavit. Occidit quoque in ea plusquam centum milia et XXX milia hominum, et hoc maxime in odium Tartarorum, quia ipsa Anthiochia subiecta fuit et tributaria Tartaris. Idem soldanus publice apostatantibus et Christum negantibus multis milibus dedit vitam. Solemnes nunctii predicti soldani Babilonie et nunctii solemnes regis Tartarorum missi ad principes christianos[g] et maxime ad Ludowicum regem Francie, navigantes per mare Mediterraneum, convenerunt casu in civitate Ianuensi, et videntes se pugnare ceperunt, pars contra partem, in platea *civitatis, ut insimul se occiderent[g], quia odium inveteratum et rancorem portant ad invicem *f. 177'.
Sarraceni et Tartari. Quod videntes cives Ianuenses, ut decebat eos, lites interceperunt et eorum pugnas sedaverunt. Deinde prefati nunctii cum pervenissent ad regem Francie, Sarracenos nunctios soldani nec videre voluit nec audire. Nunctios autem regis Tartarorum et Tartaros gloriose ac honorifice suscepit et procuravit et legaciones ipsorum nobiliter et utiliter terminavit. In exercitu Karoli Gallici regis Sicilie unus gardianus fratrum Minorum et cum ipso X fratres eiusdem ordinis in suo claustro capti et vestibus spoliati ac deducti sic nudi ad vendeadum publice per exercitum cum obprobrio, quos Deus propter suam innocenciam per quendam abbatem ordinis sancti Benedicti a vinculis et obprobrio liberavit et dato precio redemit.

Anno Domini MCCLXX. Germanus[h] sancte Elizabeth de Marcburc, videlicet potens rex Bela, in Ungaris feliciter obiit. Hic enim fuit Dei ac divini officii solemnis amator. Paululum post mortem prefati regis regina uxor eius et consors regni, nacione Greca, feliciter obiit. Similiter christianissimus rex Francie Ludewicus in peregrinacione obiit. Filius quoque eiusdem regis Ludewici nomine Iohannes apud patrem in eadem peregrinacione prope Terram Sanctam in castris, non in bello, sed febre sicut pater suus obiit super mare apud Tunis[h*]. Ibidem multi milites in dissenteria mortui sunt, et plura milia peregrinorum submersi sunt in mari. Igitur ossa huius Ludewici regis et filii eius Iohannis solemniter Parisius et honorifice sunt reducta et in sepulchro patrum suorum honorifice sunt sepulta in loco celebri.
Iste Ludewicus rex Francie per omnia laudabilis, scilicet in divino cultu, in iudiciis iustus, in operibus pius, in domibus religiosorum *edificandis ac in pluribus karismatum donis precellens, cruce signatus cum Philippo et Iohanne *f. 178.
filiis suis in commemoracione sancti Pauli ad Aquas-mortuas aput Maraliam ascendit mare, circiter cum LX milibus armatorum in subsidium Terre Sancte navigans; qui mare non transivit, sed febre mortuus est[i]. Multi alii nobiles et barones de eiusdem regis exercitu mortui sunt. Eodem anno inclita et venerabilis Thuringie lantgravia Margareta[k], filia Friderici imperatoris, feliciter obiit in Frankenvurth. Eodem anno rex Arragonie[l] et rex Navarie[m] nec non et rex Anglie Odewardus[n] cruce signati cum suis exercitibus in subsidium Terre Sancte per[o] mare cum rege[p] Francie profecti sunt[q], sed minime perfecerunt et contra Sarracenos, hostes ecclesie, nichil aut parum utique perfecerunt[r]. Eodem anno Frisones cruce signati sunt circiter XL milia et amplius; cum suis propriis navibus[s] profecti sunt in subsidium Terre Sancte. Eodem anno missi Westfali cum armis a Simone episcopo Paderburnensi spoliis et indeciis ac captivis educendis vastare Hassiam in odium Heinrici ducis eiusdem terre, subito quasi in una hora non longe a Frizlar[t] apud villam Holzhusen ex ipsis Westfalis occisi sunt centum et quinquaginta viri et quinque, captivi ducti sunt ex ipsis Westfalis centum et XXX viri, quorum unus de oppido Warcherch[u] nomine Cůnradus se redemit MD marcis. Eodem[v] anno Egra civitas exusta est; quatuor fratres de ordine Minorum in ecclesia fratrum ibidem et cum ipsis centum homines et ultra Deo permittente cremati et incinerati sunt. Hoc eciam anno, postquam illustris rex Ludewicus in peregrinacione *de terra sua egressus cum centum milibus cruce signatorum et ultra de *f. 178'.
diversis regnis ascendit mare, ut proficisceretur ad debellandum Sarracenos et barbaras naciones, quoddam mirabile et insolitum, a seculis non auditum, in mense Iulio circa festum sancte Margarete[w] servis suis altissimus ostendere dignabatur in presagium futurorum, secundum quod iudicant sapientes. Nam XIIII. Kal. Augusti per nunctios in scriptis diligenter et coloriter fuit transmissa Parisius magistris ipsa visio terribilis, que talis: Erant Iohannes de Prisco et frater Waltherus de Hoya ordinis Minorum de custodia Picardie, sed de conventu Valentini[x] in custodia Cameracensi, existentes in castro quod dicitur Herpers[x], hora quasi vespertina viderunt oculis corporalibus solem rutilantem absque nubibus cloritatem suam in lunarem palledinem subito commutare; quam palledinem tam mirandam quam horrendam dum dicti fratres cum centum quinquaginta hominibus utriusque sexus, qui tam insolitum videre spectaculum convenerant, cum

*) *Omissis sequentibus (— p. 406, l. 33) E add.:* Eodem anno consecratum est monasterium ad Portam 1268.
IIII° Nonas Septembris. Ipso[y] anno Cunradus dux Swevorum in Apulea a Carulo rege de- Sept. 2.
collatus est.

a) *sic E*; in m. *om.* 1. b) Eod. — defunctus est (*l.* 11) *om. E.* c) *sic* 1. *I. III. R* (Syrie) *pro* Stirie; von Siren *C.* d) Eodem *E.* e) Stoternheym *E.* f) chatolice 1. g) *sic R*; occiderunt 1. h) Eodem anno germ. — obiit *habet* 2[b] *post* sunt (*l.* 49), *quae om.* 2[a]. h*) Tynis 1; Cunis *C.* i) 2[a. b] *(ubi haec in brevissimum contracta sunt) add.:* Alias cum centum milibus cruce signatorum et ultra de diversis regnis *c. L.* 50 *sq.* k) *sic R* 1. *N*; Margaretha 1. *R* 2. l) Arrogonie 2[a]. *R* 2. m) Navarre 2[a. b]. n) Edewardus 2[a. b]; *om. R* 2. o) per — sunt *om.* 2[a. b]. p) regie 1. q) *sic R* 2; *om.* 1. r) *sic* 1; profec. *Cr. Min. Cont.* s) *sic R*; manibus 1. t) *sic R* 2; Frisia 1. u) *sic* 1. v) Ipso 2[a. b]. w) *sic R*; Margarethe 1. x) *sic* 1. *R.* y) *haec habet E etiam ante p.* 404, *l.* 17.

1) Stotternheim villa. cf. Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' I, p. 144 sqq., nr. 228. 231. 234, a. 1269.

Cr. Mm. Cont. I. multa desolacione et terrore respicerent; ecce facta est subito intra solaris corporis extremitates scissio quedam, que in sole in modum spere circulariter girabatur, et parumper post est ad integritatem pristinam reformatus, pallorem tamen retinens ut prius. Cumque circa quartam partem hore de spacio temporis transisset, ecce sol visus est scindi recte per medium ex transverso in partes per omnia coequales; et dum hec divisio appareret, visus est vir armatus in equo armato ab oriente veniens et per medium solis gradiens paulato incessu divertit ad occidentem. Cumque post modicum iste

*f. 179. disparuisset, visus est et alter veniens ab occidente et divertit ad orientem via omnino priori contraria, *vir armatus in equo armato per medium solis ire visus est; et parum post, cum hic similiter evanuisset, duo equi armati absque sessoribus in sole sibi occurrentes transierunt; qui cum evanuissent, apparuit homo magne stature ad modum latronis in solis medio suspensus, qui adeo discrete videri[a] poterat, quod funis cingens collum eius et annexus superiori stipiti et manus post tergum ligate satis notabiliter omnibus apparebant. Cumque iste apparere cessaret, sol integritate solita, recuperata pallorem in ruborem ad modum cruoris bene rubei commutavit, et post paululum pro rubore sanguineo persicum colorem sumpsit, et postremo illum colorem persicum pro colore croceo commutavit; et hunc croceum colorem eum parum tenuisset, visus[b] est sol paulatim ad claritatem propriam devenire.

Anno Domini MCCLXXI. Fuldensis abbas Bertous[c] nomine, strennuus utique[d] et utilis rector populi sui, cultor et amator pacis, occisus est in Fulda in proprio oratorio[e] infra missam in quadragesima. Eodem anno in Bitervio in missa, presente Philippo rege Francie et cardinalibus, in facie Karoli regis Sicilie invidiose occisus est Heinricus Richardi regis Anglie filius. Eodem anno inimici crucis Christi pagani cum quatuor turmis irruerunt in Prusciam[f], ecclesias et altaria devastantes, unam civitatem Cristisburch reperunt et occiderunt XIII fratres domus Teutonice et de populo promiscui sexus alios[g] CL nec non et duo milia et innumerabilem populum christianorum utriusque sexus captivantes cum pecoribus et spoliis secum deduxerunt, villas succenderunt et plurimos homines cre-

*f. 179. maverunt. Eodem[h] anno in Frankonia[i] tam in villis quam in campis lupi homines crudeliter invadentes plures quam XXX homines *devoraverunt, reliquerunt[k] namque oves in campis et invaserunt pastores. Eodem anno serissimus hostis populi christiani soldanus Babilonie expugnavit et cepit fortissimum castrum nomine Crak, munimentum ac refugium christianorum in Terra Sancta. Hec municio inpreciabilis fuerat domus Hospitalis sancti Iohannis baptiste. Eodem anno defuncto papa Clemente IIII. postquam[l] cessavit pontificatus fere[m] tribus annis, cardinales concorditer in Viterbio elegerunt in papam quendam canonicum, archidiaconum ecclesie Leodiensis, nomine Theobaldum, existentem ultra mare ipsa hora in peregrinacione, de civitate autem Placentina oriundum.

Anno Domini MCCLXXII. Gregorius papa decimus, sed a beato Petro CXCV, ordinatur. Hic cum solemni comitatu intravit urbem Romam et Karolum Gallicum instituit regem Sicilie. Nam ante hunc papam nullus papa per XI annos intraverat urbem Romam propter discordiam et rebellionem Romanorum. Hic Gregorius papa quando processionaliter transivit per urbem Romam, Constantinopolis imperator Baldewinus et Sicilie rex Karolus, ambulantes quasi famuli super terram, per medium platearum duxerunt equum, cui insedit papa, hinc et inde per frenum tenendo coram

1272. omni multitudine usque ad locum debitum stacionis. Eodem anno[o] facta est fames valida in regionibus Teutonie[p] et alibi, ita quod[q] plures fame morerentur, et[r] maldrum[s] Erfordie[t] solvebat[u] plus quam VI marcas.

1273. Anno Domini MCCLXXIII. Consules et iudices Erfordie cum universitate confregerunt

*f. 180. domum fratrum Augustinensium, *non permittentes ipsos in[v] Erfordia habitare[1]. Eodem anno in captura allecum naves in mari plurime submerse sunt. Eodem anno principes convocati in Frankenvurt ad electionem novi regis, videlicet Mogontinus[2], Coloniensis[3], Treverensis[4], palatinus Reni[5], dux Saxonie[6] et marchio de Brandenburch[7], omnes unanimi

Oct. 1. consensu elegerunt simul quasi una voce concorditer in die sancti Remigii episcopi[8] sancto spiritu inspirante comitem Rudolphum dictum de Habichesburch[w] in Romanorum regem, licet

Oct. 24. absentem, in nomine Domini elegerunt[w]. Postea in brevi, scilicet IX. Kal. Novembris, idem ipse electus Rudolphus in Romanorum regem Aquisgrani in throno Karoli Magni regis a Colomensi archiepiscopo Engilberto cum principum ac maxima nobilium multitudine glo-

riosa[x] est unctus et solemniter coronatus. Usque ad hunc regem Rudolphum tanquam oblivioni traditum Romanorum regnum iacuit absque imperatore et absque rege confusibiliter per XXII annos, multis bellis a soldano et hostibus fidei et, quod turpius est[y], a christianis tam principibus quam nobilibus gravibus discordiis, spoliis, incendiis, homicidiis, mo-

Iud. 21, 24. nasteriis et ecclesiis dissipatis, Deo permittente atrociter laceratum, iuxta illud: *In diebus illis non erat rex in Israhel, sed unusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.*

Anno Domini MCCLXXIIII.[z] Imperator Constantinopolitanus[a] Baldewinus quosdam nobiles VII numero invitaverat secum ad mensam suam liberaliter ad prandendum[b]; sed

a) videre 1, *B, alio itram, superscr. i corr.* videri 1. b) vevisus, *ve del.* 1. c) *sic* 1, 2ª (B'tous); Britous 2b. d) *om.* 2a. b. e) *oratorio eodem manu corr.* oratorio 1. f) Pruſſiam 2a; Prussiam 2b. g) *sic* 2a. b; alios 1. — LV 2a. h) Ipso 2a. b. i) Franckonia 2a. b. k) relinquentes oves 2a. b. l) *sic* 1; post quem *Cr. Mm. Cont.* m) *sic B cum Cr. Mm. Cont.*; ferme 1. n) Anno M°CC°LXXII° *pergit E*; MCCLXXIII. 2a. b. o) Theutone 2b *(saepe). E.* p) *sic* 1, 2a, *L III*; ut 2b. *E. V.* q) *reliqua h. a. om. E.* r) *sic* 1. 2a. b; frumenti *add. V. L III.* s) Erphordie 2a. b; Effordense *L III.* t) valebat 2b; solvebatur quatuor marcis puri argenti *V*; duas m. puri argenti solv. *L III, ubi Cron. Remh. excerpta est.* u) *sic* 1. *V.* hab. in Erff. *B.* v) Habisburch 1; Hobichesburg *B* 1. w) *sic iterum* 1, *B.* x) *sic* 1. *B; fort.* gloriose. y) est — discordiis *om.* 1, *ex B suppleta.* z) A. M°CC°LXXIII° *E.* a) nomine *add. E. L III.*

1) Cf. cartam Wernheri archiepiscopi Moguntini d. d. 1274. Oct. 15, Beyer, UB. d. St. Erfurt I, p. 170 sq., nr. 271; Reg. arch. Magunt. II, p. 390 sq., nr. 340. 2) Wernherus. 3) Engelbertus II. 4) Heinricus IV. 5) Ludowicus II. dux Bawariae. 6) Albertus II. 7) Potius marchiones, quorum maior erat Iohannes II. 8) Potius Sept. 29. 9) Nusquam quidquam certi de obitu Baldnini inveni.

hec[a] *extrema gaudii*[b] *luctus occupavit.* Nam in ipso eodem[c] prandio prefato reverendo atque catholico et[d] christiano imperatori acutissimum ac mortiferum venenum propinatum est, de quo tam ipse quam alii, qui secum epulabantur, commedentes communiter intoxicati[e], eodem die mortui omnes carnis debitum persolverunt. Quod audiens papa Gregorius 'decimus[e] missas de[f] defunctis pro animabus eorum Lugduni solemniter[e] celebravit. Prov. 14, 13. 1274. 'f. 180.

Eodem[g] anno Gregorius papa decimus scripsit Rudolpho regi salutem et cetera[1]: *Sicut petisti, prepositum O[ttonem] Sancti Gwidonis, cancellarium tuum et nunctium*[h], *coram fratribus nostris audivimus. Proposuit enim ex parte tua coram nobis, quod ad Dei honorem et ecclesie Romane totis conatibus intendis ecclesias et ecclesiasticas personas amoris continuacione fovere, ipsis in suis inmunitatibus assistere, illarum iniurias propulsare, iura pro viribus augmentare, ad universalem orbis*[i] *pacem laborare studio efficaci, Terre Sancte partes visitare et ei, ut eius poscit necessitas, subvenire. Ideoque magnificenciam tuam monemus, rogamus et hortamur in Domino, ut, que offers in verborum dulcedine, in operis gratitudine prosequaris, Deo gratum te reddas et ei gracias agas ac instanter de his que concepisti devoto animo persistas, ut sic Deus dirigat gressus tuos. Datum Lugduni.*

Hoc anno Gregorius papa X. indictum concilium generale cepit celebrare Lugduni in festo Philippi et Iacobi, ubi in concilio ipse papa narravit somnium suum dicens[2]: 'Quando navigavi super mare, et[k] videbatur michi, quod omnes deberemus submergi, sed Christus apparuit michi et manu me apprehendens dixit: "Gregori, nolo, quod[l] submergaris, volo, quod vivas, volo, quod fias papa, et quod ecclesia per te recuperat[m] Terram Sanctam atque Grecos'. Huc usque visio pape. Ita nomen pape et officium papale sibi fuit revelatum, antequam eligeretur in papam. In hoc concilio papa statuit, quod per VI annos debeat dari decima reddituum et proventuum in subsidium Terre Sancte ab omnibus prelatis et ab omnibus claustris et ab omnibus beneficiatis et[n] religiosis habentibus possessiones; ipse eciam papa 'et cardinales decimam dabunt similiter[3]. Cum eadem indulgencia eodemque privilegio Terre Sancte crucem instituit predicari instanter ultra mare a festo[o] Iohannis baptiste ad duos annos contra soldanum Babilonie et Sarracenos. [Passagium[p] ultra mare a festo Iohannis baptiste ad duos annos papa indixit]. Quosdam episcopos infames de incontinencia et alias facinorosos[q] ab onere et honore episcopatus sententialiter papa deposuit[4]. Solemnes nunctii Tartarorum, fulgentes vestibus auro textis, fuerunt in concilio pro confederacione facienda inter ecclesiam et ipsos Tartaros; ex quibus unus princeps, filius regis, fuit ibidem baptizatus[r,5], quem et papa ipse levavit de sacro fonte. Igitur Tartari per litteras imperatoris sui[s] Arabice scriptas pape et ecclesie promiserunt in expedicione cum XX milibus armatorum in bello christianis assistere contra soldanum Babilonie et Sarracenos et in secundo passagio cum toto exercitu Tartarorum. Sancti spiritus gracia suggerente Greci a papa vocati ad concilium gloriose suscepti sunt, ita quod cardinales et[t] archiepiscopi et episcopi et prelatorum maxima multitudo ipsis Grecis ad dimidiam leucam obviam exiverunt[7]; quos et papa cum lacrimis et osculis letissime suscepit. Hii prelati et solemnis nunctius imperatoris Grecorum[8] logotheta[t,9], gloria indumentorum mirifice adornatus, cum litteris et bullis aureis concilio exhibitis, tactis sacrosanctis ewangeliis pro se et pro eis qui[u] miserunt ipsos, videlicet pro quinquaginta Maii 1. (Maii 7). (Maii 18). (Iul. 16). 'f. 181. (Iun. 24). (Iul. 6).

a) *om. R*; extr. hec *E.* b) *sic E. R*; gaudia 1. c) *om. E.* d) ac *E.* e) sunt *add. E.* f) pro *E. R*; *om. L III.* g) *sequentia (— p. 408, l. 39) om. E.* h) *sic R*; *om.* 1. i) *sic R*; urbis 1. k) *sic* 1 *et R*; *sed* et *delendum videtur.* l) ut *R.* m) *sic* 1. *R.* n) ac *R.* o) sancti *add. R.* p) Pass. — indixit *om. R*; *quae nota marginalis ad praecedentia adscripta fuisse videtur.* q) facinorosos 1. r) est *add.* 4, *quod deest R.* s) *deest R.* t) logotheca 1; logotheca *R* 1. u) *bis scr.* 1.

1) Pleraque verba huius epistolae conveniunt cum multo longiore edita a Böhmer, Acta imp. II, p. 694 sq., nr. 992; Potthast nr. 20857. Cf. G. v. d. Ropp, 'Erzb. Werner v. Mainz' p. 95 sq., n. 3. de tempore, quo haec epistola scripta sit. 2) Prima sessio celebrata est die Maii 7; Brevis nota, Labbe, Conc. XI, 1, c. 955; Mansi, Conc. XXIV, p. 61 sq. 3) Cf constitutionem papae editam a Finke, 'Concilienstudien z. Gesch. d. XIII. Jahrh.' (Münster 1891) p. 114, quam auctor cum reliquis constitutionibus huius concilii legisse videtur. Haec recitata est in secunda sessione die Maii 18; Brevis nota, Labbe l. l. c. 957; Mansi l. l. p. 63. 4) Heinricum III. Leodiensem die Iul. 3. *compulit cedere oneri et honori*; Brevis nota, Labbe l. l. c. 958; Mansi l. l. p. 65. Cf. infra p. 410, l. 16. 5) Brevis nota in relatione sessionis quintae (Iul. 16), Labbe c. 960. Mansi p. 67: *frater Petrus Ostiensis episcopus baptizavit unum ex nunciis Tartarorum cum duobus sociis.* 6) Abaghae chaan. 7) Brevis nota, Labbe c. 957 sq.; Mansi p. 64. 8) Michaelis Paleologi. 9) Gregorius. Vide Sacr. imp. Graec., Labbe, Conc. XI, 1, c. 967.

1274. metropolitanis archiepiscopis et pro quingentis episcopis et eorum sinodis et subditis, ac
Jul. 6. logotheta[a] pro imperatore Grecorum publice iuraverunt iuxta formam que habetur *De iureiurando*[b] extra: *Ego episcopus*[1]. Confitentur papam esse caput et summum primatem
V. 181. omnium prelatorum et omnium ecclesiarum, et ei reverenciam et obedienciam promiserunt; articulos sacre fidei cum ecclesia Latina eisdem verbis confitentur, recipiunt et credunt. Sic Greci orientalis ecclesie, qui in scismate scismatici fuerunt ab anno incarnacionis Domini MXXVIII, hoc est per annos CCXLVII, usque modo, ad unitatem ecclesie redierunt sub isto papa Gregorio decimo, qui sub Gregorio papa[c] VI. et sub imperatore Cunrado Salico ab unitate ecclesie contumaciter recesserunt[2]. Itaque redierunt subicientes se humiliter sancte Romane ecclesie, eo tamen salvo, quod permittantur servare et tenere consuetudines Grecorum, que non sunt contra divina mandata et contra sancta ewangelia. His ita[d] peractis papa cum toto concilio, ingenti exultacione et lacrimacione perfusi, clara voce in excelsum resonantes cantaverunt ad laudem Dei *Te Deum laudamus* usque in finem et similiter *Credo in unum Deum* per totum. Continuo Greci per se Greca lingwa id ipsum *Credo in unum Deum*, sed illum articulum *Qui ex patre filioque procedit* tribus vicibus successive cantaverunt, informati ab ipsorum interprete[3]. Et merito gaudendum omnibus Christi fidelibus fuit et pre gaudio flendum, quod filius prodigus de regione dissimilitudinis
Luc. 15, 22. ad patrem et ad stolam primam reversus est. Ideoque papa cum omni concilio hortatur et monet omnes Christi fideles multum gaudere de hoc, quod tam solemne membrum universalis ecclesie, videlicet L archiepiscopos nec non et D episcopos cum suis sinodis et subditis, simul et imperatorem Grecorum cum suo regno, misericors Deus per ipsum papam reducere dignatus est a scismate et errore. Defuncto antistite Lugdunensi[4] papa Gregorius X. virum approbatum et religiosum et per omnia sciencia eruditum, priorem de ecclesia Clomacensi nutritum[5], in episcopum constituit.

V. 182. Idem[e] Gregorius papa in concilio diligenter commisit fratribus predicare crucem in subsidium Terre Sancte, et ut plus ad hoc eos alliceret, libellum[f] delicatum papa misit ad perlegendum, cuius tenor talis est: *Olim Constantinopolitani a Sarracenis violentissime oppressi, a Karolo Magno imperatore auxilium suppliciter postulantes, impetraverunt, quod ipse Karolus cum exercitu christianorum personaliter in adiutorium venit eis. Quo audito*[g] *timentes Sarraceni, pace facta, Constantinopolitanos inpugnare*[h] *de cetero non audebant. Post quorum recessum Karolus ex devocione sibi et suis ostendi rogavit crucem Domini et spineam coronam*[i]*; quibus cum reverencia monstratis, inmensi odoris suavitas tanta exinde respersa est, quantam nullorum etas hominum tunc temporis meminerat se sensisse, ut putarent se presentes in amenitate paradisi positos; et in ipsa hora de suavitate odoris illius plurimi sunt*[k] *curati a diversis infirmitatibus, et plures, qui sepeliendi erant mortui, sunt resuscitati. Cum autem Karolus coronam Domini spineam manibus devote tractaret, albi flores miri odoris ex spinis, omnibus videntibus, mox exorti sunt, quos colligens Karolus rex iam maturos in cirotecam suam honorifice deposuit, qui paulo post in manna conversi sunt*[6]. Igitur lecto libello illo in Lugduno, statim papa misso suo nunctio eundem libellum repeciit[7].

Decrevit[l] eciam papa cum concilio[8], quod tantummodo in ecclesia sint duo ordines mendicantes. Alii[m] autem se ad alia[n] claustra et religiones transferant; sin[o] autem, plures non recipiant, sed paulatim deficiant. Hic[p] papa Gregorius decimus statuit[9], quod epi-
V. 183. scopi, qui ordinant clericos aliene parrochie sine licencia episcoporum suorum scienter, per annum a collacione ordinum sint suspensi; tamen clerici ipsorum possunt alibi canonice ordinari. Statuit eciam papa[10], quod omnes advocacionis officium in causis eccle-

a) logotheca *I.* b) *sic R*; iure *I.* c) *eadem manu superscr.* *I.* d) itaque *R.* e) Item *R.* f) quendam lib. *R.* g) *sic R*, aut *I.* h) non aud. de cet. imp. *R.* i) coronam *statim corr.* coronā *I.* k) *sic R*; *om.* *I.* l) Eodem anno decr. papa in conc. Lugdi[m] *pergit E.* m) alia *E.* n) *sic E*; *om.* *I.* o) sui, *eadem manu superscr.* sin *I.* p) Hic *rubrica (p. 409, l. 14) om. E.*

1) Decretal. Gregorii IX. l. II, tit. 24, c. 4. 2) Haec ex Cron. Minorp a. 1028. SS. XXIV, p. 189, auctor sumpsit. 3) In quarta sessione (Iul. 6); Brevis nota, Labbe c. 958, Mansi p. 65, qua eadem relata sunt. 4) Non defuncto, sed Petro de Tarentasia in episcopatum Ostiensem translato. 5) Ademarum. 6) Cf. Helinandi Chron. a. 802, Migne, Patrol. Lat. CCXII, c. 845. 7) Fortasse quia cognovit libellum esse mendacissimum. 8) Sequentia sumpta sunt ex Constitutionibus concilii, Mansi, Conc. XXIV, p. 81–102; Labbe, Conc. XI, 1, c. 974–994. Haec ex Const. 23 = Sexti Decret. l. III, tit. 17. 9) Const. 15 = Sexti Decret. l. I, tit. 9, c. 2. 10) Haec fere ad verbum excripta sunt ex Const. 19, quae in Corp. iuris canonici non exstat.

siasticis habentes, sive procuratores apud sedem apostolicam sive alibi, tactis sacro- 1274.
sanctis ewangeliis prestent iuramentum, quod omni sua virtute et omni ope quod equum et iustum est suis clientulis inferent; quodsi huiusmodi iuramentum violare presumpserint scienter aut iniquam causam fovere, duplum restituant, quod tam pro iniqua advocacione vel procuracione receperunt. Item papa Gregorius X. prohibuit[1], ne aliquis advocatus in quacumque causa ultra XX, procurator vero ultra XII libras salarii recipere presumant; qui autem ultra receperint, ad restauracionem integram eorum que receperunt teneantur. Item[a] statuit papa[2], ut prelati, qui ob procuracionem sibi debitam racione visitacionis pecuniam exigunt et recipiunt, ut avari archiepiscopi et episcopi aut alii prelati, duplum, quod receperunt, ecclesie a qua receperunt infra mensem reddere teneantur, alioquin extunc ingressum ecclesie sibi noverint interdictum et sentenciam a nobis contra tales sciant iam latam[b.3]. Inferiores vero ab officio et beneficio noverint se suspensos, quousque in duplo huiusmodi ecclesiis gravatis satisfaciant, nulla eis in hoc dantium remissione, liberacione seu gracia aliqua valitura. Personis[c.4] ordinum mendicancium prohibet papa in concilio omnino predicacionis[d] et audiende confessionis officium absque licencia plebanorum, qui ecclesiis presunt, et admittendi sepulturam mortuorum in preiudicium *alio- *1. 182.
rum. Et prohibet, ne aliquis de cetero novum ordinem et religionem inveniat aut habitum nove religionis assumat. Reprobat eciam[e] omnes post Lateranense concilium institutos ordines nec a sede apostolica approbatos, ita ut nullum deinceps ad ordinem eorum recipiant nec domum vel aliquem locum[f] acquirant nec res eorum aut domos alienare valeant absque licencia, et quod contrarium facientes sentenciam excommunicacionis incurrant. Ceterum ipse papa decrevit in concilio de ordinibus mendicancium et non mendicancium ordinare, prout animarum saluti et eorum statui[g] viderit expedire[5]. Item[h] Gregorius papa X. statuit de electione pape in decretali: *Ubi periculum maius*[6], quod defuncto papa cardinales convocentur in X diebus et claudantur, quilibet cum uno serviente, clerico vel laico, et non egrediantur[i] nec mittant nunctios aut litteras nec alicui extra loquantur, sed eligant papam. Si autem infra tres dies non eligunt, in aliis quinque diebus subsequentibus unum solum ferculum detur eis; et si non eligunt papam, nichil plus postea detur eis nisi solummodo panis et[k] aqua[7], donec provideant ecclesie de papa. Cardinales qui claudi contemnunt careant electione ipsa vice, et irrequisitis eis eligatur papa. Cardinales qui contra fecerint vel nunctios miserint vel litteras, ipso facto excommunicacionis[l] sentenciam incurrunt. Rectores autem civitatis[m], quibus data est potestas ista claudendi cardinales, si contra predicta fecerint, ipso iure excommunicacionis sentenciam incurrunt et infames sunt, et illa civitas est statim interdicto supposita et pontificali dignitate semper privata. Statuit eciam papa[8], quod canonici vel ecclesie volentes cessare a divinis publico instrumento sigillato causam ipsius cessacionis exprimant et ei exhibeant, propter quem cessare intendunt; quod si non fecerint, vel si causa non fuerit inventa canonica, omnibus proventibus et redditibus, que illis debentur, illo tempore cessacionis carebunt; et si receperint, restituent; si autem causa clericorum vel ecclesiarum[n] iusta iudicata fuerit, ille, pro quo officium divinum subtractum est, ad omne interesse tenetur et a iudice condemnetur. Sentencie[o] excommunicacionis decrevit subiacere idem papa[9] eum, qui per vim vel metum absolucionem excommunicacionis vel revocacionem vel suspensionis vel interdicti sentencias extorsit. Prohibuit eciam stricte[10], quod nullo modo imagines sanctorum pro aggravacione[p] sentencie prosternantur super terram in spinis et urticis; et qui fecerint,

a) tum *saepe*. b) et sententiam a nobis contra tales etc. *iterum add.* 1. c) Personas 1; Item personis mend. ord. *pergit E.* d) *sic V. E* (predicacõr); predicaciones 1. e) *om. E.* f) deinceps ad ordinem eorum recipiant *iterum add.*, *sed* ad — rec. *del.* 1. g) statu 1. *E.* h) Item — extorsit (*l.* 43) *om. E.* i) *sic R*; egridiantur 1. k) *sic R. Engelh.*; et *om.* 1. l) sent. exc. *R.* m) civitatum *R.* n) eccſa 1. o) Sentencis, *superscr. e corr.* Sentencie 1. p) agravamine *E.*

1) In eadem Const. 19. 2) Const. 24 = Sexti Decret. l. III, tit. 20, c. 2, quae ad verbum fere exscripta est. 3) Verba *(et — latam)* perverse addita, quae ab ipso papa *(a nobis)* dicta videantur, desunt in constitutione laudata. 4) Const. 23 = Sexti Decret. l. III, tit. 17; ex qua iam supra p. 408, l. 40. quaedam excerpta sunt. 5) Haec *(Cetera — expedire)* non ex constitutione praedicta sumpta sunt. 6) Const. 2 = Sexti Decret. l. I, tit. 6, c. 3. 7) *panis, vinum et aqua* habet constitutio praedicta. 8) Const. 17 = Sexti Decret. l. I, tit. 16, c. 2. 9) Const. 20 = Sexti Decret. l. I, tit. 20, 10) Const. 17 = Sexti Decret. l. I, tit. 16, c. 2, iam supra l. 35 sqq. exscripta.

1274. sicut reprobantes[a.1], graviter puniantur. Bigamos[b.2] mundanos prohibet ferre tonsuram et habitum clericalem, nudando eos omni privilegio clericali, et quod coherceri debeant iudicio seculari, non spirituali. Statuit eciam idem papa in concilio[3], quod nullus presbiter manifestos[c] usurarios ad confessionem admittat sive ipsos absolvat, nisi usuras restituant vel promittant ydoneam caucionem. Omnes religiosi vel alii clerici, qui manifestos usurarios in sepultura ecclesiastica recipiunt, patriarche, archiepiscopi et episcopi suspensionis, minores vero clerici excommunicacionis vinculum, collegium autem vel alia universitas interdicti sentencias incurrunt. Nam usurarii manifesti sunt excommunicati. Item prohibet[4] prelatos omnes ecclesias sibi commissas, bona immobilia seu iura ipsarum laicis submittere seu supponere absque capituli sui consensu et sedis apostolice licencia speciali[d] in emphiteosim; huiusmodi advocati dicuntur[5]. Clerici et prelati episcopis suis,
*f. 184. cum gravantur a talibus, *denunctient; quod si neglexerint, per triennium a beneficiis et officiis sunt suspensi. Si ultra debitum receperint advocati, nisi moniti restituant, eo ipso excommunicacionis incurrunt sentenciam, et extunc terra eorum interdicto supponatur. Multas eciam alias decretales et statuta fecit in concilio ipse papa. Gregorius idem papa in concilio Lugdunensi destituit Bertoldum de Hennenberc de episcopatu Herbipolensi, provisione temporalium honorifice sibi facta, et decanum prefate ecclesie nomine Bertoldum ibidem instituit episcopum[6].

Eodem anno illustris ac venerabilis Hassie lantgravia[7], cognata[e] sancte Elizabet, obiit
Iun. in mense Iunio ac in Marcburc tumulata est prope sepulchrum sancte Elizabet. Hec fuit soror ducis Alberti de Brunswic.

Eodem anno Rudolfus Romanorum rex auctoritate regia convocatis episcopis ac prin-
Nov. 11. cipibus ac magnatibus regni in Nurnberg celebravit curiam suam in festo beati Martini, ostendens ibidem robur virtutis sue cum duobus milibus militum armatorum et insuper quingentorum militum similiter armatorum vallatus presidio, qui contradictorum et inimicorum rebellancium, si qui forsitan apparerent, machinaciones et seviciam propulsarent, sive Otthocarii[f] regis Boemie, adversarii sui, sive aliorum; sed Deo[g] disponente nullus ibi[h] contradictor vel adversarius audebat resistere ipsi Rudolfo regi Romanorum, quia ipsum hic Gregorius papa X. et ecclesia favore permaximo confovebat[8].

1275. Anno Domini MCCLXXV. Cives Erfordenses[i], provocati a comitibus vicinis[k.8], rebellantes tribulaverunt comites et alios quosdam barones[l] usque ad cineres per miliciam et armatos circiter CCC aliunde conductos. Adhuc[m] durante eodem prelio cives Erfordenses de communi consilio auxilium venerabilis domini sui archiepiscopi Mogontini[n]
*f. 184' (Mart. ex.) implorare *decreverunt° et eundem advocare personaliter studuerunt[9]. Quo adveniente universitas cleri prefate civitatis cum crucibus et candelis et aliis apparatibus et solemni processione in monte sanctorum apostolorum Petri et Pauli eundem honorifice susceperunt. Qui[p] eciam mansionem ibidem in quodam habitaculo fratrum per IIII ebdomadas[q]
Mart. 30. Apr. 11. habuit et[r] ibidem sacros ordines sabato[s] *Sicientes* celebravit, et in cena Domini penitentes reconciliavit et sacrum crisma consecravit et[t] eodem die ad mandatum fratrum personaliter

a) aprobantes *E.* b) *reliqua h. a. om. E.* c) manifesto 1. d) *fortasse hoc loco quaedam exciderunt, supplenda ex verbis laudatae constitutionis:* non concedendo bona ipsa vel iura. e) congnata 1. f) Orcthocarii 1; Odackari *B.* g) disp. Deo *R. L III.* h) *sic R. L III et supra p. 355*; sibi 1. i) Erphord. 2a; Erphordienses 2b *saepe.* k) et baronibus *add. E (cf. C).* l) latrones 2b. m) Et de comm. cons. aux. arch. 2a.b; Posthee predicti cives invocaverunt episcopum Mogunt. pro adiutorio et auxilio; quo adv. bonor. sepultus (*sic pro* susceptus) est *E pro* Adhuc — susceperunt (*l.* 36). n) Magunt. 2a. o) statuerunt 2a.b. p) qui in monte P. et P. mans. pene per quatuor 2a.b (*omisso* Quo — susceperunt); qui mans. in monte sancti Petri per IIIIor *E.* q) hab. ebd. 2a. r) sacrosque ord. ib. cel. 2a.b. s) *sic E*; sabatho 1. t) et in *E.*

1) *sicut reprobantes* male ortum videtur ex verbis Gregorii l. l.: *detestabilem abusum . . . penitus reprobantes.* 2) Const. 16 = Sexti Decret. l. I, tit. 12. 3) Const. 26. 27 = Sexti Decret. l. V, tit. 5, c. 1. 2. Sed harum constitutionum argumenta sequentibus non bene expressa sunt. 4) Const. 22 = Sexti Decret. l. III, tit. 9, c. 2. 5) Haec, sensu constitutionis male intellecto, corrupta sunt ex verbis: *seu ab ipsis eadem (bona vel iura) advocando, prout in quibusdam partibus vulgariter dicitur, avoyer.* 6) Haec iam supra p. 355. in indiculo ordinum exscripta sunt. 7) Adelheidis, uxor Heinrici I. lantgravii. 8) Alberto de Gleichen, Ottone de Orlamunde, Gunthero de Käfernburg, Alberto et Friderico de Rabenswald, comitibus de Stolberg, dominis de Heldrungen. 9) Qui cum Heinrico comite de Honstein pacem inter eos composuit, carta d. d. Erfordiae a. 1275. Apr. 23; Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' I, p. 175 sqq., nr. 277. Cf. etiam notitiam damnorum comiti de Gleichen ab Erfordensibus illatorum ib. p. 173 sqq., nr. 275, cartam comitis de Orlamünde d. d. 1276. Maii 29, ib. p. 182 sqq., nr. 285, cartas comitis de Gleichen d. d. 1277. Sept. 29, ib. p. 187 sq., nr. 290. 291.

affuit. Insuper in sancto die pasche summam missam in eodem monasterio, nonnullis astantibus, celebravit*. 1275. Apr. 14.

Eodem[a] anno mortuus est Engelbertus archiepiscopus Coloniensis; cui successit Sifridus dictus Runchel, prepositus maioris ecclesie in Maguncia, consangwineus videlicet domini archiepiscopi Mogontini. 1274. (Oct. 28).

Eodem anno in marchia Misenensi[b] facte sunt inundaciones aquarum, videlicet in Albia et aliis fluminibus, de nimietate pluviarum circa festum sancti Bartholomei, ita quod[c] multe ville ac multi homines submersi sunt, montes magni destructi sunt, et pecora, frumenta quoque[d] plurima perierunt Domino permittente. Ipso[e] anno grisei monachi in suo generali concilio vel capitulo Cisterciensi prohibuerunt pena taxata districtius statuentes[f], quod in toto ipsorum ordine per mundum neque in domibus neque in grangiis[g] ulli de ordine fratrum Minorum ad commedendum vel ad[h] hospitandum nullatenus recipiantur[i], nec eis in aliqua elemosina succurratur. Eodem anno Mediolanenses[k] cives unanimi consensu omnes pariter prestiterunt[l] iuramentum fidelitatis per interpositas personas regi Romanorum Rudolfo. Hoc[m] anno tempora mutata sunt, et intemperies aeris prevaluit in tantum, quod vina[n] et multe fruges ex habundancia pluviarum et ex defectu estivi caloris inmatura permanserunt[o]. 1275. Aug. 24. (Nov.) v. 385.

Eodem anno soldanus Babilonie[1] in odium ecclesie Armeniam vastavit et populum regni illius in ore gladii[p], cum tamen essent treuge[q] inter ipsos et ipsum, quas idem soldanus impie contra fas crudeliter violavit, nec Armenis[r] fidem tenuit, quam promisit.

Ipso[s] anno in festo sancte Margarete in Traiecto Superiori clerici et populi multi processionem facientes solemnem, dum quidam iam transissent pontem fluminis, et posterior multitudo magna sequeretur, ipse pons fractus ex pondere multitudinis Deo permittente, cuius iudicia incomprehensibilia sunt, in fluvium trecenti circiter vel plures utriusque sexus homines submersi sunt. Iul. 13. Rom. 11, 33.

Hoc[t] anno circa festum sancti Galli papa Gregorius et rex Rudolfus cum procerum multitudine gloriosa et cum grandi leticia adinvicem[u] convenerunt in civitate Losanna[4]. Tunc ibidem prefatus rex et regina coniunx sua[2] et dux Lotharingie[2. 3] et dux Bawarie nec[v] non et quingenti milites expediti in plenis armis cruce signati sunt omnes pariter de manu pape ad transfretandum personaliter ultra mare in subsidium Terre Sancte. Eodem anno Theodericus illustris marchio Misnensis, zelum habens pacis et tranquillitatis, in patria persequens maleficos raptores et comprehensos numero XXXIIII decollavit. Ipso anno de civitate que vocatur Heidelberc[w] Spirensis diocesis, in qua tunc generale fuit interdictum, multi cives cum suis uxoribus et familiis navigaverunt ultra fluvium Neckarum[x], ut audirent cuiusdam sacerdotis celebrantis suam primam missam in quadam capella; quibus redeuntibus, in predicto fluvio navi periclitante ex nimia multitudine tam hominum quam equorum plures quam centum homines utriusque sexus divites[y] permittente Domino submersi sunt. Oct. 16.

*) *De Wernhero Erfordiam tunc adveniente notitia quaedam sasc. XIII ex. non integra exscripta est ab N. A. Hesner, 'Hist.-jurist. Abhandlung von den Erz- und Erb-Land-Hofämtern des h. Erzstiffts Mainz' (Mayntz 1789. 4°) p. 93, unde repetita est a Böhmer-Huber, Fontes IV, p. 391 sq., et Böhmer-Will, Reg. arch. Mag. II, p. 393, nr. 362.* 1275. (Mart. ex.) Veniente [Erfordiam Wernhero] episcopo obviam processit ei clerus cum magna comitiva baronum terre et lantgravius Turingie[4] cum LXX equis faleratis et magno sumptu. Cumque venisset ad curiam[5], descendit episcopus. Lantgravius vero tenens strepam equi episcopi humanissime amplexabatur illum; et precedens ad ecclesiam ministrabat illi tanquam ecclesie sue marescallus, ante illum etiam clerus et populus civitatis. Postquam vero intrasset ecclesiam[6], consedit archiepiscopus, et iocunde cantabatur hymnus dominicus cum responsorio et collecta. Quo finito cum magna gratulatione et hilaritate omnes qui aderant accesserunt ipsum et ad curiam episcopi reduxerunt. Fuitque in illa die magna sollempnitas et circumcursatio, ita quod nemo per plateas ire vel stare potuit. Postera die . . . . . .

a) Eod. — permittente (l. 9) *om. E.* b) misenhnensi 1.; Misnensi 2a. b. c) Itaque 2a. b. d) frumentaque 2a. e) Eodem *E.* f) *sic* 1. *E. N; om.* 2a. b. g) *sic N;* grandis 1. *E;* grangris 2a; granaris 2b. h) *om.* 2a. b. i) reciperentur *E.* k) *sic E;* Mediolanensium 1. l) restit. *post. corr.* prestit. 1. m) Hoc — permanserunt *om. E.* n) vites 2b. o) immaturae permanserint 2b. p) *sic* 1. *E;* occidit *add. B. L III.* q) lites *E.* r) Armenis *E.* s) *sic* 1. *B. L III;* let. invicem *E.* t) *sic B. L III;* Losamia 1.; Losannia *E.* u) *sic E. B;* Lacaringie 1. v) nec non *om. E.* w) Heydeberg *E.* x) qui vocatur Neckir *E.* y) et div. deo promittente *E.*

1) Bibars. Cf. 'L'Estoire de Eracles', Recueil des hist. des croisades, occid.' II, p. 467. 2) Anna. 3) Fridericus III. 4) Albertus. 5) Archiepiscopi Moguntini (Mainzer Hof). 6) S. Mariae.

*f. 180v. 1275. (Oct. 21). *Eodem[a] anno Sarraceni et Barbari cum aliis paganis in multitudine gravi potenter irruentes in Hispaniam, videlicet in regnum Castelle, Toletanum archiepiscopum, primatem illarum regionum, nomine Sanctium[b] interfecerunt et multos alios christianos[1]; preterea ipsum regnum crudeliter devastantes, multa spolia asportaverunt, et hoc in vindictam. Nam pridem rex Castelle[2] cum exercitu valido christianorum Sarracenorum regiones et Sibiliam magnam civitatem cepit, alias quoque multas eorum municiones sibi potentissime subegit et[c] tributarios[d] sibi fecit.*

*f. 186. *Hoc anno ante tribunal Philippi regis Francie quibusdam disceptantibus pro quodam opulento predio cuiusdam divitis defuncti, prefatus rex de falsis testibus[e] unum, quamvis pauperem, modicum[f] et despectum, vocavit ad se, dicens ei: 'Si scis, dicas michi occulte *Pater noster*'; qui dixit regi dominicam oracionem usque ad finem. Tunc exclamavit rex coram omnibus dicens: 'Ecce iste narravit michi totam veritatem'; quo audito alii undecim testes falsi multum exterriti narraverunt unus post alium successive totum processum, dicentes se per pecuniam fuisse conductos et subornatos[g] ab actore avaro[h] et bibisse mercipotum, quod[i] vulgariter dicitur lihkouf[k][3], circa corpus defuncti, cuius fuerat predium, et ei, postquam fuit[l] mortuus, vinum in os fudisse. Idcirco rex condempnans actorem convictum et iniquum, relicte defuncti et liberis eius restituit predium cum pace. Prefatus idem[m] rex Francie Philippus duos cecos solebat pascere cottidie elemosina, ex quibus unus semper gracias egit Deo, alter vero cecus non Deo, sed semper gracias egit regi Francie, atque in hunc modum pluries contendebant, unus Deum laudando, alter regem Francie. Hoc audiens rex a ministris sibi astantibus iussit infra prandium parari[n] duo pastilla de carnibus equaliter bona, sed in uno poni et superaddi iussit colligatam panniculo marcam auri; quo facto dixit rex: 'Date ceco, qui me laudat, pastillum cum marca auri et aliud pastillum date alteri ceco'; et adiunxit rex dicens: 'Scio tamen, quia Deus prevalebit'. Ceci illi ignorantes de marca auri permutacionem fecerunt de pastillis. Tunc cecus laudator veri Dei superaddidit unum denarium Parisiensem alteri ceco pro suo pastillo, in quo reclusa fuit marca auri, et sic, omnibus cum rege mirantibus, cecus Christi laudator prevaluit iuxta verbum regis, alter vero cecus, venditor marce, lamentabatur et nimio dolore, postquam cognovit rem gestam, plurimum[o] se afflixit.

*f. 186v. 1276. Ian. (10). *Anno Domini MCCLXXVI. ~~Gregorius~~ papa decimus obiit in Arecio post festum epiphanie. Huic pape propinatum[p] fuit venenum, per quod et mortuus est; ad eius[q] sepulchrum in Arecio multa miracula et magna Dominus[r] operatur. Ipso[s] anno Innocencius papa quintus ordinatur; sedit[t] mensibus sex, et[u] veneno interfectus est. Hic vocabatur Petrus et assumptus[v] fuit ex[w] ordine Predicatorum in cardinalem[4], postea electus in papam. Hic papa[x] frequenter et personaliter predicavit crucem contra Sarracenos in sub-

(Ian. 21). (Ian. 22).

*) *Manu scribae in* 1 *adnotatum est:* Hic nullus est defectus.

Deinde tribus lineis vacuis relictis sequuntur haec ex Isidori Etym. XIII, 13. *sumpta:* De lacu Cicilie[z]

qui biberit, amorem Veneris tollit.

Ex Ditorie[y] lacu Italie[a] qui biberint, vini tedium habent.

In Campania sunt aque, que hauste sterilitatem feminarum auferunt et virorum libidinem.

*90 Fons Archadie fieri aborsum non patitur.

In Sicilia sunt duo fontes, quorum unus sterilem fecundat, alter fecundam sterilem facit.

In Thessalia duo sunt flumina; ex uno bibentes oves nigras fieri, ex altero albas fieri dicunt, ex utroque bibentes varias fieri.

In Trogodicis[a] ter in die fit amarus et in die ter dulcis.

In Sardinia fontes calidi oculis medentur, fures arguunt. Nam cecitate detegunt eorum facinus.

Apud Garamantos fons ita rigidus die, ut non possit bibi, ita ardens nocte, ut non tangatur.

In Epico[b] fons est, in quo faces accense extingwantur et extincte accendantur.

a) *reliqua h. a. om. E.* b) *sic R; sancliū* 1. c) *ac R.* d) *sic* 1 *et R.* e) *sic* 1. *V. N; dublus add. R.* f) *sic* 1. *R. V. N.* g) *sic B. N; subordinatos* 1. *V.* h) *sic R. V. N; auore* 1. i) *sic* 1. *V, N; qui R.* k) *leinkauf* 1; *ligkouff R; linckauff V; lychoff N.* l) *sic R. V; fuerat* 1; *fuisset N.* m) *sic* 1. *V. (N); Item predictus R.* n) *sic R. V, N; pari* 1. o) *alio atramento supersc.* 1. p) *sic E. R. L III. N; datum* 1. q) *sic* 1. *R; cuius E. L III. N.* r) *ibidem add. E.* s) *Eodem E.* t) *om. E, ubi sex mens.* u) *sic E. R. L III; om.* 1. v) *om. E.* w) *sic E. R. L III; de* 1. x) *Cizici Isid.* y) *Clitorio Isid.* z) *lacu iterum add.* 1. a) *Troglodytis lacus est Isid* b) *Epiro Isid.*

1) Vicerunt exercitum Alfonsi X. regis Castellae proelio aestate a. 1275. commisso. 2) Ferdinandus III. a. 1248. 3) I. q. *lihkouf*, Weinkauf. 4) Ostiensem episcopum; cf. supra p. 408, n. 4.

sidium Terre Sancte. Iste papa excommunicavit solemniter omnes presumptuose possi- 1276.
dentes redditus et possessiones imperii Romani invito Rudolfo rege Romanorum[1], sicut[a] Odoackar rex Boemie nec non et Karolus rex Sicilie iniuste municiones et dignitates ac terras imperii multas tenent, et alii quam plures similiter. Nam Clemens papa IIII. iam pridem dedit ipsi Karolo[b] regnum Apulie et fecit eum vicarium et presidem Romani[c] imperii, et quod iuratus deleret dignitatem senatoriam urbis Rome; propter hoc discordia et bella atque homicidia plurima sunt secuta[d]. Eodem eciam[e] anno rex Castelle et rex Francie bellabant adinvicem pro regno Arrogonie[2], sed exercitus regis Francie victus in fugam conversus est. Hoc anno, quod mirabile dictu est, tres pape, videlicet Gregorius papa[a] X. et[e] Innocencius papa quintus et Adrianus papa quintus, infra dimidium annum immatura morte defuncti sunt. Sed iste predictus Adrianus papa[f] et Richardus cardinalis[3] pariter intoxicati sunt. Iohannes[g] papa XXI. ordinatur. Eodem anno apud Urbem- (Sept. 8).
veterem et in terminis[g] illic[h] terre motus factus est magnus[4], qui incepit in[i] die Veneris Maii 22.
ante festum penthecosten et duravit per IIII dies, quibus singulis diebus et noctibus factus *c. 187.
est terremotus, ita quod turres alique ceciderunt, domus corruerunt, lapides angulares de suis iunctoris exilierunt, et iterum clause sunt iuncture[k], arbores in campis evulse sunt radicitus; viri et mulieres, senes et iuvenes vestibus exuti flagellis se ceciderunt, de[l] civitate fugierunt[h], nec ausi fuerunt redire et in campis se receperunt; nulli[m] in civitate remanserunt nisi soli religiosi, qui ecclesias intraverunt et Deum[n] pro populo devotissime oraverunt. Segetes[o] et vina[p] perierunt. Hoc eciam[q] anno civitas Lubecke in die sancti Barnabe apostoli nimis multum destructa fuit[r] per horribile incendium, Domino[s] permittente. Iun. 11.

In[t] eodem anno inter Rudolfum illustrem regem Romanorum et Odoackar[u] regem Boemorum orta est discordia magna pro quibusdam terris et municionibus pertinentibus imperio Romano, quas rex Bohemie temere et violenter iam dudum possedit[v]. Insuper ipsum regem Romanorum notabiliter contemnens tanquam insane mentis eum nec regem Romanorum nec dominum, sed comitem solummodo verbis et litteris subsanatorie nominavit. Proinde[w] prefatus rex Romanorum anno tercio regni sui *congregavit exercitum fortem* 1. Mach. 1, 4. 2. Mach. 8, 20.
nimis per *auxilium* sibi *datum de celo et intravit [in]*[x] Austriam *in multitudine gravi* princi- 1. Mach. 1, 18. 19.
pum et equitum et sagittariorum ac *copiosa multitudine* armatorum *et constituit bellum adversus* rebellem et contumacem regem Boemorum, et obtinuit terras et municiones plurimas; firmam quoque pacem in sua expedicione ordinavit, ita quod a vicinis regionibus alimenta et pecorum greges venderentur[y] et omnia necessaria usibus humanis, quod[z] *exercitibus*[a] *sufficeret*[b] *copiose*. Cum igitur rex Boemorum[c] multis et variis concuteretur Iudith 2, 8.
bellis ab exercitu regis Rudolphi, non *valens resistere forciori, legacionem mittens rogat* *c. 187. Luc. 14, 32.
ea que pacis sunt. Igitur reges[d] reconciliati sunt Domino disponente, et forma composicionis talis est[5]: Rex Bohemorum Rudolfo regi Romanorum has terras, videlicet Austriam, Karinthiam[e], Carniolam, Stiriam[f] cum dominio Portuensis[g] et cum marchia Egra[6] similiter[b] et libere resignavit, et regi Ungarie[7], qui confederatus fuerat regi Rudolfo pro prestando sibi auxilio contra ipsum regem Boemorum, omnes municiones ipsius, quas ceperat olim,

a) odoct odo *add., sed del.* 1; sed *E.* b) Karulo *E.* c) *sic E. R*; imp. Rom. 1. d) *sic* 1. *R*; subsecuta *E.* e) *om. E.* f) *om. E. R.* g) Ioh. — ordinatur *om. E.* g*) *sic* 1. *R*; terris *E.* h) *sic* 1. *E. R.* i) *sic E. R*; *om.* 1. k) *sic E. R*; iuncte 1. l) et de *E.* m) et n. *E.* n) *sic E. R*; dominum 1. o) Seg. et v. per. *om. E.* p) vinea *R.* q) Eodem *E.* r) est *E.* s) deo *E.* t) *sequentia (— p. 417, l. 18) om. E. Sed tota fere narratio belli a. 1276. 1278. legitur in cod. Hannoverano Cronographiae Conradi Halberst. (H), ex Cron. Reinhardsbr., ut videtur, sumpta.* u) Odackarum *H.* v) *hoc loco inserenda esse quae in H sequuntur:* et multociens vocatus est ad curiam regis Romanorum et nusquam comparuit, *ut C. Wenck. 'Forschungen' XX, p. 284. censuit, nullo modo, ut credam, facere possum.* w) Rodolphus *add. H.* x) *sic H; om.* 1. y) et vend. omnia *H*; vend. *om.* 1. z) *sic* (p) 1. *H.* a) competeret ac *add. H.* b) *sic H*; sufficiunt 1. c) Odackarus rex Bohemie *H.* d) rec. sunt dom. disp. rex Rodolfus et Odackarus *H.* e) Coriathiam *H.* f) scitiam 1; *quod iam in antiquissimo cod. scriptum fuisse videtur, cum C habeat* Cleien; Sicilliam *H.* g) *sic* 1. *H* (*pro* Portu-Naonis); herschaft zů Portuen *C.* h) *sic* 1. *H*; simpliciter *emendare posses.*

1) Nusquam quidquam eiusmodi traditum est. De Gregorio X. haec aliquantulo iure, non recte quidem, dici potuissent. 2) Discordiam inierunt Alfonsus X. et Philippus III, quia ille filios Ferrandi filii sui defuncti et Blancae sororis Philippi successione regni privavit. Sed bellum inter eos non commissum est. 3) Diaconus S. Angeli. 4) Cf. Ann. Urbevet., SS. XIX, p. 270. 5) Arbitrium quatuor principum infra dictorum et confirmationem eius a regibus datam vide LL. II, p. 407—409. Non facere possum, quin coniciam auctorem nostrum has pacis leges legisse. 6) Sane hic auctor *marchia Egra* coniunxit, ut auctor Cont. Thoring., 'D. Chr.' II, p. 301: *die marke zů Egir* interpretatus est, in pacis lege: *Marchia, Egra* editores et historiae scriptores interpretati sunt. 7) Ladislao.

1276. restituit absolute. Et ut huiusmodi composicio et ordinacio inter Romanorum[a] et Boemorum reges indissolubiliter conservetur, rex Romanorum[b] duos pueros suos, videlicet filium[1] et filiam[2], rex Boemorum[c] filium[3] et filiam[4] versa vice ad invicem desponsarunt[d].

Nov. 26. Acta sunt hec in crastino beate Katherine virginis[5] ante Wigennam. Ibi cum rege Rudolfo fuerunt duo[e] archiepiscopi, videlicet Mogontinus[6] et Salczburgensis[7], episcopus Herbipolensis[8] et alii VIII[f] episcopi[9] et palatinus Reni[10] et dux Bawarie[11] et lantgravius Hassie[12] et comites[g] de Tyrol[13] et alii comites et nobiles circa ducentos[h]. Tunc rex[i] Boemie princi-

(Nov. 25). patus suos[k] a rege Rudolfo cum vexillis recepit, homagium faciens. In reconciliacione autem[e] istorum regum arbitri fuerunt[l] Herbipolensis episcopus, Olomuncensis[m] episcopus[14], palatinus Reni et marchio Brandenburgensis[15]. Rex autem Rudolfus duobus pueris suis, quos desponsavit pueris regis Boemie, dedit XL milia marcarum et iterum XL milia marcarum[16].*

PARS III.

Anno Domini MCCLXXVI. Odoackar[n] illustris rex Boemie[o] pace tutissima functus cum sibi subiectis audivit Rudolfum comitem de Habichesburc[p] electum in regem Romanorum potenter regnare; quod cum experimento didicisset ipsius litteris visis, quibus ad curiam suam in Nurnberc[q] citatus est, ipsum spernens minime venire voluit[r], nec aliquem honorem ipsi[s] exhibens parvipendit sua[t] precepta stomachatusque animo proponit se contra eum munire. Unde[u] missis nunciis ad terras suas petivit a baronibus et civitatibus ob-

*) *Spatio lineae vacuo relicto sequuntur in* 1: Sanctus Ysidorus Hispalensis episcopus in libro Ethimoloia-
Isid. Rtym. XI, 3. rum sic scribit: Temporibus Xersis[v] regis vulpes ex equa nascitur. Sub imperatore Alexandro mulier peperit monstrum, quod superius erat homo et inferius diversarum bestiarum. In Umbra[w]
*f. 198. peperit mulier serpentem.

Tycion gigas tam magnus fuit, quod in IX iugeribus iacere debuit. Nam sunt homines cubitales, quos Greci Pigmeos[x] vocant; alii vultum canis vel thauri habentes nascuntur . . . . . [y].
lb. XIII, 13, 3. 4. Oncentauros hominibus azinos mixtos dicunt. Ex muliere vetulus generatus est. Duo fontes, alter memoriam, alter oblivionem affert haustus. De lacu Boecie[z] qui biberit, ardore libidinis exardescet.
*f. 198'. Pauli Hist. Rom. l. IV. Rome[z] puer ex ancilla natus est quadrupes et quadrimanus, oculis IIII, auribus IIII, naturam virilem duplicem habens.

In Erphordia[a] quidam adolescens non habens brachia nec manus comedit[b] et consuit[c] cum pedibus[18].

Land. Hist. misc. l. XIII. Tempore Theodosii imperatoris in castello Emmaus[d] natus est puer perfectus inferius, sed ab umbilico et sursum divisus ita, ut haberet duo capita et duo pectora et omnes sensus; quandoque alter edebat vel dormiebat et alter non, quandoque simul dormiebant; quandoque se percuciebant; vixerunt autem duobus annis, et uno mortuo alter supervixit quatuor diebus.

Item in Northusen[e] natum erat quoddam animal ad modum porci de muliere[f], in fronte caudam habens, pedes habens quatuor sicut porcus et ventrem et os auresque habens sicut homo. Et circa eandem civitatem in villa que dicitur czum Libenchrode natum est quoddam animal de ove, inferius fuit ovis et superius homo; et cuius erat, ille postea fuerat interfectus in brevi; hoc contingit 1384. anno. *Tum spatio lineae vacuo relicto sequitur Pars III.*

a) reges Rom. et Bohem. *H.* b) Bohemorum *h. l. H;* Bohemie *l. III.* c) Romanorum *h. l. H. l. III.* d) desponsaverunt *H. l. III.* e) *om. H.* f) *sic H* (ep. VIII), *N* (octo). *C* (achte); IX *l.* g) *sic l. H;* der grefe von Tirol *C.* h) CCLII centos *l, quod ortum apparet ex* CC *et* ducentos, *altero alteri superscripto;* educentes *H;* bie driehunderten *C.* i) bôme *add., sed del. l.* k) Boh. terram Bohemie et dominium *H.* l) Archiepiscopus Moguntinensis *add. h. l. H falso, omisso infra* Olom. ep. m) Momdcensis *l.* n) Eodem anno Odackarus *H.* o) Bohemorum *V, H* (Boh. rex). p) Habesburc *l;* Habisburg *V;* Habichesborg *H.* q) Norenberg *H.* r) *sic l. l. III;* min. decenit *H.* s) sibi *H.* t) prec. sua *H.* u) Unde — cepit munire *om. l, oculo scribae a priore* munire *ad inferius aberrante, ex H suppl.;* Unde rex Rudolfus *(male add.)* m. n. ad terras *habet etiam l. III.* v) Xexrsis, *alio atram. superscr.* Xersis *l.* w) Umbria *Isid.* x) pigiſneos *l.* y) Boeotiae *Isid.* z) Rome — cum pedibus *habet etiam E post p.* 413, *l.* 21. a) erat *add. E;* In Erph. — pedibus *habet etiam Varil. ad a.* 1275. b) et bibit *add. E.* c) consuerat *E.* d) est-mraus *l.* e) Northusenn *l.* f) de mul. *alio atram. superscr. l.*

1) Hartmannum. 2) Iuttam. 3) Wenceslaum. 4) Kunigundem. 5) Hoc die arbitrium principum die Nov. 21. constitutum a regibus confirmatum est. 6) Wernherus. 7) Fridericus II. 8) Bertholdus. 9) Qui in lege pacis recensentur. Vide eos praeter Olomucensem infra dictum in altera narratione huius belli Partis III. (infra p. 415) enumeratos. 10) Ludowicus II, dux Bawariae superioris. 11) Inferioris scilicet, Heinricus I. 12) Heinricus I. 13) Meinhardus II. Albertum etiam comitem de Goricia, fratrem eius, auctor dicere voluisse videtur, nisi lectio Cont. Thuringicae vera est. 14) Bruno. 15) Otto V. Longus. 16) Minime dedit, sed promisit se daturum in pacis lege, pro qua summa pecuniae quaedam bona Austriae oppignerata sunt, l. l. p. 408. 17) Multa omisi. 18) Cf. Liber cron. Erford. a. 1270, 'Zeitschr. f. Thür. Gesch. N. F.' IV, p. 233. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 259.

sides pro certitudine sibi dari; quibus receptis, nec hiis contentus, cepit munire tutissima 1276.
castella cum suis Bohemis. Sed fortuna Dei permissione sibi non arridente, omnia versa
sunt in contrarium. Nam rex Rudolfus quarto anno regni sui magno *exercitu in unum *f. 189.
congregato Austriam pergit civitatemque Winensem ipsius provincie principalem obsedit
quinque septimanis. Rex igitur Bohemie audiens regem Rudolfum ad Austriam cum suo (Oct.Nov.)
comitatu pergere, et ipse suo collecto exercitu prope quandam civitatem que dicitur
Linzha[a] resedit[b]; et cum rex Rudolfus ex alia parte Danubii pergeret, ipse cum suis in
isto littore eiusdem aque eque pergebat[c] usque ad civitatem Winensem. Interim eciam
comes de Thirol[d], gener eiusdem regis Rudolfi, Charintiam[e] et Carriolam[f] cum suo exer-
citu, sibi aliquibus de eisdem terris iuvantibus, regi Romanorum subegit. Quid plura?
Regibus ita cum suis tanto tempore iacentibus sibi ex opposito, augetur numerus regis
Romanorum, Australes enim ad ipsum venientes se et suā dederunt. Puppes, cimbe et
naves Danubii ab utroque exercitu furantur et franguntur ac in aqua[g] dimerguntur.
Quidam eciam[h] nobilis de Austria[i] quandam cimbam furatur[l] et de nocte cum aliquibus
ad Bohemos transiens nomen sibi acquirere voluit; sed cum sedicionem faceret in castris,
Boemos non latuit, et ab eis occisus interiit[k]; quem rex Romanorum cum omnibus suis
lamentabiliter planxit, quia[l] ipsum de Reno ad Austriam duxerat, cum pre omnibus nota
sibi esset via. Erant igitur cum[m] rege Rudolfo summi et[n] nobiles principes, scilicet archie-
piscopus Mogontiacensis[o], episcopus Herbipolensis, episcopus Babenbergensis[2], episcopus
Ratisponensis[p.3], episcopus Pataviensis[4], episcopus Frisiensis[q.5], episcopus Prixensis[r.6], epi-
scopus Salczburgensis, Seccoviensis[7], Goarcensis[q.8], Chimensis[9], Lavatinensis[q.10], dux Lude-
wicus, dux Heinricus, fratres de Bawaria, lantgravius Hassie, dux Saxonie[11], comes Mein-
hardus de Tirol, de Hollo[s.12], de Kazzinellebo[t.13], de Truningen[14], de Brunecke[15], Rinecke[u]
et alii quam plures nobiles et barones, scilicet comes[v] de Suevia, de Brawancia[w], de
Francia, de Halsacia[w], de Stiria, de Karinthia, de Carniola; advenit *eciam rex Alprandus *f. 189.
Comanus et Philippus quondam patriarcha Aquilegie[x]. Nunc ad propositum redeamus.
Regibus taliter[y] sibi ex opposito iacentibus, marchio Brandenburgensis adveniens, aliqui-
bus episcopis secum assumptis, composicionem inter eos fecit cum coniunctione aliquarum
copularum[z] et resignacione aliquarum terrarum, videlicet Stirie, Carinthie, Carriole[a], Portu-
lunonis, terre Egre, Austrie ex illa parte Danubii, ex ista parte in vadium posita in copulis
predictis. Sicque concordatis regibus, sequenti die post festum sancte Katherine rex Nov. 26.
Bohemie transfretavit Danubium et cum vexillis resignavit terras predictas iniuste possessas.
Paceque ab utrisque iurata, Wienna[b] civitas aperitur, et in[c] ipsa omnia per litteras robo-
rantur. His ita[d] peractis rex Boemorum[e] domum revertitur torvoque vultu[f] a regina[16]
suscipitur, dicente ipsum nullius esse[g] valoris, qui se simplici comiti tam leviter subiu-
gasset. Unde rex nimis turbatus sollicitatur et, quid agere debeat, ignorat. Interim ergo
fiunt a baronibus utrorumque regum circa metas residentibus incendia, rapine, spolia et 1277.
multa mala. Cum igitur[h] Deus vellet ista finiri, misit in cor regis Boemorum aut cum
honore vivere aut pocius mori velle quam sic in tali discrimine esse.

[i]Anno Domini MCCLXXVII. Rex Boemorum[k] spiritu Nabuchodonosor repletus iuravit[l], 1278.
ut defenderet se et excuteret jugum regis Rudolfi a cervice sua; fecit igitur preparari[m]
multa opera, que ad expugnandas municiones et civitates secum veheret, congregatoque
multo exercitu, assumpto auro et argento copiose et aliis rebus ultra quam credi potest

a) Linza *H*; Linzcha *L III.* b) res. et *om.* 1, *ex H suppl.* c) pergebant *H.* d) Tyrol *H.* e) Car. *H.* f) *sic A. l.* 1. *H.* g) fur., frang. et in aquam *H.* h) *am. H.* — nobilis *post corr.* nobilis 1. i) furatur, n *post del.* 1. k) est *H.* l) qui *H.* m) ig. Rod. rege *H.* n) e. nob. et *H.* o) Moguntinensis *H.* p) ratispanensis 1. q) *sic* 1. *H.* r) Spirensis *H falso.* s) de H. *om.* 1, *suppl. ex H.* t) Catczen ellebo *H.* u) de Rynecke *H.* v) Prausscia *H.* w) *eadem manu, sed alio atram. superscr.* Alsacia 1; Hollandia *H.* x) Aquyleye *H.* y) ex opp. tal. sibi *H*; ex opp. tal. ibi *L III.* z) ut iam pretaxatum est *add. H*, *omissis* et ros. — possessus. a) *sic A. l.* 1. b) Wyna *H. L III.* c) *om. H. (L III).* d) itaque *H. L III.* e) Bohemie *L III*; rex Odackarus in Bohemiam rev. *H.* f) wltu 1. g) *sic* 1. *V*; val. esse *H. L III.* h) ergo *H.* i) Et tandem *praemittit H*; *cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 239, *n.* 1. k) Rex B. *om. H.* l) *om. H.* m) preparare *corr.* preparari 1, *et ita H*; preparare *L III.*

1) Wernhardus de Wolfkerstorf; Cont. Claustroneob. VI, SS. IX, p. 745. 2) Bertholdus. 3) Leo. 4) Petrus. 5) Conradus II. 6) Bruno. 7) Bernhardus. 8) Theodericus II. 9) Iohannes. 10) Gerhardus. Sed hic et episcopus Seccoviensis in lege pacis non nominantur. 11) Albertus II. 12) Gotefridus. 13) Eberhardus I. 14) Nomen corruptum ex Truendingen (Trüdingen). Fridericus VI? 15) Gotefridus; v. Winkelmann, Acta imp. II, p. 93, nr. 109. 16) Kunigundi.

1278. accepta licencia a Pragensibus flentibus et plangentibus fere omnibus, circa festum penthe-
Iun. 5. costes[1] cum omni[a] multitudine Austriam profectus[b] est. Ubi cum prosperos brevi tempore
vt. 190. habuisset successus, rege Rudolfo id ignorante, tandem Domino volente, consilio ablato ab eo, qui antea sapientissimus regum[c] erat, ignorabat, quid potissimum sibi tunc [agendum[d]] esset. Cum enim ipse regem Rudolfum subito expugnasse debuisset, castra et civitates alias expugnavit[2], adversario suo interim operam danti[e] et auxilium aliorum imploranti[e]. Nam rex Rudolfus mittens legatos ad regem Ungarie pro auxilio ferendo promisit multa et magna donativa[f]; quibus verbis[g] rex credulus venit ei in adiutorium cum quadraginta milibus Ungarorum et Comanorum. His peractis rex Rudolfus precepit expedicionem fieri per totam terram septem diebus congregacionemque fieri prope civi-
(Aug. 21). tem Marech[h.3]; quod et factum est. Illuc enim advenit episcopus Basiliensis, frater Heinricus[4], postea archiepiscopus Mogonciacensis[i.5], cum suo comitatu. Rex igitur[k] Boemie cum obsedisset quandam civitatem que dicitur La[l.6], audiens regem Rudolfum preparare[m]
(Aug. 18). se ad pugnam suumque exercitum iacere in campestribus, cessavit a civitate, consilioque accepto a suis non fidelibus, — suaserunt eum[n] venire cum omni exercitu ad locum qui di-
Aug. 23. citur Drezingin[o.7] minus tutum. Nunc ad finem tendamus. Adveniente igitur[p] vigilia beati Bartholomei, que tunc tercia[q] feria fuit, rex Romanorum castrametatus est inter quoddam castrum Stilfrit dictum et quandam villam dictam Deurintrhut[r.8], rege Boemie iacente in loco predicto[s]; sic interim utrobique preparantur per tres dies ad pugnam. Sexta ergo[t]
Aug. 26. feria iam illucescente die Comani et Ungari prelium inchoaverunt, castra invadentes Boemorum, rege eorum non longe existente a castris cum suo exercitu. Congressoque[u] prelio quidam miles armis[v] strennuus, a rege Boemie ad hoc specialiter conductus, ut regem Romanorum sibi subiceret, ipsum pre aliis notans, equum, cui insedit, audacter interfecit[9]. Sed divina dispensacione[w] longe aliter quam cogitaverant evenit. Nam quidam milites,
vt. 190. speciales sui viri[x] et amici[10], restituentes eum in alium equum, de instanti mortis periculo eum eruerunt. Regibus taliter inter se cum suis dimicantibus, Boemi multo copiosiorem
Ios. 10, 12-13. exercitum habentes pene victoriam obtinuerunt[y]; sed qui solem stare fecit in medio centri in diebus Iosue ad[z] unam fere diem, donec Israheliticus populus devinceret inimicos suos, huic eciam[a] populo, scilicet Boemorum, tantam[y] debilitatem et timorem incussit, ita[z] ut nec viriliter se movere[b] possent, et equi eorum multo valentiores equis hostium, omni agilitate[b] postposita, incederent, quasi omnino debiles essent et infirmi. Quidam eciam potenciores Boemorum cum sexcentis faleratis equis de prelio quieti recesserunt. Unde contigit, ut cedes magna fieret[c] in Boemos. Capiuntur enim, ceduntur, mortificantur et quasi pecora in campo mortui disperguntur, Romanorum regis exercitu viriliter agente, quorum vix triginta occulto Dei iudicio ibidem remanserunt. Inter quos quidam nobilis[b] dictus Albertus de Thuringin[c] occubuit. Sic ergo Boemis in fugam conversis hostes quasi lupos eos insecuntur[d] pene ad tria miliaria, et ita miserabiliter per devia queque occiduntur. Interea rex Boemorum in una acie cum aliquibus suis fidelibus contra hostes preliabatur prelia fortitudinis, similis Machabeo[e] viriliter incedens, ita ut pauci ad[f] eum accedere auderent. Cum hec ita aguntur, lassatus tandem de nimiis laboribus declinavit

a) maxima *H.* b) ingressus *H*; prof. est in Austr. *L III.* c) erat regum *H.* d) *supplevi*; sibi *iterum* 1; tunc sg. *om. H.* e) *sic* 1. *H.* f) donacula *H.* g) *sic H*; *om.* 1. h) Maroth 1; *sic aut* Marech *legi potest in H.* i) Moguntinensis *H.* k) ergo *H.* l) *hoc loco spatium* 2 *litterarum vacuum rel.* 1. m) se prep. *H.* n) *sic* 1; esse *H, ubi* venire *post* tutum *ponitur*; *fort. emendandum* enim ei. o) Drezingen *H*; Dresingin *L III.* p) Veniente itaque *H.* q) feria tercia *H.* r) Deurentrut *H.* s) dicto *H.* t) igitur *H.* u) *sic* 1. *L III*; in a. *H.* v) *sic* 1. *L III*; dispositione *H.* w) *om. H. L III.* w') *sic* 1. *L III*; optinuerant *H.* x) *om. H.* y) tim. et deb. tantam *H.* z) vir. moveri *H.* a) *sic H*; abilitate 1. b) d. Alb. nob. *H.* c) Thuringia *H.* d) insequuntur, *eadem manu alio atram. superscr.* insecuntur 1, *et ita H.* e) Iudas *(sic)* Mach. *H.* f) acc. aud. ad eum *H.*

1) Cf. Busson in 'Archiv f. österr. Gesch.' LXII, p. 28, n. 2. 2) Solum castrum Drosendorf expugnavit. 3) Marchegg ad fl. March. 4) Chron. Colmar., SS. XVII, p. 250, tradit episcopum Basiliensem die Aug. 21. Wiennam ad regem advenisse; quod certe falsum est, ut Busson l. l. p. 38, n. 1. monuit, sed episcopum die Aug. 21. advenisse verum censeo. 5) A. 1286. Vide infra a. 1284. 1286. 6) Laa ad fl. Thaya. 7) Drösing ad fl. March. 8) Stillfried et Dürnkrut ad fl. March. 9) Cum hoc loco consentiunt omnino Herm. Ann. Cont. Altah., SS. XVII, p. 410, et Ottocarus v. 16006 sqq. 16432 sqq., 'D. Chr.' V, p. 212. 218, qui dicit hunc militem Thuringum fuisse. Cf. etiam Matth. de Neuenburg c. 19, ed. Weiland in 'Abhandl. d. Ges. d. W. zu Göttingen' XXXVIII, p. 25 sq. 10) Praesertim Waltherus de Ramswag; cf. Köhler in 'Forschungen' XIX, p. 337. Alius nominatur in Ann. S. Rudb. Salisb., SS. IX, p. 804.

et ipse de prelio, videnque populum suum dispersum, fugam iniit contra oppidum Drezin- 1278.
gin. Cui occurrens quidam nobilis ipsumque regem esse[a] agnoscens, captum eum dedu-
cere secum volebat[1]. Cumque pre lassitudine non posset ulterius procedere, depositus est
ad terram; galeaque deposita[b], ut paululum respiraret, quidam dictus Kelremeistir[c-2], cuius
patrem in carcere interfici fecerat[3], videns eum scrutandoque cognoscens[d], iussit[e] servum
suum, ut tolleret loricam ipsius[f] regis ipsumque gladio transfoderet. Cuius[g] iussioni *) 191.
servus obediens predicto modo ipsum miserabiliter occidit. 'O Deus, quanta et[f] qualia cf.
et quam inscrutabilia sunt iudicia tua! quia, cuius potestas antea in multis mundi partibus Rom. 11, 33.
timebatur, qui eciam inter Tartaros ferreus rex vocabatur, cui divicie et honores fuerant,
quales nullus regum[f] nostris temporibus habuit, iacet mortuus et nudus ut indiguus[h], nec
aliqua misericordia respicitur. Quòd cum rex Rudolfus percepisset, iussit eum Javari[i]
corpusque eius deduci ad civitatem Winensem, ubi multo tempore[k] stans inhumatus, tandem
perductus est [in[l]] Boemiam[4], nec ibi ausus fuit[m] sepeliri[5]. Que postea ibi miseria[f] a
Comanis et Ungaris facta sit, captivis nobilibus dicentibus se non esse nobiles, sed et[f] humili-
bus dicentibus se ignobiles esse, ut mortem evadere possent, nullus, nisi qui vidit, per
singula effari potest, nec nostris temporibus tanta tribulacio in multis mundi partibus
unquam facta fuit. Postea Rudolfus rex Romanorum venit Boemiam cum magno[f] exercitu,
ibi[n] omnia secundum velle suum ordinavit atque[o] disposuit[p].

Anno Domini MCCLXXVII. Comes[q] Iuliacensis[6] nimium[r] confidens in diviciis suis et 1278.
Prov. 11, 28.
Iudith 9, 9.
in multitudine sui exercitus, cum iam diu cives Aquisgrani bellis, incendiis et rapinis et
variis calamitatibus lacessisset, tandem ausu temerario sub ficta pace eandem civitatem (Mart. 16).
ingressus ab eisdem civibus cum CCC militibus miserabiliter occisus est. Unde quidam
rogatus hos versus dictavit:

Dudum passa scacum mactavit Aquis Iuliacum,
Dumque quiris peditem captat, capit ipse quiritem.

Eodem[s] anno mortuo papa Iohanne Nicolaus papa ordinatur, senatoria stirpe[t] pro- 1277.
(Maii 20).
genitus; qui iuxta monasterium sancti Petri palacium mire magnitudinis et pulchritudinis
ex proprio domate fabricavit[8].

Anno Domini MCCLXXVIII. Archiepiscopus Coloniensis Sifridus dictus Runchil oppo- 1278.
suit se domino regi Rudolfo, a quo humiliatus coactus est resignare quoddam castrum
munitissimum Starkinberc[u] dictum, ad quod attinebant redditus quinque milia[v] marcarum, *) 191.
quod vi detinebat ipse episcopus et multi antecessores sui Romano imperio.

Anno Domini MCCLXXIX. Cives Erphordenses incurrerunt ingratitudinem domini[w] 1279.
archiepiscopi[w] Mogontini Wernheri, qui directo mandato clero civitatis precepit ibidem
suspendi divina, quod per duos annos et dimidium a sibi astantibus et obedientibus inviola-
biliter observatum est[9].

Anno Domini MCCLXXX. episcopus Magdaburgensis[x-10] cepit marchionem Misnensem[11] 1280.
cum pluribus Thuringie nobilibus.

*) *E add.* In emendam autem huius rei ipsi cives et prelati, ut fertur, dabunt perpetue terciam partem oblacionum beate virginis Marie ipsi marchioni[y] de Iuliaco.

a) *om. H. L III.* b) *sic H. L III*; est *add.* 1 (*ex praeced.* depos. est). c) Kelremeister *H.* d) fec. cogn. eum regem *H.* e) *sic* 1. *H*; in 1 *eadem manu supersc.* precepit servo suo. f) *om. H.* g) et sic servus ipsum *H.* h) *dubius emendavi*; dignus (*vel* diguus), *n e corr.* 1; ut ind. *om. H.* i) *sic* 1. *V. C* (biez or in wasche); levari *H*; tolli *L III.* k) *sic H. V*; *om.* 1. l) *sic* 1, *om. H. V, ut infra l.* 17; *ad N. L III.* m) *sic H. V. N*; est 1. n) *sic* 1. *L III*, et ibi *H.* o) et *H.* p) O gloriose sancte Ieronime michi succurre *add.* 1. q) Marchio Guliac. *E.* r) nimis *E. L III.* s) Eod. — fabricavit *om. E.* t) Starkinberg *E. B.* u) *sic* 1. *E. B.* v) *om.* 2a. b. *V.* w) Wernh. arch. Mogunt. *E.* x) Magdeburg. 2b. *E. B* 1. *V.* Meideburg. 2a. *B* 2. y) marchione *E.*

1) Ab ignobilibus regem captum esse tradunt Hist., SS. IX, p. 653. et Chron. Colmar., SS. XVII, p. 251. 2) Eundem indicat Ottocarus v. 16661—16667, p. 221, qui regem ipse vulneraverit. 3) Aliam causam ultionis indicat Ottocarus v. 16668—16674, dicens Bertholdum de Emerberg (quem Cont. Vindobon., SS. IX, p. 710, solum inter eos nominat, qui regem interfecerint) regem occidisse, qui eius avunculum interfecerit. Aliter etiam Chron. Colmar., SS. XVII, p. 251. Cum nostro hac in re consentit Thomas de Papia, SS. XXII, p. 526. Cf. Basson l. l. p. 141 sqq. 4) In conventum fratrum Minorum in Znaim. 5) Loco edito corpus eius positum est; Ottocar. v. 16989 sq., 'D. Chr.' V, p. 225; Mon. Furstenfeld., Böhmer, Fontes I, p. 9. 6) Wilhelmus IV. 7) Ursinorum. 8) Cf. Mart. Cont. Rom., SS. XXII, p. 476. 9) Melius hac de re nos docet Nicolaus de Bibera v. 327—423, 'GQ. d. Prov. Sachsen' I, 2, p. 49 sqq.; cf. ib. 125 sq. 153—158. 10) Bernhardus. 11) Theodericum. Cf. Liber cron. Erford., 'Zeitschr.

1281. Anno Domini MCCLXXXI. Gravis guerra orta[a] est inter seniorem lantgravium Albertum et filium eius Theodericum, civibus Erphordensibus astantibus lantgravio seniori[1], quibusdam vero ministerialibus adiuvantibus partem iunioris lantgravii. In qua eciam gwerra dominus Cristanus[b] episcopus domus Teutonice[c] captus est a iuniore lantgravio et aliquandiu detentus in castro Slatheim[d.2]; qui tandem coactus redemit se cum trecentis marcis. Quo soluto, et ipse iuvenis[e] lantgravius captus est a comite de Kevernberc[f.3] et traditus est[g] patri suo, qui per integrum annum detinuit eum in castro Wartperc[h] iuxta Ysenachum[i], donec a quibusdam commilitonibus[k] et servis eiusdem iuvenis[l] lantgravii, quibus aditus ipsius castri notissimus erat, noctu furtive[m] intrantibus, eundem, ablatis omnibus que deferri poterant, ex[n] captivitate viriliter eripuerunt[o.4]. Eodem anno Erphor-
Maii 12. 1280. denses[p] destruxerunt Novum-forum[5] in[q] die beati Pancracii. Eodem anno mortuus est
(Aug. 22). papa Nicolaus, pro quo Martinus [r]papa ordinatur; quo mortuo[6] successit Honorius quartus.
f. 192.

1282. Anno Domini MCCLXXXII. Composicione facta inter dominum archiepiscopum Mogontinum[s] et cives Erphordenses[7], dominus abbas[8] Montis Sancti Petri cum clero civitatis Er-
Mart. 25. phordie[t] feria IIII. post palmas honorifice revocatus est a consulibus et pocioribus eiusdem civitatis; qui eciam[u] pro emenda domino[v] archiepiscopo circa mille marcas et clero civitatis pro eorum dampno, quod pene per biennium pertulerant[w], trecentas marcas dederunt.

1285. Anno Domini MCCLXXXIII. magna mortalitas desevit in nobiles Thuringie. Nam vix infra dimidii anni spacium nobilis vir[x] marchio Theodericus de Landisberc[y.9] et comes Albertus[10] de Orlamunde et frater eius comes Otto, comes Heinricus de Swarczburc et comes Albertus de Glichinstein[z] et multi alii ministeriales et nobiles mortui sunt.

1283. Eodem anno quidam civis Erphordensis nomine Volradus de Gota[a] spiritu dyabolico inflammatus sedicionem maximam excitavit inter cives Erphordenses[11]. Si enim maxima bonitas divine pietatis non affuisset, idem Volradus cum infinita populi multitudine, quam sibi allexerat, tantam cedem in divites et nobiliores quosque civitatis exercuisset, ut vix hoc effari[b] quisquam valuisset. Eodem anno tempestates et grandines tales[c] fuerunt, quales[d] ante longa tempora non fuerunt audite; multos homines submerserunt et precipue dominum plebanum de Cymmern prope Eytirberg[e.12].

1284. Anno Domini MCCLXXXIIII. Dominus Wernherus archiepiscopus Mogontinus obiit,
Apr. 2. et vacavit sedes per duos annos et tres menses; nam duo electi[13] per discordiam ambo Romam pro confirmacione perrexerunt et ibidem infinitam pecuniam expenderunt, et tamen
f. 192. neuter eorum obtinuit quod volebat. Nam [f]rex Rudolfus episcopum Basiliensem, fratrem videlicet Heinricum de ordine Minorum fratrum, Romano pontifici direxit, petens pro uno electorum predictorum; qui omnia callide agens, quantum pro illo laborare in manifesto videbatur, pro quo rex miserat eum, tanto sibimetipsi diligencius eundem archiepiscopatum obtinere
1286. (Maii 15). conabatur[g]; quod et fecit. Nam dominus papa, electione cassata, archiepiscopatum Magontiacensem cum pallio et confirmacione predicto domino episcopo Basiliensi fratri Heinrico favorabiliter porrexit. Illique, pro quo rex petiverat[15], episcopatum Basiliensem donavit[h].

a: est o. 2b. b: Cristannus 2a. b; Cristianus E. c: Theutonice 2a. B; theutnice E. d: Slacheim 1. 2a. b; Slotheim E. e: iunior 2b. N. f: Kevernberck 2b; Keverenburg 2b; Keuirnberg E. g: om. E. h: Wartberck 2b; Wartberg E. i: Ysenacum 2b. B; Ysanacum E. k: suis add. 2a. b. l: suc E. B.; iunioris 1; eiusdem — erat om. 2a. b. l*: castrum add 2a. b. m: om. 2b. n: suc 1. 2a. b E. B. Sententia male constructa est. o: cives erford. E. p: in — quartus om. E. q: om. E; Moguntiß 2a. B; Moguntise 2b. r: Erphord' 2a; Erphordiensis 2b; erford E. s: om. 2a. b. V. N. t: intulerant E. u: nob. ac illustris dominus E. v: Landisberck 2b; Landisberg E. w: Glichenstein 2a. b; Glichensteyn E. N. x: Gotha E. y: fuit E. z: maxime E. a: ita ut pleb. in C. pr. Eyt. cum multis hominibus subm. E. b: cyeirtberg corr. cyeirtberg 1; Eyterburg E. c: ac confirmavit add. E, ubi a. 1285. om.

f. Thur. Gesch. N. F.' IV, p. 234 sq.; 'Magd. Schöppenchr.' ed. Janicke p. 164 sq.; Ann. Vetero-Cell. ed. Opel p. 208. 1) Vide cartas eius Erfordensibus datas a. 1281, Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' I, p. 197 sqq., nr. 306 (Oct. 2). 309. 310. 312. 2) Schlotheim in particula Rudolstatensi. 3) Gunthero VII. 4) Cf. Cron. Reinhardsbr. f. 377a (infra). 5) Neumark in ducatu Weimarano. Cf. cartam Alberti nr. 310, n. 1. laudatam. 6) Demum a. 1285. 7) Vide *compositionis formam* et cartam Werneri archiepiscopi d. d. 1282. Mart. 21, Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' I, p. 202 sqq., nr. 313. 318; Reg. arch. Mag. II, p. 415, nr. 536. 537. 8) Andreas. 9) Huius et trium sequentium mortem Sifr. de Balchusio c. 228, SS. XXV, p. 710, a. 1285. adsignat. Ac quidem Theodericus marchio a. 1285. Febr. 8. obiit (Wegele, 'Friedrich d. Freidige' p. 91, n. 1). 10) *Hermannus* Sifrid. l. l. Cf. 'Zeitschr. f. Thür. Gesch.' VI, p. 10 sq. 11) Cf. Nicol. de Bibera v. 1773—1784, 'GQ. d. Prov. Sachsen' I, 2, p. 98; cf. ib. p. 135. 158 sq. 12) Nieder-Zimmern ad montem Ettersberg (duc. Weimar.). 13) Petrus de Reichenstein et Gerhardus de Eppenstein. 14) Cf. F. Heymach, 'Gerhard v. Eppenstein' 'Diss. Strassburg. 1880) p. 8, n. 1. 15) Petro.

Anno Domini MCCLXXXV. Iudei quendam puerum christianum Mogoncie misera- 1285.
biliter occiderunt.

Anno Domini MCCLXXXVI. Dominus episcopus Basiliensis frater Heinricus datus est 1286.
Mogontinensibus in archiepiscopum a domino papa Honorio[a]. Eodem anno[i] quidam senex
trufator[b] veniens circa Renum[c] in civitatem que vocatur Nus dixit se esse imperatorem 1284.
Fridericum, qui pene transactis XXXVI annis ex hac luce migravit; ad quem multi[d] nobiles
confluebant, quos omnes per nigromanciam[d*] propriis nominibus suscipiebat. Multi eciam
ex variis provinciis illuc advenientes ab eo benigne[e] suscepti sunt et honeste in cibo et in[f]
potu tractati, nec solum his[f], sed et verbis et factis et variis donariis. Quod postquam
aliquo tempore duravit, tandem a domino archiepiscopo Coloniense ab eadem civitate 1285.
fugatus venit in aliam civitatem, que dicitur Wephlaria[g], ubi tandem a domino rege Rudolfo (Iul. 7).
miserabiliter igne crematus est[h].*)

[*f. 193.] Anno[b] Domini MCCLXXXVII. Dominus archiepiscopus Mogontinus frater Heinricus 1287.
veniens in Thuringiam honorifice susceptus est ab omni clero et populo tocius civitatis (Ian.)
Erphordie[i]. Vocatis igitur ab eo principibus terre et liberis et ministerialibus multisque
nobilibus, cepit cum eis tractare de pace, quia iam per multos annos incendia et rapine et
vastaciones in eadem provincia per malos homines exercebantur. Qui cooperante spiritus
sancti gracia ita omnes principes et nobiles sibi dulcibus suis exhortacionibus subiugavit,
ut omnes firmissimam cum eo per totam Thuringiam pacem firmaverunt[i*. 2]; sed heu! eadem (Febr. 25).
pax parvo tempore duravit[3]. Eodem anno circa mediam quadragesimam generale con- Mart. 16.
cilium celebratum est Herbipoli, presente legato domini pape Iohanne Tusculano; cui
concilio interfuit eciam dominus rex Rudolfus cum multis nobilibus multarum provinciarum;
aderant eciam ibidem archiepiscopi Mogontinensis et Coloniensis et multi alii archiepi-
scopi, episcopi, abbates nigri ordinis et grisei, Premonstratensis et multi alii prepositi et
prelati diversorum ordinum ex multis terrarum provinciis. Sed hoc concilium anichilatum
est, universitate cleri se opponente eidem legato[4]. Eodem anno in Fresia submersi sunt[k]
per inundacionem aque pene[l] octoginta milia hominum. Ipso anno episcopus Herbi-
polensis de Sternberc obiit. Eodem[m] eciam anno Iudei quendam servum nomine Wernhe- (Nov. 14).
rum[n], dictum Bonum, qui eis pro mercede servierat, in die parasceue martirio decoraverunt, Apr. 4.
omnia genera contumeliarum explentes in eo, que dominus noster[o] Iesus Christus passus
fuit, excepta crucifixione, alias vero crudelissima morte eum interfecerunt[5]; quod post-
quam christiane plebi innotuit, omnes Iudeos, quos invenire poterant in civitatibus et[p] villis,
circa mille [*f. 193'] viros interfecerunt, exceptis parvulis et mulieribus, et omnia eorum bona
diripuerunt. Tres vero ecclesias eidem bono Wernhero christiani construxerunt, in quibus
Dominus multa miracula propter[q] eundem operari dignatus est [circa[r] Renum in civitate
que dicitur Bacharach; ibi requiescit in Christo]. Eodem anno archiepiscopus Mogontinus (Sept. 7).
frater Heinricus transposuit[s] dedicacionem ecclesie montis sanctorum apostolorum Petri
et Pauli[t] in Erphordia[u] in dominicam Quasimodogeniti, que ante fuerat in festo sanctorum
Aurei et Iustine[6]. Ipso[v] anno idem Mogontinus celebravit ordines *Karitas*[w] *Dei* apud con- Maii 31.
fratres[x] suos Minores in Erphordia[t].

*) *E add.:* Eodem anno iniciatum est cenobium sanctimonialium grisearum dominarum in Ylmene 1287.
a domino Gunthero comite de Swarczburg, et sequenti anno idem dominus Guntherus obiit, 1288.
sepultus ibidem[1]. Eodem anno edificata est interior valva Sancti Iohannis[2]. 1286.

a) IIII° *add. E.* b) *sic E. N. C* (ein alt tůscher). *Eisl.*; triumphator 1. c) Rhenum *h. l.* 1. d) *sic E. N. C* (vil herren); iuste *Eisl.*; *om.* 1. d*) *sic E. N*; oicrom. 1. e) benigni 1. f) *om. E.* g) Wepflaria *E*; venit Wetaflariam *Eisl.* h) *sequentia — obiit* (*f.* 28). *om. E.* i) erphord 1. i*) *sic* 1; firmarent *N.* k) *om.* 2b. l) *om.* 2a. m) *haec habet E ad a.* 1286, *post n.* *, *ubi eciam om.* n) Vernherum *E.* o) *om. E. N. Conr.* p) *sic* 1. *L III*; in *add. E. Conr.* q) *sic* 1. *L III. Conr.*; per *E.* r) circa — Christo *om. E. L III. Conr.* s) *sic* 1. *V. N*; transponit *E.* t) montis sancti Petri *E. V.* u) erphord. 1; erford *E*, *ubi add.* in solempniorem diem, scilicet. v) Ipso — Erphordia *om. E.* w) *sic V. N*; Charitas 1. x) *sic* 1. *N*; fratres *V.*

1) Minime. De tempore huius facti vide V. Meyer, 'Tile Kolup' p. 18, n. 47. 2) Instrumentum pacis datum est die Febr. 25; Reg. arch. Mag. II, p. 430 sq., nr. 52. 3) Vide infra a. 1288. 4) Quintam partem redituum a clero exigenti. 5) In oppido Oberwesel; cf. Gesta Boemundi c. 10, SS. XXIV, p. 470; Sifr. de Balnhusin c. 230, SS. XXV, p. 711; Ann. Colmar. mai., SS. XVII, p. 214; Cont. Claustroneob. VI, SS. IX, p. 746. 6) Vide cartam d. d. Sept. 7; Wadding, Ann. Minorum V, p. 166. In capella monasterii S. Petri imago archiepiscopi picta erat his verbis subscriptis: *Frater Henricus Minorum fratrum ob reverentiam huius loci transtuli dedicationem ad solemniorem diem*; ut in E. quam exhibet Io. Kucher in cod. Galli Stassen p. 658. 7) Eadem fere vide infra p. 420, n. *. Cf. Thur. sacra p. 563 sq. 8) Eadem vide supra p. 375. ad a. 1186, ad quem falso adscripta videntur.

1284. Dec. 3. Eodem anno circa adventum Domini Tartari terram Ungarie ingressi multa claustra religiosorum cum variis ecclesiis everterunt et ipsos religiosos abinde miserabiliter fugaverunt; senes vero, qui effugere non poterant, occiderunt. Civitates eciam et[a] villas succenderunt, occisis hominibus et captivis ductis circa octoginta milia[b]. Tandem vero propiciante Deo turpiter fugati sunt ab illa terra, occisis ex eis pene centum milibus.[c]

1288. Anno Domini MCCLXXXVIII. Dominus episcopus Wratislaviensis[c-1], postquam per aliquot[d] annos a duce Polonie Heinrico a sua sede expulsus fuisset, et non solum ipse, sed et plures[e] religiosi et clerici, qui eidem episcopo astiterunt, a suis monasteriis et ecclesiis eiecti fuissent, tandem Domino disponente ab eodem duce ad suam sedem revocatus, glorio-
(Mart. 18/19). sissima satisfactione honoratus est. Eodem[f] anno frater Heinricus archiepiscopus Mogon-
*) 194. tinus obiit, et vacavit sedes per annum et tres menses[2].

1287. (Apr. 3). 1288. Ipso anno Honorius papa mortuus est; pro quo Nicolaus *papa de ordine fratrum Minorum eligitur.

Hoc eciam anno gravis dissensio[g] orta est inter dominum archiepiscopum Sifridum Coloniensem dictum Runchil et suos cives Colonienses, quibusdam nobilibus foventibus
Iun. 5. partem Coloniensium. Que in tantum excrevit, ut exercitu ex utraque parte congregato grave prelium[h] consereretur[i-3], in quo multi de exercitu archiepiscopi[k] perempti sunt. Ipsum vero episcopum captivum deducentes, ita ut erat armatus, in vincula coniecerunt.
Iun. 5. Ipso[l] die, quo hec facta[m] sunt Colonie, hoc[n] est in die sancti Bonifacii archiepiscopi et martiris, occisi sunt Saxonie in civitate que vocatur Helmistete[o] crudelissimi tiranni et predivites raptores Anno et Heino[p] dicti de Lapide et advocatus Hildemarus[4]. Eodem anno mortuus est illustris princeps Heinricus marchio Misnensis; post cuius mortem maxima discordia orta est inter marchionem Fridericum de Landisberc[q], filium Theoderici[r] marchionis, et episcopos Merseburgensem[5] et Nuwenburgensem[6], astantibus episcopis iuvenibus lantgraviis Friderico et Ticemanno[s]. Ipso eciam[t] anno lantgravius Albertus senior captus est a filio suo[t] Friderico et aliquanto tempore ab eo detentus[v] est. Eodem
Sept. 29. anno circa festum sancti[r] Michaelis per nimiam vim ventorum multa milia hominum in aqua que vocatur Lacus prope civitatem Lubecensem cum omnibus que habebant simul cum navibus miserabiliter submersi sunt.

1289. (Mart. 6). (Apr. 3). Anno Domini MCCLXXXIX. Duobus electis[7] adhuc Rome altercantibus de episcopatu, tandem Domino disponente dominus papa archiepiscopatum Mogontiacensem[r] cum debita confirmacione et consecracione necnon et pallio porrexit[w-8] domino Gerhardo de Eppinstein omniaque illius beneficia multa et valde bona distribuit, sicque[x] ad partes Germanie ire[y] precepit.

*) 194. 1289. *Anno[z] Domini MCCXC. Rudolfus Romanorum rex anno regni sui septimodecimo
Dec. 14. perveniens Thuringiam intravit Erphordiam in crastino[a] sancte Lucie cum maximo comitatu principum ac nobilium plurimorum, et susceptus est[b] cum maxima[c] solemnitate in ecclesia sancte Marie[d] ab omni clero et populo civitatis cum crucibus et reliquiis sanctorum. Qui gloriose susceptus precepit districte servari[e] pacem, faventibus sibi ad hoc civibus Erphordensibus, qui cum militibus ipsius regis armati exeuntes comprehenderunt in Ilmina[f]
Dec. 20. XX et novem predones, quos predictus rex personaliter sedens pro tribunali in vigilia sancti

1287. (Mart. 26). *) *E add.:* Anno eodem iniciata est domus Dei sanctimonialium[g] in Ylmene ad honorem gloriose virginis Marie et sancti Nicolai nec non venerabilis patris[b] sancti Benedicti, quem eedem[i] sanctimoniales[g] imitando secuntur[k], a domino Gunthero comite de Swarczburg[10].

a) ad 1; Civ. et *E*; Civ. insuper et *Conr.*; ec. et *om. N.* b) *sic* 1. *E.* c) Vratisl. *E.* d) aliquos *E.* e) alii *add. E.* f) Eod. — eligitur *om. E.* g) Eodem a. gr. gwerra et discordia *E.* h) bellum *E.* i) *sic N*; conseretur 1; consequeretur *E.* k) episcopi *E.* l) Eodem *E.* m) *sic E*; f. s. *om.* 1. n) hoc — martiris *om. E.* o) Helmatete *E. R* 2. p) Heyno *E. R* 2. q) Landisberg *E. R. N.* r) *om. E.* s) Tizemanno *E.* t) *sic* 2ª b. *E. R. N*; *om.* 1. u) eodem tenatus *E.* — est *om.* 2ª b. v) mogon. 1; mogunt *E.* w) direxit *E.* x) sic *E.* y) redire *E (recte?).* z) *haec habet R* (Eodem anno) *recte ad a.* 1289, *sed* A. (D.) MCCXC. *iam h. l.* 1. *E. V.* a) die *add. E.* b) *om. E.* c) magna *E.* d) virginis *add. E.* e) servare *eadem manu corr.* servari 1. f) Ylmena *E.* g) aĉē mon. *E.* h) pri *E.* i) idem *E.*

1) Thomas II. Zaremba. 2) Non per annum integrum; cf. infra n. 8. 3) Prope Worringen. 4) Cf. Cron. ducum de Brunswick c. 20, 'D. Chr.' II, p. 587, et supra p. 27; Cron. Reinhardsbr. (infra). 5) Heinricum II. 6) Brunonem. 7) Gerhardo infra dicto et Emerico de Schonecke. 8) Die Mart. 6. cum confirmavit, Apr. 3. pallium ei dedit. Cf. Gesta Boemundi c. 2, SS. XXIV, p. 466. 9) Haec verba sumpta sunt ex inscriptione edita Thur. sacra p. 564, ubi: *A. D. MCCLXXXVII. VII. Kal. Aprilis.* 10) Cf. supra p. 419, n. *.

Thome[a] precepit sententialiter extra muros Erphordie[b] decollari. Ex quo facto terror ipsius irruit super omnes malefactores, et fugierunt[c] a facie eius, audientes edictum regis super pace promulgatum cum gladiis confirmari. Ipso[d] anno dominus Gerhardus archiepiscopus Mogontinus in vigilia sancti Thome Erphordiam veniens ab universo clero ac populo civitatis honorifice est susceptus[e]. 1289. Ioh 12, 11. Dan. 10, 7. 2 Reg. 10, 13. Dec. 20.

Anno Domini MCCXC.[f] dominus Rudolfus rex[g] curiam suam Erphordie celebravit in festo natalis Christi proximo, ad quam vocati[h] convenerunt de vicinis et longinquis regionibus multi principes et[i] spirituales et seculares et plurimi nobiles ac barones, et qui venire non poterant, per solemnes legatos suam absenciam coram rege excusabant. Principes spirituales[i] hii fuerunt[k]: Dominus[l] archiepiscopus Mogontinus[m], archiepiscopus Salzburgensis[n.1], archiepiscopus Magdaburgensis[o.2]; episcopi simplices: Herbipolensis[3], Babenbergensis[p.4], Hildensheimensis[5], Padeburnensis[q.6], Nuwenburgensis[7], Merseburgensis[r.8], Misnensis[9], Colnensis[s.10], Laventinensis[11], Halberstatensis[t.12], Eichstetensis[u.13], Werdunensis[v.14], Constanciensis[15]; abbas Fuldensis[16], Hersveldensis[w.17]. Principes seculares hii erant[x]: Marchiones de Brandeburc[y] Longus[18] et Cum-telo[19] et frater eius[20], marchio Fridericus Misnensis, lantgravius Albertus[z] cum filiis suis Friderico et Ticemanno[a], dux Heinricus de Brunswic[b] et fratres eius Albertus et Willehelmus[c], Heinricus lantgravius Hassie, rex Boemie[d.21], dux Austrie Rudolfus, filius regis[e] Rudolfi, dux Bawarie[f.22], dux Karinthie[23], dux de Luneburc[g.24], dux Saxonie[25], gener regis Rudolfi, comes Gunzelinus de Zwirin[h], comes de Kazzinelleboin[i.26] et filius eius, qui[k] ibidem obiit; item[l] comes de Bren[27] iuvenis, qui ibidem obiit sine herede. Cuius bona omnia dedit rex genero suo duci Saxonie[28] et uxori sue[29], filie videlicet eiusdem regis, valencia duo milia marcarum annue pensionis. Dux de Meckilburc[m.30], comes de Anhalt[n.31], duo fratres de Holloch[o], quorum unus ibidem obiit, quem tamen frater suus in patriam mortuum reduxit. Item alius de Holloch[p.32], fratruelis predictorum fratrum, item[q] burcgravius[r] de Nörnberc[s.33] et multi alii[t.34]. Dec. 25. *f.* 195. 1290.

Eodem anno dominus rex[u] Rudolfus, ut pacem indictam plenius stabiliret, missis militibus suis cum civibus Erphordensibus et cum populo Thuringorum in media quadragesima imperavit[v] destrui fere sexaginta et sex municiones in diversis locis Thuringie sitas, in quibus se recipere soliti erant iniqui homines rapinas et latrocinia exercentes[35]. Item in crastino dedicacionis nostre[w], que celebratur in octava pasche, idem rex invitavit ad prandium reginam Boemorum, filiam suam[36], et procuravit eam et ducissam Saxonie, sororem eius, in pomerium nostrum[x] et omnes milites ac famulos et famulas earum tam splendide, sicut regali magnificencie credidit expedire. Mart. 5—12. Apr. 9.

a) apostoli *add. E.* b) erph' 1; erford *E.* c) *sic E. R. N*; fugerunt 1; *cf. p.* 413, *l.* 18. d) Ipso — susceptus *om. E, ubi h. l. sequuntur, quae infra p.* 424, *l.* 9 *sqq. leguntur.* e) *spatium lineae vacuum rel.* 1. f) *sic h. l. R. E.* (Dom. *om.*). 2ª.b (A. D. *om.*); Eodem anno 1. *(C).* g) *sic* 1. *R*; Romanorum *add.* 2ª.b. *E.* h) advocati *E.* — venerunt 2ª.b. i) *om.* 2ª.b. *E. (R).* — spirituales 2ª. k) erant 2ª.b. *R*; sunt *E.* l) Gerhard *add. E.* m) Magunt 2ª. n) *sic* 2ª; Salczburg. 1. *E*; Saltzburg. 2ᵇ. *B.* o) Magdeburg. 2ᵇ. *E. R*; Madeburg. 2ª. *N.* p) Babinberg. Hildesheym. *E.* q) *sic* 1. 2ª; Padeborn. 2ᵇ. *R. Eng. I*; Padeburgen. *E.* r) Mersburg. 2ª.b. s) *sic* (*vel* Colnensis) *E. R. (C)*; Tolnensis 1. 2ª.b. *Eng. I*; Tulli *N.* t) Halberstaden. *E.* u) Eichstet. 2ª; Eistet. 2ᵇ; Eychsteden. *E. R.* v) Werdensis et *E.* w) Hersfeld. 2ᵇ. *E* (et H.). x) fuerunt *E.* — Marchio 2ᵇ. y) Brandeburck 2ª; Brandenburg 2ᵇ. *E. R.* z) Thury *add. E.* a) Thirzemanno *E.* b) Brunswig *E. R.* c) Wilhelmus 2ª.b. *E. R.* d) Bohemie *E. R.* e) Rud. regis 2ᵇ. *R.* f) Bavarie 2ᵇ. *E*; d. B. *om.* 2ª. g) Luneburg 2ª. *E*; Lunenburg 2ᵇ. h) Zwirin 1; Zwirn 2ª.b; Swiryn *E.* i) Kazzinellebogin 2ª; Catzenelnbogen 2ᵇ; haczenelleboyn *E*, *sed* Kaczenellebogen *Eng. I.* k) qui — iuvenis *om. E, sed adest Eng. I.* l) *sic Eng. I* (*ubi* item *deest*). *Engelh. in Chron. univ. et C*; filius eius *add.* 1. 2ª.b. *R*; *cf. praef. p.* 353. m) Meckilburg 2ᵇ; mokelnburg *E.* n) Anehalt *E.* o) Hohenloch *h. l.* 2ª.b; fr. comites de Honloch *E.* p) *sic C*; Hollo *h. l.* 1. 2ª.b; comes de Honloch *E.* q) Bertramus *add. R falso* (*deest Eng. I*), *quod ex sequente voce bis scripta ortum videtur.* r) burgravius 2ª.b. s) Nurembèrc 2ª; Nurnberg 2ᵇ; Nornberg *E.* t) minoris nominis *add. E.* u) Rud. rex *E.* v) *sic* 2ª.b. *E. R. V. N*; mandavit 1. w) Eodem anno in cr. ded. sancti Petri in monte Erford. *E.* x) sancti Petri *E. R.*

1) Rudolfus. 2) Ericus de Brandenburg. 3) Manegoldus. 4) Arnoldus. 5) Sigefridus II. 6) Otto. 7) Bruno. 8) Heinricus II. 9) Witigo. 10) Wernherus Culmensis? 11) Conradus I. 12) Folradus. 13) Reimboto. 14) Verdensis Conradus I. de Brunswig. 15) Rudolfus I. 16) Heinricus V. de Weilnau. 17) Heinricus IV. 18) Otto V. 19) Otto IV. 20) Conradus. 21) Wenceslaus II. 22) Rudolfus filius Ludowici II. ducis. 23) Meinhardus de Tirol. 24) Otto. 25) Albertus II. 26) Eberhardus I. Filio eius tunc mortuo Philippi nomen fuisse coniecit Wenck, 'Hess. Landesgesch.' I, p. 349. 369. 655. 27) Otto. 28) Filio eius Rudolfo. Vide diplomata regis d. d. 1290. Iun. 28. et Aug. 31, Böhmer, Reg. nr. 1046. 1068. 29) Agneti. 30) Heinricus II. 31) Otto I. 32) Adfuit Fridericus de Hohenlohe. 33) Fridericus III. 34) Quos vide enumeratos inter testes cartarum Erfordiae datarum, quas recensuit Kopp, 'Gesch. d. eidgen. Bünde' I, p. 446—468, et Winkelmann, Acta imp. II. p. 136, nr. 183. 35) Cf. Ann. br. Wormat., SS. XVII, p. 78, falso ad a. 1287. 36) Iuttam.

1290. Eodem eciam[a] anno tercia feria post dominicam Exaudi veniens ad Rudolfum[b] regem
Maii 16. *f. 195v. dominus[c] Rudolfus archiepiscopus Salczburgensis cum suffraganeo suo episcopo[d] Laventino Cunrado et[e] magno comitatu honorabilium clericorum, militum ac servorum, hospitatus est nobiscum[f] in claustro nostro cum clericis suis, reliqua familia extra claustrum in officinis ecclesie nostre melius collocata. Cui domino Rudolfo archiepiscopo testimonium perhibemus, quod plenus caritate[g] et dilectione congregacionem nostram, tam professos
Matth. 23, 37. quam novicios, id est scolares, r..ore galline foventis pullos suos multis beneficiis nos fovit et cottidie ad mensam suam nos invitans satis largiter nos refecit per undecim septimanas, quibus aput nos fuerat hospitatus.

Maii 11—18. Item infra octavam ascensionis[h] Domini[i] dux Austrie, regis Romanorum filius, obiit Pragis apud regem et reginam Boemorum, sororem[i] suam; cui ad peticionem dicti regis[i] celebravimus[k] solemnes exequias tanquam presenti in choro nostro[l], presentibus omnibus conventibus religiosorum et capitulis clericorum et populo[m] civitatis. Cui celebravit primam missam episcopus Laventinus, secundam Cristanus episcopus Samniensis[n], terciam dominus[o]
Iun. 8. archiepiscopus Salczburgensis. Eodem[p] eciam anno die sequenti sancti Bonifacii consecratus est novus chorus capelle beate virginis a domino Cunrado episcopo Laventino,
Iun. 11. presente venerabili domino archiepiscopo Salczburgense. Item in die sancti Barnabe consecratum est altare sancti Leonhardi a predicto domino episcopo Laventino, presente domino archiepiscopo Salczburgensi; et eodem die facto prandio ab episcopo introducti sunt penitentes, et duo milia et eo amplius diversi sexus et etatis sunt confirmati. Hoc
Maii 28. eciam[q] anno in octava penthecosten Albertus lantgravius Thuringie fecit in Monte Sancti Petri[r] sedecim novos milites, presente rege[s] Romanorum ac singulos singulis gladiis precingente in presencia militum plurimorum[t].

*f. 196. Iul. 4. Item[u] in die sancti Udalrici confessoris rex Romanorum desponsavit unam virginem consangwineam suam[2], de longinqua regione per Constanciensem episcopum sibi adductam, cuidam precellenti comiti de Cleven[3]; quam dominus Salczburgensis mane introduxit in ecclesiam nostram cum maxima solemnitate et celebravit ei missam, presente eodem rege et duodecim principibus spiritualibus et secularibus, comitibus[v] ac aliis nobilibus et militibus. Quibus omnibus ad nupcias invitatis rex convivium magnum, prout regalem magnificenciam decuit, preparavit et eos cum nobilibus matronis sponse adtinentibus et aliunde advenientibus constituit splendide epulari, mensis in circuitu claustri nostri et in omnibus nostris officinis[w] composite collocatis.

Aug. 1. Eodem anno in ad[x] vincula sancti Petri dominus Rudolfus[y] archiepiscopus Salczburgensis morbo appoplexie[z] mane post missam subito pregravatus[a] decubuit, omnium mem-
Aug. 3. brorum et maxime lingwe officio destitutus; qui tercio die ex hoc seculo migravit[b] intestatus, non sine magno luctu clericorum suorum ac[c] famulorum et cum magno dolore congregacionis nostre, quia patrem misericordiarum et consolacionis nostre cum damno irrecuperabili amisimus. Cuius corpus sine ossibus cum[d] magna exequiarum devocione, presente domino rege Romanorum[e], clero ac ~~omnibus collegiis~~[f] religiosorum et[g] populo tocius civitatis, sepelivimus ante altare sancte Dei genitricis Marie[h], ossibus suis ad urbem Salczburgensem[i] a suis clericis et famulis cum magna mesticia[k] deportatis.*

*) *E add.*: Unde versus (*in marg.* Epitafium):
Versus: Salczburg pontificis Rudolfi conflet[1] amicis,
Eius sola caro iacet hic tumulo sibi caro.

a) *om. E.* b) regem Rud. *E. R.* c) d. R. *om. E.* d) Cunr. ep. Lav. *E. R.* e) cum *E*; eciam *add. R.* f) comit. hospitatus est in claustro sancti Petri, qui fratres XI septimanis suis beneficiis fovit et cottidie ad mensam invitans largiter fratres refecit *breviata E.* g) charitate 1. h) Eodem anno circa ascensionem *E.* i) uxorem *E.* i') Romanorum *add. E.* k) celebrato sunt sol. exequie *E. R* (ex. sol.). l) Sancti Petri *(R)* Erford. *E.* m) omni pop. civ. Erford. *E.* n) *sic* l. *R*; Samiensis *E.* o) Rudolfus *add. E. N.* p) Eod. — confirmati (*l.* 20) *om. E.* q) Eodem *E.* r) in Erford. *add. E.* s) Rudolfo *add. E. N.* t) ac nobilium *add. E.* u) *haec — l. 32. om. E.* v) *sic R*; comilitibus l. w) *sic R*; *om.* l. x) *sic* l. *R*; ad *om. E*; in *om. N.* y) *sic E. R. N*; Rudolphus *h. l.* l. — Salczb. arch. *E.* z) apople *E. R.* a) apopl. percussus dec. *E*, *om.* omnium — destitutus. b) *om.* l. *N*; migrans *R*; die obiit non s. *E.* c) ac — amisimus *om. E.* d) cum — clero. *om. E.* e) *sic R. N. E (ubi* r. d.*)*; *om.* l. f) clericorum ac *add. E*, *om.* clero. g) et — civit. *om. E.* h) relig. ante alt. beate virginis in monte sancti Petri in Erford. sepultus (l) est *E.* i) Salczburgk *E.* k) cum tristicia *E.* l) *emendavi*; oflet *E.*

1) Rudolfus iam die Maii 8. obiit. 2) Margaretam filiam Eberhardi I. comitis de Kyburg, cognati Rudolfi regis. 3) Theoderico VII.

Hoc[a] eciam anno in sabato post assumpcionem beate virginis venit ad regem Romano- 1290. Aug. 19.
rum[b], patrem suum, dux Austrie[1] cum maximo comitatu baronum, militum ac servorum et[c] maximo apparatu diviciarum et diversarum rerum, qui de mandato regis hospitatus est in claustro nostro cum ducibus Bawarie ac[d] Karinthie et aliis nobilibus per quatuor-
decim dies; et replete sunt per eos et familiam ipsorum omnes officine nostre intra et extra claustrum existentes; solum dormitorium et refectorium hyemale conventui reliquerunt. v. 1296.
Qui dux Romanorum et Boemorum reges et eorum miliciam ad convivium invitavit et in refectorio nostro estivali ac in circuitu nostri claustri ordinate collocatos, prout decebat honorem suum, gloriose ac splendide procuravit.

Ipse[e] anno obiit comes Albertus de Glichin[f] in vigilia annunciacionis[g] dominice[2] ac[h] Mart. 24.
in ecclesia nostra[i] est honorifice[k] tumulatus; qui[l] omnia mobilia sua ecclesie nostre[m] contulit, valencia plus quam quadraginta[n] marcas. Item[o] eodem anno quinto die mensis Sept. 5.
Septembris circa horam terciam facta est eclipsis solis particularis, quam quidam astrologus cum marchione de Brandenburc Erphordiam ad regem veniens longo ante tempore predixerat, et scripserat in quadam apoteca[p] tali mense, tali die ac[o] tali hora esse futuram; quod et[a] ita factum est, sicut predixerat[q.a].

Eodem anno in vigilia omnium sanctorum rex[r] Romanorum cum omni familia sua Oct. 31.
recedens de Erphordia[3] terram[s] in firma pace reliquit et commisit vices suas cuidam strennuo militi suo dicto de Bruberc[t.4], qui violatores pacis regali auctoritate coerceret; et abiit ipse cum suis in provinciam Orientalem, resumens imperiale castrum et oppidum Aldenburc[u], quod lantgravius [Albertus[v]] senior et filii eius multo tempore titulo pignoris possederunt[w.5]. Hoc eciam anno facta est eclipsis lune in nocte sancti Valentini ante 1291. Febr. 14.
tempus matutinum.

Anno Domini MCCXCI. Propter frequenciam hospitum et eorum insolencias, ut time-
bamus[x], ad maiorem cautelam et certitudinem reconciliatum est monasterium nostrum[y] dominica Exurge a domino Cristano[z] episcopo Samniensi de ordine domus Theutonice[a]. Febr. 25.

*) *E add.*: Anno eodem[a], quo rex Rudolfus erat[b] Erfordie[b], contigit quoddam[c] factum et vere[d] 1290.
relacione dignum. Nam cum idem rex cum milicia sua quadam vice pro deductione temporis equitaret Erfordie[b] per vicos et plateas, et veniens ante domum cuiusdam civis, nomine Siffridus de Butstete, qui eodem anno erat unus de magistris consulum[1]; qui videns regem apropinquantem, rogans eum, scilicet regem, ut saltem dignaretur cum suis militibus bibere de cervisia Erfordie[b]; quod rex annuens, qui proferens regi vitrum magnum, continens alteram dimidiam[e] stopam cervisie, exhibendo regi. Rex vero, postquam bibit, summe potum laudaverat, et dans vitrum suis militibus circumeirca. Quo facto predictus Siffridus dicens ad regem secundario, si adhuc semel ipsi liberet[e] bibere, rege[f] respondente, quod sic, et adiecit: 'Infirmi compellendi et interrogandi sunt, sanis autem dandum est'. Quo audito ipse Siffridus iterum protulit impletum vitrum de electa cervisia, quod rex accipiens ponensque supra manum dexteram incepit equitando clamare talibus verbis Theutunicis[g] et similibus, ut moris est in partibus Reni: 'Wol in[h], wol in[h], eyn edel trut gut Erforts[i] bir had Sifrid[k] von Butstete uf geton[l]'. Et sic ultra sex curias vel circa equitando, clamando et sic revertendo, cum bibisset ipse rex et sui, ipsi Siffrido dignas laudes referendo. Mira res, quod rex Romanorum dignatus est proclamare cervisiam civis Erfordensis[m].

a) *haec — l. 9. om. E.* b) *sic R*; romanum 1; romā[m] *N.* c) cum *add. R.* d) et *R.* e) Eodem *E.* f) Glichen *E. R*; senior *add. E.* g) annunct. 1; in vig. ann. dom. *om. K.* h) et *R*; *om. E.* i) sancti Petri *R. E.* k) est hon. *om. K. (R).* l) *sic E. fl. N*; quia 1. m) sua monachis in Sancto Petro ibidem *E.* n) val. LX[a] m. puri auri *E.* o) *om. R.* p) apatheca ibidem *E.* q) idem astrologus *add. E.* r) Rom. rex *E. R.* s) *sic* 1. *R 2*; rel. t. in p. *f. E. R* 1. t) Bruberg *E. R.* u) Aldenburg *E. N.* v) *om. E. R.* w) ac habuerunt *add. E, ubi* Hoc — ma(ut. *om.* x) monachi Sancti Petri timuerunt *E.* y) Cristanno *E. N.* z) Theutunice *E.* a) cēt *E.* b) erford *E.* c) quodam *E.* d) fere *E.* e) ipm libēt' (ipsum libenter) *E.* f) regi *E.* g) Theujec *E.* h) *sic Eng. I. II*; yn *E.* i) erfertf byt *E.* k) safrid *E.* l) uff gethon *E*; eyn gut erffr bir daz had er Sifert von Butstete uffgetan *Eng. I*; eyn gut beir dat hat her Siferd von Bustede ufgetan *Eng. II.* m) civi erfordia *E.*

1) Albertus. 2) In Necrol. S. Petri, Schannat, Vind. II, p. 18, ad Mart. 25. adscriptus est *Albertus comes*, ut Stübel adnotavit, fortasse ille qui hic dicitur. 3) Hoc non in dubium revocaverim, quamvis diploma quoddam regis (Böhmer, Reg. Rud. nr. 1082) datum sit Erfordiae Nov. 1. 4) Gerlaco. 5) Loco dotis Margaretae filiae Friderici II. imperatoris, uxoris Alberti lantgravii; cf. Wegele, 'Friedrich d. Freidige' p. 51, n. 2. 6) Breve excerptum huius narrationis praebent Eng. I. (et inde Erph. antiq. Varil., Menckе II, col. 491 sq.) et Eng. II, ibid. col. 563. 7) Hic a. 1288. et 1296. inter consules nominatur, Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' I, p. 244. 307. 313, nr. 373. 448. 455; cf. ibid. p. 287, nr. 423; a. 1290. minime magister consulum fuisse videtur, ib. p. 277 sq., nr. 406. 407; 'N. Archiv' XXI, p. 533. 8) l. c. 1½.

1291. Apr. 13. *f. 197. Eodem anno Ydus[a] Aprilis, hoc est vigilia Tiburcii et Valeriani[1], circa mediam diem[b] incepit incendium in Erphordia in curia claustri Novi-operis[c], quod consumpsit fere terciam partem civitatis[d], a predicta videlicet curia ultra valvam que dicitur Cramphintore[e]; in quo incendio monasterium Minorum fratrum est exustum et monasterium sancti Augustini[f] ac[g] albarum[h] dominarum necnon[h'] ecclesia Saccitarum[i] extra portam predictam, quam sanctimoniales de Bercha[k] eodem anno ex voluntate domini Mogontini possederant[l], cum officinis et curiis ipsorum pariter sunt exusta. Ecclesia eciam[m] sancti Bartholomei periit incendio.

1290. Anno[n.2] eodem draco Egipcius, soldanus videlicet Babilonis[3], sperans se posse delere totam ecclesiam transmarinam et proponens in proxima hyeme eiusdem anni Thyrum[o] et Sydonem obsidere et, priusquam succursus posset accidere[p], Accon et Castrum-Peregrini in Marcio vel Aprili proxime instantibus totaliter extirpare, fertur in spiritu furoris et iactancie verba huiusmodi protulisse: 'Si totum thesaurum[q] et populum Sarracenicum[r] ad granum salis vel milii deberem reducere[s] et consumere, utique volo[t] Accon et cetera
Ps. 32. 10. christianorum loca radicitus extirpare'. Sed gloriosus ille et manufortis Deus, qui reprobat
Ps. 21. 22. consilia principum, humilitatem ecclesie transmarine liberavit a cornibus unicornis. Nam cum dictus tirannus, christianorum sangwinem nimis[u] siciens, ea que mente conceperat eciam opere satageret[v] adimplere, quidam de baronibus eius, qui dicuntur amirati[w], quem olim turbaverat, venenum sub sella equestri virulento serpenti subtiliter propinavit[4]; qui
(Nov. 10). mox acerbo viscerum dolore afflictus de temporali pena transivit ad eternam, mortem anime morti corporis continuando. Cui successit filius perdicionis de ipso natus[5], ante[x] biennium coronatus, qui timetur impiissimus[y] patrem facinorosissimum secuturus et nefandissimum illius propositum impleturus. Sed sperandum est[z] in Deo potenti[6], qui quondam
Ps. 21. 22 *f. 197. quadrigas Pharaonis subvertit, quod populum suum de ore leonis liberet et conservet, quem suo sangwine est mercatus.

PARTES IV. V.

1291. Apr. 4. Maii 18. Anno[b] Domini MCCXCI. Civitas Acconensis, que[c] per soldanum Babilonie quarto die Aprilis fuerat obsessa, per[d] eundem soldanum decimo octavo[e] mensis Maii, id est in vigilia sancte Potenciane, fuit capta; ubi patriarcha Ierosolimitanus[f] et magister milicie Templi[7] et multi christiani utriusque sexus diversimode perierunt. Nam alii in ecclesiis[f] et[e] hospitalibus et domibus per Sarracenos conclusi[g] sunt ignibus concremati[h], alii in mari[i] submersi, alii equorum ungulis conculcati, et alii sunt Sarracenorum gladiis trucidati; et sic ibidem ingens multitudo christianorum periit, exceptis mulieribus[k] et iuvenibus, qui in[e] captivitatem sunt deducti, et exceptis illis qui ad naves fugere potuerunt. Dicitur eciam[e], quod ad domum Templariorum bene septem milia hominum confugierunt[l], que domus, eo quod in forti loco civitatis super litus maris sit locata et bonis muris circumdata, duodecim forsitan diebus post capcionem civitatis a Sarracenis viriliter se defendit. Sed cum[m] Templarii et alii qui illuc confugerant se viderent[n] deficere in expensis nec sperarent humano

a) Ydibus 2^b; Yd. — Valeriani *om. E.* b) *sic* $2^{a.b}$. *E. R*; c. meridiem *l. L III.* c) N. op. *om.* $2^{a.b}$. d) Erford. *add. E*; Erffordie *add. L III.* e) kamphentor *E.* f) regularium canonicorum *add. K. L III.* g) et 2^b. *E.* h) *sic* $2^{a.b}$. *E. R.* *L III N*; albanarum *l.* h') et *add.* $2^{a.b}$. i) mercatorum 2^b. k) Berka *E. R.* l) expulsis Saccellitis *add. E.* m) *om. E.* n) *haec — l.* 25. *habent E. R recte ad a.* 1290. *E post p.* 421, *l.* 3 (confirmari), *R post p.* 423, *l.* 22 (possederunt); Eod. a. *E. R.* o) Thirum *E.* p) *sic l. E. R.* q) thezaurum *l. E.* r) Sarracenum *E.* s) redigere *E.* t) *sic E. R*; nolo *l.* u) *sic E. R*; nimium *E.* v) satagaret *eadem manu corr.* satageret *l.* w) ammirati *E.* x) et *p. E.* y) us *in loco raso l*; impiissimum *E.* z) *sic E. R*; *om. l*, *ubi in* Deo pot. sper. a) omnipotenti *E.* b) *haec post l. 8 E. R*; Eodem anno *E.* c) *om. E.* d) pe *l.* e) dio *alia manu post superscr. l*, *add. E. L III.* f) *sic E. R. L III*; eccle *l.* g) sunt concl. *E. L III.* h) cremati *E. L III.* i) sunt *add. E. L III.* k) muleribus *l.* l) confugerunt *E. R.* m) *sic E. R. L III*; tamen (*ex* tn *pro* cñ) *l.* n) *sic E. L III*; viderent(ur) *R*; viderunt *l.*

1) Quod Cont. Thur., 'D. Chr.' II, p. 305. addit: *der was zů dem male an deme fritage vor palmen*, verum est, sed ex alio fonte haustum. 2) Non dubito, quin haec particula in cod. autographo recte ad a. 1290, ubi E eam habet (supra p. 421. n. *d*), scripta fuerit, in cod. Continuatione usque ad a. 1338. aucto a scriba omissa, tum ab eo suppleta sit hoc loco, signo posito, quo notaretur eam ad a. 1290. collocandam esse; quo signo observato auctor Cron. Reinhardsbr. eam sub a. 1290. posuit. 3) Kelawun. 4) Etiam alii (Iacobus Aurie in Ann. Ian. a. 1289, SS. XVIII, p. 331; Haitho c. 52) soldanum ab amirato quodam veneno necatum esse tradunt; cf. Röhricht in 'Mitth. d. Inst. f. oesterr. Gesch.' XV, p. 22. et 'Forschungen' XX, p. 106. 120. 5) Al Aschraf. 6) Nicolaus. 7) Wilhelmus de Bello-ioco.

subsidio liberari, oracionibus devotis et confessionibus premissis, de necessitate facientes 1291.
virtutem, Iesu Christo suas animas[a] committentes, in Sarracenos strennuissime irruerunt et multos valde ex adversariis[b] prostraverunt. Sed tandem ipsi omnes a Sarracenis finaliter sunt[c] occisi. Omnes eciam fratres Predicatores de conventu Acconensi[d] preter septem et omnes fratres Minores preter quinque et alii religiosi diversorum ordinum sunt ibidem, ut dicitur, interfecti. Acquisita ergo[e] civitate Acconensi soldanus obsedit civitatem Tyri, que infra paucos dies a Sarracenis similiter capta fuit. Quod audientes christiani, qui erant in aliis parvis locis, municionibus et[e*] castellis, [r.198.] relinquentes habitaciones suas, ad insulam Cipri[f] et alias fugierunt. Et sic soldanus totam terram ultramarinam[g], quam christiani habuerant, occupavit, exceptis[h] insula Cipri et duobus castris, scilicet Castro-Peregrini et castro Sydonis, que adhuc retinent christiani[1]. Dominus[i] igitur papa et domini cardinales audita tanta desolacione Terre Sancte et christianitatis planctum maximum fecerunt et fuerunt gravissime perturbati. Propter quod quasi omni die faciunt consistoria, tractantes et querentes consilia, qualiter illi Terre Sancte debeat subveniri. Creditur[k] a plerisque, quod ordinare debeat[2] de celebrando concilio generali.

Modus autem, quomodo Sarraceni civitatem Accon ceperunt, ut dicitur, iste fuit: Habuerunt enim forsitan viginti vel XXX milia camelorum, equorum et mulorum, qui nichil aliud faciebant, nisi quod ligna[l] et arbores portabant, de quibus fossata civitatis continue replebantur. Quibus repletis fecerunt subterraneum meatum et suffossiones adusque[m] murum civitatis pertingentes, de quibus nulla penitus a christianis suspicio habebatur; et sic in[n] vigilia sancte-Potenciane, scilicet XVIII. die mensis Maii[3], summo mane Maii 18.
in aurora, cum adhuc homines pro magna parte dormirent[o] et nichil periculi[p] suspicarentur, ecce subito corruit fortior et melior turris civitatis et iuxta ipsam aliqua pars murorum[4]. Et tunc Sarraceni in continenti cum maxima multitudine preparati per illam[q] aperturam civitatem intraverunt et statim muros ascenderunt et sua vexilla erexerunt. Christiani itaque audientes maximum clamorem et civitatem ex improviso esse captam, tanto timore[r] sunt perculsi[s], quod nec simul[t] poterant congregari nec ad defensionem civitatis pariter convenire[u]. Sed unusquisque cepit fugere et curam habere, qualiter se et sua posset tucius conservare. Et sic Sarraceni prevalentes occupaverunt civitatem. De quibus fuisse dicitur maxima [r.198.] multitudo, ita quod ducenta milia equitum, exceptis peditibus, a plerisque et[v] relacione plurium computantur[w].

Anno Domini MCCXCI. quinta Idus Iunii, vigilia penthecosten, media die, adhuc Iun. 9.
cunctis in mensa residentibus[x], capelle Omnium sanctorum inter turres inferiores super testudine repente ictu fulminis et tonitrui altare medium scissum est et confractum et tabula desuper deaurata inflammata, et lapides cristallini excussi et comminuti sunt et pro parte quidam incinerati; purpura eciam ante altare quasi matta per ignem visa, et omnia indumenta altaris, manutergia, ipsa eciam corporalia molestata, et duo gradus ante altare concussi et perforati. Organa eciam ex opposito magna ex eodem ictu fulminis vel tonitrui sic sunt contusa[y], ut pro plurima parte ea oportuerit denuo reparari.

Eodem anno Rudolfus rex Romanorum circa festum sancti Iohannis baptiste in Iun. 24.
Frankinvurt[z] proch dolor! ultime curie sue presedit; ad quam[a] episcopus Mogontinus et[b] Coloniensis et Treverensis cum aliquibus principibus secularibus ad electionem spectantibus ac aliis plurimis principibus ac nobilibus convenerant, cum quibus idem gloriosus rex de successore imperii pro habenda perpetua pace tractaverat; sed electoribus inter se dis-

a) *sic E. R. L III; om.* 1. b) *sic E. R. L III;* adversis 1. c) *sic E. R. L III;* occ. sunt 1. d) ac cõuersi 1; apuẽsi *R;* Pr. et eciam Min. fr. de conventibus Acconens preter qu. *E. (L III eadem mutata).* e) igitur (i[s]) *E. L III.* e*) *sic* 1. *E;* ac *L III. R* (et mun. ac). f) Cypri *E.* g) transmarinam *E. L III.* h) Exceptis 1. i) Dom. — generali (*l.* 15) *om. E.* k) Et cr. *R.* l) lingua, *eadem manu supersor.* ligna 1. m) *sic* 1. *E;* usque ad *R. L III. V.* n) in — scilicet *om. E.* o) dormierunt *E. L III.* p) *bis scr.* 1. q) *sic E. R. L III;* illa 1. r) terrore *E.* s) percussi *E. L III.* t) *bis scr., alterum* (sil) *del.* 1. u) venire *E.* v) *om. E. L III.* w) reputantur *E; ubi sequentia — l.* 39. *om.* x) sedentibus, *alio atram. corr.* residentibus 1, *et sic N.* y) concussa *N.* z) Franckenfort *E.* a) quem *E.* b) *om. E. R.*

1) Sydonis castrum iam die Iul. 13. Castrum-Peregrinorum (Athlith) die Aug. 14. a. 1291. a Sarracenis expugnata sunt. Cf. Röhricht, 'Mitth.' l. l. p. 34 sq. Cf. praef. p. 341. 2) Scil. Nicolaus IV. papa. 3) Hic dies ex praecedente relatione repetitus est. 4) Cum hac narratione Ottocar. v. 48721—48809, 'D. Chr.' V, p. 643 sq. ita convenit, ut conicere possis eandem relationem ab eo et a nostro adhibitam esse.

1291. cordantibus eadem electio est anichilata. Sed postea, ut lamentabiliter dicam, obiit anno
Iul. 15. regni sui XVIII. absque successore in divisione apostolorum atque in Spira secundum regiam magnificenciam est sepultus.

(Aug. 16/7). Ipso[a] anno obiit Fridericus marchio Misnensis, dictus Tuto, sine filiis. Cui successit in principatu Fridericus filius patrui sui Alberti lantgravii Thuringorum. Item ipso[b]
Sept. 17. anno in die sancti Lamperti[c] ortum est grande incendium Erphordie, in quo concremata[d]
*) f. 199. fuit valva Sancti Iohannis baptiste et fere centum curie sibi[e] adiacentes.

1292. Anno Domini MCCLXXXXII.[f] obiit[g] papa Nicolaus in cena Domini. In eodem anno
Apr. 3. Maii 6. in die sancti Iohannis ante portam Latinam comes Adolfus de Nazhowe[h] electus fuit in regem in civitate regia que dicitur Frankinvurth[i]; ad cuius electionem convenerant multi principes tam spirituales[k] quam seculares et cum eis tanta multitudo militum ac diversorum hominum, ut ipsorum vix posset numerus estimari. In hac eciam[l] electione adimDan. 4, 14. pletum est illud propheticum: *Quoniam[m] dominatur excelsus in regno hominum, et cuicumque voluerit dabit illud, et humilimum hominem constituet super eum.* Cum enim plures principes fortes[n] et potentes vocati venissent illuc et se sperarent esse eligendos, eo quod ab electoribus quibusdam spes eis facta esset, contra opinionem multorum et divino, ut[o] creditur, nutu prefatus Adolfus comes, amator pacis et iusticie, regni apicem est[p] adeptus.
Iun. 24. Item electus rex[q] in festo sancti Iohannis baptiste cum gloria et honore et solemnitate de-
Iul. 1. bita est coronatus[r].

Sept. 21. Eodem[s] anno in nocte sancti Mathei quidam malefactores monasterium Reinhersburn, id est capellam domine nostre cum dormitorio et refectorio et edificiis ad abbaciam specialiter spectantibus, succenderunt. Sacristiam eciam cum omnibus rebus ibi repositis vel ad eam pertinentibus, id est campanis, altaribus ac ornamentis eorundem, curiam cellerarii et alia quedam edificia[t] claustri, igne tribus locis apposito, sevissime cremaverunt[t].

1293. Mart. 8. Anno Domini MCCXCIII. Dominus Witego Misnensis episcopus in dominica Letare obiit ac in propria ecclesia cum honore est sepultus.

Aug 10/1. Anno Domini MCCXCIII.[t] Sequenti nocte post festum sancti Laurencii incendium Erphordie exortum[u] pontem apotecarum[v][2] penitus absumpsit capellamque sancti Egidii cum nonnullis adiacentibus edificiis concremavit.

1294. *) f. 199c. Eodem anno consules Erphordenses ipsius[w] anni, quorum nomina inferius sunt annexa, antique[x] illud nobilitatis ius sive libertatem ecclesie Montis Sancti Petri[y], qua per multos retroactos annos in domunculis sitis[z] in pede eiusdem[a] montis*, que ab omni exactione aliorum libere penitus ac secure sancto Petro dinoscuntur[b] totaliter deservire[c], eadem[d] ecclesia est gavisa, violare, ymmo violenter preripere sunt aggressi, deque singulis domunculis sive laribus, quod vulgo[e] 'eyn hert' nuncupatur, exactiones alibi solitas extorquere, quasi hoc, ut aiebant, in subsidium proficeret civitatis[f]. Ac[g] domino abbate[3] suoque conventu humilime ipsis insistentibus[h], quatenus pro amore sancti Petri eo iure et libertate, que egregiis, sacris[i] et autenticis privilegiis confirmata, quamquam simile sepius fuerit attemptatum, hactenus tamen perdurasset, perfrui se sinerent et gaudere, ipso eciam domino abbate etatis sue gravedinem respici supplicante[k]: consules nil his moti, ad tantam sunt fecem oblivionis iusticie devoluti, ut Gotefridus[l] dictus de Northusen stomachanti voce tumultuando garriret, futurum asserens, quod non solum domuncule supradicte[m], verum

*) *E add.:* et alibi in civitate et extra sitis inquilinis.

a) Eodem *E.* b) Eodem 2a. b. *E.* c) Lamberti 2b. d) cremata *E.* e) ibi 2a. b. f) MCCLXXXII, X *post add.* 1. g) obiit — anno *om. E.* h) Nazowe *E.* i) r. dicta Franckinfort *E*: Frankinwurth 1. k) *sic E*; spiritales 1. *B.* l) *om. E.* m) Quō *E*; Quo 1. n) et f. et *E.* o) nutu ut cr. *E.* p) *sic E. B*; ad. *E.* 2 1. q) et eodem anno in f. *E. LIII*; ad. et in f. *B.* r) *sic B. LIII*; hon. ut sol. est debite cor. *E*; deb. sol. cor. est 1. s) *haec — l. 26. om. E.* t) *emendavi*; beneficia 1. u) MCCXLIIII. *radendo corr.* MCCXCIII. 1; Anno M°CC°XCIII° in festo s. L. *E.* v) est *add. E.* w) *sic* 1. 2a; apotecarium *E*; apothecarium 2b. x) ipsius — annexa *om.* 2a. b. *E, pro quibus E:* divitibus regnantibus. y) Erfordū *add. E.* z) sitis 2a. a) *om. E.* b) *sic* 2a. b. *E* (dinoscitur); tot. din. 1. c) adherere, *eadem manu, sed alio atram. supersc* deservire 1, *et sic* 2a. b. *E.* d) eccl. cad. 2b; ecclesiam eandem gavisi sunt 2a. e) vulgariter *E.* f) civitati *E.* g) a *E*: ac dom. *om.* 2a. b. h) abb. et conv. reclamantibus, insuper dicentes futurum esse 2a. b, *om.* qual. — asserens (*l.* 42). i) satis ac *E.* k) supplicanti *E.* l) *sic E* (Gothefr.); G. d. de N. *om.* 1, *sed nomen casu quodam evanidisse patet infra p.* 427, *l.* 7, *et ex eo, quod et m* 1 *singularia sequuntur.* m) predictae 2b.

1: Cf. Cron. Reinhardsbr. f. 385d (infra). 2) I. e. pontem mercatorum (Krämerbrücke), ut in Eng. I inde Varil.) et H. et a Nicolao de Sygen nomen mutatum est. 3) Andrea.

eciam omnes officine et ipsum monasterium cogerentur exactionibus subiacere. Incepti 1294.
igitur violenti perfectores contra ipsum celi clavigerum consurrexerunt, habitatoribus
ipsarum domuncularum coram se comparere iussis ipsisque timore eorum[a] comparentibus
exactiones secundum facultatem singulorum singulis extorserunt, quosdamque renitentes[b]
aut non habentes ablatis pignoribus ad propria cum dedecore remiserunt.

Heinricus[c.1] de Biltersleibin et Tylo de Sachsa[d] magistri consulum, Hermannus de Alch[e], Gotscalcus[f] Magister-fori[2], Gotefridus qui supra, Gotscalcus[f] Lubilin, Hartungus de Frinstete, Theodericus Murer[g], Ulricus Rabenoldi, Bertoldus de Tütilstete, Heinricus de Heilingin, Hugo de Cimmirn.

Eodem anno circa festum sancte Margarete[h], exceptis[i] conventu Sancti Petri Sanctique Iul. 13.
Iacobi Scotorum et capitulo[k] Sancti Severi Erphordie[l] cum prepositura sua, ad instan- v. 200.
ciam canonicorum Sancte Marie ibidem totus clerus civitatis et aliarum prepositurarum
Thuringie ad curiam Romanam contra Mogontinum[m] appellavit, Erphordensibus civibus
in tali facto sibi unitis[n]; unde circa festum Michaelis pro eadem causa legatos ad curiam Sept. 29.
miserunt[3].

Anno[o] Domini MCCXCIIII. feria secunda post festum apostolorum Petri et Pauli, qui- Iul. 5.
busdam cardinalium pro quibusdam negociis convenientibus[1], ex improviso orta tristi con-
questione de dampnosa vacantis sedis apostolice destitucione, subito divini spiritus, qui et
quando et ubi vult spirat, ut creditur, inspiracione omnes cardinales, tam presentes quam Ioh. 3, 8.
absentes, postquam vocati venerunt, in eleccionem Petri dicti de Moron, nigri ordinis here-
mite, unanimiter consenserunt. De quo cum multa memorabilia et pene incredibilia
ferantur, hoc ad presens de eo dixisse sufficiat, quod XL annis et amplius semper stetit in
heremo in quodam deserto monte[p] in Apulia. Centum domus[q] ordinis sui, que in optimo
sunt statu, construxit, quolibet anno IIII[or] quadragesimas in pane et aqua et in gi silencio
fecit, asperrimam vitam instar antiquorum patrum duxit, adeo ut nonnulla signa per eum
visa fuerunt[r]. Verum post electionem suam missis ad se cum decreto tribus cardinalibus
per dies quindecim non respondit[6], post quos iussu[s] sui abbatis[7] recepto decreto humiliter
consensit, moxque se de omnibus amministracionibus papatus intromittens seque in octava
assumpcionis[8] contra voluntatem cardinalium in Aquila in regno Sicilie coronari facicus, Aug. 22
cum miserabilis esset in persona, surdus multumque debilis, utpote octogenarius, et tamen
omnia de plenitudine potestatis invitis eis faceret, ipsos cardinales vehementer in[t] sui
vertit timorem pariter et stuporem. Iter eciam sedens asino[u] faciebat, vinum non gustans,
panem tantum, fabas et radices manducans, in terra nuda iacens sextamque feriam per-
petuo silencio dedicans. Unde sperabatur Deum per ipsum sue ecclesie provisurum[v]. Sed v. 200
o iudicia Domini abissus multa! Hec enim spes subito decidit. Quorundam equidem calli- Ps. 35, 7.
ditatibus circumventus papatum parvo post tempore, videlicet circa festum Lucie[9], resig- Dec. 13
navit. Dicunt quidam ipsum ab eius successore Bonifacio aliquandiu detentum, in brevi
presentibus feliciter emigrasse[10]. Vocabatur autem Celestinus quintus[w].

Hoc[x] anno rex Adolfus ad terras Thuringie receptandas, quas a senione Thuringie[y]
lantgravio[11] promissis, ut aiunt, eidem[z] nescio[a] quot[y] marcarum milibus[**] coemerat[12], re-

*) *Sic R. B. C; pro* n. q. marc. mil. *habent* 1. 2a. b. *V.(N)* pro[z] duodecim[a] milibus marcarum puri argenti; *et etiam L III:* pro duodecim milium (!) marcarum argenti, *inserta textui L II ex codicis E archetypo, ut opinor, nequ- tamen in sequente nota* XI *corruptum videtur. Nam vide infra* p. 437, n. **.

**) *E add.:* credo cum XI milium (!) marcarum.

a) eorum q *E.* b) q. renitentibus aut non habentibus *E.* c) *sequentia* — Cimmirn *om. E.* d) Salhsa 1. *Nomina correxi ex carta laudata.* e) Alth 1. f) Got's 1. g) Theomurer 1. h) Margarethe 1. i) *sic* 1. 2a. *E. V; excepto* 2b. k) capitulo 2a. b. l) erphord' 1. 2a; erford *E*; Erphordensis 2b. m) Maguntinensem 2a. n) *sic E, inuitis, eadem manu super- r. mutis* 1; Erphord. — Mich. *om.* 2a. b, *pro quibus* et. o) *haec — l.* 38. *om. E.* p) domos *R.* q) *sic* 1. *R.* r) sui abb. iussu *R.* s) vertit in sui *R.* t) *sic R;* azino 1. u) *post haec spatium 4 litterarum vacuum* 1. v) Anno M°CC°XCIIII° rex *E.* w) *om. E.* x) *om.* 2a. b. y) q (quod) *E. R* 1. z) *om.* 2a. b. a) XII (12) 2a. b. *V. N.*

1) Omnes hi consules inter alios nominantur in carta data a. 1294. Mart. 5. Beyer, UB. d. St. Erfurt' I, p. 296, nr. 435. 2) Hic *Gôtsalcus Eberhardi* dicitur in carta laudata, fuit enim filius Eberhardi Marc-meister (Magistri forensis, quod tunc iam non officii, sed familiae nomen erat). Cf. UB. d. St. Erfurt' I, p. 277, nr. 406. 3) Cf. cartas datas a. 1294. Nov. 13. 22, Beyer, UB. d. St. Erfurt' I, p. 299 sq., nr. 437. 438. 4) Perusii. 5) Prope Sulmonem. 6) Haec corrigas ex Vita eius conscripta a Iacobo cardinali, Muratori, SS. III, p. 616. 628 sq. 638. 7) Onuphrii de Cornu. 8) Potius die Aug. 29. 9) Ipso hoc die. 10) Obiit a. 1296. Maii 19. 11) Alberto. 12) Fortasse a. 1293. mense Aprili, cum Albertus apud eum. in

1294. clamantibus tamen eiusdem[a] lantgravii filiis, maxime Th[eoderico][b] iuniore lantgravio, cui eadem provincia non solum hereditatis, ymmo et empcionis iure debuerat obvenire: rex, inquam, coacto undecumque exercitu gravi, histrionum peditum, ut assolet, multitudine
Sept. 22. comitante, nonnullis nobilium eidem suffragantibus, circa festum sancti Mauricii in Thuringiam movens[c] iter[1], cum secus villam Eisleibin[d.2] fixis tentoriis consedisset, regali clemencia, quam non habebat, in tirannicam rabiem commutata, pace proch dolor! in regione longinqua, ubi non est lis neque[e] discordia, constituta, quid! quantumque miseriarum[g], rapinarum videlicet, incendiorum cediumque, per XIIII[h] prope dies ab ipsius sequacibus cottidie fuerit[i] actitatum, incredibile videbitur[k] inexpertis. Equidem cruentis satellitibus, utpote capite carentibus, pro victualibus conquirendis circumquaque turmatim diffusis, segetes succiduntur, greges abiguntur, ville incenduntur, omnia diripiuntur, pauperrimis quibusque, quod pudet dicere, eciam brace perviles et calige auferuntur, et ut breviter
*f. 201. dicam, nil preter infelicem vitam miseris et infelicibus hominibus relinquitur[l]; *rechumantes quique more pecorum passim prosternuntur. Nusquam pax, ubique Mars, nusquam christiana pietas, ubique paganica[m] crudelitas debachatur. Illud autem impudencie illorum testimonium non preteream, quod ab asserentibus dici solet. Aiunt enim a quibusdam ipsorum anum quandam[n] seu vetulam comprehensam ungentoque[o], quo curruum rote solent[p] ungi, toto corpore perlinitam[q] seu perunctam ac deinde in plumis disrupti plumarii totaliter volutatam sicque[r] coherentibus ei undique plumis in bestialem similitudinem deformatam[3], monstruosum ridiculum, ab ipsis per exercitum quasi ad spectaculum cir-
Marc. 13. 8. cumductam. *Inicium dolorum hec*[s]. Ceterum, quod omni est miseria miserabilius, claustra sanctimonialium invaduntur[t], proch pudor[u]! crudum et crudele spectaculum! Deo sacrate virgines protrahuntur et ab immundis hominibus, ymmo impudentissimis canibus
Osee 4. 2. prostituuntur; sed nec vel sic cessatur; sangwis sangwinem tangit. Cum famelici canes in villis iam exhaustis nil rerum victualium invenirent, ad ecclesias convertuntur, fores effringuntur[v], vix a sacerdote celebrante manus cohibentur, altaria nudantur, vestes sacre, missales libri cum calicibus[w] distrahuntur, et o amarissimi sceleris inmanitas! iam nec[w] ab ipsius domini Dei universorum iniuria humana, ymmo beluina hominum rabies temperatur: scelus, inquam, a modernis seculis inauditum, et quod christiane aures exhorrescunt, pixides[x] hostiarum vivifici corporis Christi, in quo tocius humane salutis summa consistit, si cuius precii forent, abiecto nonnunquam ubicumque[y] sacramento, abripiuntur[z]. Quid multa memorem? Plane inpossibile est dicto et pene incredibile, in quem miserrimarum[z]
*f. 201. miseriarum gurgitem hec[a] nunc infelicia Thuringorum tempora fuerint[b] devoluta. *Deo autem gracias, qui naviculam Erphordensem inter tot tantarumque miseriarum tempestuosam procellam sua misericordia conservavit[6], cum utique et ab his, qui cum domino episcopo Maguntino[7] advenerant et intra urbem ficta pace et amara, ut post patuit, intencione commanebant[c], nec non ab aliis extra urbem constitutis contra ipsam multipliciter fuerit machinatum, quamquam monasteria eiusdem civitatis et nonnulli civium in bonis suis extra urbem sitis dampna gravia pertulerunt, inter que monasterium sancti Petri ad

a) eiusdem tamen 2^a. b) Théd. iuniori *E.* c) it. m. $2^{a.b}$. d) Eisleiben 2^a; Eisleben 2^b; ayseyhn *E.* e) *sic* 1. *L III*; nec *E. R.* f) *sic* $2^{a.b}$. *E. R. L III*; qꝫ (quod) 1. g) miserarum *E. L III.* h) *sic* 1. *R. L III*; XIII $2^{a.b}$; ced. pxi *E.* i) *sic* 1. *R*; fuit $2^{a.b}$. *E. L III.* k) *sic* $2^{a.b}$. *E. R. L III*; videtur 1. l) relinquunt 2^b; relinquuntur *E, ubi* rec. — prosternuntur *om., quae in L III exstant.* m) iniquitas et *add.* 2^b. n) quendam *E. L III. N.* o) ungento *E. L III.* p) *sic E. R. L III. N*; ungi sol. 1. q) *sic* 1. *E. L III. N*; perlitam *R.* r) sic *E. L III.* s) *post haec spatium lineae vacuum* 1. t) dolor *E. R. L III.* u) *sic* 1. $2^{a.b}$. *R. N*; confringuntur *E. L III.* v) *sequentia de- sunt K, duobus foliis* 166. 167. *evulsis, sed in L III ex archetypo codicis E multa eorum exscripta sunt.* w) *sic R*; *om.* 1. x) *sic* $2^{a.b}$. *R. L III. N*; pixidem 1. y) *om.* $2^{a.b}$. z) *om.* $2^{a.b}$. *N.* a) nunc hec 2^b. b) *sic R*; fuerunt 1. $2^{a.b}$. c) manebant *eadem manu corr.* commen. 1, *et tia V.*

civitate Nurnbergensi moraretur. Cf. Wegele, 'Friedrich d. Freidige' p. 170, n. 2. 1) *venit Cosme Damiani* (Sept. 27) carmen ab Erfordensi quodam compositum v. 56, infra editum (ubi v. 6. 7. *Tempore Septembris . . . adiit villas*), quo die rex prope Erfordiam transiisse videtur. Quod carmen auctor huius partis legerat, ut infra p. 430, n. 4. patet. 2) Eischleben ad rivum Wipfra (duc. Gothani, A. Ichtershausen), ut Wegele l. l, p. 190, n. 1. recte statuit. 3) Idem narrat Sifr. de Baluhusin c. 237, SS. XXV, p. 712, in cuius priore opere etiam verba (ib. n. *) *ungento quo rote curruum ungi solent*, cum hoc loco convenientia, leguntur. Etiam carmen laudatum v. 33: *senes denudavit mulieres.* 4) Vide quae in Cont. Thuring., 'D. Chr.' II, p. 306. addita sunt. 5) Cf. carmen laudatum v. 18—24. Etiam Sifr. l. l. similia tradit. 6) Carmen v. 52: *Da Cristo grandes, Erfordia regia, laudes.* 7) Gerhardus a. 1294. Oct. 16. Erfordiae civibus cartam dedit; Beyer, 'UB.' I, p. 297 sq., nr. 436.

CCC talenta dampnum noscitur incurrisse. Sed pius Deus, qui, etsi antiquiori tempore, 1294.
per servum suum Nabuchodonosor Israhelitas et nuper per Attilam populum christianum aliquamdiu flagellavit, quique tales ministros mercede obsecundacionis huiusmodi non fraudavit, licet duricia Thuringorum hactenus cervicosa ipsarum sibi auctrix extiterit erumpnarum: ne tamen et hii cruenti satellites impune evasisse penitus viderentur, cum ipsi funesti nullas ponerent insolencie sue metas, nulli honori seu religioni deferrent, nulli etati miserieve parcerent, quibusdam ex desperacione rerum vel vite fiduciam sumentibus, a[a] nonnullis eciam castellanis[b] lantgravio faventibus, et quorum res ac[c] homines diripiebantur, impudici homines vagabundi passim invadebantur, cedebantur, abducebantur, et crebris incursibus[d], licet furtivis, regius exercitus minuebatur[e]. Dicitur eciam, et adhuc vulgares clamant cantilene[1], nonnullos nobilium de Reno[f] regi fidelium ante castrum Raspinberg exectis[g], ut vulgari ioco dicitur, hallensibus ad suos[h], ignominiosum[i] satis spectaculum, reverti fuisse permissos. Visa fuit hoc anno a nonnullis cometa[k] stella, effusionis humani sangwinis et harum premunctia erumpnarum.

'Rex igitur exercitus sui fieri senciens detrimenta seque pro rebus male gestis, pro *r. 202.
tot scilicet[l] ac tantis suorum insolenciis perpetratis, ab omnibus notari iamque omnium pene obnoxium maledictis, Thuringia[m] tantarum calamitatum miseriis oppleta, inactua[n] reverti statuit. Sublatis itaque tentoriis a villa Mitelhusin[o], ubi post recessum a predicta (Sept. ex. —Oct. in.)
villa Eisleibin diebus non paucis consederant[2], ventum est ad villam Vitpeche[3]; ubi dum[p] quidam non ignobilium de exercitu ecclesiolam[q] sancti Andree ibidem sitam effractis foribus irrupissent cunctaque inibi reposita[r] cum ornamentis altaris libriseque et calicibus diripere temptassent, mox violentos invasores manifesta Dei[s] ulcio subsecuta est. Nempe[t] eisdem nondum ab eadem ecclesiola egressis, clamore ad[u] regem cum querimonia perlato, rex quasi in hoc suam innocenciam de prioribus insolenciis, tanquam inscio eo factis, comprobaturus, quin pocius divino iudicio, beato Andrea ecclesie sue vastacionem non ferente, ad ecclesie prefate[v] fores se applicuit ac predictis invasoribus singulis de ecclesia protractis, uni post unum[w], manum dexteram[x] amputari fecit. Inde autem se convertens, 1295.
Mulhusin[y] se recepit[4]; ubi cum aliquantisper conmoraretur, tumultu gravissimo propter (Ian.)
conswetas sequatium regis insolencias et maxime ob debita seu refusionem expensarum negatam civibus excitato, tota pene civitas concitatur, ad arma convolatur, inquieti satellites ceduntur, propelluntur, adeo ut ipse rex vix evasisse vita comite referatur. Sic itaque 1294.
rex Thuringie fines transgressus ad terram Orientalem se convertit, pari modo omnia (Oct.)
devastando; ubi eciam nonnullas obtinuit municiones seu castella. Inde civitatem Friberg 1296.
obsessam[5] aliquamdiu prodicione quorundam civium cepit, quos tamen postea in multis (Febr.)
milibus marcarum dampnatos vix vita [donare[z]] dignatus fuit. Castrum nichilominus Friber-

a) a nonn. — faventibus *om.* 1, *leguntur in* 2a.b. *R. L III (ubi* ab aliquibus cast.). b) Theoderico *add. R*; Frederico *add. L III*; *utrumque deest* 2a.b. c) et 2a.b. d) incursionibus 2a. e) imminuebatur 2b. f) Rheno *h. l.* 1. g) erectis 1; exactis *R* 1. *L III.* h) *sic R. L III*; suorum (rum *e corr.*) 1. i) ignominiosum 1. k) cometes st. a nonn. *R.* C. l) *sic* 1. *R*; videlicet 2a.b; *om. L III.* m) de Th. egredi st. 2a.b. n) *sic R*; inactus 1. o) Mitelhusen 2a; Mitelhusen 2b; venit *add. perperam* 2a.b, *om.* ubi — consed. p) *om.* 2a.b. *L III.* q) ecclesiam 2a.b. *R. L III. V. N.* r) posita 2a.b. s) est dei u. subs. *R.* t) Nam *R.* u) el. autem cum quer. ad r. 2a.b. v) predictae 2b. w) *sic* 2a.b, *R. L III. N*; aliam 1. x) dextram *R. L III.* y) in M. *R. L III.* z) *supplevi*; *om. R* 1; vita comite evaserunt. Castr. 1 *(fortasse e l.* 31*)*; vitam dignatus est concedere *R* 2.

1) Quae exstant, R. v. Liliencron, 'Die histor. Volkslieder' I, p. 9 sq. (Ioh. Rothec. 566, ed. R. v. Liliencron p. 477 sq.):

Die ediln von dem Rine
die retin zu dem wine
und quomen undir Raspinberc.
Des koniges houfgesinde
begriffin die gotiskinde
und trebin schemeliche werk.
Got machte sin nicht erliden,
ere butil lies er sniden,
daz waren lesterliche mær.
Sie han noch mine gedunken
ere hellir do vortrunken,
das on die butil worden ler.
Do sie en heimen quomen
und ere wip vornomen,
daz sie die hellir hatten clorn,
sie worden obil entphangen;
vil bezzer wær gehangen
dens sulche smaheit unde zorn.

2) Die Sept. 30. Oct. 4. 7. in castris apud hunc locum fixis cartas dedit; Böhmer nr. 220—222.
3) Mark-Vippach (duc. Weimar.). 4) Demum, postquam e terra Orientali redit, a. 1295. Ian. regem ad civitatem Mühlhausen profectum esse recte censuisse videtur Wegele l. l. p. 195. n. 3.
5) Quod demum a. 1296. mensibus Ianuario ex. et Febr. factum est. Auctor confudit duas expeditiones regis in terram Orientalem et marchiam Misnensem factas a. 1294. auctumno et hieme a. 1295/6; secundam infra omisit.

1296. gense captum evertit, quam plures[1] civium et castrensium ignobiliter et miserabiliter
f. 202. vita privavit. Quam crudeli autem inmanitate et inmani[a] crudelitate in reliquos sibi[b] et ibi et alias rex humanitatis oblitus deseverit[c], qualiterve Misnensem marchionem Fridericum honore patriaque[d] privaverit, quantisque et quot amarissimis cladibus, incendiis et rapinis eciam[e] illam provinciam compleverit, pro sui horrore[f] et inmanitate singula dicere supersedi. At ne vel ibi quidem divine ulcionis expers cruentus exercitus remaneret, adeo hiemis austeritas, que[g] eo anno inhorruerat satis dura, in impios homines desevit, ut inedia frigoreque plurimis tabefactis et extinctis idem exercitus regis non modica ex parte fuerit[h] imminutus[2].

1295. Anno Domini MCCXCV. Rex ubique regnum pervertens, fas nefasque confundens, tanquam mala in Thuringia preterito anno facta minus sue impietati crudelitatique suffi-
(Aug.) cerent, reparato denuo exercitu in Thuringiam iterum properavit. Castrum igitur[i] Frankenstein[3] obsessum aliquamdiu non sine magno sui[k] exercitus dispendio, tandem facto castrensium discidio, in dedicionem recepit, salva castrensibus[l] vita et libertate. Eo effectu
(Sept.Oct.) animosior rex effectus Cruceburg[m] contendit. Castrum vero ibidem cum diebus non paucis[n] obsedisset, incensa urbe, cum plurima[n] multitudo utriusque sexus super castrum confugisset, ceperunt castrenses, dum multitudine faciente nimiam aque penuriam sustinerent, a quibusdam de exercitu[o] aquani clanculo comparare. Quo prodito et auctoribus huius vendicionis iussu regis miserabiliter trucidatis, cum hii qui super castrum erant tanta aque carencia urgerentur, ut et equis cerevisia[p] potus esset, et panes cum cerevisia[p] coque-
f. 203. rentur, cum fortissime non absque dampno regii exercitus hactenus restitissent, hac una compulsi necessitate castrum dediderunt[q], permissa sibi et rebus et[r] vita ac libertate. Itaque rex, dum eciam alio similia facturus pertendere cogitasset, quo nescio obstaculo prepediente, cum id perficere nequivisset, iterum de Thuringia egredi statuit. Sic, sic rex, pupillorum viduarumque cesor, non defensor, pauperum desolator, non consolator, ecclesiarum violator, non edificator, rex, inquam, non iam rex, sed regni fex[4], e[s] Thuringia est
(Dec.) egressus, tot in ea egregiis facinorose crudelitatis insigniis derelictis, ut[t] et ipsum nomen eius cottidiana et pene quottidie nova inversione turpetur et omnium sputis seu[u] maledictis obnoxium amarissimis inprecacionibus oneretur[v]. Reliquit autem militem de Bruberg[5] ad ea que ipse cogitaverat exequenda; qui qualiter regi paruerit queve fecerit, pro rerum
Iul. 26. incertitudine[w] dicere superfluum esse reor. Eodem anno in crastino sancti Iacobi[x], cum et tonitrua terribili fragore mugirent, coruscacionesque[y] frequentibus ictibus emicarent, frater quidam Augustinensis in ecclesia Erphordie infra vespertinales laudes occulto Dei iudicio ictu fulminis tactus cecidit et expiravit.

1296. Anno Domini MCCXCVI. Incendium grande exortum[z] Erphordie sequenti nocte post
Iul. 15/6. divisionem apostolorum plateas fori rapularum et pergamenorum absumens, numerosa admodum edificia concremavit. Ipso[a] anno triste infortunium et flebilis admodum eventus conventum Sancti Petri omnesque amicos eorum, cives Erphordenses, graviter con-
Nov. 1. tristavit, quia nobilis et dulcisona illa maior campana[6] ibidem in festo omnium sanctorum infra pulsacionem, nescio quo Dei iudicio, fracta fuit.

1297. Anno Domini MCCXCVII. Conventus Sancti Petri habitis gravibus et magnis expensis
Febr. 19. in vigilia innumerabilium martirum aliam campanam, et quantitate et sonoritate priorem

*) *Pro* diebus non paucis *habet L III:* per quatuor septimanas. *Ubi cum hoc loco excerpta sua quae in foliis evulsis cod. E exstabant, ea eius archetypo hoc sumptum esse credo.*

a) crud. inm. *R.* b) *sic* 1, 2ª. *R; om.* 2ᵇ. c) *sic* 1, 2ª. *R;* desseverit 2ᵇ. d) *sic.* 1. *R. N;* et patria 2ª.ᵇ. e) *sic* 1. *R;* et 2ª; *om.* 2ᵇ. f) *sic* 2ª.ᵇ. *R. N;* honore 1. g) *e corr.* 1. h) *sic R;* fuerat 1. i) *sic* 2ª.ᵇ. *R* 2; ergo *R* 1: castrumque 1. k) *sic* 1. *R* 2; ex. sui 2ª.ᵇ. *R* 1. l) *sic* 1. *R;* castrensium *L III.* m) *sic* 2ª.ᵇ. *R* 2; cruteburg 1. n) *sic.* 1. *R. L III;* magna 2ª.ᵇ. o) regis *add. L III.* p) cervisia 2ª, *R.* q) dederunt *R. L III.* r) *om. R.* s) *sic* 1. 2ᵇ; a 2ª; de *R. L III.* t) ut *om.* 2ª; et *om.* 2ᵇ. u) et 2ᵇ. v) oneratur 2ᵇ. w) *perpe R f.* 168. x) apostoli *add. E. N.* y) corusc. — emicarent *om. 1, ex E. N suppl.* z) est *add. E.* a) Ipso — processerunt *(p. 431, l. 2) om. E.*

1) Sexaginta; cf. Ann. Veterocell., SS. XVI, p. 44; Herm. Alt. Cont. Ratisbon., SS. XVII, p. 416; cf. etiam Sifr. de Balnhusin c. 240, p. 713. 2) Etiam Ann. Vetero-Cell. ed. Opel in Mitth. d. D. Ges. in Leipzig' 1, p. 214. idem de hieme a. 1294/5. referunt, sed ad menses Ian. et Febr. a. 1296, quibus rex castrum Fribergense obsedit, hoc potius referendum videtur. 3) Situm olim super Kloosteretiam Sifr. de Balnhusin c. 240, p. 713. 2) Etiam Allendorf prope Salzungen ad Werram fl. 4) Cf. carmen laudatum v. 54: *Adolfus rex, regnum fex* et v. 57. *fex regum.* 5) Gerlacum. 6) Cf. supra a. 1255, p. 390.

superantem, ad honorem ipsius apostolorum principis fuderunt. Aliam nichilominus [a]ad laudem beati patris Benedicti post paucos dies fundi procurarunt[a]. 1297. *f. 203c.

Hoc[b] anno tercio Nonas Marcii ignis nocte exortus in pede Montis Sancti Petri Erphordie penes[c] ecclesiam sancti Leonhardi in tantum violencia ventorum convaluit, ut maximam partem edificiorum et ibi et[d] ex adverso usque pene ad domos clipeariorum sitorum conflagraret[e]. Mart. 13.

Eodem anno rex Boemorum Wenczlaus[e], filius Ottakkerii[f] regis interfecti, in Praga coronatus et unctus est in regem cum illa nobili coniuge sua[1], Romanorum regis Rudolfi filia, in die sancto penthecostes a venerabili[g] Gerhardo archiepiscopo Mogontino cum Iun. 2.
maxima solemnitate et leticia, presentibus archiepiscopo Magdeburgensi[2], Pragensi[3] et[g] Ulmuncensi[h.4] et aliis duobus episcopis de Ungaria[5]. Ipse enim rex, ut legitur de rege Aswero, ostendere volens magnitudinem potencie sue et divicias regni, fecerat grande Esth. 1. 4.
convivium in ipso die sancto, durante[i] per quatuor[k] dies, et omnia que convivantibus necessaria erant, prout magnificenciam regiam decebant[l], copiosissime amministrabantur[m].
Dux eciam[n] Austrie Albertus cum septem milibus equitaturis[o] illuc venit, habens in comitatu suo ducem Karinthie[p.6] et generum[q] suum marchionem Longum iuvenem[7] et multos comites, barones et nobiles Austrie, Carriole[r] et Karinthie. Sed et marchio Brandenburgensis[s] Cum-telo cognomento[8] rogatus ibi affuit cum duce Saxonie[9] et duce Polkone[t] de Polonia[10] cum plurimis potentibus multarum terrarum. Ut igitur transierunt[u] dies iocunditatis et leticie, principes[v] soli cum rege per aliquod tempus remanentes tractaverunt, qualiter regnum Romanum in[w] suo honore atque potencia persistere posset, regisque Adolfi confusione et erumna . . . . . *.[11]; quod postea rei probavit eventus. Inter cetera rem flebilem narrabo, quod tantam exultacionem tantus fuit luctus subsecutus. Nam illa nobilis regina, regis Rudolfi filia, coronata simul cum rege Boemorum, infra anni spacium diem (Iun. 18).
[x]clausit extremum. Nec eciam pretereundum esse puto, quod idem rex Boemorum in *f. 204.
eadem septimana penthecostes quoddam claustrum Cisterciensis ordinis[12] ab eo antea constructum cum quadringentis marcarum reditibus[x] dotavit annuatim[y].

Eodem[z] anno in die sancti Iohannis baptiste post nonam quidam iuvenis in Monte Iun. 24.
Sancti Petri nomine Rudigerus, adhuc in scolis existens, dum funem lampade[a] capelle sancte Marie reparare deberet, ex inproviso de trabibus corruens ad pavimentum medie capelle miserabiliter vitam finivit ibidem.

Anno Domini MCCXCVIII.** Albertus dux Austrie, regis Rudolfi filius, circa inicium 1298. Febr. ex.
quadragesime expedicionem ordinavit de Austria versus Renum contra Adolfum regem Romanorum cum maximo exercitu; que expedicio duravit usque Processi Martinianique[b]. Iul. 2.
Veniente igitur duce Alberto ad confinium Bawarie, dux Otto eiusdem provincie habuit conflictum[13] cum aliquibus ab exercitu sequestratis[c]; in quo amicissimus ducis Austrie ac avunculus eius Albertus comes de Heyrlo nobilis ac liber cum aliis ferme centum occisus (Apr. 17).
est. Dux igitur Austrie, his nichil territus[d], sed spem suam ponens in Domino, ultra cum exercitu suo progressus, cum tamen plurimi assererent ipsum cum suis gladio regis Adolfi fore lacerandum, ad confinium Suevie tandem pervenit. Ubi cum propter viam longiorem

*) *Nonnulla verba, quae in 1 et R omissa esse patet, quodammodo suppleri possunt ex C:* wen der konig Adolf were nicht wan ein schender des riches, also er iz wol bewisete.

**) *Sequentia breviata sunt in E sic:* Anno M°CCXCVIII° Dux Austrie Albertus, regis Rudolfi filius, per electores in regem electus in confusionem regis Adolfi et opprobrium sempiternum. Commisso vero prelio inter[d] predictum Albertum et regem Adolfum maxima cedes *etc. ut p.* 432, *l.* 26 *sqq.*

a) h. *l. spatium lineae vacuum rel.* 1. b) Eodem *E ad a.* 1296; *unde Eng. I (inde Varil.) et II haec et L III l.* 7 *sqq. ad a.* 1296. *habent.* c) *sic E;* pene 1. d) *sic E; om.* 1. e) Wenczeslaus 1; Wenczeslaus *E. R.* f) Octakkerii 1; Octackari *E;* Octakkari *N.* g) *om. E. L III.* h) olmucensi *E;* Olmucensi *L III;* Olmucensi *R.* i) *sic* 1. *E. R.* k) *sic* 1. *R. C. L III;* X *E.* l) *sic* 1. *E;* decebat *R.* m) aministrabant *E.* n) *om. E (adest L III).* o) *sic* 1. *E. L III;* equitibus *R.* p) *sic E. R. L III et* 1 *infra l.* 17; Karintie *h. l.* 1. q) geberem *E. L III.* r) *sic* 1. *E;* Cariole *N.* s) Brandeburg. *E.* t) palkone *E.* u) transirent *E.* v) princ. — narrabo quod (*l.* 23) *om. E.* w) pera. posset in suo hon. s. pot. *R.* x) reddit. *E. R. N.* y) *reliqua h. a. om. E.* z) *sic* 1. *N.* a) et Martiniani *E. L III.* b) *sic R;* sequestris 1; sequestrās *L III.* c) veritus 1. *R* 1. *L III* (exterritus *corr. Sch. in R 2*); irsrag . . . nicht sere *C.* d) ad *E.*

1) Iutta. 2) Burchardo II. 3) Gregorio. 4) Theodorico. 5) Poloniae potius. Cf. Chron. Aulae-regiae I, 62. 64, Fontes r. Austr. SS. VIII, p. 150. 157. 6) Heinricum VI. 7) Hermannum Brandenburgensem. 8) Otto IV. 9) Alberto II. 10) I. de Schweidnitz. 11) Cf. Cron. Aulae-regiae I, 64, l. 1.; Silv. de Balnhusin c. 242, p. 713. 12) Aulae-regiae (Königsaal). 13) Prope Oberndorf.

1298. repausaret exercitum[a], ad aures regis Adolfi eius[b] adventus usque pervenit; qui per idem tempus in Frankenvurt existens preparavit se duci Austrie viriliter occurrere aut cum decore[c] vitam finire. Interea dux Austrie de confinio Suevie movens exercitum, paucis
Ps. 204. diebus peractis iuxta Wormaciam ad litus Reni[d] fluminis usque devenit. Quid multis
Rom. 11, 33. moror? Rem dicam seculis mirandam, *quam incomprehensibilia* enim *sunt iudicia Domini et investigabiles vie eius!* Mogontinus namque existens consanguineus regis Adolfi, qui eciam eum ad regem regnique dignitatem exaltaverat et in omnibus eius coadiutor ac fautor fuerat, nunc inimicus eius per omnia, audito, quod dux Austrie esset prope Wormaciam, collecta maxima multitudine in auxilium eius properavit. Cum igitur venisset ad ducem et secum aliquos principes spectantes ad electionem reperisset, habito cum eis
Iun. 23). consilio, ducem predictum ad regni gubernacula elegit in confusionem regis[e] Adolfi et obprobrium sempiternum[f]. Quod cum rex Adolfus nunctio didicisset, animo consternatus magis eligit[f] mori quam cum confusione vivere. Veniens igitur in Oppenheim, postera die cum exercitu forti castrametatus est contra ducem Austrie ac electum in regem Romanorum. Interim plurimi de ducis exercitu propter temporis prolixitatem et suorum domi manencium affectum clam recedentes ad sua[g] redierunt. Sicque factum est, ut de die in diem populus ducis minoraretur regisque Adolfi vulgus multiplicaretur. Quo viso, ducis[h] nobiles et amici calliditate usi, cum adhuc exercitus eorum esset satis copiosus, consilio cum duce habito, fugam simulaverunt, ponentes insidias, ut sic rex[i] Adolfus deceptus cum ipsis cicius[k] bellum iniret, ne tardior mora ipsum faceret forciorem; quod et
Iul. 2. factum est. In die namque Processi et Martiniani, cum rex Adolfus adventum plurimorum prestolaretur, subito ducis[l] exercitus de loco motus terga vertit regi Adolfo. Unde rex attonitus, sangwinem ducis ac suorum quam plurimum siciens, insequitur eos viriliter et[m] potenter; cumque transissent insidias, dux cum omnibus suis se contra regem Adolfum vertens cepit preliari prelia Machabei. De insidiis eciam exilientes circumvallabant exer-
Ps. 205. citum undique regis Adolfi. Unde commisso prelio maxima cedes hominum facta est, et[n] multi de exercitu regis captivi[o], inter quos et regis filius[2] captivatur; simulque rex[p]
Eccli. 10, 9. Iob 20, 6. 7. Adolfus est occisus, ut adimpleretur illud[p]: *Quid superbit*[q] *lutum et cinis?* et illud: *Si ascenderit usque ad celum superbia*[r], *in puncto ut sterquilinium erit.* His ita peractis rumor extollitur ducem Austrie non posse esse regem Romanorum, quia rex[i] Adolfus non fuisset
(Iul. 27). rite depositus, nec potuisse duos reges simul regnare, et quia ipse dux occidisset regem
(Aug. 24). Adolfum. Unde ad nutum principum ad electionem spectancium dux per triduum regno cessit, et postea ab eisdem solemniter est electus ac[s] cum magna gloria Aquisgrani per-
Ps. 71, 18. ductus intronizatur et[m] ad regni sedem usque pervenit cum maxima pompa tam clericorum quam laicorum Deum laudancium, qui facit mirabiles res. Sicque cum consilio principum
Nov. 11. curiam suam primam indixit in festo sancti Martini in Norenberg, et recesserunt leti,
3. Reg. 1, 31. dicentes: 'Vivat rex in eternum! Alleluia!'[1]

Maii 25. Eodem anno circa festum penthecosten quedam pestis vehemens et valida nutu Dei in Frankonia Iudeos invasit, que in tantum invaluerat, quod omnes Iudeos Almanie ex-

*) *Omissis praecedentibus (a. l. 34. cum maxima) add. E:* Nota versus:
Mactat Iudeos Rex Rintberg, contigit illud
Post annos Domini sine binis mille trecenti[v].
Albertus dux Australis prostravit Adolfum
Regem Romanum, regno successit eidem.
In Iulio mense rex Adolfus cadit ense
Per manus Australis, Processi Martiniani[s].
Anno milleno trecenteno sine bino[v]
Mars creat Albertum regem, qui[w] *stravit Adolfum.*

a) *sic* 1. *R.* b) adv. eius *R.* c) *sic L III;* dedecore 1. *E.* d) Rheni *A. l.* 1. e) *sic R. L. III;* regi 1. f) elegit *R. L III.* g) propria *R.* h) *sic* 1. *L III;* neb. ducis *R* 1. i) *sic* 1. *L III;* Ad. rex *R* 1. k) h. c. *R. L III.* l) *sic* 1. *L III;* ex. ducis m. de l. *R* 1. m) *om. E.* n) *sic* 1. *E. R.* o) *sic* 1. *R* 2. *L III;* Ad. rex *E. R* 2. p) *sic B; om.* 1; ut — Adolfum (*l.* 31) *om. E.* q) superbia pulvis *R.* r) eius *add. R. Vulg.* s) *sic* 1. *E.* et *R. L III.* t) *sic E. L III. Engelh.* u) matiani *E;* et Martiani *L III.* v) bine *E.* w) *sic Engelh.*; ne *E.*

1) Cf. F. Heymach, 'Gerhard v. Eppenstein' (Diss. archetypo. Sed deest utrique v. 1; v. 7. 8. habent Strassburg 1880) p. 67 sqq. 2) Rupertus. 3) Hos Engelhusii codd. Oresd. et Hannover. et ex hoc ed. quinque versus habent Theod. Engelhus ed. Mader Leibnitii, SS. R. Brunsv. II, p. 1124, qui desunt in p. 204. et Hist. Eccard. (L III) c. 449 sq. ex codicis E Hist. Eccard.

tinxisset, si non ipsorum infinita pecunia circa aliquos principes et civitatenses intercessisset. Nam in precipua civitate Herbipolensi et in Rotinburch[a] ita omnes fuerunt occisi, quod a maiore usque ad minorem, a masculo usque ad feminam unus non fuerit derelictus. Unde alie civitates minute[b] exemplo eodem gavise plurimos sibi commanentes occiderunt[c]. Dicitur eciam, quod, dum Iudei viderent se non posse evadere[e] manus occisorum, quod[d] pro quadam sanctitate secundum legem ipsorum, ne traderentur manibus incircumcisorum, se mutuo interfecerunt. Huius[e] interfectionis inicium referunt fuisse quendam nobilem dictum de Rinberch[f], qui coadunatis sibi aliquibus ad hoc idem similibus per quendam favorem civium hec eadem exercuisset[f]. Timendum namque est, quod absque gravi merore dicere non possumus, ut quidam pro vero asserunt, quod[g] propter divini[h] cultus irreverenciam corporisque Christi subsanacionem hec omnia eis digne evenisse[i], Referunt[k] namque corpus Christi eos in sinagogis ac in secrecioribus suis furtim reconditum habuisse illudque cultellis et subulis suis confodisse novoque et[l] inaudito martirio Christum crucifixisse, ut paternis execracionibus viderentur esse participes. Christiani namque, ut dicitur, post interfectionem ipsorum ipsa secreciora eorundem[m] purgantes invenerunt corpus Christi plurimis locis confossum, illudque pro sacramento habentes loca eadem dicunt[n] miraculis choruscare[o]. 1298.

Anno Domini MCCXCIX. Rex[p] curiam suam Fulde[q] presentibus illic archiepiscopo Mogontino nonnullisque aliis spiritualibus[r] quam secularibus principibus circa festum sancti Iacobi celebravit. Ubi eciam legati cleri seu civium Erphordensium advenientes obtentu regis ac aliorum principum graciam eiusdem domini sui archiepiscopi Mogontini, qua iam per annos quinque caruerant, habita pecuniaria satisfactione, datis scilicet ex parte cleri CCC[s], ex parte vero civium MCCC marcis argenti, coemerunt[2]. Quam tamen summam ex parte inobedientis cleri[t] colligendam versa, ymmo perversa vice hactenus obedientes gravius pendere[u] sunt coacti. Eodem[v] anno civitas Wimar per quosdam malefactores succensa igne seviente et vento opitulante in tantum exusta est, ut paucissima edificia cum castro remanerent. 1299. fol. 25.

Item[w] eodem anno orta est discordia inter dominum Gerhardum archiepiscopum Mogontinum et Eberhardum[x] comitem[2] de Hayno[y]. Comes igitur collecta suorum complicum manu res episcopi rapinis et incendiis devastabat. Archiepiscopus autem non ferens suorum iniuriam congregato exercitu quasi quingentorum virorum omnia que ipsius comitis erant depopulabatur in tantum, ut una die quinquaginta villas comitis igne consumeret et omnia que ibi invenire poterat sibi suisque sociis vendicaret; ad ultimum vero ipsum comitem in castro suo Hayno[y.3] obsedit et obpugnavit. Comes igitur videns se ei non posse resistere, gracie eius se tradens, captivus abducitur et in Binge[z] civitate episcopi custodie mancipatur; ubi per multum tempus degens, cum nullam graciam episcopi inveniret, occulte[a] inde dicitur fuga lapsus. fol. 26.

Eodem[b] anno Albertus rex Romanorum Tholetum[4] pergens duxit secum Rudolfum filium suum, ducem Austrie, cui desponsaverat sororem regis Francie[5], habens secum in comitatu Gerhardum archiepiscopum Mogontinum et alios multos nobiles Austrie et Al- (Nov.)

*) *Praecedentia ita breviata praebet E et aucta:* Eodem anno circa festum penth. in Werczenborg et Rotinborg occisi sunt fere omnes Iudei in Franckonia, inicinante quodam nobili dicto de Rintberg cum CC[c] adiutoribus suis; quod utique per totam Almaniam contingisset[d], si non — intercessisset[e].

a) rotinbruch 1; Rotinburg *N.* b) munite *R.* c) *sic E R;* manus evad. 1. d) *sic iterum* 1. *E. R.* e) Huius — asserunt (*l.* 10) *om. E.* f) *emendavi;* exercuisse 1. *R.* g) *defendam, sed ita* 1. *E. R.* h) pr. *irr.* corporis Chr. eis *breviata E.* i) dicitur *add. E.* k) Nam corpus Chr. in sin. cult. et sub. conf. *breviata E.* l) *sic R; om.* 1; novoque — dicitur *om. E.* m) ipsorum *E; om. R.* n) plurimis *add. E.* o) *spatium duarum linearum vacuum rel.* 1. p) Albertus *add. E. L III.* q) celebravit *iam h. l. E. L III.* r) spiritalibus *E. R;* tam, *quod ante hoc verbum desideratur, deest* 1. *E. R. L III.* s) marcis *add. R. L III.* t) *sic E. R; om.* 1. u) pondere *E. R* 1. v) Eod. — remanerent *om. E.* w) Anno eodem *E;* Eod. a. *L III.* x) Ebirh. *E. R* 1. *L III.* y) *sic* 1. *R. N. V (semel* Haino*);* Haynowe *E. L III.* z) Bynge *E. R* 2. *N.* a) *sic* 1. *E. L III. V;* occulte *R.* b) *reliqua h. a. om. E.* c) *aliorum* C *incertum E.* d) *sic E.* e) *intercessissent, E.*

1) Potius König Rintfleisch dicebatur. Cf. Ellenhardi Chron., Ann. Colmar. mai., Herm. Alt. Cont. Ratisp., SS. XVII, p. 139. 224. 419; Ioh. Victor., Böhmer, Fontes I, p. 341; Chron. Aulae-regiae I, 55. l. l. p. 137 sq. Etiam multi alii de hac clade referunt, ut Ann. Halesbrunn. mai., SS. XXIV, p. 46; Sifr. de Balnhusin c. 245. 246, SS. XXV, p. 714 sq.; Gesta Boemundi c. 28, SS. XXIV, p. 480; Cont. Florian., SS. IX, p. 751. — 2) Ulricum potius, dominum non comitem, a. 1300. advocatum Wetteraviae a rege constitutum. 3) Hanau. 4) Toul. 5) Blancam filiam Philippi III. regis.

1299. manie, comites et barones. Elegerat autem ipse rex quingentos milites forma et moribus egregios, quos uniformibus paribus vestium exornavit, exceptis his, quos illi nobiles, qui secum erant, in honorem regie magnificencie vestierant in suo quilibet comitatu. Cum (c.Nov.30). autem Tholetum attigissent, rex Francie ibi[1] cum virgine expectans eis occurrere festinavit. (Dec. 8). Erat autem multe pluvie dies ille[a]. Rex ergo Romanorum mandavit omnibus suis, ut melioribus prout[b] habebant vestibus vestirentur. Quod si quis negligeret, hac sentencia multaretur, quod nil pabuli de regia[c] curia reciperet illa die. Intraverunt igitur ipsam Nov. 30. civitatem cum magna[d] gloria et comitatu circa festum sancti Andree, nupcias filio suo, cui Prov. 14, 13. copulaverat sororem regis Francie, festivissime celebrantes[2]; sed heu! *extrema gaudii luctus occupat.* Nam rex Francie regem Romanorum hortatur, ut electores regni induceret, quatenus filium suum in regem eligerent, et ipse Romam pergeret pro imperiali benedictione ab apostolico expetenda. Sed Mogontinus, qui tunc aderat, hoc reclamavit, dicens se numquam assensurum, ut regni Romani gubernacula in alicuius viventis heredes transferrentur. Rex [*f. 209.] Romanorum his commotus omnibus nobilibus, qui secum venerant, redemit sua pignora obligata, solius episcopi[e] pigneribus[f] non redemptis. Mogontinus autem, quamvis cum penuria suorum, redemit sua[g] pignora obligata. Rege autem cum suis (Dec. ex.) omnibus ad propria reverso, archiepiscopus ob hoc, quod ei rex fecerat, commotus archie- 1300. piscopos Coloniensem[3] et Treverensem[4] cum Rudolfo duce Bavarie contra regem Romano- 1301. rum secum induxit coniurare[5]. Rex[h] his auditis manu valida Bawariam intravit, omnia rapinis et incendiis devastans, municiones capiens, ipsum ad ultimum ducem in dedicionem coegit. Cui postea graciam suam petenti sua omnia redonavit. Hinc se convertens ad (Sept. 25). superiora Reni fluminis processit et Binge civitatem episcopi[i] cepit, omnia que eius erant rapinis et incendiis devastans, municiones capiens omniaque bona episcopi[k] et feoda imperiali protectione privans; quicumque nobilium ea acquirere possent, suis litteris ipsis ea confirmavit. Que pestis tocius fere Alamanie fines infestavit. Ad ultimum tamen rege 1302. prevalente, episcopus talem composicionem meruit, ut, quatuor castris munitissimis loco obsidum datis, quinquennio ipsi ad quevis regni necessaria assisteret nec se ultra ei opponere conaretur[6]. Postea ad terras Coloniensis et Treverensis episcoporum veniens et similia faciens, composicione pro suo placito expetita, eos sue amicicie adunavit[7].

PARS VI.

1300. Anno Domini MCCC. Bonifacius papa omnibus ad limina apostolorum Rome accedentibus reverenter, vere penitentibus et confessis, vel qui vere penitebunt et confitebuntur in[a] huiusmodi presenti anno, videlicet MCCC. dominice incarnacionis, et quolibet centesimo[b] secuturo non solum plenam et largiorem, ymmo plenissimam omnium suorum veniam[m] peccatorum concesserit, statuens, ut qui voluerint huiusmodi indulgencie fore participes, si fuerint Romani, ad [*f. 207.] minus[n] [*triginta diebus continuis vel interpolatis[o] et saltem semel in die, si vero peregrini fuerint aut forenses, modo simili diebus XV ad eadem limina accedant[p]. Huiusmodi constitucionis seu indulgencie gracia incitata innumerabilis multitudo hominum diverse condicionis, sexus et etatis de diversis mundi partibus eo ipso anno Romam gregatim dicitur properasse, adeo ut similiter[q] factum nulla antiquorum recordacio vel sui ipsius memoria vel a scripturarum noticia potuerit meminisse.

1301. (Dec. 1). Anno[q] Domini MCCCI. obiit dominus Andreas abbas montis sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Erphordia; cui successit Iohannes monachus eiusdem cenobii.

1303. (Oct. 11). Anno Domini MCCCII. obiit dominus Bonifacius papa, vir per omnia laudabilis et peritus. Hic constituit omni festo paschali, pentecosten, nativitatis Domini, assumpcionis beate[r] virginis, nullo interdicto vel excommunicatione[s] obstantibus, ab omni ecclesia divi-

a) illa *B.* b) quos *B* 1. c) regis *B.* d) gl. m. *B.* e) *sic* 1. *N*; archiepiscopi *H.* f) *sic h. l.* 1. *B.* g) *sic B*; suo 1. — pignera *etiam A. l. B.* h) Hiis rex *B.* i) *spatium duarum linearum vacuum rel.* 1. k) et *E.* l) quinquagesimo *E.* m) conc. v. pecc. *E.* n) *om. E.* o) interpellatis *E.* p) simile *E. N.* q) A. o. *om. E.* r) *sic* 1. *B*; Marie *E.* s) excelcatis 1. *L III*; expulcaty *E. R.*

1) Philippus IV. Valle-coloris fuit, non Tulli. 2) Nuptiae demum a. 1300. factae sunt, desponsatio a. 1299. Dec. 8. constituta. Circa Nov. 30. rex Tullum advenit. 3) Wicboldum. 4) Diethe-rum. 5) Causam veram huius coniurationis auctor ignoravit. 6) Cf. cartam datam Spirae a. 1302. Mart. 21, LL. II, p. 477 sqq.; Böhmer, Reg. Alberti nr. 377. 7) Haec excripta sunt ex bulla papae d. d. 1300. Febr. 22; Potthast nr. 24917.

num officium solemniter celebrari[a. 1]. Cui successit Benedictus[b. *]. Quo post annum et dimidium defuncto successit Clemens quintus. 1305.

Anno Domini MCCCIII. Cives Erphordenses castrum dictum Hophgartin[2] captum funditus everterunt. Eodem anno impii Iudei, sequentes vestigia patrum suorum, cuius- 1303.
dam castrensis[**] filium in Wizzense[c] comprehendentes secrete morte miserabili occiderunt. Quem in tugurio[d] cuiusdam vinee prope dictam civitatem in proprio cingulo suspende- (Mart. 19 —16).
runt[e], quasi se suis manibus suffocasset. Qui post triduum ibidem inventus et in civitatem reductus multis miraculis a Domino insignitur; pro qua re omnes Iudei in eadem civitate sunt occisi et in aliis[f] quibusdam civitatibus. Quod idem Erphordie evenisset, nisi quod multa[g] eorum pecunia apud magistros consulum et reliquos meliores civitatis defensavit[h. 3]. *f. 207.

'Eodem' anno orta est discordia inter regem Francie et Flandrenses, cuius causa 1302.
dicitur hec fuisse. Rex Anglie[4], inimicicias habens ad regem Francie[5], ducem Brabancie[6] et comitem Flandrie[7] sibi pro auxilio federavit; quod ut firmius perstaret, filio suo[8] filiam comitis Flandrie[9] desponsavit. Que cum ipsi deferretur, rex Francie audiens fedus, quod 1294.
comes Flandrie cum rege Anglie fecerat, viam preoccupans[10], ipsam cepit. Insuper expe- 1296.
dicionem in Flandriam faciens, comitem cum filio suo et cum aliis multis nobilibus cepit[11] 1297.
provinciamque graviter depredatur. Cunctis igitur sibi subiectis advocatos in civitatibus 1300.
et castris instituit cum manu valida, ipse vero ad propria remeavit. Flandrenses vero videntes graviter[k] se opprimi filiasque suas vel sorores, virgines vel relictas tradi nupciis Francigenum violenter, ab imo gemere ceperunt et, quid facerent, cogitare. Omnes igitur civitates Flandrie equalia pacientes secretis litteris se invicem obligabant[l] et unum capi- 1302.
taneum nomine Petrum eligentes decreverunt una die in singulis suis civitatibus omnes Francigenas occidendos; quod et efficaciter impleverunt. Hec discordia multis annis perduravit[m]. Postea ad capitaneum suum congregati elegerunt omnes, qui vel pre senec-
tute vel iuventute arma ferre poterant, et eos armis instruentes, primo obsederunt quandam civitatem[12], que sibi contraria Francigenis noluit rebellare. Rex Francie audiens quod Flandrenses fecerant, motus congregat exercitum valde copiosum, pergens civitatem a Flandrensibus eripere et ipsos Flandrenses penitus extirpare[13]. Qui hec audientes ducem Brabancie[14] vocant in auxilium, se suaque audacter defendere cogitantes. Rex itaque Francie cum exercitu suo veniens Flandrensium castra[15], utpote sibi inequalia, vilipendit. Flandrenses[n] videntes se tanto exercitui[o] non posse resistere fossatum amplum 'et pro- *f. 208
fundum fecerunt, quod lignis superpositis terraque tegentes[p. 16], ex altera parte castra sua firma posuerunt. Francigenis igitur cum rege suo primo mane ad bella procedentibus et (Iul. 11).
contra Flandrenses super fossatum magna virtute venientibus, ligna rumpuntur, et in fossa-

*) 1 *add.*: undecimus, de ordine fratrum Predicatorum assumptus. *Quae cum E. R. C desint, post addita esse apparet.*

**) castr., dictus de Somerde[17], filium Cunradum nomine[18] *E.*

a) celebrare *E.* b) beatus Ben. *E.* c) Wissense *E. R.* d) thugurio 1. *V. N.* e) *incipit M.* f) qui *add.*, *sed del.* 1. g) *sic E. M. R. N. V*; eorum multa 1. h) O gloriose sancte Ieronime *add.*, *post del.* 1. i) *sequentia h. a. om. E.* k) se gr. *R.* l) obligantes *R.* m) duravit *R.* n) vero *add. R.* o) exercitu 1. *R.* p) *emendavi*; terra detegentes 1. *R.*

1) Sexti decret. l. V, tit. 11, c. 24. 2) Hopfgarten inter Erfordiam et Wimariam situm (duc. Weimar.). Cf. notam in appendice editam. 3) Cf. narra-
tiunculam passionis eius, Schöttgen et Kreysig, 'Diplom. u. cur. Nachlese der Historie von Ober-Sachsen' I, p. 600—610; Sifr. de Balnhusin c. 251, SS. XXV, p. 715 sq. Carta Friderici marchionis de hac re data, Mencke, SS. II, col. 945, spuria est. 4) Eduardus I. 5) Philippum IV. 6) Iohannem II. 7) Guidonem. 8) Eduardo, postea II. regi. 9) Philippam. 10) Immo comitem cum filia Parisios allectum a. 1296. perfide cepit, filia retenta, comitem dimisit. 11) Comes cum filiis Roberto et Wilhelmo se Karolo fratri regis a. 1300. dedidit, rege iam a. 1297. in Franciam reverso. 12) Castrum Curtracense, civitate Cor-
traco dedita Flandrensibus. 13) Non ipse rex, sed Robertus II. comes Artesiae. 14) Minime. Wilhelmus de Iuliaco advenit dux Flandrensium, quibus etiam praeter eum Guido et Iohannes, filii Guidonis comitis, praefuerunt. 15) Apud Curtracum posita. 16) Hanc fabulam a Francogallis inventam esse, ut ignominiam cladis acceptae tegerent, docuit H. Pirenne, 'Bull. de la comm. r. d'histoire de Belgique' 4. ser. XVII, p. 26 sqq., 5. ser. II, p. 85 sqq. Quam fabulam etiam alii nostrates, ut Ottocarus v. 64303 sqq., 'D. Chr.' V, p. 852 sq., referunt. Sed verum est in fossata campi multos Francogallos corruisse. 17) Bertholdus. 18) Cf. Cont. Thur., 'D. Chr.' II, p. 309: *den guten sente Conraden*; 'N. Archiv' XXI, p. 532, n. 2.

1302. tum cadentes a suis post se venientibus obprimuntur, a Flandrensibus occiduntur. Nec ultimi Francigenum pre multitudine scire poterant periculum, quod antecessores sufferebant. Multitudine itaque Francigenum oppressa et occisa, ceteri fugam ineunt. Quos Flandrenses magna virtute persequentes a suis finibus expulerunt. Inde ad castra redeuntes et occisorum spolia detrahentes incredibiliter[a] sunt ditati. Secundo iterum cum rege Francie, qui exercitum reparaverat, decertantes victoria sunt potiti. In quo certamine multi nobiles ex parte regis Francie sunt occisi[1]. Inter quos filius sororis regis Francie[2], et ipse existens rex, occiditur. Rex vero Francie cum magno periculo est salvatus[3]. Tercio
1304. omnes vires regni sui congregans et exercitum innumerabilem reparans contra Flandrenses properavit. Qui omni virtute sua congregata contra regem ad pugnandum procedunt;
(Aug. 18). bello itaque inito[4] Flandrenses viriliter se defendunt, Francigene fugere pre multitudine non sinuntur. Hinc inde itaque multis vulneratis cadentibus[b], ex parte tamen Francigenum pluribus, Flandrenses terga dederunt[c] et in municiones suas se receperunt, tante multitudini resistere non valentes. Miserunt tamen ad regem legatos honorabiles, pacem petentes et emendam magnificencie regie debitam pollicentes. Rex igitur animadvertens suorum casum et virtutem animi illorum, et quia parati sunt aut viriliter mori aut[d] vivere, legatos suscepit, emendam pollicitam acceptavit, comitem cum filio et filia sua ipsis restituit[5], et
1305. sic omnia sunt pacata.

1304. Anno Domini MCCCIIII.[e] Quidam puer in partibus Hassie est deprehensus. Hic, sicut
*f. 208. postea cognitum est, et sicut ipse retulit, cum *trium esset annorum, a lupis est captus[f] et mirabiliter educatus. Nam, quamcumque predam lupi pro cibo rapuerant, semper meliorem partem sumentes et arbori circumcucientes[g] ipsi ad vorandum tribuebant. Tempore vero hiemis et frigoris foveam facientes, folia arborum et alias herbas imponentes, puerum superponebant, et se circumponentes, sic eum a frigore defendebant; ipsum eciam manibus et pedibus repere cogebant et secum currere tandiu, quod[h] ex usu eorum velocitatem imitabatur et saltus[i] maximos faciebat. Hic deprehensus lignis circumligatis[k] erectus ire ad humanam similitudinem cogebatur. Idem vero puer sepius dicebat se multo carius cum[l] lupis, si in se esset, quam cum hominibus diligere conversari. Hic puer in curiam Heinrici principis Hassie pro spectaculo est allatus[m].

1305. (Febr. 25). *1304. Nov. 20.

Cron. S. Petri.

Eodem anno obiit Gerhardus archiepiscopus Mogontinus, duobusque electis per dissensionem capituli diuque in curia Romana litigantibus, quorum unus erat scolasticus eiusdem ecclesie[6], alter canonicus dictus de Spanheim[7], tandem dominus apostolicus
1306. (Nov. 10). domino Petro Basiliensi episcopo contulit eundem episcopatum[n], electis spem auferens litigandi[o].

E.

*Eodem anno XII. Kalen. Decembris audita sunt tonitrua, visa fulgura, magna tempestas facta est hora vesperarum, ita ut multi perirent vi tempestatis.

1304. Eodem[p] anno cives Erphordenses manu valida tria castra firmissima obsederunt et ceperunt: Kirchberc[p], Wintberc[q], Grifinberc[r,8], quorum duo Kirchberc et Wintberc fun-

a) inedicibiliter *R.* b) *sic distinguunt* 1. *R.* c) deverterunt *R.* d) honeste *supplendum videtur.* e) *haec infra ad a.* 1344, *quo similis fabella narratur, posita sunt in* 2a.b, *sed cum recto numero anni* MCCCIIII. 2a; 1344. 2b. f) *sic* 1. 2a.b, *R. N;* raptus *E. L III. V.* g) *sic* 1. *E. R. L III. V. N;* circiicientes 2a; circumiacientes 2b. h) quoad 2b. i) saltos *R. L III. V.* k) *sic* 1 *E. V. (N);* circumligatus 2a.b. *R. L III.* l) *sic* 2a.b, *E. R. L III. V. N;* cum lupis *om.* 1. m) *spatium lineae vacuum rel.* 1. n) *sic* 1. *V;* archiepiscopatum *R. L III. N.* o) *haec habet E infra ad a.* 1305. p) Kirchberg *semper* 2b. *E;* Kirchberck *semel infra* 2a. — et *add.* 1. q) Wintberg *E bis, infra* 2b; Wintberck 2a *bis;* Winsberg *h. l.* 2b. r) Grifenberg 2a.b, *infra E;* Griffenberc 2a *infra;* Griffenberg *h. l. E.*

1) Ipso rege Flandriam a. 1302. Aug. Sept. ingresso nulla pugna commissa est. 2) In pugna apud Curtracum a. 1302. Iul. 11. commissa Robertus II. comes Artesiae, cognatus regis, et Godefridus de Lovanio, cuius frater dux Brabantiae uxorem habuit Margaretam filiam Ludovici IX. regis, amitam Philippi IV, praeter alios comites ceciderunt. Nescio an horum quendam auctor in mente habuerit. Nullus filius sororis Philippi III. vel Philippi IV. regum in bello Flandrensi occisus est. 3) Quod in pugna apud Montem in Pabula commissa, de qua mox refertur, factum est. 4) Apud Montem in Pabula a. 1304. Aug. 18. 5) Guido comes captivus obiit a. 1304. Mart. 7. Philippa filia eius non liberata est, sed captiva obiit a. 1306. mense Maio (Ann. Gand., SS. XVI, p. 592). Robertus comes institutus est a. 1305. 6) Emicho. 7) Emicho. 8) In monte Hausberg prope urbem Jena olim sita.

ditus everterunt et Leistein[a-1], quod ante[b-c] ceperant[c-2]; que omnia erant burcgravii[d] de Kirchberc[3], qui eorum[e] offensam incurrerat. Cui tamen postea eorum[f] graciam et amiciciam impetranti Grifinberc reddiderunt[g-4]. 1304. 1307.

Eodem[h] anno in vigilia octave assumpcionis beate virginis baptizata est maxima campana in monte sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Erphordia in honorem ipsius principis apostolorum ac eius nomine nuncupata. Eodem anno in die sanctorum Sergii et Bachi baptizate sunt 'due schelle in honorem sanctarum virginum Petronelle et Scolastice ac earum virginum nominibus nuncupate. 1304. Aug. 21. Oct. 7. *f. 209.

Anno Domini MCCCV. Rex Romanorum collecto exercitu Boemiam intravit contra Wenezlaum[i] regem Boemie[k], sororium suum, qui ei rebellare nitebatur. Cum[l] vero ante montes, quos vulgariter Kuthin[m] vocant[5], venisset et totam Boemiam variis cladibus opprimeret, supervenientis hiemis asperitate et victus inopia regredi est compulsus, proponens futuro anno expedicionem iterare. Sed divina permittente voluntate longe aliter accidit. Nam[n] inclitus rex Boemie Wenezlaus intoxicatus diem clausit extremum, omnibus suis luctum et mesticiam derelinquens; fuit enim idem rex amator cleri, orphanorum et viduarum defensor, pauperum nutritor, divini officii cultor, pacis amator et omnes antecessores suos terrarum adiectione, diviciis et gloria supercellens. Cui successit filius suus Bolezlaus[o-6], filius sororis[7] regis[p] Romanorum Alberti, qui ante eciam fuit[q] electus in regem Ungarie[8]. Sed Ungaris eum non ut decebat tractantibus, a patre fuerat revocatus. Qui pacem[r] cum avunculo suo rege Romanorum fecit; que pax brevi tempore perduravit. Nam sequenti anno in mense Augusto, dum quiesceret in meridie in civitate quadam Moragium[s] que[t] Olmunz dicitur, a quodam dicto Iohanne de Botilstein cultello a vertice usque ad mentum transfixo occiditur fraudulenter. 1304. (Sept.) (Oct.) 1305. (Iun. 21.) 1306. Aug. (4).

Anno Domini MCCCVI. Cives Ysinacenses[u] castrum quod erat in sua civitate de voluntate Alberti senioris lantgravii Thuringie, data ei pecunia, funditus everterunt. Insuper litteras ad Albertum regem Romanorum mittentes ei ad memoriam revocabant, quod Adolfus rex[k], predecessor suus, Thuringiam pro multis[**] milibus marcarum comparaverat a dicto lantgravio[v], et quod se regno Romano per fedus et iusiurandum subdidissent. Conquerebantur eciam, quod filii dicti lantgravii, Fridericus et Theodericus, se de Thuringia 'intromittentes quasi de hereditate paterna, eos sibi confederari nolentes[w] graviter infestarent, contra eosque auxilium regis postulabant[x]. *f. 209.

Eodem[y] anno rex Fulde colloquium cum principibus habuit, ubi lantgravius Thuringie Albertus affuit. Qui a rege de filiorum suorum contumacia arguitur et pro emprione Thuringie ammonetur[9]. In eodem igitur colloquio expedicio in Thuringiam a rege Romanorum proclamatur circa festum ad vincula sancti Petri contra filios lantgravii facienda. Sed longe aliud accidit. Nam eodem tempore rex audita morte Bolezlai regis Boemie, (Iul. in.) Aug. 1.

*) *B add.:* cum omnibus attinenciis.

**) pro XI milium marcarum[10] *E.*

a) Leinstein 1 (leisteiu). 2a.b. *V;* Leystenstcyn *E;* Leysten *R;* Loynsteyn *N;* Lewenstein *C.* b) antea 2b. c) *sic* 1. *E. R. V. N;* ceperunt 2a.b. d) burggravii *E. R. V;* lantgravii 2a.b. e) illorum 2b. f) gr. et am. eorum 2b. g) *spatium lineae vacuum rel.* 1. h) *reliqua h. a. om. E.* i) r. Wenzlaum *E.* k) *om. E.* l) ibi totam Bohemiam usque ad montes Kuttin cladibus obprimebat *E, reliquis omissis* — accidit (*l.* 14). m) Kuttinis *R.* n) Eodem anno idem rex Bohemie intox. interiit *E, sequentibus omnibus* — supercellens (*l.* 17). o) Bolislaus *E, ubi filius* — revocatus *om.* p) *sic* 1. *N;* Alb. r. Rom. *R.* q) fuerat *R.* r) fecit amicicium cum av. rege Rom. *E, reliquis h. a. omissis, ubi sequuntur p.* 436, *l.* 41. — 437, *l.* 3. s) *sic* 1; marauiä *R.* t) Olm. que *corr.* que O. 1. u) Izenac. *E.* v) *sic E. R;* adgra alio atram. in loco raso 1. w) *sic E. R;* volentes 1. x) *spatium trium linearum vacuum rel.* 1. y) *reliqua h. a. om. E.*

1) Lebesten (duc. Weimar.) a Jena septentrionem versus situm. 2) Cf. cartam Alberti lantgravii datam Erfordensibus a. 1304. Iun. 21, Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' I, p. 355, nr. 512: *si pro expugnatione et inpugnatione castrorum Lesten, Grifenberch, Kirchperg et Wintberg vobis quidquam aversionis . . . evenerit . . . vos manutenebimus. . . . Et quia nobis ad obsidionem dictorum castrorum iusta pacis statuta estis et fuistis cooperati, de ipsis munitionibus expugnatis et adhuc . . . nostro auxilio expugnandis disponemus et faciemus quicquid vestre fuerit voluntatis.* Cf. etiam notam in appendice editam, lingua Germanica conscriptam. 3) Ottonis IV. 4) Cf. cartas de pace datas a. 1307. Mart. 10, Beyer I, p. 371 sqq., nr. 531. 532; d. Mart. 16, Herquet, 'UB. d. RSt. Mühlhausen' p. 257 sq., nr. 577. 5) Kuttenberg oppidum cum argentifodinis; cf. Cont. Zwetl., Sancruc., SS. IX, p. 661. 733; Eberh. Ratisp., SS. XVII, p. 600; Ann. Halesbr. mai., SS. XXIV, p. 47; Chron. Aulae-regiae I, 71. I. l. p. 173 sqq. etc. 6) Wenzeslaus III. 7) Iudith. 8) A. 1301. 9) Vide cartam Alberti lantgravii d. d. Fuldae 1306, Iul. 9. in 'SR. d. Wiener Akad.' 1854. p. 56, nr. 32. 10) Cf. supra p. 427, n. **.

1306. avunculi sui[1], ipsam expedicionem in Boemiam divertit, ubi iam duo fuerant[a] per dissensionem electi, videlicet Rudolfus dux Austrie, filius regis Romanorum, et alter dux Karinthie[2]. Sed rege veniente dux Karinthie cessit, filius vero regis a Boemis in regem ipsius terre solemniter est electus. Cui rex pater suus filiam ducis Kalisie[3] uxorem dedit, que ante fuerat in matrimonio regis Wenezlai, quam sorore regis Romanorum[b] mortua
Oct. 16. duxerat in uxorem. Que nupcie circa festum sancti Galli solemniter sunt celebrate. His peractis rex Boemiam exiens, terram Orientalem intravit contra Fridericum seniorem filium lantgravii Thuringie[4]. Sed propter hiemem instantem nichil ibi dignum egit, sed recedere est compulsus. Interim ergo Ysinacenses Albertum seniorem lantgravium filiis suis contra eos consencientem in castro Wartberc obsederunt et ad magnam inopiam victualium deduxerunt. Filii sui his auditis, congregata omni qua[c] poterant armatorum manu, vocato eciam in auxilium Heinrico duce de Brunswic, sororio suo[5], comparataque multa farina et aliis victualibus, ad ipsum castrum perrexerunt. Ysinacenses videntes se eorum virtuti[d]
'f. 210. non posse resistere intra muros suos 'inclusi ipsos tuebantur. Illi vero omnia ad castrum duxerunt, patris et aliorum qui ibi manebant inopiam relevantes. Postea Fridericus filius lantgravii, dictus marchio Misnensis, per lantgraviam[6], cuius filiam[7] habebat in matrimonio, et alias interpositas personas, multa pollicitacione pecunie habita, dictum castrum obtinuit tradi sue dicioni[8]; quod Ysinacensibus et toti Thuringie maxime cladis causa fuit.

1307. Anno Domini MCCCVII. Cives[e] Ysinacenses[f] videntes se opprimi a rege[g] auxilium
Febr. 8 Mart. 25 contra filios lantgravii frequenter postulabant; qui[h] eorum peticionibus annuens in quadragesima quendam nobilem dictum de Wilnowe[9] cum manu valida eis misit; qui fultus adiutorio abbatis Fuldensis[10] totam Thuringiam incendiis et rapinis devastabat, nullusque ei saltem pro[i] modico resistebat. His[k] fretus in loco qui Ysinnachirburc dicitur municionem erexit, in qua machinam fecit, unde in Wartberc habitantes lapidibus et iaculis affligebat. Postea eciam[l] castrum Winterstein, quod marchio tenebat, obsedit cum adiutorio Ysinacensium[m], nichilque dignum memoria ibi agentes, octo diebus transactis recesserunt. Idem igitur nobilis, cum multa mala Thuringie intulisset, quadam die cum quatuor militibus pergens ad municionem, quam fecerat, a famulis marchionis circumventus et in Wartberc
Maii 21. captivus est deductus. Eodem anno circa festum sancte[n] trinitatis[11] dicti[o] filii lantgravii cum advocatis regis Romanorum, qui terram Orientalem[p] incendiis et rapinis devastabant, bellum prope civitatem Luckowe[12] habuerunt, multisque hinc inde occisis, filii lantgravii victoriam obtinuerunt, ex alia parte multis nobilibus captivatis.

(Iul. 4). Eodem anno circa mensem Augustum[13] filius regis Romanorum, tunc existens rex Boemie, obiit intoxicatus, ut dicitur, fraudulenter. Hic multum laudabilis et omnibus carus[q]
(Aug. 15). fuit. Quo[r] defuncto Boemi contra iusiurandum, quod regi Romanorum fecerant, ducem
'f. 210. Karinthie 'in regem sibimet elegerunt. Rex igitur magnam expedicionem contra Boemos
(Iul.) movit, et tempore messis Thuringiam veniens multa depopulatur, multeque placitaciones per interpositas personas inter se et Fridericum seniorem filium lantgravii Thuringie propter captivos, quos in bello ceperat, habebantur, sed casso conamine nichil penitus diffinitur. Eodem tempore dominus Petrus archiepiscopus Mogontinus, qui cum rege in expedicione erat, primo[s] veniens Erphordiam a clero et populo eiusdem civitatis cum crucibus et vexillis honorifice suscipitur in monasterio beate[t] virginis. Inde in Montem Sancti Petri veniens tribus diebus ibi mansit. Postque digna sponsione subiectionis a

a) per diss. *l. B.* b) m. R. *corr.* R. m. l. c) *sic l. B. N.* d) virtute *l. B, corr.* virtuti *l, et ita N.* e) Cives — Eodem anno *l.* 29. *om. E.* f) Ysnac. 2^a: Isnac. 2^b. g) *sic l. B. N;* Alberto *add.* $2^{a.b}$. h) Quibus 2^a. i) *sic l. B. N;* in $2^{a.b}$. k) Hic *B l.*; Is *B* 2. l) Hic $2^{a.b}$. m) Isinac. 2^a; Isnac. 2^b. n) *om. E. B.* o) trin. Thed[ericus] et Fred[ericus] *E.* p) causa (tā *pro* cā *E*) emptionis Thuringie *add. E.* q) et amabilis (ābīlis) *add. E.* r) Quo — edicenda *p.* 439, *l.* 9. *om. E.* s) *sic B. N;* proximo *l.* t) Marie *add. B.*

1) Scribendum erat: *nepotis sui*; cf. p. 437, l. 18. 2) Heinricus, cuius uxor fuit Anna filia Wenzeslai II. regis. 3) Elisabeth filiam Primislai II. ducis Poloniae Maioris, postea regis. 4) Cf. Ottocar. v. 90077 sqq., 'D. Chr.' V, p. 1172; Huber in 'Mitth. d. Inst. f. Oesterr. Gesch.' VI, p. 400 sq. 5) Heinricus I. Agnetem sororem eorum uxorem duxerat. 6) Elisabeth de Arnshaugk, uxorem Alberti. 7) Elisabeth. 8) Vide cartam Alberti lantgravii d. d. Wartperg 1307. (Ian.?) 18. Wegele, 'Friedrich d. Freidige' p. 445 sq., nr. 78. 9) Nomen Heinrici ei fuisse coniecit Wegele l. l. p. 282, n. 1. Sed cf. J. Rühsam in 'Zeitschr. f. Hess. Gesch. N. F.' IX, p. 61, n. 211; Wenck, 'Hess. Landesgesch.' I, p. 570. 10) Heinrici V. de Wilnowe (Weilnau). 11) Cf. infra p. 439, n. 9. 12) Lucka oppidum (duc. Altenburg.). 13) Potius iam Iul. 4.

populo Erphordensi sibi facta, ad regem, unde venerat, est reversus. Rex igitur per Thuringiam et terram Orientalem transiens, Boemiam adiit, variis[a] cladibus eam opprimens, ubi filius suus[1] dux Austrie ei cum valida manu in adiutorium venit. Sicque quibusdam civitatibus et municionibus se regi tradentibus, pluribus vero repugnantibus, propter victus inopiam regredi sunt coacti, dimissa tamen in expugnacionem illius terre in traditis municionibus manu valida armatorum. Quibus digredientibus occurrit dux Stephanus Bawarie, qui inito certamine cum exercitu regis, multis suis occisis, pluribus vero captis, in fugam est conversus; et sic rex in Norenberc properavit. 1307. [Nov.]

Ipso anno in vigilia sancte Marie Magdalene res accidit omni cum tristicia edicenda. Nam[b] civitas Pigavia[2] cum egregio monasterio sancti Iacobi per complices Theoderici iunioris lantgravii est succensa, vehemencia ventus[c] exurgente magnum dispendium est perpessa[2]. Ingredientes igitur civitatem multos ibi[d] ceperunt, plurima ibi[d] diripuerunt. Omnem igitur ornatum illius ecclesie cum privilegiis[e] et libris sacrilegis manibus auferentes, edificia succenderunt. Dicam quoddam[g] detestabile: Pueri Deo ibidem oblati per turpes malefactores vestibus abstractis undique circumcurrebant, quid facerent, nescientes. Scrinia sancta fringuntur[h], reliquie sanctorum per pavimentum disperguntur, et quod his omnibus[i] peius est, corpus dominicum, spes nostre salutis et firmamentum, cum dedecore abicitur manibus pollutorum. Heu, heu, scelus inauditum, nostris vero[i] temporibus assuefactum! Iul. 21. v. 211.

Eodem anno circa adventum Domini obiit Theodericus iunior lantgravius Thuringie et in Lipcz[k] apud fratres Predicatores est sepultus[3]. Cuius morte frater eius Fridericus marchio audita, advocatis illius vocatis multaque pecunia pollicita[k,4], de omnibus, que frater eius habebat, se quasi de hereditate[m] paterna intromisit[n]. Dec. (10). 1308.

PARS VII.

Virginei[a] partus anno millesimo tricentesimo quarto Heinricus[o] iunior[p] comes de Honstein[q] congregata electâ manu Thuringorum partes Buchonie[r] ingreditur in preiudicium abbatis Fuldensis[s] incommoda illaturus[t]. Advocati vero predicti abbatis hoc cognito, parva manu suorum, utpote in brevi, adunata, sed tamen communitate rurensium[t] conclamata, ei[u] occurrunt, quoslibet occidunt, plurimos abducunt captivos; ubi ipse comes[6] et comes de Bichelingin[v] iunior[i,7] cum multis aliis captivantur, multis, ut premissum, sic[w] occisis. Qui postea multa pecunia se redemerunt[x]. 1304.

Cron. S. Petri.

Hoc anno fusa est dulcisona campana Gloriosa nomine apud beatam virginem et hoc in translacione beati Benedicti abbatis[8].

E.

Anno M°CCC°VIII° in die sancti Michaelis fusa est maior campana nomine Gloriosa apud beatam virginem Erfordie[y]. 1307. Iul. 11. 1308. Sept. 25.

*) *E add.:* Eodem anno in die Felicis pape[9] illustris princeps Fredericus marchio Missensis detinuit[z] et expugnavit Swevos[10]. 1307. Mai 30.

a) diversis *R.* b) Eodem anno *E.* c) *sic* 1. *E. R.* d) occiderunt, plurima ibi, *quae add. R, desunt l. E;* m. ibidem cep., plures interemerunt, plur. dir. *N.* e) *sic* 1. *R; om. E. N.* f) priv. et *om. E.* g) quidam *R;* quid *R.* h) *sic* 1. *E. R;* franguntur *N.* i) *om. R.* k) *sic E. V. N;* Lypczigk 1. l) *sic* 1. *E. R;* pollicitata *V.* m) hereditate 1. n) *hoc loco haec portio sunt in* 1. 2ª (*ubi* MCCCIIII). *E* (*ubi* Anno M°CCC°IIII°); *post p.* 437, *l.* 3, *in* 2ª (*ubi* Eodem anno), *ante p.* 436, *l.* 19. *R.* o) *sic* 2ª. b. *E* (Henr.). *R* 1 (Hinr.), 2; R. 1. p) *sic R. R. N;* comes iunior 1. 2ª. b. q) Honsteyn *E.* r) Buchorie 2ª. b. s) allat. *E.* t) *sic* 1. 2ª. b. *R. N;* rusticorum *E;* sive rusticorum *add. N.* u) eis *E.* v) Bichelingon 2ª. b. w) est *E;* multis suorum prius occ. 2ª. b. x) redimerunt 2ª. y) Mariam *M, ubi haec cum E ad verbum conveniunt. Cf. Eng. II.* z) *fort.* devicit *legendum.*

1) Fridericus. 2) De qua exercitus regis sibi victualia procuraverat; Ann. Vetero-Cell. ed. Opel p. 216. 3) Vide quae infra ad Cron. Reinhardsbr. f. 397ª. adnotavi. 4) Idem infra p. 440, l. 1 sqq. iterum relatum est. Cf. praef. p. 342. 5) Cf. supra p. 438, n. 10. 6) De Honstein scilicet, quod additum est in L 1 et R 1 et a Nic. de Siegen. 7) Heinricus, ut dicit I. Leitzmann in 'Zeitschr. f. Thür. Gesch.' VIII, p. 207, nescio an recte. — Iob. Rothe c. 595, p. 502 sq. hunc locum exscribens quaedam addidit. 8) Ad a. 1307. habet haec Nic. de Siegen p. 374. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 503. 9) Hist. landgr. Eccard. c. 453. et Herm. Korner ed. Schwalm p. 36, § 325ª, *in die b. Petronelle* = Mai 31. Quem diem habent etiam versus allati a Petro Albino, 'Meißnische Land- u. Berg-Chronica' (Dreßden 1589) p. 257, inde Mencke, SS. II, col. 949:

In sanctae festo Petronellae, memor esto,
Occidit saevos Fridericus marchio Suevos.

10) Iterum de proelio prope Lucka commisso relatum est, quod iam supra p. 438, l. 29 sqq. etiam in E commemoratum est.

1308. Anno[a] Domini MCCCVIII. Fridericus dictus marchio Misnensis post mortem fratris sui Theoderici iunioris lantgravii singulos advocatos terre Thuringie et Orientalis multosque
Febr. 28. alios nobiles terre ad se litteris petitoriis convocavit, cum quibus ante carnisprivium placitacionem habuit Erphordie in Monte Sancti Petri, eos sibi promissionibus annectens, ut
*f. 211. sibi singula castra et municiones sui fratris contraderent[b], eos sibi confederaturus, *cui- libet[c] ipsorum quodlibet dampnum suum et expensas refundere pollicens ad perfectum. Quibus omnibus sibi annuentibus, omnia castra et municiones recepit sibique confederatos advocatos[d], sicuti ante fuerant fratris sui, constituit in eisdem[1].

(Ian. ex.) Circa idem tempus Albertus rex Romanorum, predicti lantgravii morte audita, iterum Ysenache veniens[2], litteras suas nobilibus terre mittens et advocatis, suum propositum perducere non potuit ad effectum, dum nobiles terre secreto[e] magis foverent partem marchionis, ut post patuit, et advocati sibi essent, ut diximus, federati. Quapropter satis commotus[f], dum Ysenacenses suum auxilium continue expeterent, se pluribus malis circumdatos asserentes. Qui[g] se auxilium eis futurum promittens, disposuit, ut, quanto cicius posset, expedicionem quanto posset forciorem colligeret contra dictum marchionem et ter-
(Febr.) ram Thuringie quasi ad nichilum deduceret devastatam. Et sic ad partes Reni[h] rediit, hec intendens ducere ad effectum; sed longe aliud divina providencia ordinavit. Eodem[i]
Iun. 24. anno Albertus rex Romanorum superiora Reni[k] peragrans expedicionem circa festum sancti Iohannis baptiste nobilibus et baronibus ceterisque ministerialibus terre in Thuringiam promulgavit. Cum igitur in inicio Maii mensis[3] a Spira digrederetur[l] et Havesburc ten-
(Maii 1). deret, una dierum in civitate Rinstete[4] se recepit[l]; habuit tunc in comitatu suo dominum Petrum archiepiscopum Mogontinum et Iohannem fratruelem suum, ducem Austrie, multosque alios nobiles et barones[m]. Cum itaque[n] ad fluvium[o] dictum Ruzze rex[p] cum fratruele aliisque familiaribus utriusque[q], ceterisque subsequentibus a longe, pervenisset, navem uterque, ut transmearet, cicius est ingressus. Ordinaverat itaque dictus[r] Iohannes[s], ut sui familiares secum insilirent navem, regis familiaribus sic exclusis. Cum autem[t] ipsum fluvium transfretassent, ipse[u] cum suis complicibus, quos[v] ad idem sibi confedera-
*f. 212. verat, regem circumdedit nichil talium[w] suspicantem. Quem primo verbis *procacibus aggreditur, deinde[x] extracto gladio unam partem capitis cum oculo et maxilla abscidit eidem, ceteri vero eum gladiis confoderunt. Quod hac de causa dicitur esse factum[y], quia[z], cum predictus rex ante eleccionem dux esset Austrie et frater suus[5], pater predicti[a] Iohannis, qui ante aliquot annos obierat[6], similiter ipsius[7] Austrie dux fuisset, rex suo filio[7] Austriam tradiderat, Iohannem vero secum detinebat, in omnibus ei providendo; qui cum ad[b] adultam etatem pervenisset, regem precibus movit, quatinus ei sua pars hereditaria redderetur, ut[b], cum[c] ipse per se dominaretur, de suis indigenciis ad ipsum respectum non haberet. Rege vero[d] eius precibus dissimulante et pollicitacionibus differente, intime super his dolens, tantum nefas est aggressus, ipsum regem, patruum suum, a quo a iuventute nutritus fuerat, nichil mali de ipso suspicantem, fraudulentissime occidendo. O rerum instabilitas humanarum! qui gloriabatur in virtute exercitus sui, nobilitate generis, affinitatis amplitudine, qui multos principes sua potencia devicerat[e], nobiles subiecerat, terras intraverat et vastaverat perlonginquas, ecce in paterno dominio, in natali solo[f] a fratris filio dolose occiditur circumventus. Predictus[g] vero Iohannes cum suis complicibus in quasdam proximas municiones se recepit huiusmodi scelere perpetrato. Regina vero relicta[h] quasdam municiones complicum eius in terminis Austrie cepit et omnes inibi captos capite

a) *sequentia — l.* 17. *om. E.* b) *sic R;* contradederent *l.* c) quilibet *l. R.* d) *sic R;* advocatus *l.* e) *sic R; om. l.* f) *sic l. R;* est *suppiendum videtur.* g) *sic l, sentencia praecedente non perfecta;* Cui *R l.* h) Rheni *h. l. l.* i) *breviata haec habet R:* E. a. rex Rom. Alb. circa f. s. Iob. bapt. cum esset in civ. Rinstete habens secum in com. suo. k) *sic R;* digrediretur *l.* l) *sic R. N;* recepit *l.* m) et bar. *om. E.* n) *sic l. R;* Cumque ita *E;* Cum autem *N.* o) *sic l. E. N. R 2;* fluviolum *R l.* p) *om. E.* q) utr. — longe *om. E.* r) filius fratris sui *add. E.* s) Iohannes *add. E. N.* t) quos — confederaverat *om. E.* u) *sic l. R. N;* malli conspicantem *E.* v) *sic l. N;* demum *E. R.* w) quod *E. R.* x) dicit *E.* y) *sic l. R;* dux i. A. *E.* z) *sic E. R;* in (tamen, ex eo) *l.* a) v. s. pr. *om. E.* b) *sic l. R. N;* vicerat *E.* c) suo *E.* d) vero pred. *E.*

1) Haec iam supra p. 439, l. 21 sqq. narrata sunt. ibidem eodem die. 3) Cum auctor eo tempore
2) Cf. Böhmer, Reg. Alb. nr. 595. d. d. Eisenach, (Maii 1) regem occisum esse audivisset, hoc non
Ian. 30; Winkelmann, Acta imp. ined. II, p. 211, recte de tempore scripsit, quo Spira digrederetur.
nr. 314, d. d. Eisenach 1308. Febr. 3, et Herquet, 4) Error, in oppidum Badeo. 5) Rudolfus. 6) Cf.
'UB. d. RSt. Mühlhausen' p. 265, nr. 588, datum supra a. 1290, p. 422, l. 10. 7) Friderico. 8) Elisabeth.

plecti fecit. Morte itaque regis undique audita, Ysenacenses[a] tali nunctio attoniti omnique solacio destituti, quibusdam nobilibus terre mediantibus, ne quid adversi paterentur, se et civitatem marchioni dediderunt[b], eius iurisdictioni ammodo subiacentes. Marchio ergo Fridericus omnem Thuringiam, terram Orientalem et Misnensem et quasdam civitates regni in eisdem partibus sitas, scilicet Aldenburg[b], Kemelicz[c], Zwickowe[d] et alia[e], nullam habens resistentiam, suo dominio subiugavit[2]; insuper plebiscito *indicto omnes nobiles terre Thuringie cum civitatibus advocans, cum eis pacem verbotenus est aggressus, quia ipsam exactiones nimie fedaverunt. 1308. (Mai 22). *r. 212.

Eodem[f] anno venerabilis dominus Petrus Mogontinus[g] archiepiscopus Erphordiam venit in vigilia invencionis sancti Stephani, et in monte sanctorum apostolorum Petri et Pauli ultra nativitatem beate virginis commorans, frequenti accessione tam nobilium quam civium pro quibuscumque expediendis negociis frequentatus[h. 3]. Postea vero civitatem Gotha veniens a predicto marchione honorifice suscipitur, ipse suique multis dotibus honoratur[h]. Quod vulgi rumor eum spe et ambitu electionis regni, que proxime[i] futura erat, fecisse maxime murmurabat[k]. Aug. 2. Sept. 8.

Eodem[l] anno principibus electoribus regni multisque aliis principibus nobilibusque[m] tocius Alemanie[n] circa octavam beati Martini ad curiam indictam in Frankenvorth[o] convenientibus, Heinricus comes de Luzelburg[p], amator pacis incliteque fame, in regem Romanorum concorditer est electus ac postea in brevi Aquisgrani in sede regni locatus a venerabili domino Petro archiepiscopo[q] coronatur[q]. Nov. 18. (Nov. 27). 1309. (Ian. 6).

Anno Domini MCCCIX.[r] Orta est discordia[s] inter Fridericum marchionem Misnensem et cives Erphordenses, que toti Thuringie causa maxime cladis fuit; cuius discordie causa[t] efficiens ista[u] fuit. Nam[v] cives Erphordenses ac eorum progenitores ab Alberto seniore lantgravio, huius Friderici patre, et a pluribus nobilibus Thuringie quasdam advocacias sive[w] iurisdictiones sibi comparaverant in circumiacentibus villis Erphordiam[x] circumquaque, quas pace facta predictus[y] Fridericus et sui advocati sibi usurpabant, dicentes burgenses debere iurisdictiones et advocacias minime possidere. Econtra[z] Erphordenses sua patrimonia sive que comparaverant *defensare omnimodis[a] conabantur. Multis itaque placitacionibus[b] habitis, sed incassum, cum strate publice spoliarentur[c] frequenter, Erphordenses circa purificacionem[d] beate Marie[e] municionem in Andisleibin[f. 5], in quo[g] se marchio[h] recipere solitus erat, destruxerunt; deinde coniuracione[i] habita cum Hermanno comite de Wimar[k] et civibus de Mulhusin[l] et Northusin, datis utrobique solariis[m], multis se armigeris tutaverunt. Sicque tota Thuringia rapinis et incendiis desolatur. Post hec[n] marchio congregata manu valida municionem comitis de Wimar nomine Wie[e. 6] obsedit, sed incassum. Postea Erphordenses congregata manu valida cum suis adiutoribus[p], processionaliter ab omni clero civitatis et religiosis ante civitatem deducti, municionem in[q] Utstete[r. 7] quinque diebus obsessam et deditam funditus destruxerunt, inibi inventis vite[s] datis. O dies confusionis et luctus Erphordensium notandus[t]! Nam[u] si processissent, multa utique castra marchionis occupassent et quasi omnimode[v] prevaluissent; sed amissis omnibus ad propria sunt reversi. Tandem, cum nec sacris diebus nec cimiteriis nec eccle- *r. 213. Febr. 2. (c. Apr. 1).

a) Isenac. *E.* b) *sic N. R* 2. *C. E* (aldenb$\overline{g}$); aldinburg *R* 1; aldenberg 1. c) *sic* 1. *C. N;* Kempnicz *E.* d) *sic N. C;* Zowickowe 1; Cswickaw *E.* e) *sic* 1. *R;* aliam nonnullam hab. *E.* f) *hanc — murmurabat l.* 15. *om. E.* g) arch. Mog. *R.* h) *sic* 1. *R.* i) proxima *R.* k) murmurat *R.* l) Anno eod. *E.* m) nobilibus atque *E.* n) Almanie *E.* o) Franckinfort *E.* p) Luczelburg *E.* q) coronatus est *E; spatium lineae vacuum sequitur* 1. r) 1308. 2^{b}. s) *sic* 1. *E. M. R. L I. V. N;* dissensio 2$^{a. b}$. t) *sic E. M. R. V. N;* eff. causa 1; disc. *et* eff. *om.* 2$^{a. b}$. u) hec 2$^{a. b}$. v) *am.* 2^{b}; quod *M.* w) et *E. M.* x) *sic* 2^{b}. *N;* herphord' 1; Erphord' 2^{a}; erford *E;* Erffordens *R* 1; erffi *V.* y) Frid. pred. 2^{b}. z) Contra *E.* a) *sic E. N;* omnimode *R;* omnibus modis 1. *V. M;* *om.* 2$^{a. b}$; *cf. n. v.* b) placitis communibus 2^{b}. c) *sic* 2$^{a. b}$. *E. M. R. V;* freq. spol. 1. d) *sic* 1. *R. V;* festum purificacionis *E. M. N; diem om.* 2$^{a. b}$. e) virginis *add. E. (M). R.* f) Andisleiben 2^{a} (b). *N;* andisleybn *E.* g) *sic* 1. *E. M. R. L II. V. N;* qua 2^{a}; quam 2^{b}. h) m. se *E. M.* i) conspiratione *E. M,* ac coniuratione *add. E.* k) Wymar 2^{b}. l) Mulhusen et Northusen 2^{a}; molhus^{l} et northus^{l} *K.* m) *sic* 1. 2^{b}. *E. R. V;* solariis 2^{b}. *M. N.* n) *sic E. M. R. V;* hoc 1. o) wye *E.* p) adiutoris 2^{a}. q) *sic* 2$^{a. b}$. *E. M. R. V; om.* 1. r) Udenstete *E;* Udenstat *M.* s) *sic E. M;* vita 1. *R. V.* t) *sic* 1. *R. V;* notande *E. M.* u) Quod 2$^{a. b}$. v) *sic E. M. R;* omnimodo 1; omnino 2$^{a. b}$; omnibus modis *V. N.*

1) Cf. Wegele, 'Friedrich d. Freidige' p. 296, n. 2. 2) Cf. ibid, p. 297, n. 2. 3) Cartas Erfordiae dedit Sept. 1. 7, Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' I, p. 382 sqq., nr. 547. 548. 4) Immo ab archiepiscopo Coloniensi. 5) Andisleben (Kr. Erfurt). 6) Wiehe (Kr. Eckartsberga). Cf. cartam Friderici marchionis datam in castris apud Wiehe 1309. Apr. 1, O. v. Heinemann, Codex diplom. Anhalt. III, p. 181. 7) Udestadt (Kr. Weimar).

1309. Maii (8—)14. siis parcerent, in octava ascensionis Domini LXX[1] armigeri eorum cum capitaneo dicto Ludewico de Guttirn[a], omni defensione postposita, feminea mollicie dedecorose captivantur, marchione[b] suisque apparatu armorum et equorum absque labore sic potitis. Pauci vero ex eis, equis armisque reiectis, fuge presidio sunt elapsi. Nec tamen sic a divina iniuria cessaverunt. Nam religiosos et clerum multis iniuriis infestabant, eorum curiis et domibus armigeros imponentes, nec a virgine gloriosa[c] nec a celi clavigero temperando. Nam cuiusdam canonici dicti de Malsleibin[d.2] H.[e] militi ministeriali de Ebeleibin[f], suo adiutori, vi hospicium fecerunt. Monialibus[g] Novi-operis in curiam suam armigeros inducentes procurandos, filiis vero ecclesie[h] celi clavigeri introitum et exitum civitatis negan-
*) f. 213. tes, ne[i] in molendinis suis ante *civitatem sitis vel ipsi qui cum ipsis molere solebant [molerent[k]], violenter prohibentes. Postea rursum[l], dum rapinis intenderent, a complicibus marchionis, circa villam Zcimmirn[m.n] congressi pugna, victi[o], ex eis plurimi captivantur; quo rumore communitas attonita, de civitate egressi victores insequuntur, quosque invenire poterant captivabant. Hinc igitur[p] Erphordenses tanta calamitate attacti nec resistere aliqualiter amodo attemptabant. Unde marchio expedicione valida Wimar civitatem
Aug. 29. obsedit, ipsum comitem ad dedicionem compulit[3]. Inde circa decollacionem sancti Iohannis civitatem Erphordiam[q] aggressus, castra ponens in villa Hocheim[r] non longe ab ipsius
Sept. 5. menibus civitatis. Inde[s] feria sexta, que tunc[t] in vigilia beati Magni erat, ipsam civitatem aggressus, ortos et domos extra civitatem sitos[u] in parte que vulgariter Brul[v] dicitur et ex aliis partibus fossatis et sepibus valde munitos[w], vento vehementi[x] exurgente, ignibus conflagravit. Tanta[y] eciam amencia et hebitudo[z] omnes civitatenses invaserat, quod, nisi[a] divina clemencia subvenisset, ipsam civitatem periculosius[b] affligisset[c]. Tantum ergo periculum Erphordenses experti[d] postea muros suos tucius munierunt, tam christianos quam Iudeos in turribus[e] et propugnaculis collocantes. Sequenti eciam[f] dominica, vigilia[g]
Sept. 7. videlicet nativitatis beate[h] virginis, cum quidam de exercitu iterum civitatem aggrederentur, similia prioribus attemptantes[i], civitatenses viriliter prorumpentes, balistis et ceteris generibus machinarum quosdam vulnerantes, quosdam occidentes et precipue equos vel dextrarios impetentes, eos viriliter repulerunt. Postea marchio omnia vineta circumposita succidi fecit, dampna qualiacumque a longe intulit. Inter que execrabile et facinorosissimum, cannas plumbeas, per quas fons ductilis[k] longe a civitate usque ad Montem Sancti Petri ab[l] antiquis temporibus magnis impensis est deductus[m], execrandis suis manibus
*) f. 214. effoderunt impudentes satellites, *eas in exercitu undique circumferentes vendiderunt, que[n] postea in diversis et longinquis partibus sunt invente. His itaque omnibus perpetratis per
c. Sept. 12. XIIII dies, que[o] ante civitatem resedit, postea sunt dispersi. Erphordenses super his omnibus Romanorum regis auxilium implorabant[5]. Insuper Iohannem[p] lantgravium Hassie

*) *E. M add.:* in montanis sitam[q].

a) Guttern *E. M.* b) *sic V*; marcā *E*; marīß suisque, *eadem manu superscr.* a marchione suisque *1*; marchioni *M*; Marchio *R.* c) *sic E. M. R. V. N*; gloriose *1.* d) malsleybn *E*; malsleibin *1*; Mansleybin *R*; Molsleben *V*; Aasleben *M.* e) *sic omnes*; *recenti manu suppl.* ciorico *1.* f) Eheleybn *E.* g) Sanctimonialibus *E*; Sanctimonialium *M.* h) ecclesia *E*; ecclesia *M.* i) nec *E. N*; *om. M.* k) *supplevi*; *om. 1. E. M. R. V. N.* l) *sic* 2ª·ᵇ. *E.* (*M*). *R. V*; dum rursum *1.* m) Zcimmern *E.* n) *sic* 2ª·ᵇ. *E. M. R. V*; *om. 1.* o) *sic 1. E. M. R*; ergo 2ª·ᵇ. *V.* p) aggr. Erphordiensem 2ª·ᵇ. q) Hocheym *E*; Hochheim 2ᵇ. r) *sic 1. E. M. R*; Delade 2ª·ᵇ. *V.* s) Vlᵃ videlicet in *E. M.* t) *sic 1.* 2ª. *E. R*; sitas 2ᵇ, *V. M.* u) brůl *E*; Bruel *M.* v) *sic 1.* 2ª. *E. M. R. V*; munitas 2ᵇ. w) *sic 1. M. V*; venti vehemencia *E*; *om.* 2ª·ᵇ. x) Tanta — quod *om. E. M.* y) *sic* 2ª. *R*; hebetudo *1.* 2ᵇ. z) enim *add. E.* a) *sic* 2ª·ᵇ. *E. M. R. V*; periculose *1.* b) *sic E. M. R. V*; afflixisset *1.* 2ª·ᵇ. c) expte *E*; experto *M.* d) Iud. et duos in quolibet turri et propugnaculo coll. *E*; Iud., duos videlicet christianos et duos Iudeos in quolibet turri et propugnaculo coll. *M.* e) *om. E. M.* f) vid. vig. *E. M.* g) Marie *add. E* (*ubi* b. M. v. nat.). *M. R.* h) acceptantes *E. M.* i) ductibilia *E.* k) ab — impensis *om. E. M.* l) que — invente *om. E. M.* m) *sic 1. E. R. V*; quas *M.* n) item 2ª.

1) *LX* narratio infra appendicis loco edita, ubi plura de hac clade invenis. 2) Heinricus de Malesleiben sacerdos occurrit in carta data a. 1310. Nov. 27, Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' I, p. 395, nr. 562. Cf. Necr. S. Mariae, Mone, 'Anz. f. K. d. Deutschen Vorzeit' 1835. col. 144: *Non. Sept. obiit Henricus de Malsleybin huius ecclesie canonicus.* 3) Cf. Ann. Vetero-Cell. ed. Opel p. 217 sq. Hoc non ante mensem Aug. factum esse apparet, cum Hermannus comes in cartis regis et Erfordensium d. d. Iul. 18. et Aug. 1, infra n. 5. laudatis, aduitor eorum dicatur. 4) Cf. supra a. 1136. p. 365. 5) Cf. cartam Heinrici VII. d. d. 1309. Iul. 18, qua Erfordensibus sibi contra marchionem foederatis *capitaneum cum decentis dextrariis . . . infra nativitatem s. Marie* in auxilium se missurum esse promisit; Böhmer, Acta imp. p. 422, nr. 594; Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' I, p. 385 sq., nr. 552; et cartam Erfordensium d. d. 1309. Aug. 1, 'SB. d. Wiener Akad.' 1854. p. 67 sq., nr. 45. 6) Zimmern-supra, ut videtur, cum ex

vocaverunt[1], multis armigeris aliis expensis propriis conquisitis. Qui lantgravius cum suis 1309.
veniens Erphordiam, omnino inactus[a] contra spem post aliquot[b] dies ad propria est reversus. Postea rursum vocatus venit cum quodam nobili dicto[c] de Nurenberc[d.2], quem rex Romanorum ad auxilium eorum miserat; qui insimul congregati villam Rinkeleibin[e.3] et villam Sumeringin[f.4] rapinis et incendio vastaverunt. Postea[g] lantgravius ad propria rediit, regis advocato remanente. Qui dum nil dignum memoria agerent[h], eciam[i] ipsi ad propria repedarunt. Orta est eciam[k] dissensio in civitate, communitate divites variis murmuracionibus lacescente[l.5], per quod ad tantam infamiam[m] sunt deducti, ut quicumque volebant eorum vicinitates infestabant in tantum, ut tres vel quatuor usque ad fossatum civitatis devenisse in equis sepius viderentur, quoslibet ad valvas usque persequentes, ut[n] in eis scriptum impletum videatur: *Quomodo persequebatur*[o] *unus mille, et duo fugarent decem milia*, et item: *Fugient nemine persequente.* Deut. 32, 30. Levit. 26, 17.

Sequenti anno cum consules futuri secundum consuetudinem[p] essent promulgandi, 1310.
communitas congregata tam veteres consules quam promulgatos[q] exterruit et coegit, ut quedam, que ipsi dictaverant, publice legerentur, et ipse littere sigillo civitatis in futurorum certitudinem munirentur[r]; que tamen ipsimet postea penitus infregerunt. Quorum (Ian. 9).
quedam hic insero[7]: scilicet ut omni[s] anno quatuor de communitate eligerentur, qui in pretorio ante estuarium sedentes adveniencium causas discerent et consulibus inferentes cicius facerent diffiniri. Item, ne cuiquam[t] pro quacumque exactione in propria domo *t.* 214.
tollatur vadimonium violenter. Post hec Erphordenses[l] communitate quasi cogente[u] pacem a marchione expetunt, quam tandem data magna pecunia[g] meruerunt[10]. Molhusenses Northusensesque idem[v] facere sunt coacti[11]. Marchio eciam Erphordensibus petentibus quedam iura concesserat et scriptis firmaverat[w], que pecunia persoluta[x] penitus sunt[y] infracta.

Eodem[z] anno facta est eclipsis solis particularis in vigilia sancte Brigitte. 1310. Ian. 31.

Magna inundancia aquarum facta fuit circa diem sancti Alexii[a]. Corpora[b] duorum 1309. Iul. 17.
regum Romanorum, scilicet Adolfi et Alberti, in presencia Heinrici regis[b] Spiram delata (Aug. 29).
et honorifice sunt sepulta. Nam Albertus Adolfum[c] regem occidens, eum inter reges tumulari[d] noluit Spire, dicens eum regno depositum et occisum. Postea idem Albertus a suo patruo fraudulenter occisus[e] nec ipse sepulturam[f] Spire meruit, civibus reclamantibus, donec per interventum Heinrici novi regis Adolfus exhumatus a loco[g], quo sepultus fuerat, Spiram delatus cum predicto Alberto ibidem meruit sepulturam[h].

Anno Domini MCCCX. Cum quidam fratres Hospitalarii ad capitulum generale per- 1310.
gerent, unus eorum dictus de Ebeleibin[i], qui commendator Erphordie[k] fuerat, quandam paludem cum equo, quo[l] sedebat, ingressus divino iudicio[l] submersus est. Eodem anno Heinricus Romanorum rex Italie partes omni qua potuit virtute congregata adiit, quasdam civitates munitissimas[l] cepit, multis inibi occisis, ceteris ad dedicionem coactis;

a) *sic R. V*; ut actus *et superscr.* omnino victus *1*; o. in. *om.* 2ª.ᵇ; *Erf.* nichil agens *E. M.* b) aliquos 2ª; *contra — dies om. E. M.* c) *sic R. V*; *om. 1*; nob. burggravio *E. M.* d) Nörenberg *E.* e) rinckeleybn *E.* f) sommeringn *E.* g) autem *add. E.* h) *sic 1. R. V*; agerent *E. M.* i) et *E*; et *add. V.* k) et *E.* — discensio *E*; dissentio *V.* l) *sic 1. E*; lascessente *R. V*; incessente *M.* m) diffamiam *E.* n) ut — persequente *om. E. M.* o) *sic 1. R. V*; persequatur *N cum Vulg.* p) *sic 1. M. V. N*; conswetudines *E. R.* q) *sic 1. R. V. N*; promutgandos *E* (prouulg.) *M.* r) *om. E.* s) *sic E. M. R. V. N*; unquam *1.* t) Erphordienses *h. l.* 2ª.ᵇ; erfordn *E.* u) *sic 1.* 2ª.ᵇ. *R. V. N*; eadem *E. M.* v) confirmaverat *E. M.* w) soluta 2ª.ᵇ. x) *om.* 2ᵇ. y) *hucc* — Alexii *om. E. M.* z) (alle *del.*) alexii *1.* a) ipse anno corp. *E.* b) *om. E.* c) r. Ad. *M.* d) *sic 1. R. L III*; tumulare *E.* e) est *add. E. L III.* f) Sp. sep. *E. L III.* g) suo *add. E. L III.* h) *spatium tineas vacuum rel. 1.* i) Ebeleybn *E.* k) erphord' *1*; erford *E*; erffort *R.* l) cepit mun. *R.*

narratione infra appendicis loco edita patet hanc villam inter urbes Erfurt et Gotha sitam fuisse. 1) Qui carta regis d. d. 1309. Aug. 28. missus est, ut Erfordenses, Molhusenses, Nordhusenses contra Fridericum marchionem protegeret, Retter, 'Hess. Nachrichten' III, p. 19; Böhmer, Reg. Heinr. VII. nr. 150. 2) Friderico IV. burggravio, qui etiam infra a. 1323, p. 449. *nobilis vir de Norenbere* dicitur. 3) Ringleben ad fl. Gera (Kr. Erfurt). 4) Lützen- et Gangloff-Sömmern (Kr. Weissensee), ut videtur, cum reliquae villae Sömmern cum diversis agnominibus (Wenigensömmern, Hausesömmern etc.) longius a Ringleben distent. 5) Vide narrationem infra appendicis loco editam. 6) Quas vide editas a Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' I, p. 387 sqq., nr. 155. 7) In universum tantum auctor argumentum duorum statutorum refert, minime verba cartae repetiit. 8) Quod in carta n. 6. laudata longius exponitur. 9) Decem millium marcarum, ut asserunt Ann. Vetero-Cell. ed. Opel p. 218. 10) Vide cartas a Friderico marchione de pace datas 1310. Maii 26. et Iul. 17. Beyer I, p. 391 sqq., nr. 557. 559. 11) Cf. cartam marchionis d. d. 1310. Aug. 1. Herquet, 'UB. d. Reichst. Mühlhausen' p. 277 sq., nr. 612.

1310. (Dec.) 1311. (Febr. 13). (Mail 19). (Iul. 27). (Sept. 19). (Oct. 21). inter quas etiam[a] Mediolanensem civitatem adiens primo dolose suscipitur, civibusque nova molientibus, rex his[b] per ducem Austrie Lupoldum certificatus[1] cum suis ad arma convolat, et sic multorum morte molimine sopito, Mediolanensibus humiliatis, sue subiacere compulit dicioni[c]. Postea Brixiam civitatem adiens obsidione conclusit; quibus resistentibus et vineta, aquarum fluenta et omnia que ad usus humanos pertinent veneno intoxicantibus[d], innumerabilis multitudo regii exercitus veneno dicitur interiisse. Ibi eciam frater regis Walrabin[e] nomine, miles forma[f] egregius, muris incaute[g] appropians iaculo dimisso[h] saucius expiravit. Rex[**] vero cum suis civitatem fortiter obpugnans ad tantam dedicionem eos coegit, ut eciam matrone nobiliores miserrimo cultu exeuntes eius pedibus se prosternerent; nec tamen sic eius graciam obtinuerunt, donec dicioribus plurimis vario mortis genere occisis, muro solotenus destructo, hospiciis munitis[i] destructis et inestimabili pecunia multatis, tandem inde recedens, presidio ibi relicto, non sineret actenus rebellare. Dicitur eciam, quod monasterium construere promiserint et multas ibi[k] personas sufficienter dotare, ubi fratris eius memoria[l] continua habeatur. Plurime itaque civitates Italie percipientes Mediolanensium et Brixianorum horrendum excidium, legatos honoratos mittentes, regi se dediderunt, ipsum magnifice honorantes; qui postea Ianuam veniens, honorifice susceptus, ibidem dicitur hyemasse.

1310. Eodem anno marchio Fridericus congregato exercitu resedit in villa Tungedo[1.2] in autumpno, disponens ire in Buchoniam[1] in preiudicium abbatis Fuldensis[3]. Quo tempore natus est ei filius in Gotha nomine Fridericus[4]; quod audiens, gavisus valde, consilium habuit cum nobilibus terre et baronibus de expedicione sua; qui nolentes ei assentire, illa expedicio anichilata est.

1312. Anno Domini MCCCXI. Heinricus rex a civitate Ianuensi digrediens, Italiam, Tusciam, Liguriam Longobardiamque peragrans, venit Veronam[5], omnesque[m] civitates munitas obtinuit. Veronenses vero[n] cum advocato imperii dicto Cane[o] de Verona regem cum gaudio susceperunt ipsumque[p] ad Romam cum multis auxiliariis deduxerunt. *c. 215.

1311. Ipso[q] anno Fridericus marchio Misnensis[r] multa castra Hermanni comitis de Wimar cepit ipsumque ad dedicionem coegit[s.6].

1312. (Iun. 29). (Sept.) Anno Domini MCCCXII. Heinricus rex cum multa gloria Romam[t] ingressus imperialem adeptus est dignitatem maximo cum honore. Post hec digressus a Roma cum omni exercitu suo et auxilio Romanorum Florensem civitatem attigit eamque obsidione[u] conclusit; quod videntes civitatenses, timore perterriti sibique[v] resistere non valentes, miserunt nunctios cum inmenso[w] pondere auri ad papam Clementem, ut eis succurreret auxilio vel[x] consilio; qui, ut dicitur[y], egit cum quodam Predicatore, ut imperatori mortis poculum propinaret. Ipso[z] anno facta est discordia inter marchionem Brandeburgensem Woldemarum et Fridericum marchionem Misnensem; in qua multa dampna, cedes hominum, rapinas, incendia[a] faciebant. Tandem pervenitur ad pugnam, ubi Fridericus marchio captivus abducitur apud civitatem que vocatur Hagen-Elbe[b.7], quam idem marchio cepe-

*) *E haec breviata habet:* E. a. Henr. Rom. rex maximas partes Ytalie Romano imperio subiugavit, non tamen sine magno dampno nobilium occisorum. Nam Mediolanensem civitatem primo suo[c] subiacere compulit dicioni.

**) *Sequentia h. a. E breviata habet:* Rex expugnans civitatem, dicioribus plurimis occisis, muro circumcirca[d] destructo solotenus, hospiciis munitis destructis, compositionem pecuniariam obtinuerant, promiserunt eciam construere monasterium et multas ibidem — — habeatur. Eodem anno natus est Fred. filius marchionis Friderici Misnensis in Gota, *reliquis h. a. omissis.*

a) *emendavi;* cum 1. *R.* b) *sic* 1. *R.* c) intoxicatos *E.* d) *sic* 1. *R;* Waltabe *E.* e) *sic E. R;* *om.* 1. f) *sic E. R;* nimis 1. g) dimisso 1. h) *sic E. R;* minutis 1. i) cont. mem. *E.* k) *sic L I;* tugende 1. l) *sic L I;* Buchoniam *A. l.* 1. m) omnes civitatesque *E.* n) vero — susceperunt *om. E.* o) *sic R;* Tane 1. p) ipsum cum m. aux. ad R. ded. *E.* q) Eodem *E. R* 2. r) *om. E. R* 2. s) *spatium trium vacuum rel.* 1. t) *om. E.* u) obsedicione *E.* v) *sic* 1. *V. L III;* sibi *E. R* 1. w) *sic* 1. *E. V;* inmensi *R. L III.* x) *sic* 1. *V;* et *E. L III;* aut *R.* y) ut dic. *om. E. L III.* z) Eodem *E.* a) *sic* 1. 2a. b. *R;* et inc. *E. L I.* b) *sic R;* ob der Elbe *E;* Elbe *om.* 1. 2a. b; *cf. infra p.* 446, *l.* 16. c) suo *E.* d) *circumcerta E.*

1) Cf. G. Sommerfeldt in 'D. Zeitschr. f. Geschichtswiss.' II, p. 105, n. 1. Haec et sequentia de rebus Italicis narrata a. 1311. acta sunt. 2) Tüngeda (duc. Gothani, A. Wangenheim). 3) Heinrici V. 4) Cf. Chron. parvum Dresd., Mencke, SS. III, c. 348. 5) Immo a. 1312. Febr. 16. Genua Pisam navigio profectus est, Veronam nunquam intravit. Auxilium Canis de Scala et Veronensium regi datum nimis elatum est. Cf. infra a. 1326. 6) Ad hoc bellum quaedam pertinere videntur, quae Ann. Vetero-Cell. ed. Opel p. 217. priore bello a. 1309. facta esse tradunt. 7) Grossenhain.

rat[1], indeque eductus marchioni Woldemaro[a] cum suorum gaudio presentatur, qui ipsum 1312.
dire custodie tradidit vinculatum[b].

Anno Domini MCCCXIII. Cives Erphordenses audientes captum marchionem Fridericum, in unum coadunati castrum marchionis Rinkeleiben[c] funditus everterunt. Similiter abbas Fuldensis et abbas Hersveldensis[d,2] pariter coadunati castra marchionis Rotinberg[e] et Bretinbach[f] pariter destruxerunt. Marchio Fridericus audiens per Erphordenses abbatesque predictos castra iam[g] dicta subversa, ut eisdem, si lecior arrideret[h] fortuna, meritum condigna talione refunderet, pro sui liberacione modis[i] quibus poterat fervencius *f. 216.
laborabat. Unde factum est, ut unam de filiabus Elizabet[k] Alberto de Kotin[l], filio sororis[3] marcgravii Woldemari, in legittimam conthoralem traderet; et insuper omnes municiones, quas in terra Orientali habebat, eidem tradidit, seque similiter Plisenensis terre municiones, quarum[m] eciam tunc[n] possessor extiterat, se[o] daturum fidelius repromisit[4]. Subactis[p] ex advocatorum presentacione mandatoque principis Orientalis terre municionibus alienis manibus[q], advocati municionum[r] Plisenensis terre ex mandato domini castra, quibus prefecti fuerant, ut Orientales captivatoribus contradere rennuerunt, dicentes mandatum sui[s] domini, nisi viva voce sanusque corpore id eis preciperet, minime se explere. Quapropter termino ad hoc deputato marchio Misnensis ad id precipiendum in suorum advocatorum valida[t] manu collectorum ab hostibus adducitur[5], sed ab eisdem suis advocatis, cum validas tetendissent insidias, eodem loco et die placiti captivatur[6]. Ductus igitur in castrum Aldenburg, is[u] qui eum ceperat sic eum alloquitur, ut motu voluntatis proprie, cum iam liber sit ab hostibus propriaque in municione receptus, in sui detrimentum perpetuum denuo[v] hostilibus vinculis, si libeat, recludatur. Grates igitur suis pro hoc facto refundens quam intimas, de reddita sibi libertate non modicum gaudebat, municionesque orientales hostibus subactas validaque[w] manu per eum postea expugnacionibus reobtentas[x,6] denuo pacifice possidebat.

Per idem tempus[y] Heinricus imperator Romanus obsidebat civitatem Florensem. 1313.
Cives vero videntes se resistere non posse, ipsum, ut post patuit, in dolo honorifice suscipiunt[z], et[a] in ecclesia Predicatorum[b,c] in die assumpcionis beate virginis divinis[d] misteriis Aug. 15.
corporis et sangwinis domini nostri[e] Iesu Christi communicantem[f] intoxicant[g,7] et in die
sancti Bartholomei, ut creditur[h], ad siderea regna transmittunt[i]. O scelus inmanissimum! Aug. 24.
o crimen detestabile! o nephas et miseria a seculo inaudita! Angeli perhorrescunt, homines
contabescunt, demones contremiscunt, Iudei derident, dum vident spem et vitam et glo- *f. 216.
riam per christianos in mortis amaritudinem commutatam. Idem Heinricus imperator vere[k] katholicus et vir per omnia laudabilis, victoriosus, pacificus et devotus — Nam omni festo et die dominico[l] communicabat corpore et[k] sangwine domini nostri Iesu Christi —; in

*) 1 *pergit:* sumendo eukaristiam a fratre Bernhardo de Monte-Policiano in die ass. b. v. intoxicatur et in die s. B., ut ex., ad sid. regna transmittitur. *Quae post inserta et ideo lectiones veras mutatas esse patet collatis E. R. C. V. L III.*

a) Volmaro *h. l.* 2a. b. b) *spatium tineae vacuum rel.* 1. c) Remkeleiben 2a; Rinkeleybt *E.* d) Herveld. 2a; Hersfeld. *E.* e) Rotenberg 2a. b. f) Bretenbach 2a. b; Breytinbach *E.* g) dicta castra (iam om.) 2a. b. h) accederet *E.* i) omnibus *add.* 2a. b. k) Elizabeth *E.* l) Kocin 1; Kotyn *E.* m) quorum *E. R* 1. *V.* n) *sic* 1. *R. V*; pons. tunc *E.* o) *sic iterum* 1. *E. R.* p) Sub acto, *eadem manu supersc.* actis 1. q) *sic R*; municio *E*; municionis 1. r) *sic* 1. *R*; dom. sui *E.* s) manu val. *E.* t) *sic E. L I. R* 2; abducitur 1. *R* 1. u) hys *E.* v) *sic E. R*; *om.* 1. w) que *eadem manu supersc.* 1. x) reobtenta *E. R*; re optenta *L I.* y) Eodem tempore *E.* z) *sic E. R. V*; Hic 1. a) ibidem *add. E.* b) div. — communicantem *om.* 1, *quae restitui collatis E. R* 1. 2. *V. L III.* c) n. l. Chr. *om. R* 1. 2, *quae recepi ex E. V.* d) *sic R* 2; communicante *R* 1; *om. E.* e) intoxicant(ur) *E* (intoxicando *mutata in V*; intoxicatus est *mutata in L III*); veneno inficiunt *R* 1. 2. f) ut cred. *om. E.* g) *sic E. R. V.* h) *sic E, V. L III*; verus 1. *R.* i) *sic E. R. (V)*; *om.* 1. k) *spatium trium linearum vacuum sequitur* 1.

1) Aliter hoc relatum est in Ann. Vetero-Cell. ed. Opel p. 218 sq. Cf. Chron. parvum Dresd. l. l. 2) Heinricus V. et Simon I. 3) Agnetis uxoris Alberti principis de Anhalt. 4) Carta data iam a. 1312. Apr. 13, Riedel, Codex dipl. Brand. B I, p. 319 sq., nr. 401. 5) Carta data a. 1312. Maii 3, Riedel B I, p. 327, nr. 6. Fridericus marchio cum filio promisit se die Iacobi Lipsiam venturum esse, ut feoda et allodia Woldemaro marchioni dimitteret, Quod et revera fecit (vide cartas ib. p. 330—332, nr. 412—416). Unde Fridericus paulo post diem Maii 4. a. 1312. a Woldemaro sponte dimissus videtur esse. Quid veri insit huic narrationi, non facile est cognitu, quod nec Wegele, Friedrich d. Freid. p. 326, n. 2. perspexit. 6) Cf. infra a. 1314. 7) Imperator Florentiam urbem minime intravit, sed obsidione die Mart. 8. soluta, in castro Buonconvento mortuus est.

1313. iudicio iustus, in consilio providus, in commisso fidelis, in universa morum honestate preclarus. Nam mortis sue auctores abduci fecit eosque[a] a mortis periculo liberavit; qui in civitate Pysana honorabiliter est sepultus[b].

PARS VIII.

1314. Anno dominice incarnacionis MCCCXIIII. audita morte imperatoris principes Alemanie[c] et electores regis in Frankenvort[d] in unum conveniunt[f] regem electuri, sed facta dissensione inter eos, sine electione discedunt[e]. Marcgravius Woldemarus Heinrico patruo suo, cuius erat electio regis[2], omnes civitates, quas habebat in Orientali provincia, et municiones, que fuerant[r] marchionis Friderici, pro electione regis dedit perpetue possidendas. Postea vero per archiepiscopum Petrum Mogontinum principes convocati in (Oct. 19. 20). Frankenvurt[g] ad eligendum regem per dissensionem[h] duos elegerunt. Nam IIII[3] ex ipsis Ludewicum ducem Bavarie[i], alii vero Fridericum[k] ducem Austrie in regem Romanorum[l] contumaciter elegerunt; qui inter se multis annis atrociter dimicarunt[4].

1315. Eodem anno Fridericus marcgravius[m] Misnensis[n] vi et arte omnes municiones, quas margravius[o] Heinricus[p] habebat, que antea fuerant sue potestatis, obtinuit, scilicet Kemelicz[q], Ossenicz[q], Lypcz[r], Grimme, Dorgowe[s], Hain ober Elbe, et alia multa oppida sue[t] subdidit dicioni[b. 6].

1316. (Ian. 20). Anno Domini MCCCXV. factum[u] est diluvium in Grimmis[v], ubi multi homines perie-
*f. 217. runt, sed et ecclesia Augustinensis inibi per *inundacionem aquarum est abducta[7].

1314. (Nov. 20.) Eodem anno Albertus senior lantgravius Erphordie[w] in multa egestate et paupertate diem clausit extremum[8], sepultusque est ibidem apud[x] beatam virginem[*].

1314. (Apr. 20). Clemens papa hoc anno vita decessit; qui in extremis positus lacrimabiliter deplorabat se reum esse in morte Heinrici imperatoris, et quod ordo Templariorum et Beginarum[y] ab

1316. eo destructus fuisset. Post quem Iohannes papa XXII.[z] canonice est electus, qui[a] septimum decretalium a predecessore suo compilatum aliqua adiciendo auctoritate apostolica confirmavit.

Anno Domini MCCCXVI.[b] fames valida, que iam per tres annos invaluerat, tam magna facta est, ut multi fame perirent[c]. Nam in strata publica, in civitatibus, in[d] opidis, in villis innumerabiles exanimes iacere videbantur. Unde cives Erphordenses misericordia moti magnas[e] foveas quinque

Cron. S. Petri.	*E. M.*
ante civitatem fecerunt, ubi quottidie[f] proiecta sunt innumerabilia cadavera mortuorum. In[g] Smedestete[g] sepeliebantur centum XXXIII[h] sexagene cum quinque hominibus[10].	in Smedestete ante civitatem fecerunt, ubi centum et triginta tria[i] sexagena hominum et quinque homines tunc temporis sunt proiecta ac miserabiliter sepulta.

*) *E. M add.*: medio[k] in monasterio. *Et* in medio (ecclesie) *etiam in R f. 403[b] legitur, neque tamen in Cron. S. Petri exstabat, cum C hoc non habeat, quod et in V deest.*

a) eos *E.* b) *spatium lineae vacuum rel.* 1. c) Almanie *E.* d) franckynfort *E.* e) *sic E. R;* recedunt 1. f) *sic E. R;* fuerunt 1. g) frankenwurt *A. l.* 1; franckynfort *E.* h) discensionem *E.* i) Bawarie *E.* k) *om. E.* l) romā[m] *E.* m) Fred. marchgr. *E.* n) *om. E. R.* o) imperator *E.* p) Kempnicz *E.* q) Olenycz 1; Oscicz *E.* r) Lipczig *E.* s) Haync ober der Elbe, Torgaw *E.* t) que subd. dic. sue *E.* u) factum — abducta. Eod. a. *om. E.* v) Grimmiis 2[a.b]. w) *sic* 1. *M. V;* in Erfordia *E. R. L III.* x) ad *E. M. L III.* y) *sic E. R. V;* begkinarum 1. z) huius nominis *add. E.* a) qui — confirmavit *om. E.* b) M°CCC°XVIII° *E. M. L III, unde et in Eng. I (inde V). II. haec ad a.* 1318. *leguntur, sed ad a.* 1316. *recte* 1. 2[a.b]. *C. R. V.* c) *sic* 2[b]. *E. M. R;* perierunt 1. 2[a]. d) et op. et in v. *E;* et opp. villisque *M.* e) *sic* 2[a.b]. *E. M;* q. m. *l.* t. f) pr. cott. (quot.) 2[a.b]. g) In — hominibus *om.* 2[a.b]. *R.* h) *sic C* (dri unde driftig schok) *cum E;* XXXI 1. i) *sic E. Eng. II* (CXXXIII sexagene). *C;* centum quinquaginta *M;* CXXXVI sexagene *Eng. I, sed* 333 sexagr *V ad a.* 1318. k) in m. in *E.*

1) In Rense mense Iunio. 2) Waldemarus ipse ius eligendi regis habebat, et id tantum obtinere voluisse potest, ut id iuris, quod Heinricus in rege eligendo habebat, ipsi concederet. Cf. Kopp, 'Gesch. d. eidgen. Bünde' IV, 2, p. 56, n. 1. 59. 3) Quinque potius, sed suffragium ducatus Saxoniae divisum erat, Iohanne duce pro Ludowico, Rudolfo duce pro Friderico suffragantibus. 4) Vide de loco praecedente praef. p. 342. 5) De Landsberg, patrui Woldemari supra dicti. 6) Haec demum a. 1315. facta sunt. Cf. Wegele, 'Friedrich d. Freidige' p. 332. 333, n. 4. 7) A. 1316. Ian. 20. hoc factum esse referunt Ann. Veterocell., SS. XVI, p. 45. 8) Iam a. 1314; cf. Wegele l. l. p. 330, n. 2. Diem obitus eius Nov. 20. indicat Necr. S. Mariae Erfordens., 'Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrheins' IV, p. 256. 9) Villa ab oriente civitatis ante Schmidtstädter Thor sita. Nunc tantum Neu-Schmidtstädt existit. 10) Cf. cartam datam Avenione a. 1341. Sept. 10. Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' II, p. 170, nr. 209.

Anno[a] Domini MCCCXVII. Empta est villa dicta Flensinges a quodam monacho Heinrico dicto de Myla, tunc preposito in Ellende[1], et a Friderico marchione in crastino sancti Thome apostoli beate Dei genitrici Marie sanctoque Iohanni ewangeliste et ecclesie Reinhersburnensi solemniter appropriata[2]. 1317. (Iul. 25). Dec. 22.

Anno Domini MCCCXVIII. Fridericus marchio quendam militem dictum Knut pro aliquibus frivole et indocte prolatis[3] captum in Warperg fame miserabiliter necavit. Qui apud Predicatores[4] secrecius est sepultus. Eodem anno edificia in maiori turri in Warperc ictu fulminis sunt incensa[5].

Anno Domini MCCCXIX. Fridericus marchio reedificavit [a]turrim incensam[b] in Warperc[c] et construxit magnum estuarium ibidem, fecitque adduci ex provincia Missenensi[d], Orientali[e] et Plisenensi[f] in Warperc[c] multa pondera argenti cum curribus oneratis. Eodem anno dedit filiam suam Elizabet[g] Heinrico filio Ottonis lantgravii Hassie, quam[h] receperat consilio et auxilio reverendi domini Burchardi[h] archiepiscopi Magdeburgensis[i]. Hic episcopus erat frater nobilis viri de Zraphela[k] et mire parcitatis; ecclesiam tamen suam in omnibus quantum poterat ditavit, multas municiones illi castraque[l] et oppida procurando. Sed que provenerit illi gracia pro meritis, hic non reor esse silendum. Nam cum cives Castri-Palladis, id est Meideburg[m], multas illi insidias tenderent et multis eum iniuriis lacessirent[n], ille fretus Dei auxilio, coadunatis multis auxiliariis, cum Friderico marchione ipsam civitatem obsedit, multa dampna civibus inferendo[7]. Videntes autem se resistere non posse, manum dederunt et homagium facere eidem debitum sunt coacti. Unde felle amaritudinis[o] commoti, quem superare non poterant manifeste, dolo aggrediuntur, ipsumque precibus et promissionibus invitant[p] ad civitatem. Archiepiscopus[q] Burchardus sic venenosis et diabolica fraude dulcoratis precibus acquiescens venit in Meideburc, ubi primo a civibus, deinde a clero, exinde ab omni populo cum crucibus et candelis ardentibus et sanctorum reliquiis et cantu gloriosissime est susceptus et cum magna leticia ad summam chatedralem ecclesiam est deductus. Postera die omnibus suis amicis et fidelibus, ab eo elongatis, magistri consulum per suos sibi parvo tempore ministrabant. Postea vero, ut dicitur, securi[r] percussus mortem subiit temporalem, deinde ibidem sepultus et, ut dicitur, miraculis claret. Et[s] hoc vere contigit anno Domini MCCCXXV. in vigilia sancti Mathei apostoli[8]. 1314. 1325. (Aug. 28). (Aug. 29). Ps. 87, 19. Sept. 20.

[t]Anno Domini MCCCXX. Marchio Fridericus facta expedicione in Orientali et Plisenensi[t] provincia multa castra et oppida destruxit, aliqua sibi muniens reservavit. [t] 218. 1320.

Anno Domini MCCCXXI. obiit dominus Iohannes abbas de Brüheim[u. 9], vir magne probitatis; cui successit dominus Bertoldus dictus Kolner[10], eiusdem ecclesie cenobita. 1321. (Iun. 30).

a) *a.* 1317. 1318. *om. E.* b) a fulmine inc. *E.* c) Warperg *E.* d) misenensi *E.* e) Or. et *om. E.* f) *sic E*; pliszenensi 1. g) Elizabeth *E.* h) Burkardi *E.* i) magdeburgensi. 1. *E.* k) Schrapfel *E.* l) illa castra *E.* m) *sic* 1. 2a. *R* 2; Meideburgenses 2b; Magdeburg *E.* n) *sic* 1. *E.* o) sunt *add. E.* p) in civ. invitaverunt *E.* q) Arch. — dicitur (*l.* 28) *om. E.* r) et cum sec. eum occiderunt et ib. sep. ut dic. *E.* s) Et — cenobita (*l.* 34) *om. E.* t) pliszenensi 1. u) bruheim *corr.* brüheim 1.

1) Oberellen in particula Meiningensi inclusa in territorio Isenacensi. Vide cartam de hac emptione datam a. 1317. Iul. 25. Thur. sacra p. 136 sq.; Schannat, Vind. litter. I, p. 132. nr. 49. 2) Vide Friderici cartam datam a. 1317. Thur. sacra p. 137; Schannat l. l. nr. 48. Cf. Möller, 'Urkundl. Gesch. des Kl. Reinhardsbrunn' p. 93 sq. Haec ex fonte Reinhardsbr. sumpta esse patet, quae tamen non in Cron. Reinhardsbr. leguntur. Cf. praef. p. 342. 3) Cron. Thur. Isenac. c. 21, § 11 (Pist. c. 88) talia verba tradit, ubi hic miles vocatur Albertus Knut, consiliarius marchionis, qui in permultis cartis eius occurrit. 4) Isenacenses, ut Cron. Thur. Isenac. habet. 5) Cf. Cron. Thur. Isenac. ampl. et Hist. landgr. Eccard. c. 454. 6) Desponsatam scilicet Alberto comiti de Anhalt; supra p. 445. a. 1313. 7) Quod autumno a. 1314. factum est; Gesta archiep. Magd., SS. XIV, p. 428 sq.; 'Magdeb. Schöppenchr.' ed. Janicke p. 183 sq. 8) In nocte s. Mathaei (Sept. 20/21); Gesta archiep. Magd. l. l.; 'Magdeb. Schöppenchr.' p. 191; Henr. de Herv. ed. Potthast p. 241 sq. Etiam in cod. bibl. ecclesiae Merseburg. nr. 56. brevi chronico Iacobi de Varagine manu saec. XIV. additum est ('Archiv' VIII, p. 665): *A. D.* 1317 (?) *venerabilis pater Burchardus Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, de stirpe nobilium de Scrappelowe natus, in nocte sancti Mathei a consulibus in civitate Maghedeborch miserabiliter est occisus.* 9) Dies obitus eius (Iun. 30) traditur in Necr. S. Petri, Schannat, Vind. II, 19, et in addit. ad Nic. de Siegen p. 381, n. 1. 10) Hoc iam a. 1322. vel 1323. Ian. abbatia se abdicante gravis discordia inter monachos S. Petri orta est, parte abbatem eligente Volmarum Vicedominum, parte contradicente; de qua re vide litteras editas in 'Zeitschr. d. V. f. Thür. Gesch.' II, p. 43—84. et nota bene hac de re nihil in hac Cron. relatum esse.

Cron. S. Petri.

1321. Eodem anno in Thuringia Fridericus castrum inexpugnabile Raspenberc destruxit, castrum vero Eckersberge[1] expugnans, fautores suos in eo collocavit. Beringerus vero de Schidingen, cuius castrum Eckersberc erat, collectis multis auxiliariis, dum expugnaretur dictum castrum, clam nocte irruit in castra, cedendo et incendendo hostes fortissime expugnabat.

E.

Anno M°CCC°XXI°. In Thuringia Fredericus marchio Misnensis, coadiuvantibus[a] Erfordensibus, comitibus et nobilibus Thuringie, castrum inexpugnabile Raspenberg destruxit funditus et anichilavit. Nam cum predones et raptores ibidem continue morarentur, audientes ruminare marchionem cum civitatibus et terre[b] nobilibus pro destructione castri apropinquare — quod castrum nimis magnum et amplum fertur fuisse[2] —, et non habebant copiam victualium in castro et qui potuissent tali exercitui[c] resistere, fugam ineunt[d], terga vertunt, et sic castrum apertis ianuis et valvis derelinquunt. Eodem tempore castrum vero Eckersberg cum protracta[e] et maxima obsidione expugnans ipse marchio, predictis cooperantibus, fautores suos in eo collocavit. Beryngerus vero de Schydingen, cuius castrum Eckersberg[f] erat, collectis multis auxiliariis, dum expugnaretur dictum castrum, clam nocte irruit[g] in castra cedendo et tuguria ac tentoria incendendo[h] hostes fortissime expugnabat.

At illi expergefacti et precipue Erphordenses, qui semper parati erant ad pugnam, ad arma convolant[i] hostesque versa vice cedunt, capiunt et affligunt. Tandem Beringerus cum suis victus ad castrum fugere compellitur, et ibi fame et[k] siti et inedia nimium coartantur[l]. Videntes autem hii qui in castro erant sibi periculum imminere, rebus et vita sibi concessis, castrum hostibus tradiderunt. Quod audiens marchio, cum ibi non esset[m], maxime[n] sibi displicuit, multumque in suos advocatos[o] iracundia est commotus. Et merito. Nam si voluissent, omnes suos adversarios captivassent[p]. Eodem[q] anno facta est eclipsis
Iun. 26. solis hora prima in die sanctorum Iohannis et Pauli.

1321? Mali 4? Anno Domini MCCCXXII. feria[r] secunda post Misericordias[s] Domini, dum in eadem die dominica dedicacio fuisset Predicatorum, ludus est factus apud Ysenach in orto ferarum a clericis et a scolaribus de X virginibus; cui ludo marchio tunc intererat[3]. Ubi dum quinque virgines fatue precibus beate virginis[t] Marie et omnium sanctorum non possent gra-
f. 218. ciam invenire, marchio iratus recedebat, dicens: 'Que est fides christiana, si peccator precibus beate Marie Dei genitricis et omnium sanctorum non debet veniam obtinere?' Et sic
Mali 9? furens secum per quinque dies, quinto die, id est sabato, mane primo dicit marchionisse[4]: 'Surge et fac escas preparare, ieiunantibus pisces, non ieiunantibus vero carnes, facque sacerdotem me expectare cum missa. Nam oportet me paulisper requiescere et dormire'. At illa surgens quod iussum fuerat adimplevit. Hora vero VI. rediens excitavit eum, dicens: 'Surgite velociter, iam enim hora preteriit, et populus vos expectat'. At ille oculos apperiens loqui non poterat. Nam morbo apoplexie percussus semivivus iacuit, eademque per tres annos et dimidium in infirmitate[u], quam maximum dolorem sue generose con-

a) coadunantibus *E.* b) tore *E.* c) exercitu *E.* d) iniunt *E.* e) protecta *E.* f) erkersb'g *h. l. E.* g) arruit *E.* h) i codendo *E.* i) convolantes *E.* k) *om. E.* l) *sic* l. *E*; coartatur *R.* m) ibi presens non erat *E.* n) *om. E. R.* o) advocatus l. p) et occidissent *add. E.* q) Eod. — Pauli *om. E.* r) sec. *f. R.* s) *sic E. R. V*; misericordia l. t) M. virg. *R.* u) q. max. dol. in inf. l: *corr. ex R, ubi* dim. infirm. (in *om.*).

1) Castri Eckartsburg rudera prope Eckartsberga exstant. 2) Hoc loco et infra l. 15. apparet ea quae E solum habet postea narrationi Cronicae S. Petri inserta esse. 3) Qui ludus adhuc exstat, editus a L. Bechstein, 'Wartburg-Bibliothek' I (Halle 1855). Cf. L. Koch in 'Zeitschr. d. V. f. Thüring. Gesch.' VII, p. 111 sqq.; R. Bechstein, 'Das Spiel von den zehn Jungfrauen' (Rostock 1872). — Cum auctor huius partis res gestas saepe falsis annis adscripserit, cum Fridericum 3½ annis aegrotasse dixerit, qui a. 1324. defunctus esse videatur, hunc ludum non a. 1322. Apr. 26, sed iam a. 1321. Maii 4. factum, marchionem die Maii 9. apoplexia ictum esse conicio. Quo omnia fere tolluntur, quae Wegele, 'Friedrich d. Freid.' p. 339, n. 1. contra hunc locum movit. 4) Elisabeth.

thorali, quem gemitibus ac fletibus cottidianis explicuit, faciens, laboravit[a]. Audiens ita- 1322.
que Heinricus comes de Swarczburc ululatus marchionisse insolitos, verbis consolatoriis eam adeundo alloquitur, per eundemque domine marchionisse et eiusdem filio[1] a civibus et advocatis civitatum et castrorum homagium fieri procuratur.

Anno Domini MCCCXXIII. Desponsata est filio marchionis Friderico[2] filia regis Boemie[3] adductaque est[b] in Warperc[c]. [**].

Cron. S. Petri.

Eodem anno[3] ingravescente discordia inter ducem Bavarie et ducem Austrie propter discordem electionem regis, tandem certus dies prelii indicitur ab utrisque in crastinum sancti Michaelis. Convenientes in prelium e diverso manu valida in vigilia sancti Michaelis duces memorati, ex consilio regis Boemie dux Bavarie suo cum exercitu ponte facto flumen[4] in occursum partis[d] adverse transiit, anticipatoque prefixo termino, ponte deiecto, pugnam inchoavit[5]; quod videntes Ungarii[e] et pagani, quos[f] dux Austrie vocatos sibi in auxilium adduxerat, terga vertentes fugam arripiunt huncque, qui eos adduxerat, armis miserabiliter occiderunt. Interea ex altera parte fluminis Lupoldus dux Austrie, frater Friderici ducis predicti, collecto[g] magno exercitu in auxilium fratris advenerat, sed interceptus a flumine, cum fratri subvenire non posset eumque suo cum exercitu hostibus succumbere cerneret[6], exitum rei lugubriter expectabat. Nimio enim dolore compulsus tanta amencia capitur[h], ut, nisi a suis prohiberetur militibus, ad se ultro interficiendum nudato gladio insanire suo admoto gutturi videretur. Itaque capto Friderico duce per quendam Franckonem nomine Eberhardum de Masbach[7] presentatoque nobili viro de Norenberc[8], ab eodemque defensato et in presenciam ducis Bavarie perducto[i] salva vita eius: iam dicto duci Bawarie victoria ascribitur, et ab eo suoque exercitu devictis hostibus propria cum gaudio repetuntur.

E.

Eodem[a] anno in crastino Michaelis[10] factum est Sept. 30.
prelium inter ducem Lodewicum Bawarie, qui electus
a 4[or] principibus, et Fred[ericum] ducem[k] Austrie,
electum a tribus, et Lodewico[l] duce obtento
prelio, regiam dignitatem adeptus est. Nam
capto Frederico duce Austrie a quodam nobili Franckone, Sept. 28.
nomine Eberhardus[i] de Maspach, et presentatoque burg-
gravio de Nôrnburg, ab eodemque defensato et in pre-
sencia[l] ducis Bawarie producto salva vita eius, et sic
diu captus detentus.

*) *E ex praecedente narratione haec excerpta praebet:* Anno M°CCC°XXII° sabatho post Misericordias Domini marchio Misnensis percussus est morbo apoplexie, et eodem morbo tercio dimidio anno laborans expiravit. *Ubi* Audiens — — procuratur *om.*

**) *E add.:* cum magna solempnitate.

a) *sic R;* Friderici 1; fred *E.* b) sibi *add. E.* c) Wartperg *E.* d) *sic R;* parte 1. e) Ungari *R.* f) *sic R; om.* 1. g) magno coll. *R.* h) rapitur *R.* i) producto *E. R* 1. k) duce A. electo *E.* l) *sic E. L III.*

1) Friderico. 2) Iutta filia Iohannis regis iam a. 1322. Friderico desponsata est. Cf. Chron. Aulae-regiae II, 11. l. l. p. 416. 3) Scil. 1322. Casu factum est, ut haec in Cont. Thur., 'D. Chr.' II, p. 315. recto anno adscriberentur, omisso videlicet praecedenti loco cum a. D. Nam E et R haec ad a. 1323. habent. 4) Isen. 5) Pleraque haec falsa sunt. Constituto die proelium commissum est, nec pons factus, nec abiectus; cf. H. Pfannenschmid in 'Forschungen z. D. Gesch.' III, p. 52, n. 3; Fr. v. Weech ibid. IV, p. 94 sq. Pontem abiectum esse ideo auctor sibi persuasit, cum crederet Leopoldum ducem ab altera parte fluvii, cuius nomen auctor nescivit, stetisse. 6) Qui longius aberat, ut certamen conspicere non posset. Cf. de hoc proelio etiam O. Dobenecker in 'Mitth. d. Inst. f. Oesterr. Gesch. I. Ergänzungsbd.' p. 162 sqq. 7) Cf. Pfannenschmid l. l. III, p. 68, n. 4. IV, p. 77 sq. 8) Friderico IV. burggravio. 9) In Hist. landgr. Eccard. (L III) ex hoc loco quaedam excerpta sunt. 10) Male legit is qui haec immutavit textum Cronicae S. Petri.

1324. Eodem[a] anno[1] orta sedicione inter cives Northusenses se mutuo suspenderunt, inter-
Iul. 15. fecerunt, rotaverunt, et hoc in die divisionis apostolorum[a].

1320. Anno Domini MCCCXXIIII. Petrus Mogontinus archiepiscopus obiit[2]. Hic provincialia iura composuit, que Iohannes papa confirmavit. Cui idem papa Mathiam monachum sub
1321. regula sancti Benedicti, custodem in Morbach[3], omni dignitate pontificali cum pallio substituit sublimatum.

1322? Eodem[b] anno facta est magna discordia inter cives Erphordenses et clerum[c], quia cives quendam clericum de furto diffamatum fecerunt suspendio interire[d]; qua de re statim a divinis clerici cessavere[e].

Cron. S. Petri. *E. M.*

Unde commoti cives[f] curias deicere, domos destruere, bona diripere clericorum per nephandos homines procurarunt;

Unde cives commoti promulgaverunt[g] edictum, ut, si qui cum clericis quidquam haberent agere vel negociare[h], licite possent non obstantibus consulibus, et sic per communitatem procuraverunt curias deicere, domos destruere, bona diripere et per nephandos homines clerum molestare;

c. 319. Aug. 24. quapropter circa festum sancti[i] Bartholomei[k] Mathias[l] archiepiscopus[m] veniens Erphordiam[4] cum processione et crucibus, candelis[n] et reliquiis sanctorum honorifice est susceptus; qui inter clerum[o] et cives pacem faciens eos concorditer reformavit[p.***].

1326. Anno Domini MCCCXXV. Lupoldus dux Austrie multa dampna[q.***] regi Romanorum
(Febr. 28). inferens[r], tandem[s] obiit tali modo, ut dicitur. Cum quidam nigromanticus sibi presentatus fuisset, interrogavit eum, si posset sibi dyabolum demonstrare[t] in[u] propria persona. At ille: 'Possum', inquit, 'sed nullus homo sine periculo corporis potest eum videre'. Quo

1375. Febr. 14. *) 1 *add.:* Hoc iterum contigit anno Domini 1374.[v] in die sancti Valentini, quod multi sunt decollati et expulsi et eorum bona accepta[w. x].

1324. **) *E. M add.:* Eodem anno[x] spoliata est capella Sacri Fontis supra et infra et[y] omnibus ornamentis altaris; de quo metrista[z] refert:

Iul. 28. 29.

Fraus cum bisexto Domini regnavit in anno
Milesimo trecentesimo vicesimo quarto,
Quere[a] diem solis et festum Panthaleonis[4],
In quibus est magna res et violencia facta.
Surrexit quidam Zcinke cognomine neguam
Cum turba multa, sed non de gente beata,
Adversus clerum; quod sit maledictus in eum!
Hicque[b] potestate spoliavit in hac civitate
Quosdam canonicos[c] cappellarumque ministros,
Sed quasi tempestas fuit eius ficta potestas.
Hanc quia[d] cappellam spoliavit et inferiorem
Ad Fontem Sacrum, corpus de virgine natum
Corrigat et clerum custodiat hic et in eum! Amen.

***) pro nece[e] Frederici fratris sui, ducis Austrie, multa dampna Lodewico duci[f] Bawarie, qui[g] et regi Rom. *E.*

a) Eod. — sublimatum (l. 6) *om. E; haec — apostolorum habet V ad a.* 1324. *post* reformavit (l. 19) *et eodem loco ad a.* 1324. *haec leguntur in C. In R haec non exstant.* b) *haec habent E. M ad a.* 1323, *E post detentus* (p. 449, *l.* 17), *etiam* 2ª.ᵇ; MCCXXIII. Facta est. c) cleticos, quod 2ᵇ; ibidem *add. R. M.* d) diff. suspendio interimerunt (interierunt *E*) *E. M.* e) *sic* 1. 2ª.ᵇ; cessaverunt *E. M. R. V.* f) *sic R. (E. M)*; om. 1. 2ª.ᵇ; Erffordenses *V.* g) *sic M*; promugaverunt *E.* h) negociari *M.* i) *sic* 1. *V. M*; beati *R*; *om. E.* k) dominus *add. E.* l) *sic* 2ª.ᵇ. *E. M. R*; arch. Math. 1. *V*; Maguntinensis *add.* 2ª.ᵇ. m) Moguntf(inensis) *add. h. l. E. M.* n) et cand. et *E.* o) clericos 2ᵇ. p) *spatium lineae vacuum rel.* 1. q) Ludewico (Ludov. 2ᵇ) Bavaro *add.* 2ª.ᵇ. r) propter fratrem suum, quem dictus Ludewicus (Ludov. 2ᵇ) in bello ceperat *add.* 2ª.ᵇ *ex loco a.* 1323, *omisso.* s) idem Lupoldus *add.* 2ª.ᵇ. t) *sic* 2ª.ᵇ. *E. (R). V*; in pr. pers. dem. 1. u) *sic* 1, *E*; *om.* 2ª.ᵇ. *R. V.* v) 1373. 1; *sed ad a.* 1374. *haec rectius habet V.* w) O sancte Ieronime succurre *add.* 1, *post del.* x) Anno 1324. *M.* y) *om. M.* z) hos versus *add. M.* a) *sic M*; Quem *E.* b) Sicque *M.* c) canonicas *E.* d) *sic M*; Hancq (ue) *E.* e) *sic L III*; puece *E*; *fort.* vice *legendum.* f) *sic L III*; duce *E.* g) *om. L III.*

1) Potius a. 1324. Cf. Förstemann, 'Historische Nachrichten von Nordhausen' (Nordhausen 1860. 4°) p. 251 sqq. 2) Qui iam a. 1320. Iun. 4/5. obiit. 3) Murbach monasterio Alsatiae. 4) A. 1322. hoc factum esse videtur, cum a. 1322. Aug. 28. Mathias electus Erfordiae cartam dederit, Beyer, 'UB.' II, p. 12 sq., nr. 19. Sed etiam a. 1324. Aug. ex. Mathias Erfordiae fuit. Vide p. 451, n. 2. Cf. infra p. 478. 5) Hoc demum a. 1375. factum est. Cf. Förstemann l. l. p. 260 sqq. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 443 sq. 6) Hoc festum a. 1324. sabbato fuit.

contumaciter[a] respondente: 'Volo eum utique videre', et fideiussores nigromantico[b] sta- 1326.
tuit, ne in aliquo lederetur. Introductus est igitur in cenaculum, et ibi pariter residentes
vident[c] hominem aspectu nigrum et[a] deformem introeuntem; quo viso dux dixit: 'Satis
est', et statim ad[d] lectum deductus mortuus est[f].

Cron. S. Petri.

Eodem anno Mathias archiepiscopus cum magna pompa primam missam suam[a] Erphordie celebravit[2].

E. M.

Eodem anno[f] dominus Mathias archi- 1324?
episcopus Moguntinus cum magna pompa veniens Erfordiam a clero, civibus[g] et universo populo et processionaliter ab omnibus religiosis[h] honorifice et laudabiliter est susceptus, et ibidem primam missam suam ad beatam[i] virginem celebravit.

Ipso[k] anno Fridericus maregravius[l] in Warperc[m] diem clausit extremum[3], sepultus in 1324. (Nov. 16).
Ysenache[n] ad Sanctam Katherinam. Ipso[k] tempore desponsata fuit[4] Friderico iuniori 1323.
margravio Mechtildis filia regis Romanorum Ludewici per advocatos Thuringie adductaque est[o] in Warperc[m], filiaque regis Boemie reducta est ad patrem[p].

Per idem tempus[q] quidam, scilicet Wicelo[r] de Buchonowe[s] et Otto de Stuternheim[t] 1326.
cum eorum complicibus, cupiditate sacrilega capti, quendam electum[5] in episcopum[6] in
Meideburc in strata publica spoliantes captivum proch dolor! abduxerunt eumque Branden-
vels[v] detentum, virum provecte etatis et canicie venerandum, per unum annum et dimi-
dium custodie manciparunt; qui in vinculis diem clausit extremum. Quod audiens Otto 1.220.
lantgravius Hassie consilio suorum venit ad papam Iohannem ibique obtinuit archiepisco-
patum Magdeburgensem filio suo iuniori Ottoni; civibus Meideburgensibus[w] pro nece sui 1327.
presulis magna pecunia multatis[x] veniam apud papam et graciam acquisivit[7-8], veniens-
que in domum requievit in Domino[7]. Eodem anno factus[y] est lapideus pons mercato- 1325.
rum in Erphordia[**].

Anno Domini MCCCXXVI. facta[a] est magna[b] discordia inter archiepiscopum[c] Mathiam 1326?
et Heinricum lantgravium[d], quia[e] bona feudalia[f] ab episcopo, ut moris est, non susceperat. Unde multa homicidia, rapine, incendia ab utrisque partibus facta sunt. Sed archiepi-
scopus oppidum quoddam[g] Gissen[h] obsedit et cepit[9] et fautores suos in eo locavit; qui 1327.
multa crudelitate bachantes[i] in cedibus hominum et rapinis et violacionibus virginum et
puellarum oppidanos multis calamitatibus oppresserunt. Quod videntes idem[k] cives, ex-
pulsis illis, priori suo[l] domino lantgravio dictum oppidum reddiderunt[***].

Eodem anno Heinricus comes de Swarczburg veniens cum exercitu Marchiam[m] ante[n] 1326?
quoddam castrum ictu sagitte a tergo est hostiliter interfectus[9]; quod[o] audiens marchio-

[*]) *E add.*: forma horribilem totoque corpore. [**]) *E add.*: cum magnis expensis.
[***]) *E add.*: ac pro domino habuerunt.

a) portinsciter 2a. b) *sic* 1. *E. R. V*; si. nigr. (negr. 2b) 2a. b. c) Videns 2a. d) *sic* 1. 2a. b. *R. V*; ded. ad l. *E.* e) *sic R. E*; *om.* 1. f) Anno 1325. *M, ubi* dom. *om.* g) et civ. *M, ubi* et un. pop. et *om.* h) ab o. rel. *om. M.* i) ad virg. Mariam *M.* k) Eodem *E.* l) Misnensis *add. E. M.* m) Wartperg *E. M.* n) ysenaco *E*; Isenaco *M.* o) *om. E.* p) eius *add. E.* q) Eodem tempore *E, ubi haec ante* Ipso (temp. *etc. (l.* 14). r) Wecxilo *E.* s) Buchenowe *E. R. LI.* t) Stotternheym *E. LII. III.* u) archiepiscopum Magdeburgensem *E.* v) Brandefels *E.* w) Magdeburg. *E.* x) *alto atrom. supersor.* mulctatis 1; mittatis *E.* y) obtinuerunt *E, ubi* ven. — Domino *om.* z) edificatus *E.* a) orta *E.* b) *om. E.* c) M. arch. *E.* d) Hassie *add. E recte.* e) quod 2b. f) pheodalia 2a. *E. R.* g) dictum *E.* h) giesen 1; giśn *E*; Sifen 2a; Giessen 2b. i) bachinantes *E.* k) *sic* 1. 2a. *E. R*; iidem 2b. l) *sic* 1. *E*; dom. suo 2a. b. *R.* m) *sic* 1. *R* 2; in M. *E. LII. III. R* 1. n) in obsidione cuiusdam castri ubi ictu *E. LIII.* o) quod — faciendo *om. E.*

1) Alia Matth. de Neuenburg de daemone a Lupoldo viso narrat, ed. Weiland in 'Abhandl. d. Ges. d. Wiss. zu Göttingen' XXXVII, p. 25 sq., c. 36, XXXVIII, p. 57 sq., c. 51. 2) A. 1324. Aug. 30. et Sept. 3. Mathias privilegia monasterii S. Petri confirmavit cartis quae exstant in cod. Berolin. Ms. Boruss. fol. nr. 81. f. 28'. 29. 3) Ad a. 1323. referunt eius obitum Ann. Veterocell., SS. XVI, p. 45, et Chron. Aulae-regiae II, 12, Fontes rerum Austr., SS. VIII, p. 424, ubi die VI. Kal. Dec. obiisse dicitur. Cf. Wegele l. l. p. 341. 4) Iam a. 1323. desponsata est. Cf. Böhmer, Reg. Lud. nr. 571, d. d. Mail 7. ST. Chron. Aulae-regiae II, 12, p. 423. 5) Heidenricum de Erpitz. Cf. Gesta arch. Magd., SS. XIV, p. 432; Magd. Schöppenchr. p. 197. 6) Cf. infra a. 1330, p. 452 sq. 7) A. 1328. Ian. 17. 8) Demum a. 1327; cf. Gesta Baldewini III, 6, Gesta Trevirorum ed. Wyttenbach et Muller II, p. 246; Gudenus, Cod. dipl. III, p. 257, nr. 187. 9) Nusquam alibi hac de re quidquam relatum inveni. P. Iovius in Chron. Schwartzburg., Schöttgen et Kreysig, Diplom. et SS. I, p. 317 sq. hunc tantum locum ampliavit.

1328. nissa, relicta Friderici marchionis, quendam virum nobilem dictum de Plawe[a-1] in protectorem et advocatum suarum constituit regionum, qui sapienter et fideliter prefuit, pacem et iusticiam in omnibus provinciis faciendo.

1327. 1328. (Ian. 17). Anno Domini MCCCXXVII. Ludewicus rex[b] congregato exercitu Longobardiam Italiamque peciit, veniensque Romam cum auxilio Canis[c] Veronensis, qui tunc erat advocatus imperii, imperialis dignitatis apicem est adeptus.

1327? Sub eodem tempore[d] Fridericus et Hermannus fratres de Drivordia[e] coadunato exercitu venerunt in Sunneborn[f-2], volentes terram rapinis et incendiis devastare. Unde Fride-
*) 220. ricus 'de Wangeheim[g] cum adiutorio marchionisse congregato exercitu, cum civibus Gotensibus fortiter adversariis resistebat[h]; at illi videntes sibi periculum imminere omnes[i] pariter fugierunt[k]. Advocati vero hinc et[l] inde hostes cedentes, Fridericum de Drivordia[m] et fratrem[3], dictum de Hartenberg[n] et de Zandern et fere omnes sine defensione captivos pariter abduxerunt. Ille[o] vero de Wangeheim benigne faciens, licet non merito, cognatum suum dictum[p] de Drivordia[q], licet sevum hostem, abduxit[r] in Wangeheim[s], ne ab advocatis vel marcgravio[t] ut raptor subiret sentenciam capitalem. Alii vero omnes in Gota ducti, septem ex eis pociores sunt[u] suspendio interfecti, alii nimia[v] pecunia data vix mortis supplicium evaserunt[4-w].

1328. Anno Domini MCCCXXVIII. Marchio Fridericus[x] iunior celebravit nupcias solemnes in Norenberc[y] cum filia[z] regis Romanorum Mechtilda.

1328. (Sept. 10). Anno Domini MCCCXXIX. Mathias archiepiscopus Mogontinus, cum Heinrico lantgravio Hassie adhuc faciens multa bella[a*], tandem, ut dicitur, intoxicatus obiit. Eodem anno ipse[b] Ludewicus imperator filium suum primogenitum Ludewicum in marchia Brandeburgensi constituit[c] marchionem[d] fecitque[e] ei[f] tutorem et adiutorem marchionem Fridericum, lantgravium Thuringorum[g].

1328. (Oct. 11). Anno Domini MCCCXXX. facta[h] est in diocesi Mogonciensi[i] maxima dissensio inter clerum. Nam mortuo Mathia archiepiscopo dominus apostolicus prefecit ecclesie Mogontine Heinricum dictum de Vernberg[k], prepositum in Bunne, dans ei pallium[l]. Sed et canonici Sancti Martini, maioris ecclesie in Mogoncia, unanimi consensu capituli postularunt[m]
*) 221. archiepiscopum Baldewinum Treverensis ecclesie, presentantes sibi municiones 'et castra omnia ecclesie Mogontine; factumque est, ut capitulum Magontinum cum maxima parte cleri eiusdem diocesis contra predicti[n] domini Heinrici provisionem ad sedem apostolicam appellarent. Unde plures adherentes appellacioni et plerique ab apostolico ecclesie Mogontine proviso[o] utroque gladio, spirituali scilicet et temporali, oppressionibus et mortibus, livoris agitati stimulo, sub utriusque partis agnomine[p] se mutuo lacerarunt.

1330? Eodem anno hii qui electum in archiepiscopum Magdeburgensem, ut prius dictum est[7], captivaverant ecclesiastica coacti censura pro obtinenda venia liminibus se[q] aposto-

1327. Iun. 14. *) *M habet:* Anno 1327. die 18. Calend. Iulii, qua decantavimus in ecclesia Severiana Erphordiae solenniter vigilias die dominica[1], fulmen maximum et tonitruum erat, unde duo homines statim in ecclesia mortui sunt et plures alii graviter infirmati[2].

a) plawe *post corr.* plawé 1; Plauwe *R.* b) Romanorum *add. E.* c) scilicet ducis *add. E.* d) Eodem anno *E.* e) Drevordea *E*; Trevordie *M.* f) Sönbora *E.* g) Vangeheym *h. l., infra l.* 13. Vangenheym *E.* h) *sic* 1. *R*; resistebant *E. M.* i) *sic* 1. *R*; per. o. *E. M.* k) *sic* 1. *E. R.* l) *om. E.* m) Hartinberg *E. M. R.* n) Fredericus *E. M.* o) Fridericum *M*; Herman *C falso.* p) Drevordis *h. l. E.* q) *om. E. M.* r) Wangeheym *h. l. E.* s) *sic* 1. *R*; adv. marggravie *E fort. recte*; adv. landgravie *M.* t) susp. sunt interempti *E. M.* u) *sic* 1; innumera *R* 1; innumerabili *L 1*; Reliqui vero data infinita pec. (dederunt infinitam pecuniam *M*) *E. M.* v) Missensis *add. E.* w) Norenberg 2a. b; Nörnberg *E.* x) Mecht. f. r. Rom. *E.* x*) prelis *E.* y) *om. E (ubi* imp. Lod.). *R.* z) precepit (*pro* prefecit) *E.* a) *om. E.* b) *sic R* 2; tut. ei *R* 1; sibi tut. *E*; ei *om.* 1. c) *spatium lineae vacuum rel.* 1. d) facta — Eod. anno (*l.* 35) *om. E.* e) Moguntinensi *R. V.* f) Vernbert 1; Verneberg *R* 2; Verneberg *V.* g) *sic* 1. *R* 1. *N*; postulaverunt *R* 2. *V.* h) dicti, *alio atram. corr.* predicti 1, *et sic R.* i) *sic R (ubi* et *falso add.)*; provisore 1. *N*, k) *sic R*; ignomiose 1; ignominiose *V. N.* l) D. Decan. *M.*

1) Heinricum II. Russe. 2) Sonneborn in ducatu Gothano (A. Wangenheim). 3) Hermannum VIII. (VI) supra dictum. Sequentia Ioh. Rothe, qui huic loco nonnulla addidit, recte interpretatus est: *unde einer von Hartinbergk unde einer von Sandirn*, quae minime ad *fratrem* trahenda sunt. 4) Cf. G. Landau in 'Zeitschr. d. V. f. Hess. Gesch.' IX, p. 204 sqq., qui hunc gravissimum locum neglexit; Funkhänel in 'Zeitschr. f. Thür. Gesch.' IV, p. 210 sq. 5) Quod iam a. 1324. Iun. 24. factum, a. 1328. Febr. 12. confirmatum est; Böhmer, Reg. Lud. nr. 724. 965. SF. 6) Vide litteras datas a. 1328. Oct. 11. Gudenus, Codex dipl. III, p. 260 sqq., nr. 190, aliasque postea datas, Böhmer, Reg. Lud., Ioh. XXII, nr. 82—84. 86 (p. 222). 230 (p. 307). 7) Cf. supra a. 1325, p. 451. 8) Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 457 sq.

licis presentaverunt, ubi quia[a] toto corde contriti se pedibus advolverunt[b] apostolicis, con- 1330?
sequentes, quam[c] quesierunt, graciam, post[d], fustibus tamen acerrime prius agitati, ad
propria remearunt.

Eodem[e] anno natus est Friderico marchioni primogenitus nomine Fridericus in Roche- 1330.
lize, ubi ob difficultatem partus marchionissa[f] aliquantum periclitari cepit. Sed precibus
beate Marie Dei genitricis et omnium sanctorum ipsa quidem mortis piaculum[g] vix evasit;
puer vero in albis decessit circa festum sancti Nicolai, sepultus in Missenen. Eodem Dec. 6.
anno consules Erphordenses[h] inceperunt edificare magnam[i] turrim apud[k] pretorium[l-**].

Anno Domini MCCCXXXI. Fridericus marchio[k] iuvenili etate et levitate seductus per 1331.
nefarios[l] consiliarios et iniquos et perversos, oblitus progenitorum suorum circa mona-
steria diligenciam[m] et fidelem promocionem, venit in Reinhersborn[n] cum multo comitatu,
cum[o] sororio[p] suo Heinrico lantgravio Hassie et Heinrico duce Saxonie et[p] comite Bertoldo
de Hennenberc[q] et cum omnibus[r] comitibus et baronibus et ministerialibus[s] provincie
Thuringie, ibique[t] in dominica qua cantatur *Omnis terra* cum octingentis equis per[t] dies Ian. 20.
quatuor [u]cum magno dampno ecclesie est dampnabiliter[v] hospitatus, quod ab eorum[v] pre- v. 21.
decessoribus longis retroactis temporibus aliquem principem tanto gravamine apud eos
recepisse hospicium didicimus[w] non expertum[2]. Marchio vero[x] in carnisprivio in Biga- Febr. 13.
viam[y] veniens, in torneamento[z] in locis[a] secrecioribus lesus, in eodem loco per IIII[or] fere
ebdomadas decubuit[b]. Et[c] postea eodem anno fama adventus imperatoris in Thuringia[d]
circumquaque volitans eundem marchionem Fridericum pro adventu[e] eiusdem imperatoris
ad preparandas sumptuosas coegit[f] expensas, que post frustrato eodem adventu pene in-
utiliter sunt distracte.

Anno Domini MCCCXXXII.[g] facta est discordia inter Fridericum[h] marchionem et ma- 1332?
trem ipsius[i] marchionissam[***] pro dote ipsius marchionisse. Nam marchio impetebat Gota[k]
et Wissenvels[l], dicens sibi magis quam matri illas competere civitates. Illa vero hiis tur-
bata[m] illustris comitis Bertoldi de Hennenberg et civium Erphordensium auxilium querit
anxia[n] consiliumque[o] pariter et iuvamen. Erphordenses eciam et Molhusenses cives a 1334.
promocione margravii Friderici propter aliquas simultates simul[p] et ab amicicia discesse-
runt[q-3].

Cron. S. Petri.	*E.*
Que omnia fiunt nota imperatori nunctios per veraces; quibus per suas litteras demandat cum firma pace universa hec sue audiencie reservari[r-†].	Imperator autem audiens hec, litteris suis utrisque partibus precipiendo[r], ut cum firma pace et tranquillitate universa hec sue audiencie reserventur[4].

*) *E. M add.:* qui[t] et communitas.

**) *E. M add.:* situm in foro, ubi diebus forensibus pisces vendantur mire fortitudinis.

***) *E add.:* Elizabeth.

†) *M habet:* Anno 1332.[u] Aedificatum est castrum quod dicitur der Wendelstein, situm in opposito Wie[v] ex altera parte aquae dictae Unstrut, per Fridericum et Hermannum fratres et comites de Wimaria[s].

a) ubi qⁱ (que) 1; et quia *E.* b) contr. p ooluⁱ ped. apost. *E.* c) gr. q. q̃es. *E.* d) *om. E.* e) Eod. — Missenen *om. E.* f) march. aliq. *om. 1, ex R suppl.* g) *sic* 1. *R, sed* periculum *emendandum videtur,* h) *om. E. M.* i) circa *E. M.* k) Misnensis *add. E.* l) nephandis consiliorib iniquos *E.* m) *sic* 1. *R. V. N;* diligentem *E.* n) Reynhartisborn *E.* o) com. Henr. l. H. sor. suo *R.* p) ac *E.* q) hênberg nec non cum *E.* r) com. bar. ministerialibusve nobilibus *E.* s) per quatuor dies *iam h. l. add.* 1. *R.* t) *sic h. l. 1 (iterum), E. (V); p. d. q. om. h. l. R.* u) *sic* 1. *R;* totaliter *E.* v) eius *E.* w) diucius non est exp. *E.* x) Eodem anno marchio Misnensis *E;* postea *add. R.* y) Piganiam *E.* z) tornamento *E. R.* a) *sic R. N; om.* 1; in pudendis lesus ibidem fere per 4or ebd. *E.* b) occubuit *E.* c) Et — distracte *om. E.* d) *post corr.* thuringiā 1; thuringiam *corr.* thuringie *R.* e) *sic R;* per adventum 1. *N.* f) *sic R;* exegit 1. *N.* g) Eodem anno *ad a.* 1331. *E.* h) march. Fred. *E.* i) *sic* 1. *R* 2. *N;* eius *E. R* 1. *V.* k) *sic* 1. *V. R* 2; Gotha *E. R* 1. *N.* l) wissenvels 1; wissenfels *E.* m) anxita (*pro* anxiata) *E.* n) turbata *h. l. E.* o) consilium et iuv. *E.* p) *sic R;* a. et *om. E;* et *om.* 1. *V;* simul *g. N.* q) decesserunt *E.* r) *spatium lineae vacuum rel.* 1. s) *sic E.* t) *om. M.* u) alii 1333. *add. M.* v) Wihe *M.*

1) Cf. supra p. 355, n. *. 2) Haec et sequentia ex fonte Reinhardsbrunnensi sumpta esse patet. Cf. praef. p. 342. 3) Quod non ante a. 1333. exeuntem vel potius a. 1334. factum est; cf. K. Beyer in 'Mitteil. d. V. f. Gesch. u. Alt. v. Erfurt' XIV, p. 14 sq. 4) Cum reliquis, qui hunc locum exscripserunt (Reinh., Varil., Nic. de Siegen), etiam Cont. Thuring. p. 316. cum Cron. S. Petri, non cum E, convenit. 5) Eadem habent Hist. Eccard. c. 455. et Ioh. Rothe c. 658, ed. L. de Liliencron p. 565. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 455 sq.

1335. Anno Domini MCCCXXXIII. Ludewicus imperator Romanorum circa festum pentheIun. 4. costes venit in Warperc[a], pacem et concordiam faciens inter marchionem et matrem (Iun. 29). eius et[b] inter cives Erphordenses et Molhusenses, mediante et[b] interloquente Bertoldo comite de Hennenberg, tali modo discordiam inter marchionem et civitatenses induciavit[c] Iul. 25. a festo Iacobi venturo[b] *usque ad festum Iacobi futuri anni[d]. Marchionisse vero matri sue *f. 222. dimisit marchio civitates[d] Gota, Gene[e] et Tenneberc cum adiacentibus[f] castris et advocacias earum[g] et monasterium Reinhersborn[h] cum adiacentibus sibi bonis[i]; Wissenvels[k] vero ipse[l] obtinuit.

1333? Per idem tempus[m] castrenses in Nuwenburc[a] coadunati cum aliis militaribus viris, conscio domino suo episcopo Merseburgensi Gebehardo[n], magnam predam[o] tulerunt argenti[p] et auri, negociatores divites de Bohemia, de[b] Polonia et de Moravia in via regia spoliantes. Unde marchio ex mandato imperatoris cum nobilibus terre et civitatibus coadunato exercitu castrum Nuwenburg[r] obsedit ipsumque in suam dedicionem[s] recepit, predam[t] ex integro reddi fecit.

Cron. S. Petri.

Sub eodem tempore causa multum flebilis oritur in Hassia. Nam [Heinricus[u]] lantgravius Hassie, diligens unam de pedissequis sue coniugis[2], ipsi[v] sue coniugi, sorori marchionis, lamentabile crimen ingerit, ipsam ubique quasi adulteram diffamando. Ipsa vero non ferens suum obprobrium et videns despectui se haberi[w] consilium fratris querit lacrimabiliter et iuvamen; qui per suos advocatos ipsam suam sororem, quasi ad ecclesiam extra muros oppidi Casselen[x] iacentem[y] cum pedissequis suis quasi[z] oraturam euntem, clam tollens abduxit eamque in Gotha ad matrem suam[3] cum debito honore perduxit. Lantgravius vero Hassie hec audiens doluit, et adiens imperatorem querimoniam fecit, quod marchio Fridericus[a] suam coniugem abstulisset. Marchio[b] vocatus respondit[c] se sororem [suam[d]] non vi, sed propter infamiam et obprobrium et contemptum, quem sibi idem vir suus innocenter ingesserat, sevocasse. Unde consilio habito cum principibus imperator decrevit, ut lantgravius uxorem [suam[d]] reciperet et eam cum honore debito, ut decet[e], magnificen- *f. 222'. cius[f] *procuraret; quod et factum est.

E.

Eodem[g] anno Henricus lantgravius Hassie diligens unam de pedissequis coniugis suo — ex hoc enim et ex alia causa[4], videlicet ex relatu Lodewici fratris sui, qui dixit se vidisse coniugem Henrici lantgravii predicti, que erat soror Frederici principis Thuringie, habere commercium cum quodam cammerario suo[h]: et ergo ipsam lantgraviam Elizabeth ubique quasi adulteram diffamaverat ac indecenter tractavit. Que res Fredericum marchionem non latuit, et consilio inito cum matre eius Elizabeth marchionissa[b]. Qui per suos advocatos ipsam suam sororem, quasi ad eclesiam extra muros opidi Casselen iacentem cum pedissequis suis quasi orantem euntem, clam tollens latenter eamque[i] in Gotha ad matrem suam cum debito honore perduxit. Lantgravius hec[k] audiens contristatus est et adiens imperatorem querimoniam fecit, quod marchio sororius suus coniugem suam abstulisset clamdestine ac fraudulenter. Marchio quidem[l] vocatus ad cesarem dixit se sororem suam non vi, sed propter infamiam et opprobrium et contemptum, quem sibi idem lantgravius ingesserat innocenter, vocasse. Unde consilio habito cum principibus imperator decrevit, ut Henricus lantgravius predictus uxorem suam resumeret et eam honorificencius, decencius et magnificencius procuraret; quod tamen[m] minime impletum est[6].

Cum[a] multo tempore Fridericus [dux Austrie[o]], electus in regem, in vinculis detentus

a) Wartperg *E.* b) *om. E.* c) prorogavit *E.* d) has civ. videlicet *E.* e) *sic* 1. *E. N;* Ibene (*C*) Tenneberg *E.* f) castris adiac. *E.* g) earundem *E.* h) Reynhartisborn *E.* i) vocat (?) *E.* k) Wissenvels 1; Wissenfels *E.* l) non *E.* m) Eodem tempore *E.* n) Nowenburg *E.* o) *sic R* 1; Geberhardo 1. *R* 2; merdburg. Gerhardo *E.* p) *sic R; om.* 1. *E.* q) auri et arg. *E.* r) Friborg *E.* s) *sic* 1. *R;* dicionem *E.* t) vero *add. E;* predamque *R.* u) *sic E* (Henr.). *R* 1 (Hinr.); *om.* 1. *R* 2. v) *sic R;* ipe (ipse) 1. w) habere (?), *corr. et supersc.* haberi 1. x) *sic E. (R* 2); casaen 1. y) *sic E. R;* latentem 1. z) *sic iterum* 1. *E. R.* a) vi (*pro* Frid.) *R fort. recte.* b) vero *add. R* 1. c) *sic R; om.* 1. d) *sic E. R* 1; *om.* 1. *R* 2. e) ut par erat *R.* f) mägnlf. 1. g) *haec habet E post extremum (p. 455, l. 3).* h) marchionisse *E.* i) eam q̄ *E.* k) h. *E.* l) q̄ldam *E.* m) eō (*exspē pro* tn) *E.* n) Eodem anno cum *E, ubi haec ante praecedentia in col. 2. edita.* o) d. A. *alio atram. supersc.* 1, *et tla E. N;* dux Fred. *R. Sed* dux Austrie *in exemplari tecto a Cont. Thuring. non exstitisse videtur, cum ibi hic Fridericus male lantgravius dicatur.*

1) Cf. cartam de lite solvenda arbitris commissa data Isenaci a. 1335. Iun. 29, Beyer, UB. d. St. Erfurt II, p. 103 sq., nr. 131. 2) Elisabeth. 3) Elisabeth. 4) Haec narrationi Cronicae S. Petri postea inserta esse iam e sermone male cum illa cohaerente cognoscis. Nota etiam Cont. Thur. p. 316. cum illo, non cum E, convenire. 5) Vide quae Ioh. Rothe c. 659, p. 566. hunc locum exscribens addidit. Cf. Heinr. Sardus ad a. 1330, Böhmer, Fontes IV, p. 519. 6) Hoc ideo verum est, quia Elisabeth (iterum, ut videtur) ad fratrem reversa multis annis a marito separata vixit. Cf. Limb. Chron.', D. Chr.' IV, p. 26.

fuisset, tandem cum multo detrimento suorum bonorum absolutus[a], veniensque ad propria, post breve tempus[1] consumptus a[b] vermibus, id est pediculis, miserabiliter diem clausit extremum[2]. 1328. 1330.

Sequenti[c] anno[3] dominica die ante festum omnium sanctorum fuit magnus ventus, et corruit[d] turris in Monte Sancti Petri, in qua pendent parve campane, cum aliquibus campanis, et multa alia edificia Erphordie per eundem ventum sunt destructa[e]. 1335. (Oct. 29).

Anno Domini MCCCXXXIIII. Erphordenses non servantes pactum pacis, quod imperator fecerat, marchioni iterum se opponunt[4], aliquos de ipsius familia captivantes; quod ille dissimulans imperatoremque adiens, hanc suam iniuriam querulosis vocibus nunciavit. Imperator vero his commotus dixit: 'Oportet te hoc dissimulare[f], fili karissime[g], quia aliis negociis arduis occupati tibi ad presens non possumus subvenire, sed auxilio Dei post breve tempus ad bonum finem tuas iniurias perducemus'. 1335.

CONTINUATIO I.

Codd. 1. (2[a. b]).

Eodem[h. 5] anno Iohannes papa quadam infirmitate depressus, cum se moriturum videret, cum antea aliquatenus dubitasset de gaudiis et requie animarum cum Deo gaudencium, tandem in fine correctus hanc paginam suo ore prolatam describi fecit: 1334.

Iohannes[i] servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ne super his, que de animabus[k] separatis a corporibus et purgatis, an circa[l] resumpcionem corporum dicinam essenciam[m], illa[n] visione videlicet, quam vocat apostolus facialem, videant, tam[o] per nullos[p] alios in presencia [q]nostra recitando et allegando sacram scripturam ac originalia et dicta sanctorum vel alias ruminando[q] sepius dicta sunt, aliter per nonnullos[r], quam per nos dicta et intellecta fuerunt et intelligantur[s] et dicantur, auribus valeant fidelium inculcari[t]: ecce quam[u] nostram intencionem, quam cum[v] sancta ecclesia catholica circa huiusmodi[w] habemus et habuimus, serie presencium, ut sequitur, declaramus. Fatemur siquidem et credimus, quod anime purgate[x] et separate a corporibus sunt in celo, celorum regno et paradiso et[x] cum Christo in consorcio angelorum congregate et videant[y] Deum ac divinam essenciam facie ad faciem clare, in quantum[z] condicio et status compatitur anime separate. Si vero alia vel alias[a] circa[b] materiam huiusmodi[c] per nos dicta, predicata[d] vel scripta fuerint, que[e] quomodo illa diximus, predicavimus vel scripsimus contra[f] premissa vel alia, que fidem conservant[g] catholicam, sacram[h] scripturam aut bonos mores, et in quem sancti consorcia[i] fidei catholice, determinacioni[k] ecclesie, sacre scripture aut[l] bonis moribus, approbamus[m], alias autem illa habemus et habere volumus pro non dictis et scriptis eaque revocamus expresse, ac predicta omnia et alia[n] quecunque dicta et predicata fuerint[o] vel scripta per nos de quacunque materia ubicunque et in quocunque loco et in quocunque statu, quem habuimus vel habemus vel habuerimus, submittimus determinacioni ecclesie ac successorum nostrorum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre determinacionis[p] et constitucionis[q] infringere vel ei[r] ausu temerario contraire. Si[s] quis autem etc. Datum [Avinione[t]] III. Nonas Decembris pontificatus nostri anno XVIIII[u]. *t. 223. Dec. 3.

Iohannes itaque huius nominis vicesimus secundus papa obiit in die sancti Nicolai[6], sepultus ibidem in Aviona[7]. Cui successit dominus Iacobus de Ferverio, cardinalis et Dec. 6.

a) solutus *E.* b) *om. R*; a — est *om. E.* c) Seq. — *l.* 12. *om. E.* d) corruit 1. e) *spatium lineas vacuum rel.* 1. f) dissimulari 1. *R* 1, *sed statim corr.* dissimulare 1, *et sic R* 2. g) *alio atram. superscr.* charissime 1. h) *sequentia — p.* 457, *l.* 3 (episcoporum) *exscripsit Conr., paucis omissis, ex Cron. Reinhardsbrunn., ut videtur. Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 462 *sqq.* i) episcopus *add. Conr., qui cum cod.* 1 *multa menda communia habet, ideo non rectum textum bullae, sed eum, quem Cont. I. habebat, ut restitueremus, studuimus, ut par est. Conferendus est etiam Anon. Leob.* k) *sic Conr.*; bestie *add.* 1. *N.* l) *sic* 1. *N. Leob.*; purg. ante *Conr.*; *leg.* citra. m) *sic Conr.*; continenciam 1. n) dei *add.* 1; vis. illa *Conr.* o) *sic Conr.*; iam 1. p) *sic* 1. *Conr.*; *legendum* tam per nos quam per nonnullos. q) *sic* 1. *Conr.*; *leg.* ratiocinando. r) *sic* 1. *R*; *dele* per nonn. s) *pro* int. et dic. *habet Conr. sic multa et dicta.* t) aur. fid. inculcabantur *Conr.* u) *sic* 1; *leg.* quod; inc. Ceterum *Conr.* v) cum — cath. *om. Conr.* w) huius *alio atram. corr.* huius[di] 1; circa statum animarum separatarum *Conr.* x) sep. et purg. *Conr.* x*) *om. Conr.* y) *sic* 1. *N. Conr.* z) *sic Conr.*; quem 1. *N.* (*ex* q̄m). a) *sic* 1; et alia *Conr.*; *leg.* aliter. b) *sic Conr.*; contra 1. c) *om. Conr.* d) et pred. *Conr.* e) *sic* 1. *Conr.*; *leg.* quoquomodo. f) *sic* 1. *Conr.*; *leg.* circa. *Ante hoc verbum multa omissa sunt, quae nec* 1 *nec Conr. habet.* g) *sic* 1. *Conr.*; *leg.* concernunt. h) sacramque *Conr.* i) *sic* 1. *Conr.*; *leg.* in quantum sunt consone. k) determinacionem *Conr.* l) *sic* 1. *Conr.*; *leg.* ac. m) *sic, Conr.*; approbavimus 1. n) quec. alia *Conr.* o) fuerunt *Conr.* p) declaracionis *Conr.* q) infr. n. det. et constitucionis 1. r) *sic Conr.* (eam *cod. Vind.*); cum 1. s) Si — etc. *om. Conr.* t) *sic* (Avinion *Conr.*; *om.* 1. u) *sic Conr.*; XVIII. 1. v) Avinione *Conr.*

1) Demum quinque annis, postquam absolutus est, obiit. 2) Iam a. 1330. Ian. 13. 3) Potius a. 1335; cf. 'N. Archiv' XXI, p. 458—461. Haec nota repetita erat in continuatione magna a. 1335—1353, quae periit, inde in Cont. II, infra p. 466, et Cont. Thuring. p. 317. transiit, et quaedam inde sumpta sunt in Cont. III, infra p. 457. In his omnibus recte ad a. 1335, unde hanc notam male hoc loco positam esse apparet. 4) Hoc etiam demum a. 1335. factum est; *cf.* supra p. 454, n. 1, infra a. 1335. 5) Sequentia exscripta sunt ex relatione e curia Romana, ut videtur, in Germaniam missa, quam et Henr. de Hervordia ed. Potthast p. 256. et Anon. Leob., Pez, SS. rerum Austr. I, c. 936—938, exscripserunt. Cf. C. Müller in 'Forschungen z. D. Gesch.' XIX, p. 499—514; 'N. Archiv' XXI, p. 465—469. 6) Iam de Dec. 4. obiit. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 465. 466, n. 1.

1334. Dec. 20. *f. 223'. Dec. 21. (22).

abbas ordinis Cisterciensis, et vocatus est Benedictus XII. Fuit autem electus in vigilia Thome apostoli et tenuit statim consistorium [a]in die Thome[a]; in quo consistorio puncta, que sequuntur, statuit et decrevit[1]:

Primo, quod non vult toto tempore suo Romanam ecclesiam vel aliquam aliam contra aliquem hominem[b] materialem gladium exercere vel facere gwerras, sed[c] curare de pace. Secundo non vult[d] marscalcum curie ultra sex menses in suo remanere officio, ne duracione multa propter divicias in superbiam extollatur. Tercio[e] non vult, quod aliquis et precipue religiosus ad curiam pro aliquo beneficio impetrando venire[f] presumat, sed quod disposicionem et ordinacionem expectent[g] et sustineant in omnibus suorum voluntatem prelatorum. Quarto[e] non vult religiosorum appellaciones et fugas venire ad curiam, sed correctionibus suorum prelatorum dimittere. Quinto elemosinam mense papalis restituit pauperibus, que ante per familiares diripiebatur; de qua possunt centum persone refici multum laute. Sexto quemlibet hominem arestatum[h] in curia solvit. Septimo omnibus prelatis in curia pro quibuscumque negociis existentibus generalem dedit licenciam recedendi et quemlibet vult in suo beneficio seu ecclesia residere. Octavo omnibus clericis in curia infirmatis[i] vel de cetero infirmandis[k] dedit liberam facultatem condendi testamenta[l], ne bona ab eis relicta indebite per aliquem occupentur. Nono ipse papa collegio cardinalium tradidit centum milia florenorum et ultra et[m] pro suo tempore medietatem reddituum et proventuum patrimonii ecclesie Romane ad istum finem, ut creditur, ne teneant, sed dimittant alia beneficia, que tenent[n] ubique per orbem terrarum[m]. Decimo vult, quod nomina Guelphini[o] et Gebelini sint anathema nec ab aliquo nominentur, cum non sint pacis, sed discordie incitamentum. Undecimo vult, quod omnes capellani

*f. 224.

sui horas canonicas dicant cum nota, et quod omnes dormiant [a]in uno dormitorio ac eciam comedant coram eo; quod dormitorium iam est in fieri[p] pro eisdem; nec ipsi cappellani habebunt redditus alios quam victum mense papalis et vestitum. Et si aliqui capellani aliquibus aliis indigent, possunt ab ipso domino papa requirere et non recipere aliunde.

Dec. 22. (23).

Postea in crastino beati Thome tenens iterum consistorium permisit primo religiosos ad se venire prelatos eorumque[q] quatuor ordinum mendicancium cum fratribus suis, quorum quilibet ipsum dominum papam enceniavit[r] cum VII missis a quolibet sacerdote dictorum ordinum. Postea vero generalis Minorum[2] proponens[s] verbum aliorum sumpsitque[t]

Prov. 30, 24.

thema *Quatuor sunt minima terre*, quo graciose deducto, formavit publice coram omnibus istam supplicacionem religiosis[u]: ut[v] decretalem *Super*[w] *cathedram*[3] amoveret; et[x] per hoc faciens finem dictis, respondit papa inmediate, quod contra decretalem[y] predictam nil

Zech 1, 20.

vellet penitus inmutare. Postea papa accepto themate *Vidi, et ecce quatuor fabri*, applicavit sine[z] deductione ad religiosos, qualiter[a], cum[b] ipsi sint fabri, deberent deponere scoriam heretice pravitatis et inserere pulchritudinem honestatis. Et[c] cum hoc fecisset, [dixit[d], quod esset] principalius, prout sibi constaret, inter capita omnium ordinum beatus Dominicus caput Predicatorum quam aliorum, et incepit legere horribilem lectionem, dicens se noscere aliquos coram eo stantes in presencia, de quo[e] certus esset, quod in brevi contra Deum, contra suum statum, contra bonos mores, contra statuta sanctorum, contra sacram scripturam, et quod magis[f] reputaret, contra suam conscienciam tenuissent, predicassent ac[g] scripsissent hereticas conclusiones turpis lucri gracia, scilicet propter affectum seu[h] potenciam talia predicantis[i]; et addidit: 'Caveant tales, ne in manus nostras incidant cum talibus suis scriptis, et scire debent nos non[k] fore pacientes'. Et intellexerunt

a) apostoli *add. Conr.* b) *sic Leob. Conr.* (hom. aliq.); hominum l. c) *sic* l. *Leob.*; bene *add. Conr.* d) wti a. *l. et infra l.* 10. l. e) *sic* l. *Leob.*; quod *add. Conr.* f) pres. ven. *Conr.*; debeat ven. *Leob.* g) *sic Conr. Leob.*; expectant l. h) *sic* l. *(Leob.)*; in c. arr. *Conr.* i) *sic Conr. Leob.*; infirmis l. k) *sic* l. *Leob.*; infirmantibus *Conr.* l) *sic* l. *Leob.*; testamentum *Conr.* m) *om. Conr.* n) teneant *Conr.* o) Gelphini *N. Conr.* p) *cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 469, *n.* 1. q) illorum *Leob.*; illic *Conr.* r) exenisavit *Conr.* s) proposuit *Conr.* t) sumpsit *Conr.* u) *sic* l *et Conradi cod. Vindob.*; religiosorum *Conradi codd. Vatic. et Hannov.* v) *sic Conr.*; quibtam l *(ex* l, *ut videtur).* w) *sic Conr.*; supra l. x) ac *Conr.* y) *sic Conr.*; quod contralem l. z) super *Conr.* a) quod *Conr.* b) *sic Conr.*; *om.* l. c) Sed *Conr.* d) *uncis incl. om.* l, *ex Conr. suppl., qui habet:* dixit, quod sibi constaret, quod inter omnia capita omnium ordinum b. Dom. esset caput principalius principalis ordinis fratrum Predic., et inc. e) *sic* l. *Conr.*; *i. e.* unde. f) maius *Conradi duo codd.* g) et *Conr.* h) vel *Conr.* i) predicantes *Conr.* k) *om. Conr.*

1) Ad sequentia cf. epistolas Petri abbatis Aulae-regiae et Iohannis procuratoris Cisterciensis in Chron. Aulae-regiae III, 8, p. 512—517, quibus haec partim confirmantur, partim supplentur, partim corriguntur. 2) Michael de Cesena. 3) Bonifacii VIII. Extravag. commun. l. III, tit. 5, c. 2.

astantes, quod de nullo ita principaliter [a]intenderet sicut de generali Minorum, quem summe odivit[b] ante papatum propter suam determinacionem de animabus, sicut[b] et omnes de tali materia loquentes pro opinione pape mortui[1]. Ipse[c] papa restituit ecclesiis cathedralibus electionem archiepiscoporum et episcoporum. Item misit C milia florenorum pro refectione ecclesie sancti Iohannis in Laterano et palacii Sancti Petri[d]. 1334. vt. 22.

CRONICAE S. PETRI MOD. PARS VIII.

Codd. 1. (2[a.b]). *E.*

Anno Domini MCCCXXXV. Post discessum imperatoris de Thuringia[2] archiepiscopus Treverensis[a.3] cum magno exercitu ex consilio[e] decani[f] Sancte Marie Erphordie[g], favenbus sibi eiusdem[h] consulibus, Thuringiam peciit, ibique[i] iuncta manu Erphordensi[k] terram comitis de Honstein[l], qui fautor Bunnensium[m] fuerat[4], deiecta turri ecclesie in Maiori[n] Sumerde[o], incendiis et[p] rapinis depopulans[q], tandemque municionem in Tullestete obsidens, sed minime ibidem, subtracta manu Erphordensi[r], proficiens[s], Erphordensibus[t] sibi suisque in victualibus subvenire nolentibus, ad propria remeavit[u]. Eodem eciam tempore[v], cum idem[w] episcopus** comitem de Honstein, ut dictum est[x], incendiis et rapinis infestaret, quidam comes dictus[y] de[z] Kacenelleboin[a.b] cum non paucis in auxilium Treverensi Thuringiam adveniens, ab advocatis marchionis Thuringie, ut nec unus ex his aufugeret — occiso tamen bone indolis iuvene dicto Brunone de Weberstete[b], qui parte[c] advocatorum fuerat —, apud Salza[d] extitit captivatus. Unde factum est, ut permoti Erphordenses, eo quod exosi propter Treverensem, quem terris[e], ut dicebatur, induxerant, ab omnibus fere incolis haberentur, decanum Sancte Marie hii idem cives captivantes turrique[f.***], ubi nec lumen videre poterat, custodie manciparent[†.6]. 1335.

CONTINUATIONES I. ET III.

Codd. 1. (2[a.b]).

Eodem anno fertilior pars terre per Treverensem[g] devastatur, frugesque terre et vineta, [h]que ad maturitatem propter nimiam[h] ymbrium inundanciam non venerant, terram aliquali caristia depresserunt. Ventus eciam validus hora vesperarum in vigilia apostolorum Simonis et Iude irruens forcia subvertit edificia; que tria memorabilia[i] anno eodem, ut predicitur, contigerunt. Item ventus deiecit turrim in Monte Sancti Petri in Erphordia, in qua pendent minores campane cum nobili campana, Nola nomine[7]. Eodem anno ducta est aqua super[k] montem sancti Ciriaci[l]. 1335. vt. 22b. Oct. 27. cf. Cont. II.

*) *E. M add.:* Hermanni de Bebera.

**) *E. (M) add.:* Baldewinus[m] Treverensis, cui commissus fuit archiepiscopatus Moguncie[n] sedis, et, ut verius credo, duobus annis rexit.

***) *E add.:* prope pretorium. †) *E add.:* per aliquod tempus.

a) *sic* 1. *Conr.* b) *sic Conr. (ubi* et *om.); Sint* 1. c) et ipse *Conr.* d) *spatium lineae vacuum rel.* 1. e) et *add., sed expunct.* 1. f) eclesie *add. E. M.* g) *sic* 2[a.b]; erphord' 1; erffurd' *V*; erfordensi *E*; Erffordens. *M*; erfordeñ *R.* h) *sic* 1. 2[a.b]. *E. M*; civitatis *add. R. V.* i) ibi *E. M.* k) *sic* 1; erfford' 2[a]; erffurd. *V. M*; erfordñ *R*; erffordensium *R*; Erphordiensium 2[b]. l) Honsteyn *E.* m) Bunensium *E. M.* n) *sic E. M. R. V. N*; eccl. in maniori 1. o) somorde *E.* p) *sic* 2[a.b]. *E. M. R*; *om.* 1. *V.* q) infestavit. Tandem 2[a.b]. r) erphord' 1; erfford' 2[a]; erfordñ *E*; erffr *V*; Erffordam *M*; erffordensium *R*; Erphordiensium 2[b]. s) *sic R*; proficiscens *E. M*; perficiens 1. 2[a.b]. *V.* t) *sic* (Erphordien., erfford., erffurd.) 2[b]. *R. M. V*; erfordñ *E*; erphordenses 1; erffordienses 2[a]. u) *sic* 2[a.b]. *E. M. R. V*; remeant 1. v) Eod. anno *E. M.* w) ipse *E.* x) thur[e] (Thuringie) *add. E.* y) *om. E.* z) *sic E. R*; *om.* 1. *V.* a) karcelleboin 1; kacxenelleboyn *E.* b) *sic* 1. *E. V.* c) *sic* 1. *E. V*; in p. *R.* d) Zalcza *E.* e) thur[ingie] *add. E.* f) *sic* 1. *E. V*; turri *R.* g) *sic R. V*; trecerenses 1. h) *sic R. V*; nimiũ 1. i) memoralia 1. k) *sic* 1. *N*; supra *V.* l) *spatium lineae vacuum rel.* 1. m) Eodem anno Balduin Treverensi comm. *M.* n) Moguntinae s. quem d. s. r. *M.*

1) Iohannis XXII. 2) Supra ad a. 1333. male relatum. Quem locum olim (in fonte) paulo ante hunc sub vero anno exstitisse apparet. 3) Balduinus, administrator ecclesiae Moguntinae. 4) Omnes comites de Honstein, Heinricus senior, Heinricus iunior de Sondershausen, Theodericus, a parte Heinrici de Virnburg electi Moguntini, praepositi Bunnensis, erant. 5) Iohannes I, ut videtur. 6) Vide quae de his rebus, praesertim quam ob causam Hermannus de Bibera captus sit, K. Beyer exposuit in 'Mitteil. d. V. f. d. Gesch. von Erfurt' XIV, p. 17—22. 7) Cf. supra p. 455, l. 4 sqq., a. 3.

1336. Maii 1. Anno Domini MCCCXXXVI. Post festum Walpurgis episcopus[a] Treverensis[1] nomine Mogontini[b] capituli cum principe[2] ac fere omnibus terre nobilibus adunatus[c] propter decanum detentum, ut fama sparserat, Erphordiam obsident[d] a vigilia Margarete[e] virginis Iul. 12—24. Iul. 17. usque ad vigiliam sancti Iacobi[3], habito prius magno bello in die sancti Allexii in dem cf. Cont. II. Espich vulgariter[f], non sine morte plurimorum[4]. Ibique e diverso dampnis a partibus illatis, solutoque decano predicto[5], non modica ab Erphordensibus principi et Treverensi predictis ex marchionisse[6] consilio pacta pecunia, relicta Erphordia[g] pace pristina[h.7], omnes ibi- (Iul. ex.) dem collecti amice ad propria remeabant.

Eodem anno facta est discordia[i] magna inter imperatorem[k] Ludewicum et regem Boemie[8] ob provinciam[l] Karinthie. Nam dux Karintie sine filiis obierat[9], cuius filia[10] desponsata fuit regis filio[m.11] Boemorum; quapropter rex Boemie partem nurus sue defendens, quia terram predictam ad eam[n] pertinere successione hereditaria asseruit, se imperatori opposuit, qui dictam terram ad se imperiali iure, cum herede careret, devolutam (Maii 2). duci Austrie[12], filiam regis Boemie habenti pro coniuge[13], imperiali munificencia infeoda- cf. 225. vit[o]. 'Rex itaque[p] magno exercitu collecto terram sepe dictam, ut vi eam subiugaret, intravit; sed imperator non cum paucis sibi in oppositum veniens eum exire[q] de finibus superveniencium timore perculsum ocius compulit et coegit. Imperator itaque regem[p] cum suis persequens, ob victus penuriam persecucione postposita, cum suis ad propria est Sept. 29. reversus[14]. Hec itaque discordia induciata est per principes a festo Michaelis usque ad futurum festum sancti Iacobi[15].

1337. Apr 4. Anno Domini MCCCXXXVII. in die beati Ambrosii[16] obiit dominus Volmarus abbas pie memorie Erphordie[r], sepultusque est a venerabili abbate Hasungensis ecclesie, tunc apud nos existente, in capella sancte Dei genitricis Marie perpetue virginis; cui successit dominus Hermannus de Eichelborn, pro tunc cantor huius ecclesie.

Eodem[17] anno durante rixa inter capitulum Mogontinum et Heinricum de Vernburc 1336. datum episcopum, in Bunne prepositum, tandem dominus archiepiscopus Treverensis, defensor ac provisor ecclesie Mogontine, una cum capitulo eiusdem ecclesie defensionem et tuicionem et provisionem domino apostolico[s] Benedicto sueque potestati et opcioni per patentes[t] litteras resignavit[18]. Videns autem papa periculum ecclesie duos legatos[18] misit in 1337. Germaniam, ut auctoritate sua pacem facerent inter clerum. Qui venientes Mogonciam una cum consilio et auxilio Ludewici imperatoris hanc fecerunt concordiam inter clerum, ut[u] dominus Heinricus de Vernburc voluntate capituli Mogontini archiepiscopatum susciperet essetque fidelis regni et imperii coadiutor[v] iuraque et constituciones predicti capituli conservaret inviolabiliter[20].

a) Sequenti anno iterum ep. $2^{a.b}$ *sub a.* 1335. b) Maguntini $2^{a.b}$. c) *sic* 1. 2^{a}. *B. N*; admotus *V*; advenies 2^{b}. d) *sic* 1. $2^{a.b}$. *R*, obsedit *V. N.* e) margarethe 1. f) dicto *add. V*; nuncupato *add. N.* g) *sic* (Erffordia) $2^{a.b}$. *V*; erphord' 1; erffordi *R.* h) *sic* 1. *R. V*; prestita $2^{a.b}$. i) m. d. *R.* k) Lud. imp. *R.* l) *sic* 1; pro provincia *R. Conr.* m) *sic* 1. *R*; fratri regis *Conr.* n) *sic* 1. *R*; eum *Conr.* o) infeudavit, *alio atram. superscr.* infeodavit 1, *et sic R.* p) Bohemie *add. R.* q) de fin. ex. *R.* r) abbas *iterum add.* 1. s) Bea. ap. *R. Conr.* t) *sic R. Conr.*; pandentes 1; suas *add. Conr.* u) *sic R* 2. *Conr.*; et quod 1. v) *sic R* 2. *Conr.*; coadunator 1.

1) Balduinus ipse non interfuit obsidioni; Böhmer, Acta imp. sel. nr. 1042, p. 735; Gesta Baldewini III, 7, Gesta Trevir. ed. Wyttenbach et Müller II, p. 252. 2) Friderico marchione Misnensi. 3) Haec *(a vig. — plurimorum)* ex cont. a. 1336—1353, quae periit, et aliunde inserta sunt, non leguntur in Cron. Reinh. Cf. Cont. Thuring., 'D. Chr.' II, p. 317; 'N. Archiv' XXI, p. 447 sqq. 4) De hoc proelio vide epistolam Dieterici clerici Treverensis, Böhmer, Acta imp. sel. p. 734, nr. 1041. 5) Hermannus iam ante pacem solutus est, duobus fratribus suis clericis in vincula datis (Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' II, p. 120 sq. 124. 135, nr. 150. 153. 161). Cron. Thur. Isenac., ubi continuatio quae periit exscripta est, c. 22, § 4 (= Pist. c. 94) habet: *solutis etiam a vinculis clericis per cives detentis.* 6) Elisabeth matris Friderici. 7) Cum marchione die Iul. 25, cum Balduino Iul. 28. pax facta est; Beyer, 'UB.' II, p. 118 sqq., nr. 148. 150. 151. 152. 8) Iohannem. 9) Heinricus VI. obierat a. 1335. Apr. 2. 10) Margareta. 11) Iohanni Heinrico. 12) Ottoni. 13) Anna. 14) Male haec narrata sunt, longe a vero aliena. 15) Nec pax neque indutiae inter imperatorem et regem Bohemiae tunc factae sunt, sed cum bellum sedatum esset, hi tamen etiam sequentibus annis discordarent, auctor hoc coniecisse videtur. 16) Cf. Necrol. S. Petri, Schannat, Vind. II, p. 18, ubi *V. Non. Aprii.* errore typographi positum. In epitaphio eius, Necrol. Galli Stassen p. 313. (et ib. p. 141) recte *II. Nonas Aprilis* legitur. 17) Potius a. 1336. 18) A. 1336. Nov. 12; Gudenus, Codex dipl. III, p. 298 sqq., nr. 217. 19) Guigonem de S. Germano et Nicolaum Cappociam; cf. papae epist. datas a. 1336. Ian. 16. et a. 1337. Ian. 10, Gudenus III, p. 295 sqq. 300 sq., nr. 215. 218; Winkelmann, Acta imp. ined. II, p. 805 sq., nr. 1142. 20) Cf. C. Müller, 'Der Kampf Ludwigs d. B. mit der röm. Curie' II, p. 51 sqq., praesertim de hoc loco p. 55, n. 2.

*Circa idem tempus imperator Ludewicus curiam suam habuit in Frankenvurt[a], ubi rex Anglie et rex Boemie et omnes principes Alamanie intererant; ubi eciam imperator et rex Boemie sunt reconciliati[1]. *f. 226. cf. Henr. p. 260.

Eodem anno facta est magna discordia inter regem Anglie et regem Francie. Impe- 1337. cf. ib. p. 262 sq.
rator Ludewicus erat in auxilio[b] regi Anglie, rex vero Boemie auxiliabatur regi Francie. Qui inter se multa prelia conmittebant, in quibus semper rex Anglie victoriam obtinuit, 1338/9.
quia erat vir iustus et bonus et misericors et christianissimus[2]. Ubi quoddam mirabile dictu contigit. Nam duas naves oneratas argento[c] et auro a rege Sicilie et a paganis missas regi Francie divino nutu ventus[d] vehemens ad terram Anglie per mare transduxit.
Que discordia induciata fuit ad festum sancti Martini futuri anni[3]. 1340.

Ipso anno Heinricus archiepiscopus circa festum omnium sanctorum misit in[e] Erphor- 1337. Nov. 1.
diam Iohannem prepositum Sancti Severi[4] in Erphordia, dictum de Bebinburc[5] et prothonotarium[f] suum de Spiegeleberc[g,6] et fratrem suum de Vernburc[7] ad reconciliandum clerum. Qui omnes prelatos Thuringie convocantes talem composicionem inter clerum fecerunt, ut omnes suas prebendas et dignitates, sicut prius ante discordiam habuerant, reciperent; ipsi excommunicatos auctoritate apostolica relaxabant. Eodem anno obiit Heinricus comes de Swarczburg cum multis aliis in peregrinacione Ierosolimitana. Hoc eciam anno fertilitas[h] magna fuit in frumento et vino et ordeo et avena atque in leguminibus.

Benedictus papa omnibus religiosis sub regula degentibus novas constituciones edidit[8], 1336. cf. Henr. p. 263.
precipue vero monachis secundum regulam sancti Benedicti viventibus, id est nigri ordinis, quibus indixit capitulum frequentare.

*Anno Domini MCCCXXXVIII. in crastino beati Iohannis baptiste iusticiarius imperatoris[i], dictus de Eppenstein[9], imperatoris iussu capitulum primum provinciale monachorum[k] ordinis sancti Benedicti celebrandum in Fulda[10] sub periculo rerum et corporum fieri vetuit[l]; ad quod quam plures abbates convenerant secundum formam constitucionum de ordine sancti Benedicti per papam Benedictum XII. nuper editarum tractaturi. Hoc eciam anno Ludewicus imperator curiam suam in Frankenvurt[m] habuit; ubi non coactus, sed sponte in presencia archiepiscoporum, episcoporum aliorumque prelatorum necnon in presencia principum, comitum, nobilium ac vulgi se esse verum christicolam[n] per vere fidei confessionem, dicens oracionem dominicam, salutacionem angelicam et simbolum, voce publica declaravit. Nam papa ei heresim imputavit[11]. Eodem tempore circa festum sancti[o] Laurencii anno Domini MCCCXXXVII.[p,12] apud Tuberam[q] et civitatem Herbipolim et *f. 226. 1338. Iun. 25. cf. Henr. p. 262. (Aug. in.) 1338. Aug. 10.

a) frankenwurt 1. b) *sic* 1. *R* 2; auxilium *Conr.* c) auro et arg. *R* 2. *Theod.* d) veh. ventus *R* 2. *Theod.* e) *om. V.* f) protonot., *alio atram. superscr.* prothonotarium 1, *et sic V.* g) Spigeleberg *V.* h) m. f. *V.* i) Ludovici Bavari *add.* $2^{a.b}$. k) .f. (scilicet) *add.* 2^{a}. l) *sic* $2^{a.b}$. *N;* precepit 1. m) frankenwurt 1; franckenfurt 2^{a}; Frankenfurt 2^{b}. n) *sic* $2^{a.b}$. *Conr.;* criscolam 1. o) beati $2^{a.b}$. p) *sic* 1. *V. N;* a. D. *om.* $2^{a.b}$. q) *sic V;* cuberam 1; Noletam $2^{a.b}$.

1) A. 1337. mense Iulio quidem curiam Francofurti imperator habuit, ubi Iohannes rex Boemiae affuit, sed hi demum a. 1339. mense Martio reconciliati sunt. Eduardus III. rex Angliae a. 1338. mense Sept. Confluentiae imperatorem convenit. Cf. C. Müller in 'Forschungen' XIX, p. 500 sq. Henricus de Hervordia, p. 260. haec ad a. 1338. habet. 2) In universum res a. 1337—1340. gestae relatae esse videntur. Haec Henr. de Herv. p. 262 sq. ad a. 1338. habet. 3) Indutiae inter reges a. 1340. Sept. 25. usque ad mediam aestatem a. 1341. factae, dein propagatae sunt. Sed nescio an auctor in mente habuerit a. 1338. non inter eos pugnatum esse, quamvis bellum revera iam a. 1337. exortum esset. Haec de indutiis factis Henr. de Herv. non habet. 4) Hic fuit praepositus S. Mariae, canonicus S. Severi, qui iam ante mensem Iulium Erfordiae fuit; cf. epist. Heinrici archiep. datam a. 1337. Iul. 6, Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' II, p. 138 sq., nr. 163. 5) Lupoldum. 6) Conradum. Cf. epist. Heinrici archiep. datam Oct. 27, Beyer II, p. 145, nr. 169. 7) Robertum, ut videtur. Habuit quidem archiepiscopus etiam fratrem Iohannem praepositum Xantensem. 8) Iam a. 1336. Iun. 20, quas vide editas a Car. Coquelines, Bullarium (Romae 1741) III, p. 214—240; Magnum Bullarium Rom. (Luxemburgi 1742) I, 2, p. 218—237. 9) Godefridus. 10) Annus et dies huius capituli hoc loco adnotati confirmantur epistola edita a Schannat, Hist. Fuld. p. 222. 11) Cf. de hoc loco C. Müller in 'Forschungen' XIX, p. 502 sqq. 12) Potius a. 1338, ut permulti referunt, velut Ann. Mellic., Cont. Novimont., Ann. et Kalend. Zwetl., Cont. Claustroneob. V, Ann. Mats., SS. IX, p. 512. 676. 683. 691. 735. 829; Iob. Victor. VI, 7. et Michael Herbipol., Böhmer, Fontes I, p. 430. 468; Heinr. Surdus, ib. IV, p. 521 sq.; Henr. de Herv. p. 262, etc., sed etiam in Cont. II. et Cont. Thur. p. 317, haec ad a. 1337. adscripta sunt, ubi ea ex integra Cont. (II) deperdita sumpta sunt, hoc loco ex Cont. I, ubi ea ad a. 1338. adscripta fuisse videntur, cum Conr. Halberst. (ex Cron. Reinh.) recte ad a. 1338. ea habeat, ab auctore Cont. tertiae a. 1337. ex Cont. II. integra inserta videtur esse.

1338. in partibus adiacentibus multitudo locustarum inaudita[a] miramque habencium magnitudinem visa est, que fructum[b] terre in locis plerisque depascentes, sed vineas non ledentes, quasdam civitates per dies aliquot[c] operuerunt, ut in eas sol radios[d] suos proicere non valeret. Item eodem anno rex Tartarorum nunctios honorabiles ad papam mittens peciit sibi viros[e] religiosos, in lege divina apprime eruditos, pro salutifera sue gentis sacre fidei instructione transmitti[1].

1333. (Iul. 6). Eodem anno obiit dominus Wolframus Herbipolensis episcopus morbo appoplexie percussus, et quidam canonicus Sancti Kiliani, dictus Otto Wolfskele, dolose circumvenit (Iul. 30). quosdam, qui ipsum in episcopum elegerunt; sed pars maior canonice elegit dominum *cf. 227. Hermannum dictum Hummel, cancellarium Ludewici 'imperatoris, qui tunc presens erat[2]; quos idem imperator concordavit, ita quod cancellarius episcopatum obtinuit; qui post-
1335. (Mart. 21). modum miserabiliter intoxicatus periit, et dominus Wolfskele episcopatum sibi usurpavit[3].
1338. Eodem eciam anno natus est puer cum duobus capitibus in villa Heytingisvelt; mortuo uno capite aliud per quindenam supervixit.

1339. Anno Domini MCCCXXXIX. Constructa est lignea turris, in qua pendent minores campane, que per ventum validum deiecta fuerat[4], per venerabilem abbatem dominum Hermannum de Eychilborn; novam eciam schellam magnis sumptibus procuravit. Pallium eciam quoddam mire decencie ecclesie nostre conparavit.

1340. Anno Domini MCCCXL. Quidam iuvenes in claustro regularium sancti Augustini Erphordie[f] prepositum suum dictum Zigeler[g] propter quandam suam concubinam nocte sibi coniacentem oculis privaverunt; candelam namque ardentem, que ad corpus Christi accenditur, ante suam cameram ponentes, ipseque claustrum ardere putans ianuam aperuit, et ita per ipsos mutilatus[h] est necnon et concubina.

1342. Anno Domini MCCCXLI. Obiit Benedictus papa XII. huius nominis; cui successit Clemens sextus[5].

1341. cf. Cont. II. Eodem anno obsessum est oppidum[i] et castrum dictum Nebere[k] per Fridericum marchionem et dominos et civitatenses Thuringie, et oppidum penitus exustum per ignea iacula, castrum vero captum et datum[l], salva vita hominum in eo existencium[m].

1342. Iul. 21. Anno Domini MCCCXLII. fuit tanta inundacio aquarum in Erphordia in die Braxedis virginis[n], ut nemo in rancino[o] equitare posset, et destruxit longas temetes[o] Erphordie, pontem ante valvam cf. Cont. Thur. Sancti Augustini, Sancti[p] Iohannis ante Kramphfentore, pontem in Herbipoli cum magna *cf. 227. turri, 'pontem in Ratispona, in Dreseden, in Frankenfordia[q], in Wezindorf[r], in Babincf. Cont. II. Oct. 27. berg[s] et multa alia dampna peregit[6]. Eodem anno in vigilia sanctorum apostolorum Simonis et Iude factus est magnus conflictus prope civitatem Arnstete inter dominum Fridericum marchionem Missenensem et comitem Guntherum de Arnstete, in quo conflictu[t] plurimi perierunt[u] et precipue dominus Wecilo miles dictus de Lapide et dominus Heinricus de Eroldeshusin[v] miles, item Theodericus de Tenstete, dictus Bi-der-kerchin[7]; qui viri strennui sepulti sunt in capella virginis gloriose ad Sanctum Petrum Erphordie[w][8].

a) *sic* 2a.b. *N. Conr. (ubi* miram); inudita miraque *post corr.* inaudita miraque 1, *et sic V.* b) *sic* 2a.b. *V. N. Conr.*; fructus 1. c) *sic* 1. *V*; aliquos 2a.b. *Conr.* d) *sic* 1. *N. Conr.*; suos rad. 2a.b. *V.* e) *sic N. Conr.*; veros 1. f) erphord' 1; erffr *V.* g) *sic V. N*; rigeler 1. h) mutulatus 1; mut. est per i. *V.* i) castr. et op. *V.* k) nebere 1; Nebera *N*; Nebra *V.* l) *sic* 1. *V. N.* m) *om.* 2a.b. *V.* n) *sic* 1. *V. Cont. II*; vicino 2a.b. o) *sic* 2a.b. *V*; comeces 1. p) et s. 2a.b. *V.* q) Franckfordia 2a; Franckenfordia 2b. r) Wenzindorf 1, *N*; Weitzendorff 2a.b; Wezindorff *V.* s) Babenberg 2a.b. t) conflicto 1. u) pericēt, *alto alram. supersor.* perierunt 1, *et ita V.* v) Eroldeshusem *N*; Aroldishusen *L I.* w) *spatium lineae vacuum rel.* 1.

1) Hoc loco Continuatio I. desiisse videtur, cum hucusque Conr. Halberst. cum hoc libro conveniat, neque Henr. de Herv. post locum p. 459, l. 27—31. quidquam cum hoc libro commune habeat. 2) Cf. Böhmer, Reg. Lud. nr. 1561. 1562, d. d. Iul. 26. 29. 3) Male ad a. 1338. ab auctore Cont. III. annis 1333—1335. gesta adscripta sunt. Cf. Michael Herbipol., Böhmer, Fontes I, p. 456. 4) A. 1335. Cf. supra p. 455. et 457. et infra p. 466. 5) Haec Cont. Thur. p. 317. recte ad a. 1342. habet, quae et in fonte Continuationis II. et III. exstitisse inde apparet, sed in E (infra) omisse sunt. 6) Cf. Addit. E, infra p. 465; 'N. Archiv' XXI, p. 471 sq. 7) Wetzendorf (AG. Nürnberg), ut videtur. 8) Haec, quae in Cont. II. non leguntur, ex eius fonte sumpta esse patet ex Cont. Thur. p. 317, ubi et quaedam hoc loco omissa ex eodem fonte exscripta sunt (inserenda post *turri*): *unde der Moin ging ubir die mûren, unde man vûr mit schiffen ubir die dach.* Cf. Michael Herbipol., Böhmer, Fontes I, p. 468; Ann. Francofurt et Heinr. Surdus, ib. IV, p. 394. 523; 'Städtechron., Nürnberg' I, p. 349, etc.; 'N. Archiv' XXI, p. 450 sq. 9) Hi nominati sunt etiam in Cron. Thur. Isenac. c. 22, § 7 (Pist. c. 96): Unde patet haec nomina ex eadem Cont. sumpta esse, quae in Cont. II. et III. exscripta est. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 476 sq. 10) Nic. de Siegen addit: *sub lampade.*

Anno Domini MCCCXLIII. interfecti fuerunt Iudei in civitate Rotingen, item in civitate 1343.
dicta Augia[a], item in Bischofsheym[1] et in multis civitatibus aliis et villis; quarum persecucionum iniciator et capitaneus fuit quidam miles de Ussinkeim, qui stans in civitate Rotinburc[2] cum multis aliis nobilibus in quodam placito cum Iudeis, cum corpus Christi deferebatur in platea, et christiani, ut dignum est, genu flecterent coram sacramento, Iudei iniqui ad domum quandam declinantes, prefato milite audiente, blasphemando proruperunt in hec verba seculis maudita: 'Sustineamus, quousque canis impudicus deferatur'. Que verba ut audivit miles prefatus, per ipsum corpus Christi iuravit omnibus viribus se laborare velle pro morte Iudeorum; quod ita factum est. Tandem Iudei convenerunt dominum Gotfridum de Hohenloch pro CCCC libris hallensium, ut ipsum caperet; qui tandem captus eductus fuit in Rotingen, ibidemque domino decano confessione pura sepissime facta, ab ipso corpore et sangwine Domini devotissime permissus est communicari; sed heu! tandem in civitatem Kyczingen deductus ibidem decollatus est; qui [in] suam villam, scilicet cf. 228.
Ussenkeym, delatus et in ecclesia sepultus innumeris claruit miraculis. Eodem anno ante cf. Cont. II.
carnisprivium Erphordenses de nocte irruentes in castrum dictum Aldinberg X raptores vivebtes cum tribus mortuis deduxerunt, qui omnes Erphordie in die cinerum decollati sunt[b]. Febr. 26.

Anno Domini MCCCXLIIII. quidam puer a lupis deportatus in Wederavia[c] in una villa 1344.
nobilium[d], que dicitur Eczol[e. 3], qui puer XII annis[f] cum lupis erat in magna silva, que dicitur vulgariter dy Hart. Hic puer isto anno tempore hyemis in nive[g] in venacione captus [fuerat[h]] a nobilibus ibidem morantibus, et vixit forte ad LXXX annos[4]. Eodem anno circa festum omnium sanctorum facta est discordia inter inclitum dominum marchionem[i] Missenensem Fridericum et civitatem Erphordiam ex una parte et dominum Guntherum comitem de Swarczburc, de[k] Arnstete, nec non comites Fridericum et Hermannum fratres de Wimar parte ex altera. Eodem anno destructe sunt curie et multe ville et precipue Divort, Cobenstete et Hardisleiben[5] per predictum[l] principem et cives Erphordenses. Eodem anno obsessum[6] est castrum Fidilnbusen et penitus destructum. Item[m] Rudolfstat igne consumpta. Item castrum Heseler destructum. Item civitas Wie et castrum igne crematum. Item castrum Wilrestete[n. 7] destructum. Item curia in Alkirsleybin cuiusdam militis de Witzeleyben destructa. Item castrum Tundorf per ipsos expugnatum est. Item Kale[o] civitas subversa. Item castrum Werchusen[p] expugnatum et destructum, et captus est pincerna dominus predicti castri. Nov. 1. cf. Cont. II. 1345.

Anno Domini MCCCXLV. depictus est ambitus Sancti Petri in Erphordia. 1345.

Eodem anno dominus Hermannus[q] de Glichen, comes mitissimus et huic ecclesie amicus fidissimus, [ad] Terram Sanctam et montem Synay peregre profectus est; sequenti vero anno[8] XV. Kal. Iunii obiit in Norinberc, inde Erphordiam ductus, sepultus est in sepulchro comitum in nostro monasterio, qui nostre ecclesie plurimum benefecit[b]. cf. Cont. II. 1344? cf. 229. 1345. Maii 18.

Anno Domini MCCCXLVI. Castrum Ersberc uf deme[r] Harze expugnatum et eversum est per cives Erphordenses et Molhusenses, ubi Hermannus[s] de Stolberc et Heinricus[t] de Wirterde decollatus est. Item XV ibi sunt suspensi. Eodem anno obsessa fuit civitas Salza[9] per Fridericum marchionem Missenensem in vigilia assumpcionis beate virginis. Tercia die idem marcgravius tela ignea[u], vulgariter feuerpfeyle[v], sagittari precepit in eandem civitatem, cf. ib. cf. ib. Aug. 14. 16.

a) *emendavi (v. n. 1)*; augia 1. b) *spatium lineae vacuum rel.* 1. c) wederania 1. 2^a. d) *om.* $2^{a.b}$; que — silva *om.* 2^a. e) cesol 1; Echtzel 2^b. f) annos 2^b. g) qui puer postea $2^{a.b}$, *ubi post* annos (*l.* 20) *add.*: Contigit hoc MCCCXLIIII. in hieme in nive, quando eripuerant (erüperät 2^a) eum $2^{a.b}$. h) *sic* $2^{a.b}$; *om.* 1. i) Frid. march. Misn. *V.* k) et *V.* l) princ. pred. *V.* m) Item — destructum *om.* 1, *suppl. ex V (ubi* Rudolffstat*) et N (*Item Rudolfstait igne consumpta sunt. Item Hezeler, Wybe destructa*). Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 499 sq.* n) *sic Cont. II, ut legendum esse apparet etiam ex C* (Willerstete). *L I* (Willirstet) *et Eng. I. II. Rothe;* Wikekstete 1; Wickerstete *V*; Wykerstete *N.* o) *sic V. Cont. II. Eng. II*; Kŏle 1; Kole *Eng. I*; Kolne *N.* p) *sic cum L I legendum esse patet ex C* (Werkhusen) *et Cont. II* (Werichusen); Werthusen 1. *V. N.* q) *sic* 1. *N.* r) *sic N*; uff dēme 1. s) *sic* 1. *L.I. N. V* (Herman). t) *sic* 1. *L.I.* (*N. V* cum Henrico). u) *sic* 1. *N, post corr. alia manu* telas igneas 1. v) vel phurpyele *N.*

1) Röttingen, Aub (mhd. *Ouwe* = Lat. *Augia*), Tauberbischofsheim. 2) Rothenburg a. d. Tauber. 3) Echzell (Kr. Nidda, Hassiae). 4) Haec a posteriore inserta, non ab auctore Cont. III. scripta videntur (cf. 'N. Archiv' XXI, p. 443. 470), quibus fabula iam supra a. 1304, p. 436. narrata repetitur. 5) Tiefurt prope Weimar, Kobstädt (A. Gotha), Hardisleben (A. Buttstädt, duc. Weimar). Haec etiam ex continuatione integra a. 1335—1353. sumpta esse patet, cum eadem in Cron. Thuring. Isenac. c. 22, § 6 (Pist. c. 96) legantur. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 474. 6) Sequentia demum a. 1345. facta sunt. Quae brevissime excerpta sunt ex eis quae Cont. II. praebet. 7) Si legis *Wikerstetè*, quod fortasse iam auctor Continuationis III. scripsit, est Wickerstedt (A. Apolda, duc. Weimar.). 8) Eum a. 1345. (non 1346) obiisse recte, ut videtur, tradit Cont. II. 9) Langensalza.

1346. cf. Cont. II. maximo vento in eadem hora subito flante ex permissione divina, ex quo igne predicta civitas totaliter conbusta fuit[1]. Ubi sedecim sexagene hominum et XVIII homines circumsedentibus noti miserabiliter perierunt, exceptis aliis innumeris incognitis et advenis. In ipsa eciam hora balistarius dum secundam[a] telam sagittavit, quidam in meniis civitatis stans ex Dei vindicta ipsum tela emissa interfecit, marchione predicto circa suum latus assistente. Accidit eciam ibi modernis seculis inauditum, quod aures christiane audire expavescunt. Nam quidam canis inpudentissimus nomine Heinricus de Volcstete pixidem hostiarum vivifici corporis Christi, in quo tocius humane salutis summa consistit, arripiens prorupit in hec verba: 'Nunquam usus sum hoc sacramento, modo vorare volo ad saturitatem', et sic partem devoravit partemque in pavimentum deiecit; qui postea in brevi sus- cf. ib. pendio miserabiliter ut Iudas periit circa civitatem Salzungen. Eodem anno Grysheym et alie quatuor curie[b] destructe sunt.

*f. 228. 1346. (Iul. 2). *Anno Domini MCCCXLVII. obiit domina Mechthildis nobilissima marchionissa Thuringorum, Ludewici imperatoris filia[2], sepultaque est in Cella prope civitatem Friberg.

1347. Oct. 9. cf. Cont. II. Eodem anno in die sancti Dionisii intoxicatus est imperator Ludewicus per ducissam de Austria, cum amorem sancti Iohannis secum biberet. Tandem imperator venenum sencens, sperans evadere, ascendit equum, cum suis ad venacionem proficiscens, expiravit in equo, sepultus est in civitate Monaco.

1349. (Ian. 1). Anno Domini MCCCXLVIII. Guntherus comes de Swarczbere, [dictus[c] de Arnstete], nobilis et famosus et memoria dignus, in bellis quoque strennuus, electus est in regem Romanorum per principes subnotatos, videlicet per dominum de Virnborc Mogontine sedis archiepiscopum[3], per Ludewicum Brandenburgensem marchionem, per ducem Bavarie Stephanum, per ducem de Heidelberc[4] et alios quam plures terre barones; sed heu! tandem in Frankenvort[d] miserabiliter intoxicatus est, ut indubitanter creditur, per consilium et auxilium ipsorum principum[5]. Quibus presentibus, compósicione facta, multis fide dignis de Thuringia astantibus, protulit hec verba, scilicet inaudita seculis[e]: 'Eligere cuperem mille, si possibile esset, mori mortibus, quod vos mei traditores nomen Iude usurpare de- (Ian. 14). beretis in vestras eternaliter progenies'. Tandem ipso mortuo, sed principibus ignorantibus, quia clamdestine ipsum tanquam viventem servabant, ministrantes ipsi tanquam regi cibum et potum[6], composicio totalis facta est pro XXIIII milium[f] marcarum summa, que suis heredibus rite repagata[g] est. Et sic predictus dominus honorifice sepultus est in eadem civitate Frankenvort cum maximo luctu et planctu.

1348. (Ian. 25). Eodem anno terre motus maximus factus est[7] in Gallia et transmarinis partibus et maxime in Romana civitate, ita quod quam plures ecclesie et monasteria subverterentur. *f. 229. Quedam insignis civitas nomine Aquileia penitus deleta est et absorbta *per predictum cf. Cont. II. terre motum. Eodem anno factum est prelium inter cruce signatos et Tartaros[h], ubi XIIII milia Tartarorum perierunt et cruce signatorum quadringenta milia[h].

1349. Nov. 18/9. cf. ib. Anno Domini MCCCXLIX. in nocte beate Elizabeth obiit nobilissimus princeps, Missenensis marchio Fridericus, in armis, bellis, torneamentis et hastiludiis strennuissimus, tocius cleri propugnator fidelissimus et pacis terre amator amantissimus, in castro Warperc Ysenachensi[i], sepultusque est in Cella prope Fribere in sepulchro sue dilectissime coniugis.

Febr. 2. 25. cf. ib. Eodem anno infra festum purificacionis beate Marie virginis et carnisprivium Iudei occisi sunt in omnibus oppidis, castellis et villis Thuringie, scilicet in Gotha[k], Ysenach, Arnstete, Ylmene, Nebere[l], Wie,

a) *sic* (tela *femin. gen.*) *A. l. et infra l.* 5. 1 (*N habet h. l.* secundam iaculam *et infra* iaculam misit). b) *sic N cum Cont. II*; ecclesie *l.* c) d. de *A. eadem manu superscr. l, desunt V. N.* d) frankenwort *A. l. l.* e) a sec. *V.* f) *sic V*; milia *l.* g) renagata (?) *radendo corr.* repegata, *et alio atram. superscr.* pagata *l*; pegata *V.* h) *dele* milia *et lege* quadringentā *ut Cont. II. — Sequitur spatium lineae vacuum l.* i) Ysennacensi *V*; Ysenach *l.* k) Gota *V.* l) nebere *l.*

1) Hoc loco plura quam in Cont. II. excripta sunt ex continuatione deperdita, ex eadem sumpta habet frater ord. Praedicatorum Isenac. in Cron. Thur. c. 22, § 10 (Pist. c. 101). Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 478. 2) Iam a. 1346. Iul. 2; Ann. Veterocell., SS. XVI, p. 45; Ann. Vetero-Cell. ed. Opel p. 228. 3) Heinricum III. 4) Rudolfum II, comitem palatinum. 5) In Cont. Thur. p. 318. de electione Guntheri recte ad a. 1349. et in Cont. II. recte ad a. 1349. de obitu eius relatum est. 6) Mira fabula. Guntherus vivus ipse regno cessit pacta pecunia. Cf. E. Werunsky, 'Gesch. K. Karls IV.' II, p. 178 sqq. 7) Locum de terrae motu hoc terribili in Cont. II. infra p. 469. ex Addit. E (p. 466) repetitum auctor Cont. III. neglexit. 8) Lithuanos potius. Vide quae ad Cont. II. adnotata sunt.

Tenstete[a], Herbisleybin, Tummesbrucken[b], Frankenhusen, Wizzense[c], quia infecerunt fontes et puteos veneno et toxico, ut tunc manifeste dicebatur, quod multi sacci veneno pleni in fontibus et puteis reperirentur. Eodem anno in die sancti Benedicti, qui tunc fuit sabato ante dominicam Letare, ludei interfecti sunt in Erphordia per communitatem civium, invitis consulibus, centum et ultra. Alii vero plus quam tria milia, cum viderent se manus christianorum non posse evadere, pro quadam sanctitate se ipsos in propriis domibus cremaverunt. Post triduum in curribus oneratis ducti sunt ad[d] cimiterium eorum ante valvam Sancti Mauricii et ibidem sepulti. Requiescant in inferno! Etiam dicitur ipsos fontes et Geram Erphordie intoxicasse nec non allecia, ita ut nemo ipsa in quadragesima commedere vellet, nec aliquis civium de dicioribus cum aqua coquere permitteret. Si verum dicunt, nescio. Sed magis credo fuisse exordium calamitatum[e] eorum magnam et infinitam pecuniam, quam barones cùm militibus, cives cum rusticis ipsis solvere tenebantur. Deo autem gracias, qui civitatem Erphordensem populumque christianum [f]inter tot incendia tantaque homicidia sua magna misericordia pie custodivit. Eodem anno et die interfecti sunt ludei[g] in Molhusen pari modo sicut in Erphordia et fere in tota Alemania occisi, seipsosque personaliter cremaverunt. Eodem anno plurimorum mille milium, innumerabilium nequam flagellatorum prodicio in Thuringia et in tota Alemania[h] quasi fuit, ita quod[i] in pratis ante Eylbrechtisgehove[k] prope Erphordiam sepe tria milia vel amplius viderentur et in dedicacione Gunnestete sex milia et ultra, et in omnibus civitatibus, oppidis et villis Thuringie[l], excepta solâ Erphordia, quia consules[l] providi et discreti[m] ipsos intrare non permiserunt. Hii flagellatores multa mala iniecerunt clero per eorum predicacionem et inobedienciam. Modus eorum talis fuit: Habuerunt pileos cum rubeis crucibus in capite et ante oculos, ita ut vix videre possent, et erant nudi de[n] scapulis usque ad culum. Alia vero pars usque ad plantam erat zona precincta. Et portabant flagella cum aculeis ferreis, quibus se percuciebant, cantando maxime et ad terram se prosternendo sic:

Tret her zu wer buzsen[o] wölle
Lucxeber[p] ist böese geselle

et cetera multa. Et nisi divina misericordia clerum protexisset, per eorum consilium lapidatus vel male tractatus fuisset. Tandem manifeste apparuit, quod tota trufa fuerat[q].

Anno Domini MCCCL. in iubileo concursus magnus versus Romam factus est, ita ut nemo viveret, qui talia recordaretur; quibus omnibus contritis et confessis[r] et ibidem XV diebus existentibus dominus papa Clemens sextus donavit remissionem omnium peccatorum. Hoc idem omni anno centesimo et quinquagesimo fieri confirmavit. Eodem anno feria quarta in septimana penthecostes[s-t] positus [u]est primus lapis novi chori sancte Marie in Erphordia. Eodem anno facti sunt gradus in Monte Sancti Petri Erphordie. Eodem anno quidam pechardus nomine[v] Constantinus Erphordie pro heresi est comprehensus, datis sibi inductis longis, ut si pateretur litargiam vel frenesim aut aliquam aliam debilitatem ventriculorum cerebri, quia bonus scriptor erat librorum textualium[w]. Ipse inquit se nullum defectum corporis nec capitis pati et esse filium Dei et post obitum suum die tercia resurrecturum. Sepe[x] quoque per magistros sacre theologie correctus, quatenus in fide fieret perfectus, ipse quoque non advertens, articulos fidei plurimos negavit; tandem in die invencionis sancti Stephani ante gradus sentencialiter est combustus. Eodem anno pestilencia epydimialis grandis in Thuringia exorta est et fere in tota Alemania et precipue in Erphordia, ita ut maxima pars hominum moreretur, quia morbus contagiosus erat. Porro consules cum consilio magistrorum phisicorum inhibuerunt, ut nemo amplius inibi sepeliri deberet; tanta erat multitudo sepulchrorum in cimiteriis ubique, ut duo vel tres ad unum sepulcrum ponerentur. Deinde facta sunt XI fossata magna in cimiterio ville Nâzexse prope Erphordiam, ad que deducta sunt circa XII milia corpora hominum in bigis et in curribus oneratis; de festo sancti Iacobi usque ad purificacionem virginis gloriose cottidie tres bige vel quatuor corpora mortuorum in cimiteriis et in viis circumquaque sustulerunt. Exceptis his multi alii sepulti sunt in civitate occulte et in villis ubique circumiacentibus, quorum anime cum electis Dei requiescant in pace! Amen. Unde dixit quidam:

Mille trecentenis[y] decies quinis simul annis
Hic hominum necifex locat aer milia bis sex[z].
Hir zwenczig hunder liche lin[x]
Unde hunderwert[y] hundert,
Dy sint[z] [v]vorscheiden al in dem sterben leydir.

Requiescant in sancta pace[a]!

1349. cf. Cont. II. Mart. cf. ib. *) 230. Mail 19. *) 230. Aug. 3. Iul. 25. 1351. Febr. 2. *) 231.

a) *sic E*; Temtet *V*; Crimistete 1. b) cämesbruckē 1; Thummesbrucken *V*. c) Wissense 1. d) *sic* 1. *N*; la *V*. e) *ex V suppleui*; om. 1. f) *sic h. l. N, alio loco V*; deest 1. g) q. Al. *V*. h) ut *V. N*. i) eylbrechtisgehone 1; Eilbrechtisgehoven *V*. k) ecce *add., expunct.* 1. l) proconsules *V*; preconsules *N*. m) viri *add. V. (N)*. n) *sic* 1. *Cont. II*; a *V. N*. o) zcu wer buzsenn 1; büsse wulle *V*; booze wolle *N*. p) *sic N. Cont. II*; Lucziber *V*; Luczefer 1. q) fuit *V. N*. r) confesis 1. s) *sic* 1. *V*. t) Const. nom. *V. N*. u) *sic V. (N)*; texualium 1. v) Sepius *V*. w) *sic* 1; trecenti *V. N*; trecentis *M (infra)*. x) zcwenczig h. l. lein 1; Hyr zwenczig hundert lychelyn *N*. y) *sic N*; hundert weit 1. z) seint 1; synt *N*. a) pa|| 1.

1) Cont. II: *pasche*. Vide quae ibidem adnotavi. 2) Hos versus habet etiam codex M, infra p. 471.

1351. Aug. 9/10. Dec. 27. cf. Cont. II. Anno Domini MCCCLI. in nocte sancti Laurencii magnum incendium apud Sanctum Laurencium exortum est. Eodem anno in die sancti Iohannis ewangeliste Iohannes episcopus Nunburgensis dictus de Meldingen multas dominas invita verat ac solaciose vixerat, tandem aggressus coream, inter duarum dominarum manus corizando[a] expiravit; cui successit Rudolfus pincerna, qui dominum Conradum dictum de Gatha[b], conventualem sancti Benedicti in Erphordia, in aqua dicta Sale cum duobus servis submergi fecit[1].

1352. Ian. 25 (22). cf. ib. Anno Domini MCCCLII. obiit[2] papa Clemens sextus; cui successit Innocencius sextus. Eodem anno circa diem conversionis sancti Pauli[3] de nocte magnum incendium Erphordie apud valvam Kramphfentore erat, plateam carnificum a parte dextera concremavit.

Eodem anno intoxicata est domina de Hennenberg[c.d] per burgravium de Norenberg[e], ut dicitur[f].

1353. Mart. 25. Anno Domini MCCCLIII. feria secunda in septimana pasche positus est primus lapis ecclesie sancti Anthonii sanctique Gangolfi ante valvam sancti Augustini Erphordie. Eodem anno opidum Dornburg occulto Dei iudicio magna ex parte igne combustum [est[g]] uno ictu fulminis, nec non civitas Ylmena ante nemus, Sluzungen, Nova-civitas, Orlamunde, nec non multa incendia commissa sunt

(Dec. 21). igne violento. Eodem anno obiit dominus Heinricus de Verneburg episcopus Mogontinensis, quem dominus papa Clemens sextus ante quatuor annos[6] deposuerat omnique honore privaverat nec non excommunicaverat, dominum[f] Gerlacum[g] de Nazowe episcopum Mogontinum constituerat. Ipse contra velle omnium frivole permanens in episcopatu opida et castella quam plura[h] episcopatus ad tempora sue vite sibi retinuit. Tandem dominus Gerlacus[i] de Nazowe, cui cives Erphordenses antea[k] homagium fecerant, honorifice

*f. 231v. est confirmatus. *Eodem anno dominus Hermannus de Eychilborn in Monte Sancti Petri Erphordie abbaciam resignavit, quia Deo permittente cecus factus fuerat; cui successit dominus Theodericus de Bruheym.

cf. Cont. II. Dec. 8. Eodem anno in die concepcionis virginis gloriose, que tunc fuit dominica *Populus Syon*, consecrata est nova cripta sive basilica sub choro eiusdem virginis per dominum Albertum de Bichelingen episcopum ecclesie Ypusensis.

1354. Iun. 23. Anno Domini MCCCLIIII. in octava indulgencie nostre [in Erphordia[1]], dum nobilis ac sonorosa[m] campana Andreas nomine, que centum annis et octo duraverat[n.7], ad predicacionem pulsaretur, confracta est, que postea in vigilia sancti Udalrici sub Theoderico abbate de Bruheym per magistrum Theodericum dictum Ihoniz est refusa[9]. Eodem anno

Iul. 3. facta est magna discordia inter dominum Albertum episcopum Herbipolensem civesque ibidem. Nam episcopus cum adiutorio canonicorum ceterorumque amicorum suorum civi-

(Iul. 8). tatem Herbipolensem tribus septimanis obsedit, vineas secuit, civibus multa mala intulit. Cives vero econtra omnes curias canonicorum in Hauge cremaverunt, se quoque viriliter

(Iul. 25). defenderunt. Tandem pace facta cum infinita pecunia, quam cives episcopo pro reparacione curiarum combustarum donaverunt, quivis ad propria est reversus. Eodem anno dominus Heinricus Slune de Aldinguttern cum servo suo in castro dicto zu[o] dem Aldin-

Iul. 10. steyne uno ictu tonitrui est interemptus circa diem VII fratrum, ut dicitur. Eodem anno cives Erphordenses, Molhusenses, Northusenses ex rogatu domini Heinrici de Honsteyn, advocati Karoli regis Romanorum, perrexerunt ad castrum dictum Elstirberg, distans ab Erphordia XIII miliaria, quod statim ceperunt atque destruxerunt, XII[p] raptores ibidem decollari permiserunt. Tandem advenerunt Bohemi, servi scilicet regis, opidum dictum

*f. 232. Novum-forum cum ecclesia igne cremaverunt, castrum eciam igne crematum destruxerunt. Curias vero munitas plus quam LX incenderunt et perire fecerunt. Multa mala heu! pauperibus hominibus villanis per rapinas et incendia intulerunt. Eodem anno in autumno pestilencia epydimialis iterum in Erphordia regnare incepit, ita ut in aliquibus hospiciis

a) *sic V. N*; corisando 1. b) *sic* 1. *N*; Gota *V*. c) Henneberg 2a. b. *V*. d) *h. l. desinunt* 2a. b. e) *om.* 1. f) et dom. *V*. g) *sic V*; gerlstum 1. h) plurima *V*. i) *sic V*; gerlatus 1. k) ante *V*. l) in E. *eadem manu, sed alio atram. superscr.* 1. m) *sic* 1. *N*. n) dum *iterum add.* 1, *om. h. l. N*. o) *sic N*; scu 1. p) duodecimque *V*; et duod. *N*.

1) Cf. supra p. 355, n. *. 2) Hoc loco nota diei omissa est, quam habet Cont. Thur. p. 319: *an sente Nycolaus tage* (Dec. 6). 3) *Die sancti Vincentii* (Ian. 22), ut habet Cont. II. (et ex ea Eng. l. II. Rothe c. 692, p. 599). Cont. Thur. p. 319: *an sente Vincencius abinde* (Ian. 21), quod auctor eius scripsisse videtur, cum in continuatione deperdita, ut in Cont. II, ignis nocte S. Vincentii (Ian. 21/2) exortus fuisse diceretur. 4) Iutta. 5) Albertum. Cf. adnotata ad Cont. II, ubi haec ad a. 1351. 6) Potius ante plus septem annos, a. 1346. Apr. 7. videlicet. 7) Cf. supra a. 1246, p. 396. 8) Inscriptionem eius editam a R. Bückner vide in 'Mitt. d. V. f. die Gesch. u. Alt. v. Erfurt' XI, p. 154.

per mensem VII vel VIII vel amplius morerentur. Requiescant in pace! Eodem anno Iudei Erphordiam circa festum sancti Martini pauci numero, videlicet duo hospites cum uxoribus et pueris, reversi sunt atque per consules defensi mansionem ibidem receperunt. 1354. Nov. 11.

Anno Domini MCCCLV. circa festum palmarum inundaciones multe et magne in terra Missenensi facte sunt non sine damno plurimorum, in Thuringia vero magna instabilitas aure in Aprili et Maio facta est, ita ut multi agri inseminati permanerent usque ad tempus indeterminatum. 1355. Mart. 29.

ADDITAMENTUM

cod. E[1].

f. 187. Cr. S. Petri a. 1274. Anno M°CCC°XL° illustris[2] ac venerabilis Hassie lantgravia obiit in mense Iunio[a] ac in Marpurg tumulata iuxta sepulchrum beate Elizabeth. Hec fuit soror domini Alberti ducis de Brunswig.

Anno[b] M°CCC°XLI° obsessum est castrum et opidum dictum Nebere[c,3] per inclitum[d] Fredericum marchionem de Misna, per[e] alios comites[f], barones et nobiles et civitatenses Thuringie, et ipsum opidum penitus exustum[g] per ignea[h] iacula, et plures homines ibidem cremati. Castrumque[i] est traditum, et data salva vita[k] hominum super eo existencium[4]. 1341.

M° trecenteno ter X anno quoque seno[5] 1335. (Oct. 29).
Plantas cum domibus subvertit vi sua ventus[l].

*Anno milleno tria C quadraginta secundo *f. 187: 1342. (Iul. 21).
Torrens excrevit, pontes domosque delevit.

Cr. Mant. a. 841. Anno M°CCC°XLI° defuncto Gregorius[m] papa huius nominis quartus[m], Sergius papa centesimus quintus ordinatur et sedit annis tribus. Iste vocabatur Os-porci[n]. Unde ab isto usque adhuc semper mutatur nomen pape. Nota: cum quis ordinatur in papam, nomen, quod sibi collatum erat in baptismo, in aliud mutatur pluribus et rationabilibus de causis[6].

Anno M°CCC°XLVIII° in die conversionis sancti Pauli fuit terremotus magnus[7]. 1348. Ian. 25.

Cr. S. Petri a. 1249. Anno[o] M°CCC°XLIX° dominicum corpus furto sublatum [est P] in Erfordia[p] in parrochia[r] Sancti Martini et in cuiusdam canonici curia reconditum, pro quo inveniendo omnis clerus processionem egit in Monte[s] Sancti Petri; sed furto a fure prodito et loco, omnis clerus civitatis dominicum corpus per IIII^or^ menses reconditum, episcopo Cristanno[t] presente, in ecclesiam sancte Marie honorifice deportavit[8].

ib. 1256. Anno M°CC°LVI° rex Wilhelmus in Friesam veniens ibidem occiditur[9].

ib. 1241. Anno M°XLI° obiit lantgravius Hassie, filius sancte Elizabeth, in castro Cruczeburg, sepultus in Reynersborn[9].

*f. 188. 1263. (Oct. 27). Anno[10] M°CC°LXIII° illustres *principes dominus Albertus Thur[ingie] lantgravius et Thed[ericus] marchio de Landisberg fratres cum duce de Brunswig[11] et comite de Anhalt[12] conflictum apud castrum Within[u] habuerunt, et obtenta victoria prefati duces[13] et comites et omnes ipsorum milites capti sunt, nec conflictus huic equalis — quam viriliter ex utraque parte se defenderunt — antea est auditus[v].

a) an *add., sed del. E.* b) *haec — l. 15. habet M locis ex Cont. II. sumptis inserta; etiam in L III hic locus repetitus est brevialus.* c) opp. Nebera (*om.* dictum) *M.* d) *om. M.* e) march. Misniae et *M.* f) com. — ipsum *om. M.* g) est *add. M.* h) *sic M. L III*; ex. pignea *h. l. et infra f.* 188′. *E.* i) Castrum *M.* k) salus vitae *M.* l) *hos duos versus habet M locis ex Cont. II. sumptis insertos post a.* 1332, *L III ad a.* 1331, *cum corrupta lectione* quoque uno, *ubi et sequentes duo versus ad a.* 1342. m) *sic E.* n) parti *E.* o) *haec habet etiam M sub a.* 1349, *locis ex Cont. II. sumptis inserto.* p) *sic M*; *om. E.* q) erford *E*; est Erphordiae *M.* r) porrochia *E.* s) *sic E. M.* t) Christiano *M.* u) Witkin (?) *E.* v) *iam Cont. II. infra edita sequitur in E.*

1) Haec post p. 457, l. 22. in E sequuntur. 2) Vide supra p. 410. Haec in E sub a. 1274. omissa sunt. Ioh. Rothe c. 667, p. 573. haec ex archetypo codicis E exscripsit. 3) Nebra ad fl. Unstrut. 4) Haec repetita sunt in Cont. II, infra p. 466, ex integra continuatione deperdita et recepta in Cont. III, supra p. 460. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 471 sq. 5) Legas *quino*. Vide supra p. 455, n. 3, 457, infra p. 466. 6) Quarum una in Cron. Minore SS. XXIV, p. 183. adnotata est. 7) Haec notitia in Cont. II. huius codicis f. 192, infra p. 469. recurrit. 8) Haec in E supra sub a. 1249. omissa sunt. 9) Haec etiam in E supra omissa sunt. 10) Haec relatio pugnae Wettinensis proxime accedit ad eam Sifridi de Balhusin c. 213, SS. XXV, p. 706, ex parte ex Cron. Minore sumptam. 11) Alberto I. 12) Heinrico II. 13) Unus dux affuit.

CONTINUATIO II.

Codd. E. (M).

Cr. S. Petri. 1335. Oct. 29. Anno M°CCC°XXXV°[a] dominica die post[b] omnium sanctorum fuit magnus ventus, et corruit turris Sancti Petri Erfordie[c], in qua pendent[c*] minores[a] campane, cum aliquibus campanis[d].

1336. cf. Cont. Thur. (Iul. 12—24). Anno M°CCC°XXXVI° exorta[e] est discordia inter Fredericum marchionem[e*] et cives Erfordenses, de qua magna turbacio[f] et multe rapine et incendia in Thuringia exorta sunt. Tandem marchio civitatem Erfordie[g] obsedit duabus ebdomadis et ultra[3] cum adiutorio fere omnium dominorum et civitatum Thuringie, exceptis dominis de Blanckenhain et dominis de Kranichfelt[4], qui iuverunt civibus[h] Erfordensibus; postea non sine morte plurimorum ad propria remeavit[5].

1338. cf. ib. Anno M°CCC°XXXVII°[6] fuit tanta multitudo locustarum in Franckonia et precipue in civitate Herpipolensi, ut, dum volarent per civitatem[i], terra non posset videri pre umbra
f. 188. ab eis transeunte; et ad[k] agros, per quos advenerant, horum [devorabant totam substanciam, similiter et vineta. Fontesque omnes tecti sunt ibidem, ne stercora[l] earum illos inficerent[7]. Eodem[m] anno factum est lapideum patibulum Erfordie.

1341. cf. Add. E zu Cont. III. Anno[b] M°CCC°XLI° obsessum [est°] opidum et castrum Nebere per Fredericum marchionem et dominos et civitates Thuringie, et opidum penitus exustum per ignea[p] iacula, et castrum captum, et data salva vita hominum in ipso existencium[q].

1342. Anno M°CCC°XLII° orta est discordia inter Fredericum marchionem et Guntherum comitem de Swarczborg, civibus Erfordensibus astantibus marchioni, comite[q] vero[r] Henrico astante[q] comiti Günthero de Swarczburg; ex quo multa incendia et rapine in Thuringia perpetrata[s] sunt; et sic opidum Arnstete[t] obsessum est per marchionem Fredericum[r]
cf. Cont. III. et cives Erfordenses et alios adiutores eorum, sed[u] nichil dignum[v] egerunt. Tandem per-
Oct. 27. venerunt ad pugnam in vigilia appostolorum Symonis et Iude prope villam Eginstete[w.8], ubi magna strages facta est, et precipue equorum. Et nisi duo milites fuissent et nobilis quidam[9], marchio Fredericus[r] occisus vel forte captus fuisset; qui tamen[x] omnes tres[r] interfecti sunt et honorifice Erfordie apud Sanctum Petrum sepulti[10]. Ubi multi captivabantur de[r] utraque parte, [scilicet dominus[r] Henricus iunior comes de Swarczburg et multi

1338. *) *Pro his habet M:*

M tria X post octo venere cicadae[11],
[Sunt[x] etiam multae] visae per celsa locustae
Et veluti nubes umbram fecere volantes,
Oct. 19. *Quas nive mox truci[y] stravit lux altera Lucae[12].*

a) *a.* 1335. 1336. *habet etiam M, et quidem praecedit a.* 1336, *sequitur quae supra p.* 457, *l.* 7—14. 33. *de a.* 1335. *habentur, tunc haec de a.* 1335. b) *sic E. M falso pro* ante. c) erford *E.* c*) pendebant *M.* d) cum al. c. *om. M.* e) orta *M.* e*) Misniae *add. M.* f) tribulatio *M.* g) erford *E*; m. Erfordiam *M.* h) *sic E. M.* i) quod *add. E.* k) *sic E.* l) *sic L III*; stercore *E.* m) *sequentia habet M.* n) *haec in M cum Add. E supra p.* 465. *conveniunt.* o) *om. E.* p) expignea *E etiam h. l. ut supra p.* 465, *n.* h. q) comiti . . . astanti *E. M.* r) *om. M.* s) perpetratae *M.* t) Arnstat *M.* u) qui *M.* v) digni *M.* w) Egenstete *M.* x) cū (*pro* tū) *h. l. et saepissime scriptum videtur in E*; cum *M.* y) ab *M.* z) *uncis incl. supplevi; spatium vacuum rel. M, cum librarius haec legere non posset.* a) truce prostravit *Fabr.*

1) V. supra p. 455, *n.* 3. 2) Ita in Cont. III, p. 457, l. 30. 3) Sic etiam habet epist. Nicolai data a. 1336. Sept. 23, Böhmer, Acta imp. sel. p. 735, nr. 1042: *ultra quindene spacium.* Sed in continuatione hoc loco excripta extitisse apparet, quae Cont. Thur. p. 317. cum Cont. III. habet: *unde lag daror von sente Margareten abinde wan an sente Jacobus abint unde schuf nicht, biz is hinden noch berichtit wart mit großeme gelde.* Cf. supra p. 458, n. 3; Cron. Thur. Isenac. c. 22, § 4 (Pist. c. 94). 4) Epist. Nicolai l. l.: *Erfordienses neminem habuerunt pro adiutore nisi comitem de Keevernberg et dominum de Blankenhain.* 5) Omissa sunt hoc loco quae Cont. Thur. p. 317. et Cron. Thur. Isenac. c. 22, § 3 (Pist. c. 93) de nece hominum de Kranichfeld tradunt. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 479. 6) Cf. supra p. 459, n. 12. Etiam Hist. Eccard. haec ad a. 1337, sed Iob. Rothe c. 665, p. 571 sq., ad a. 1338. habet. 7) Haec magis cum Cont. III. quam cum loco ex E supra p. 465. edito conveniunt. 8) Egstedt, ab Erfordia meridiem versus situm. 9) Qui in Cont. III. et ex eodem fonte in Cron. Thur. Isenac. c. 22, § 7 (Pist. c. 96 nominati sunt. 10) Vide quae Cron. Thur. Isenac. c. 22, § 7 (Pist. c. 96) hac de re copiosa tradit; cf. 'N. Archiv' XXI, p. 476 sq. 11) Hunc versum habet etiam Theod. Engelhus, Chron. ed. Mader p. 268. 12) Cf. Ann. Francofurt., Böhmer, Fontes IV, p. 394. Versus 2—4. habet G. Fabricius, Rerum Misnicarum libri VII (Ienae 1597 fol.) p. 50, quorum primum etiam mutilum ut M (ab *Visae*) affert, unde patet eum librum quendam eius, qui in M excriptus est, simillimum habuisse, qui hos versus *secundum rythmologum Erfurdianum* se attulisse dixit et ibid. ad a. 1334. habet: *In die Lucae evangelistae (ut ait Rythmologus Erfurdianus)*

Arboribus magnam dat nix inopina ruinam.

alii et eciam[a] aliqui cives Erfordenses de melioribus tocius civitatis. Eodem[b] anno fuit tanta inundacio aquarum in Erfordia[c] in die Praxedis[d] virginis, ut nemo in runcino[e] in plateis equitare posset, et destruxit[f] longas temetas Erfordie[g] nec non pontem apud Sanctum Nicolaum[1]. 1342. cf. Cont. III. Iul. 21.

Anno M°CCC°XLIII° ante carnisprivium Erfordenses[p] de nocte irruentes in[q] castrum dictum[r] Aldinborg[s.2] et statim ceperunt, sed non destruxerunt[3], ac[b] X viventes proscriptos cum tribus mortuis abductis[t] captos[k] premiserunt, qui omnes in die cinerum Erfordie[c] decollati sunt[4]. 1343. cf. ib. Febr. 26.

Anno M°CCC°XLIIII° in vigilia sancti Thome appostoli[u] obsessum est castrum Videlnhusen[l] comitum de Orlemunde per Fredericum marchionem[m] et cives Erfordenses[n] ac alios eorum adiutores, captum[b] et penitus destructum usque ad solum, quia tanta immensitas frigoris fuit, ut usque ad muros in fossatis congellatis pergerent. Excepto[o] isto vix aut numquam cepissent. Destructio duravit usque ad epiphaniam[6]. 1344. Dec. 20. Cont. Thur. (Dec. 28). 1345. Ian. 6.

Anno M°CCC°XLV° circa mediam quadragesimam perrexerunt cives Erfordenses cum exercitu magno super comites de Swarczborg[7], et ceperunt opidum Rudolfstat[p] ibique immensam predam, suppellectilia innumerabilia ac alia bona ceperunt[q] et igne consumpserunt totam civitatem. Eodem[r] anno obsessum est castrum Heseler[8] circa Iudica[9] per predictos[s] cives Erfordenses et penitus destructum est[s]. Eodem anno circa dominicam palmarum[10] obsessum est opidum et castrum Wye per cives Erfordenses, et tota civitas igne cremata est, ac ipsum castrum captum et destructum omnino[s]. Eodem anno feria 2[a] post palmas obsessum est castrum Wilrestete[t. 11], captum et destructum in[a] 4[ta] feria[u] eiusdem ebdomade per marchionem et cives Erfordenses. Eodem anno feria 3[a] in septimana pasche destruxerunt cives[w] predicti curiam munitam in Alkersleyben[12], que fuit illius de Wiczeleyben. Eodem anno 5[ta] feria[x] post Quasimodogeniti obsessum est castrum dictum[s] Tundorf[13] per cives Erfordenses et sequenti feria 6[ta] datum est et munitum[y] per eosdem. Eodem[c] anno feria 6[ta] ante Walpurgis venerunt cives predicti cum exercitu magno ad obsidendum Arnstete, sed nichil relacione dignum egerunt, sed statim reversi sunt. Eodem anno in rogacionibus cives cum comitatu magno obsederunt[s] opidum ac[b] castellum Kale[14] et sequenti die, scilicet feria 3[a] ante ascensionem Domini, expugnaverunt predictum[c] opidum cum castro et ambo subverterunt ac[b] destruxerunt, ceperuntque tam in civitate quam in castro ultra quinquaginta[d] viros galeatos. Eodem anno feria[e] sexta post ascensionem Domini cives Erfordenses cum manu copiosa[f] obsederunt castellum Werichusen[g], quod expugnaverunt, et ibidem[b] pincernam, dominum predicti castri, ceperunt cum

Cont. Thur. (Dec. 28). Ian. 6. Mart. 6. cf. ib. cf. 189. Mart. 13. (11). Mart. 20. (18). Mart. 21. 23. Mart. 29. Apr. 7. Apr. 8. Apr. 29. Maii 2. Maii 3. cf. 190. Maii 6.

a) *om. M.* b) *haec ante praecedentia leguntur in M, ubi* Anno 1342. c) erford *E.* d) S. Braxedis *M.* e) in r. *om. M.* f) destructe *E*; destructis longis temetis *M.* g) aldenbg *Eng. I*; aldenberg *C. Eng. II*; Aldenborg *M.* h) At *M.* i) abducti *E. M.* k) *sic M*; capto p miseri *E.* l) Vindelnhusen *E*; Vedilhausen *M.* m) quod marchio, cives Erffurd et alii *etc. (ut E) M.* n) erford *E.* o) Exc. — repissent *om. M.* p) Rudolstet *M.* q) rereperunt et igni *M.* r) E. a. *om. M semper.* s) onimino *E.* t) Willerstete *M. C*; Willerstet *Eng. I. Rothe*; Wilrestede *Eng. II*; *cf. supra* p. 461, n. n. u) f. quarta *M.* v) septis *E.* w) pr. c. Erffurdenses *M.* x) *V.* quinta *M.* y) *sic M*; munitos *E.* z) Eod. — reversi sunt *om. M.* a) obsiderunt *E.* b) et *M.* c) *om. M.* d) *sic M*; quinquagintos *E*; *I. Eng. I. II.* e) f. a. *ex M-suppl.*; *om. E.* f) cum magna copia *M.* g) *sic M*; [Wich *del.*] Werichuß *E*; Werkhusen *C*; *cf. supra* p. 461, n. p. h) et ib. *om. M.*

1) Reliqua quoque, quae Cont. III. de hac inundatione habet, ex fonte huius Continuationis sumpta esse probatur Cont. Thur. p. 317, quae eadem et plura habet. 2) Alteburg in saltu Thuringico olim situm inter rivos Alte Gera et Wilde Gera prope Dörrberg et Arlesberg, cuius parva rudera supersunt. 3) Cf. cartam burggraviorum de Aldenberge datam a. 1344. Iul. 30, Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' II, p. 200 sq., nr. 248. 4) Nescio an ea quae Cron. Thur. Isenac. c. 22, § 8 (Pist. c. 97) habet de pugna Mulhusensium ex integra Cont. II. sumpta sint. 5) *die Innocentum*, quod ex fonte hoc loco exscripto desumpsit Cont. Thuring., 'D. Chr.' II, p. 317 *(an der kindelin tage)*, hunc auctorem omisisse apparet. 6) Ideo a. 1345. castrum hoc captum dicitur in versibus Variloqui, Menckе II, c. 505. 7) Heinricum XI. et Guntherum XVI. et Guntherum XIX. Ex sequentibus perpauca excerpta sunt in Cont. III. (falso ad a. 1344), plura ex eodem fonte sumpta habet Cont. Thuring. p. 318. 8) Burg-Hessler (Kr. Eckartsberga). 9) Cont. Thur. p. 318: *an deme fritage noch mittevasten* (= Mart. 11), quod ex eodem fonte sumptum, hoc loco mutatum est. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 456, n. 1. 10) Ibid.: *an deme fritage vor palmen* (= Mart. 18) iterum mutatum. 11) Willerstedt (AG. Buttstädt, duc. Weimar.). Cf. Ann. Vetero-Cell. ed. Opel p. 221. 12) Alkersleben ad rivum Wipfra et Witzleben (A. Arnstadt, princ. Sondershusani). 13) Schloss Tonndorf prope Tonndorf villam (duc. Weimar., prope Berka et Tannroda). Cf. cartas p. 468, n. 7. inudatas. 14) Kahla ad fl. Saale (duc. Altenburg.); cf. cartam de pace datam a. 1345. Iul. 28, Riedel, Codex dipl. Brand. B VI, p. 74, nr. 2293.

1345. Maii 9. aliis quatuor viris galeatis. Sequenti feria 2[a] comes de Arnstete[1] cum comitatu suo predictum castrum[b] tempore nocturno cepit et penitus destruxit et XX[ti] viros galeatos[c] Iun. 5. captos in castrum Dornburg[2] secum duxit. Eodem anno[d] dominica 3[a] post penthecosten perrexerunt cives Erfordenses cum magna multitudine virorum galeatorum ad castrum Scharffenberg[3], quod eratcomitis de Hennenberg[4], qui tunc temporis erat coadiutor comi- Iun. 11. tis de Swarczburg, et[e] nichil rationalis[f] egerunt, sabatho proximo[g] abscesserunt. Eodem[h] cf. Cont. III. Maii 18). anno sepultus est comes de Glichen senior nomine Henricus[i.5] in Monte Sancti Petri Erfordie, qui obiit in Terra Sancta[6], ossaque eius erant Erfordie delata. Eodem anno feria 3[a] post Apr. 19. lubilate perrexit marchio cum comitatu suo magno et civibus Erfordensibus ac civitatibus *cf. 190. pluribus et obsedit castrum Dorinburg[2] quinque ebdomadis, et nichil realis ibi egerunt, Iul. 27. et discesserunt. Postea feria 4[a] post Iacobi facta est conposicio cum marchione et comite cf. ib. de Swarczburg[7]. Eodem anno depictus est ambitus Sancti Petri Erfordie cum illa laudabili, nova, bona pictura[8].

1346. Iul. 23. Anno M°CCC°XLVI°[k] in die Appollinaris martyris[l] obsessum est castrum dictum cf. ib. Erichsberg[m] uf dem Harcze per comitem de Honsteyn[9], cives Erfordenses et Molhusenses Aug. 2/3. ac alias civitates, quod destructum est et eversum[n] in die Sthepphani martyris[o.10]. Captusque est dominus[f] Henricus[o.11] de Stalberg, dominus predicti castri, ac decollatus cum alio nobili de Werterde nomine Frederico[p.12]; reliqui vero numero quindecim ibidem capti sus- Aug. 10 (14). pensi sunt[f] in patibulo. Eodem anno[q] circa Laurencii[13] obsessum est castrum et opidum Aug. 16. Salcza per marchionem Fredericum cum exercitu suo tantum. Et[r] feria 4[ta] post assumpcionem beate virginis Marie desolata, incensa ac turbata est civitas predicta per missilia et incendia. Ibi perierunt igne tam nobilium civitatem defensare volencium[s] quam civium numero XVIII[ti] sexagena hominum[s] et XVIII homines, quorum[t] anime requiescant[u] in — — pace[14]! Eodem anno[q] cives Erfordenses destruxerunt curiam Grisheim[15] cum aliis[16] *cf. 191. curiis[f] munitis. Eodem anno[q] factum[v] est Erfordie in parrochia Sancti Iohannis quoddam monstrum mirabile, quod[x] oculis meis vidi, ac maxime obstupui. Nam vacca[y] quedam parturit vitulum VII habens[z] pedes, ac[a] brevi sub tempore subsecuta sunt tria[z] mala, antea vero inaudita: nam Iudei Erfordie occisi ac cremati sunt, plurimorum flagelli-

a) post dominicam ascensionis *add. M.* b) Werichhusen *add. M.* c) galeato capto *E, ubi saepissime* g = os *scriptum.* d) Anno 1345. *iterum M.* e) sed *M.* f) *om. M.* g) *sic M*; proxima *E.* h) *sequentia h. a. om. M.* i) *sic* (henry) *E*; Heynrich *Rothe; falso ex* H. k) *sic M, ubi sequentia leguntur post l.* 27; M°CCC°XLIII° *E.* l) in Iunio *add. M.* m) [eckrsberg *del.*] erichsb'g *E*; Erichberg *M*; Erichsberg *Eng. I.* n) et ev. *om. M.* o) papae *M.* o*) comes *add. M.* p) o. Fr. *om. M.* q) Anno 1346. *M.* r) *sic M. L III*; in *E.* s) civ. defendentium *M.* t) *sic E. M. Rothe, sed legendum videtur* XVI *cum Cont. III. et Cron. Thur. Isenac., corruptum ex sequente* XVIII. u) hoem *E.* v) q. — pace *om. M.* w) requieścūt *E.* x) natum *M.* y) q. — obstupui *om. M.* z) facce *E.* a) *sic E. M.* b) *sequentia* — p. 469, *l.* 19. *om. M.* c) *sic Eng. I. II*; tam (?) *E.*

1) Guntherus XIX. de Schwarzburg, qui postea fuit rex electus. 2) Dornburg ad fl. Saale (duc. Weimar). 3) Cuius rudera exstant in monte Scharfenberg prope villam Thal (duc. Gothani) ad rivum Erbstrom. Cf. Rein in 'Zeitschr. f. Thür. Gesch.' VI, p. 287 sqq. 4) Heinrici VIII. 5) *Hermannus* potius, ut Cont. III. habet. Cf. v. Tettau in 'Mitt. d. V. f. d. G. d. St. Erfurt' III, p. 99 sq.; Werneburg, ib. VI, p. 57 sq. 6) Norinbergae potius, ut habet Cont. III. 7) Cf. cartas de hac pace datas Iul. 26. 28; Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' II, p. 207, nr. 253; Riedel, Codex dipl. Brand. B VI, p. 74 sqq., nr. 2293, quibus patet ante castrum Dornburg iam die 26. pacem ictam esse. 8) Nic. de Siegen ed. Wegele p. 387: *cum veteri testamento, scilicet Genesi, per magistrum ac pictorem in hac arte magistralem;* cf. ibid. p. 386. 9) Heinricum, dominum de Sondershausen, et Dithe-rum comitem. Vide cartam Heinrici comitis de Stolberg a. 1346. Aug. 1, Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' II, p. 215 sq., nr. 263, ubi et alii dicuntur, qui huic obsidioni interfuerunt. 10) Aut die inventionis Stephani martyris (Aug. 3) aut die Stephani papae (Aug. 2). Iam in carta n. 9. laudata, data Aug. 1, hoc castrum destructum esse dicitur. Sed etiam Rothe c. 680, p. 587. ex hac Cont. (falso loco) habet: *an sente Steffans tage des heiligen merterers.* 11) Hermannus dicitur in Cont. III. (unde Varil.) et in Cron. Thur. Isenac. c. 22, § 9 (Pist. c. 99); unde Ioh. Rothe c. 680, p. 587), sed *Henrich* in Cont. Thur. p. 318. ut in E. M. In Regest. Stolberg. ed. Mülverstedt nullum Hermannum comitem de Stolberg hoc tempore inveni. Cf. ibid. p. 107, nr. 307. cartam datam a. 1320. Iul. 1, qua Heinricus comes de Stolberg castrum Erichsberg emit. 12) Hic Heinricus dicitur in Cont. III. (unde Varil.) et in Cron. Thur. Isenac. l. l. (unde Rothe), sed Eng. I: *Frederico.* 13) Ut supra p. 467, n. 5. 9. 10. nota diei (Aug. 14), quam Cont. III. ex eodem fonte exscriptam habet, hoc loco mutata est. 14) Fabricius, Rerum Misn. libri VII p. 51. ad a. 1346. hac de re habet versus:

Post M post tria C post XL bis tribus aucta ...
Sensit Salsa ignem et Misnensis principis ensem.
Inclita Mathildis moritur, quae principis uxor.

15) Griesheim ad fl. Ilm prope Stadt Ilm (princ. Rudolstat). 16) *quatuor*, ut Cont. III. habet.

ferorum[a] per universas regiones prodicio[b] ac pestilencie ephidimialis fere omnium hominum invasio. Non quod iste vitulus fuerit causa[c] eorundem, sed quod insolitum fuit, et sic hec tria.

Anno M°CCC°XLVII° venit ad Lodewicum imperatorem ducissa de Austria[1], que beni- 1347. cf. Cont. III et Thur. Oct. 9.
vole ab eo est suscepta. Tandem in die beati Dionisii, cum ipsa recedere vellet, habens duas lagenas similes, ut dicitur, unam plenam vino, reliquam vero veneno, imperatori[d] prebens pro amore sancti Iohannis; qui cum bibisset, ipsa cante[e] lageniam cum veneno ab imperatore[d] accipiens, ponens circa se ad currum, in quo vehebatur, sumens lagenam cum vino bibit et recessit. Tandem imperator Lodewicus senciens se venenum sumpsisse, sperans evadere, resedit equo, convocans venatores ad venacionem se transtulit. Cumque (Oct. 11).
sic diu in venacione laborasset, tandem invaserunt quendam ursum, quem venatores gratanter persequebantur, reliquerunt[f] imperatorem quasi solum pre nimia dilectione ursi. Imperator vero per venenum antea sumptum gravatus exspiravit in equo, ita ut exanimis cf. 191. equitaret. Postea corruit de equo ad solum, et sic venerunt[g] milites et ministri sui, invenerunt imperatorem mortuum, et tunc[h] *vox in ramis*[2] *audita est, ploratus et ullulatus.* Porro Matth. 2, 18.
cum magno luctu nobilium ac civium sive amicorum[i] suorum sepultus est in civitate sua que dicitur Monachis. Eodem anno proxima dominica post festum sancti Egidii per- Sept. 2. cf. Cont. Thur.
rexerunt cives Erfordenses cum exercitu magno ad curiam dictam Golis et eam penitus subverterunt. Eodem anno[k] quinta feria post nativitatem beate virginis[l] cives Erfor- Sept. 13.
denses tulerunt magnum gregem boum et pecudum de Stusforte[m.3] villa ex parte Th[oderici] dicti Gecze, cui inimicabantur. Eodem anno venit quidam in Marchiam cf. ib.
dicens se esse marchionem Woldemarum, qui dudum ante XXX[a] annos mortuus fuerat. Qui quidem omnia . . . .[n] ac facta quondam a predicto marchione patrata retulit, tam de nobilibus quam de amicis occulta et manifesta, quod in veritate se ita haberet, propalavit. Hic inpugnavit cum adiutorio quorundam dominorum Saxonie, videlicet ducis Saxonie[4], episcopi Magdeburgensis[5] et aliorum plurimorum protectione, cum magno[o] exercitu marchionem de Brandenburg[6], filium Ludewici quondam[p] imperatoris, et eum strennue persequebatur, dicens se[q] velle rehabere suam hereditatem ac possessionem, videlicet Marchiam cf. 192.
olim nomine patrimonii ad ipsum devolutam; et sic in Marchia plus quam VIII annis maxima turbacio et gwerra[r] consecuta[s] est[7].

1348.
Anno M°CCC°XLVIII° in die purificacionis beate virginis factum est prelium inter Febr. 2. cf. Cont. III.
cruce signatos et Tartaros[t.8], in quo videlicet[u] prelio plusquam quatuordecim milia Tartarorum[v] gladio consumpti sunt, et a[w] crucesignatis Deo disponente tantum quadringenti[x] occisi sunt. Et in eodem prelio occisus est princeps Ruscie[y] et frater regis Tartarorum[z.9]. Ian. 25. Add. K. cf. Cont. Thur. (Oct. 7).
Eodem anno conversione sancti Pauli fuit terre motus magnus Erfordie[10]. Eodem anno[a] datum est castrum Cappelndorf[11] civibus Erfordensibus per dominum episcopum dictum[b] Hundolfum[12], et valde melioratum est per[c] cives predictos per muros et fossata et nova turri et aliis multis edificiis. Eodem anno[d] facta est nova valva ante valvam cerdonum.

a) flagelli feio *E.* b) *sic infra a.* 1349, *p.* 470, *l.* 23; perdicio *h. l. E.* c) ū (*pro* cā) *E.* d) imperat; *E.* e) tante *E.* f) reliquerunt *K.* g) etc. Venerunt *E.* h) cē *E* i) sicu *E.* k) Anno 1347. *M.* l) p. nativitatis Mariae *M.* m) stufforte *Eng. I*; stuffórte *E*; v. Stuffurte *M, ubi sequentia — l.* 35. *om.* n) *vox quaedam excidit in E.* o) magnu *E.* p) qdam *E.* q) se ~ || (*f.* 192) cā *E.* r) gewerra *E.* s) *emendavi*; exsecuta *E.* t) *sic L III et Rothe cum Cont. III*; torcos *E.* u) iō *E.* v) *sic L III cum Cont. III*; torcorum *E.* w) de *L III.* x) quadraginta *L III*; 400 *Rothe.* y) rufcie *E.* z) *sic emendavi ex textu Iohannis Rothe*: des koniges von Tartarien brudir; frater eius rex Torcorum *E*; et imperator Tartarorum *L III.* a) Anno 1348. *M.* b) *om. M.* c) per — edificiis *om. M.* d) Anno 1348. *M.*

1) Iohanna uxor Alberti II. ducis. 2) Sic auctor sciens scripsisse videtur pro *Rama* evangelistae, cum imperator mortuus in silva inventus sit. 3) Strausfurt ab Erfordia septentrionem versus situm ad fl. Unstrut. 4) Rudolfi I. 5) Ottonis de Hassia. 6) Ludewicum. 7) Nota haec *(et sic — est)* in Cont. Thur. p. 318. non legi. 8) Lithuanos potius, qui a militibus ordinis Teutonici et cruce signatis ad fluvium Strowa victi sunt. Cf. J. Voigt, 'Gesch. Preussens' V, p. 60 sqq. 9) Narmant frater Algardi (Olgierd) magni principis Lithuaniae; cf. Hermann. de Wartenberge, SS. rerum Pruss. II, p. 76; Math. Nuwenburg. ed. Weiland, l. l. XXXVII, p. 50, c. 85. 10) *Erfordie* is qui haec excerpta scripsit male addidit; v. supra p. 462. 465. 11) Kapellendorf (A. Weimar). 12) Vide cartas datas a. 1348. Oct. 7. 11. Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' II, p. 240 sqq., nr. 295. 296. Qui in his cartis vocatur Heinricus episcopus ecclesiae Constantiensis (in insula Cypro sitae, chorepiscopus), sed nomen Hundolfi, quod etiam habent Ioh. Rothe c. 685, p. 591. et mutilum Cont. Thur. p. 318, gentis est. Cf. Necrol. S. Mariae Erford., 'Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrheins' IV, p. 254: Ian. 16: *Henrici quondam dicti Hundolf.*

1348. Eodem[a] anno fuit magna pestilencia in partibus transmarinis, videlicet in Gallia, Grecia, Francia et in provinciis paganorum ac circa Veneciam, adeo quod tota cristianitas ac alie naciones interierunt ratione foncium et aquarum infectarum veneno, ut dicitur.

1349. Anno M°CCC°XLIX° Guntherus comes de Swarczborg, electus in regem, absque con-
Iun. 15. firmacione intoxicatus obiit circa Viti et sepultus est[b] in Frankinfort. [*]Eodem anno
*f. 192. circa festum beate Elizabeth[1] obiit inclitus ac illustris princeps Fredericus marchio Mis-
Nov. 19. cf. Cont. III. nensis[c]. Eodem anno[d] infra festum purificacionis beate virginis[e] et carnisprivium Iudei
Febr. 2 25. occisi sunt in omnibus opidis, castellis et villis in Thuringia, scilicet in Gotha, Isenaco, Arnstete, Ilmene, Neber[f], Wye, Tenstete, Herbisleyben, Tummesbruckin, Franckinhusen, Wissense, quia[g] infecerunt[h] fontes et puteos veneno, ut[i] tunc manifeste dicebatur, quod multi sacci veneno pleni in fontibus et puteis reperirentur[k]. Eodem anno[l] in die sancti
Mart. 21. Benedicti, qui tunc fuit sabatho ante dominicam[m] Letare, Iudei interfecti sunt Erfordie per communitatem civium, invitis consulibus, centum et ultra[2]. Alii vero plus quam tria milia, cum viderent se manus incircumcisorum[n] non posse evadere, se ipsos in propriis
Mart. 24. domibus cremaverunt. Post triduum[m] in curribus oneratis ducti sunt in cimiterium eorum ante valvam Sancti Mauricii[o].

1350. Anno[p] M°CCC°L°, anno iubileo concursus magnus versus Romam factus est, ita ut
cf. Cont. III nemo viveret, qui recordaretur de tanto concursu ad limina sanctorum Petri et Pauli. Quibus contritis et confessis et ibidem XV diebus existentibus papa Clemens VI[us][q] donavit remissionem omnium peccatorum et idem confirmavit fieri omni anno centesimo et quinquagesimo.

1349. Precedenti vero anno plurimorum mille milium, innumerabilium nequam flagellatorum
cf. ib. [*]f. 193. prodicio [*]in Thuringia, ita ut in pratis circa Elbrechtisgehoven[r][3] prope Erfordiam[4] sepe[s] tria milia vel amplius viderentur et in dedicacione Gunstete[5] VI[c] milia vel ultra, et in omnibus civitatibus et[t] opidis et villis Thuringie, excepta[u] sola Erfordia, quia ibi apparuit discrecio consulum non permittentium[v] ipsos intrare. Et hii[w] flagellatores multa mala iniecerunt clero per[x] eorum[m] predicacionem et inobedienciam. Nisi divina misericordia protexisset clerum, forsan[y] cum eorum consilio interfectus vel lapidatus fuisset. Modus talis eorum[z] fuit: Habuerunt pileos cum rubeis crucibus in capite, ut vix possent videre, et erant nudi de scapulis usque ad culum. Alia pars usque ad plantam erat tecta cum lintheamine et zona cincta. Et portabant flagella cum aculeis ferreis, quibus se percuciebant, cantando maxime et ad terram se prosternendo[6]:

Tret herczu wer bußen wólle[a],
Luczeber ist ein bósse[a] *geselle.*

1349. Eodem anno positus est primus lapis novi chori Sancte Marie Erfordie, scilicet 4. feria[b]
Apr. 15. cf. ib. in septimana pasche[7].

[*]) *M addit versus*[c]: *Pestis regnavit, plebis quoque millia stravit.*
Insolitus populus flagellat se seminudus.

a) *sequentia — l. 7. om. M.* b) *sic L III; om. E.* c) Fr. marchionenſ *E.* d) Anno 1349. *M.* e) Mariae *M.* f) Nebere *M.* g) q; (que) *E*; quod *M.* h) inficisseat *M.* i) ut — veneno *supplevi ex M et Cont. III, quae scribe in E omisit oculo aberrante a priore* veneno *ad inferna; fort. ex Cont. III. etiam* et toxico *supplendum est.* k) *sic Cont. III*; reperierunt *E. M.* l) Anno 1349. *M.* m) *om. M.* n) i cisorꝝ *E*; incisorum *M.* o) *haec om. M — l. 24.* p) VI° *E.* q) Elbrechtisgehaven *E.* r) *sic Cont. III*; se *E.* s) Anno 1348. sex m. v. u. flagellatorum erant in civit. *M, ubi haec ante l. 7. leguntur.* t) *sic M*; excepti *E.* u) permittentꝫ *E*; qui non permittebant eos *M.* v) Et hii *om. M* w) p (pro) *E.* x) forsitan *M.* y) f. e. *M.* z) wolle *E. M. Rothe.* a) Luczeber waser *E*; Lucifer war ihr *M*; Lucifer ist eyn bolle *Rothe*; *corr. ex hoc et Cont. III.* b) f. quarta *M.*

1) Etiam hoc loco nota diei *(in nocte b. El.)* in Cont. III. melius servata est. 2) Vide conscriptionem quaestionis huius caedis, Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' II, p. 252 sqq., nr. 314. 3) Ilversgehofen septentrionem versus a civitate situm. 4) Quod Ioh. Rothe c. 689, p. 596. addit: *do ablas zu Erfforte nöch phyngisten zu unser lieben frawen was*, commentus esse videtur, cum hoc voci *saepe* repugnet. 5) Günstaedt (Kr. Weissensee). 6) Eandem strophan pleniorem referunt Chron. Limburg., 'D. Chr.' IV, p. 32; 'Magdeb. Schöppenchr.' p. 205, multique alii similes versus afferunt. 7) *penthecostes* Cont. III, ubi haec ad a. 1350. habentur. Utrumque falsum videtur. Nam ad introitum cryptae S. Mariae hucusque haec inscriptio legitur: *Incepta est hec structura huius chori anno Domini MCCCXLIX. annunciacionis Marie th[eotoce]* (vide R. Böckner in 'Mitteil. d. V. f. die Gesch. von Erfurt' VI, p. 133). A. 1349. fuit Mart. 25. quarta feria septimanae post dominicam Laetare, quae vocatur *mediana*. (A. 1350. Mart. 25. fuit coena Domini, quarta feria paschae fuit Mart. 31). Annum et diem inscriptionis igitur veros esse puto. Sed Ioh. Rothe c. 692, p. 599. habet at E. M.: *in der ostirwochin*. 8) Eosdem quinque versus habet Fabricius, Rerum Misn. libri VII p. 51. ad a. 1349.

Eodem anno[a] facti sunt gradus in Monte Sancti Petri Erfordie[b.1]. Eodem anno[a] quidam[c] bechardus nomine Constantinus Erfordie pro heresi est conprehensus, datis sibi induciis VIII septimanarum, ut si esset ex litargia aut frenesi vel[d] aliqua alia[b] speciali debilitate cerebri[e], quia bonus scriptor fuerat, ipse respondit se nullum defectum pati et esse filium Dei et post obitum suum die tercia resurrecturum. Interim, dum[f] esset in captivitate, sepe ductus est ad presenciam virorum peritorum in theologia. Ipse dixit, quod essent diaboli, et omnis eorum sciencia esset truffa, et dixit Lucam et sanctum[g] Marcum duos dyabolos[h] fuisse. In dicta tantum[b] sancti Mathei et sancti[b] Iohannis parum credidit et multos alios articulos fidei negavit. Tandem in inventione sancti Stephani Erfordie ante gradus beate virginis[i] sentencialiter conbustus ac crematus est. 1350. cf. Cont. III. cf. 793. Aug. 3.

Anno eodem[k] pestilencia grandis epidimialis[b] in Thuringia[l] exorta est et fere in tota Almania et precipue[m] in Erfordia, adeo ut decima pars vel amplius hominum[n] morerentur[o], quia morbus contagiosus[p] erat. Porro cives cum consilio phisicorum inhibuerunt, ut nemo amplius inibi sepeliri deberet. Tanta erat multitudo sepulchrorum in cimiteriis ubique, ut duo vel tres ad unum sepulchrum ponerentur. Deinde[q] facta sunt XI fossata in cimiterio ville Nusessen[r.2] prope Erfordiam, ad que deducta[r] sunt XII milia corpora hominum[s] in bigis et curribus, qui continue de festo sancti Iacobi usque ad purificacionem[t] numero III vel IIII vehebantur. Exceptis hiis multi alii sepulti sunt in civitate[u] occulte et in villis ubique circumiacentibus[*]. cf. ib. Iul. 25. 1351. Febr. 2.

Anno M°CCC°LI° in vigilia sancti Laurencii de nocte incendium magnum apud Sanctum Laurencium in Erfordia[v] exortum[w] non modicam partem edificiorum concremavit.[**] Aug. 9/10. cf. ib. et Cont. Thur.

Eodem[3] anno in die sancti Vincencii[4] de nocte simile vel maius incendium Erfordie apud valvam Kramphentor exortum plateam carnificum a parte dextra penitus[x] consumpsit. 1352. Ian. 22. *) cf. 194.

Eodem anno episcopus Nuwenburgensis[5], [cum[y]] dominas invitasset ac in magnis solaciis viveret[z], tandem agrediens[a] coream inter duarum dominarum manus in chorea exspiravit. 1351. (Dec. 27). cf. ib.

Eodem anno intoxicata est domina de Hennenberg[6] per burgravium de Norenberg[7], eius generum[8]. cf. Cont. III. 1352.

Anno M°CCC°LIII° feria 2ª[b] in septimana[b] pasche positus est primus lapis nove eclesie sancti Anthonii[9] ante valvam Sancti Augustini Erfordie[c]. Eodem anno opidum Dornburg occulto Dei iudicio magna ex parte, quasi semis, uno ictu fulminis concrematum est, et multa alia incendia fiebant, scilicet opidum Ilmena ante nemus, Slusungen[d] post nemus, Nova-civitas[e.10], Orlamunde, Vere[11] curia monachorum Cisterciensium ad Portam. Eodem[f] 1353. Mart. 25. cf. ib.

*) *M add. versus, qui in Cont. III. et Varil. leguntur:*

Contremuit tellus, populusque crematur Hebraeus.
Inclytus atque pius princeps obiit Federicus,
Fit terrae dominus Federicus filius eius.

Mille trecentis[g] *decies quinis simul annis*
Hic hominum necifex locat aer[h] *milia bis sex.*

**) *M add.*: Anno 1351. factae sunt duae novae valvae ante valvam Sancti Augustini Erphurdiae.

a) Anno 1349. *M.* b) *om. M.* c) *sic M*; quidam (quedam) *E.* — pechardus *M ut Cont. III.* d) aut *M.* e) affectus *add. M*; *ubi* quia — resurrect. *om.* f) *sic M*; Inter id *E.* g) d. sanctos L. et M. *M.* h) dyabo *E.* i) Mariae *add. M*; b. Marie virg. *L III.* k) A. 1349. (!) *M.* l) ex. est in Th. *M*, *ubi* et *f.* in t. Al. *om.* m) praesertim Erphurdiae *M.* n) *sic M*; *om. E.* o) moreretur *M*, *ubi* q. m. c. e. *om.* p) contágiosus *E.* q) Denique *M.* r) Nussesse *M.* r*) *sic M. Cont. III.* ducta *E.* s) corporum humanorum *M.* t) S. Mariae *add. M.* u) occ. in civ. *M.* v) erfordie *E*; vig. Laur. fuit Erphurdiae m. inc. ap. S. L. *M.* w) *sequentia — t. 28. om. M.* x) *sic. Eng. I. II*; poltus *E.* y) *om. E.* z) vniuerł *E.* a) egrediens *E*; *corr. ex Cont. III.* b) septiã *E.* c) *om. M, ubi sequentia* — Portam *om.* d) flusungen *E.* e) cĩtat; *E.* f) Anno 1353. *M.* g) *sic M.* h) ter *M.*

1) Nic. de Siegen p. 393: *quo ad monasterium ascenditur.* 2) Neusess olim a civitate septentrionem versus situm iam non exstat. 3) Haec Cont. III. ad a. 1352. habet, sed Cont. Thuring. p. 319. et Ioh. Rothe c. 692, p. 599. et Eng. I. II. ad a. 1351. 4) Cf. supra p. 464, n. 3. 5) Iohannes. Hoc loco omissa est nota diei, quam Cont. III. et Cont. Thur. praebent. 6) Iutta filia Hermanni marchionis Brandenburg., uxor Heinrici VIII. (XII) comitis de Henneberg. Cf. Schultes, 'Dipl. Gesch. d. gräfl. Hauses Henneberg' II, p. 57—64. 7) Albertum, qui uxorem habuit Sophiam filiam Heinrici VIII. comitis de Henneberg. 8) Haec Cont. III. ad a. 1352. recte, ut videtur, habet. Ioh. Rothe c. 694, p. 600. ad a. 1353. 9) Dicta etiam ecclesia S. Gangolfi, quod Cont. III. addidit, et Rothe c. 694, p. 600. habet solum: *sente Gangolffus kirche.* 10) Neustadt a. d. Orla. 11) Vehra ad fl. Unstrut; cf. v. Hagke, 'Urkundl. Nachrichten . . . des Kreises Weissensee' p. 687 sqq.

1353 anno facte sunt due nove valve ante valvam Sancti Andree et valvam Kramphentor.
Dec. 8. cf. Cont III. Eodem[a] anno in die concepcionis beate virginis, que tunc fuit dominica *Populus Syon*, consecrata est nova basilica sub choro beate virginis per dominum Albertum de Bichelingen episcopum eclesie Ypusensis[b,1].

APPENDIX.

I. ADDITAMENTA PISTORIANA.

Ne quid desideretur eorum quae hucusque cum partibus Cronicae S. Petri coniuncta tradebantur, hoc loco subdo ea quae Io. Pistorius ex codice suo, ab Hartmanno Schedel scripto (2[b]), edidit SS. R. Germ. I, p. 264 sq. (ed. III. curante Struvio I, p. 439 sq.), dicens ea in libro suo separatim ascripta fuisse[2]. In quibus quaedam exscripta sunt ex Cronica Thuringorum fratris ordinis Praedicatorum Isenacensis et ex Auctario Chronici Ekkehardi codicis Montis S. Petri. Alia cum Cronicis Erfordensibus, quae in Engelhusii duobus codicibus chronico eius universali subiunctae sunt, et cum appendice Libri cronicorum Erfordensis conveniunt[3]. Extremi duo loci etiam in codice Gottingensi Cronicae modernae exstant, qui a Pistorio illuc transpositi sunt. O. H.-E.

Cron. Thur. c. 4. Anno[4] 326, antequam Erphordia civitas esset, quidam rex Merevigus castrum in monte, ubi nunc monasterium sancti Petri ordinis sancti Benedicti situm est, edificavit eique nomen Merwigsburg indidit. Erat tunc villa Schildenrode nuncupata eo loco, quo nunc ecclesia sancti Andree cernitur, habitabatque in bruleto prope flumen Gera molitor quidam nomine Erpff, apud cuius molendinum transitus sive passagium extitit[5]. Dehinc circa annum Domini 438, Clodii regis Francorum tempore, Erfordia initium[6] et a prefato molitore atque transitu Erphesfordt nomen accepit.

Ekk Auct. Anno 707.[7] Dagobertus rex christianissimus construxit monasterium in Erffort, in monte, quem antiquitus vocant Merwigsburg a Mervigo[c] pagano rege Francorum, qui filius fuit Merwigi principis de Thuringia et tritavus eiusdem Dagoberti regis, deletoque paganico nomine eiusdem urbis vel montis, Sancti Petri Montem nuncupavit, ibique monachicam vitam, sicut iam pari modo in Felsenburc[d] fecerat, instituit, et destructo castro monasterium sancti Petri edificavit[8] rogatu Adeodati vel Trutmanni[9] inclusi; qui quidem tempore eiusdem regis secus ecclesiam sancti Blasii, que sita fuit iuxta predictam urbem, a Rygiberto[e] Maguntino episcopo fuerat inclusus, et omnia que habuit in Thuringia a materna hereditate sancto Petro fratribusque ibidem Deo servientibus tradidit; que postea sanctus Bonifacius martyr et episcopus abstulit, et episcopium ibidem faciens, monachis ibidem degentibus tantum dimisit, quantum sufficeret ad annonam cotidianam.

Anno 752. monasterium beate Marie in Erphesfurt per Bonifacium archiepiscopum Moguntinum constructum legitur[10].

Anno 1066. Erffordia muro est circumdata[10].

Anno 1392. incepit universitas seu studium generale Erphordie[11].

Ind. ord. Gregorius papa X. in concilio Lugdunensi destituit Bertholdum de Hennecberg de episcopatu Herbipolensi, provisione temporalium honorifice sibi facta, et decanum prefate ecclesie ibidem instituit episcopum nomine Bertholdum[f,12].

---

a) *reliqua om. M.* b) yponensis *E*; zu Iposeus *Rothe*. c) Merbigo *ed.* d) *sic ed.*; Selsenburg *Ekk. Auct.* e) Kygiberto *ed.* f) *duo carmina quae in ed. Pistorii sequuntur de incendio Erfordiae a. 1472. hoc loco omisi, cum haec in codicibus quibusdam aliis legantur.*

1) I. e. Hippus Galilaeae, chorepiscopus Erfordensis. Cf. Koch in 'Zeitschr. f. Thür. Gesch.' VI, p. 73 sq. 2) Pro *ae* editionis e scripsi, ut H. Schedel in codicibus suis scripsit. 3) Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 484 sqq. 510, n. 1. 4) Sequentia exscripsit H. Schedel in sua *Descriptione Erffordie*, quae in cod. Monacensi Lat. nr. 593. (2[a]) f. 107. exstat et in eius Libro cronicarum edito a. 1497. f. 175'. 176. legitur. Cf. 'N. Archiv' XIX, p. 171, n. 2. 5) Cf. Ioh. Rothe c. 152, p. 122; infra append. nr. V, p. 480. 6) Cf. Liber cron. Erford. app., 'Zeitschr. f. Thür. Gesch. N. F.' IV, p. 248 sq., et Engelhusii Cronicae Erford. duae. 7) Ad a. 706. habet haec Ekkehardi Auct., ut et addit. ad Lamperti Ann., sed ad a. 707. Liber cron. Erford. l. l. et Engelhusii Cronicae Erford. 8) Cf. Engelhusii Cron. Erford. et Liber cron. Erford. l. l. p. 249. 9) Cf. Lamp. opera p. 10, n. **. 10) Cf. locos n. 8. laudatos et 'N. Archiv' XXI, p. 485 sq. 510, n. 1. 11) Supra p. 355, n. *. 12) Haec ex Indic. ord. relig., supra p. 355, l. 28 sq.

II. CARMEN DE ADOLFO REGE THURINGIAM INVADENTE.

Quidam Erfordensis[1] *versificator, non poeta, carmen composuit de bello ab Adolfo Thuringiae a.* 1294. *illato, quo calamitates incolis huius terrae a militibus regis effrenis acceptas versibus leoninis, non eleganter quidem, sed acriter depinxit. Quod carmen cum ab auctore quartae partis Cronicae S. Petri lectum esse supra p.* 430. *viderimus, cuius duos versus primos etiam auctor Cronicae Reinhardsbrunnensis sub a.* 1294. *attulit, hoc loco edere placuit.*

Quod ex codice universitatis Lipsiensis nr. 24, *membr.* 4°, *olim monasterii* S. Iacobi in Pigavia, *descripsi, in cuius f.* 81, *primo quaternionis, inter varia opera theologica manu. saec. XIV. ineleganter scriptum est. Quod ex eodem codice a W. E. Tentzelio exscriptum*[2] *et operi suo de vita Friderici Admorsi III,* 16. *inserlum cum ea editum est a I. B. Menckenio, Script. rerum German. II, c.* 934 *sq., iterum ex eodem codice illud emendatius quidem, sed minime mendis vacuum a Pol. Leysero, Hist. poetarum et poematum medii aevi (Halae* 1721) *p.* 1097—2000, *cum aliis mendis F. L. de Soltau, 'Einhundert Deutsche historische Volkslieder' ed.* 1. *(Leipzig* 1836. 2. 1845) *p.* 47 *sq. ediderunt.* *O. H.-E.*

f.81.

Multi[a] gaudebant, venit rex quando Rudolfus[b].
Plures plangebant, dum[c] rex advenit Adolphus[d].
Salvus[e] Rudolfus, sit rex maledictus Adolphus!
Anno milleno bis centeno nonageno 1294.
Adiecto quarto Thuringia vixit in arto.
Tempore[f] Septembris, quando tempus fuit ymbris, Sept.
Rex adiit villas, vastavit Adolfus et illas,
Occidit multos pueros, iuvenes[g] et adultos,
Mactavit flentes[h] cleros templique clientes,
Virgineum cetum[i] violans — hoc non fuit equum —
Pressit legittimas, moniales et viduatas,
Ancillas, veteres ac antiquas mulieres.
Se[k] defendentes casteque manere volentes
Occidit misere, Deus, occisis miserere!
Aras destruxit, ergo[l] pleps plurima luxit,
Aras effregit, ubi plurima dampna peregit,
Cistas concussit, fieri mala noxia iussit.
Rem nimis horribilem fecit rex impius idem:
Corpus sacratum Cristi digne venerandum[m]
Abstulit a mensa Domini — Deus, hec mala pensa! —
Namque sacramentum iecit supra pavimentum[3].
Candelas, mappas, libros calicesque, patenas,
Cum casulis albas rapiens, humeralia, pallas,
Hec exportavit, mala pro nichlo[n] reputavit.

a) *versus* 1. *ab eodem scriba bis scriptus est, primo solitis litteris, deinde versus* 1. *et* 2. *maioribus litteris scripti sunt.* b) *sic in versu prius scripto; rudolphus in altero.* c) rex dum veniasset Ad. *Cron. Reinh.* d) aldolphus *c.* e) *versus* 3. *bis scriptus est, prior erasus.* f) Tempor *c.* g) uuiones *c.* h) cl. fl. *Fabr.* i) viol. coetum quod non *Fabr.* k) Sed, d *erasum c.* l) plebs ergo *Fabr.* m) venereadum *c.* n) *sic c.*

1) Vide v. 52. 53. 2) Codicem Lipsiensem a Tentzelio descriptum esse patet ex eo, quod multa menda eius ex eo modo, quo verba in illo cum compendiis scripta sunt, exorta esse facile comprehendatur. Quosdam versus huius carminis (9. 10. 15. 25. 32) G. Fabricius, Rerum Misnicarum libri VII (lenae 1597. fol.) p. 46. attulit, quem alium codicem habuisse apparet, in quo non pauca aliter scripta, versus etiam alio ordine dispositi fuisse videntur. Unde Fabricii lectionem variam attuli. 3) Eorum quae regis milites perpetrasse in Cron. mod., supra p. 428, dicuntur poeta ipsi regi culpam attribuit.

Traxit ab ecclesiis mulieres dans sceleratis
Absque timore Dei, comitans ritus Pharisei.
Abstulit armenta, miseris tollens alimenta,
Quadrupedes[a] magnos, macros, animalia, porcos[b]
Secum minavit, que tamquam cruda voravit.
*f. 81'. 'Robustosque bonos sua triturare cholonos[c]
Semina precepit, rex hec enormia[d] fecit:
Vestibus exutos dimisit currere[e] nudos
Ancillasque, senes denudavit mulieres,
Fratres Maiores[f] denudans atque Minores,
Servos Bernhardi monachos famulosque Burchardi,
Quosque viatores spolians, iuvenes, seniores.
Ob pravos mores amisit regis honores.
Calcans vineta, botros suxit sine meta,
Excidit vites, inopes[g] fecit fore mites[h].
Mella comedit[i] apum, dispersit apes[k] prope campum,
Ut sic arerent[l] nec postea mellificarent.
Rex fuit Humorum ferus Athila, katholicorum[m]
. . . . . .
Per pravos actus sic Adolfus ut Athila factus.
Achab, Geroboam, Constantinus, Nero nequam
Herodesque malus[n] Agrippa, Dyoclecianus,
Maximianus, Valerianus, Reciovarus:
Isti tortores fuerant, reor, orridiores[o]:
Nulli tortores Adolpho deteriores.
Non bene fecerunt, hunc qui[p] regem statuerunt.
Iustius egissent, alium si constituissent.
Vindicet[p] hoc Dominus, quod tot mala fecit Adolphus[q].
Da Cristo grandes, Erfordia regia, laudes!
Multi migrassent, hii si te non habuissent.
Adolfus rex, regum fex, per eum periit lex,
Destructor terre, seminator maxime gwerre,
Sept. 27. Consilii vani venit Cosme, Damiani,
Adolphus rugiens, fex regum, pauperes urgens
Ut mons parturiens[2], post hec[r] met difuse[s] cadens.

a) Quadrupes *corr.* — pedes *c.* b) purcos *corr.* porcos (?) *c.* c) tholonos *c.* d) enorma *c.* e) curum (?) *eadem manu corr.* currere *c.*; Vest. exutas et misit curr. nudas *Fabr., qui hunc v. post v.* 25. *affert.* f) in opes *c.* g) *conicio emendandum esse* dites *et interpretandum:* divites reddidit pauperes. h) ꝯmedit *c.* i) aꝑs *vel* aꝑs *c.* k) areret *c.* l) *rerum excidisse videtur, quo Attila christianorum persecutor dicebatur.* m) mahis (?) *c.* n) orriciores *c.* o) ciui *c.*; cum *Tentzel, Leyser.* p) Vinderet *c.* q) adolpus, *post supersor.* h *c.* r) h (hoc) (?) *eadem manu corr.* h (hec) *c.* s) *sic, ut videtur,* (dif'e) *c.*; *quod quomodo emendandum sit, non perspicio; quod Tentzel* (discere) *et Leyser* (defore) *scripserunt, pessimum est.*

III. *RELATIO DE BELLIS ERFORDENSIUM A.* 1303. 1304.

In codice archivi regii Magdeburgensis signato Copiar. 1380, *mbr. fol., saec. XIV. scripto, qui statuta civitatis Erfordensis continet, f.* 6ᵃ—7ᵇ. *exstat haec relatio lingua Germanica conscripta post iudicium Erfordense a.* 1289. *f.* 1—6ᵃ. *scriptum*[3] *ante statuta a.* 1306. *facta, procul dubio a viro quodam, qui rei publicae Erfordensis administrandae partem quandam habebat, paulo post ipsas res gestas composita*[4], *qua bene illustrantur ea quae in Cron.*

1) I. e. Praedicatores. 2) Horat. Ep. II, 3, 139: *Parturiunt montes.* 3) Editum ab A. Kirchhoff, 'Die Weisthümer der Stadt Erfurt' p. 5—29. 4) Commemoravit eam Karolus Herrmann, Bibl. Erfurtina p. 57 sq., rebus a. 1304. gestis enarrandis adhibuit eam et mutato sermone edidit Ed. Schmid, 'Gesch. der Kirchbergischen Schlösser auf dem Hausberge bei Jena' p. 48 sqq.

S. Petri, supra p. 436 sq., de his rebus breviter narrata sunt. Eam in usum nostrum V. Cl. G. Liebe, archivi Magdeburgensis officialis, descripsit, reliqua quae liber ille contineat mihi referente Viro Cl. E. Theuner. O. H.-E.

In gotes namen. Anno Domini millesimo tricentesimo tercio. f. 6a.

In deme jare da gewunnen di burgere von Erforte Hopfgartin, unde vingen dar uffe 1303.
nûnundrizzic[a] rittere unde knechte unde furtin di in[b] zu Erforte uffe wagen, unde beschatztin di, unde brachen Hopfgarten da nider[c].

Von Kirchberg. f. 6b.

Da man zalte nach gotes geborte tusint jar drihundert jar unde in deme vierden jare, 1304.
da furin da di achberin burgere von Erforte an sente Walpurge abinde[d] obir di Sale unde Apr. 30.
leiten sich mit der stat craft von Erforte vor die dri edelen gutin husere, die da genant sint Kirchberch, Wintberc unde Grifenberc, unde ubirwunden mit der gotis hülfe also vollicliche, daz si[d] der selbin hus zwei brachen: Kirchberc, Wintberc; unde Grifenberc bestunt an der stat gewalt also vesticlichen, daz si daz selbe hus besatztin unde tatin dar uz unde wider[e] in allis daz si wolden. Vor di selbin vorgenanten hus furen unse getruwin frûnt die erberin burgere von Mulehusin mit achberre hulfe unde bliben mit en vor den genanten husern also getruwelichen unde also bescheidenlichen, daz man en des durch rechte fruntschaft f. 6c.
ummer danken sal, die wile daz Erforte ummer dicheinen tac gestet, von allen unsen nachkumelingen mit glicheme widerdinste, swa des bedurfin unde geruchen, mit glicher mugelikeit. Wanne sich diselbin burgere von Mulehusin, unse getruwen vrunt, darzu irbotin, daz si gerne unde mit gutin willin wolden urre stat burgere halp gefurt habin vor diselbin vorgenanten hûs, ab di stat zu Erforte bedorft hette. Die burgere von Northusin quamin ouch den burgern von Erforte zu Kirchberc[f] mit crankir helfe, unde blibin nicht lenger da wanne dri nacht unde tage, unde schieden her abe mit den selbin die sie dar bracht haten[g], also daz si der stat zu Erforte nie dicheine hulfe getatin zu der hervart. Obir daz alliz so blibin di erberin burgere von Erforte unde di achberin burgere von Mulehusen mit en vor f. 6d.
den vorgenanten husirn, also daz di burgere von Erforte noch di burgere von Mûlehusen dicheinen schaden nie getatin, wanne uffe der viende gûte; abir swaz ezze unde trinke wolde, den gabin di burgere von Erforte allin gnûc. Iz en wart ouch nie manne noch wibe zwisschen Erforte unde Kirchberc phenninges wert gutis genumen, di wile daz di hervart werte. Ouch waz des edelen[h] fursten lantgreven Albrechtis marschalc[i] von Duringen[1] unde der edele herre greve Herman von Orlamunde unde ouch die edelen herren her Herman unde her Albrecht di gebrudere von Lodeburc unde di herin zu Luchtenberc[2], die selbin vor genanten herren lagen[k] ouch durch liebe der von Erforte vor den genanten husirn di hervart uz unde uz. Daz waz deme edelin herren Tyzemanne lantgrevin Albrechtis f. 7a.
sune von Duringen wider[e], unde hette di von Erforte gerne zu schaden bracht, ab he iz hette vormocht. Do he des nicht vormochte, da nam derselbe herre her Diczman daz hus in zu Wintberc unde liez sine banir her uz stecke, unde wolde da mette die stat von Erforte bedrouwet haben. Der drouwe ensatzen die von Erforte nie umme ein liar, sie en legen da unde die erberin burgere von Mulehusen mit en, unde buweten ein nûwe hus vor Wintberc unde gewunnen daz selbe hus mit gewalt unde wider willen des edelen hern Tyczmannes lantgrevin Albrechtis sun von Duringen, unde zubrachen beide, Kirchberc unde Wintberc, unde lizen Grifenberc bestê unde besatztin daz wol mit getruwen achberin luten, unde furn wider[e] zu kegen Erforte mit grozer herschaft, unde di von Mulehusen mit en, wider[e] aller der willen die en wider warn.

In deme selben jare brachin di burgere von Erforte Leisten. f. 7b.

a) Nunûndrizzic *c.* b) *f.* din *c.* c) nieder *c.* d) der si, *litteris* b. a *supersc. corr.* si der *c.* e) wieder *c.* f) zu K. *supersc. c.* g) brachten *eadem manu corr.* bracht haten. h) *sequitur* her *del. c.* i) Marschalc *c.* k) lungen *c.*

1) Vigilia s. Walpurgis. 2) Hermannus Goltacker. Mart. 10, Beyer, UB. d. St. Erfurt I, p. 371 sqq.. 3) Domini de Lobdeburg et Leuchtenburg scilicet nr. 531. 532: *Albertum et Hermannum fratres domiicidem fuere.* Cf. cartas de pace datis a. 1307. *nos in Lobdeburg, dictos de Luchtinberg.*

IV. RELATIO DE MOTIBUS ERFORDENSIBUS A. 1309—1322.

A. 1325. *quatuor viri, qui ex parte artificum consilio Erfordensi assidebant, dicti 'Vierherren', iussu vel consensu consulum relationem conscribendam atque statutis civitatis inserendam curaverunt de turbis ac motibus, quibus artifices, dum bellum a.* 1309. *inter marchionem Misnensem et civitatem gereretur, a patriciis praeter alia statuta id obtinuerunt, ut quatuor viri ex parte ipsorum rei publicae administrandae partem acciperent, dein quo modo patricii postea haec iura concessa ut in irritum vindicarent, frustra studuerint. Quam hucusque non editam hoc loco in publicum emisi, cum ea nova lux afferatur iis quae de his rebus in Cron. S. Petri moderna narrata sunt*[1]. *Integra haec exstat in*

1) *codice archivi regii Magdeburgensis signato Copiar.* 1380, *saec. XIV ex., iam supra p.* 474. *dicto, f.* 17—20. *post statuta a.* 1306.* *et sequentibus annis facta, quae post relationem a.* 1303. 1304. *supra editam scripta sunt. Breviata, omissis scilicet praefatione aliisque magnis partibus, haec relatio legitur in*

2) *quaternione membranaceo*[2] *servato in eodem archivo Magdeburgensi inter cartas, sign. Erfurt A XI,* 1. *In cuius f.* 1—3. *saec. XIV, iam ante aliquot annis, ut videtur, ante cod.* 1 *scripta est; post quam sequuntur quaedam statuta Erfordensia*[3].

V. Cl. E. Theuner, archivi Magdeburgensis officialis, comiter nobis precantibus codicem 1 *exscripsit et variam lectionem cod.* 2 *adnotavit. Breviata, ut in* 2, *et in recentiorem linguam transscripta atque immutata haec relatio legitur etiam in codice bibliothecae regiae Erfordensis Hist. Germ.* 95. *fol., saec. XVI*[4], *quem negleximus. Haec enim relatio testibus chronicis Erfordensibus, in quibus quaedam ex ea exscripta sunt*[5], singulis annis *publice recitabatur* ante homagium *(hulde)* civium Erfordensium *quatuorviris praestitum, cuius textus post hanc relationem exstat.* *O. H.-E.*

*) *Initium eorum a V. Cl. E. Theuner descriptum hoc est (f.* 7[a]*):* Do man zalte nach gotes geburte tusint jar dribundert jar unde in deme sechsten jare, do wurden der stat recht gerichtit uffe den eit mit alle der rete willen. Also di recht an dieseme buche gescribin sten, also sal mans halde richlin unde armen ewichlichen, also iz uffe den eit bevestint ist.

Man sal den rat kiesen uffe den eit unde sal sich daran bewaren, daz man iemannen kiese, he si elichin geborn von vater unde von muter. Die nuwe gekorne rat, di sal zu deme rate swere, er he meistere kiese, unde sullin uffe denselbin eit meistere kiese unde ir ammecht besezze mit der merin menge des ratis. *Sequitur*

Dit ist di eit, den man zu deme rate swert.

. . . . . .

Ex sequentibus capitibus hoc affero:

[1] 10[a] Dit gevelle ist auch geschen.

Wan her Friderich von Vschirstete an deme voitammechte waz also unredeliche unde truclichin unde also unbarmherzechin den armen burgern ubedranc ir gut, des [2] 11[a] warin sie *(consules)* andechtic des eidis den si hatten getan, rechtes zu helfene beide den armen unde den richen, unde willekurlin mit andern reten, daz derselbe Friderich von Vschirstete nümmer me solde zu Erfurte an ein ammecht kume, da gerichte zu gehorte, unde di willekurre sal man halde noch an gelicheme gevellede.

1) K. Beyer, 'Die Entstehung u. Entwickelung des Rates der St. Erfurt im MA.' (Progr. Erfurt 1892) hanc relationem rebus exponendis adhibuit. 2) Commemorato a K. Herrmann, Bibl. Erfurtina p. 58. 3) Textum codicis 1 ad litteram exscriptum edidimus, raro emendatum ope cod. 2, cuius variam lectionem dialecticam et orthographicam non adnotavimus. Simplex s scripsi pro *cz* nonnunquam in cod. 1 scripto *(czu. ucs, mucsze)*, reliqua, quae notavi, ut *g* aliquoties pro *ch* scriptum, adnotavi. 4) E. Schmidt in 'Zeitschr. d. V. für Thüring. Gesch. N. F.' II, p. 165 sq. 5) Erphurd. antiq. Variloquo, Mencke II, col. 498; chronica codicis bibl. magistratus Erford. I. 12 (supra p. 351. M signato) f. 40; chronica codicis eiusdem bibliothecae I. 6. f. 73; cf. E. Schmidt l. l. p. 166.

Wanne alle dinc, di da geschen in der zit, ensamment vorgenlich sint mit der zit, f. 11b.
darumme so ist iz mit zitlicher vorsichtikeit herekomen, daz man pflit sogetane[a] geschichte
unde gescheffede, di des werdic sint, daz man ir ewiclichen gedenke, daz man die durch
ein ewic gehucnisse let bescribe. Hievone ist daz. f. 12a

In deme jare da man zalte nach gotes geburte tusint jar drihundert jar in deme funf 1325.
unde zwenzigesten jare, do her Albrecht von Ilmene, Wernher von Meldingen, Bertolt von
Guttirn, Herman von Alch des rates meistere warn mit andern irn kumphan, di hinach
gescribin sten: her Diterich von der Sachsa, Hartung Goldichen, Peter von Libenstete,
Gotsalk von Lubelin, Gunther von Kongissè, Diterich von Milingistorf, Cunrat von Gota,
Johanes von Grimstete, Gunther von Ilmene, Andreas[b] von Rochhusen, Johannes Unsote,
Heinrich von Hemeleiben, Bertolt von Salvelt, Cunrat von Holzhusin, Heineman von Salvelt,
Heinrich von Gisperleiben, Heinrich von Tennestete, Rudolf von Stusforte, Ludewig Keiser, f. 18b.
Tiezil von Tasdorf: Sifrit von Sarborn, Heineman von Bechstete, Cunrat von Eckehartberge
unde Johannes von Jene, di vire von der gemeinde wegen der stat zu Erforte[1], di lizen
dise nach gescribene rede in dit buch bescribin, alse geheizen unde geteilet wart von den
reten, unde is dis gevelle alsus:

In[c] deme jare da man zalte nach gotes geborte tusint jar drihundert jar in deme 1309.
nunden[d] jare, da her Huc[e] der Lange unde her Ludewig von Biltersleiben[f] ratesmeistere
warn mit andern irn kumphan an deme rate, di[g] hienach gescribin sten[2]: her Diterich
von Guttern, Bertolt von Gota, Sifrit von Madela, Sifrit von Mulhusin, Heinrich Hotterman, f. 18b.
Lutolf von Ilmene, Sifrit Kuchen, Ludewig irn Andreas, Heinrich von Biltersteiben, Gotsalk
von Tyfental, Bertolt von Melchindorf, Gotsalk von Lubelin, Gunther von Someringen,
Cunrat von Franckinhusen, Heinrich von Mudenbrecher[h], Tyle Ackerscholle, Diterich von
Meldingen, Heinrich von Bechstete, Diterich von Mülhusin, Nicolaus von Saleza. Sifrit von
Eilbrechtisgehoven, Bertolt Smet: do[i] warf der schinber vorste herre margreve Friderich
von Misene[k] unde lantgreve zu Doringen mit andern sinen helfern sine ungnade swerlichen
uffe di stat zu Erforte. Des duchte die gemeinde aldaselbes, daz daz allermeist darumme f. 18c.
were[l], daz di herren von deme lande von siner wegen musten inleger halden etteslichen
burgern zu Erforte, davon ouch di stat mit[m] ime in ein orloyge quam, da di stat unde die
gemeinde ane ir schult grozen schaden entphinge.

In[n] deme selbin orloyge vorlos di stat sechzic man mit ire habe[3], ane vellichte, ab ir Mai
ein oder zwene entlifen vornie hüse zu Mülburg, da si zu gewechin warn uffe irn Diteriches 8—14.
Kapuzes wort, der zu deme male voit was aldaselbes, der si nicht ufliz, also doch alse he
kegen deme rate zu Erforte geredet hatte, daz he sie unde ir gesinde unde ir gehulfen
uflaze wolde, wanne sis bedorften. Darnach in kurcer frist da sante di rat irn Bussen von
Glinde mit andern sinen kumphan vor di stat zu Gota, irn vienden schaden zu tunde, da f. 18b.
wurden sie bestreten von den vienden zu Czimmern[4] unde namen da grozen schaden. Daz
waz darumme daz die rat da[o] vore nicht ensach unde en volk nicht zitlichen nachschickete,
alse not were gewest, also ouch alse di rat vore des dicke unde zitlichen gnug gemant
wart. In deme orloyge liz di rat nemen in der lute hüs ane irn danc unde wider irn wille.
Dieselbe rat satzte ouch in deme orloyge lute unde soldenere, die gewinnen warn uffe der
stat phenninge, in der lute hus, also alse die gemeinde duchte daz daz unglich were. Ouch[p]
vor demeselbin urloyge unde in deme urloige worden lute von der gemeinde von gefrun-
deten luten zu Erforte frevelichin undergeworfen unde getreten unde geslagen unde mit
sporn gereten, unde bie namen: er Jacob Mezzersmet[q] in deme jare, da he von der f. 19a.
hantwerke wegen an deme rate waz, der wart nedergeworfen unde getreten unde geslagen;
ouch er Gozze von Ingersleibin[r], er Ruprecht von Eckarsperge[s], er Cunrat von Smire[t]
bie Sante Gorgen, er Heinrich von Blassenberc worden ouch getreten unde geslagen; so

a) sostetane 1. b) Andereas 1. c) *incipit* 2. *praemisso:* In gotis namen, amen. d) funfdan 1. e) Hug 2.
f) Biltirsleben 1. g) *sequentia* — *l.* 25. *om.* 2. h) *corrigendum e carta laudata, ubi* Heinricus dictus Muldenbrecher.
i) *pergit* 2. k) Frederich von Miszen 2. l) das das darumme were allirmeist 2. m) mit — stat *om.* 2. n) *se-*
quentia — *l.* 42. *om.* 2. o) di 1. p) Iacob Messirsmed 2. q) Gotze von Ingersleibin 2. r) Eckirsberge 2.
s) Smyre 2.

1) Scil. ii quatuor quorum nomina praecedunt; cf. in carta d. d. 1310. Ian. 9, Beyer I. p. 387 sq., Beyer, UB. d. St. Erfurt II. p. 25. *nr.* 34, d. d. 1324. nr. 555. 3) Quando haec factum sit, refert Cron. Dec. 28. 2) Sequentes consules recitantur etiam S. Petri, supra p. 442. 4) Cf. supra p. 442, n. 6.

wart er Heinrich Liberlip[a] der kremere mit sporn gereten. Iz nam ouch er Tizil Vicztum[b] einen armen huterknecht unde furte den di strazze uf bi sime hare vor einen kram unde nam darinne ein mezzer unde stach en, daz he alda belac. Ouch wurden arme lute in stocken gelemet unde di beim in deme stocken abegehouwen unde ouch ettelichen die ougen uzgebrochen. Iz enkonde ouch wenic ichein arm man zu sime rechte kome, he en- 5
*f. 19. muste[c] ez koufen umme sin-gelt eder[d] phennige, *unde dennoch muchte ime nichein recht wedervare, alse ime not was; unde bi namen er Heinrich von Stalberc[e], alleine he ein gefrundet man were zu Erforte, doch so enkonde he noch inmochte nie zu sime rechte kome, wanne alrest, da sich di gemeinde mit gelobeden unde mit eiden bevestenden unde voreeynden, alse[f] hienach geschriben stet, da quam he[g] zu sime rechte von der gemeinde helfe 10
wegen. Alle[h] dise vorgescribene rede unde sache unde ander sagen unde rede, die hie nicht beschriben sint, der nach vele sint, sint gewest ein orsage des, daz sich di gemeinde der stat zu Erforte mit gelobeden unde eiden, di sie swuren zu den heiligen, zu einander geworfen, vorbunden unde gevestent haben, gote zu lobe unde zu eren, unde durch daz,
*f. 19. daz unse herre der erzebischof von Menz bi sime rechte blebe[i], unde *der stat zu Erforte 15
zu eren unde zu nüzze, unde daz ouch beide, riche unde arme, in der stat zu Erforte bi
1310. gnade unde bi rechte mochte blibe. Nach der zit alse die gemeinde zusammene gelobete unde geswur, da erbeiten si getruwelichen unde flizziclichen, daz di stat zu Erforte uz grozer schult quam, da si in gevallen was von des vorgenanten orloyges wegen, alse davore geschribe stet, unde taten daz beste der stat zu eren unde zu nuzze, daz si wisten, konden 20
unde mochten, unde dachten, daz si in guteme gemache unde frede sezen. Daz enwart
1322. nicht angesechen, sunder darnach in deme zwelften jare da worfen sich zusammene die lute, die da riche lute heizen zu Erforte, mit gelobeden unde mit eiden, di si swuren uf den
*f. 19. heiligen under einander, uffe daz daz si nicht enwolden, daz di fire unde *di gemeinde bi
der nacht bliben, da si di vorgenanten zwelf jar bi gewest warn. In derselben zit alse sie 25
c. Aug 24. dirre rede umme gingen, da geborte siz, daz unse herre Mathias erzebischof von Mencze zu Erforte quam[2], da wart er Furster, ein burgere zu Northusen, in di stat zu Erforte gezogen mit siner vrunde rate unde helfe, also doch alse di funf rete vor geteilet hatten, daz des nicht sin solde, wanne he zu Erforte nicht enfugete. Unde indes alse unse vorgenante herre von Mencze quam zu Erforte der stat zu eren unde zu nucze, do furen der 30
vorgenanten richen lute sechs unde achzik uz der stat zu Erforte in erretum kegen unseme vorgenanten herren von Mencze ane schult unde ane recht. Ouch in denselbin teidingen er
*f. 20. Rüdolf von Northusen, der techen zu unser vrouwen, unde alle *di ime gestunden, der hette diselbe vorgenanten lute gerne gevordert, swa he mite gemoch hette, beide mit[i] hulfe unde mit rate, unde stalte des eine clage an mit[k] der pfaffeit obir di stat vor unseme vor- 35
genanten herren von Mencze[3]. Unde alleine der vorgenanten richen lute uzgevaren were ane schult, ane recht, alse davor geschriben stet[l], doch so varsan di rete unde di fiere unde di gemeinde daz dorch fuge unde bescheidenheit unde durch ere unde nutz der stat zu Erforte unde lizen si des zu berichtunge komen, also daz si weder in di stat quamen uffe sogetan rede unde gelobede unde eide, alse hienach geschribin stet, dieselbin richen lute, 40
di uzgevaren warn. Da wart da geret: bote iemant unseme herren von Mencze gelt oder
*f. 20. gelobete iemant gelt, he were uzze oder hinne, daz iz der von sime eigene *gelde bilcher gelde solde, wanne iemant anders von en. Unde des hatten si unseme herren von Mencze geboten funfhundert marc lotiges silberis, uffe daz daz si weder quemen an di gewalt, da si vore bi gewest warn, er sich di gemeinde irhup, daz gelt wolde unse herre von Mencze 45
habe, daz muste di stat gelde. Daz teileten di rete unde di gemeinde, daz daz nimant billicher gelde solde wanne di vorgescriben richen lute, di iz geboten hatten. In derselben berrichtunge, alse si zu sune unde zu gnaden quamen, da taten si den eit abe, den si vore

a) Heynrich Liberlip 2. b) Tyczil Vitzthum 2. c) muste 1. d) k. umme sine pfenninge 2. e) Heyarich von Stalberg 2. f) alse — stet *om.* 2. g) er 2. h) *sequentia — p. 479, l. 6. om.* 2. i) mit' 1. k) clage mit an 1. 50
l. hat 1.

1) Vide articulos a consulibus communitati concessos carta data a. 1310. Ian. 9. Beyer I, p. 387 sqq., nr. 555. 2) Cf. supra p. 450, n. 4. 3) Nescio an huc pertineant ea quae supra p. 450, l. 7 sq. de dissensione cleri et civium relata sunt. Iis quae ibi loco in altera columna edito in cod. E addita sunt indicari videtur cives a parte cleri contra consules stetisse. 55

gesworn hatten under einander uffe so getane rede, alse davore geschribin stet, unde 1322.
baten des, daz man si lize kome zu deme eide, den di gemeinde hette getan. Daz ist geschen, unde haben truwen gelobit unde zu den heiligen gesworn zu glicher[a] wis alse di gemeinde deme rate unde den fiern gehorsam zu sine. Bi deme selben eide haben si ouch *f. 20b.
gelobit, daz der erste eit, den si vore zusamene getan hatten, genczlichen abe si sal, des nummer me gedenken wollen noch ensullen. Alle[b] dise vorgescribene rede, di is geschen, alleine si gutlichen[c] berichtet si, doch zu eime ewigen gedechtnisse[d] alle den, den zu frede unde zu gnaden[e] unde zu der stat ere unde nutze lip si. So ist dise rede bescriben, uffe daz daz die, die der gemeinde vore sint, davor denken unde davore sint flizziclichen unde getruwelichin, daz dise rede unde dise geschicht nummer[f] me[g] gesche adir ummer me[g] sich[h] irhebe. Daz gebe got! Amen[h].

Dit[i] ist[k] di alden hulde der vire.

Wir geloben truwen ane argelist unsen herren den vieren ane eines[k] eides stat, gehorsam zu sinde der stat zu eren unde zu nucze. Wer abir iemant, der icheine samenunge *f. 20c.
hinder deme rate eder den fiern machte, di der gemeinde schedelichen an ichte mochte werden, daz sulle wir melden. Wer daz tete oder wer daz erfure unde des nicht enmeldete, den wolle wir haben vor einen meineiden man.

Dit ist di nuwe hulden der vire[l].

Wir geloben in guten truwen an eines gesworen eides stat ane argelist, unsen herren den viren gehorsam zu sin der stat zu eren unde zu nuze. Were ouch imant, der sammenunge machte oder mit den landesherren mit briven oder mit boten icht[b] wolde anlegen hinder eime rate oder den viren, darvon zweiunge in der stat werden mochte, wer daz eder der ichein tete unde des besaget worde alse werliche, daz iz di rat eder di vire uf iren eit geloben mochte, der sal lip unde gut vorloren haben, als daz unse herren der rat unde di *f. 21a.
rete mit den hantwerken eintrechticlichen uf iren eit geteilet haben. Wer ouch der ichein irvure unde des nicht enmeldeten, mit den[m] sal men halden also mit eime meineiden manne nach deme, als in der stat zucht stet bescribin.

a) gliger 1. b) *pergit* 2. c) gutligen 1. d) gedechnisse 1. e) gnade 2. f) nümmer — adir *om.* 1. g) mer 2. h) *om.* 1. i) *hunc articulum om.* 2. k) eides eines 1. l) Daz ist die hulde der gemeynde 2. m) enmelte mit deme 2.

V. DE ORIGINE CIVITATIS ERFORDENSIS.

Relationem de origine urbis Erfordiae et monasterii Montis S. Petri ex Ekkehardi Auctario Montis S. Petri[1] *sumptam atque ampliatam et coniunctam cum genealogia regum Merowingicorum falsissima, nescio unde descripta, inveni in duobus codicibus:*

1) *codice bibliothecae universitatis Gottingensis Ms. hist.* 88, *chart. fol., a.* 1506. *perfecto, quem Cronicam S. Petri modernam continentem supra p.* 345 *sq. descripsi. In cuius f.* 1. *manu eiusdem librarii, qui f.* 1—380. *exaravit, haec relatio scripta est;*

2) *codice bibliothecae regiae Berolinensis Ms. Boruss.* 81, *mbr. saec. XV, qui multa privilegia cartasque monasterii Montis S. Petri saec. XV. ex archetypis descripta continet. Haec relatio f. I.* (28)[2] *ante diploma spurium Dagoberti regis, quo is monasterium Montis S. Petri fundasse dicitur, exstat.*

Modo hic, modo ille codex corruptam lectionem habet, sed in codice 2 *quaedam a posteriore librario mutata, quaedam addita sunt, quod cognosces collata hac relatione cum Libro cronicorum Erford., in quo particula eius ad verbum descripta est*[3]. *Unde apparet eam ante saec. XIV. mediam, post medium saec. XII.*[4] *compositam esse.* **O. H.-E.**

1) Quod in codice Ekkehardi Montis S. Petri, nunc bibliothecae ducalis Gothanae exstat. 2) Folia 27 praecedentia, quae indicem libri continent, antiqua manu non numerata sunt. 3) Minime Librum cron. Erford. ab auctore huius relationis exscriptum esse ex eo apparet, quod hic plura ex Auctario Ekkehardi sumpserit, quam Liber cron. habeat. 4) Quo tempore codex Ekkehardi in Monte S. Petri scriptus est.

Faramundus[a] rex paganus regnavit in Francia; quo defuncto regnavit pro eo filius[b] eius Clodius[c]; Ekk. Auct. qui occisus periit[1]. Sed imperium pro eo suscepit in Francia Merwigus filius Merwigi regis de Thoringia. Huius[2] tempore Erphesfurt[d] inicium fuit[e]. Idem autem Merwigus primum[e] urbem in monte[f] eiusdem loci construxit[3], in quo[g] patris sui domus venationis fuit; ex quo et nomen, videlicet[h] urbs Merwigi, sumpsit. Sed postea Tagebertus[i] rex eiusdem generis monasterium in prefata urbe in honore[k] beati Petri apostoli construxit[l]. Et exinde paganico[m] nomine eiusdem[n] urbis deleto[o], Mons Sancti Petri nomen obtinuit. Hic[p] etiam monachos Deo servituros[q] in eodem monte posuit[r] rogatu Adeodati inclusi[s], qui ibidem iuxta ecclesiam sancti Blasii — que ibidem tunc temporis habebatur, sed post quadringentos et eo amplius annos sicut [monasterium[t] et] ecclesia sancti Gangolfi, quam idem etiam[u] rex Tagebertus construxit[v], a Burchardo abbate[t] confracta[w] est — a Rigiberto[x] Moguntino episcopo fuerat inclusus [anno[y] incarnationis dominice DCCVI].

Ekk. Post Merwigum regnavit Chilpericus[z]; post hunc[a] Clodoveus[b] filius eius, quem sanctus Remigius baptizavit; qui quinque filios habuit: Lotharium, Hildebertum[c], Chilpericum[d], Guntramnum[e], Clodomirum[f], et VI.[g] ex concubina Theodericum[h. i]. Ex quibus Lotharius quatuor filios genuit, et ex his duo duas de Hispania habuere[j] sorores. Sigibertus[k] Brunihildim, ex qua duos genuit[l] filios, Theodericum et Theobertum[m]. Chilpericus[n] Audoveram[o. **. i] et pelicem Fridegundim[p]. Qui Chilpericus[n] in expeditione positus reliquit uxorem[q] Audoveram[o] domi pregnantem. Que et peperit et suasu pelicis filium de sacro fonte ipsa mater levavit. Ex hac[r] culpa a rege canonum iure separata mutato habitu feminarum monasterium intravit[s]. Sed rex prius pelicem Fredegundim in reginam assumpsit; ex qua et[s] Lotharium genuit, Lotharius Tagebertum, Tagebertus [Sigebertum[t], Clodoveum[u] et] Hildericum[v. s], qui et monachus factus est. Et regnare cepit Pippinus[w] maior, pater Karoli.

*) 2 *add.*: ab Erpho milite[b]. **) 2 *add.*: id est Othebirn.

a) Sarmundus *cum magna littera initiali* S *picta* 2. b) f. e. *om.* 2. c) Glodio 1. d) Erphesfurdt 1; Erphordia 2. e) primam 1. f) in m. *om.* 1. g) qua 1. *Liber cron.* b) uidel 1. i) Thagobertus 2 *semper*. k) honorem 2. l) fundavit 2. m) antiquo 2 n) e. u. *om.* 2. o) predicta urbs *add.* 2. p) Is 2. q) servitores 1. r) posuit *post* inclusi 2. s) *om.* 1; posuit *h. l. add.* 2. t) mon. et *desunt* 1. u) et 1. v) construxerunt 1. w) constructa 1. x) Rigeberto 2. — Magontinum 1. y) ab *add.* 2; *uncis incl. desunt* 1. z) Chilpertus 2; Hildericus *Ekk.* a) hoc 1. b) clodoneus 2. c) Hiltebricum 1. d) Chilbericum 2. e) Guritimit 1. f) Clodonirum 1; clodomium 2. g) unicum 1. h) nomine Dithericum 2. i) habuerunt 1. k) Sygebertus brünechildin 2. l) filios gen. 2. m) Theodbricum 1. n) Chilpertus 2. o) audoueram 2. p) Fridegundam *h. l.* 1. q) go *add., sed del.* 1. r) qua 2. s) *om.* 1. t) *uncis incl. desunt* 2. u) Clodum 1. v) Hibericum 1. w) Pipp. qui maior domus dicebatur, id est pater Karoli 2.

VI. NOTAE DEDICATIONUM MONTIS S. PETRI ERFORDENSIS.

Gallus Stassen monachus Montis S. Petri Erfordensis, cui cura librorum huius monasterii mandata erat, magnum volumen conscripsit a. 1760. *consummatum, quo varios libros ad historiam monasterii sui pertinentes accurate ac diligenter transscripsit*[10]. *Quod volumen a B. Hellrung, olim conventuali Montis S. Petri, postea parocho S. Laurentii Erfordensis, huic ecclesiae dono datum V. Rev. Feldkamm parochus eiusdem ecclesiae summa cum comitate Berolinum nobis transmisit. Inter libros a Gallo Stassen descriptos fuit codex quidam, qui aut periit aut nunc latet, de quo in elencho operum illius voluminis hoc legitur:* IV. Ms. membranaceum, procurante Helwico monacho S. Petri et capellano S. Annae, conscriptum anno 1266[11], in quo continentur sequentia: 1) Series

1) Nusquam hoc inveni. 2) Sequentia ad verbum exscripta sunt in Libro cron. Erford., 'Zeitschr. f. Thür. Gesch. N. F.' IV, p. 221. 3) Haec mutata ex Ekkehardi Auctario Montis S. Petri. 4) Qui sedit a. 1103—1123. 5) Verum hoc, quod neque Ekkeh. habet, falsissimis commixtum. 6) Confusio. Haec uxor Chilperici neque Hispana neque soror Brunhildis. 7) Nescio unde haec fabella, quam Liber historiae Francorum, SS. Merov. II, p. 292 sq. tradit, sumpta sit. Ekkeh. eam non habet. 8) Falsissimum. Tres generationes omissae. 9) Cf. append. nr. I, p. 472. 10) Cui titulum praefixit hunc: *Documentorum, diplomatum et rerum circa regale monasterium SS. apostol. Petri et Pauli Erphordiae a prima eius fundatione . . . ad haec usque tempora gestarum Vol. I.* Partem praefationis et *Elenchum operum in hoc volumine contentorum*, quem ipse G. Stassen volumini praemisit, edidit L. F. Hesse in 'Zeitschr. d. V. f. Thüring. Gesch.' IV, p. 447 sqq. 11) Unde G. Stassen cognoverit circa a. 1266. Helwici codicem scriptum esse, non patet, nisi e re p. 481, n. 1. adnotata.

imperatorum Romanorum[1]. 2) Archiepiscoporum Moguntinorum[2]. 3) Abbatum S. Petri, *quam infra p.* 488 *sq. edidi.* 4) Fragmentum necrologii San-Petrensis[3]; recensentur quoque altaria tam in monasterio quam allodiis, et quo quodcunque tempore ac a quo episcopo consecratum. Fol. 694. *Hae sunt notitiae dedicationum ecclesiarum, capellarum, altarium Montis S. Petri et villarum huius monasterii*[4]*, quas hoc loco edidi, p.* 703—715. *huius voluminis descriptae*[5]*. Harum notitiae multae et cartae dedicationum, quas omisi, saec. XIV. et XV. sunt, postremae cartae etiam demum a.* 1701. *datae (p.* 728. 729*), quas non ab illo Helwico monacho saec. XIII, sed variis manibus sequentium saeculorum eius codici inscriptas esse patet. Vir optimus Gallus Stassen, ut eas accuratissime transscriberet, studuit, etiam rationem verborum scribendorum codicis illius retinuit*[6]*, non multa falso legit, paucorum verborum, quae legere nequivit, spatia vacua reliquit, nonnusquam tamen in margine adnotavit quod in codice exstare sibi visum est. Longos indiculos reliquiarum quidem in altaribus consecratis contentarum non omnes integros transscripsit, posito plerumque* etc., *quod ei vitio vertere nolumus.*

Has notitias eo ordine, quo G. Stassen eas transscripsit, licet ordo temporum minime servatus sit, omissis litteris dedicationum ab episcopis et abbate datis, edidi[7]*. Primam a.* 1147. *iam auctor primae partis Cronicae S. Petri, hanc et alias Nicolaus de Siegen exscripserunt.* *O. H.-E.*

Consecratio summi altaris in templo maiori. p. 703.

Anno[8] ab incarnatione domini nostri Iesu Christi 1147, indictione decima, decimo sexto Kalend. Iulii consecratum est monasterium sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Erphordia, transactis quadraginta quatuor annis a fundatione eiusdem monasterii[9], in honore et nomine summe et individue trinitatis et victoriosissime sancte crucis et sancte Dei geni- 1147. Iun. 16.

1) Haec p. 694 sq. a Gallo Stassen descripta incipit: *Imperatores ab anno* 768. *Bilbinus* (sic pro Bibbino) *obiit*; desinit: *Willehelmus I. Conradus IV^us.* Convenit ergo hic finis bene anno a Gallo Stassen adnotato. Huic seriei praescriptum est: *Ex Mspto membranaceo de anno* 1266. *procurante Helwico coenobii S. Petri monacho et capellano b. Mariae virginis.* 2) Haec series p. 696—698. descripta desinit demum: *Carolus Henricus* 9 *mensibus* (a. 1679). Nominibus quibusdam praeter annum incarnationis breves notae statim, nonnullae postea alio atramento a Gallo Stassen adscriptae sunt. Ex qua serie affero haec: *Ruthardus, Iste dedit cellam prope Werram* 1104, *obiit* 1109. *Adelbertus senior* 1112. *Iste spoliavit monasterium S. Petri.* Cf. supra p. 358, n. *; Series abb., infra p. 488. 3) Iterum G. Stassen huius necrologii mentionem fecit in praefatione alterius voluminis sui, Necrologium Montis S. Petri, continente, ubi itidem Helwici necrologium a. 1266. exaratum esse dixit; quem locum vide editum a R. Böckner in 'Mitt. d. V. für die Gesch. v. Erfurt' XI, p. 161. Facile quidem cum Böcknero l. l. conicere potes hunc Helwicum quandam partem Cronicae modernae composuisse (secundam videlicet, non tertiam, ut Böckner censuit), sed meram coniecturam habebis, nullo argumento fultam. Et si conicere vis secundam partem Cronicae potius a Bertoldo magistro, qui a. 1271. rector puerorum in monasterio Montis S. Petri fuit (vide locum laudatum a Böcknero l. l. p. 159), conscriptam esse, non peiorem nec probabiliorem coniecturam habebis. In illo necrologio ab ipso G. Stassen composito, quod continetur in altero codice ecclesiae S. Laurentii Erfordensis, p. 50. tres afferuntur Helwici monachi saec. XIII. medii, inter quos: *Helwicus subprior vixit* 1265. *ob.* 9. *Iunii.* Alii duo, alter prior, alter custos, a. 1249. vixisse dicuntur. 4) Quibusdam earum etiam de donis et reliquiis huic monasterio datis refertur. 5) Iis praecedunt p. 701—703. diploma spurium Tagoberti regis de fundatione Montis S. Petri, p. 703. litterae indulgentiarum Petri archiepiscopi Moguntini d. d. *Erford. XVI. Kal. Ianuarii a. D. MCCCXVIII.* 6) Nescio an inscriptiones notitiarum, quas retinui, ipse G. Stassen addiderit. Certe in his nomina suo, non antiquo more scripsit. Quasdam, quas recenti tempore additas esse apud me constabat, omisi. 7) Post extremam notitiam a. 1479. sequitur p. 715 sq. carta Guntheri abbatis a. 1481. de consecratione ambitus, dehinc litterae dedicationum a. 1481. 1484. 1701. (p. 716—720). Tum (p. 720—722): *Indulgentie monasterii SS. Petri et Pauli in Erffordia,* tum demum (p. 722—726) *Excerpta ex necrologio eiusdem msc. memb. notabiliora.* In calce eorum p. 726. adnotatum est: *Finis msc. membran. de anno* 1266. 8) Sequens notitia exscripta est a Nicolao de Siegen ed. Wegele p. 321 sq. Pauca verba ex ea excepta sunt in Cron. S. Petri, supra p. 367. Quod conieci ib. n. 1, cum hunc codicem nondum exscripsissem. 9) Haec verba *(transactis — monast.)* in Ann. S. Petri Erph. brevibus et maioribus notae Annalium S. Petri antiquorum addita sunt, SS. XVI, p. 20.

1147. Tricis semperque virginis Marie et sanctorum apostolorum Petri et Pauli et omnium sancto-
p. 701. rum ab Heinrico Dei gratia Maguntino archiepiscopo et Dithmaro venerabili Fardensi archipresule[b] et Gebehardo religiosissimo Eichstetensi[c] pontifice et Silfrido Wirciburgensi
Iun. 15. episcopo, pridie apud Sanctam Mariam consecrato.

(Iun. 16). Principale altare consecratum est in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli ab Heinrico Maguntino archiepiscopo, prima confessione sub lapide [marmoreo[d]] integra remanente, ut fuerat ante plures annos[1] a Ruthardo venerabili Maguntino archiepiscopo sigillata, et plus quam centum particulis reliquiarum Dei misericordia adimpleta est[e]. In superiore confessione, que sigillata est, sub albo marmore continentur he sanctorum reliquie: De ligno Domini, de spongia Domini, de vestimentis sancte Marie, Iohannis baptiste; sanctorum apostolorum Iacobi, Bartholomei, Timothei; sanctorum martirum: Alexandri pape, Laurentii, Ciriaci, Sebastiani, Innocentii, martirum Thebee legionis, Peregrini, sanctorum Cantii, Cantiani et Cantianille, Gratiani; sanctorum quoque confessorum: Damasi pape, Remigii episcopi, Disiboti, Ottmari abbatis, Odulfi presbyteri; sanctarum virginum: Margarete, Anastasie; Marie Magdalene, Columbe virginis, undecim milium virginum.

1104? In honore sancte[f] et[g] individue trinitatis et victoriosissime sancte crucis et sancte Marie Dei genitricis et semper virginis, sanctorum apostolorum Petri et Pauli et omnium
Iun. 16?) sanctorum dedicatum est hoc altare a Ruthardo venerabili Maguntino archiepiscopo. Hec autem reliquie continentur in hoc altari: Sanctorum apostolorum Petri et Pauli, Andree, Philippi, Bartholomei et Thatei, Barnabe; et sanctorum martirum: Iohannis[h] baptiste, Stephani prothomartiris, Blasii, Laurentii, Georgii, Viti, Vincentii, Marcellini et Petri, Sixti, Aurei et Iustine*, Pancratii, Bonifacii sociorumque eius, Crisogoni, sanctorum Innocentum, Fabiani et Sebastiani, Cosme et Damiani, Cornelii, Zenonis, Agapiti, Vitalis, Sergii et Bachi, Ciriaci, Valerii, Wenezlai, Vincentii pape, Lini pape, Urbani pape, Oswaldi regis, Lamperti martiris, Exuperii, Venantii, Pelagii, Nicomedis, Nazarii, Celsi, Donati, Constantini, Quirini, Peregrini, ... [i], Ferrutii, Simmetrii, Martiniani, Iuliani, Frontiani, Longini, Theodori, Mammetis, Adelharii, Bisucii, Simplicii, Serviliani, Cucufati[k], Clarii, Primati, Gerulfi, Antonii, Eucharii, Mercurii, beatorum Ewaldorum, Tiburcii; sanctorum quoque confessorum: Silvestri, Gregorii,
*p. 708. Hilarii, Martini, Nicolai, Augustini, Burcardi, Lulli, Desiderii, Maximini, Benedicti, Medardi, Willehadi, Vigilii, Materni, Erhardi, Adigrammi, Wolfgangi, Crescentini, Cuniberti, Columbani, Amiani, Fortunati, Crescentiani, Maurentini, Wicberti, Bavonis, Ottmari, Celsi, Eucharii, Brictii; sanctarum virginum et martirum: Cecilie, Margarete, Idiane, Barbare, Digne et Emerentiane, Affre, Felicitatis, Marie Magdalene, Severe, Scolastice, Gerthrudis, Cehilme[l], Balactie, Pusinne[m], sanctarum 11 milium[n] virginum. De presepio Domini, de capillis sancti Bonifacii, de baculo et dalmatica sancti Bardonis episcopi.

Altare sancte Crucis.

1147. Iun. 16. Altare sancte Crucis consecratum est a duobus episcopis, Eichstetensi[o] et Wirzibur-
gensi, in honore sancte crucis et sanctorum, quorum reliquie continentur in eo. Hec autem reliquie continentur ibi: De ligno Domini, de spongia Domini, de vestimentis sancte Marie etc. etc.

Altare sancti Benedicti.

Altare sancti Benedicti dedicatum est in honore eiusdem patris a Ditmaro Fardensi episcopo, in quo hec reliquie continentur: De ligno Domini, sancti Iacobi apostoli etc. etc.

Altare sancti Martini.

1143. Iun. 16. Anno ab incarnatione Domini MCXLIII, indictione VI, XVI. Kalend. Iulii consecrata est dextera turris cum testudine in honore sanctorum Martini, Blasii, Gangolfi ab Heinrico Maguntino archiepiscopo. Hec autem reliquie continentur in altari: Reliquie sanctorum Laurentii martiris et Martini episcopi etc. etc.

Altare sancte Margarete.

In sinistra superiori turri consecratum est altare in honore sancte Dei genitricis

*) *In marg.:* in horum festo (*Iun.* 16) primitus celebrabatur dedicatio ecclesie sanctorum Petri et Pauli Erfordiae.

a) *sic Cgn. S. Petri et Nic. de Siegen;* fardeza'n *c.* b) *sic etiam Nic.* c) Eichstettensi *c.* d) *sic Nic.; om. c.* e) sub albo marmore *tam h. l. add., deleta c.* f) S. *c.; vide supra p.* 481, *l.* 25. g) *om. c.* h) Ioannis *c.* i) *unius nominis spatium vacuum rel. c.* k) Eucufati *c.* l) *sic c.* m) Pusinne *c.* n) mill. *c.* o) Eichstensi *c.*

1) Fortasse a. 1104, quo Ruthardus huic abbatiae cartas dedit, Reg. arch. Maguni. XXIV, nr. 44. 45, 1, p. 231 sq. Cf. supra p. 358, *a.* 1103. et p. 481, l. 24.

Marie sancteque Margarete[a] et XI milium virginum. Hee autem reliquie ibidem continentur: Sancti Martini pape etc. etc.

Altare sancti Stephani.

In dextro latere altare dedicatum est in honore sancti Stephani protomartiris ab Anselmo Havelbergensi episcopo[1] anno ab incarnatione Domini MCXLIII[b], indictione VI, XVI. Kal. Iulii. He autem reliquie ibidem continentur: Sanctorum martirum Stephani protomartiris, Pantaleonis et sanctorum Machabeorum etc. etc. 1143. Iun. 16.

Altare sancti Iohannis[c].

In sinistro latere altare dedicatum est in honore sancti Iohannis[c] baptiste sanctique Iohannis[c] evangeliste. Hee autem reliquie *continentur ibidem: Sancti Iohannis[c] baptiste, sanctorum apostolorum Petri et Pauli etc. etc. *p. 706.

Altare beate virginis Marie[d].

Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi MCXVII, indictione X, VIII. Kal. Aug. consecrata est basilica sancte Dei genitricis Marie ab Adelberto Maguntinensi archiepiscopo[2]. Hee autem reliquie continentur in ea: De ligno sancte crucis, de sepulchro Domini; de lecto Domini, in quo iacuisse fertur; de lapide Domini, super quem sedit, quando discipulos suos docuit *Pater noster*, etc. etc. 1117. Iul. 25.

Altare sancti Andree.

Anno ab incarnatione Domini MCC, indictione XI[3], II. Kal. Iunii consecratum est altare in dextra inferiori turri a Dieterico[e] religioso episcopo in honore sanctissimi Andree apostoli, sancti Iohannis[c] apostoli. Hee autem reliquie ibidem continentur: De spongia Domini, de sindone Domini, de presepio Domini, de vestimentis beate Marie et de sepulchro eius, de vestimentis sancti Iohannis[c] evangeliste etc. etc. 1200? Maii 31.

Altare sancte Katherine[f].

Anno ab incarnatione Domini MCCXVIII, indictione VIII[4], II. Kal. April. dedicatum est altare in dextra turri in honore sancte Katherine virginis et martiris sanctique Andree apostoli et omnium sanctorum, ibique habentur horum sanctorum reliquie: De sepulchro Domini, de sindone Domini etc. etc. 1218? Mart. 31.

Altare sancti Nicolai.

Anno dominice incarnationis MCLXXXII, indictione XV, XII. Kal. Iulii consecratum est altare in dextra parte basilice sancte Marie ab Huberto Havelbergensi episcopo in honore sanctorum Nicolai, Remigii, Basilii et Servatii. Ubi hee sanctorum reliquie sunt[g] recondite: Bartholomei apostoli etc. etc.* 1182. Iun. 20.

Altare ad sanctam Magdalenam.

In sinistra parte eiusdem ecclesie consecratum est altare in honorem sanctarum Marie Magdalene, Agathe et Cecilie. Hee autem reliquie continentur ibidem: De sepulchro sancte Marie, de vestimentis sancti Petri apostoli, Mathie[h] apostoli etc. etc. etc.

Anno ab incarnatione Domini MCCXXXI, indictione VIII[5], *XI. Kal. Iulii consecrata est basilica inter inferiores turres a Willehelmo venerabili Havelbergensi episcopo in honore sancte et individue trinitatis et victoriosissime sancte crucis et sanctissime Dei genitricis sem- 1231? *p. 707. Iun. 21.

*) *In cod. additum est, praemisso hoc signo* ⸸ *et* NB.: Anno Domini MCCCCXX. in die Vincula sancti Petri fuit combustum, et tunc nuncupabatur Ad omnes sanctos sub testudine retro organa. Anno MCCCCXXIII. reconciliata est eadem capella in commemoratione sancti Pauli. *Detinc sequitur*: NB. Vide infra sub asterisc. ⸸, *quod signum infra ante l.* 38. *positum est.* 1420. Aug. 1. 1423. Iun. 30.

a) Margarethe, h *del. c.* b) MCXIII. *c.* c) Ioannis *c.* d) modo S. Annae *add. c. In inscriptionibus habet c. plerumque* ae *pro* e. e) *sequitur* v[el] Dieterp *linea subducta c.* f) Catharinae *h. l. c.* g) huc *c.* h) Matthie *c.*

1) Hunc a. 1143. Iun. 14. cum Heinrico archiepiscopo Moguntino Erfordiae fuisse patet ex carta hoc die data, Reg. arch. Magunt. I, p. 321 sq., nr. 9. 2) Haec notitia exscripta est a Nicolao de Siegen p. 292 sq., qui dicit hanc *ecclesiam sive capellam in ambitu monasterii* S. Petri sitam fuisse. Hinc corrige falsa, quae in Reg. arch. Magunt. I, p. 254, nr. 61. ad a. 1117. Iul. 29. leguntur. 3) A. 1200. fuit indictio III, non XI. 4) A. 1218. fuit indictio sexta, non octava. 5) A. 1231. fuit indictio quarta, non octava. Fortasse verus annus est 1220, quo fuit indictio VIII, et quo dies Iun. 21. fuit dominica.

perque virginis Marie et omnium sanctorum. Hec autem reliquie sanctorum continentur ibi: De ligno Domini, de oleo sancte Marie, Iohannis* baptiste etc. etc.*

Capella infirmorum.

1239. Aug. 7. Anno ab incarnatione Domini MCCXXXVIIII, indictione XII, VII. Idus Augusti consecrata est capella infirmorum a Willehelmo venerabili Havelbergensi episcopo in honore sanctorum apostolorum et evangelistarum Iohannis et Mathei[b]. Hec autem reliquie sanctorum ibidem continentur: De ligno Domini, de vestimentis beati Petri etc. etc.

Altare sancte Barbare[c].

1348. Iun. 29. Anno Domini MCCCXLVIII. in festo beatorum apostolorum Petri et Pauli consecratum est altare ad sepulchrum dominorum comitum de Glichen ab Alberto venerabili Yposensi[d] episcopo[1], fratre ordinis Minorum, in honorem sancte* et individue trinitatis et sancte crucis sancteque Dei genitricis Marie et sanctorum Egidii abbatis, Agnetis et Barbare. Hec autem reliquie continentur ibidem: De ligno Domini, de sepulchro Domini, de capillis sancte Marie, Iohannis* baptiste etc. etc.

Altare sanctorum trium regum.

1351. Maii 15. Anno Domini MCCCLI. in dominica quando cantatur *Cantate,* que tunc evenerat tercia die post Gangolfi, consecratum est altare in principali arce sinistre partis ecclesie a supradicto episcopo[f] in honore trium regum et sancte Scolastice; et hec reliquie continentur ibidem: De ligno Domini, de capillis sancte Marie, Andree apostoli etc. etc. etc.

Altare sanctorum Cosme et Damiani.

1351. Maii 15. Anno et die quo supra ab eodem episcopo consecratum est inferius altare inferioris arcis sinistri lateris in honore sancti Ciriaci et sociorum eius, Sebastiani et Cosme et Damiani martirum; et hec reliquie ibidem continentur: Ciriaci martiris, Sebastiani martiris, Cosme et Damiani, de cruce sancti Petri etc. etc.

Altare sancte Elisabeth[g].

1351. Maii 15. *p. 708. Item anno et die quo supra ab eodem episcopo consecratum est altare inferioris arcis dextre partis ecclesie in honore sancti Eustachii sociorumque eius, sancte Elizabeth et sancte Margarete[h]. Et hec reliquie continentur ibidem: De loco nativitatis Domini, de lacte Marie, Petri et Pauli apostoli etc. etc.

Altare in dormitorio ad sanctam Mariam Novam.

1466. Iun. 22. Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto in die sanctorum decem millium martirum dedicatum fuit altare cum capella in dormitorio in honorem beatissime virginis genitricis Dei Marie et sanctorum quatuor doctorum, videlicet Ieronimi, Gregorii, Ambrosii, Augustini, et sancti Sebastiani martiris a reverendo in Christo patre et domino domino Ioanne ecclesie Syronensis episcopo[2]. In ipso quoque altari subscripte sanctorum reconditе sacre sunt reliquie: De ligno Domini, de sepulchro, de presepio, de capillis sancte Marie etc. etc. etc.

Imago ante chorum.

1466. Iun. 22. Item eodem die benedicta fuit ymago salvatoris ante capellam sancti Ioannis baptiste. In qua quidem ymagine hec reliquie recondite sunt: De sepulchro Domini, de ligno Domini, Marci evangeliste, Adalberti episcopi et martiris, Cristofori martiris de legione Thebeorum, Crispini et Crispiniani, Ciriaci, de digito sancti Laurentii martiris, Iusti martiris, Modesti martiris, de septem episcopis Treverensibus, Martini, Augustini, de costa sancti Wigberti episcopi, Affre martiris, Cecilie, Margarethe, Barbare, Potentiane, Pelagie virginum, Felicitatis martiris etc.

*) *In cod. additum est*: NB. quondam fuit istud altare super . . . . . retro organum magnum.

a) Ioannis *c.* b) Matthei *c.* c) *in marg.*: NB. ad sepulchrum dominorum comitum de Gleichen. d) Yposensis episcopi *c.* e) Ss. *c.*; *cf. supra* p. 481, *l.* 25. *et p.* 483, *l.* 40. f) Alberto Yponensi *(falso) add. Gallus Stassen uncis inclusa.* g) Elisabethae *c.* h) Margarethe *c.* i) *spatium unius vocis vacuum rel. c.; cf. supra p.* 483, *l.* 43.

1) Cf. supra p. 472, n. 1. 2) Chorepiscopo, cuius sedes in p. inf. fuit Syra (Scyros) insula. Cf. Koch in 'Zeitschr. d. V. f. Thür. Gesch.' VI, p. 81 sq. Wegele, Nic. de Siegen p. 449, l. 5. nomen sedis eius foede corrupit in *Spyrensi.*

Altare in infirmitorio ad sanctam Affram.

Item sequenti anno, scilicet 1470[1], ab eodem quoque episcopo consecratum fuit altare cum capella in infirmitorio, cuius dedicatio celebratur dominica ante Alexii confessoris; que tunc capella consecrata est in honore sancti Benedicti abbatis, Gregorii pape, Alexii confessoris, Servuli confessoris, Elisabeth vidue et sancte Affre martiris; in quo quidem altari subscripte sanctorum recondite sacre sunt reliquie: Matthie apostoli, de vestimentis sancti Petri apostoli, de cruce sancti Andree apostoli, decem millium martirum etc. etc.; de lapide specus sancti Benedicti patris nostri, de spinis, ubi volutabatur corpus eius. 1470. Iul. 15.

Altare sancti Thome.

Anno Domini MCCCXVI. consecratum est altare in sinistra parte ecclesie contra caput sepulcri comitum de Glichin in honore sanctorum apostolorum Thome, Symeonis et Iude sanctique Oswaldi regis in die sanctorum Gervasii et Prothasii a domino Iohanne Lavacensi episcopo[2]. Hec autem sanctorum ibidem continentur reliquie: De lapide nativitatis Domini, de Calvarie loco, de *sepulcro Domini, de crinibus sancte Marie etc. etc. 1316. Iun. 19. *p. 709.

Altare sancti Mathei*.

Anno Domini MCCCIII. sexto Kalend. Maii, indictione prima, consecrata est capella et altare in paradiso a venerando Myndensi episcopo Lutoldo[b] in honore sancte[c] et individue trinitatis et sancti[d] Mathei apostoli omniumque apostolorum. Hec autem reliquie sanctorum continentur ibidem: De ligno Domini, de lapide unde ascendit Dominus, de veste sancte Marie, de cruce sancti Petri apostoli etc. etc. 1303. Apr. 26.

Altare sanctorum martyrum in paradiso.

Anno Domini MCCCVIII. XI. Kal. Septemb., indictione V[3], consecratum est altare in paradiso in dextra parte a venerabili episcopo Bertoldo dicto de Henninberg[4] in honore sancti Christophori et decem milium martirum omniumque martirum. Hec itaque sanctorum reliquie habentur ibidem: De ligno sancte crucis, de presepio Domini, de palma Domini etc. etc. 1308? Aug. 22.

Altare sancti Benedicti.

Anno Domini MCCCXXVII. Kalend. Martii, que tunc fuit* in dominica Invocavit, reedificatum est altare sancti Benedicti et consecratum est a venerabili domino episcopo Dithmaro[f] Gabulensi[5] in honore eiusdem patris Benedicti et precellentissimi doctoris sancti Gregorii et magni patris Anthonii, et reposite sunt priores reliquie[6], quibus addite sunt reliquie sanctorum Gregorii pape, Georgii et Marie Magdalene etc. etc. 1327. Mart. 1.

Ad sanctum Michaelem.

Anno Domini MCCXXI. II. Id. April. consecratum est altare in sinistra parte monasterii a Wilhelmo venerabili Havelbergensi[g] episcopo in honore sancti Michaelis et omnium angelorum et sanctorum, quorum reliquie continentur ibidem. 1221. Apr. 12.

Ad sanctum Leonhardum.

Anno dominice incarnationis MCLXXXV, indictione III^tia^, 3. Novemb. consecratum est altare* in summitate ecclesie sancti Leonardi ab Huberto venerabili Havelbergensi episcopo in honore sancti Michaelis archangeli et omnium sanctarum[e] celestium virtutum. Hec autem sanctorum reliquie ibidem continentur: De vestimentis sancti Petri apostoli, de cruce sancti Andree apostoli etc. etc. 1185. Nov. 3.

*) *In marg.* Destructum est istud altare.

a) Matthaei *c.* b) Lu(c. Iu)toldo *c.* c) Ss. *c.* d) SS. Matthei *c.* e) *om. c.* f) Dithamaro Gablicensi *c.* g) Havebelgensi *c.*

1) Hoc anno hanc capellam constructam esse dicit Nic. de Siegen p. 457; quocum non convenit *sequenti anno*, praecedente a. 1466. 2) Chorepiscopo, qui obiit hoc anno 1316. Cf. Koch in 'Zeitschr. d. V. f. Thür. Gesch.' VI, p. 70 sq. 3) Sexta potius, annus incarnationis fortasse *MCCCVIIII.* corrigendus. 4) Olim episcopo Wirzburgensi a. 1274. deposito. Cf. supra p. 410; Koch l. l. p. 66 sq. 5) Chorepiscopo, cuius sedes in p. inf. fuit Gabala Syriae. Cf. Koch l. l. p. 71; Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' II, p. 25 sq., nr. 35. 6) Cf. supra a. 1147, p. 482, l. 40.

Imago in sepulchro ad sanctum Dyonisium.

1474, Mart. 12. Anno Domini MCCCCLXXIV. in die beati Gregorii pape consecrata sive benedicta est insignis ac devota ymago salvatoris nostri in dormitorio, reposita[a] sepulcro, a venerabili in
*p. 710 Christo patre domino Iohanne ecclesie Syronensis episcopo[1], *reverendissimi in Christo patris et domini domini Adolfi archiepiscopi Maguntini in pontificalibus vicario seu suffraganeo; in qua quidem ymagine subscripte sanctorum recondite sunt reliquie: De ligno sancte crucis, Fabiani episcopi et martiris, Tiburtii martiris, Oswaldi regis et martiris etc. etc.[b]

p. 711. 1228. Anno Domini millesimo CCXXVIII, indictione II[da][2], dedicatum est altare inferius in Cella beati Martini[3] in honore sancte Dei genitricis Marie et beatorum apostolorum Petri et Pauli. Hec autem reliquie ibidem continentur: Sanctorum apostolorum Bartholomei et Barnabe et sanctorum martirum Cornelii et Cipriani etc. etc.

1477. Item anno Domini MCCCCLXXVII.[c] reconciliata ac de novo consecrata est ecclesia prepositure sancti Martini in Cella, et cimiterium prope Werram cum duobus altaribus collateralibus duntaxat reconciliatur — que non erant violata*; quorum patroni sunt, videlicet dextri lateris sanctus Bartholomeus apostolus et sanctus Sebastianus martir, sinistri vero lateris sanctus Thomas apostolus et sanctus Stephanus protomartir — per venerandum in Christo patrem et dominum Iohannem episcopum Syronensem, vicarium in spiritualibus sive suffraganeum reverendissimi in Christo patris et domini domini Adolffi sancte Maguntine sedis archiepiscopi, in die beate Katherine virginis et martiris. Cuius quidem ecclesie dedicatio ad instantiam religiosi patris domini Guntheri abbatis ibidem presentis per eundem dominum suffraganeum constituta est singulis annis peragenda et celebranda dominica post Margarethe virginis et martiris. Contulit etiam prefatus dominus episcopus Syronensis quibuslibet diebus patronorum ecclesie et altarium ac certis aliis festivitatibus, videlicet pasche,
*p. 712. pentecostes ac eorum *octavis, nativitatis Christi, Steffani, Iohannis evangeliste, Innocentum, corporis Christi, epiphanie Domini etc. etc., et dedicationis diebus omnibus supervenientibus, devotas orationes dicentibus* seu ad structuram ecclesie elemosinas largientibus quadraginta dies indulgentiarum perpetuis temporibus duraturarum.

Nov 25.

Altare ad sanctum Laurentium super ambitum.

1478. Dec. 29. Anno Domini MCCCCLXXVIII. in die beati Thome Cantuariensis consecrata et dedicata est capella beati Laurentii super novum ambitum; nam antea pariter consimilis[d] ibidem extitit fundata antiquitus super ambitu, sed penitus sublata, ac de novo, quo[e] nunc est, in locum[f] restaurata sub religioso patre domino Gunthero abbate monasterii nostri. Verum ad instantiam prefati domini Guntheri abbatis libere propter Deum per venerandum in Christo reverendum patrem dominum Iohannem supra dictum, ecclesie scilicet Syronensis episcopum, reverendissimi domini nostri domini Ditheri sancte Maguntine sedis archiepiscopi vicarium etc., solemniter premissis solitis et consuetis officiis, dedicatio ipsa in honore sancti Laurentii martiris, Bernhardi abbatis necnon sanctarum virginum Scolastice, Appollonie, Fidis et Petronelle extitit consummata. Diem dominicam post festum circumcisionis Domini annis singulis pro dedicatione ibidem celebranda assignando cum 40 dierum indulgenciis patronorum ac dedicationis diebus[g] perpetuis temporibus gloriose pro visitantibus devotionis causa prefatam capellam.

1479. Aug. 8. Item sequenti anno, videlicet MCCCCLXXIX, in die beati Ciriaci martiris et sanctorum sociorum eius reconciliata est ac de novo consecrata capella in Orffall[4] sita inter Alich et Totelstett[5] a supradicto episcopo in honore sancte Dei genitricis Marie, beate Anne matris eiusdem ac sancte Marie Magdalene, sanctorum quoque martirum Georgii, Sebastiani, Ciriaci ac sociorum eius necnon beati Wolffgangi episcopi et confessoris. Cuius quidem ecclesie sive capelle dedicatio constituta est [h]a prefato, scilicet Syronensis ecclesie, episcopo singulis annis

*) *In marg.* Summum altare in honore Dei omnipotentis et sanctorum apostolorum Petri et Pauli ac confessorum Martini et Nicolai cum duobus etc.

a) reposita *emendandum?* b) *sequitur in cod. carta fundationis praepositurae Cellae S. Martini Ruthardi archiep. Moguntini a.* 1104, *Reg. arch. Maguntini. XXIV, nr.* 44, *I, p.* 231. c) *correxi e Nic. de Siegen p.* 457. 461; MCCCCLXXII. I. d) *spatium in textu unius vocis vacuum rel., et in marg. consilio.* e) o *e corr.* f) *sic c.* g) dies *c.*

1) Cf. supra p. 484, n. 2. 2) A Sept. 1. fuit a. 1228. indictio II. 3) Ad Werram fl. sita, de qua, carta omissa (n. *b*) data est. 4) Qui locus et Töttelstedt villae ab Erfordia civ. versus occidentem et septentrionem sitae.

die beate Margarethe virginis et martiris peragenda et solemniter celebranda, indulgentiis diebus patronorum, dedicationis, necnon et omnibus et singulis, qui devotionis causa locum premissis orationibus devotis visitaverint aut ad structuram manus adiutrices porrexerint, tocies quocies quadraginta dierum concessis, perpetuis temporibus duraturis, capellam prefatam gratiose honoravit et dotavit. Hec autem sanctorum reliquie in altari ibidem continentur: reliquie sancti Laurentii martiris, de petra Gethsemani, ubi oravit dominus Iesus ad patrem, de tabula super quam commedit, de pane de quo saciavit 5 milia, de unguento Marthe et Marie ad sepulcrum, de Calvarie loco, Iacobi apostoli, Stephani protomartiris, p. 713. Laurentii episcopi[a] et martiris, Sebastiani martiris, Georgii martiris, Feheis pape et martiris, Ciriaci martiris, Brictii episcopi et martiris, Primi et Feliciani, Quatuor coronatorum, 11 millium virginum, Hermetis martiris, Ulrici episcopi et confessoris, Benedicti abbatis, Henrici imperatoris, sancte Marie Magdalene et aliorum sanctorum.

Ad omnes sanctos circa portam.

Anno Domini MCCCCLXXII. consecrata est capella cum altari extra portam pro hospitibus supervenientibus suscipiendis tertia feria post omnium sanctorum a prefato domino 1472. Nov. 3.
Syronensis ecclesie episcopo in honore sancte et individue trinitatis, gloriose virginis Marie et omnium sanctorum sub reverendo in Christo patre et domino domino Adolpho sedis Magguntinensis archiepiscopo. Cuius quidem capelle dedicatio constituta est celebranda ac singulis annis peragenda dominica post omnium sanctorum, presente domino Gunthero abbate cum fratribus et indulgentias humiliter flagitante diebus patronorum et dedicationis quadraginta dierum concessas et elargitas.

Iste sanctorum reliquie recondite sunt in cruce aurea huius figure similitudinem aliqualiter in quantitate habente[b], quam tunc dedit monasterio nostro, sancto Petro et Paulo venerandus dominus Wernherus Baldewini[1], utriusque iuris doctor egregius, sub anno Domini millesimo quadringentesimo 1477. septuagesimo septimo.

Crux picta est, in cuius latere dextro De ligno sancte crucis. *In trabe eius librali:* Item de eadem. *Bulla eius superior est* Dyamas, *in cuius circulo:* Ioannis baptiste, de capite sancti Bonifacii, Walpurgis, Longini militis, Ioannis baptiste. *Bulla sinistra est* Smaragdus, *in qua:* Iacobi maioris, Kiliani martiris, Cypriani, Bonifacii, Agnus Dei. *Bulla dextra est* Saphirus, *in qua:* Agnus Dei, Ambrosii, Gregorii, Augustini, Andree apostoli, Christophori, Mauricii. *Bulla inferior est* Robinus[c], *in qua:* Agnus Dei, Matthei apostoli, Benedicti, Potentiane[d].

Item idem dominus doctor egregius, benefactor noster magnificus, dedit domino Gunthero abbati annulum de auro puro, continentem in se lapidem preciosissimum cum dyamante. Idem plura atque pluries beneficia fidelibus exhibuit. Ergo etc.

Item anno Domini MCCCCLXX.[e] Iohannes natus in villa Gottenbach, civis in Sybgen[f], dedit sive p. 734. 1470
obtulit monasterio nostro magnam pro venerabili sacramento Hecam, quam[h] comparavit pro centum et 1477.
viginti florenis; qui Iohannes et confrater huius monasterii obiit in vigilia sancti Andree, que tunc fuit Nov. 29.
sabbatho ante dominicam primam adventus Domini, videlicet anno 1477; cuius anima requiescat in sancta pace! Amen.

Sperwall[1] quidam homo Dei primus edificator extitit celle que vocatur Ad monachos iuxta[g] Rode, quam cellam sanctis apostolis Petro et Paulo in Erphesfurt tradidit cum sibi adiacentibus prediis; religiosus autem monachus Erphesfurdensis Ingram nomine consentiente Riperto abbate edificari fecit ecclesiam in eadem cella[i].

Anno Domini autem MCXXV. indictione III, IX. Kal. Martii consecrata est ecclesia 1125.
Febr. 24.
in eadem cella in honore sancte[k] et individue trinitatis et victoriosissime sancte crucis et sancte Marie virginis sanctique Georgii martiris a Buccone[l] venerabili Wormaciensi episcopo.

[1] *In cartulario Montis S. Petri membranaceo saec. XV, nunc servato in bibliotheca regia Berolinensi, Ms. Borugs. fol. 81, tergitur f. 183, hace notitia ex alia supra edita excepta manu saec. XV. scripta:* Nota[2] circa annum Domini millesimum centesimum quintum decimum Ingram[3] monachus abbate consenciente c. 1115.
edificari fecit ecclesiam Ad monachos iuxta Rode. Cuius primus iniciator extitit quidam homo Dei Spairwall nomine, qui eandem sancto Petro cum omnibus suis attinenciis tradidit.

Anno Domini 1125. Consecrata fuit ecclesia Ad monachos in honorem sancte trinitatis et 1125.
sancti Georgii martiris a venerabili viro domino Buccone Wurmaciensi episcopo.

a) *sic pro* diac. *c.* b) *om. c.* c) *hanc gemmae adscripta est:* Hic lapis dicitur, in quo eadem crux aperitur. d) *sic c.* e) 1470. *add. c.* f) Sperwall *c.* g) *huius vocis spatium vacuum rel. in c., in marg. mx.* h) Ss. *c.*
i) Buctone *c.*

1) De hoc a. 1488. Maii 16. defuncto plura leguntur p. 1041 sq. codicis Galli Stassen. 2) Hanc notitiam ad verbum descripsit Nic. de Siegen p. 293, quae in cod. Berolinensi minime eius, sed antiquiore manu saec. XV. scripta est. 3) De hoc habet G. Stassen in necrologio suo p. 83: *Ingrammus vixit anno* 1136, *ob.* 17. *Augusti*, addens alia ex loco Nicolai descripta; alia ib. p. 130.

1304. Iun. 15. Anno dominice incarnacionis MCCCIV. XVII. Kalend. Iulii, indictione IIda, consecrata est capella corporis Christi[a] ab Henrico venerabili Retesconensi episcopo[b] in memoriam et honorem sancte crucis ac dominici corporis et sanguinis. Hec autem sanctorum reliquie continentur in predicte basilice altaris confessione: De sepulcro Domini, de ligno sancte crucis, de loco ubi mater Domini de seculo migravit, sanctorum apostolorum Petri et Pauli, sanctorum martirum Sixti pape et martiris etc. etc. Hec est indulgentia huius capelle: Trecenti et sexaginta dies et novem karene. Item omnibus unum *Pater* et *Ave Maria* pro hic sepultis devote orantibus dantur his mille et ducenti dies indulgentiarum[b].

p. 513. 1429. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono reverendus pater et dominus Theodericus abbas Werdenensis, quondam huius loci prior et filius, qui hic in Monte Sancti Petri in presentia venerabilis patris ac domini Guntheri professus[c], multas ordinavit huic loco reliquias[3]: Primo de monasterio suo, videlicet Werdenensi, dentem sancti Petri apostoli, item notabilem portionem de beata Maria Magdalena, item de crinibus intemerate virginis genitricis Dei etc. etc. Item idem pater ac dominus Werdenensis impetravit nobis a monasterio sancti Panthaleonis in Colopia tres magnas porciones de societate sancti Geremis martiris, item clavum, cum quo beatus Petrus apostolus fuit cruci affixus etc. etc. Item domini ad Sanctum Canibertum in Colonia dederunt magnam portionem de sancta societate Thebeorum, item de sancto Candido[4] etc. etc.

VII. SERIES ABBATUM MONASTERII S. PETRI ERFORDIAE.

Ex codice Helwici circa a. 1266. scripto, supra p. 480 sq. commemorato, Gallus Stassen in sua collectione codicis ecclesiae S. Laurentii Erfordensis p. 699 sq. hanc seriem transscripsit, cuius maior pars ex Cronica S. Petri moderna excerpta est[1]. O. H.-E.

Anno 1063 Burchardus abbas factus est Erfordie ad Sanctum Petrum, et ab ipso eodem anno reedificatum atque fundatum est monasterium sanctorum Petri et Pauli.

Anno Domini millesimo centesimo duodecimo Adelbertus cancellarius factus est archiepiscopus Moguntinus. Iste spoliavit monasterium sanctorum Petri et Pauli in Erfordia omnibus temporalibus, dicens inconvenientes fore abbatem superhabundare archiepiscopo[2].

Anno 1116. Burchardus Erfordensis abbas, privatus abbatia, Romam petens in itinere obiit[5]; cui successit

Ripertus[a]. Obiit 1126[6].

Wernherus. Obiit 1138.

Rudgerus, obiit 1142. Sub hoc ecclesia sancti Petri iterum exuritur[7].

Wernherus, obiit 1147.

Gelfradus, obiit 1152. Huius tempore multa bella fuerunt[8].

Pilgerinus. Obiit 1192[9]. Hic acquisivit multas sacras reliquias[10].

Dithmarus. Obiit 1196, resignat abbatiam[11].

Hugo. Hic resignavit anno 1200[12].

Wernherus. Obiit 1221.

Henricus. Hic a Moguntino deponitur 1250.

Wolfgerus abbas Bursfeldensis[c] 1254. Hic resignavit[b] abbatiam.

---

a. Sic. Ita unus codex; alii — *b. sequitur carta Alberti de Rabelungen (chor)episcopi Ippiensis d. d. 1359. Iun. 11. de tercia dedicacione ecclesie corporis Christi transposita.* — *c. supple* est — d) et fit conventualiter *sequitur in c., quod quidem per contextum, ut mox perspicue, negotio sic* et sic communiter, *scil.* cui successit *in sequentibus repetendum.* — *e. Sic, i. e. habet conventualis, hoc donum sacr. VI. addidum esse censendum est.* — e) Riparius c. — f) *corrupte pro* Wolfg. — g. Busfeldensis c. — h. resignavit c.

1) Chorepiscopo, cuius sedes Rhaedestum Thraciae habuisse videtur. Cuius carta (*Radestinensis episcopi*) d. d. 1304. Iul. 20. affertur apud Schottgen et Kreysig. Dipl. I. p. 783. §. 88. — 2) Cf. Nic. de Siegen p. 472 sq. Epitaphium eius descripsit G. Stassen in necrol. p. 252. — 3) Certe usque ad Hugonem abbatem ex prima parte Cronicae. In dubium quidem vocari posset, num iam altera pars Cronicae a. 1209—1276. in codice Helwici exscripta fuerit. Attamen etiam ea quae cum hac conveniunt minimis libris excudenda curavi. — 4) Haec, quae et in Ann. S. Petri Erph. maioribus, SS. XVI. p. 17, leguntur, unde sumpta in Erph. aut. Varil.-Menckе, SS. II. c. 476. ex codice Helwici ibi addita esse coniicio. — 5) A. 1123. in monasterio Laurissensi obiit, ut traduni Ann. S. Petri antiqui, SS. XVI. p. 17; inde supra p. 361. Quae Nic. de Siegen p. 293. cum hoc loco coniunxit. — 6) A. 1127. secundum Ann. S. Petri ant., inde supra p. 362. — 7) Haec verba magis conveniunt cum Ann. S. Petri Erph. quam cum Cron. S. Petri. — 8) Cf. supra p. 371, a. 1172. — 9) *MCXCII.* pro *MCXCIII.* in codice Cronicae S. Petri falso scriptum est, supra p. 377, n. *b.* — 10) Cf. notitiam Pilgrimi a. 1185. Schannat. Vind. II. p. 4 sq.; Nic. de Siegen p. 328 sq. — 11) A. 1196. eum resignasse abbatiam Nic. de Siegen p. 343. refert; quo anno obierit, non dixit. Neutrum habet Cron. S. Petri. — 12) A. 1201. secundum Cron. S. Petri, supra p. 378.

Andreas obiit 1301[1].
Iohannes[a].
Bartoldus 1321[2].
Wolmarus obiit 1337.
Hermannus cecus factus et resignavit anno 1353[3]. *p. 390
Theodericus de Brunheim[b] obiit 1358.
Theodericus de Czimern[c] obiit 1376.
Ludewicus obiit 1382.
Petrus de Varila 1391.
Hartungus de Trifordia obiit 1424.
Ortwinus obiit in civitate 1437.
Hartungus obiit 1451. Hermannus fuit monachus Bursfeldensis, et hic incepit reformationem sub Hartungo; qui Hartungus fugit in Reinhardsborn ibique obiit. Incepit autem reformatio 1446.
Christianus obiit 1458.
Guntherus. Hic pius . . . . . [d] multum utiliter prefuit.
Ioannes de Segen[4].

a) Ioannes Bart. *tanquam unum nomen scriptum in c.* b) *sic Nic. de Siegen p.* 393; Brünheim *c.*; *sed legendum est* Brüheim *cum Cron. S. Petri Cont. III. a.* 1353. c) *spatium vacuum huic nomini rel., ex Nic. p.* 396. *suppl.* d) *spatium vacuum; fort.* et strennuus *suppl.*

1) Hunc annum et sequentes abbates variis manibus in codice Helwici additos esse coniciendum est. 2) Qui hoc anno Iohanni de Brüheim successit. 3) Cf. supra p. 464. 4) A. 1503—1526.

CRONICA REINHARDSBRUNNENSIS.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Monasterii celeberrimi Reinhardsbrunnensis libros omnes a. 1525. *vesana rusticorum turba conscidit ac combussit*[1], *inter quos perierunt* Cronica Eusebii[2], Cronica Rudolffi, Cronica monasterii Reinherisbornensis, Parvula Cronica[3]. *Felicius sane nobiscum actum esset, si hi libri fata tulissent, nam manibus teneremus integra fere omnia, quae de rebus gestis saec. XII. XIII. XIV. a monachis Reinhardsbrunnensibus conscripta sunt, ac facilius discerneremus, qui libelli et quibus temporibus et a quibus auctoribus compositi essent. Sed illis codicibus deletis horum librorum iam reliquias tantum confusas aliis commixtasque, miserum in modum mutilatas ac corruptas habemus. Unde ingenti labore opus fuit, ut haec fragmenta complerentur atque emendarentur, ut cognosceretur, singulae partes in unum opus postea congestae quibus temporibus et ubi ortae, cuius pretii et auctoritatis sint. Quodsi prospere mihi successit, ut id quod in hoc labore concupiscendum erat, quantum fieri poterat, adipiscerer, non minime debeo acri ingenio ac labori indefesso Karoli Wenck, amici carissimi ac summe colendi. Is enim quaestiones difficillimas, quas viri docti antea magis implicaverant quam expediverant, dissolvit*[4], *libellis excerptisque editis atque excussis luce nova illuminavit; et si non omnia recte perspexit, hoc accidit, quod non omnes errores eorum qui antea has res tractaverant sustulerit. Quae is solvenda reliquerat, ut dissolverem, tribus commentationibus editis studui*[5].

Monasterium Reinhardsbrunnense a Ludowico II. comite, cui Saltatoris cognomen est, filio Ludowici I. Barbati, anno 1085.[6] *fundatum, ascitis monachis Hirsaugiensibus cum Gisilberto abbate, qui et monasterium S. Petri Erfordense rexit, totum ac cultum a fundatore et successoribus eius laete efflоruit, maxime cum Ludowici II. filius aequivocus a.* 1130. *comitatum provincialem Thuringiae adeptus esset, quem progenies eius usque ad a.* 1247. *florens rexit. Cuius gentis*

1) Cf. relationem Wilhelmi Listemann prioris editam in Thur. sacra p. 292 sqq. et ab J. H. Möller, 'Urkundliche Geschichte des Klosters Reinhardsbrunn' p. 211 sqq. Cartas privilegiaque abbatiae idem prior, vir optimus, cuius memoriam grato animo colere fas est, servavit. Utinam etiam libros quosdam, qui nobis maximi pretii essent, in curru, quo cartae Wimariam abductae sunt, collocasset! 2) Quo titulo Ekkehardi Chronicon additamentis Lampertinis aliisque ac continuatione a. 1125—1137 Annalibus Erphesfurdensibus-Lotharianis) auctum indicatum est. Qui codex Reinhardsbrunnensis ex eo Montis S. Petri, nunc in bibliotheca ducali Gothana servato, descriptus erat, ut exposui 'N. Archiv' XXI, p. 618 sq. Excerpta ex hoc codice ab Hartmanno Schedel exscripta exstant in codice bibliothecae regiae Monacensis Lat. nr. 951, f. 126—130, quae Schedel inscripsit: *Ex cronica Eusebii cum addicionibus monasterii Reinhartsborn.* 3) Hi libri recensentur in catalogo codicum Reinhardsbrunnensium a. 1514. conscripto, edito a K. Wenck in 'Zeitschr. d. V. f. Thüring. Gesch. N. F.' IV, p. 284. 4) 'Die Entstehung der Reinhardsbrunner Geschichtsbücher' Halle 1878; 'N. Archiv' X, p. 95—129. 5) 'Studien zu Thüringischen Geschichtsquellen' I. II. III, 'N. Archiv' XX, p. 375—421. 571—637. XXI, p. 237—297. 6) Non a. 1089, ut multi etiamnunc falso asserunt.

principes cum inter potentissimos imperii tum strenuitate, tum potentia ac diviliis eminerent, factum esse videtur, ut incolae coenobii illorum domestici ad res gestas scribendas commoverentur. At libellorum de rebus gestis saec. XII. et XIII. ab illis compositorum iam nullus superest, solum testimonium studiorum Reinhardsbrunnensium monachorum saec. XII. habemus collectionem epistolarum, quae epistolis dictandis exemplo fuit[1]. *Demum saec. XIV. magnum opus compositum est, quo omnia fere, quae de rebus gestis in hoc monasterio conscripta erant, congesta et cum partibus libellorum aliunde petitorum coniuncta sunt. Neque hoc opus integrum superest, sed maximas eius partes habemus, et feliciter contigit, ut eae quae summi pretii sunt ferme integrae ad nos pervenerint.*

Inter libros historicos in catalogo Reinhardsbrunnensi adnotatos, quos supra p. 490 *attuli, quin hoc opus tertio loco nominatum sit, non dubito, cum etiam fragmentum infra sub R afferendum inscriptum sit:* Ex chronica Reinhersbornensi: *quem titulum aptissimum esse huic libro nemo non videt*[2].

Vir simplicissimus fuit monachus Reinhardsbrunnensis ille, qui post a. 1340. *et ante a.* 1349.[3] *magnum hoc chronicon composuit, diversorum librorum, quos adhibuit, particulas simplicissimo modo plerumque ad verbum describens, raro alteram relationem cum altera alterius auctoris coniungens, plerumque unum auctorem in rebus enarrandis secutus, neglectis iis quae alii auctorum suorum de iisdem rebus relata praebebant, nonnumquam etiam duorum auctorum relationes earundem rerum, alteram post alteram, ad verbum exscribens. Sed simplicitati huius boni viri sane grates quam maximas agamus oportet, qua effectum sit, ut librorum Reinhardsbrunnensium, qui perierunt, is partes permagnas integras fere et non mutatas describeret, ut hoc modo hae relationes summi pretii ad nos pervenirent.*

Atque hi fuere libri a chronista exscripti, quos etiam nunc possidemus: Ekkehardi Chronicon auctum additamentis Lampertinis[4] *et Erfordensibus aliisque et continuatione a.* 1125—1137[5], *de cuius codice Reinhardsbrunnensi iam supra p.* 490, *n.* 2. *disserui; Gotifredi Viterbiensis Pantheon; Cronica Minor fratris ordinis Minorum Erfordensis usque ad a.* 1265. *cum Continuatione VII. a.* 1270—1298. *ex ignoto codice edita a Pistorio*[6]*; Annales S. Petri Erphes-*

1) Quam collectionem in codice Montis S. Petri Erfordensis servatam male edidit C. Höfler in 'Archiv d. Wiener Akad.' V, p. 1—66. Singulae epistolae melius editae sunt in Codice dipl. Saxoniae regiae I, 1. II. passim. 2) Quod O. Posse, 'Die Reinhardtsbrunner Geschichtsbücher' (Leipzig 1872) p. 8 sq. censuerat, Historiarum Reinhardsbrunnensium titulum huic operi fuisse, refutavi 'N. Archiv' XXI, p. 261 sq. — Titulum fragmenti R (forma nominis mutata in hodiernam), qui simplicior sit ac facilius citari possit quam is, quem catalogus librorum habet, recepi. 3) Post a. 1340. eum operi suo manum admovisse patet, cum Cronicam S. Petri cum Continuatione I. usque ad a. 1338. exscripserit, in qua sub a. 1337. iam rerum a. 1339. 1340. gestarum mentio facta esse videatur (cf. supra p. 324. 459, n. 1. 2; C. Müller in 'Forschungen z. Deutschen Gesch.' XIX, p. 501 sqq.; 'N. Archiv' XXI, p. 461 sqq.). Ante a. 1349. hoc opus conscriptum esse apparet ex eo, quod brevis genealogia marchionum Misnensium sub a. 1089. a chronista inserta desinat his verbis: *avum Frederici marchionis, patris Frederici iunioris lantgravii et marggravii*, quem Fridericum a. 1349. defunctum vixisse patet, cum haec scriberentur, ut X. Wegele, Ann. Reinhardsbr. p. XXIII sq., statuit. 4) Lamperti Annales ipsos chronista non exscripsit, sed eorum tantum locos in codice Ekkehardi Montis S. Petri additos, inde in codice Reinhardsbrunnensi descriptos praebet; cf. 'N. Archiv' XX, p. 618; SS. R. G., Lamperti opera p. LXIII. 5) Sane chronistam nostrum ex hac continuatione quidquam exscripsisse asseri non potest, cum omnia, quae haec continet, in Cron. S. Petri mod. ad verbum transscripta sint. Neque Hartmannus Schedel in excerptis huius codicis ex hac continuatione quidquam descripsit, sed codicem Ekkehardi eam continuisse praesumendum est, quem exemplar codicis Montis S. Petri fuisse viderimus. 6) SS. R. Germ. I, p. 745 sq.; ed. 3. curante Struvio I, p. 1105 sq. In Pistorii editione huic Continuationi VII. posterior Continuatio a. 1303—1474. in monasterio S. Aegidii Brunswicensi scripta subiuncta est. Continuationem VII. quam SS. t. XXIV. omisi, inter Monumenta Erphesfurtensia saec. XII. XIII. XIV. inter SS. R. G.

furtenses maiores a. 1078—1181[1]; *Cronica S. Petri Erfordensis moderna a.* 1036. 1072—1335. *cum Continuatione I. a.* 1334—1338[2], *ex qua maximas partes ad verbum descripsit. Cum Annales S. Petri maiores nonnisi iisdem codicibus, qui et Cronicam modernam continebant, extitisse statuerimus*[3], *coniciendum est etiam chronistam Reinhardsbrunnensem in eodem codice utrumque librum scriptum habuisse. Sed animadvertamus oportet Annales S. Petri maiores esse continuationem Annalium Lamperti Hersfeldensis neque usquam nisi in horum codicibus inveniri, unde mirum, quod nullus locus ex ipsis Lamperti Annalibus sumptus in Cronica Reinhardsbrunnensi inveniatur, ut supra p.* 491, *n.* 4. *dixi. Quod quomodo explicandum sit, mihi quidem non satis liquet*[4].

Ex Martini Oppaviensis Chronicis duo loci (f. 289ᵃ. 296ᵈ*), ex Iacobi de Varagine chronico brevi Legendae Aureae inserto*[5] *unus locus (f.* 288ᵈ*), ex Sigeberti Gemblacensis Chronico duo loci (f.* 285ᵈ. 289ᵃ*) sumpti inter fragmenta Cronicae Reinhardsbrunnensis codicis nostri* 1 *inveniuntur, ubi eos exhibui. Sed dubito, utrum omnes hi loci vel nonnulli eorum in Cronica Reinhardsbrunnensi extiterint, an a scriptore Ierichowensi Gestis archiepiscoporum Magdeburgensium additi, an a librario, qui collectionem codicis* 1 *congesserit, adiecti sint*[6].

Haec quidem omnia, quae ex libris hodie superstitibus exscripta sint, nullius pretii, praeterquam quod nonnulla ad textum illorum librorum emendandum faciunt. Sed maximi aestimandae sunt amplissimae partes ex libris Reinhardsbrunnensibus deperditis profectae.

Karolus Wenck libellum inscriptum De ortu principum Thuringiae, *a Val. F. de Gudenus ex codice Moguntino saec. XIII. deperdito primo editum, sed postea neglectum, ab oblivione vindicavit*[7], *quo de ortu et progenie comitum provincialium Thuringiae a Ludowico Barbato descendentium eorumque rebus gestis breviter quidem, sed pleraque fide dignissima, pauca de primis comitibus fabulosa*

edenda mox repetam. Chronista igitur Reinhardsbrunnensis habuit codicem Cronicae Minoris codicibus B 6. 6ᵃ editionis meae proximum, quorum codicem Pistorii simillimum fuisse dixi SS. XXIV, p. 175, ideoque praebet etiam additamentum a. 1154. codicum B 6. 6ᵃ et Pistorii. 1) Sub a. 1142. 1177. 1181 (1182). 2) Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 461—470; supra p. 343. Minime chronista noster sub a. 1313. Cronicam S. Petri modernam laudavit titulo Cronicae Thuringiae, ut X. Wegele, Ann. Reinhardsbr. p. XXXI, et O. Posse, 'Die Reinhardtsbr. Geschichtsb.' p. 35, opinati sunt, sed librarius codicis Hannoverani hanc Reinhardsbrunnensem nominavit Cronicam Thuringiae. Vide quae ad a. 1313. adnotavi. De falsissima opinione eorum, qui contenderunt chronistam Reinhardsbr. non hanc, quam habemus, Cronicam S. Petri, sed maius quoddam chronicon S. Petri exscripsisse, iam supra p. 343 sq. dictum est. 3) 'N. Archiv' XXI, p. 702. 4) Aut chronistam nostrum Lamperti Annales, quos in codice adhibito invenerit, neglexisse aut in eius codice Annales S. Petri maiores et Cronicam modernam solos — quod sane mirum fuisset — extitisse conicere potes. Cum 'N. Archiv' XXI, p. 700—719. probare conatus sim Annalium S. Petri maiorum partem a. 1176—1181. ex Annalibus Reinhardsbrunnensibus deperditis sumptam esse, sane magnopere mihi arrideret conicere chronistam nostrum partem a. 1177—1181. non ex Ann. S. Petri maioribus, sed ex fonte eorum, Annalibus Reinhardsbr. videlicet, sumpsisse. Sed procul dubio locus a. 1142. a chronista Reinhardsbr. ex ipsis Ann. S. Petri maioribus exscriptus est, quorum prior pars cum hoc loco ex Annalibus S. Petri antiquis transsumpta sit. Unde illud conicere non ausim. Monendum etiam est Cronicam Reinhardsbr. sub a. 1177. 1180. 1181 (2). quaedam lectiones corruptas cum codice Gottingensi Annalium S. Petri maiorum communes habere. Quod quidem casu factum esse non solum potest, sed etiam verisimile quodammodo est. Nam si stemma codicum Cronicae S. Petri supra p. 353. exhibitum aspexeris, codicem Wirziburgensem, qui illis locis veras lectiones habet, propiorem esse codici Cronicae S. Petri in Cron. Reinhardsbr. excripto cognosces quam Gottingensem. Etsi maxime mirum est, quod in hoc codice et in Cron. Reinhardsbr. ad a. 1182. scripta sint, quae codex Wirziburg. recte ad a. 1181. habet, tamen hoc etiam casu factum esse quin coniciam, facere non possum. 5) C. 181, ed. Grässe p. 824 sqq.; cuius pars quaedam SS. XXIV, p. 167 sqq. edita est. 6) Cf. infra p. 504 sq. De loco a. 992, quo de consecratione ecclesiae Halberstatensis refertur, vide quae infra ad f. 289ᵃ, p. 516, n. 4. adnotavi. 7) 'Entstehung' p. 34—40, quem libellum edidit ib. p. 79—84.

relata sunt. Quem libellum, praeter extremum caput 12. *postea, ut opinatus est, additum Wenck a chronista Reinhardsbrunnensi exscriptum esse censuit*[1], *cum et G. Waitz, qui iterum hunc libellum edidit*[2], *idem statuisset. Sed ipse ostendi 'N. Archiv' XX, p.* 595—609. *a chronista nostro vetustiorem atque ampliorem libellum, inter a.* 1198. *et a.* 1212. *a monacho quodam Reinhardsbrunnensi compositum, exscriptum esse, qui libello illo a V. F. de Gudenus invento post a.* 1234. *breviatus, tumido illius et verboso nimis sermone in simpliciorem mutato, et capite* 12. *addito auctus sit; plerumque plenius in Cronica Reinhardsbrunnensi, nonnumquam hac scriptiuncula libelli deperditi verba melius servata esse exposui*[3]. *Nam in Cronica Reinhardsbrunnensi partes huius libelli cum locis ex Gotifredi Pantheon, ex Ekkehardi Chronico, ex Cronica S. Petri sumptis, tum etiam cum fabulis postea adinventis coniunctae sunt, quibus insertis nonnusquam verba libelli deperditi vel semota vel immutata sunt. Censui etiam hunc libellum ab auctore Historiarum Reinhardsbrunnensium, de quibus mox dicetur, compositum esse, cum eodem fere tempore utrumque librum in monasterio Reinhardsbrunnensi conscriptum esse appareat, cum eodem sermone utriusque auctorem usum esse cognovissem. Libellus etiam qui periit* De ortu comitum Thuringiae *vel* De ortu comitum provincialium in Thuringia, *quem titulum auctorem Libri cronicorum Erfordensis ex Cronica Reinhardsbrunnensi sumpsisse conieci*[4], *inscriptus fuisse videtur. Huius initio iam legebantur quaedam fabulosa*[5], *quae etiam in diplomatibus spuriis sub nominibus Conradi II. et Heinrici III. imperatorum a monachis Reinhardsbrunnensibus conflictis*[6] *inveniuntur, sive auctor illius libelli haec diplomata iam legerit, quod probabilius videtur, et quod G. Waitz*[7], *A. Gross*[8], *A. Naudé*[9], *K. Wenck*[10] *censuerunt, sive ea postea demum adhibito hoc libello confecta sint. Quodsi illud verum duxeris, stare non poterit, quod A. Naudé statuit, haec diplomata demum post a.* 1215. *conficta esse*[11]. *Quo in libello, deperdito quidem, sed ex Cronica Reinhardsbrunnensi et Historia brevi principum Thuringiae satis bene restituendo, quaedam*[12] *ex annalibus Thuringicis a.* 1110?—1149, *ab auctore Cronicae S. Petri et ab annalista Pegaviensi exscriptis*[13], *sumpta esse videntur, uno loco Ekkehardi Chronicon adhibitum esse possit*[14]. *Quid ex libro de ortu comitum provincialium Thuringiae in Cronica Reinhardsbrunnensi sumptum sit, lector cognoscet, ubi Historiae brevis principum Thuringiae capita in margine adnotata invenerit. Hic libellus genealogicus, ut talium auctorum consuetudo fert, nullos fere annos incarnationis adnotatos praebebat, sed chronista noster, qui*

1) 'N. Archiv' X, p. 99 sq. 2) SS. XXIV, p. 819—822, quem inscripsit Historiam brevem principum Thuringiae. Hunc titulum retinui, quamvis illum, quo in codice Moguntino hic libellus inscriptus est, non reiciendum esse censuerim ('N. Archiv' XX, p. 595, n. 2). Sed hunc reservavi libello illi deperdito, ex quo iste libellus codicis Moguntini breviatus est, cum apud me constaret hunc verum titulum fuisse etiam libelli deperditi. 3) Cui sententiae Wenck, 'N. Archiv f. Sächs. Gesch.' XVII, p. 203. iam adstipulatus est. 4) Cf. 'N. Archiv' XX, p. 595, n. 2. 5) Cum eadem et in Hist. brevi princ. Thur. c. 1. 3. et in Cron. Reinhardsbr. legantur. 6) De quibus egregie egit A. Naudé, 'Die Fälschung der ältesten Reinhardsbrunner Urkunden'. Berlin 1883. 7) SS. XXIV, p. 819. 8) 'Die Anfänge des ersten thüring. Landgrafen-Geschlechts' (Diss. Gotting. 1880) p. 10 sqq. 9) L. l. p. 85 sq. 10) 'Zeitschr. d. V. f. Thüring. Gesch. N. F.' IV, p. 295. 11) Cf. 'N. Archiv' XX, p. 608 sq. 12) Ut illud quod narratur Hermannum comitem in vinculis in castro Hamerstein obiisse (Cron. S. Petri 1112), Hermannum de Winzenburg pro eo, quod Burchardum comitem Luchenheimensem interfici iusserat, privatum esse principatu Thuringiae, qui a Lothario imperatore Ludowico comiti datus sit (Cron. S. Petri 1130). 13) Cf. supra p. 338. Quos annales in monasterio Reinhardsbrunnensi compositos esse coniectavi 'N. Archiv' XXI, p. 719 sqq. Sane aliquid probabilitatis accresceret huic coniecturae, si revera hi annales ab auctore Reinhardsbrunnensi libelli deperditi adhibiti fuissent. 14) Cf. infra f. 296b, p. 520, n. 1; 'N. Archiv' XX, p. 605, n. 2.

studuit, ut omnes librorum adhibitorum locos certis annis adsciberet, huius quoque libelli partes, ut libuit, in annos incarnationis divisit, quod exposui 'N. Archiv' XX, p. 609 sq. Sed cum harum rerum iam nullam veram memoriam teneret, ita a vero aberravit, ut quandoque res viginti vel pluribus annis prius, quam re vera gestae essent, adnotaret, velut Ludowicum Barbatum comitem, qui circa a. 1080. obiisse videtur, circa a. 1055. defunctum esse scriberet, ut quae multis annis gesta sunt sub eodem anno collocaret. Patet igitur annos a chronista saec. XIV. partibus libelli de ortu comitum Thuringiae insertos nullius esse momenti, qui lectori prudenti omnino neglegendi sint.

Primus V. Cl. I. Ficker[1] *cognovit in Cronica Reinhardsbrunnensi relationes maximi momenti de regno Heinrici VI. imperatoris contineri, de quibus postea R. Martens*[2] *fusius egit. Etiam de bellis inter Philippum et Ottonem IV, inter hunc et Fridericum II. regem plurima summi pretii in hac Cronica legi O. Abel perspexit*[3]*, X. Wegele comprobavit*[4]*. Sed hic (p. XXV) falso arbitratus Cronicae Reinhardsbr. partem a. 1209—1215. ex Cronica S. Petri moderna exscriptam esse, contendit chronistam nostrum non solum hanc partem, sed etiam — quod falsissimum est — alias narrationes Cronicarum S. Petri et Minoris inanibus ac tumidis verbis ampliavisse et auxisse*[5]*. Qui error gravissimus multos alios errores, etiam graviores, generavit. Nam O. Posse*[6] *illi in his omnibus adstipulatus novos errores addidit, opinatus chronistam nostrum, istum virum simplicissimum, omnium librorum, quos adhibuerit, relationes non simpliciter descripsisse, sed sermone tumido atque inanibus additamentis commentisque ampliasse, permutasse, retractasse — quo falsius sane facile dici non potuisset — atque ideo retractavisse, ne cognosceretur, ex quibus fontibus has relationes hauserit, et ut monasterium Reinhardsbrunnense a lantgraviis Thuringiae summe cultum ac dilectum esse — id quod verum est — comminisceretur. Partes illas maximi pretii a. 1170—1208. Cronicae Reinhardsbrunnensis non in hoc monasterio compositas, sed ex libro quodam Thuringico, qui perierit, sumptas, a bono chronista nostro perverso more ipsius retractatas et immutatas esse; quos annales Thuringicos etiam ab auctoribus Annalium Marbacensium, Cronicarum S. Petri modernae et Minoris exscriptos esse Posse sibi persuasit*[7]*. Sed haec omnia K. Wenck optime refutavit, ostendens partem Cronicae Reinhardsbr. a. 1209—1215. minime ex Cronica S. Petri, sed ex libro monachi cuiusdam Reinhardsbrunnensis descriptam, eundem librum in Cronica S. Petri excerptum esse*[8]*, quod ipse aliis argumentis allatis ultra omnem dubitationem constare demonstravi*[9]*. Constat etiam illum librum, ex quo chronista noster maximam*

1) De Henrici VI. imp. conatu electiciam regem in imperio Romano-Germanico successionem in hereditariam mutandi (Diss. Bonn. 1849) p. 28—34. 43 sqq. Qui unum tantum locum editum habens tamen optime de hac parte iudicavit. 2) 'Die Ann. Reinhardsbrunn. als Quelle für die Zeit K. Heinrichs VI.' Diss. Lips. Danzig 1868. 3) 'König Philipp der Hohenstaufe' (Berlin 1852) p. 257—259. et passim in adnotationibus ad hunc librum, et 'Kaiser Otto IV. u. König Friderich II.' (Berlin 1856) p. 120. 4) Ann. Reinhardsbr. p. XVIII sq. 5) Cui etiam R. Martens l. l. p. 15 sqq. assensus est, nonnulla fabulatus de iis, quae chronista noster immutaverit vel addiderit, quae intacta reliquerit, secutus etiam hac in re X. Wegele p. XXVII sq. perperam opinatum nonnullos locos a chronista immutatos additosve esse. Haec ut refutem iam non oportet. Qui cum p. 17. sibi persuaserit id, quod f. 322b. legitur, de morte Friderici I. imperatoris dissonam et inconcinnam vulgi opinionem esse, ideo postea a chronista nostro insertum esse, quod imperatorem in monte Kyffhäuser supervivere his verbis significetur, iam sufficit monuisse tempore chronistae non Fridericum I, sed Fridericum II. imperatorem supervivere creditum esse. Cf. 'N. Archiv' XX, p. 580. 6) 'Die Reinhardtsbrunner Geschichtsbücher' (Leipzig 1872) p. 38—62. 7) G. Waitz in 'Hist. Zeitschrift' XXVIII, p. 221—223. pleraque, quae Posse contenderat, comprobavit. 8) 'Entstehung' p. 26—32; 'N. Archiv' X, p. 105—111. 9) 'N. Archiv' XX, p. 571—581. Cf. supra p. 339; Wenck in 'N. Archiv f. Sächs. Gesch.' XVII, p. 202.

partem narrationum exeuntis saec. XII. usque ad a. 1208. *descripsit, a monacho quodam Reinhardsbrunnensi conscriptum esse, nec minus constat hunc libellum neque ab auctore primae partis Cronicae S. Petri (usque ad a.* 1208) *neque ab auctore Cronicae Minoris neque ab Annalista Marbacensi lectum esse, ut K. Wenck*[1] *et ipse*[2] *ostendimus; falsum esse, id quod O. Posse sibi persuaserat, haec opera necessitudine quadam inter se coniuncta esse*[3].

Omnes viderunt[4] *librum illum Reinhardsbrunnensem summi pretii, quo res gestae Heinrici VI. imperatoris, Philippi et Ottonis IV. et Friderici II. regum usque ad a.* 1217. *relatae erant, duabus partibus constare, quarum prior pars in relatione a.* 1197. *ante locum, quo Heinricus VI. imperator obiisse refertur, desierit. Quod constat, cum sub anno* 1196. *(re vera a.* 1195) *Theodericus comes* principatu fraterno, *marchiae Misnensis videlicet,* usque in hodiernum privatus *esse dicatur, quo iam a.* 1198. *potitus est; porro cum loco, quo Heinrici VI. obitus refertur, regni scismatis, regum videlicet Philippi et Ottonis IV. electorum, caediumque exinde secutarum mentio facta sit, paulo post (sub a.* 1198) *Theodericus ille* comes Misnensis, marchio futurus *dicatur. Unde patet relationes a.* 1195—1197. *paulo post res gestas ab aequali auctore conscriptas, iam ante nuncium obitus Heinrici VI. acceptum, ut videtur, vel saltem extremo anno* 1197. *hanc priorem partem finitam esse.*

Iam K. Wenck recte perspexit relationes a. 1197 *ex. usque ad a.* 1215(17). *ab eodem auctore conscriptas esse*[5], *sed se decipi passus est opinione a X. Wegele adinventa et ab O. Posse propagata, qui contenderunt chronistam nostrum relationes librorum exscriptorum tumido sermone usum immutasse ac retractasse. Cognovit quidem virum illum bonum, qui inter a.* 1340. *et* 1349. *hanc Cronicam congessit, minime hoc facere potuisse, sed alium quendam monachum Reinhardsbrunnensem circa a.* 1310. *praeter alia monumenta Reinhardsbrunnensia has etiam historias misero modo deformasse censuit*[6]. *At orationem tumidam inflatamque, qua hae partes scriptae sunt, ipsius fuisse antiqui auctoris, qui illum librum deperditum composuerit, ostendi, docui nullas haberi rationes, e quibus effici possit has relationes retractatas vel immutatas esse, sed chronistam medii saec. XIV. eas ad verbum ut particulas reliquorum librorum ex antiquo codice transscripsisse, et ita partem priorem libri deperditi usque ad a.* 1197. *cum posteriore a.* 1197—1215 *(*1217*) sermone, ornatu orationis, modo materiaque narrandi convenire, ut eundem auctorem utramque partem composuisse statuendum sit, qui et libellum deperditum de ortu comitum provincialium conscripserit*[7]. *Sane mirum videretur, quod idem monachus, qui*

1) 'Entstehung' p. 41—45. 2) 'N. Archiv' XX, p. 609. XXI, p. 526. 713, n. 3. 3) Quod Posse p. 45. sibi persuaserat, relationes de interitu Friderici I. imp. non solum Cronicarum S. Petri et Reinhardsbrunnensis, sed etiam Arnoldi Lubecensis et Annalium Egmundanorum ex epistola de morte Friderici data profectas esse, Wenck l. l. p. 43. non satis acriter reiecit. 4) Primus O. Abel, 'König Philipp' p. 258, qui quidem cum parvam huius Cronicae partem in cod. Hannoverano perlegisset, falso dixit ipsam Cronicam Reinhardsbr. iam saec. XII. exeunte compositam, postea a Bertholdo (de quo infra) continuatam esse. Sed cum X. Wegele totam Cronicam ederet, facile ei patuit (Ann. Reinhardsbr. p. XVIII sq.) potius libellum a chronista exscriptum a. 1197. desiisse, cui R. Martens l. l. p. 5 sqq. et Wenck, 'Entstehung' p. 44; 'N. Archiv' X, p. 101. assensi sunt. 5) 'Entstehung' p. 30 sq. et disertius 'N. Archiv' X, p. 105. 6) 'Entstehung' p. 24—34. et passim. Quem errorem ut retineret, eo maxime adductus est, quod Historiam brevem principum Thuringiae, quam in Cron. Reinhardsbr. exscriptam esse opinatus est, simpliciore stilo conscriptam, easdem res in Cron. Reinhardsbr. tumidiore stilo enarratas esse perciperet. Sed iam vidimus [supra p. 493] hanc inflatam orationem potius ipsius fuisse auctoris libelli in utroque opere exscripti. 7) 'N. Archiv' XX, p. 581—609. Sane alter monachus Reinhardsbrunnensis, qui posteriorem partem libelli deperditi priori parti alterius monachi subiunxisset, lecto huius libello stilum eius imitari potuisset, sed quae attuli tanti momenti mihi viden-

a. 1197. *narrandi finem fecerat, demum a.* 1217. *vel brevissimo tempore post hunc annum*[1] *pennam ad res gestas describendas resumpsisset, neque vero constat tunc demum uno tenore posteriorem partem illius libelli compositam esse, immo facile credendum est particulas eius paulatim conscriptas esse, in quibus animus auctoris saepe rebus gestis enarratis commotus appareat. Qui id sibi proposuit, ut res in imperio Romano-Germanico gestas, non annales coenobii sui domesticos, conscriberet, unde rarissime ad monasterium Reinhardsbrunnense pertinentia tetigit*[2]*, sed gesta imperatorum regumque, pontificum Romanorum ac summorum imperii principum, maxime archiepiscoporum Moguntinorum, expeditiones etiam in Terram Sanctam factas narravit, sed ut vir Thuringus et monachus Reinhardsbrunnensis omne studium in rebus gestis comitum provincialium referendis posuit, quo quasi cardine tota narratio vertitur, his tantopere favit, ut hostibus eorum infestum, amicis eorum propensum se praeberet, a regibus aversum animum ostenderet, cum hi cum lantgraviis discordarent, eis faveret, cum hi lantgravios foverent. Quarum rerum optime gnarus non modo annalistarum more ipsas res gestas aride ac ieiune adnotavit, sed ut rerum gestarum causas explicaret, et quibus rationibus moti principes res gesserint, exponeret, studuit, quod ita exegit, ut libellus eius inter optimos fontes historiae illius temporis insignem locum obtineat. His vero narrationibus summi pretii etiam longas miraculorum relationes inseruit*[3]*; sermonem quoque de Sifrido monacho Reinhardsbrunnensi, postea eremita prope Vallis S. Georgii coenobium incluso, a.* 1215. *defuncto*[4]*, ab eodem auctore compositum esse demonstravi*[5]*, sive hunc ipsi historiarum libello inseruerit, sive in eodem codice eidem subiunxerit. Ex quo sermone patet auctorem eius presbyterum illi Sifrido amicissimum fuisse, ab hoc morituro ascitum esse, corpus eius in monasterium Reinhardsbrunnense sepeliendum transtulisse. Neque tamen nomen eius unde cognoscamus habemus*[6]*. Qui ut tumidam inflatamque orationem adornaret, versus vel particulas versuum Lucani, Vergilii, Horatii, Ovidii, Sedulii, Waltheri de Castellione, locos Boetii immiscuit, neque iuris canonici ignarus fuit, qui Gratiani aliorumque decretalium locos citaverit.*

Qui cum altiores spiritus gerens non annalistarum more res gestas describeret, non solum ordinem temporis in iis enarrandis curavit, sed continuam rerum inter se cohaerentium historiam composuit; unde contigit, ut multa prius narraret quam alia antea gesta et raro annos rerum gestarum adnotaret. Sed chronista noster, qui studuit, ut omnes locos librorum adhibitorum certis annis supponeret, huius etiam libri partibus annos incarnationis partim recte, quod quidem sive ex his historiis ipsis sive ex Cronicis S. Petri et Minore discere potuerit, partim ut ipsi videbatur, falso plerumque praeposuit, quod iam in

tur, ut potius eundem auctorem utramque partem conscripsisse censere debeamus. Levissima sunt, quae R. Martens p. 8 sq. attulit, ut probaret posteriorem partem ab a. 1197. usque ad a. 1215. non ab auctore prioris partis, sed ab alio monacho Reinhardsbrunnensi compositam esse. Nullo iure, immo temere is cum Abel, 'König Philipp' p. 259. coniecit auctorem prioris partis cum Hermanno lantgravio in Terram Sanctam profectum inde non rediisse. Minime mirum est, quod in hoc libello nihil de rebus lantgravii in Terra Sancta gestis relatum sit, cum nihil laude vel memoria dignum ibi gesserit, quod etiam ipse auctor f. 331ᵃ. satis perspicue indicavit. 1) Cf. 'N. Archiv' XX, p. 580 sq. 615 sq. 2) A. 1203, f. 334ᶜ·ᵈ. et a. 1215, f. 348ᵇ·ᶜ. 3) A. 1191, f. 324ᵇ—325ᵃ. et a. 1206, f. 337ᵃ—ᶜ. 4) Qui sermo in Cron. Reinhardsbr. in duas partes divisus sub a. 1213, f. 344ᵈ—345ᶜ. et a. 1215, f. 346ᵉ—348ᵃ. insertus est. X. Wegele, Ann. Reinh. p. XX. eum nullo iure Bertholdo infra dicto attribuere voluit, quem monachum Reinhardsbrunnensem fuisse nec traditum nec verisimile est. 5) 'N. Archiv' XX, p. 613 sq. 6) Fortasse quidem titulo *Cronicae Ruidolffi* in catalogo librorum Reinhardsbrunnensium (supra p. 490) hic liber indicatus erat (cf. 'N. Archiv' XXI, p. 262, n. 2); unde nomen auctoris pateret, sed hoc in dubio relinquendum est.

particulis ex libello de ortu comitum provincialium transscriptis fecerat[1], *ut longius exposui 'N. Archiv' XX, p.* 610—613. *Quae cum ita sint, annalium titulus, quo viri docti hunc librum laudare consueverunt, ei, qui modo ab annalistarum more prorsus alieno compositus paucas annorum adnotationes exhibuerit, haud convenit, sed Historiarum Reinhardsbrunnensium nomen ei, qui duabus partibus diversis temporibus conscriptis constet, aptissime indere mihi visus sum, quod O. Posse invenit, sed falso Cronicae Reinhardsbrunnensi imposuit*[2].

Liber Historiarum Reinhardsbrunnensium non integer quidem in Cronica Reinhardsbr. transscriptus est, sed longe maximam partem eius in illa nobis servatam esse certissimis indiciis probatur. Nonnullis quidem locis eius chronista locos ex Cronicis S. Petri et Minore sumptos inseruit, et recte K. Wenck adnotavit his insertis nonnullos locos Historiarum sublatos esse[3], *sed cum in Cronica S. Petri inter a.* 1209. *et* 1215 (17). *unus tantum locus brevissimus Historiarum Reinhardsbr. legatur, qui in Cronica Reinhardsbrunnensi non servatus sit*[4], *chronistam perpauca huius libelli omisisse apparet*[5]. *Omnibus locis, quos ex hoc libro in Cronica transscriptos esse censui, in margine litteras* H. R. *adscripsi.*

A quo anno coeperit liber Historiarum Reinhardsbrunnensium, difficilius est cognitu. Patet quidem ab a. 1187.[6] *eum a chronista exscriptum esse*[6], *sed inde effici non potest ab hoc demum anno eum coepisse, et Fr. Wegele*[7] *quidem iam circa a.* 1170. *initium eius fuisse censuit, K. Wenck eum potius ab a.* 1183. *coepisse statuit*[8]. *Qua de re ut rectius iudicaretur, potissimum effecit P. Scheffer-Boichorst, qui viro Cl. S. Riezler retulit*[9] *sub a.* 1173. *locum quendam ex Ekkehardi Chronico a.* 1099. *fraudulenter transscriptum esse, translatis in Ludowicum III. lantgravium iis quae Ekkehardus de Conrado Heinrici IV. imperatoris filio dixerat. Nam hoc loco, quo auctor Ludowicum III. lantgravium summis laudibus extollens verbis Ekkehardi se eius tempore vixisse dixerit*[10], *in errorem ducti sunt O. Abel*[11] *et Fr. Wegele*[12], *ut haec ab eius temporis viro conscripta esse censerent. Quo loco iam cum eo a.* 1168.[13] *amoto, restant loci a.* 1170. 1172. 1183. 1184. *ex antiquo et ignoto fonte hausti, quos potius ex annalibus quam ex Historiis Reinhardsbrunnensibus sumptos esse crediderim. Censui enim annales deperditos a.* 1152—1181, *quos in Cronica S. Petri moderna et ab a.* 1176. *usque ad a.* 1181. *in Annalibus S. Petri Erphesfurtensibus maioribus exscriptos esse ostendi, in monasterio Reinhardsbrunnensi compositos esse, ex quibus illos locos transscriptos esse coniectavi*[14], *cum etiam sub a.* 1166. 1167.

1) Supra p. 493 sq. 2) Cf. 'N. Archiv' XX, p. 613. XXI, p. 261 sq. 3) 'Entstehung' p. 43. 4) Et hic fortasse a librario codicis nostri, non a chronista omissus; cf. 'N. Archiv' XX, p. 577, n. 2. 5) Cf. ib. p. 577, n. 1. 6) Ubi post locum Cronicae S. Petri de clade christianorum in Terra Sancta accepta ex hoc libro exscriptum esse patet, quid papa fecerit, ut Terrae Sanctae succurreretur. Quae cum Fr. Wegele minoribus litteris neglegenter exprimenda curaverat, R. Martens p. 13 sq. non animadvertit ea ex Hist. Reinhardsbr. sumpta esse, unde hunc libellum ab a. 1188. coepisse contendit. 7) Ann. Reinhardsbr. p. XVIII. 8) 'N. Archiv' X, p. 102, cum antea 'Entstehung' p. 45. iam ea quae sub a. 1168. in Cron. Reinhardsbr leguntur eidem libello attribuisset, sed postea recte cognovit haec fabulosa, nequaquam ex antiquo libro sumpta esse. 9) 'Forschungen z. D. Gesch.' X, p. 12, n. 7; id quod O. Posse l. l. p. 48 sq. iterum adnotavit, quem non recte primum hoc observasse dixi 'N. Archiv' XX, p. 617. 10) Perperam dicens Ludowicum III. lantgravium uxorem duxisse *ducis Austrie filiam, famosissimi pene nostrorum temporum viri*, quae verba, exceptis *ducis Austrie*, chronista ex Ekkehardi Chron. foratus est. Recte Martens p. 10. 12. hunc locum non ab aequali auctore scriptum esse censuerat. 11) 'König Philipp' p. 258. 12) Qui quidem hac de re nihil dixit. 13) De quo vide n. 8. 14) 'N. Archiv' XXI, p. 691—719. Reliquiae antiquiorum annalium Reinhardsbrunnensium ad a. 1110. 1116. 1118. 1123. 1141. 1146. 1148. in Cronica Reinhardsbr. inveniuntur, quarum tres in Ann. Pegavicnsibus recurrunt, de quibus vide 'N. Archiv' XXI, p. 723—726. Quibus omnibus fere locis cum de obitu per-

quaedam textui Cronicae S. Petri addita in Cronica Reinhardsbr. deprehenderem, quae ex annalibus in Cronica S. Petri exscriptis sumpta esse videbantur. Nec quidem certo demonstrari nec negari potest locos a. 1183. 1184. *iam ab auctore Historiarum Reinhardsbrunnensium conscriptos esse, quamvis stilum eius singularem in his particulis non certo recognoverim. Sane probabile est, quod conieci, librum Historiarum antiquioribus annalibus Reinhardsbrunnensibus, quorum fragmenta sub a.* 1166—1172. *reperiuntur, subiunctum fuisse, nec facere possum, quin contendam hos annales in Annalibus S. Petri maioribus et Cronica S. Petri exscriptos esse. Quodsi tam pauca ex antiquioribus annalibus desumpta in Cronica Reinhardsbrunnensi leguntur, inde evenisse opinor, quod omnia fere, quae in illis legebantur, in Annalibus S. Petri maioribus et Cronica S. Petri, a chronista nostro adhibitis, descripta essent. Sed monendum est etiam sub a.* 1187. 1189. 1200. 1206. 1207. 1208. *in Cronica Reinhardsbrunnensi superesse locos quosdam, qui potius ex annalibus brevibus aride conscriptis quam ex libro Historiarum Reinhardsbrunnensium sumpti esse videntur, ut* ‘*N. Archiv*’ *XX, p.* 616. *adnotari.*

Etiam vero in priore parte Cronicae Reinhardsbrunnensis (usque ad a. 1215) *loci quidam inveniuntur, quos ex fontibus hucusque recensitis non profectos esse apparet. Chronista nempe cartas donationum, sive archetypis earum sive libro quodam traditionum*[1] *usus, excerpsit*[2]*, diploma etiam spurium Conradi II. imperatoris et epistolam Urbani II. papae, ex qua quaedam de Herrando episcopo Halberstatensi desumpsit, integra transscripsit. Tum vero fabulas nonnullas, sive eas ipse composuerit, sive iam scriptas invenerit*[4]*, inseruit. Denique ex annalibus Erfordensibus brevibus, quorum reliquiae in aliis etiam fontibus Thuringicis deprehenduntur, quaedam ad a.* 1164. 1169. 1237. *exscripsit*[5].

Mediam magnam partem Cronicae Reinhardsbrunnensis occupat Vita Ludovici II. lantgravii a monacho Reinhardsbrunnensi post a. 1308. *conscripta, cuius quidem nullum exemplar Latine scriptum superest, sed versionem eius Germanicam habemus a Friderico Kodiz de Salvelt monacho et rectore puerorum Reinhardsbrunnensi saec. XIV. factam, quam Heinricus Rückert edidit*[6].

sanorum gentis lantgraviorum Thuringiae in monasterio Reinhardsbrunnensi sepultarum relatum sit, non constat hos locos ex annalibus desumptos esse, qui etiam ex necrologio vel ex inscriptionibus lapidum sepulcralium descripti esse possent. 1. Ex quo etiam alia, quae in ipsis cartis cum invenisse non credendum est, exscribere potuisset; vide quae ‘N. Archiv’ XXI, p. 732, n. 2, ad locum a. 1116. adnotavi. Ad a. 1097. notitiam dedicationis ecclesiae Reinhardsbrunnensis exscripsisse videtur. 2. Quod etiam in extrema parte operis a. 1307. 1327. 1335. fecit. 3. Ut a. 1071. de Ludowico II. comite de castro Gleichenstein in Salam fluvium desiliente, de Reinhero incola loci Reinhardsbrunn a. 1085, a. 1168. de castelli a Lotta, lantgravia edificato, a. 1172. de Friderico I. castrum Neuenburg visitante, a. 1184. de Hermanno abbate Friderico I. consilium dante. Satis etiam in narratione Friderici comitis palatini a Ludowico comite interfecti et fundationis monasterii Reinhardsbrunnensis a. 1084. 1085. nonnulla a chronista addita videntur, sed difficilius est cognitu, quid ex libello de ortu comitum provincialium profectum, quid a chronista adiectum sit. Cf. ‘N. Archiv’ XX, p. 606—608. De his fabulis egit O. Posse, in ‘Hist. Zeitschrift’ XXXI, p. 33 sqq. Eas defendit A. Werneburg, ‘Ueber den Werth der Reinhardsbrunner Geschichtsbücher als Quellenschrift für die Thüring. Gesch.’ in ‘Mitt. d. V. f. die Gesch. von Erfurt’ VIII, p. 1—68, quam commentationem viri optimi, sed artem criticam non callentis, hoc solo loco affero, ne eam non legisse dicar. 4) Non omnino negari posse opinor chronistam iam quendam libellum exscripsisse, quo hae fabulae cum lucis ex Ekkehardi Chronico et Gotifredi Pantheon excerptis et partibus libelli de ortu comitum provincialium communctae fuerint (cf. ‘N. Archiv’ XX, p. 617 sq.), neque tamen hoc probabile esse duco. 5) Qua de re ‘N. Archiv’ XXI, p. 508—513. disseroi. 6. ‘Das Leben des heil. Ludwig, Landgrafen in Thüringen . . . übersetzt von Friedrich Ködiz von Salfeld’. Leipzig 1851. H. Rückert dixit (p. xiii) Fridericum Kodiz hoc opus inter a. 1315. et a. 1323. perfecisse. Quod pro certo haberi non potest. Nam ea verba Vitae I, 2. ex quibus hoc effecit: *unde was erdirratir lantgraven Frederichs zu Doringen unde marcgraven zu Missen* (1314—1324) e Vita Ludowici Latina transsumpta sunt, unde non ex iis effici potest hoc Friderico regente Fridericum Ködiz opus suum scripsisse. Et ipse H. Rückert animadvertit illis verbis versionis hanc vim inesse posse, ut Albertus lant-

Qui Fridericus in prologo scripsit: Alse sin *(Ludowici IV. lantgravii)* leben wol uz wiset, daz beschrebin hat er Berlt, sin cappellan, der im heimelich gewest ist von jogent biz in sinen tod, alse her gesehen unde gehort had di sundirlichen grozen gnade, di got in dem vorgenanten fursten geworcht had[1]. Unde er had das buch sines lebins geteilt in sechs bucher, *indicans in sequentibus, singuli libri quae continuerint. Qui etiam librorum et capitum divisionem libelli Latine scripti in versione sua servavit. Hic verbis deceptus H. Rückert (p. III sqq.) librum a Friderico Kodiz in linguam Germanicam translatum a Bertholdo Ludowici lantgravii a.* 1227. *defuncti capellano, quem monachum Reinhardsbrunnensem fuisse sine ulla ratione praesumpsit, opinatus est. Qui cum intellegeret hunc librum post a.* 1308. *a Bertholdo minime scribi potuisse, tribus recensionibus Vitam ab illo conscriptam retractatam auctamque, eam iam a Theoderico de Apolda a.* 1289. *in eius libro de vita S. Elisabeth exscriptam esse alucinatus est. Quas opiniones omnes Fr. Wegele assensione comprobavit*[2]. *Sed K. Wenck eas omnes optime refutavit*[3], *ostendens permulta, omnia scilicet capitula, quibus de Ludowico lantgravio relatum erat, in Vita Ludowici IV. ad verbum ex libro illo Theoderici de Apolda exscripta esse, huius libelli exemplar in monasterio Reinhardsbrunnensi paulo post a.* 1292.[4] *multis additamentis, quorum plerisque de Ludowico IV. lantgravio agebatur, auctum esse*[5], *quae additamenta iam omnia fere in Vita Ludowici IV. transscripta sint.*

Cum a. 1292. *monasterium Reinhardsbrunnense cum omnibus aedificiis igne combustum esset, monachi hac calamitate et neglegentia praelatorum praecedentium magnam penuriam passi*[6] *hoc remedium ad facultates sibi comparandas repererunt: Ludowicus IV. lantgravius, a.* 1228. *in hoc monasterio sepultus, maritus sanctissimae Elisabeth, iam ipse sanctus pronunciatus multa miracula patrare coepit, unde, ut solebat, factum est, ut populi accurrentes tam efficaci adiutori dona offerrent. Haec fuit causa, ut Vitae S. Elisabeth a Theoderico a.* 1289. *compositae a monacho quodam Reinhardsbrunnensi illa additamenta de Ludowico sancto lantgravio paulo post a.* 1292. *insererentur*[7]. *Sed etiam sequentibus annis hoc sancto innumera miracula perpetrante iam oportuit, ut ipsius Vita conscriberetur*[8]. *Quod monachus quidam Reinhardsbrunnensis paulo post a.* 1308.[9] *exegit. K. Wenck quidem sibi persuaserat Vitam Ludowici IV.*

gravius avus dicatur Friderici Severi, qui a. 1324—1349. Misnam et Thuringiam rexit. Et cum, ut Rückert adnotavit, a. 1323. Conradus de Molsleben fuerit rector puerorum Reinhardsbrunnensis (Möller, 'Gesch. d. Kl. Reinhardsbrunn' p. 96, et hic quidem primus, qui in cartis memoretur, ut asserit Möller l. l. p. 227; qui Conradus a. 1331. procurator et syndicus abbatis et conventus fuit; Möller l. l. p. 104), Fridericum Kodiz aliquanto tempore post Conradum hoc munere functum esse crediderim. Qui si brevi tempore post Vitam conscriptam in monasterio Reinhardsbrunnensi vixisset, nomen auctoris eius scivisset, non a Bertholdo eam compositam esse credidisset. K. Wenck, 'Entstehung' p. 32 sq. rectius versionem post a. 1331. factam esse censuisse videtur. G. Börner, 'N. Archiv' XIII, p. 494, n. 4. Heinrico Rückert assensus est. Quod H. Rückert p. XIII, n. 1. et Wenck l. l. p. 33. censuerunt, Fridericum Kodiz fuisse abbatem a. 1335, cum hoc anno abbas Fridericus nomine memoretur (Möller p. 107 sq.), nulla iusta ratione nititur, dubito etiam a. 1335. Fridericum abbatem fuisse Reinhardsbrunnensem, potius errore scribae in carta ab I. H. Möller l. l. citata nomen Friderici pro Heinrico scriptum esse conicio. 1) Quae hucusque Fr. Kodiz de libro Bertholdi dixit, ex prologo Vitae Ludowici IV. Latinae cum exscripsisse haud absone conicies. 2) Ann. Reinhardsbr. p. XIX—XXII. 3) 'Entstehung' p. 3—13; 'Hist. Zeitschrift' LXIX. (N. F. XXXIII) p. 211—213. 4) Cf. 'N. Archiv' XX, p. 623, n. 4. 5) Quae edita sunt ab I. B. Menckenio, SS. R. Germ. II, c. 1987—2006. 6) Vide quae in hac Cronica a. 1300, f. 392d sqq. narrata sunt. 7) Cf. additamenta ad Theoderici Vitam S. Elisabeth l. l. c. 1997 sq. 8) Cum nemo, cuius Vita non conscripta esset, vere sanctus haberi posset. Forsitan monachi Reinhardsbrunnenses hac Vita composita in curia Romana efficere sibi proposuerant, ut Ludowicus sanctorum catalogo adscriberetur. Quod tamen nonquam perfecerunt. 9) Miracula hoc anno facta extremo capitulo narrantur, Cron. Reinhardsbr. f. 398c f, 'Leben' ed. Rückert VI, 3, p. 97 sq. Minime quidem cum hoc p. VII. ex eo quod Kodiz I, 2. ad verba Vitae Ludowici *patrem . . . Adelberti lantgravii* addiderit *unde lit*

lantgravii Latine conscriptam nunquam extitisse, sed Fridericum Kodiz Vitam suam Ludowici ex Cronica nostra Reinhardsbrunnensi collegisse ac transtulisse[1]*; quam sententiam cum iam E. Bernecker in dubium vocasset*[2]*, G. Boerner impugnavisset*[3]*, ipse refutavi ac demonstravi*[4] *auctorem Cronicae Reinhardsbr. Vitam Ludowici Latine scriptam fere integram, loco quodam de laudibus Ludowici IV. lantgravii (II, 2) et capite V, 9. et miraculis quibusdam omissis, in opus suum transsumpsisse, in multas partes eam dissecuisse, quas diversis annis supposuerit, id quod etiam in libris de ortu comitum provincialium et Historiarum Reinhardsbrunnensium transscriptis fecerat.*

Auctor vero Vitae Ludowici praeter Theoderici de Apolda Vitam Elisabeth additamentis Reinhardsbrunnensibus auctam exscripsit libellum deperditum summi pretii, Gesta videlicet Ludowici IV. lantgravii a Bertholdo capellano eius paulo post a. 1228. *conscripta, quod K. Wenck primus perspexit et optime exposuit*[5]*, qui etiam plerasque partes ex libro Bertholdi sumptas bene cognovit. Nam et in Cronica Reinhardsbrunnensi et in Vita Ludowici Germanica multa inveniuntur de rebus a Ludowico IV. lantgravio gestis tam accurate relata, tanta fide digna, ut ea a viro quodam eiusdem temporis scripta esse appareat. Qui fuerit iste vir, patet sub a.* 1227, *f.* 364[a]*, ubi inter multos recensitos, qui lantgravii comites in expeditione sacra fuerint, invenitur* Bertoldus sacerdos et capellanus[6]*,* de cuius manu hec omnia notata sunt atque conscripta, *quo loco lecto et in versione Vitae Ludowici V,* 1. *translato*[7] *Fridericus Kodiz, ut totam Vitam Ludowici ab hoc Bertholdo conscriptam esse opinaretur, seductus est. K. Wenck quidem Bertholdum demum ab a.* 1218. *narrandi initium sumpsisse, a.* 1227, *quo Ludowicus obiit, finem fecisse censuerat*[8]*, sed G. Boerner*[9] *et ego*[10] *ostendimus Bertholdi libellum iam a nativitate Ludowici a.* 1200. *coepisse, demum relata sepultura corporis eius ex Apulia in monasterium Reinhardsbrunnense a.* 1228. *delati desiisse. Bertholdi libellum etiam a Theoderico de Apolda in Vita Elisabeth exscriptum esse, qui nonnullos locos in Vita Ludowici non servatos mutuatus eos multis quidem verbis elegantibus suo more ampliaverit, sed multas res iis relatas omiserit. Inde evenit, ut auctor Vitae Ludowici plerumque ea, quae Theodericus*

begraben zu Erfurt effici potest Vitam Ludowici hoc Adelberto († 1314, non 1315) vivo conscriptam esse. Sed cum auctor dixerit se miracula circa a. 1308. facta vidisse neque quidquam post hunc annum factum commemoraverit, brevi post hunc annum opus suum perfecisse censendus est. 1) 'Entstehung' p. 3 sqq.; 'Hist. Zeitschr.' LXIX (N.F. XXXIII), p. 211 sqq. 2) 'Beiträge zur Chronologie der Regierung Ludwig IV. des Heiligen' (Diss. Königsberg 1880) p. 8. n. 23. 3) 'N. Archiv' XIII, p. 494—500. 4) 'N. Archiv' XX, p. 622 sqq. Vide quae iam ipse K. Wenck nunc censuerit in 'N. Archiv f. Sächs. Gesch.' XVII, p. 203 sq. H. Mielke in dissertatione sua 'Zur Biographie der heil. Elisabeth' (Rostock 1888) p. 31 sqq., vera et falsa, quae Wenck censuerat, repetivit. In catalogo librorum Reinhardsbrunnensium edito a K. Wenck, 'Zeitschr. f. Thür. Gesch., N. F.' IV, p. 285, Vita Ludowici Latina hoc titulo recensetur: *Vita b. Elisabet et illustris Ludewici Thuringie lantgravii etc. ac mariti eiusdem in stilo Latino, feliciter quiescentis in Reinhersbron.* Quod non dubium videtur, cum in eodem catalogo sequatur: *Vita b. Elisabet et incliti Ludewici Thuringorum lantgravii etc. in Reinhersbron pie in Domino quiescentis una cum miraculis eorundem in stilo vulgari,* quo titulo versio Friderici Kodiz indicatur. Si vis, conicere potes, quod equidem non credo, in codice Latino Theoderici Vitam Elisabeth cum additamentis Reinhardsbrunnensibus Vitae Ludowici praecessisse, non negare poteris hunc codicem Vitam Ludowici continuisse. 5) 'Entstehung' p. 13—19, qui quidem huic libro annalium nomen indidit. 6) Minime monachum se dixit fuisse, attamen H. Rückert et Fr. Wegele multique alii ante et post eos, nescio an saluti animae eius curantes, cum in monasterium Reinhardsbrunnense miserunt. 7) Ed. Rückert p. 58 sq.: *er Bertl, ouch sin cappellan, von des hant alle disc geschichte beschrebin unde gemerkit sin.* 8) 'Entstehung' p. 16. 18. 9) 'N. Archiv' XIII, p. 476—481. H. Mielke l. l. p. 40 sq. 60, n. 2. modo Cronicam Reinhardsbrunnensem, modo Bertholdi libellum a Theoderico adhibitos, hunc etiam in additamentis Reinhardsbr. Vitae Elisabeth exscriptum esse perplexius coniectavit. 10) 'N. Archiv' XX, p. 632—637. K. Wenck, 'Hist. Zeitschrift' LXIX, p. 212, n. 2, sententiae a G. Boerner propositae, qui eam non satis argumentis demonstraverat, repugnavit, iam nunc in 'N. Arch. f. Sächs. Gesch.' XVII, p. 204. nobis assensus est.

ex libello Bertholdi receperat et eleganti oratione verbisque religiosis exornaverat, ex Theoderici libro transscriberet, neglectis locis Bertholdi, nonnunquam vero etiam locos Theoderici cum iis Bertholdi, quos ille iam exscripserat, simplicissimo ac rudi modo coniungeret. Cum Bertholdi liber res gestas Ludowici a nativitate usque ad sepulturam eius neque quidquam praeter eas complexus sit, recte eum Gesta Ludowici IV. lantgravii inscripsisse mihi videor. Sane dolendum est, quod fragmenta tantum, ampla quidem, huius libelli summi pretii nobis servata sint, quem auctor Cronicae Reinhardsbrunnensis non vidit[1] *neque quisquam alius praeter Theodericum et auctorem Vitae Ludowici exscripsit*[2].

Praeter hos duos libros auctor Vitae Ludowici (II, 1) unum locum[3] *de morte et sepultura Hermanni lantgravii ex Historiis Reinhardsbrunnensibus exscripsit*[4], *tum etiam sua addidit, fabulosa pleraque vel dubiae fidei, ut sub a.* 1200. *Cronicae (Vita Lud. I, 2) locum Bertholdi de uxoribus et filiis Hermanni lantgravii additis quibusdam de filiis eius, de gentibus marchionum Misnensium et comitum Hennebergensium, quae multo aetatem Bertholdi excedunt, ampliavit; sub a.* 1207. *Cronicae (= Vita Lud. I, 5. 7) fabulam de certamine poetarum Wartburgensi*[5] *inseruit, secutus procul dubio carmen quoddam propinquum ei quod hucusque exstat*[6]; *sub a.* 1220. *Cronicae (Vita Lud. II, 8) duas relationes de Ludowico lantgravio milites praedones persequente, sub a.* 1226. *(Vita Lud. IV, 4) de lantgravio monasterium Reinhardsbrunnense contra dominum de Salza protegente addidit. Tum libro sexto miracula, quae a.* 1233. *beatus ille lantgravius patrasse dicitur*[7] *(VI, 1)*[8], *et (VI, 3) miracula a.* 1292—1308. *facta subiunxit, quorum multa auctor Cronicae omisit, multa vero, quamvis haec operi suo minime apta essent, ad verbum transscripsit. Partibus ex Vita Ludowici descriptis in margine adnotavi* V. L. *cum numeris librorum et capitum versionis Friderici Kodiz; quae in his partibus ex Bertholdi libello sumpta esse apud me constabat,* Berth. *in margine adnotato indicavi.*

Cum igitur in Vita Ludowici res a. 1200. *usque ad a.* 1308. *relatae essent, priores eius particulas chronista iam partibus Historiarum Reinhardsbrunnensium sub a.* 1200. 1207. 1211. *inseruit, reliquas partes sub annis in ipsa Vita adnotatis vel res sine anno relatas ubi libuit, miracula sub a.* 1233. 1292—1294. 1308. *transscripsit. Addidit vero etiam in partibus a.* 1187—1228,

1) Quod liber Bertholdi in monasterium Reinhardsbrunnense, ubi Ludowicus IV. lantgravius sepultus esset, delatus sit et in eius bibliotheca extiterit, minime mirum, sed par ac necesse est; qui ante aetatem chronistae nostri inde ablatus esse videtur. 2) Minime auctor cronicae universalis (Martinianae) Isenacensis, quae inscribitur Historia landgraviorum Eccardiana, eum legit; cf. 'N. Archiv' XX, p. 636 sq. 3) Locum Cronicae Reinhardsbr. a. 1200 = Vita Lud. I, 3, p. 8. de laude Hermanni lantgravii, quem ex Hist. Reinhardsbrunnensibus sumptum esse 'N. Archiv' XX, p. 626, n. 2. coniectavi, potius ex Bertholdi libro sumptum esse nunc mihi persuasum habeo, iam hunc locum ab indole atque oratione auctoris Historiarum alienum esse credo. 4) Quem locum K. Wenck, 'Entstehung' p. 15. ab auctore Vitae Lud. additum esse dixit, sed cum idem locus iam in Cron. S. Petri, supra p. 384, exscriptus sit, ex Hist. Reinhardsbr. eum sumptum esse patet. Etiam ea verba huius loci, quae in Cron. S. Petri omissa sunt, in Vita Lud. II, 1. ex Hist. Reinhardsbr. translata, minime ab auctore Vitae Lud. addita esse constat. Cf. 'N. Archiv' XX, p. 579 sq. Ut auctor Vitae Lud. hoc loco mortem Hermanni cum Cronicis S. Petri et Reinhardsbrunnensi falso ad a. 1215. adscripserit (cf. 'N. Archiv' XX, p. 613, n. 1), Cronica Minore adhibita seductus esse possit, ex qua cum alio loco falsum aliquid sumpsisse conieci 'N. Archiv' XX, p. 636, n. 1. 5) Quam ut narraret, adductus est exscripto loco Theoderici I, 1. de magistro Klingsor. 6) 'Der Wartburgkrieg' ed. K. Simrock (Stuttgart et Augsburg 1858). 7) Dubitaverim an ea re vera a. 1233. facta sint; cf. 'N. Archiv' XX, p. 630, n. 3. 8) Initium prologi horum miraculorum ex additamentis Reinhardsbrunn. ad Vitam S. Elisabeth sumptum, quod Vita Lud. VI, 1. habet, omisit auctor Cronicae, pro quo sermonem vel lectionem quandam de sancto Ludowico post a. 1292. ut videtur, compositum habet; de quo vide 'N. Archiv' XX, p. 630.

Historias Reinhardsbrunnenses et Vitam Ludowici complectentibus, quaedam aliunde desumpta aut ab ipso composita[1], *videlicet sub a.* 1198. *genealogiam comitum Käfernburgensium post medium saec. XIII. conscriptam, sub a.* 1216, *f.* 350[a]. *miraculum quoddam in codice nostro mutilatum, sub a.* 1220. *fabellam de nigromantico animam Hermanni lantgravii damnatam cernente*[2], *sub a.* 1226.[3] *bonam relationem magnae curiae Nurenbergensis a.* 1225. *celebratae ab aequali quodam auctore compositam*[4], *sub eodem anno f.* 362[b.c], *narratiunculam de Waltmanno de Setenstete milite forti, falsa quaedam de filiabus Ludowici IV. lantgravii natis sub a.* 1225. 1226.

Cum usque ad a. 1230. *circiter satis certo et non cum magna difficultate cognoverimus, quibus ex libris, qui ad nos non pervenerint, pleraeque partes Cronicae Reinhardsbrunnensis descriptae sint, ab a.* 1232. *multae in ea narrationes inveniuntur, quae ex quibus fontibus haustae sint, difficillimum est perspectu. Cavendum autem est, ne eas omnes eidem auctori attribuas, potissimum, ne omnes a chronista nostro compositas esse opineris. Iure sane plerasque earum, quibus inter a.* 1232. *et a.* 1282. *circiter de rebus in Thuringia gestis et ad monasterium Reinhardsbrunnense pertinentibus refertur, ab eodem auctore conscriptas esse censebis, quibus eandem indolem eundemque modum narrandi inesse deprehenderis. Atque eae a.* 1232. *usque ad a.* 1265. *circiter ex obscura rerum gestarum memoria, quam vulgus Thuringicum et monachi Reinhardsbrunnenses circa a.* 1290. *retinere poterant, fabulosius narratae sunt*[5]. *Ea quae de Heinrico marchione Thuringiae dominio potito in Cronica Reinhardsbrunnensi ad partes ex Cronicis S. Petri et Minore*[6] *sumptas addita sunt, averso ab Heinrico marchione animo, studioso Sophiae Brabantinae narrata sunt*[7]. *Facile crediderim haec circa a.* 1290.[8] *a monacho quodam Historiis Reinhardsbrunnensibus continuandi causa subiuncta esse. Sed inter haec etiam quaedam inveniuntur modo annalium brevium relata, ut a.* 1278. 1279. *de abundantia frugum, a.* 1278. *de campana loci quem ignoro fracta; tum alia, quae potius ex alio libello annalium vel chronicorum sumpta esse coniecerim, ut ea quae sub a.* 1243. *de seditione pastorum Franciae (a.* 1251) *loco Cronicae Minoris, quae a.* 1261. *de flagellatoribus, a.* 1288. *de militibus in oppido*

1) Praeter locos iam supra p. 498 dictos. 2) De qua cf. 'N. Archiv' XX, p. 415, n. 5. 3) Sub eodem etiam anno notam de Engelberto archiepiscopo occiso. 4) Quam Wenck, 'Entstehung' p. 16, n. 3. ex Bertholdi Gestis Ludowici sumptam esse statuit; quod ut credam, cur adduci non possim, exposui 'N. Archiv' XX, p. 625, n. 2. 5) Cf. Wenck, 'Entstehung' p. 19 sqq. et in 'N. Archiv' X, p. 118 sqq. Cui contendenti annales a 1232. usque ad a. 1307. vel 1310. a monacho Reinhardsbrunnensi post a. 1315. conscriptos esse, quibus omnia ex ignotis fontibus hausta Cronicae Reinhardsbr. inter hos annos tribuenda sint, assentiri non possum. Locum enim ab H. Schedel sub a. 1281. positum ('Entstehung' p. 105, quem infra ad f. 381[d]. exhibui) ab auctore Cronicae scriptum esse non constat. Et si hoc constaret, neutiquam certum esset eum hoc loco ab eo positum esse, qui narrationem a. 1281. conscripserit. Neque omnino adduci possum, ut credam omnia authentica inter a. 1232—1307. vel 1310. ex eodem libro sumpta esse. — Th. Ilgen et R. Vogel, 'Gesch. d. thür.-hess. Erbfolgekrieges' (sep. ed. ex 'Zeitschr. f. Hess. Gesch. N. F.' X) p. 18—21. 37—44. recte perspexerunt ea quae Cronica Reinhardsbr. inter a. 1232. et 1265. de rebus Thuringicis habet fabulosius narrata esse, reliqua, quae de quaestionibus huc spectantibus, ab ipsis non satis perquisitis, coniecerunt vel contenderunt, hoc loco sine incommodo neglegere possumus. 6) Quibus cum haec coniuncta sint, nonnullis locis omissa videntur alia, quae auctor eorum scripserat, ut a. 1258. 1263. 7) Lantgravii gentis Wettinensis Thuringia potiti monasterium Reinhardsbrunnense iam parum colebant, unde nec monachi eis favebant. Sed etiam maior pars populi Thuringorum magis Heinrico Brabantino favisse videtur. Vide quae Sifr. de Balnhusin c. 202, SS. XXV, p. 704. dixit. 8) Nescio an ab eodem auctore ea, quae de rebus Reinhardsbrunnensibus a. 1289. 1291. 1292. in Cronica legun-tur, scripta sint. Certe demum post a. 1276, quo auctor alterius partis Cronicae S. Petri partem Historiarum Reinhardsbr. a. 1209—1217. exscripsit, continuatio his subiuncta esse posset. Ea quae a. 1285. 1286. de Dieterico Holzschuh (in cod. nostro 1 omissa) Fridericum imperatorem se simulante narrata sunt eidem auctori attribuere poteris.

Helmstädt occisis locis Cronicae S. Petri addita sunt. Alia etiam a chronista nostro ipso composita esse iure censere poteris, ut ea quae a. 1280. *de religiosis monachis Reinhardsbrunnensibus, inprimis de Wolfrado monacho tradita sunt, ut fabulam miraculi Erfordensis a.* 1279[1], *narratiunculam fabulosam rei Salisburgi gestae a.* 1290.[2] *Atque narratio visionis atque miraculi a.* 1302. *a chronista ipso inserta esse videtur*[3]. *Unde haec provenerint, equidem in dubio relinquo, sed persuasum mihi habeo ab a.* 1293. *circiter usque ad a.* 1307. *annales cuiusdam monachi Reinhardsbrunnensis a chronista exscriptos esse, nam ea quae ad a.* 1293.[4] 1296. 1300.[5] 1301. 1307. *referuntur, more annalistarum, rerum gestarum diebus accurate adnotatis, scripta sunt. Quae a chronista ex libello quodam annalium*[6] *exscripta esse patet, qui post a.* 1307. *paucissima tantum de rebus monasterii sui, pleraque ex cartis exscripta, nihil de rebus in Thuringia vel alibi gestis tradiderit.*

Et hoc quidem mirum, et mira hinc quaestio oritur, quod supra p. 342. *ostenderim ab auctore extremae partis Cronicae S. Petri a.* 1314—1335. *annales Reinhardsbrunnenses ad a.* 1317. 1331. 1333. *exscriptos esse. Cum quidem in Cronica Reinhardsbrunnensi sub a.* 1331. *legeris Fridericum marchionem cum magno comitatu in monasterio Reinhardsbrunnensi hospitatum huic ecclesiae grave damnum intulisse, ubi haec verba:* quod a nostris predecessoribus longis retroactis temporibus aliquem principem tanto gravamine apud nos recepisse hospicium didicimus non expertum, *et in Cronica S. Petri (supra p.* 453): quod ab eorum predecessoribus l. retr. temp. al. princ. tanto gravamine apud eos recepisse hospicium didicimus non expertum, *reliquis verbis huius loci cum Cronica Reinhardsbr. omnino concordantibus, sane hunc locum Cronicae S. Petri ex Cronica Reinhardsbr. sumptum atque ideo extremam partem Cronicae S. Petri potius ex hac transscriptam esse censebis. Neque tamen hoc credi potest, cum locus Cronicae S. Petri a.* 1317, *quo de villa a conventu Reinhardsbrunnensi empta traditur, non in Cronica Reinhardsbr. inveniatur, cum huius reliqui loci de rebus Reinhardsbrunnensibus referentes a.* 1327. 1329. 1335. *in Cronicae S. Petri extrema parte non legantur*[8]. *Unde facere non possum — licet quaestio perplexa sit —, quin censeam a chronista Reinhardsbrunnensi etiam extremam partem Cronicae S. Petri cum eius Continuatione I. usque ad a.* 1338. *exscriptam esse. Quo anno hanc Cronicam desiisse infra ostendam.*

A quo vero anno chronista operis sui initium fecerit, non satis certo cognosci potest. Excerpta quidem Hartmanni Schedel ab a. 530. *exordiuntur, sed aliquot annis antea Cronicae initium fuisse infra sub I. II (p.* 513) *videbimus.*

1) Quae in cod. nostro I omissa, inter excerpta Hartmanni Schedel legitur. 2) Ab eodem carminis de Adolfo rege Thuringiam invadentis, supra p. 473 sq. editi, versus allatos esse, ab eodem etiam quae de monialibus Sangerhusensibus a. 1275. inveniuntur scripta esse iure opinari poteris. 3) Qui scripserit: *casus ... quem hic pro emendacione prelatorum dignum iuserere iudicavimus.* Sed vide de hac relatione et similibus infra p. 505. 4) Praeter miracula ex Vita Ludowici sub hoc anno exscripta. 5) Quae sub hoc anno de paupertate monasterii Reinhardsbrunnensis tradita sunt, auctori Cronicae attribuenda esse videntur. 6) Sane et haec in codice Historiarum Reinhardsbr. eis subdita fuisse conicere potes. 7) Praeter brevissimum locum de viis publicis bello desolatis loco Cronicae S. Petri a. 1309. additum et pauca verba aliis locis eiusdem adiecta. 8) Nec conicere potes Continuationem I. Cronicae S. Petri a. 1334—1338. potius in Cronica Reinhardsbrunnensi primo exstitisse, ex hac Cronicae S. Petri subiunctam esse, demum eum, qui eam transscripserit, locos quosdam Cronicae Reinhardsbrunnensis illi inseruisse, cum locos a. 1331. 1333. quos ex annalibus Reinhardsbr. in Cron. S. Petri descriptos esse supra dixi, etiam in cod. E Cronicae S. Petri et in Cont. Thuringica, 'D.-Chr.' II, p. 316, in quibus Cronicae S. Petri Continuatio II. exscripta est, invenias.

Plerasque[1] *partes Cronicae Reinhardsbrunnensis, quae supersunt, unicus codex continet, quibus pauca addi potuerunt ex quibusdam libris, in quibus Cronica Reinhardsbrunnensis vel sola vel cum aliis chronicis exscripta est. Et in illo unico codice partes huius Cronicae alii libro insertae atque cum eius partibus coniunctae sunt. Nempe inter a.* 1424. *et* 1437[2], *ut videtur, librarius quidam, nescio quo loco, ut vero satis probabiliter conieci, in dioecesi Magdeburgensi collectionem magnam historicam congessit, cuius pars prior est Conradi Halberstadensis Cronographia*[3] *aucta permultis et magnis locis Cronicae universalis Saxonicae in linguam Latinam foede translatis, nonnullis ex Theoderici Engelhus Chronico maiore*[4] *aliisque libris sumptis, quorum multos librarius in margine foliorum vel foliis postea insutis supplevisse videtur*[5]. *Qui ut alteram partem collectionis suae componeret, descripsit Gesta archiepiscoporum Magdeburgensium recensionis brevitatae usque ad a.* 1377. *iam aucta additamentis canonici cuiusdam Ierichowensis ordinis Praemonstratensis*[6], *quibus a tempore Ottonis I. imperatoris paucos locos, ab a.* 1025. *magnas partes Cronicae Reinhardsbrunnensis inseruit. Iam vides hanc Cronicam nos non integram, sed et partes eius, quae exstant, mutilas lacerasque habere. Librarius enim multa huius Cronicae, quae iam in Gestis archiepiscoporum Magdeburgensium satis bene tradita, vel quae nullius momenti sibi videbantur, vel quae in exemplari suo Cronographiae Conradi permultis additamentis ampliatae narrata erant, omisit, nonnullos locos, quorum iam initium descripserat, non integros recepit, cum eadem iam supra in hoc libro relata esse animadvertisset, nonnumquam additis verbis:* ut prius patuit, ut antea patuit loco suo, Et patuit, ut antea eciam patuit, Ista materia eciam habetur antea eodem anno. *Pleraque quidem, quae recipienda duxit, ad verbum descripsit, sed multos locos, ut libuit, breviavit vel immutavit, saepissime dies rerum gesturum in Cronica Reinhardsbr. accurate adnotatos omisit, praesertim initia et clausulas locorum exscriptorum saepe mutavit. Nam cum ante locos receptos quaedam omisisset vel partes Gestorum archiep. Magdeburg. ante eos inseruisset, verba* Unde, Et tandem, Post hoc, Item, Interea *eiusve generis alia praemisit. Locis Gestorum archiep. Magdeburg. insertis vel locis Cronicae Reinhardsbr. omissis saepissime annorum numeri in hac praecedentes sublati sunt, qui nonnumquam ex locis Gestorum archiep. Magdeburg. supplendi sunt. Sed non eadem ratione in diversis Cronicae Reinhardsbr. partibus describendis librarius usus est. Ex ea parte, quae a.* 1025. *praecedit, paucissima excerpsit, ab a.* 1025. *usque ad a.* 1181. *permulta quidem exscripsit, sed permulta etiam omisit*[7]*; partem longe praestantissimam a.* 1182—1233. *integram fere, perpaucis omissis, descripsit, unde factum est, ut ea, quae ex libris deperditis de ortu comitum provincialium, Historiarum Reinhardsbrunnensium, Bertholdi in Cronica Reinhardsbrunnensi exscripta erant, paene integra servaverit. Ex sequente parte ab a.* 1234. *plura*

1) Ad sequentia cf. ea quae 'N. Archiv' XXI, p. 237 sqq. 252. longius exposui. 2) Certe post a. 1424. (vide 'N. Archiv' XXI, p. 241), cum et Engelhusii Chronicon iam ab eo exscriptum sit. 3) De qua vide infra p. 511 sq. 4) Cuius Chronici codicem recensionem quandam, quam hucusque non inveni, contioentem habuisse videtur. 5) Qui in cod. 1 infra dicto in margine foliorum inferiore plerumque scripti sunt, sumpti ex Engelhusii Chronico, cuius alii nonnulli loci in textu leguntur, ex Caesarii libris Dialogorum, e Vita S. Dominici etc. Non recte dixi 'N. Archiv' XXI, p. 238. quaedam in margine ex Gotifredi Pantheon exscripta esse, huius enim locos librarius ex Engelhusii Chronico sumpsit, qui permulta ex libro Pantheon exscripserat. 6) Vide SS. XIV, p. 372, B 3. 3°, ubi B 3 noster est codex 1. 7) In hac etiam parte diversae partes diverso modo ab eo servatae sunt. Omnino omisit a. 1096—1107. 1117—1125, pauca exscripsit ex a. 1143—1160, multa omisit inter a. 1161—1181, reliqua (a. 1025—1095. 1106—1116. 1126—1142) pleniora, omissis quidem haud paucis, descripsit.

omisit, praesertim ex a. 1244—1247. 1276—1289. *et ex parte extrema ab a.* 1334[1], *sed longam narrationem bellorum inter Rudolfum et Ottocarum II. reges a.* 1276. 1278. (1277) *gestorum ex Cronica S. Petri Erford. exscriptam, quam suo loco omisit, iam Conradi Cronographiae in codice suo ex Cronica Reinhardsbrunnensi inseruerat*[2].

Sed etiam locum quendam Cronicae universalis Saxonicae, ex qua Cronographiae Conradi supra permulta addiderat, non ex Cronica Reinhardsbrunnensi sumptum[3], *librarius ille Gestis archiep. Magdeburg. inseruit, et alios quosdam locos fortasse aliunde additos esse iam supra monui*[4]. *Unde iam dubitatio oritur, utrum narrationes quaedam, de quarum origine nihil compertum habemus, quae in codice nostro partibus Cronicae Reinhardsbrunnensis insertae leguntur, neque tamen in ullo alio libro ex Cronica Reinhardsbr. exscriptae sunt, ut miraculum quoddam in diocesi Halberstatensi factum (a.* 1216, *f.* 350[a]), *fabula Salisburgensis a.* 1290, *narratio visionis et miraculi a.* 1302[5], *ex hac Cronica an aliunde a librario descriptae sint. Sane pro certo neutrum affirmari potest. Quod quidem monendum erat, neque tamen hos locos in editione nostra omittere visum est. Sed iure particulam magnam, quam codex noster praebet, omittendam esse duxi. Nam locum a.* 1028. *ex Cronica Minore exscriptum (f.* 291[d]) *sequuntur tria capitula in* 1 (*f.* 291[d]—294[a]), *quae in Cronica Reinhardsbrunnensi non extitisse mihi persuasum habeo; etiam si vero a chronista operi suo inserta fuissent, ab hoc aliena sunt ideoque excludenda ab editione nostra*[6].

Codicem illum, quo librarius collectionem suam historicam conscripserat, non habemus[7], *sed exemplar eius superest servatum in*

1) *bibliotheca regia* **Hannoverana XIII.** 753, *chart. fol.*, 432 *foliorum, quorum* 415 *numeris Latinis signati sunt, prioribus* 17, *quorum fol.* 13[a]—17[c]. *indicem alphabeticum Conradi Halberstadensis Cronographiae continent, non numeratis. Qui codex inter a.* 1458. *et* 1464, *nescimus quo loco, una manu binis columnis, nec quidem pulchre nec diligentius, sed satis clare scriptus, si recte iam conieci, circa a.* 1697. *a Iacobo W. Imhof Nurenbergensi acquisitus*[8], *postea fuit liberi baronis L. O. de Plotho, e cuius bibliotheca a.* 1732.

1) Quia omissa iam Conradus Halberst. ex Cronica Reinhardsbr. exscripserat, quae in eodem codice supra exstabant. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 462—468; infra p. 512. 2) F. 221[b]–223[b]. codicis Hannoverani (1). Quod cum iam 'N. Archiv' XXI, p. 238. censuerim, nunc certo apud me constat. Nam si lectiones codicis Hannoverani Conradi (H) et Historiae Eccardianae (L III) ad hanc narrationem Cronicae S. Petri supra p. 414–417. adnotatas percenseueris, invenies utrumque falsa quaedam communia habere (praesertim cf. p. 417, n. *a. a.* i), quod inde evenit, quod in utroque libro haec ex Cronica Reinhardsbr. exscripta essent. Cf. supra p. 348. 3) De quo vide 'N. Archiv' XXI, p. 239, n. 1. 4) P. 492. 5) De quibus supra p. 503. disserui. 6) Videlicet: *Quomodo Asya conversa est in paganismum: Qui (!) cum venerunt pseudoprophete, reduxerunt clerum — — iustus fit iniustus propter inobedienciam, quam non advertit.* Insulsa haec. Tum: *Errores Grecorum: Primo dicunt Greci spiritum sanctum — — ponunt hoc sub interdicto anathematis.* Denique: *Hec est excommunicacio Grecorum data per summum pontificem a. D. MCIII. octavo Kalend. Aprilis in concilio Lateranensi Rome. Vergentis in senium seculi corruptelam — — anathematis se noverit incurrisse sentenciam.* Quarum litterarum initium convenit cum Innocentii III. Reg. II, 1. 7) Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 237—242. Codicem Hannoveranum non ab ipso illo librario scriptum, sed eius exemplar esse, quod ibi dixi, iam hoc loco patebit: Ad Conradi Cronographiam f. 206. in margine inferiore locus additus est ex Engelhusii Chronico sumptus (quem Engelhus ex Cron. S. Petri E, supra p. 380, a. 1207, p. 381, n. * exscripserat): *Eodem tempore ecclesia cathedralis sancti Mauricii in Magd. incendio fulguris consumpta est factus in civitate Camerina Ytalie ibi plus quam* 1000 *homines perierunt.* Sed in margine argumentum huius loci legitur: *Terremotus factus est*, quod scriptum esse apparet, cum hic locus nondum mutilatus esset, qui reparandus est ex Chron. Engelhusii (cod. bibl. civitatis Hannoveranae), ubi: *Terremotus factus est quasi ubique. In civitate Camerina marchie Anchonitane plus quam mille homines perierunt.* 8) Wagenseil, De civitate Noriberg. Comment. 1697.

Berolini venum data pro bibliotheca electorali Hannoverana emptus est. F. 1—240c. *continent Cronographiam Conradi Halberstadensis, multis additamentis, ut supra exposui, auctam, cui f.* 240c. *subscriptum est:* Et sic terminatur in hoc secunda pars huius operis principalis in die sancti Eustachii martiris et sociorum per me Iohannem Sprenenberch, *qui nescio num scriba huius codicis an librarius ille fuerit, qui hanc collectionem fecerit. F.* 241a—271b. *ii libelli exstant, quos I. P. de Ludewig, Reliquiae manuscriptorum VIII (Francofurti et Lipsiae* 1727), *p.* 150—257. *ex apographo huius codicis a barone de Plotho sibi transmisso edidit*[1]. *F.* 272a—c. *sequitur genealogia, quam appendicis loco huic Cronicae subjunxi, deinde f.* 272a—280c. *variae scriptiunculae brevissimae exstant, quas recensere longum est*[2], *denique f.* 280a—415b. *Gesta archiepiscoporum Magdeburgensium cum partibus Cronicae Reinhardsbrunnensis, catalogo iis praemisso desinente in Friderico de Bichelingen (a.* 1445—1464)[3]. *Cronicae Reinhardsbrunnensis partes non solum mutilae laceraeque, sed etiam corruptae nimis in hoc codice leguntur. Innumera menda iam eum qui collectionem illam historicam congessit, virum imbecilli ingenii nec satis linguae Latinae gnarum, commisisse credo, alia multa scribam codicis Hannoverani vitiasse non dubito. Qui permultis compendiis usus tamen ea quae scripsit non satis intellexisse videtur. Nam saepe male distinxit verba, saepe sententias signo distinctionis in eis posito et littera initiali sequentis vocis magna scripta dissecuit. Praepositiones aliaque verba ut* se *saepe falso coniunxit cum sequentibus verbis, saepe falso a verbis compositis diremit*[4], *quod nusquam fere adnotavi. Litteras* c *et* t *atque* n *et* u, *ut moris est scribarum saeculi XV, ita scripsit, ut alterum ab altera saepissime discernere nequeas, ut saepe* c *pro* t *et* t *pro* c *scriptum videatur, velut in codice legere tibi videris:* delicuit, nucabant, prodico, uice, auice, icem, acrocioris, actigerat, sarthophago, cyri, chyro, lucta, incendere, oblicus, barbocis, curribus, cede, actrice *pro* delituit, nutabant, prodito, vite, avite, item, atrocioris, attigerat, sarchophago, Tyri, Thyro, lutta, intendere, oblitus, barbotis, turribus, tede, attrite; *item* fugates, uite, ottingentis, hattenus, statum, attingi, watensis, continuit, acturata *pro* fugaces, vice, octin-

diversis locis huius codicis, ut videtur, tunc nuper ab Imhofio ab interitu servati mentionem fecit, p. 228. locum de reliquiis imperialibus Nurenbergam a. 1424. deportatis (f. 339a cod. 1) edidit, p. 246 sq. Conradi Halberstadensis chronici in hoc codice exstantis mentionem fecit, p. 509. 512—515. locum de certamine poetarum Wartburgensi a G. Thomasio exscriptum edidit. K. Wenck quidem 'Entstehung' p. 75—78. et 'Zeitschr. d. V. f. Thüring. Gesch. N. F.' II, p. 229 sq. codicem Imhofii eadem chronica continentem, quae in codice Hannoverano exstant (Conradi Halberstad. Cronographiam, Gesta archiepiscoporum Magdeburg. cum partibus Cronicae Reinhardsbrunn. et additamento a. 1424. sub a. 1207), ab hoc diversum fuisse censuit; quod et ego non negavi 'N. Archiv' XXI, p. 242. Sed iam nunc facere non possum, quin vehementer hoc verum esse dubitem. Verba enim Wagenseilii, quibus dicit G. Thomasium locum de certamine poetarum Wartburgensi exscripsisse ['Nun folget auch das gantze Lateinische Fragmentum, wie solches, ehe ich noch von der neugefundenen Chronica Ms: [Imhofii] etwas gehöret und sie zu sehen bekommen, der Ruhmwürdigste Herr D. Gottfried Thomasius . . . von freyen Stücken, mir zu Gefallen ausgeschrieben'], si recte intellego, ita interpretanda videntur, ut Thomasius, qui Nurenbergae vixerit (cf. G. W. Panzer, Bibl. Thomasianae vol. I [Norimbergae 1745], p. XVI sqq.), hunc locum ex codice Imhofii exscripserit. Quodsi verum est, iam nihil prohibet, cum loci a Wagenseilio editi ita conveniant cum codice Hannoverano, ut eius menda etiam in iis repetita sint, quominus censeamus codicem Imhofii inter a. 1698. et 1720. in possessionem baronis de Plotho venisse, sive huic dono sive venum datum ab Imhofio, sive de hoc furto ablatum et ad baronem de Plotho delatum. 1) Vide ibid. p. 42 sq. 2) Cf. Ed. Bodemann, 'Die Hss. der Kgl. öffentl. Bibl. zu Hannover' p. 138—141; G. Waitz in 'Archiv' XI, p. 381—386. 3) Codice archivi Zerbstensis saec. XVI. ex. vel XVII. in. Gesta archiepiscorum Magdeburgensium cum additamentis lerichowensibus et paucissimis locis Cronicae Reinhardsbrunn. continentur, ut W. Schum censuit, SS. XIV, p. 373 (B 3a), ex codice Hannoverano descripta. Quod num verum sit, nescio (cf. 'N. Archiv' XXI, p. 240, n. 3), attamen hunc codicem, qui nihil faciat ad edendam Cronicam nostram, neglexi. 4) Ut *in festis* pro *infestis, in numere, se iunguntur* pro *seiunguntur, in natando* pro *innatando, in* 9*modi* pro *incommodi* etc.; *separanti* pro *se paranti, inuia* pro *in via, adeclarato* pro *a declarato, adeo* pro *a deo* etc.

gentis, hactenus, scacum, accingi, Wacensis, concinuit, accurata, *etiam* actico, atticare, acticatum *pro* accito, actitare, actitatum; *etiam* tani *scriptum esse credis, ubi* cavi *legendum est. Utrum* ac *an* at, sic *an* sit, cum *an* tum *in codice scriptum sit, ubique fere dubitare potes. Ideo etiam saepe incertum est, num* cu (cum) *an* tn̄ (tamen), cā (causa) *an* tā (tam) *scriptum sit. Omnia haec et innumera alia eiusdem generis, ut in plerisque codicibus eius saeculi, ita legenda sunt, ut sensus postulat*[1]*, neque unquam, quid in codice talium scriptum esse videatur, adnotavi, nisi ubi dubium erat, quid legendum sit. Cum igitur* c *et* t *inter se plerumque discerni nequeant, dubium etiam erat, ubi* ci, *ubi* ti *scribendum sit, unde plerumque quidem* ci, *ut moris est saeculi chronistae nostri, scripsi, sed* pti *(non* pci*) et* rti *et* nti *in participiis praes. et in comparativis posui. Ceterum in verbis scribendis hunc codicem secutus sum, sed mutavi semper quaedam, quae ex more scribae huius eiusque saeculi collatis reliquis operibus ab eo exaratis cum aliis codicibus scripta intellexeram. Ubique videlicet scripsi* pugna, pugnare, expugnare, pugno *etc., quamvis in codice saepissime, sed non ubique,* pungna, pugnare, expugnare, pugno *scriptum sit. Tum* y *saepissime pro* i *a scriba positum*[2] *reieci, in nominibus Germanicis duplex* ff *abusive scriptum*[3] *in simplex* f, *et* ß *in* s *mutavi*[4]. *Denique nomen* Heinrici *in codice semper fere* Hinricus *scriptum restitui*[5]*, cum illam formam a plerisque qui Cronicam Reinhardsbrunnensem exscripserunt usitatam esse vidissem et scribam huius codicis in reliquis etiam operibus formam* Heinrici *vel* Henrici *in* Hinricum *mutasse cognovissem. Sicut in reliquis libris huius codicis etiam in Cronica Reinhardsbrunnensi permultis notis marginalibus indicatum est, quid in textu narretur, quae argumenta omnia omisi, praeter ea, quibus verba quaedam textus emendari potuerunt. Duo loci Cronicae nostrae in hoc codice perperam transpositi sunt. Sub a.* 1220. *leguntur*[6] *quae ex Cron. S. Petri a.* 1233. *exscripta sunt; quod quomodo factum sit, cum non perspexissem, haec eo loco, quo codex* 1 *ea habet, exhibui. Sub a.* 1271. *narratio belli a.* 1281. *legitur*[7]*, quam recto suo loco sub a.* 1281. *restitui. Miro modo perturbata sunt ea quae ex Bertholdi libello exscripta sub a.* 1223. *leguntur, ubi bis eadem de castris a Ludowico lantgravio expugnatis narrata sunt. Quod quomodo factum sit, me non satis certo intellexisse profiteor, nescio enim, num auctor Vitae Ludowici hanc confusionem fecerit, an iam Bertholdus eadem bis narraverit.*

Postquam I. Ch. Wagenseil locos supra p. 505, *n.* 1. *dictos Cronicae Reinhardsbrunnensis exhibuit, alii multi codicem Hannoveranum inspexerunt, de eo retulerunt*[8]*, locos quosdam ex eo ediderunt, ut in 'Abriss vom neuesten Zustande der Gelehrsamkeit' (Halle* 1737*) II, p.* 159 *sq. locus de Heinrico VI. imperii successionem hereditariam moliente*[9] *editus est, sermonem de Sifrido eremita L. F. Hesse*[10]*, O. Abel quaedam locis iam supra p.* 494. *dictis, tres locos I. Ficker*[11] *ediderunt. Denique Fr. X. Wegele hanc Cronicam fere integram ab*

1. Quod quidem ut diceretur, non oportuit. Sed cum in editione priore huius Cronicae saepissime in talibus peccatum sit, monendum esse duxi. 2) E. gr. non semper, sed saepe scriptum est: *pyus, pyetas, expyari, dyes, cybum, tytulo, cynere, ayunt, olym, yens, peyor, plebeyus, ayalenter, dyalim, dylapidabantur, ymo (= infimo).* 3) Ut *Erffordia, Erffordenses* (plerumque), *Scharffinstein, Adolffus, Ordorff, Aldendorff, Nuvenhoff* etc. 4) Ut *Braunßwig, Wissenvelß, Brandenvelß, Bithußen, Sunthußen* etc. 5) Ubi in codice *Henricus* scriptum erat, hanc formam retinui. 6) F. 355b–c, ubi et alia perturbata, transposita, omissa sunt. 7) Sed in excerptis Hartmanni Schedel haec narratio vero loco sub a. 1281. invenitur. 8. Aliis omissis afferó A. Chr. Wedekind in 'Archiv' II, p. 251—254. et 'Noten zu einigen Geschichtschreibern' I, p. 90 sq. II, p. 251. 9) Quem repetivit C. L. Scheidius in Orig. Guelf. III, p. 189. 10) 'Neue Mittheil. a. d. G. hist. ant. Forsch. des Thüring.-Sächs. Vereins' IX, p. 38—48. 11) 'Engelbert der Heilige' (Köln 1853) p. 289 sq. 352 sq. 356 sq.

a. 1025. *ex hoc codice sub titulo Annalium edidit*[1], *ac sane optime meritus est, quod thesaurum hunc diu desideratum tandem in publicum emiserit. Sed labor huius libri edendi susceptus satis prospere ei cedere non potuit, cum ipse codicem Hannoveranum non vidisset, cuius apographum nullius pretii in bibliotheca ducali Gothana adservatum A. F. H. Schaumann et H. Böttger cum codice ipso Hannoverae contulerunt, unde factum est, ut nonnulli loci huius Cronicae omitterentur, qui in illo codice exstant. Ut alii Gestorum archiepiscoporum Magdeburgensium loci male huic Cronicae inserrentur, editori culpae dandum est. Sed unde evenerit, ut tam innumera verba, quae in codice bene scripta sunt, corrumperentur, ut innumeris locis verba quaedam omissa sint, nescio*[2]. *Sane felicius nobiscum actum est, quibus V. Cl. Ed. Bodemann summa cum comitate concessit, ut codice Hannoverano longo tempore commode uti possemus, quibus post plus quadraginta annos iterum hunc librum edituris multa interim inventa et edita atque a viris doctis adnotata et correcta subsidio fuere, quibus etiam alios codices in usum vocare licuit*[3].

Iam haec subsidia nobis recensenda sunt, quibus textus codicis 1 *emendari et augeri potest. In quorum quidem numero vixdum referendum est fragmentum*

M) signatum. In codice nempe gymnasii ecclesiae cathedralis Magdeburgensis nr. 138, *chart. fol., circa a.* 1460. *scripto, Passionali estivali f.* 417—436. *chronicon breve scriptoris cuiusdam Magdeburgensis subiectum est, inter cuius f.* 427. *et* 428. *schedula insuta alia manu saec. XV. scriptam continet narrationem de Ludowico I. Barbato et Ludowico II. Saltatore ex Cronica Reinhardsbrunnensi f.* 294ᵉ—305ᶜ. *excerptam. Qui eam scripsit aut codicem nostrum* 1 *aut huic proximum adhibuit, qui omnia fere menda eius repetiverit, verba etiam quaedam in illo omissa omiserit*[4]. *Multo utiliores ad textum Cronicae emendandum fuerunt tres particulae, quas*

A) Andreas Lang abbas Montis S. Michaelis Bambergensis Catalogo suo sanctorum ordinis S. Benedicti in codice bibliothecae regiae Bambergensi E III 9, *membr. fol., saec. XV ex.*[5], *f.* 175ᶠ. 207. 209. *describendas curavit, videlicet de Giselberto abbate primo Reinhardsbrunnensi, quae magnam partem historiae Ludowici II. Saltatoris comitis cum narratione fundationis monasterii Reinhardsbrunnensis complectitur*[6] *(Cron. Reinh. a.* 1062—1085, *f.* 297ᶜ—306ᵇ), *in fine etiam locum quendam a.* 1100. *in codice* 1 *omissum praebet; tum sermonem de Sifrido eremita (Cron. Reinh. a.* 1213. 1215, *f.* 344ᵉ—347ᶜ) *et narratiunculam de Wolfrado monacho Reinhardsbrunnensi*[7] *(Cron. Reinh. a.* 1280, *f.* 381ᵃ⁻ᶜ). *Cum satis certo constet codicem Cronicae Reinhardsbrunnensis in monasterio Montis S. Michaelis non extitisse, Andream haec fragmenta ex monasterio Reinhardsbrunnensi ipso nactum esse coniciendum est, quae ex eius codice ante plus quadraginta annos b. m. G. Waitz exscripsit*[8].

1) 'Thuringische GQ.' I. Annales Reinhardsbrunnenses. Iena 1854. 2) Etiam in notis codicis lectio persaepe falso indicata est. Quaedam menda huius editionis correxit V. Cl. W. Wattenbach in 'Literar. Centralblatt' 1854. p. 425. 3) V. Cl. Fr. Wegele Historiam lantgraviorum Pistorianam (Cronicam Thuringorum Isenacensem), quae nihil facit ad hunc librum edendum, et Eccardianam tantum adhibuit, neque huius codicem manuscriptum contulit. Annales breves a Pistorio editos neglexit. 4) Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 243 sq. 5) De quo cf. 'Archiv' VI, p. 56 sq. XI, p. 421 sqq.; SS. XV, 1, p. 64. 120. 153. 6) Quae incipit: *Geselbertus primus fundator et abbas monasterii Reinhartzbornensis, cuius consilio et instinctu Ludowicus comes idem monasterium fundaverat. Nam idem Ludowicus comes, Ludowici comitis Cum-barba senior filius, qui apud Sanctum Albanum in Maguncia est sepultus, anno Domini millesimo sexagesimo secundo desponsavit sibi* etc. 7) Quae incipit: *Wolfradus monachus cenobii Reinhertzpornensis in omni generatione predicandus, operibus misericordie totus deditus. Nam illo in tempore* etc. 8) Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 244 sq.

R) Aliud fragmentum brevissimum a. 1225. 1226. *continet codex Vaticanus reginae Christinae nr.* 507*A*, *p.* 114, *saec. XVI. in. a quodam anonymo nescio ex quo codice exscriptum et Willibaldo Pirkhaimer Nurenbergensi missum, quod K. Wenck edidit*[1], *V. Krause h. m. in usum nostrum recognovit. Hoc praebet solam narrationem magnae curiae in civitate Nurenbergensi a.* 1225. *celebratae (f.* 359[b] [2]*), praemissis paucis, quibus res in illa curia gestae melius perspicerentur, et quantumcumque breve est, tamen continet quaedam in codice* 1 *omissa*[2].

T) Io. Pistorius, Rerum German. SS.[3] *I, p.* 957—960, *ex suo codice deperdito excerpta Cronicae Reinhardsbrunnensis a.* 1025—1253. *edidit, quae inscripsit* Annales veterum landgraviorum Thuringiae. *Quem codicem Pistorii ab Hartmanno Schedel scriptum esse ostendi*[4], *eadem fere continentem, quae in codice Schedelii infra sub* 2 *dicto exstant, scilicet Cronicam Thuringorum auctore fratre ordinis Praedicatorum Isenacensi continuatam usque ad a.* 1426, *excerpta ex Lamperti Hersfeldensis annalibus, ex Annalibus S. Petri Erphesfurtensibus maioribus, ex Cronica S. Petri Erfordensi moderna, ex Cronica Reinhardsbrunnensi; conieci Pistorii codicem eum fuisse, quo H. Schedel collectionem historiarum Thuringicarum conscripserat, quem Iohanni Trithemio abbati Sponheimensi mutuum datum ab eodem recuperare se non potuisse dixit in subscriptione codicis sui adhuc exstantis, quam collectionem ideo iterum scripsit. Cum vero reliqua quae codices Pistorii et Hartmanni Schedel continent fere omnia omnino conveniant ac congruant*[5], *excerpta Cronicae Reinhardsbrunnensis utriusque codicis longe inter se differunt. Unde coniciendum est H. Schedel excerpta Reinhardsbrunnensia prius scripta iam non habuisse vel nancisci non potuisse, ideo quocumque modo alia excerpta Cronicae Reinhardsbrunnensis, fortasse ex hoc monasterio, sibi comparavisse. Excerpta priora Hartmanni Schedel, quae littera T signavi, quamvis brevissima sint*[6], *tamen multis locis faciunt ad textum codicis* 1 *emendandum et augendum, nonnullos locos in illo codice omissos, praesertim aliquoties rerum gestarum dies a librario collectionis illius omissas praebent. Dolendum est, quod Schedel ea iam in a.* 1253. *finiverit, adnotans:* quae singula et alia deinceps quaere in historiis.

Cum hucusque excerpta pura Cronicae Reinhardsbrunnensis recensuerimus, nunc tractandi sunt libri, in quibus praeter hanc Cronicam alia chronica exscripta sunt.

---

1) 'Zeitschr. d. V. f. Thüring. Gesch. N. F.' II, p. 227 sq. 2) Quod incipit: *Egregio viro domino Billibaldo Pirkhamer, licentiato doctissimo ac civi Nurenbergensi, suo in Domino plurimum sinceriter honorando. — Ex chronica Reinhersbornensi, ubi sepultus est dominus Ludovicus landgravius Thuringiae, maritus sanctae Elizabeth.* Sequitur locus in cod. 1 omissus, quem infra initio a. 1225. exhibui, post quem quaedam ex Cron. Reinhardsbr. a. 1225. brevissime extracta: *Hoc anno Ludovicus landgravius, maritus sancte Elizabet, octavo mense, XVI. die mensis ipsius rediit de Polonia a castro Lublinensi* (sic falso!), *quod caepit a duce Poloniae nomine Soltzbistau, et in omnibus bene prosperatus ad propria remeavit, et dimittens exercitum alioque milites assumens ad celebrationem magnae curiae in Bartinrice regis Henrici, filii imperatoris Friderici secundi (!).* Deinde quod sequitur non ex Cron. Reinhardsbr. exscriptum, sed prooemium sequentis fragmenti esse demonstravi 'N. Archiv' XXI, p. 251 sqq., videlicet: *Nam Henricus Friderici filius rex est declaratus duxitque filiam Leopoldi ducis Austrie Margaretham, cum qua presentibus principibus regias nuptias apud Nuremberg celebravit solempniter, ubi propter frequentiam populi circiter* 48 *oppressi sunt, ut hic infra dicetur.* Tum sequitur ipsum fragmentum *A. D.* 1226. *celebratae sunt nuptiae* etc. 3) Ed. 3. curante B. G. Struvio I, p. 1307—1372. Ex editione Pistorii eos repetivit I. G. Eccard, Hist. genealogica principum Saxoniae superioris c. 345—352, quos inscripsit *Annales breves de landgraviis Thuringiae.* 4) 'N. Archiv' XXI, p. 245—251; cf. ib. XIX, p. 155 sq. XX, p. 377; supra p. 346 sq. 5) Duobus locis Pistorium verba quaedam excerptorum Reinhardsbrunnensium excerptis Erfordensibus codicis sui inseruisse ostendi 'N. Archiv' XXI, p. 249, n. 5. 510, n. 3. 6) Ex partibus Historiarum Reinhardsbrunnensium paucissima tantum excerpta sunt.

E) Primus auctor Libri cronicorum Erfordensis a. 1025. *usque ad a.* 1307. *Cronicam Reinhardsbrunnensem exscripsit, cuius partem a.* 1015. (1025) *usque ad a.* 1259. *O. Lorenz edidit*[1], *quam editionem K. Wenck duobus aliis codicibus*[2] *usus emendavit, ex iis partis prioris fragmenta quaedam et posteriorem partem ab a.* 1260. *edidit, commentatione egregia hunc librum percensuit ac illustravit*[3]. *Cuius auctor, si notitiae codicis Wiesbadensis fides danda est, iam a.* 1345. *ad hunc librum componendum adgressus est, sed iure mihi hoc in dubium vocasse videor*[4] *neque pro certo accipere possum, quamvis K. Wenck hoc nuper defenderit*[5]. *Auctor Erfordensis Libri cronicorum ea, quae inter a.* 1025. *et* 1307. *una serie scripsit*[6], *omnia fere praeter paucissimos locos ex Cronica Reinhardsbrunnensi in breve contracta sumpsit, ea eligens quae ad res Thuringicas et praesertim ad historiam comitum provincialium Thuringiae spectabant, sicut et H. Schedel in T fecerat; sicut hic etiam paucissima ex verbosis narrationibus Historiarum Reinhardsbrunnensium descripsit, amplitudine earum et stilo turgido deterritus. Ad a.* 1190. *locum ex Caesarii Heisterbacensis Dialogis exscripsit*[7], *sub a.* 1200. *quaedam ex genealogia principum Reinhardsbrunnensi infra appendicis loco edita sumpsit, sub a.* 1248. *pauca verba ex ignoto fonte profecta habet, ea quae ad a.* 1270. *de monstris natis refert nescio num ex Cronica Reinhardsbr. an ex fonte quodam Erfordensi mutuatus sit*[8], *ex quo notitia quaedam a.* 1165. *profecta videtur esse*[9]. *Quamvis hic etiam liber brevissima tantum excerpta contineat, tamen locos quosdam et verba in codice nostro* 1 *omissa praebet, saepissime ad textum eius corrigendum facit.*

2) *signavi excerpta Hartmanni Schedel in codice bibliothecae regiae Monacensis Lat. nr.* 593, *chart.* 4°, *a.* 1507. *scripto*[10], *f.* 164—202', *quae K. Wenck, 'Entstehung' p.* 85—115. *edidit, ipse collato codice emendavi. Qui cum haec inscriberet* Excerpta de libris historiarum in celeberrimo monasterio Thuringie Reinhartzborn, *iam indicavit ea non ex sola Cronica Reinhardsbr., sed ex aliis etiam libris collecta esse, et multa eum ex Libro cronicorum Erfordensi exscripsisse, quod iam K. Wenck censuerat*[11], *ipse ostendi et demonstravi eum huius libri codicem Maihingensi proximum adhibuisse*[12]. *Nec mirum, quod ex hoc libro H. Schedel multa exscribere maluerit quam ex Cronica Reinhardsbrunnensi, cum in hoc longiores narrationes, quas ipse breviare solebat, iam in brevius*

1) Ex codice bibliothecae palatinae Vindobonensis nr. 3375, quam inscripsit Chronicon Thuringicum, 'GQ. der Provinz Sachsen' I, p. 197—214. Qui in praefatione falsissime contendit huius chronici auctorem non Cronicam Reinhardsbrunnensem, sed annales Reinhardsbrunnenses a. 1025—1259, quos extitisse solus ille somniavit, exscripsisse. Quod cum G. Waitz, 'Nachrichten von der Kgl. Ges. der Wiss. zu Göttingen' 1870, nr. 23, p. 481—489. refutasset, O. Lorenz commentationem tam conviciis turgidam quam inanem composuit in 'Zeitschr. für die österreich. Gymnasien' 1871, fasc. I, qua opinionem suam ut defenderet studuit ac simul mutavit, qua neglexit, quod nemo intellegere non potuit, Cronicam Reinhardsbrunnensem in codice Hannoverano non integram, sed nimis mutilatam, a librario multis locis breviatam ac corruptam exstare. Tum, quantum haec defensio valeret, ostendit G. Waitz in 'Gött. gelehrte Anzeigen' 1871, nr. 5, p. 171—181. 2) Wiesbadensi nr. 53, qui solus titulum Libri cronicorum praebet (cf. Widmann in 'N. Archiv' VII, p. 391 sqq.), ac Lugdunensi Batav. nr. 31. Ipse ut textum huius libri pararem, contuli reliquos codices: Guelferbytanum, Helmst. nr. 329, Wratislaviensem bibl. universitatis I. Fol. 121, Maihingensem serenissimi principis de Oettingen-Wallerstein, Vindobonensem supra dictum, mox editurus hunc libellum inter Monumenta Erphesfurtensia, inter SS. R. Germ. edenda. 3) 'Zeitschr. d. V. f. Thüring. Gesch. N. F.' IV, p. 188—251. In priore parte auctor Libri cronicorum inprimis Ekkehardi Chronicon et Gotifredi Viterb. Pantheon exscripsit. 4) 'N. Archiv' XXI, p. 258, ubi p. 253—261. de Libro cronicorum disserui. 5) 'N. Archiv f. Sächs. Gesch.' XVII, p. 204. 6) Quae deinde ad a. 1291. 1294. 1280. ex alio ignoto fonte et quae ex Libro memorabilium Heinrici de Herfordia hausit post excerpta Reinhardsbrunnensia posuit. 7) Cf. 'N. Archiv' XX, p. 415, n. 5. 8) Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 258—260. 9) Ib. p. 263. 512 sq. 10) De quo vide locos supra p. 346. allatos. 11) 'Entstehung' p. 54. 12) 'N. Archiv' XXI, p. 261—269. Locis Hartmanni Schedel ex Libro cron. exscriptis eius lectionem post E posui sic: *E. 2 (ex E).*

contractas inveniret. Tum ostendi[1] *etiam alios locos inter excerpta Hartmanni Schedel inveniri, qui ex Cronica Reinhardsbr. sumpti esse non possint, ut quae sub a.* 1138. *de Conrado III. rege creato et de genealogia regum gentis Suevicae leguntur, partim ex Ottonis Frisingensis Chronico, partim ex Chronico Urspergensi, partim ex ignoto fonte profecta. Hos locos omnes in notis asteriscis signatis edidi, ut lectores ipsi de iis iudicarent. Sed H. Schedel etiam permultos locos Cronicae Reinhardsbrunnensis praebet, qui in codice Hannoverano desunt, plerosque ex fontibus adhuc superstitibus profectos, Cronicis videlicet Ekkehardi et S. Petri Erfordensi et Minore atque Annalibus S. Petri maioribus, tum vero etiam alios, quos Cronicae Reinhardsbrunnensis fuisse sive ex argumento eorum apparet, sive ex eo probatur, quod etiam alii auctores eos ex hac Cronica exscripserint. Cum codex noster* 1 *fragmenta Reinhardsbrunnensia demum a tempore Ottonis I. imperatoris praebeat, Schedelii excerpta iam ab a.* 530. *incipiunt, neque quidquam eorum usque ad* 1022. *in codice* 1 *invenitur, sed haec Cronicae Reinhardsbrunnensi iam eo vindicantur, quod omnia ex fontibus eius, Ekkehardi Chronico additamentis Lampertinis auctо*[2] *et Cronica Minore sumpti sint, tum eo, quod multa eorum etiam in L II exscripta sint. Duo loci a.* 1285. 1286. *de Dieterico Holzschuh simulante se esse Fridericum imperatorem, quos Schedel habet, pleniores etiam in Conradi Halberstadensis Cronographia inveniuntur. Quod quomodo factum sit, bene exponere non potui, cum alios viros doctos secutus Conradum exscripsisse Cronicam S. Petri Erfordensem opinarer*[3]. *Sed iam consideranti Conradum genealogiam Reinhardsbrunnensem infra appendicis loco editam exscripsisse, quae in codicibus nostro* 1 *et Pistorii et eo quem auctor Libri cronicorum adhibuit extiterit*[4], *et eum unum saltem locum habere Cronicae Reinhardsbr. non ex alieno fonte haustum, mihi persuasi*[5] *eum hanc Cronicam, non Cronicam S. Petri, exscripsisse ideoque locos illos de Friderico falso ex Cronica Reinhardsbr. sumptos esse. Cum vero in excerptis Hartmanni Schedel et in Conradi Cronographia narrationem belli a.* 1281. *Cronicae Reinhardsbr. authenticam, quae in codice* 1 *male ad a.* 1271. *posita est*[6], *cum ea Cronicae S. Petri, quae in Cronica Reinhardsbr. recto loco legitur, coniunctam esse ostenderim 'N. Archiv' XXI, p.* 271 *sq., hoc non alio modo explicari potest, nisi statueris Hartmannum Schedel et Conradum eodem codice Cronicae Reinhardsbr. usos esse, in quo hae narrationes coniunctae fuerint. Hoc etiam in codice autographo postea factum esse potest a quodam, qui utroque loco easdem res relatas esse animadvertisset*[7], *sed antequam hoc factum est, codicem Isenacensem, ex quo textum codicis nostri* 1 *profectum esse infra videbimus, ex codice autographo descriptum esse censebis.*

C) Conradum igitur Halberstadensem in Cronographia sua ab or. m. usque ad a. 1353. *inedita*[8] *ea quae inter a.* 1281. *et* 1287, *inter a.* 1332. *et* 1338. *cum Cronica S. Petri Erfordensi convenientia praebet, non ex hac, sed ex Cronica Reinhardsbrunnensi exscripsisse iam certo apud me constat. Nec moveor, quod is duos tantum locos authenticos huius Cronicae, qui in codice* 1 *inveniantur, habeat, cum, quod Conradus res Thuringicas et Reinhardsbrunnenses neglexerit, non mirum sit, qui chronicon universale conscribendum sibi proposuerit*[9]. *Qui*

1) Ib. p. 269 sq. 2) Vide supra p. 491. 3) Unde falsa hac de re coniectavi 'N. Archiv' XXI, p. 270 —273. 4) 'N. Archiv' XXI, p. 248, n. 1. 464. 5) Ib. XXI, p. 462—469. 515—517. 6) Supra p. 507. 7) In quo codice relationem Reinhardsbrunnensem recto loco ad a. 1281. scriptam esse censeas oportet. Fortasse haec in schedula assuta vel in margine scripta erat, ut ad falsum annum trahi potuerit. 8) Extremam partem ex codice Hannoverano (nostro 1) edidit K. Wenck in 'Forschungen z. D. Gesch.' XX, p. 292 sqq. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 462 sq., n. 4. 9) Cur Conradus tan-

quidem non solum locos de Friderico falso a. 1285. 1286. *in codice* 1 *omissos, quos iam dixi, sed etiam ad a.* 1283. 1285. 1287. *locos Cronicae S. Petri praebet, qui in codice* 1 *desunt, sed locus a.* 1285. *etiam in L II invenitur ex Cronica Reinhardsbr., ut mihi persuasum habeo, sumptus*[1]. *Permulta etiam ad a.* 1334. *et* 1337. 1338. *ex Cronicae S. Petri Continuatione I. profecta habet, quae in codice* 1 *desunt*[2], *sed inter haec omnia anni* 1337. *ex Cronica Reinhardsbr. sumpta esse iam ex eo patet, quod partim Schedel, partim Theodericus Pauli infra dicendus eadem habeant. Unde non dubitabimus, quin etiam ea a.* 1338. *ex eadem exscripta sint, quin ad hunc annum, non ad a.* 1337, *in quo codex* 1 *desinit, haec Cronica producta fuerit. Omnes igitur hos locos Conradi praeter duas longas narrationes, de quibus n.* 1. 2. *dixi, Cronicae Reinhardsbr. inserui, parato textu Conradi auxilio trium codicum qui exstant, Vaticani Lat. nr.* 3758, *saec. XIV, quem I. Schwalm socius noster evolvit, Vindobonensis nr.* 3175, *saec. XV, Hannoverani XIII.* 753. *iam saepe dicti.*

L I) Cronica Thuringorum auctore fratre ordinis Praedicatorum Isenacensi, quae inscribebatur Historia de landgraviis Thuringiae[3], *in codice bibliothecae regiae Dresdensis K* 316, *chart.* 4, *saec. XV, ita a fratre Minore Isenacensi amplificata legitur, ut 'N. Archiv' XX, p.* 408—415. *exposui, ut multa ex Cronica Reinhardsbrunnensi, pauciora ex Cronica Erfordensi E atque ex Libro cronicorum Erfordensi et aliis quibusdam chronicis insererentur; et, quod mirum, quaedam additamenta etiam ex Cronica S. Petri Erfordensi sumpta occurrunt, quae neque in eius epitome E neque in Cronica Reinhardsbr. inveniuntur neque in hac unquam extitisse possunt*[4]*; unde statuendum est eum qui Cronicam Thuringorum ampliavit pauca ex eodem codice primae partis Cronicae S. Petri Erfordensis integra exscripsisse, quo et auctor Historiae Eccardianae usus est. Hanc signavi*

L II) Codex bibliothecae universitatis Ienensis numero non signatus, chart. fol., saec. XV. ex. una manu binis columnis scriptus chronicon Thuringicum continet a quodam Isenacensi circa a. 1420. *compositum, quod in tegumento codicis inscriptum est* Cronica Martiniana. *Chronici enim Martini Oppaviensis priori parti descriptae auctor multa inseruit ex chronicis infra dictis, tum vero fere ab a.* 1025. *consilio mutato Cronicam Thuringorum Isenacensem amplificatam, usus codice autographo eius, cuius exemplar est L I, potissimum secutus permultas et magnas partes ei inseruit sumptas ex Cronicis Reinhardsbrunnensi, Erfordensi littera E supra p.* 349. *signata*[5], *Minore usque ad a.* 1272. *continuata et amplificata*[6], *Libro cronicorum Erfordensi, Martini et Bernardi Guidonis chronicis, ut exposui 'N. Archiv' XX,* 407—421. *XXI,* 274

tum pro a. 1281—1287. et 1332—1338. hanc Cronicam exscripserit, nemo quidem explicare poterit (cf. 'N. Archiv' XXI, p. 469). Eadem etiam quaestio remanebit, si eum Cronicam S. Petri Erfordensem exscripsisse censueris. 1) Narrationem longam bellorum a. 1276. (1277). 1278. in Conradi codice Hannoverano a librario huius collectionis ex Cronica Reinhardsbr. insertam esse iam p. 505. dixi, quam in editione huius repetere nolui, cum codicis Hannoverani lectionem variam iam supra p. 413—417. adnotaverim. 2) Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 465 sqq. Longam narrationem a. 1334. in Cronica Reinhardsbr. non repetendam esse duxi, ad quam variam lectionem Conradi iam supra p. 455 sqq. adnotaverim. 3) Edita a Io. Pistorio, Germ. R. SS. I, p. 908 sqq.; ed. 3. curante Struvio I, p. 1296 sqq. In qua Librum cronicorum Erfordensem, non Cronicam Reinhardsbr. exscriptam esse exposui 'N. Archiv' XX, p. 399—404. 4) Sub a. 1191. de miraculo in villa Bechstete facto, quod in Cron. Reinhardsbr. a. 1191. f. 324. copiose narratum est, quaedam verba ex Cron. S. Petri repetita sunt. Sane non credi potest praeter longam narrationem huius miraculi ex Historiis Reinhardsbr. descriptam etiam id in Cron. Reinhardsbr. extitisse, quod supra p. 376. paucis verbis in Cron. S. Petri de hoc miraculo traditum est. 5) Usus etiam huius codice, ex quo Cronica E in codice Dresdensi K 316 descripta est. 6) Usus codice quodam proximo ei, quem SS. XXIV, p. 173. B 2 signavi.

—276. *Ex apographo codicis Ienensis in bibliotheca regia Hannoverana servato*[1] *I. G. Eccardus, Historia genealogica principum Saxoniae superioris (Lipsiae* 1722*) c.* 351—468. *ab a.* 1025. *hanc cronicam edidit, quam inscripsit Historiam de landgraviis Thuringiae. Cuius auctor Cronicam Reinhardsbr. saltem iam ab a.* 511. *exscripsit, nam ad hunc annum locum habet profectum ex Ekkehardi Chronico*[2]*, quod ipse non legit; sed patet omnes locos eius et ex Annalibus Lamperti profectos ex Cronica Reinhardsbr. eum sumpsisse*[3]*, in qua Ekkehardi Chronicon auctum additamentis Lampertinis exscriptum esse supra p.* 491. *dixi. Et multa ex hoc chronico excerptis Reinhardsbrunnensibus brevissimis Hartmanni Schedel a.* 530—1024, *quae edidi, addi potuissent*[4]*, quae recipere nolui, cum his additis parum effectum videatur ad restituendam hanc partem Cronicae, cum horum etiam locorum nonnullos sicut multos posteriores ex Cronica Reinhardsbr. profectos auctor Isenacensis breviaverit ac mutaverit vel cum aliis coniunxerit. Sed locos ab Hartmanno Schedel excerptos, qui etiam in L II inveniuntur, verbis ex hoc chronico sumptis supplevi atque emendavi, ut eos quantum fieri potuit integros restituerem. Ab a.* 1025. *vero omnes locos codicis L II, quos ex Cronica Reinhardsbr. profectos esse apud me constabat*[5]*, quamvis iidem neque in codice* 1 *inveniantur neque ab alio ex Cronica Reinhardsbr. exscripti essent, addidi, cum his aliorumque scriptorum locis insertis iam non multum absit, ut haec pars integra restitui possit. At locos ex Cronica S. Petri Erfordensi integra profectos, quos codex L II solus praebet, non recepi, cum ostenderim hanc etiam Cronicam ab auctore Isenacensi adhibitam esse*[6]*. Persuasum mihi quidem habeo codicem ab auctore Isenacensi lectum primam tantum partem Cronicae S. Petri a.* 1072—1208. *continuisse*[7]*, unde censeo omnes locos ex hac ipsa post a.* 1208. *profectos*[8]*, etiam eos, quos auctor Isenacensis solus inter eos qui Cronicam Reinhardsbr. exscripserunt praebet, ex hac descriptos esse, neque tamen eos recipere visum est, sed adnotavi, ubi eos textui nostro edito inserendos esse censui. Cum igitur ad supplendam, tum ad emendandam Cronicam Reinhardsbr. facit L II, in quo etiam ex partibus Historiarum Reinhardsbrunnensium ab omnibus aliis paene neglectis non pauca exscripta sunt, nimis quidem in breve contracta, haud tamen inutilia.*

Theod.) Theodericum Pauli in Speculo historiali suo particulas Cronicae Reinhardsbr., non Cronicae S. Petri Erfordensis, ut W. Focke censuerat[9]*, exhibere iam supra p.* 348 *sq. exposui. Quod codice bibliothecae Rhedigerianae Wratislaviensi Rep. I, nr.* 61, *chart. fol., saec. XV, collato pluribus etiam locis confirmatum esse vidi. Qui praeter alia addenda ad extremi anni Cronicae nostrae narrationem supplendam quaedam praebet.*

Praeter hos etiam Iohannes Rothe nominandus est, qui in chronico suo Thuringico[10] *magno Cronicam Reinhardsbrunnensem exscripsit, sed pleraque ex ea profecta non ex ipsa, sed ex Cronica Thuringorum Isenacensi amplificata et ex Historia landgraviorum Eccardiana sumpsit.*

1) Sive XIII. 159. sive XIII. 160. saec. XVII. et XVIII. 2) *A. D. DXI. Genophefa virgo Parisius octogenaria migravit ad Christum.* 3) Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 286—288. Lamperti locum nullum Hist. Eccard. praebet praeter eos qui in codice S. Petri Erfordensis, nunc Gothano, Ekkehardi Chronico inserti sunt. 4) Etiam quosdam locos ex Gotifredi Viterb. Pantheon profectos Hist. Eccard. in hac parte habet, quos ex Cronica Reinhardsbr. sumptos esse apparet. 5) Inter quos etiam recepi locos ex Annalibus S. Petri Erphesfurt. maioribus profectos, cum mihi persuasum haberem hos ab auctore Isenacensi ipso minime lectos esse. 6) 'N. Archiv' XXI, p. 276—286. 7) Vide ib. XXI, p. 466 sq. 493; supra p. 352. 8) Nota vero multos eorum ab auctore Isenacensi ex Cronica Thur. Isenac. ampl. descriptos esse. 9) 'Theodericus Pauli, ein Geschichtschr. des XV. Jahrh. und sein Speculum historiale' (Halle a. S. 1892) p. 45 sqq. 10) Ed. R. de Liliencron in 'Thüringische GQ.' III. Jena 1859.

In partibus e Vita Ludowici descriptis saepe versio eius a Friderico Kodiz facta laudanda erat, quae quidem elegantissime conscripta est, sed textus Latinus non ad verbum expressus, verba Latina liberius translata sunt, unde parum ad ea emendanda affert. Cronicam S. Petri in notis criticis P, eius codicem Gottingensem P 1 signavi.

Alterum codicem Cronicae Reinhardsbrunnensis in Libro cronicorum Erfordensi (E) et ab Hartmanno Schedel in T, alterum in codice nostro 1 et in L I et L II exscriptum esse[1] *ostendi 'N. Archiv' XX, p.* 288—291, *exponens in illo genuina pauca verba de castro Wartburgensi constructo fuisse, sed in hoc narrationem fabulosam de hoc castro aedificato insertam esse, illis verbis deletis. Quam fabulam ab Isenacensi quodam additam esse iure conieci, cum in Cronicae Reinhardsbr. codice Isenacensi in L I et L II exscripto eam extitisse statuissem, unde sequitur codicem nostrum 1 ex codice Isenacensi profectum esse. Alter codex in E et T exscriptus ubi exaratus fuerit, non liquet, nec satis constat, num eundem codicem an diversos auctor Erfordensis et Hartmannus Schedel in T exscripserint, neque quibus codicibus Andreas abbas et Conradus Halberstadensis usi sint, statui potest. Sane verisimillimum est hos omnes codicem in ipso monasterio Reinhardsbrunnensi servatum, nescio an autographum*[2]*, aut ipsos adhibuisse aut ab aliis exscriptas particulas eius accepisse, cum non facile credendum sit praeter exemplar Isenacense multa apographa eius extitisse. Facile etiam sane credes Hartmanni Schedel excerpta codicis Monacensis et in T ex eodem codice descripta esse*[3]*.*

Textus codicis Hannoverani quidem multis locis, quos libri recensiti praebent, augeri potuit, sed lectores precor, ut bene notent paucos horum locorum, eos scilicet qui a pluribus scriptoribus exscripti sint, integros restitui potuisse, plerosque breviatos vēl mutatos esse. Non dubitandum est, quin chronista Reinhardsbrunnensis eos horum locorum breviatos et mutatos, qui ex libris adhuc superstitibus exscripti sunt, ad verbum descripserit, ut consuetudo eius fert[4]*. Omnes hos locos ex aliis libris textui codicis Hannoverani additos his uncis [—], quae a librario huius codicis addita esse censui neque tamen e textu eicere ausus sum, talibus uncis ⟨—⟩ includenda curavi. Nomina locorum hodierna, quae adnotata non invenerit, ut in indice quaerat, lectorem precor; si quae in hac praefatione minus plene minusve plane exposita invenerit, commentationes meas saepe laudatas ut consulat, rogo.*

Berolini a. d. XII. Kal. Maias a. 1896. ***O. HOLDER-EGGER.***

Excerpta Hartmanni Schedel (2).

Excerpta de libris historiarum in celeberrimo monasterio Thuringie Reinhartzborn[a], ubi olim illustrissimi lantgravii Thuringie sepulturas eorum elegerunt.

Cr. Minor. 527. Anno[b] Domini DXXX. Sanctus pater Benedictus a loco qui Sublacus dicitur ex divina iussione in Cassinum montem venit, tresque[c] corvi prope ipsum volando secuti sunt eum, quos ipse nutriebat[d]. Cumque veniret ad quoddam bivium, duo angeli apparuerunt, ostendentes sibi viam. In loco autem Cassino quidam servus Dei habitabat. Cui vox de celo dixit: *His tu parce locis, alter amicus adest.*
Ubi constructo monasterio doctrina et miraculis claruit.

a) Reihartzbortt 2. b) *hanc habet L II breviata.* c) et corvi *L II.* d) *sic L II;* intuebat 2.

1) Quem etiam Iohannem Rothe legisse statuendum est. 2) Sed vide quae supra p. 511. de codice ab Hartmanno Schedel in excerptis codicis Monacensis et a Conrado Halberstad. exscripto dixi. 3) Sub a. 1182. quidem f. 319d. Schedel in T et L II verba Annalium S. Petri maiorum praebent, quae 1 et Schedel in 2 et E eodem fere modo mutata habent, sed quod hi hoc loco consentiant, casu factum esse, ab his verba mutata esse mihi persuasum habeo. 4) Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 292, n. 1.

Anno Domini DXLII. Benedictus febribus correptus inter manus orantium et psallencium discipulorum ad Christum migravit[a]. Cr. Minor.

Anno Domini DLXXXXIIII. destructum est a Longobardis monasterium sancti Benedicti. Ekk.

Anno Domini DCLXXXVIII. Sanctus Kilianus cum sociis suis passus est.

Anno Domini DCC.[b] Dagobertus rex Francorum fundavit monasterium sancti Petri in Erfordia in monte sub papa Iohanne LXXXVII[mo], qui sedit annos tres. Mons ipse antea Merwigisborc vocabatur a Merwigo pagano, tritavo eius. Et omnia que habuit in Thuringia ad eundem locum dedit monitu Trutmanni solitarii[c. 1]. Cr. Minor. Ekk. Auct.

Anno Domini DCCXXXVI.[d] Inicium Hersfeldensis monasterii a beato Bonifacio habuit. Cr. Minor. Ekk. cum Auct.

Anno Domini DCCXL. Carolus Saxoniam intrat et eos tributarios facit.

Anno[e] Domini DCCXLIII. Pipinus et Carolomannus[f] principatu potiti regionem[g] inter se diviserunt. Carolomannus Austriam et Alemanniam atque Thuringiam sortitur, Pipinus vero Burgundiam, Neustriam atque Provinciam. Ekk.

Anno Domini DCCXLV. Monasterium Fuldense inicium habuit a beato Bonifacio. Ib. et Cr. Minor.

Anno Domini DCCLI. Burchardus in Wyrzeburc primus episcopus cum Wolfrado archicapellano ad Zachariam papam venit, ut consuleret super regibus in Francia, qui nihil potestatis habebant. Ekk.

Anno Domini DCCLII.[h] translacio sancti Kiliani facta est.

Anno Domini DCCCXV.[i] Ludevicus Karoli Magni filius regnare copit. Qui fundavit Hyldesheim et Corbeyam, sicut Carolus pater suus Fuldam et Herevelt et Boteburn, alias Baterborn. Hoc tempore sanctus Egidius migravit ad Dominum. Cr. Minor.

Anno Domini DCCCXXXVI. Otkarius Moguntinus archiepiscopus transtulit ossa sancti Severi in Erffordiam.

Anno[k] Domini DCCCXLVII.[l] Otgarius archiepiscopus Maguntinus obiit; cui[m] Rabanus abbas Fuldensis successit[n]. Ekk. Auct.

Anno Domini DCCCLXXVI. Ludewicus imperator, filius Lotharii imperatoris, filii Ludewici, filii Magni Caroli, moritur. Hic[o] fuit attavus Heinrici imperatoris Babinbergensis[p. 2] et proavus Hugonis comitis et fratris sui Ludewici Cum-barba[3] et consanguinee eorum[q] Gisile imperatricis[r. 4]. Ekk.

Anno Domini DCCCLXXXX.[s] Arnolffus Wirzeburgensis[t] episcopus inter missarum solemnia in Saxonia occisus est. Ib. 889.

Anno Domini DCCCCIIII.[u] Sclavi vastaverunt Saxoniam. Ekk. Auct. 902.

Anno Domini DCCCCV. Ungari vastaverunt Saxoniam[v]. Ekk.

Anno Domini DCCCCXVIIII.[w] Conradus rex moritur et in Fulda sepelitur, in quo progenies Karoli defecit. Cr. Minor.

CRONICAE REINHARDSBRUNNENSIS QUAE SUPERSUNT.

Item[x. 5] Otto Magnus ivit cum exercitu in Angliam ad liberandum Lodewicum habens XXVII legiones[6]. Item nota, quod Adelheidis uxor Ottonis circa Argentinam in littore Reni in monasterio Helso cum magna veneracione ab omni populo terre pro sancta servatur. Hic Otto vocatus fuit Romam in adiutorium Iohannis pape; qui consecrato Ottone ad imperatorem, magna synodus facta est Rome, cui Otto imperator presidebat, cum multitudine episcoporum, clericorum et monachorum. Ibique Benedictus papa a sede deiectus est. Attamen idem ipse Otto imperator Magnus iuratus [y]dedit privilegium Iohanni pape, sicut et Karolus Magnus et Lodewicus imperatores dederant [y]f. CCLXXXVI[b] ecclesie Romane, ut de electione Romani pontificis et de aliis pertinentiis beato Petro se non intromitteret nisi de consilio pape, ut patet[y]. f. 285[d]. Sig. 949. Cr. Minor.

Item anno Domini DCCCC[o]LXIX. Hatto Moguntinensis archiepiscopus devoratus est a muribus in Reno, unde procurari fecit habitacionem in navibus, propter illud, quia multitudinem pauperum cremavit in horreo tempore famis sub Iohanne papa IX. et Ottone primo.

[Anno[z] Domini DCCCCLVIII. Cruces in vestibus hominum apparuerunt]. Ekk.

Idem[y] Otto captivum duxit Beringerum regem Lombardie cum uxore mittens eum in Babinbergam in exilium, et ibi obiit. f. 287[d].

---

a) *L II habet:* A. D. DXLII. Sanctus Ben. migr. ad Chr. — b) DCCC. 2. — c) *haec breviata* (Dageb. — Erffordia *et* ad e. — solitarii) *habet etiam L II.* — d) DCXXXVI. 2. — e) *haec habet etiam L II.* — f) et frater suus Karlom. *L II.* — g) *sic* 2. *L II.* — h) *sic L II;* Eodem anno 2. — i) *post superscr.* XX 2. — k) Anno — obiit *habet L II; om.* 2. — l) DCCCXLVIII. Origarius *L II.* — m) *sic L II;* Huic succ. Rab. abbas fuden in archiepiscopatu 2. — n) succedit *L II.* — o) *haec habet L II (ubi add.* Lodewicus) *sub Ludewico III. Martini Oppav.* — p) Bamberg. 2; imp. H. Babinburg. *L II.* — q) *sic L II (ubi* earum Gisele); et consanguineus Gis. 2. — r) *L II add.:* a quibus inceperunt tantgravii Thuringie et Hassie. — s) *ad a.* 890. *haec habet etiam L II, ubi om.* Arn. — t) Eppise. Herbipolensis *L II.* — u) *ad a.* 904. *habet haec etiam L II.* — v) *sic L II;* ei anno sequenti Ungari *tantum* 2 *habet.* — w) CCCCXVIIII. 2. — x) *incipiunt fragmenta cod.* 1. — y) ut patet *a librario cod.* 1 *inserta esse censeo.* — z) *uncis incl. habet* 2; *om.* 1.

1) Eadem verba Lamperti opera p. 10 n. **; Add. Pistor., supra p. 472. Qui loci sicut et hic ex excerptis codicis Schedelii proveniunt, eius scilicet deperditi, quem Pistorius habuit. 2) Minime. 3) Non ob aliam causam Ludewicus II. imperator horum proavus dictus esse videtur a chronista Reinhardsbr., nisi quod in stemmate Ekkehardi p. 176. legerit hunc fratrem Hugonem habuisse, si vere hunc Ludewicum, non Ludewicum Puerum, ut Hist. Eccard. (ubi Ludewicus III. imp. Martini cum hoc consusus) habet, dixit. 4) Cf. infra p. 517. 5) Haec in Gestis archiep. Magd., SS. XIV, p. 384, l. 40 (vide ibidem n. ***) inserta sunt in cod. 1. 6) Nescio an hic locus non ex Cron. Reinhardsbr., sed ex Chronici Engelbusii recensione quadam adhuc ignota a librario insertus sit. Eandem quidem expeditionem in Franciam (non in Angliam) factam Engelbus (ed. Mader p. 190; Leibnitii SS. R. Brunsvic. II, p. 1075) ex Vincentii Spec. hist. XXIV, 69. commemoravit, sed ibi falso Lotharius pro Ludowico captus dicitur. 7) Haec in Gestis archiep. Magd., l. l. p. 389, l. 40 (vide ibid. n. ***) inserta sunt.

Ekk. Auct. Item anno Domini DCCCCLXXII. eidem[a] Ottoni missa est Theophania de Grecia in uxorem. Hiis eciam
Cr. Minor. temporibus Hatto archiepiscopus Moguntinus devoratus est a muribus in Reno, quia multitudinem pauperum tempore
Ekk. Auct. famis cremari fecit in horreo. Cui successit Rupertus.

Item anno Domini DCCCC[o]LXXVI[o]. Otto imperator perrexit Bavariam et Heinricum[b] inde expulit et Ottoni duci Bavariam commendavit.

Item anno Domini DCCCCLXXVII[o]. imperator[c] Otto[d] cum exercitu magno Bohemiam devastavit.

Ekk. Item anno Domini DCCCCLXXVIII. ignee acies vise sunt in celo per totam noctem V. Kal. Novembris. Eo
Cr. Minor. tempore sanctus Udalricus migravit ad Christum episcopus Augustensis. Iste Udalricus fecit prandium Conrado Constanciensi episcopo et eodem die facto prandio celebravit missam solempnem coram clero et omni populo, de hoc incusatus respondit: 'Ego non commedi, sed caritas'. Et isti ambo episcopi sunt sancti, et ipsorum festivitates in Swevia solempniter celebrantur.

f. 288[c]. Ekk. Auct. Ekk. 983. Anno Domini DCCCCXXXV.[1] Heinricus dux Bavarie regnum invadens a principibus reprobatur. Otto[2] Herbipolensis episcopus obiit.

Ekk. Auct. D-G. 987. Hic Otto tercius Bohemos devastavit. Post hoc iterum anno preterito Bohemiam intravit et eam in dedicionem coegit, Mysikonem cum munoribus venientem suscepit.

Anno Domini DCCCCLXXXIX[o]. Theophanii Romam perrexit omnemque illam regionem regi subdidit. Eodem
Ekk. tempore Karolus dux moritur; cui Otto filius eius succedit.

f. 289[a]. Ekk. Auct. Cr. Minor. Anno Domini DCCCCLXXXXVIII. Crescencius ab imperatore decollatur cum XII suis et ante Urbem suspenditur, et Iohannes pseudopapa cecatus precipitatur. Ideirco usque adhuc nullus papa venire vult in montem Tarpeyum ad arcem urbis Rome, scilicet in Capitolium, ubi iste Iohannes tormenta sustinuit; ibi quoque semper ferebantur sen-
Iac. de Var. tencie mortis contra sceleratos et contra adversarios Romanorum. Hic[e] Otto tercius quendam uxorem habuit, quo cuidam comiti se prostituere voluit; sed cum ille nollet tantum facinus cum ea[f] perpetrare, illa indignata predictum comitem apud imperatorem adeo infamavit, quod imperator eum sine audiencia decollari fecit; qui, antequam decolleretur, rogavit uxorem suam, ut iudicio caudentis ferri post mortem eum comprobet innocentem. Adest dies, in quo cesar pupillis et viduis se asserit iudicium facturum: affuit et vidua maritu, rapud secum suis portans in ulnis. Tunc quesivit ab imperatore, qua morte dignus esset, qui iniuste aliquem occidisset. Qui cum privacionę capitis eum dignum asseroret, illa intulit dicens: 'Tu es ille vir, qui maritum meum ad suggestionem uxoris tue innocentem occidi mandasti, et ut me verum dicere approbes, hoc candentis ferri iudicio comprobabo.' Quod cesar videns opstupuit et in manus femine se puniendum dedit. Interventu tamen pontificum et procerum inducias X dierum, deinde VIII, tercio VII[g], quarto VI a vidua accepit. Tunc imperator
f. CCLXXXIV[a]. causa examinata et veritate cognita uxorem vivam concremavit et pro redemptione sui quatuor castra vidue dedit. Que
Martin. castra sunt in episcopatu Livienai et vocantur ab inducis dierum, scilicet X[m], VIII[m], VII[m] et VI[m][h]. Hiis temporibus floruit Fabricus[i] Carnothensis[k] episcopus, qui inter alia laudabilia *Stirps Yesse* et *Solem iusticie* et *Chorus nove Ierusalem* composuit.

992. Oct. 16. Huius Ottonis eciam tempore monasterium sancti Stephani in Halberstat[l] in summo conbustum est[3] et a Hildwardo in novo reedificatum consecratur in die sancti Galli auxilio fere[m] XX episcoporum. Ad cuius aule dedicacionem idem Otto imperator cum imperatrice Adelheide et tocius Saxonie optimatibus presens aderat[4].

Sig. 983. Anno Domini DCCCCXCII.[n-5] in Burgundia sanctus Odilio[o] monachus factus ex clerico in Cluniaco cenobio abbas
Ekk. preficitur et per annos LVI magna religione et vite insignis rexit exemplis et miraculis eciam in vita sua claruit[p].

[Anno[q] Domini M[o]. Heinricus, dictus Claudus[6], 2[us] rex imperium suscepit].

[Anno[q] MVI. Episcopium in Babenberc[r] erigitur, cui Eberhardus episcopus[s] preficitur].

Cr. Minor [Anno[q] MVII. Episcopium Merzeburck, quod anno DCCCCLXXXII. destructum fuit[7], restauratur per ipsum Heinricum].

Ekk. Auct. [Anno[q] MXII. Ecclesia maior in Babenberc[r] ab Eberhardo primo episcopo eiusdem[t] consecratur].

Cr. Minor [MXXII.[8] Heinricus imperator restauravit episcopatus, qui a paganis destructi fuerant, scilicet Meide-

a) idē 1. b) Hinr. *semper ferē* 1. c) *haec habet et L II breviata.* d) *om. L II.* e) *haec habet L II, ubi* Iste tercius Otto. f) cum ea *om. L II.* g) VII[o] 1. h) decem Octo septem et Sex *L II.* i) *sic* 1 *pro* Fulbertus; Fubertus *codd. Martini.* k) Cariothenſ 1. l) halbr 1. m) vero 1. n) DCCCCII. 1. o) Edilio 1. p) *quae in* 1 *sequuntur de Brunone de Quernforde, edita SS. XIV, p. 391, n. ** a scriptore Ierichowensi Gestis archiep. Magd. addita esse censeo, cum et in cod. sequatur pars Gestorum archiep. f. 289[b]: Unde Ottoni tercio, cui quia non erat filius — — f. 291[c]. eique successit filius suus Hinricus tercius = SS. XIV, p. 391, l. 18 — 399, l. 17.* q) *haec praebet 2; om. 1.* r) Bamberck *h. l. 2.* s) *om. 2; ex L II suppl., ubi* A. D. M[o]VI[o] Ebirhardus primus suffiscopus in Babinbergk constituitur. t) sedis *iam omissum est in Ekkehardi cod. Montis S. Petri, ex quo haec in Cron. Reinhardsbr. profecta sunt.*

1) Ekkehardi cod. 5 *DCCCCLXXXII[o]* pro 983. Haec in Gestis archiep. Magd., l. l. p. 391, l. 17 (vide ibid. n. **) inserta sunt in cod. 1. 2) *Poppo* Ekk. 3) Quod combustum esse e coniectura falso scriptum est, cum sequente loco reaedificatum diceretur. 4) Hic locus proxime accedit ad Ann. S. Aegidii Brunswic. excerpta, supra p. 9, sed in eo, quod die s. Galli dedicatio facta esse dicitur, convenit cum Thietmar. IV, 18. 88. R. G. p. 74 sq. Dubito, utrum hic locus a scriptore Ierichowensi Gestis archiep. Magdeb. additus an ex Cron. Reinhardsbr. a librario codicis Hannoverani sumptus sit. Fieri potuit, ut ad hanc hic locum perveniret inscriptus exemplari Cron. Minoris a chronista adhibito. Nam moneo Continuationem VII. huius cronicae, quam ille exscripsit, a Pistorio editam esse ex codice S. Aegidii Brunswicensis. 5) In Chron. Ekkehardi recens. D. E (p. 191) haec ex Sigeberti Chron. ad a. 992. adscripta sunt, sed auctor Reinhardsbrunn. Ekkehardi cod. 5 recensionis B excripsit, in quo haec ad a. 993. breviata. Cf. praef. p. 492. 6) Cognomen ex Gotifr. Viterb. Panth. XXIII, 32. 33, p. 240. 7) In Cron. Reinh. ad a. 982. locum Lamperti in cod. Ekkehardi Montis S. Petri additum descriptum fuisse patet, quem Schedel huc traxit. L II habet ex Cron. Minoris cod. B 2 (non ex Cron. Reinhardsbr.): *A. D. DCCCCLXXXII. Episcopatus in Merseburgk destruitur.*

burc et Argentinam et Mysnam et Hildesheim, ubi a puero enutritus fuit et edoctus; ubi etiam sanctum Gothardum in episcopum posuit, qui fuit abbas in Herafelde).

Item legitur de sancta Konegunda, sponsa sancti Heinrici: Confugiam fundavit et possessionibus atque ornamentis ipsam dotavit. Ibidem ipsa virgo, dum legeretur in misso hoc, in evangelio scilicet, de Zacheo: *Et precurrens ascendit in arborem sycomorum*, depositis imperialibus indumentis, induit nobilibus videntibus multis vestes religionis. Huius sancte sororis filia fuit in loco illo abbatissa; cui epulanti in tempore processionis in quadam dominica venit virgo Christi Konegundis et zelo iusticie et correccionis dedit ei alapam, nam minus religiosa erat, ultima in choro, prima in convivio. Igitur alapa illius vestigium semper remansit in maxilla abbatisse, quasi digiti in cera essent impressi, propter alias in exemplum. f. 291c.

Item anno Domini M°XXII. Heinricus imperator Novam Troyam edificare cepit; et mortalitas magna in populo facta est. Ekk.

[Anno Domini MXXIIII. Heinricus imperator huius nominis 2us migravit ad Christum, sepultus in Babenbere]. ib. et Cr. Minor.

Anno Domini M°XXVIII.[1] Temporibus Conradi imperatoris, qui Salicus vocabatur, orientalis ecclesia in Asya fortitudine *regnorum, diversitate lingwarum, multitudine episcopatuum, grandi spacio terrarum magna valde recessit ab obedientia sedis apostolice. Aliter enim baptizant, generalia concilia non frequentant. Statuta Romanorum pontificum non recipiunt, de fermentato conficiunt, de pane azimo conficere nolunt; negant spiritum sanctum procedere a filio sicut a patre; ab ecclesiastica unitate scisi sunt et in statu dampnandorum sunt. Extra de hereticis: *Firmissima*; extra de sen. excomm. s: *Super eo*; VII. q. I. *Denique*. Verum occidentalia sancta ecclesia sacrosancte Romane ecclesie subiecta et obediens habet circiter DCCLXXII episcopatus[2]. Cr. Minor. *f. 291b. f. 294c. Gotlfr. XXIII, 34.

[Anno Domini MXXV.] Conradus Salicus, nacione Francus, ex villa que dicitur Webelinga natus, consilio imperatoris Heinrici, cuius tamen, dum viveret, graciam non habebat, ab omnibus electus, LXXXV[us] regnavit annis XV[3]. Hic de primis Francorum regibus originem traxit et predecessoris sui Heinrici neptem uxorem habuit nomine Gyselam de genere Karolorum, sicud patet per hos versus. *f. 294b.

Versus: *Quando post decimam numeratur linea quarta,*
De Karolo Magno processit Gysela prudens.

Hec habebat duos consanguineos, scilicet Hugonem comitem et Ludewicum dictum Cum-barba, fratrem suum. Conradus itaque rex erat in armis strenuus, consilio providus, sapiencia forensi peritus, et iure civili et in religione devotus et predonum atque raptorum persecutor acerrimus. Unde Luppoldus comes, violator pacis, timens occidi a Conrado, fugit in silvam; et ex casu venit in silvam, et uxor comitis peperit filium, cui per providenciam Dei desponsatur filia Conradi regis, licet invitus[4] . . . . . Dum eligeretur in regem Conradus, quidam dux Cuno nomine potentissimus volebat regnare, et dum interrogaretur, quis aptior esset ad regnum, respondit quasi derisorie: 'Nepos meus dux Conradus'. Credebat enim hoc impossibile esse. Quo audito omnes Conradum eligunt. Cuno vero contradixit, sed non potuit. cf. H. pr. Thur. c. I. 2. Gotlfr XXIII, 34.

Anno Domini M°XXVI. Heinricus Conradi et Gisele filius rex efficitur. Conradus vero Romam tendens imperiali benedictione provehitur. Erant autem hiis diebus duo fratres germani ex Francis oriundi cis Renum de elegantissima stirpe regum Francorum Karoli et Ludewici[5], consanguinei Gysele imperatricis, scilicet Hugo comes et Ludewicus Cum-barba, qui propter faciem barbatam et come nutrimentum seu ob aliud augurium Lodewicus Cum-barba vocatus est. Hugo comes tam habundantibus diviciis ampliatus erat, quod nulli hominum neque ulli sexuum servire voluit nisi Vuldensi et Moguntino principibus. Quo mortuo filius eius Wichmannus totam hereditatem ex debita successione sortitus est. Qui, ut aiunt, subductis sibi nature beneficiis tam sterilis ingenii inventus est, ut per sententiam iudiciariam habita a sede Moguntina beneficia sibi subducta sint et in alterum translata. Quo audito idem Wichmannus assumptis comitibus Mogunciam devenit, ubi, ad fores pontificis velocissimo cornupede locato, caute ipse solus, sive laborans manie morbo[6], sive quod in alterum beneficia sua delata essent, et inde cordis dolore permotus, ad consisto- Ekk. cf. H. pr. Thur. c. I. 2. *f.CCCLXXXVc. cf. ib. c. 2.

a) *his scr.* 2. b) sponse 1. c) fu'it (fuerit) 1. d) *haec praebet* 2; *I. II habet*: A. D. M°XXIIII. Heinr. imp. obiit. e) id est Greci *h. l. add.* 1, *quod ad voces orient. eccl. in marg. codicis olim adscriptum fuisse apparet.* f) ent *iterum add., sed del.* 1. g) extra 1. h) sacrosancta romana ecclesia 1. i) *quae in cod.* 1 *f.* 291c — 293b, *sequantur, vide supra p.* 505, *n.* 6. *Post quae supra adnotata sequitur f.* 293d: A. D. M°LIX° Cap XX^m. Engilhardus — — *f.* 294d. paciebatur Saxonia = *SS. XIV. p.* 399, *l.* 18 — 400, *l.* 22. k) *h. l. minio scr. praemittit* 1: Recapitulacio et repeticio Conradi imperatoris, quam adhuc non habui, *quae sunt librarii huius cod.*; *in super. marg. col.* 294d. *scriptum est* 1; Genealoya Ludewici primi lantgravii Thuringr. l) *sic* 2. *I. II*; MXV. *E*; A. D. MXXV. *om.* 1. *M.* m) Cuor. 2. n) Gebelinga 2; Gebelingin *I. II.* o) Hinric. 1 *semper fere.* p) et *add.* 1. q) *sic* 2; neptam 1. *M.* r) *sic* 1. *M*; *deest* 2. *E.* s) *sic* 1, *ubi add.*: ut antea patuit, *scilicet in Cronogr. Conradi Hulberst. f.* 166d. 167. *ex Martino Oppav., librarius igitur haec hoc loco omisit.* t) *sic* 1. *T. E*; Francia 2. u) Gysile *h. l.* 2. *T.* v) *deest T.* w) *sic* 1. *T*; sive 2. x) *sic* 2. *E. I, ut Hist. pr. Thur.*; est nuncupatus 1. y) *sic* 1. *M*; Fuldensi 2, *T. E.* z) Magunt. 2 *plerumque. M*; Moguntinensi *T.* a) Wygmannus 2; Wigmannus *T.* b) Wigemannus *h. l.* 2. c) insane morbo lab. 2. d) buficia 1.

1) Negacio ab in Cron. Reinh. haec infra inter a. 1026. et 1030. scripta fuerint, sed cum in cod. 1 haec longe ante a. 1025. legantur, loco suo movere nolui. 2) *A. D.* 1025. et *Salicus* et *regn. ann. XV* ex Cronica Minore adiuncta sunt. 3) Initium libelli de ortu comitum provincialium Thuringiae hoc loco excripti integrius praebet Hist. br. princ. Thur. A. Gross, 'Die Anfänge des ersten thüring. Landgrafen-Geschlechts' (Diss. Gotting. 1880) p. 35—54. 5) E stirpe Karoli Magni Ludewicum ortum esse scribit etiam Sifr. de Balnhusin c. 181. SS. XXV, p. 697. 6) *ex manica passione* Hist. br. princ. Thur. Cf. 'N. Archiv' XX, p. 600, n. 4.

cf. H. pr. Thur. c. 2. rium audenter[a] intravit et in episcopi omniumque audiencia et presencia[b] auctorem et invasorem suorum beneficiorum crudeliter interemit. Sane factis ibi tumultibus, dum idem Wichmannus properaret exilire ad fores, obiecto[c] quodam panno[d] per quendam clericum, qui forte sedilibus coheserat[e], ipse retentus est et presumentis[f] facti retribucionem accipiens, in eodem quoque consistorio ultimo mortis supplicio[g] penas solvens miserabiliter occubuit[1]. Cuius omnis hereditas et beneficia prenominata ad eum, cuius habetur in manibus oratio, Lodewicum[h] dico, solempniter devoluta sunt[i]. Qui eciam ob interventum Gysele imperatricis et ob prudenciam suam, utpote vir sagacis ingenii, et pro sedulis obsequiis et sagacissimis auspiciis imperatori ita carus erat, ut imperatoris audiencie decentissime dispensans consilio[k] inter aulicos laudabiliter functus est. In quo ministerio proficientibus incrementis tam gloriose deservivit, quod ad regalia consilia familiarius accessit et regio lateri nullatenus deesse presumpsit, et honestate sua eo usque processit, ut summus et prepotens in aula regia constitutus esset, habens in potestate, quocumque rem vertere voluisset.

cf. lib. c. 1.

*f. 293b.

Ekk. [Anno[l] Domini M°XXX. Conradus imperator Stephanum Panonie regem cum exercitu petit].
[Anno[l] Domini M°XXXI. Stellanus rex per legatos cum imperatore pacificatur].

Gfrör. XVIII. 14 Anno Domini M°XXXII°. Rudolphus rex Burgundie moriens dyadema suum Conrado imperatori misit. Qui Conradus dum in Roma[m] esset pro imperio, in die paschali procedens inter duos reges, scilicet[n] Anglorum et Burgundionum[o], a papa Iohanne coronatus imperii dignitatem sortitus est. Ubi bellum inter risantes Romanos, id est Gelphinos[p], et Teutonicos, id est Gebelingos[q], oritur; fugatis cesisque Romanis imperator ex parte Gebelingorum triumphat. Que lis[r] usque hodie[s] perdurat.

Ekk. cum Auct. Ekk. cf. H. pr. Thur. c. 1. [Anno[l] Domini M°XXXIII. Conradus in hieme Burgundiam petiit. Ibidem eclipsis solis facta est. Aribo Maguntinensis episcopus obiit, et Bardo abbas Hersfeldensis sibi successit[t]].

Anno Domini M°XXXIIII°. imperator Franciam contra Ottonem petens Lodewicum Cum-barba Bardonem Mogunciensi archiepiscopo commendavit, et ab imperatoria audiencia intentissime commissus prosperitatis eventibus, pheodis et rerum mobilium incremento supra[t] quam dici potest per eum amplificatus est. Nempe cum in cis Reni partibus eidem pontifici prestanda Ludewico deessent beneficia, in Thuringia ei comicie pheudum contulit et beneficia

*f. 293v. plurima alia concessit et suis eum[u] consiliis numquam deesse passus est. Cui utique tam fidelis in commisso, tam sagax ingenio inventus est, ut eius consilia semper prosperos sortirentur eventus, et tocius res archiepiscopatus mirabilibus incrementis fulcirentur. Post hoc Ludewicus Cum-barba cum XII militaribus viris veniens in[v] Thuringiam in confinio silve que Loybe dicitur, inter montem Katherberg[w] et Aldinberg[x] et Corneberg[w.4] indutus melotis

cf. lib. c. 3. quasi peregrinus habitare cepit. Qui contentus habitacione loci ab[y] incolis terre illius, Bysone[z] scilicet de Glychen et Gunthero de Kevernberg[z] comitibus[5] aliisque nobilibus viris et liberis, predia nonnulla precio comparavit, villam Aldinberg aliaque prope adiacentia, culta et inculta, ex quibus novalia innovans et arbusta in campi planiciem coequans, viculos statuit[6]. Quorum unum Fredericherode, alium Reynhersborn, item Dinstirberg, Engelspach[7], Espenvelt[8] aliosque aliis nominibus appellavit. Edificato igitur prediolo[a] in colliculo quodam apud Aldinberg ditari et multiplicari cepit in eodem loco, ita ut omnibus suis[b] vicinis comitibus et nobilibus carus esset et honorabilis. Ex quo accidit, ut permissione regis et principum, quibus id iuris erat concedere, cum innumerabilibus adiutoriis iuxta

a) audenter 1; euidenter 2; *unde emendans cum Hist. pr. Thur.* b) *sic* 2. *(E)*; et pr. *om.* 1. c) *sic* 2; obiecto 1. d) et *add.* 1. e) coherat 2. f) *sic* 1. 2 *pro* presumpti. g) *sic* 2. *E*; supplice 1. h) Ludevic. *saepe* 2; Ludovic. *semper T.* i. 2 *add*, *omisso supra a.* 1026: Clarucrunt vero predicti duo fratres Hugo et Lude[vicus] circa annum Domini MXXIX. k) *sic* 1, *sine ad* dispensans *sive*, *si* consilio *cum Weg. legas*, *ad* functus *verbum omissum supplendum est.* l) *uncis incl. praebet L H*; *om.* 1. m) dum esset Rome *L H.* n) *om. L H.* o) *sic L H*; Burgundorum et Angl. et a 1. p) Gelffinos *L H.* q) Gebelinos *L H h. l.* r) in Ytalia *add. L H.* s) in hodiernum diem *L H.* t) sup (super) 1. u) ei i concilio 1. u*) *sic* 1. *E*; *om. T.* v) Kattheberg *T*; Kathenberg *E.* w) Aldenberg et Cornberg *T. E.* x) *sic* 1. *T*; loci illius ab inc. 1. *E.* y) *sic T. E*; Bysone *eadem manu corr.* Busone 1. z) Keverberg *T.* a) pdiolo 1; predio *E.* b) v. s. nob. et com. *E.*

1) De hoc Wichmanno nusquam quidquam relatum invenitur. 2) Ad a. 1033. hoc additamentum Lamperti (a. 1031) falso habet codex Ekk. S. Petri Erford. 3) Ubi hodie villae Katterfeld et Altenbergen prope Friedrichroda. 4) Körnberg prope Friedrichroda. 5) Chronista demum *de Glychen* et *de Kevernberg comitibus*, quae in Hist. br. princ. Thur. non leguntur, addidisse videtur. 6) Cf. Conradi II. diploma spurium, quod infra sequitur, et Heinrici III. diploma spurium (St. nr. 2266; Reg. Thur. I, nr. 773): *ipse a Gunthero quodam et Bisone aliisque liberis viris praedia nonnulla inibi et villulas silvaticas, quarum una quidem Aldinberc, alia Reginherisbrunno dicitur, precio comparavit nec non saltum innovans ad campestria viculos per se statuit.* 7) Finsterbergen, Engelsbach prope Friedrichroda. 8) Olim inter Ernstroda et Rödichen situm.

Loybam montem Sowenburg[a] occuparet, municionem erigeret et inexpugnabile sibi castrum constitueret; ad quod negocium imperator quam plurimam partem eiusdem silve per largicionem regiam [a]auctoritate sua sibi contulit[1]. In qua nostre, scilicet Reinhersbornensis[b], possessionis termini cum inmobilibus privilegiis limitati[c] sunt. Ut autem sciatur terminus huius collacionis, privilegium Conradi imperatoris huic operi dignum duximus inserendum. cf. II. pr. Thur. c. 3. *f. 295d.

Privilegium comitis Thuringie[2].

In nomine summe et individue trinitatis. Conradus divina annuente clemencia Romanorum imperator et semper augustus. Notum volumus esse omnibus scire volentibus tam presentis quam futuri temporis fidelibus, qualiter nos ob interventum dilectissime conjunctis nostre Gisele cuidam Lodewico comiti, consanguineo nostro, predium, quod ab incolis Thuringie comparavit, villam scilicet Aldinberg, et novalia prope hinc inde iacentia, sed[d] et partem vaste solitudinis Loybe nostre dominacioni subiacentem, quam ei nostra donacione contulimus, libere et quiete perfruenda regia auctoritate stabilita fecimus, que his iachis et terminis concluduntur: a fluviolo Louffa usque quo influit rivulus Balenbach, et sic retrorsum per ascensum eius ad locum qui dicitur Fiurstad[e], deinde deorsum ad Manigfaltbach, ad viam tendentem a Bossenrot[f] ad fontem qui est ad Espinevelt, deinde versus aquilonem ad quandam fossam iuxta Mochonowa usque ad bivium, ubi una via tendit Linungon, altera Osterwisen contra orientem ville Erphisrot, inde sursum per callem inter duos montes Grimberg et Turinberg, hinc per latus Santberg ad locum, ubi Salzbach[g] cadit in Trockinlina, et sic sursum ad [a]Wannbruckan, deinde [a]LCCLXXXXVI[a]. a Buchebrunne ad Tirboum, hinc ad Harteszlig usque Trockinlina ad plateam, que tendit super Abchinrot, sicque per eandem plateam usque Ebirhardisbrucken. Inde ad occidentem usque Thambach et sic sursum super fluviolum Smalkalden usque ad Brunwardisrot usque ad plateam, que illic est, perque[h] plateam usque ad radices montis Totenberg[i] super rivulum Louchaha[k] usque ad latus montis Tencberg, sicque postremum ad supradictum fluviolum Louffa. Omnia, quecumque his iachis et terminis circumdata sunt, cum villulis infra positis aut ponendis omnibusque suis appendiciis, viis et inviis, cultis et incultis, venacionibus, piscacionibus, exitibus et redditibus, cum omni utilitate, que quocumque modo nominari vel dici possit, predicto comiti Lodewico his regalibus edictis in proprietatem perpetuam stabilimus, hoc imperiali censura statuentes, ut nullus omnino hominum aliquid in his negocii nisi cum illius voluntate et iussu exercere presumat. Ut autem huius nostre pietatis tradicio ab omnibus semper credatur et stabilis potencialiter permaneat, hanc inde cartam testamentarium conscriptam et manu propria roboratam[l] sigilli nostri impressione insigniri iussimus. Udalricus cancellarius vic[m] Bardonis archicancellarii recognovi. Data V. Kal. Mai anno incarnacionis Domini M°XXXIX, indiccione VII[a], anno domini Conradi imperatoris augusti imperii XIII, regni vero XV°. Actum Goslarie [a]villa regia feliciter. 1039. Apr. 27. *f. 296b. cf. II. pr. Thur. c. 4.

[a]Post hoc[a] Lodewicus Cum-barba diviciis et prosperitate proficiens accepit in coniugium[p] matrimonialiter quandam matronam nobilissimam de Saxonia, Ceciliam nomine de Sangirhusen[q], que ad eum VII milia mansorum cum innumerabilibus mancipiis et ceteris honorificis impendiis[r] ex hereditaria successione devolvit; per quam suscepit duos liberos, scilicet[s] Lodewicum et Beringerum comites, et tres filias, quarum prima Hildegardis, secunda Uta, tercia Adelheidis extitit. Lodewicus itaque patris sui et nominis et probitatis cunctorumque bonorum suorum heres factus est[3]. Nam felicibus auspiciis[t] progenitus feliciora incrementa sortitus est. Nam, ut solempne eius quoddam[u] proloquamur augurium, in die sue regeneracionis Bardo episcopus basilicam, quam pater suus eodem anno in Aldenberg edificaverat[4], venerabiliter consecravit et in ea consecrata pontificalibus indutus devotissime eum, quem vere dicimus patronum et fundatorem nostrum, id est nostre ecclesie Reynarsborn, scilicet Lodewicum comitem, baptizavit. Natus [in[v] die] Iohannis ewangeliste ante portam Latinam, baptizatus Iohannis baptiste in decollacione eius[5]. Et primo ad progeniem filiarum stilum dirigamus. Unde[w] Hildegardis Bopponi[x] comiti[y] de Hennenberg[z] matrimonialiter coniungitur[a] et ab eo suscepit duos filios, Bopponem et Godeboldum[b]. cf. lib. c. 5. Maii 6. Aug. 29. cf. lib. c. 4.

a) *sic T (ubi* i. Loybe in monte S. mun. or.); Soweburg 1. — b) *sic T*; Reynespornensis *h. l.* 1. — c) *emendavi*; lumati 1. — d) sci = scilicet 1. — e) furstad 1; Fiurstat *dipl.* — f) ab osserot 1. — g) Sulzbahc *dipl.* — h) per ij (quam) 1. — i) Tatenberc *dipl.*; cotenberg *h. l.* 1. — k) louchaza 1. — l) corrobor. *dipl.* — m) p *addit* 1. — n) *E praemittit:* Anno vero MXL. incarnacionis Domini, *quae desunt* 1. *T. M.* — o) hec *M*; Postea *T.* — p) *sic* 1. *E*; coniugem *T.* — q) Sangerhusen *T. E.* — r) *sic K*; honorificiis impensis 1. — s) *sic* 1. *M*; *deest T. E ut in Hist. princ.* — t) auspicibus 1. — u) quodam 1. — v) in die *ex L II suppl.*; *om.* 1. — w) Predictarum (trium filiarum Ludevici Cum-barba progenies talis texitur ordo *praemittit* 2 *post locum ex E sumptum.* — x) *sic* (Boppo) 2 *semper. E*; Popponi 1, *et ita semper.* — y) *deest* 2. *E.* — z) Henneberg 2 *saepe.* — a) societa duos f. genuit 2. — b) Gotheboldum 2.

1) Non tam cum Conradi, quam cum Heinrici III. diplomate spurio laudato haec conveniunt, ubi: *dilecto propinquo nostro, Ludowico videlicet comiti, concessimus edificare castellum Scuuonburg in confinio Loibae silvae, cuius partem complurimam, quam eidem comiti ad id negotium pius genitor noster regia auctoritate donavit, et nos similiter illi donavimus.* 2) Spurium, postremo editum ex autographo falsario ab A. Naudé, 'Die Fälschung der ältesten Reinhardsbrunner Urkunden' p. 103 sqq.; St. nr. 2121; Reg. Thur. I, nr. 729. 3) Cf. infra a. 1173. p. 539; 'N. Archiv' XX, p. 618, n. 3. 4) Huius ecclesiae parrochia a Bardone archiepiscopo determinata est teste carta Marculfi archiepiscopi; Böhmer-Will, Reg. archiep. Magunt. I, p. 168, nr. 19. 5) Cf. Knochenhauer, 'Gesch. Thüringens' (1039—1247) p. 46, n. 2. Diei baptismi memoria ex die dedicationis ecclesiae Altenbergensis, quo Ludowicus baptizatus esse supra dicitur, retineri potuit; sed certe non die Maii 6. natus est, cum eodem die infra a. 1123. mortuus esse dicatur. Haec a chronista addita videntur.

1078. Quorum pater in atrocissimo bello, quod habitum fuit in Strowe, multis sauciatus vulne-
*f. 295ᵛ. cf. H. pr. Thur. c. 4. ribus fataliter occubuit[1]. *Postea Hildegardis mater eorum cuidam ingenuo[a] Thymoni[b] de Nordeke legittime et solempniter copulata est. Que edidit filium Gebehardum[c] nomine; qui Gebehardus[c] terminos Celle Sancti Blasii cum omnibus suis circumiacenciis intuitu mercedis eterne ad monasterium Reynarsborn solempniter contulit et in cella prenominata ecclesiam in memoriam sancti Blasii martiris cum solempnibus[d] preconiis instituit[2]. Proinde genealogia[d*] eorum de Hennenberg ordine contexitur. Boppo iunior[e], Bopponis occisi filius, tres filios procreavit, scilicet[f] Bopponem de Irminoldeshusin[g], Ludewicum de Frankensteyn[h], Godeboldum[i] de Wasungen. Porro germanus[k] frater predicti Bopponis[e] Godeboldus genuit IIII^or filios, Bopponem et Bertoldum comites, Gebehardum Wirtzeburgensem[l.3], Guntherum Spirensem[4] episcopos. Proinde Bertoldus comes edidit filium Bopponem, qui nobilitate morum et virium strennuitate laudabiliter accinctus post multa
1190. et preclara facinora in Ierosolimitano procinctu quietissimo fine[m] terminatus est[5]. Cuius superstes filius Bertoldus[n.6] comes superefluentibus diviciis ampliatus cum sua germanitate in hodiernum diem perseverat. Sane predictarum trium sororum seconda Uta Theoderico[o] comiti de Linderbeke nuptialibus thoris sociata ab eo comitem Beringerum suscepit, qui ad occidentalem [plagam[p]] ecclesie Reynarsborn in dextra claustri porticu cum ceteris
*f. 296ᵃ. suis propinquis sepulturam accepit. Huius *Beringeri filii, Lodewicus de Lare, Didericus[q] de Berka comites nobilem duxere prosapiam et eam, que[r] modernos non latet, ediderunt posteritatem. Ceterum Adelheydis tercia[s] sepedicti Lodewici comitis filia ei qui tunc temporis in Wippera[t] dominium habuerat[7] sorte legali coniuncta filium nomine[u] Lodewicum[8] edidit, qui Mechtildam pie memorie sibi uxorem[v] accipiens generavit[w] filium sui nominis, futurum postea[w] Monasteriensem episcopum[9]; preter[x] eum eciam Cunonem laicum, ad quem[y] tota hereditas devoluta est, postea[z] suscepit.

Ekk. cum Auct. [Anno[a] Domini M°XXXVII. Imperator Conradus Ytaliam cum exercitu petit et Mediolanensem episcopum captivat. Eodem anno incensum est Hersfeldense monasterium].

[Anno[a] Domini M°XXXVIII. Stephanus Ungeriorum rex obiit. Eodem anno sanctus Gothardus obiit].

Ekk. [Anno[b] Domini M°XXXIX.[c] Kunegundis imperatrix ad Christum migravit]. [Eodem[a] anno Hermannus dux, filius Gisele imperatricis, obiit. Eodem anno Conradus Salicus vel Spirensis, quia Spirensem fundavit ecclesiam, imperator et maritus Gisele, obiit et in Spira sepultus est] . . . . . [d]

ib. 1041. 1042. [Anno[a] Domini M°XLI. Heinricus rex ducem Bohemie Fratislaum in dedicionem accepit].

ib. 1043. 1042. [Anno[a] Domini M°XLII. Heinricus rex Romanorum in Panonia duas magnas civitates evertit et plures sibi subiecit. Eodem anno Ungari novum[e] regem sibi fecerunt et Petrum regem suum vi expulerunt].

Anno Domini M°XLIII. Gysela[f] imperatrix obiit et Knut[g.10] et in Spyra sepulte sunt.

[Anno[b] Domini M°XLIIII.] Heinricus tercius[h] rex, pace hactenus inaudita in omnibus regni sui provinciis regia censura per edictum confirmata, Agnetem[k] Wilhelmi Pictaviensis[i] principis filiam, reginam Moguncie ungi faciens,

a) *sic* 2; *om.* 1. b) Timoni ile Nordecke 2. c) *sic* 2; Geveh. *A.* 1. d) solempnitatibus 1. d*) *sic* 2; genealoya 1. e) *sic* 2; minor 1. f) *deest* 2 *cum Hist. princ.* g) Irminoldehusin 1; Irmennoldishusen 2. h) Franckstein 2; et *add.* 1. i) Gotheboldum 2. k) *om.* 2, *ubi* Gotheb. fr. pr. B. l) *sic* 2 *cum Hist. princ.*; Herbipolensem 1. m) *sic* 2; quietissime 1. n) term. est, relinquens filium Bertholdum 2 *propius ad Hist. princ. casu accedens.* o) U. nomine com. Ditherico de Linderbecke 2. p) *supplevi; om.* 1. q) Dithericus 2. r) esmq; 1. s) *ex* 2 *supplevi; om.* 1. t) Wypher 2. u) *sic* 2; L. n. 1. u*) in ux. 2. v) genuit 2 *cum Hist. princ.* w) fut^m. Postea 1. x) *sic* 2; ppter 1. y) *sic* 2; q̄ (quam) 1. z) *sic* 2; p. susc. *om.* 1. a) *uncis incl. praebet L II; om.* 1. b) *uncis incl. praebent* 2 *et L II (mutata).* c) M°XXXII° *L II, ubi* Sancta Konig. imp. et virgo obiit. d) *procul dubio hoc loco quaedam de Heinrico III. rege succedente exstabant, quae L II mutata habet.* e) Ovonem *Ekk.* f) Gisela *L II.* g) *sic* 1; imp. et Kuña regina ambo obierunt sepultaque(!) sunt in Spira *L II.* h) *uncis incl. habet L II, pro quibus* 1: Et idem. i) *fort. delendum;* rex Romanorum *L II, ubi haec breviata.* k) Agnetam *L II.* l) Pigtav. 1, *sed in marg.* Princeps Pictaviensis.

1) Cf. Bruno de bello Saxon. c. 102, SS. V, p. 368; Ekkeh. a. 1078, SS. VI, p. 203. 2) Cf. Heinrici V. diploma spurium d. d. 1111. Aug. 26; St. nr. 3073; Reg. Thur. I, nr. 1069. 3) A. 1151—1159. 4) A. 1146—1161. 5) A. 1190. Cf. infra f. 322ᵇ. 6) Qui obiit a. 1212. Cf. I. A. de Schultes, Dipl. Gesch. des Hauses Henneberg' I, p. 51. 7) Nescio cuius nominis. Nam Cuno de Wippera a. 1120. defunctus (Ann. Saxo p. 756; Ann. Magd., SS. XVI, p. 182), qui habuit filium Ludewicum, teste Geneal. Wettin., SS. XXIII, p. 228, uxorem duxit Cunegundam filiam Beringeri de Sangerhausen, filii Ludowici Barbati comitis, neptem huius Adelheidis. Si igitur conicis Cunonis patrem, cuius nomen ignoro, Adelheidem uxorem duxisse, Cunonem consobrinam coniugem habuisse censebis. Quod cum parum probabile sit, in alterutro libro error commissus videtur esse. 8) Defunctum a. 1151 [Ann. Magd. p. 190], qui habuit sororem Fridesindam; Ann. Saxo 1126, p. 765. 9) A. 1169—1173. 10) Nescio an ex verbis Ekkeh. a. 1036: *Heinrico . . . Knuth regis Danorum filia* 55 *coniungitur* male intellectis haec inepta ortum sumpserint, nomine Knuth habito pro nomine filiae regis Danorum, quae a. 1038. obiit. Eam a. 1043. obiisse auctor inde efficere potuit, quod infra a. 1044. novas nuptias Heinrici regis factas retulerit. 60

regalibus sibi nuptiis in Ingelobeym copulavit; ubi multitudinem hystrionum [et ioculatorum*)] sine cibo et potu et muneribus abire permisit. Sed omnis que eis danda fuerant pauperibus sunt erogata[b]. Ekk. Gotifr. XXIII, 38.

Anno Domini M°XLV. Heinricus[c] rex Pannoniam ingressus Petrum regem Ungarorum[d] in regnum restituit. Godfridum[e] ducem sibi rebellantem ad[f] dedicionem coegit et in castro Gebichenesteyn custodie mancipavit. Ekk.

[Anno[g] Domini M°XLVI. Heinricus rex Ytaliam ingressus a Romanis pacifice suscipitur. Qui tres papas invenit indigne electos. Quorum unus apud Sanctum Petrum, alter apud Sanctam Mariam Maiorem, tercius in palacio Lateranensi sedebat. Rex, hiis auditis, collecta synodo Babenbergensem[h] episcopum Theutunicum consecrat ecclesie substituit[i]. Hic rex Henricus a Clemente papa cum coniuge sua Agnete eodem anno in nativitate Domini benedictione imperiali sublimatur). Gotifr. Ekk. et Cr. Minor.

[Anno[k] Domini M°XLVII.] Petrus Ungarorum[l] rex captus et cecatus[m] est. Hoc tempore in Apulea erat quedam statua marmorea, circa caput suum eneum habens circulum, in quo erat scriptum: *Kal. Mail* °*oriente sole habebo capud aureum.* Post quidam Sarracenus a Roberto Guiscardo captus, quid protenderet, intelligens, in Kal. Mail oriente sole[n], notato termino umbre illius, repperit infinitum thesaurum, quem dedit pro redemptione sua. Ekk. Martin. Opp. °1,CCLXXXXVII°.

[Anno[o] Domini M°LI. . . . . , Eodem anno imperator penthecosten celebravit in Palborn, ubi Bardo archiepiscopus Moguntinus sermonem faciens ad missam, obitum suum ante predicens, oracioni fidelium se commendavit; qui eodem mense quievit in Domino]. Ekk. Ekk. Auct.

[Anno[p] Domini M°LII. Imperator cum Leone papa Ratisponam[p] veniens Wolfgangum episcopum de tumulo levavit].

Anno Domini M°LV°. vel citra[q-t]. Lodewicus Cum-barba senior in senectute bona diem clausit extremum Idus Iunii et sepultus est Moguncie apud Sanctum Albanum, relinquens duos filios, Ludewicum, fundatorem Reynarsborn cenobii, et Beringerum; qui Beringerus ex hereditaria successione Sangirhusen cum suis pertinenciis habundantissime sortitus est. Ubi eciam processu temporis eodem die quo pater suus obiit, carnis deponens manubias, magnificum in medio ecclesie mauseolum invenit, in quo retribucionis ambigue in futuro premium expectat[r]. Cuius filius [fuit[s]] comes Conradus de Honsteyn[1.2], de quo omnes de Honsteyn[t] dicti[u] sunt progeniti. Lodewicus vero comes, fundator Reynersbornensis[v], per temporum incrementa diviciis et etate proficiens, progenitores suos in omni morum honestate excessit in tantum, ut captivorum diceretur redemptio, pes claudo, ceco esset oculus et profugis tutissimum ubique predicaretur asylum.* cf. H. pr. Thur. c. 4. Iud. 13. Iob 29, 15.

[w]Eo tempore pagani multos occiderunt. Inter quos Wilhelmus marchio occiditur, multique principes perierunt. [Tunc[x] fames valida multas regiones afflixit]. Pro hiis malis Heinricus tercius imperator dolore compunctus infirmari cepit, omnibusque bene dispositis, ab omnibus veniam petiit, quibusdam ablata restituit, filium suum Heinricum coram principibus regem constituit et hanc vitam presentem in Deo finivit. Hic dictus est Heinricus Niger. Cuius funeri presentes fuerunt Victor papa, patruus suus Ratisponensis episcopus, Aquileyensis patriarcha et plurimi episcopi et nobiles multi; quod deinceps numquam contigit. [Iste[z] Heinricus puer X annorum erat, sed mater eius Agnes] in amministracione rei publice strennue et nobiliter gubernavit tam magnates quam alios. Et hic Heinricus regnavit XXXII annis, I.XXXVII[us] ab Augusto. Ekk. 1056. Gotifr. XXIII, 38. Ekk. Auct. Cr. Minor. Ekk.

[Anno[a] Domini MLVII.] Otto de Swinford[b] dux Swevorum obiit; cui[c] Rudolfus, qui postea effectus[d] est rex, successit.

*) I *addit, quae et in L I. II leguntur:* Qui[3] cum quadam die in venacione positus montuosa nemorosaque[e] loca quam plurima perlustraret, ad montem qui Wartberg dicitur venit[f], quem, pro edificacione castri cum sibi[g] aptissimus videretur, studiosius adamavit. Procuravit itaque °memoratus comes, cum iam dictus mons eius dicioni subiectus non esset, quod terram in sua proprietate effossam eiusdem montis verticibus[h] superferretur. Quo facto, assumptis XII militibus, XII nudos gladios cacumini[i] montis usque[k] capulum infigens[l] iuravit cum dictis militibus terram[m] hanc proprietate[n] sua sibi pertinere; et sic castrum inexpugnabile, ut cernitur, construxit. °f. 297°.

a) et ioc. *ex L II suppl., ubi haec alio loco breviata.* b) paup. erogavit *L II.* c) *sic L II;* Et anno V° Hinrici rex 1. d) Ungarie *L II;* quem ante de regno detruserant *add.* 1, *ex loco a.* 1042. *omisso.* e) Gotfridum *L II.* f) in *L II.* g) *uncis incl. praebet L II; om.* 1. h) Bamburgensem *L II.* i) *quae in L II sequuntur:* quem (q̃ c.) Clementem vocavit. Qui ecclesie Bamburgensi privilegium dedit et ibi sepultus est *ab eius auctore ex Cron. Minore addita esse videntur.* k) *sic L II;* Item post hoc P. 1. l) *sic L II;* rex Ung. 1. m) *sic L II;* excecatus 1. n) *om.* 1. o) *uncis incl. ex L II suppl.; om.* 1. p) Ratisponam *L II.* q) vel citra *om.* 2. *E.* r) *emendavi;* expectavit 1. s) *sic E.* 2 *(ex E); om.* 1. *M;* erat *L II.* t) *sic M. E. L II;* Hoynsteyn *h. l.* 1. u) *om. M. E.* 2 *(ex E).* v) Reynersborn 1. w) A. D. MLVI. *hoc loco supplendum videtur; vide n. y.* x) *uncis incl. ex L I. II suppl., ubi haec post* construxit *(l.* 46); *om.* 1. y) *In* 1 *sequitur:* Similiter in Cronica presenti archiepiscoporum Magdeburgr, quod idem Hinricus tercius anno domini M°LVI° oppressa bellis in silva Hartz — — Agnes imperatrix accepit = *SS. XIV, p.* 400, *l.* 20. 22—25. z) *inserto loco Gest. archiep. Magd. omisit scriba quaedam, et pergit* ei in amm. 1; *uncis incl. ex L II suppleri.* a) *sic L II; uncis incl. om.* 1. b) Swiaforte *L II.* c) successit *tam h. l. add.* 1. d) factus *L II.* e) et nemorosa *L I. II.* f) *sic L I. II;* advenit 1. g) *sic L I. II; om.* 1. h) *sic L I;* virtutibus superfertur 1. i) *emendavi;* cacumen 1; acumine *L I. II.* k) ad *add. L I. II.* l) *sic L I;* infingens 1. m) h. t. *L I. II.* n) proprietati sue 1; sibi proprietate pert. *L I. II.*

1) Viginti vel triginta annis post a. 1055. Ludowicum obiisse apud me constat. Numeri annorum a chronista saec. XIV. inserti nihili habendi sunt. 2) Ex Bertrada filia Conradi comitis de Wettin; Geneal. Wettin., SS. XXIII, p. 228. 3) Haec de castro Wartberg aedificato non in Cron. Reinhardsbr. extitisse, postea in exemplari Isenacensi, ut videtur, addita esse ostendi 'N. Archiv' XXI, p. 289 sq. Sifr. de Balnhusin c. 181, SS. XXV, p. 698, a Ludowico Barbato hoc castrum exstructum esse dicit.

Ekk. cum Auct. Anno Domini M°L.X°. Lupoldus[a] archiepiscopus Moguncie[b] extruxit[c] monasterium sancti Iacobi foris murum[d], in monte qui dicitur Speciosus et obiit. Cui Sifridus[e] abbas Fuldensis successit, qui eciam contra regem consensit.

[Anno[f] Domini MLXI.]. . . . Eodem anno Lodewicus comes, fundator nostre[g] ecclesie, comparavit Sangerhusen[h] cum suis pertinenciis a filio fratris sui Conradi de Honsteyn[i].[1]

Item anno[k] Domini M°LXII.[1.2] idem Lodewicus[m] desponsavit sibi filiam cuiusdam[n] ducis Saxonie Udalrici, quam postea repudiavit[3]. Et post hoc[o] idem Lodewicus[p] comes adhesit ardentius secrete Adelheidi[q] uxori Frederici[r] comitis palatini Saxonum[4], que eius amore decepta swasit comiti, ut palatinum, virum suum, interficeret et ipsam reciperet in
1085. uxorem. Machinata est igitur mulier dicta, ut[s] causa venandi loca[t] Schiplitz[u].[5] adiacentia[v] comes[w] adeat; quod et fecit, palatino interim in Schiplitz[u], quia ibi cottidiana mansio[x] eius fuit, dolo mulieris in vase aliquo[y] balneandi[z] gracia recepto, ut agitatus furore clamoribus venatorum inermis et minus cautus emulorum manibus offerretur[a]; quod et factum
(Febr. 5). est. Nam comite suisque[b] complicibus cornibus[c] simulata venacione clangentibus, dicta mulier palatino sedenti in balneo improperavit, quod commodo[d] corporali tantum intenderet, ut proprietatis sue amitteret[e] libertatem. Exiens itaque a balneo, arrepto pallio,
1. 2874. equo insidens comitem Lodewicum[f] insequitur, a quo venabulo[g] transfixus occubuit[6]; sepultusque[h] est in Gozic[i], quod cenobium ipse cum fratre suo Bremensi[k] episcopo construxit[7].

[Hic[l] expiravit palatinus Fridericus,
Hasta prostravit comes illum dum Ludovicus].

cf. II. pr. Thur. c. 5. [Hi[m] versus continentur in loco, ubi occubuerit, iuxta Schiplitz[8]]. Mortuo igitur Frede-

a) *sic L II;* Luppoldus *A.* b) Maguntinus *L II.* c) *sic L II;* construxit *I.* d) *sic L II;* muros *I.* e) *sic L II;* succ. S. abb. Fold. *I.* f) *sic L II; om. I. Cum etiam T in fine huius notae habeat* anno MLXI, *patet in I hunc annum cum sequente quidam nota omissum esse.* g) *sic T;* eccl. Reynersporncusis *I;* Reynersborne fund. *M.* h) Sangerhusem *I.* i) *sic M. L II;* Hoynsteyn *I;* Conradi Hainstein *T.* k) *sequentia — p.* 523, *l.* 8. *excripta sunt ab Andrea Bamberg. (A).* l) MLXIII. 2. m) Ludow. *A semper.* n) *sic A. T;* Ud. c. d. S. *I. M. (L II).* o) Demum *A.* p) c. Lud. *A.* q) Adilheidi *A.* r) Frid. *A semper. T.* s) *sic A. E;* et *I; om. M.* t) fe((scilicet) *add. I. M.* u) Suppliez *A;* Schipp-li(t)z *E.* v) adiac. — Schiplitz *om. I. M, oculo scribae a prvore loci nomine ad inferius aberrante; quae suppleri ex A. E.* w) Ludewicus *add. E.* x) e. m. *E;* e. venacio (von. *post in marg. suppl.) A.* y) *sic A. E;* alig (aliquod) *I.* z) *sic A. E;* gr. baln. recepta *I.* a) *sic E;* offeretur *I;* traderetur *t.* b) *sic A. E. M;* cum *add. I.* c) cornubus *M.* d) *sic A. E;* corp. comm. *I. M.* e) amitteret *I.* f) *om. A.* g) *sic A. T;* cum uno venabulo *E;* cuspide venacioni ursorum congruum *(sic) I. M, quae interpretandi causa ad* venab. *in antiquiore cod adscripta fuisse concio.* h) *sic A. E;* sepultus *I. M.* i) Gozick *A. T. E;* Gossick vel Gozick 2; Gotzik *M.* k) Premensi *A.* l) *uncis incl. praebent T. E. L I (fortasse ex E). L II (ex L I); om. I.* 2. *A. M.* m) *uncis incl. habet hoc loco T; E versibus praemittit:* Hii autem versus continentur in loco occisionis in cruce *et post versus addit:* iuxta Schippliz; *L I. II versibus praemittunt:* Unde hii versus iuxta Schiplitz monasterium, quod tunc eiusdem palatini comitis erat castrum, continentur; *uncis incl. om. I.* 2. *A. M.*

1) Hoc certe falsum est. Cf. Knochenhauer, 'Gesch. Thüringens' p. 48, n. 3. Non credi potest Conradum a. 1061. iam natum fuisse. 2) Annus falsissime ab auctore saec. XIV. insertus est. 3) Rene monuit Wegele haec falsa orta esse ex loco Ekkehardi 1112, SS. VI, p. 246: *Moritur his temporibus quidam de Saxonie principibus nomine Oudalricus, Ludewici comitis dudum gener, sed iam propter eiusdem filiae repudium invisus,* occupata voce generi pro socero. Qui Udalricus II. de Wimar, ut infra p. 523, l. 24. recte dicitur, uxorem habuit Adelheidam filiam huius comitis Ludowici II. 4) Filius Friderici II. comitis palatini, tunc superstitis. 5) Zscheiplitz ad fl. Unstrut (Kr. Querfurt). In Chron. Gozec. I, 15, SS. X, p. 146, l. 18. lege *Ciplice* pro *Aplice.* 6) Fabula. Constat non ab ipso Ludowico comite Fridericum interfectum esse. Chron. Gozec. I, 15, p. 146. nominat tres viros, qui eum venantem interfecerint. Sed dolo et iussu Ludowici eum necatum esse dicit etiam Ann. Saxo 1056, SS. VI, p. 690, et Friderici filium Friderici Ludowico comiti patris occisi culpam postea dedisse tradit Chron. Gozec. II, 3, p. 152. Cf. infra p. 525, n. 5; 'N. Archiv' XX, p. 606 sq. Fridericum a. 1085, non 1083, ut censuit Wedekind, 'Noten' II, p. 195 sqq., occisum esse recte iudicaverunt Gervais in 'Neue Mitth. a. d. Gebiet hist.-ant. Forsch.' V, 2, p. 16. et Knochenhauer, 'Gesch. Thüringens' p. 49, quamvis diploma Heinrici IV. d. d. 1085. Iun. 12. (St. 2868; Chron. Gozec. I, 16, p. 147) adulteratum esse constet, licet hoc negaverit Dobenecker, Reg. Thur. I, nr. 944. 7) Immo pater huius Friderici Fridericus, qui fuit frater Adalberti archiepiscopi, illud fundavit. 8) Etiam in Chron. Gozec. I, 15, p. 146: *Porro in loco occisionis eius* (ut E!) *lignea crux mirae magnitudinis perhibetur posita, quae usque hodie occisionis eius facinus in memoriam revocare videtur. Quam praetereuntes nos quoque vidimus.* Minime vero dicit auctor illos versus cruci ligneae ab ipso visae inscriptos fuisse, quos sane longo tempore post ei inscriptos esse patet. Eos in cruce lapidea subversa a. 1556. Iul. 9. se vidisse, sed scriptura fracta integros legere non potuisse dixit Brotuff, Chronica u. Antiquitates des o. kels. Stiffts . . . Marsburg (Leipzig 1557. fol.) II, 12, f. LXXI, qui eos immutatos sic affert:

Anno Domini [MLXV.]
Hic [comes cecidit palatinus] Fridericus,
Hunc prostravit comes Ludovicus.

Uncis inclusa se legere nequivisse, ex annalibus Thuringicis supplevisse Brotuff dixit. Qui etiam f. LXXI sq. carmen quoddam hanc fabulam narrans, quod suo tempore cantabatur, edidit.

rico Saxonie palatino viduam eius memoratam Adelheydam[a] Ludewicus comes matrimoniali connubio sibi ascivit[b]. Hec[c], scilicet Adelheydis, nobilissima Saxonum stirpe progenita, Udonis[d] marchionis de Staden[e] erat filia[1]; cuius sororem Utam nomine[2] Thymo comes Saxonicus duxit, et ex ea Conradum marchionem, patrem Ottonis marchionis, avum Theoderici marchionis de Missen[3] et Adyle, progenuit. Hec Adelheidis[g] fuit fundatrix cenobii in Oldisleyben[4]; quam Adelheidam, ut predictum est, Ludewicus comes sibi coniunxit et cum ea infinitissimorum prediorum stipendia cum innumerabilibus mancipiis sibi hereditavit . . . . . *. In partibus quoque Orientis, in eis terminis, in quibus fluvius Unstrut Sclavice Sale toti per totum miscet unionem[k], munitissimam[l] urbem cognomento Nuwenburg[k] instituit (prope civitatem parvam, scilicet Friborg[k*.6]); que sepe principibus Orientis terrorem ingerens, Saxonie et Thuringie circumsedentes indigenas usque hodiernum honorifice protexit. Qui eciam imperialibus prediis[l] tam acriter institit et[m] infestis viribus indesinenter occurrit, donec ad plenam recognicionem[n] initi federis imperatoris et comitis ipsi comiti largicione regia castrum Eckersberg stabili iure delegatum est[6]. Denique idem comes pacem nanciscitur[o], suisque terminis utrobique pacatis, in cunctis bene prosperatur. cf. II. pr. Thur. c. 6. a. c. MCLXXXVIII.

Anno Domini M°LXV°.[7] Adelheydis consors Lodewici comitis suscepit ab eo Lodewicum lantgravium, huius nominis primum in Thuringia principem, Heinricum primum Raspen[p], Hermannum, qui obiit in vinculis in castro Hamerstein[q.8], et Udonem Cycensem[r] episcopum[9]. Habuerunt eciam pariter tres filias[s]. Quarum[10] prima Conegundis[t] nupsit cuidam ingenuo, scilicet Wichmanno[u] comiti de Saxonia, qui et ecclesie Kaldenbornensis[11] fundator[v] extitit eamque temporalium copia rerum et tocius religionis honorabilibus impensis nobilitavit. Ceterum comes de Weldense[w] Gerlacus[x] Ceciliam dicte Conegundis[t] sororem sibi accepit atque in terminis illis[y] generacionis huius racemos[z] extendit. Que eciam Udonem minorem Cycensem episcopum[12] genuit. Tercia sororum Adelheidis cuidam Udalrico comiti ingenuo de Wymar matrimonialiter coniuncta[13] huius quoque genealogie[a] propaginem honorabiliter explicuit[b.**]. a. c. 7.

*) *T add.:* Inde comes divitiis ampliatus montem quem dicunt Warberg ascendit et inexpugnabile castrum erexit. — *E add.:* Comes vero Ludewicus castrum inexpugnabile Wartberg prope Ysennach, sicut hodie cernitur, erexit. *Quibus collatis cum Hist. br. princ. Thur. c. 6. patet hoc loco Cron. nostrae haec extitisse, in exemplari nostro, inserta supra p. 521. fabula, omissa esse, sed a neutro hunc locum integrum servatum esse, unde eum textui non inserui. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 289.*

**) *2 add. post* accepit *(l. 23):* Eodem anno murus Erphordensis[c] a lantgravio Hermanno seniore destruitur[14].

a) Adilheidam *A*; Adelheidam *T*. b) *sic A. E*; matrimonio sibi ascivit *T*; matrimonialiter connubuit *l*. c) Hic *l*; *haec — coniunxit (l. 7) om. A*. d) Utonis *T*; Ottonis *L l. H*. e) Stadin *T*. f) *sic L l. H* (c. Sax. Th.); idem *l*. g) *sic E*; Adyla *l ex nomine praecedenti*. h) *sic T*; Unstrut ingreditur Salem fluvium *l*. i) *sic T. M*; minutissimam *l*. k) *sic T*; Nuenborg *l*; Nuwenborch *M*. k*) pr. civ. Friborch *M*. l) *sic l et H. pr. Thur*; prediis *L l*; *cf. 'N. Archiv' XX, p. 602, n. 2*. m) *sic L l*; ut et *l*. n) agnicionem *L l*. o) nasciscí *l*. p) *sic 2. E. T*; Raspem *l*. q) *sic 2. T*; Hammersteyn *l*. r) *sic 2. T*; cycensem *l h. l. et infra l. 24*. s) *sic 2. E. T*; sorores *l*. t) Cuneg. *2*; Cunig. *T*. u) Wigmanno *2. E*; Witzmanno *T*. v) *sic 2. E. T*; ext. fund. *l*. w) *sic 2. T*; veldenſe *l*; Wildense *E*. x) Girlacus *T*. y) *emendavi*; illius *l*. z) racemus *l*. a) genealoye *l*. b) expliciũt *l*; *ubi sequitur:* Anno domini M°LXVI°. Qui cum Henr. IIII. in annis — adduci precipiebat = *SS. XIV, p. 400, l. 26—33*. c) Erphord' *2*.

1) Cf. Ann. Saxo 1056, p. 690. 1082, p. 720 sq. 1110, p. 748; Ann. Stad., SS. XVI, p. 326. 2) Haec Ida, uxor Thiemonis comitis de Wettin, non fuit filia Udonis marchionis, sed Ottonis de Northeim ducis; cf. Ann. Magd. 1110, Ann. Stad., SS. XVI, p. 181. 318; Geneal. Wettin., SS. XXIII, p. 227. Qui error infra p. 527, l. 10 sq. recurrit. 3) A. 1198—1221. Adela a. 1211. Febr. 2. obiit. 4) Quod procul dubio falsum est; cf. Dobenecker, Reg. Thur. I, nr. 996. Quod coenobium testibus Ann. S. Petri Erphesf. mai. a. 1089. (non 1088, ut SS. XVI, p. 16) fundatum est. His reliqui nituntur. 5) *prope — Friborg*, quae in Hist. br. princ. Thur. c. 6. desunt, cum eadem etiam in T et E desint, a librario collectionis cod. 1 sive, cum in L II similia legantur *(et opidum quod Frieburgk nunc dicitur fundavit)*, demum in huius codice Isenacensi postea addita esse patet. 6) Huius donationis neque in diplomatibus spuriis Reinhardsbr. mentio fit. Ignoramus, num ab Heinrico IV. an Heinrico V. ea facta sit, sed Hist. br. princ. Thur. habet: *Heinrici huius nominis quarti regis* pro *imperatoris*. Cf. Ann. Pegav. a. 1112, SS. XVI, p. 251; Knochenhauer, 'Gesch. Thür.' p. 77 sq.; Reg. Thur. I, nr. 1076. 7) Annus hic inepte insertus est ab eo qui hanc cronicam congessit. 8) Cf. infra a. 1114; supra p. 493, n. 12. 9) A. 1125—1148. Cf. cod. epist. Reinhardsbr. nr. 18. 30, 'Archiv f. K. Österr. GQ.' V, p. 29 sq. 37. 10) De sequente genealogia vide 'N. Archiv' XX, p. 596. 603. 11) Kaltenborn (Kr. Sangerhausen). Cf. Dobenecker, Reg. Thur. I, nr. 1151. 1163. 12) A. 1161—1186. 13) Cf. Ann. Saxo 1062, SS. VI, p. 693; supra p. 522, n. 3. 14) Notitia mirum in modum confusa, orta ex ea, ut videtur, qua in Libro cron. Erford., 'Zeitschr. f.

f. 288b, Skh. Anno[a] Domini M°LXVII°. [Heinricus rex] Berchtam eiusdem Ottonis Ytalici et Adelheide[b] filiam accepit uxorem, nuptias celebrans Triburie.

[Anno[c] Domini M°LXVIII.] Heinricus [rex adolescens] multa mala[d] faciens, principes despicere, nobiles opprimere, inferiores attollere precepit[e]; unde [multos[f] contra se excitavit].

[Anno[g] Domini M°LXIX.] Agnes imperatrix, mater regis Heinrici[h], ducatum Bavarie deposuit et cuncta contempnens pro Christo Romam venit ibique in Domino vitam finivit[i].

f. CCLXXXXIX[k]. Anno[l] Domini M°LXX. Theti[m] marchio tyrannidem in regias partes orditur, que tamen mox a rege compescitur, scilicet castellis suis Bichelingen et Schidingen a rege destructis, filio[n] suo a[n] proprio[o] servo interempto, et ipse postmodum in brevi moritur.

Anno Domini M°LXXI°. Otto dux Bavarie ducatum amisit. Cognati et propinqui Frederici palatini[p] interfecti super morte eius, ut supra dictum est, dolentes querelas de Lodewico comite regi offerunt. Qui regio iussu captus[q] in castro quod Gebechensteyn dicitur absque mancipatione cippi per biennium custoditur[1]. Welfo quidam Swevus ducatum Bavarie accepit.

[Anno[r] Domini MLXXII.] Rex vero[s] Ottonem persequitur, municiones eius destruit, predia vastat, et[t] ipse quantum potuit se defendebat. [Ipso[u] denique mediante Sifrido Maguntino, Adilberto Wormaciensi, Adilberto Herbipolensi, Anno[v] Coloniensi, Gebehardo Salzburgensi[w] et plures presules cum papa conspirantes].

[Anno[x] Domini MLXXIII. Anno[y] Coloniensis et Hermannus Babinburgensis episcopi Romam missi sunt pro pecunia, quo regi debebatur; qui legatione peracta reversi litteras pape regi detulerunt pro Symonie heresi illum culpantes][2].

Post hoc anno Domini M°LXXIIII°. Ludewico comiti[z] in Gebechenstein[a] detento[γ], Heinricus rex illum morti adiudicavit. Quod ille pridie, quam mortis eius dies occurreret, didicit a conludentibus secum in alea. Illico[δ] surgens secretum locum[3] peciit, votum vovens sancto Udalrico, cuius pro tunc miracula virtutumque insignia orbi terrarum ut sidus novum rutilando effulserant[ε], si de instanti mortis periculo eius[b] presidiis eriperetur, basilicam illi[ζ] se fundare. Hic itaque simulato frigore amictus vestibus cultioribus deambulabat coram ludentibus in cenaculo[η], fenestra trans fluvium qui Sale[θ] dicitur, oram contiguam pedi montis predicti castri habentem, servum suum cum runcino, qui Cignus, id
f. 289a est swane[ι], dicebatur, conspexit fluminis littora petere, cognoscensque[κ] id Dei sanctique sui[b] Udalrici ordinacione fieri, valedicens presentibus, aquis dilatatis[λ] vestibus precipitem se dedit; quem mox, ingrediens equo[b] aquas fluminis, servus arripiens ei imposuit et eum de mortis periculo liberavit[4]. Post hoc[l] Ludewicus comes domum veniens, (id[μ] est in Sangerhusen), Deo sanctoque suo[ν] gracias agens, ecclesiam solempnem in honore sancti Udalrici in Sangerhusin[*], sicuti cernitur, construi procuravit. In cuius ecclesie hostio ad indicium huius rei talis versus habetur:

Versus: *Suscipe, sancte, domum, quam vinctus compede vovi*[o. 5].

*) *L II add.:* anno Domini MLXXV.

a) *cum librarius in* 1 *ante hunc particulam Gest. archiep. Magd. inseruisset, hoc loco scripsit* Unde a. D., *omissis verbis* Heinr. rex; *sed integra haec ex Cron. Reinh. exscripta praebet L II.* b) adelheidem 1; et Ad. *om. L II.* c) *sic L II;* Ipse enim Heinr. multa 1. d) nobilibus *add. L II.* e) *om. L II.* f) *haec ex L II; uncis incl. om. 1.* g) *sic L II;* post hoc A. 1. h) *sic L II;* mater sua 1. i) *in* 1 *sequitur:* Item predictus Hinricus IIIIus uxorem — — ipso rege nobiles circa annum domini millesimum LXXV[m] = *SS. XIV, p.* 400, *l.* 34 — 402, *l.* 11. k) *sic E;* Item a. 1. l) Theci 1. m) quoque *add. E.* n) *sic E;* ℥ (et) 1. o) filio *add., sed del.* 1. p) palentini *A. L* 1. q) *sic E;* et *add.* 1. *M.* r) *uncis incl. ex L II suppl.; om.* 1. s) Heinricus *L II.* t) Ipse vero *L II.* u) Hanno *L II.* v) *sic perverse L II.* w) *sic* 1. 2. *M.* x) *sic A, qui haec — l.* 33. (procuravit) *exscripsit;* Gebichensteyn *A. l.* 1; Geberchstein. 2. y) *sic* 2; detenti 1. *M (corr.* detento). z) *sic* 1. 2. *M;* illicoque *A.* a) *sic A;* effulserat 1. *M.* b) meritis et *add. A.* c) *sic* 2. *A; om.* 1. *M.* d) *sic* 2. *A;* cenaculi 1. *M.* e) *sic* 2. *A. M;* sala 1. f) susanne 2; susane *A.* g) cognoscens et *A.* h) *om.* 2. *A. M.* i) *sic* 2. *A;* dilaltis 1; dilatus *M.* k) *sic* 2. *A;* equos 1. l) hec *M;* Ludouuicus autem *A.* m) id est in Sang. *om. A. L II.* (2); id est *om. M.* n) Udalrico *add. A.* o) *in* 1 *sequitur:* Modo revertar ad hystoriam: Rex igitur Hinricus adepta cum multo — — inchoatus huius eciam ordinacionis anno sexto etc. = *SS. XIV, p.* 402, *l.* 11 — 404, *l.* 22. 23.

Thür. Gesch. N. F.' IV, p. 249, et in Engelhusii Cronicis Erford. (Mencke, SS. II, c. 561) a. 1066. Erfordia primo muro lapideo cincta esse dicitur. Nescio, unde evenerit, ut Hermannus Iuntgravius (a. 1190—1217) huc aberraverit. Cf. infra a. 1164; 'N. Archiv' XXI, p. 510. 1) Fabula chronistae nostri vel auctoris saec. XIII. Revera Ludowicus a. 1114—1116. duobus annis et dimidio (supra p. 360) ab imperatore captus tenebatur, sed ubi tunc detentus sit, nescimus. Fieri quidem potuit, ut ipse vel potius pater eius inter eos novem comites fuisset, qui a. 1075. Oct. 25. regi se dediderunt (Sifr. de Balnhusin c. 164, SS. XXV, p. 697), sed tunc certe non biennio captivus erat. 2) Etiam quae L II ad a. 1078. ex Ekkeh. Chron., ut videtur, profecta habet: *Ubi Poppo de Hennenbergh cum multis nobilibus occubuit* ex Cron. Reinh. sumpta videntur. Sed cf. supra p. 520, l. 1. 3) In excerptis cod. Magdeburg. additum est: *scilicet capellam ibidem.* 4) Fabulam hanc — quam quod vir optimus A. Ch. Wedekind, 'Noten' II, p. 201 sqq., veram crediderit, miror — chronista saec. XIV. demum inseruisse videtur, quae certe non in libello de ortu comitum provincialium ante a. 1211. composito legebatur. Quaedam cum hac fabula convenientia frater ordinis Praedicatorum Isenacensis narrationi Libri cron. Erford. ex hac Cron. descriptae addidit in Cron. Thur. c. 12, § 4 (= Pistorius c. 15). Cf. 'N. Archiv' XX, p. 400. 608. 5) Si hic versus

[Anno[a] Domini MLXXIX. Civitas Erfordensis ab Heinrico rege incensa est. Monasterium sancti Petri in Monte et sancti Severi cum multitudine, que ibi confluxerat, periit]. Cron. S. Petri.

[Anno[b] Domini M°LXXXII. alius rex loco Rudolfi nomine Hermannus constituitur, sed statim Ekk. deicitur].

Anno Domini M°LXXXIII. Heinricus rex Romam obsedit. Hildebrandus papa in castello Crescencii inclusus[b*] eventum rei expectabat. Rex in Palatino monte municionem fecit, ubi multos ex suis per pestilenciam amisit. Ubi eciam legati Grecorum cum multis muneribus ad eum venerunt. f. 305ᵃ. Cf. S. P. 1081. Ekk.

Anno Domini M°LXXXIIII. Heinricus rex natale Domini apud Sanctum Petrum Rome[c] celebravit. Post hec Campaniam et Apuliam cepit. Inde Romam [redieus Wyperium Ravennensem episcopum papam fecit, quem f. 305ᵇ. Clementem vocavit, a quo cum regina Bertha die sancto pasche imperiali benedictione sublimatus[c] est.

Interea, dum hec in Ytalia aguntur, Ludewicus comes, fundator cenobii Reynardis- 1085.
pornensis, ab eo qui[f] nullum vult perire, sed[g] omnes salvos facere, qui in veteri testa- 1. Tim. 2, 4.
mento David sanctissimum ab homicidio et adulterio revocavit, qui Manassen eciam homicidam et sangwineum et ydolatram ad penitenciam duxit et Ninivitas per triduanum ieiunium ad se vocavit et in novo testamento Petrum abnegantem, Mariam lacrimantem, Zacheum penitentem, Cyprianum magum per beatam Iustinam[1] et Theophilum se denegantem per Mariam matrem Dei misericorditer suscepit[2] — ipse, cum placuit ei qui eum segregavit Gal. 1, 15.
ex utero matris sue, vocatur[h] per graciam suam. Quia ergo[i] seductus fuerat per feminam, tali[k] modo per feminam gracia Dei ad veniam porductus est. Cum quadam die parascene[3] invitatus Ludewicus a coniuge sua Adelheyde[l] ad mensam sederet, apposita sunt eis multigena[l'] carnium genera et delicatiora fercula de ferinis. Quod videns comes obstupuit, dicens licere hac die hiis[m] uti minime, qua pro salute[n] humani generis factor omnium crucis patibulum ascendisset[4]. Ad que mulier subintulit: 'Si[o] hiis uti non expedit, unde nobis tante presumptionis amencia, ut nos gravioribus, ymmo gravissimis eterne compeditos mortis [compedibus nostrarum acies mentium non videat, et inmensam Dei clemenciam, f. 305ᵛ.
nostra, que[p] creverunt ad celum, ob penitenciam benignius sufferentem facinora, non pen- 1. Esdr. 9, 6.
samus?' Quibus auditis Lodewicus[q] resolutus in lacrimas iam secum cogitat, quomodo[q] ut cervus estuans fontem venie ocius repetendo inveniat, hauriat et degustet[r. 5]. Dispositis- Ps. 41, 2.
que rebus bene, filiis et filiabus nuptui traditis, Lodewicus comes[o] de sue[s] anime salute cf. H. pr. Thur. c. 8.
salubriter deliberavit[t] et deliberatum[u] effectui mancipare sathagens, instinctu divino, ut credimus, tactus, cogitavit secum atque[v] disposuit elemosinis quantum[w] posset redimere peccata sua et de mammona iniquitatis vel rebus transitoriis sibi concessis facere[x] sibi Luc. 16, 9.
amicos pauperes Christi, quatinus ipse ex hoc felici commercio reciperetur quandoque in eterna tabernacula. Cuius voluntatis et devocionis bonum Deus ex alto prospectans, qui novit excedere vota hominum, prius quidem aspirando preveniens[y], quem et postmodum adiuvando prosecutus[z], per sue cooperacionis adminiculum tandem perduxit usque ad effectum. Viros itaque industrios, Errandum religiosum et iustum monachum in Hilzenburg[a.6], postea Halbirstadensem[b] episcopum et a papa Stephanum cognominatum[z'], et cf. H. pr. Thur. c. 8.
Gisilbertum[c] pluribus abbaciis preminentem devotissime vocavit et eis sue archana confessionis aperuit[8], se in omnibus eis obediturum promittens[d], ita[e] ut impositam[f] ab ipsis

a) *uncis incl. ex 2 suppl.; om. 1. Quaedam eorum habet etiam L II (ex Cron. S. Petri E?).* b) *uncis incl. ex L II suppl.; om. 1.* b*) *sic L II; est add. 1.* c) Rome ad S. P. *L II.* d) P. h. *om. 1. II.* e) sublimata *bis scr. 1.* f) qui — perire *om. 1, suppl. ex A (qui haec — p. 526, l. 12. exscripsit) et L II.* g) sed — graciam suam *(l. 18) om. A.* h) vocavit 1. i) qui sed. per mulierem *1. A.* k) t. m. *om. A.* l) Adilheide *A.* l') multigenum *A fort. recte.* m) *sic 1. L II; om. A. E.* n) mundi *add., sed del. 1.* o) *om. A.* p) nra 1. q) *sic A;* quoniam 1. r) degustat 1. *A.* s) sal. an. sue *A. E. L II.* t) *sic A. E. L II;* deliberaverat 1. u) *sic A; om. 1.* v) adque 1. w) *sic A;* q̃ (quam) cum 1. x) faceret 1. *A.* y) *sic A;* pueniens 1. z) *sic A;* prosecutus est 1. a) *sic A. T.* Hilzeburg 2; Hylaenburg 1. b) Halberstatensem *A;* Halberstad. 2. *T.* c) *sic A et 1 infra;* Gysebertum *h. l. 1;* Giselbert. 2; Gysilbert. *T.* d) *sic A;* pmittens 1. e) *om. A.* f) imposita 1.

est Ludowici comitis, quod non constat, conicien- XXI, p. 243, n. 2. 5) Hunc conscientie gravis
dum est eum hoc votum fecisse, cum a. 1113. vel cuiusdam peccati commissi inductum esse, ut mona-
1114—1116. captus esset. Sed cum illa ecclesia in sterium conderet, obscurius significavit etiam Hist.
Sangerhausen iam a. 1110. extiterit (cf. infra p. 529), br. princ. Thur. c. 8. Cf. 'N. Archiv' XX, p. 606 sq.
hic versus ad alium quendam fortasse referendus 6) Fuit abbas Ilsenburgensis. 7) Hoc ex epist.
est, nescio an ad Beringerum comitem, qui a. 1075. Urbani papae sequente. 8) Giselbertus abbas
Oct. 25. Heinrico IV. se dedidit; Lamperti Ann., Hasungensis a. 1085. Aug. demum expulsus Hirsau-
SS. R. G. p. 238. 1) Cf. Acta SS. Sept. VII, p. 218 sq., giam profectus est, a Willehelmo abbate in mona-
§ 3 sqq. 2) Cf. Acta SS. Febr. I, p. 775. 3) Cum, sterium Reichenbacense missus. Cf. 'N. Archiv' XIX,
Friderico a. 1085. Febr. 5. interfecto, coenobium p. 572. In Hist. brevi princ. Thur. c. 8. Ludowicus
Reinhardsbr. iam eodem anno fundatum sit, hoc dicitur Stephanum episcopum Halberstadensem ad-
nonnisi a. 1085. Apr. 18. fieri potuisset. 4) Quo- iisse, qui demum a. 1090. electus, a. 1094. conse-
modo in M haec immutata sint, vide 'N. Archiv' cratus est.

1085. sententiam humiliter exciperet et eorum consiliis[a] in nullo rerum argumento omnino
*f. 305v. deesset. Qui, ut erant viri sagacis ingenii, agnito[b] attriti cordis eius secreto, sanum, ut
cf. II. pr. Thur. c. 8. post[c] apparuit, comiti dedere[d] consilium, scilicet[e] ut aliquo[f] memoriam Dei genitricis et
virginis Marie sanctique Iohannis ewangeliste festive statueret atque inibi regulare monasterium ad ventilandum iugiter solempnium votorum crepundia erigeret seque renunciatis[g] omnibus secularibus[g'] monachum futurum promitteret. Qui sanissimis[h] acquiescens consiliis cepit diligentius perquirere, ubi potissimum posset locum monachis aptum et monasterio congruum invenire. Unde[i] a quodam lutilgulo[k], Reynhero[k] nomine, prope fontem domunculam[l] habente — a quo et post ille locus per compositum sortitum[m] est vocabulum, scilicet a Reynhero et fonte, id est Reynhersborn[n] —, a villicisque[o] villule ibidem tunc situate[o'] didicit omni nocte duo lumina clarissima, unum, ubi monasterium, et aliud, ubi capella beate virginis post structe[p] sunt, clarius ardendo apparere.

Kal. Anno Domini M°LXXXV°. Heinrico IIII.p' a Roma venienteq Moguncieque[r] synodum cum episcopis
Cr. S Petri habente, omnes[s] sibi rebelles episcopi sunt depositi. Ubi Meynhardus quidem[t] doctissimus, sed non secundum
Kal. scienciam, in Wirczeburg vivente Adalberone adhuc episcopo substituitur. Magnum colloquium in Berka fuit.
[Eodem[u] anno in Quitlelingiburg concilium habuerunt].

1085. Hoc igitur anno[2] comes Lodewicus[v], tam felicis negocii exordia faciens et res iuris sui sanctissime Dei genitrici[w] Marie sanctoque[x] Iohanni apostolo[y] et ewangeliste de propria hereditate sua offerens, locum prenominatum[z], scilicet qui[a] Reynhersborn[b] dicitur, situs[c]
*f. CCCVI. infra silvam Loybam, tradidit in potestatem et disposicionem liberam[d] domini[e] abbatis[d] Gisilberti[f], viri religiosi, omni bonitate conspicui, ut predictis[f] magnificis patronis regalem aulam erigeret, eo siquidem tenore, quatinus ibidem[g] in honore[h] predicte matris Domini[i] sanctique Iohannis ewangeliste monasterio regulari[k] constructo[3] monachi iuxta regulam sancti Benedicti viventes congregarentur, ita dumtaxat, ut ibi, venerabile orationis domicilium dum votis et supplicacionibus fideliter frequentaretur, sedule orationes tam pro se quam pro cunctis preteritis, presentibus et futuris fierent; utque huiusmodi accio non ad tempus, sed continue perageretur, ex propriis sumptibus domino[l] Deo in sustentaculum inibi militaturis[m] tradidit ad[n] eundem locum villam Aldinberg, Dinstirberg, Engillesbach, Espenvelt[4] cum omnibus rebus et utilitatibus ad easdem villas pertinentibus, cum mancipiis utriusque sexus compluribus[o]. Lodewicus igitur comes de Hirsaugia viros religiosos, Ernestum priorem cum aliis XII devotis[p] et religiosis viris adduxit in Reynharsborn, qui secundum Cluniacensium[q] vel Hirsaugiensium ordinem Deo[r] inibi devotius deservirent. Unde[s] idem Lodewicus comes et fundator tradidit eis multa bona, scilicet in Francia Orien-

*) *Pro* Unde — trahebant *habet T:* Inde L mansos et supra dicte silve Leybe, id est in provincia Francie Orientalis, in villa Askefelt dicta[5] cum vinctis et mancipiis ac diversarum utilitatum appendiciis *(sic, sententia non finita). Ubi supra l.* 24. ita dumt. — *l.* 30. compluribus *omissa sunt.*

a) consilio *A.* b) *sic A;* agniti 1. c) postea *A.* d) dederunt *A. E. I. II.* e) Si (Sed) 1. f) in al. *A;* in al. loco *E. I. II.* g) *sic A;* renuncians 1. g') negociis *add. A.* h) ~~suavissimis *A.* i) *sic* 1. 2. *T. E;* figulo *A. I. II.* k) Reinhero *h. l.* 2. *A. E. T.* l) *sic A. E. T.* domunculo 1. m) *sic* 1. 2. *A. E pro* sortitus, *ut T habet.* n) Reinhartsporn *A semper*: Reinhersborn 2 *plerumque.* o) *sic* 1. *T;* villicis quoque *A.* o') *sic* 1. *A;* site 2. p) *sic* 1. *A;* constructe 2; structa *T.* p') regi *I. II.* q) *sic I. II;* venienti 1. r) Maguncie *I. II.* s) omnesque *I. II.* t) *sic* 1. *I. II.* u) *uncis incl. ex I. II suppl.; om.* 1. v) Comes ig. Ludow. *A, qui haec — l.* 32. *exscripsit.* w) genitricis 1. x) sanctique 1. *A.* y) apti 1. z) *om. A. T.* a) q (que) 1. b) *sic T;* Reynersborn *h. l.* 1. c) *sic A;* sytus 1; situm *T.* d) *om. A. T.* e) Gysilberti *T.* f) pr. m. p. *om. A.* g) ibi *A.* h) *sic* 2. *A;* honorem 1. i) hon. sancte Dei genitricis *A;* hon. beate Marie virginis 2. k) regali *A. T; cf. l.* 4. l) in sust. d. Deo *A.* m) militaturus 1; servientibus *A.* n) predia sufficientia *A, om.* ad — compluribus. o) quam pluribus *emendandum videtur ut n.* 3. p) devotos et religiosos viros *A.* q) *sic* 2. *A. T;* clymocensium birsaugiencium (vel *om.*) 1. r) *om. A. T;* in. deo 2.

1) Haec a chronista addita sunt, quae repugnant supra p. 518, l. 38. dicto. 2) A. 1085. monasterium Reinhardsbr. fundatum esse tradunt etiam Hist. br. princ. Thur. c. 8. et Ann. S. Petri Erph. mai., SS. XVI, p. 16. A. 1092. hoc coenobium iam conditum fuisse patet privilegio Urbani II. ei dato a. 1092. Mart. 23; Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 5462. Cf. Hist. Hirs. app., SS. XIV, p. 263. 3) Conveniunt verba diplomatis spurii Heinrici IV, St. nr. 2898, Naudé p. 107 sq.: *regulare quoddam monasterium situm est in confinio Loibae silvae ..., in honore sanctae Dei genitricis et virginis Mariae sanctique Iohannis evangelistae constructum;* et infra: *cum mancipiis utriusque sexus quam pluribus dotando ditavit.* 4) Cf. supra p. 518. 5) Cf. cod. epist. Reinhardsbr. nr. 48, 'Archiv f. K. Österr. GQ.' V, p. 45 sq. epistolam Hermanni abbatis ad H. comitem: *Tempore, quo populus innumerabilis ex diversarum gentium partibus predia sua vendens Hierosolymamque profectus eam obsidione cepit, sancte recordationis predecessor noster Giselbertus abbas predium in Haskefel L. mansorum, a bone recordationis Ludewico comite nostre ecclesie traditum, comiti Gerhardo, avo vestro materno, centum marcas in coemptionem ab eodem recepturus dedit.*

tali, apud Saxoniam, in Thuringia, et sic de die in diem crescebant et augmentabantur in bonis, et multos nobiles, comites, barones et milites ad religionem trahebant.

Anno Domini M°LXXXVI. Heinricus imperator Saxoniam vastat. Werczeburg a Saxonibus et Almannis obsidetur Ekk. et capitur, [et[a] Adalbertus episcopus reintroducitur].

Item M°LXXXVIII. Rucko Halberstadensis episcopus occiditur Goslarie. Cui Errandus nomine et re monachus omnique vite merito laudabilis succedit[1]. Eodem tempore Bertha imperatrix obiit et in Spyra sepelitur[b]. [Augusta[c] urbs insidiis Suevorum in cena Domini capitur ac feria 2a pasce destruitur, et Sigifridus eiusdem urbis episcopus custodie mancipatur]. *f. 306b.*

[Anno[d] Domini M°LXXXIX.] Post hoc imperator duxit aliam uxorem, Ruscorum regis filiam, Utonis marchionis de Staden viduam, matrem Adelheydis fundatricis cenobii Reynhardisborn[2], Ute, matris Conradi marchionis, patris Ottonis marchionis, avi Theoderici marchionis[3] Misenensis, qui genuit Heinricum marchionem, patrem Alberti lantgravii et avum Frederici marchionis, patris Frederici iunioris lantgravii et marggravii[4]. Rex[e] cum exercitu obsedit Glichen opidum ib. marchionis Eckeberti, qui in vigilia natalis Domini cum eo congressus bello illum cedere compellit. Ibi Borchardus Losanne[f] episcopus occisus est, qui lanceam regis ferebatur. *f. 306c.*

Item anno Domini M°XC°. Heinricus rex in Ytaliam[h] (proficiscitur et ibidem) VII annis moratur. Eckebertus marchio in quodam molendino turpiter occiditur.

Anno Domini M°XCI°. visi sunt vermiculi nimis[i] ignoti, non longe a terra volantes, grossi quasi muscę, sed longiores, qui ipsam solis lucem obfuscabant.

[Anno[k] Domini M°XCII. pestilencia magna[l] facta est hominum atque pecudum].

Item anno Domini M°XCIII°. Errandus[m], qui et Stephanus Halberstadensis episcopus, vir morum gravitate, librorum sciencia omnique vite merito laudabilis et tempore nimium tempestuoso imperatoris Heinrici quarti senioris *columpna et firmamentum veritatis*, primo quidem, Buggone reverende sanctitatis presule interfecto, a Halbirstadensibus est electus[5], sed propter temporum necessitatem[o] a sancte recordacionis papa Urbano II° consecratus ac bona spe futurorum, ut vere catholicus, Stephanus est nominatus apostolicaque legacione una cum pallio sublimatus. Cuius donacionis seriem huic operi duximus inserendum[6]: *1. Tim. 3, 15.* *1088. 1090. 1094.*

Urbanus[o] episcopus, servus servorum Dei, omnibus per Saxoniam ecclesie catholice filiis salutem et apostolicam benedicionem. Qualiter in Halberstadensi ecclesia venerabilis frater noster He[rrandus][p], cui nos Stephani nomen imposuimus, iam dudum electus fuerit, quemadmodum dolis et blandiciis, minis et terroribus contra sanctiones canonicas et consuetudines ecclesiasticas ab eadem sit ecclesia exturbatus, caritatem vestram latere non credimus. Neque enim licuit susceptam semel iuste et canonice pro apostolice sedis obediencia eleccionem sine apostolice sedis licencia vel permissione deserere. Respexit tamen ecclesiam illam miseracionis superne dignacio, cum eum sepius legacione nostra vocatum ad sanctorum apostolorum limina et ad presenciam nostram venire concessit. Nos igitur, quibus, licet indignis, pro apostolorum principis vice et loco cunctarum per orbem ecclesiarum cura et dispositio cernitur inminere, ipsius eleccionem iustam[q] atque canonicam cognoscentes presentisque temporis necessitatem, quod a sancta Moguntina sede consecracionem suscipere in tanta scismaticorum tempestate non posset, considerantes, communicato confratrum nostrorum episcoporum[r] cardinalium ac nobilium Romanorum consilio, eum[s] in prima apostolorum principis sede, annuente Domino, consecravimus. Oportuit siquidem nos pro commissi nobis officii servitute tam diutinam tante ecclesie desolationem attendere et tot animarum saluti largiente Domino providere. Consecratum[t] ergo ad vos cum litterarum presentium commendacione remittimus. Vos itaque antique fidei et obediencie mentes tanto eum[u] devotius alacriusque suscipite, quanto amplius vos *f. 306d.*

a) *uncis incl. ex L H supplevi; om. 1.* b) *sepulta est L H cum Ekk.* c) *uncis inclusa ex 2 supplevi; om. 1.* d) *haec ex E supplevi; om. 1.* e) Heinricus *add. E.* f) iosano 1. g) *in 1 sequitur:* Item anno domini M°LXXXVI° coadunato apud — — Lintberg interficitur = *SS. XIV, p. 404, l. 23—34.* h) Ytalia 1; *uncis incl. ex E suppl., quae 1 om.* i) *sic L H;* mino 1. k) *uncis incl. supplevi ex E. L H; om. 1.* l) et mortalitas *add. E.* m) Verrandus 1. n) *sic epist. infra l. 38;* notam 1. o) papa *add., sed del. 1.* p) he. 1. q) *sic Udalr. nr. 82; om. 1.* r) et *add. Udalr. nr. 82.* s) cum 1. t) *sic Udalr. nr. 83;* consecracioni 1. u) eni 1.

1) Herrandus demum a. 1090. Thietmaro successit. 2) Errore Frutolfi, qui SS. VI, p. 207, l. 15. scripsit *Utonis* pro *Heinrici* auctor inductus est, ut Utam uxorem Udonis II. marchionis, matrem huius Adelheidis, confunderet cum Adelheide uxore Heinrici marchionis et Heinrici IV. imperatoris. 3) Verba *Ute — marchionis* repetita sunt ex loco superiore p. 523, l. 3 sq. cum errore ibidem n. 2. indicato. 4) A. 1324—1349. 5) Cf. supra n. 1. 6) Editam ex hoc codice a Wedekind, 'Noten' III, p. 293 sqq.; 'Lüneburger UB.' VII, p. 11 sq., nr. 13; G. Schmidt, 'UB. des Hochstifts Halberstadt' I, p. 77 sq., nr. 114; Jaffé, Reg. pont. ed. 2. nr. 5506. Quae epistola magna ex parte convenit cum epistolis Jaffé, Reg. pont. ed. 2. nr. 5505. 5507, servatis in Cod. Udalrici, Jaffé, Bibl. V, p. 163 sqq., nr. 82. 83.

vestre[a] salutis et fidei vestre[b] ecclesie apostolice debitores esse cognoscitis. Sancte siquidem memorie noster in apostolica sede predecessor Gregorius II[us] primum vestre gentis archiepiscopum beatum Bonifacium privilegio[c] donans, vicis sue auctoritate corroborans, vestre regionis instruxit ecclesias. Et nos igitur diuturnam illius ecclesie desolacionem pro nostri officii debito perpendentes, hunc ad vos tamquam[d] alterum Bonifacium salutis vestre[e] dirigimus instructorem; hunc ergo vos oportet[f] eo reverentius suscipere et obedientius exaudire, quo nostris tamquam beati Petri manibus consecratum ab ipso fidei et salutis vestre fonte conspicitis destinatum. Hoc ipsum siquidem vobis in penitenciam et peccatorum remissionem precipimus, ut eum ad recuperandam ecclesie sue sedem viriliter et fideliter adiuvetis et ei resistentes pro viribus cohercere curetis. Omnes autem, qui eum debito honore atque affeccione tractaverint, nos omnipotentis Dei et apostolorum eius benediccione[g] donamus. Qui vero huic nostre constitucioni obviam ire presumpserint, clericos quidem ab officio clericatus removemus, laicis autem[h] gracie apostolice consorcium interdicimus. Illum nimirum, qui se in eius ecclesiam post huius catholici pastoris elecciones presumptuose ac irreverenter ingessit[i], et[k] nos ab usurpacione indebita per presentis decreti paginam sequestramus et eius elecc. MCCVII. cionem reprobantes, omnes qui eius sacramento astricti sunt, quantum[l] ad episcopatus honorem, ab eius fidelitate absolvimus. Hunc ergo, in Christo dilecti filii, tamquam angelum Domini et catholice fidei legatum excipite, huic tam in divinorum quam in secularium negociorum consiliis obedite. Sane quia catholicorum in vestris[m] partibus episcoporum magna est raritas[n], si quid eciam in alienis parrochiis ex habundantiori apostolice gracie et nostre auctoritatis plenitudine disposuerit, ratum, inconvulsum[o] permaneat. Omnipotens Dominus apostolorum suorum meritis vos a peccatis absolvat et eterne vite consortes efficiat.

Actum Rome in ecclesia sancte Marie 'que dicitur Nova IIII[o] Kal. Febr., indiccione III[a][2], anno dominice incarnacionis M°XCIII°, pontificatus domini Urbani secundi pape VI, presentibus Hubaldo Sabynensi, Iohanne Tusculano, Walterio Albanensi, Dayberto Pysano, Brunone Segnensi episcopis, cardinalibus autem presbiteris Deusdedit et Raynerio. Data Rome VIII[o] Ydus Februarii.

A. 1093. Jan. 29. Febr. 6.

Talibus itaque episcopus Stephanus privilegiis sublimatus optinuit a papa comiti Lodewico, fundatori Reynharsbornensis ecclesie, et Adelheyde coniugi[o] absolucionem et indulgenciam omnium peccatorum ipsisque ac suis heredibus plenam ac legittimam libertatem.

Ekk. Anno Domini M°XCV. Luppoldus marchio et Heinricus palatinus obiit. Eodem anno sanctus Ladislaus rex Pannonie requievit in Christo[p]. . . . . .

1097. Aug. 15. [Deinde[q][3] dedicata est maior ecclesia in Reynhersborn a venerabili episcopo Halberstadensi Stephano vel Herrando in die assumptionis beate Marie virginis in honore Dei genitricis sanctique Iohannis[r] evangeliste et omnium sanctorum anno MXCVII. Idem epi-

1102. Oct. 24. scopus anno MCII. IX. Kalen.[s] Novemb. vita decessit et in prefato monasterio ab archiepiscopo Moguntino Ruthardo honorifice terre demandatus in pace requiescit].*

*) *A habet post p. 526, l. 32:* Postquam autem comes venerabilis prefato cenobio de redditibus, possessionibus ac prediis largissime providisset, [Gisilbertus[t] abbas], reiecta plurimum[u] onerosa mundi huius sarcina, levi redemptoris iugo cervicem cordis inclinaverat[v], pro Domino peregrinationis amore Ierosolimam adiit, adoratoque in loco, ubi steterunt pedes Domini, ob piissime genitricis eius amorem in valle Iosaphat eidem servitorus discipline se subdidit regulari, ibique fideli cum famulatu faciens annum, celebratisque ipsa resolutionis sue die sacris missarum solemniis, feliciter migravit ad Dominum Kalend. Octobris. Rexit autem abbas Giselbertus[w] monasterium Reinhartzpornense sedecim annis quievitque in pace. *Quae ex Cron. Reinh. sumpta sunt, sed multo et in fine immutata videntur.* Gr. S. Petri. 1100.

a) rem 1. b) ure 1. c) pallio *Schmidt ex Udalr. nr.* 83. d) ad *add., post del.* 1. e) ure *c.* f) omnes *edd., lecto compendio foede* vos eo rev. susc. et ob. convenit exaud. *Udalr. nr.* 83. g) benediccionem 1. h) vero *edd. falso.* i) eum *Schmidt;* nos eum *Udalr. nr.* 82. 83. k) quanta 1. l) *sic Udalr. nr.* 83; ūris 1. m) *sic Udalr. nr.* 83; caritas 1. n) et inc. *Schm.;* inconvulsumque *Udalr. nr.* 83. o) coniuge 1. p) *in* 1 *sequitur:* Item anno Domini M°XCIX° Ierosolima a christianis — — correxit ordine — *SS. XIV, p.* 404, *l.* 35 — 405, *l.* 6. q) *uncis incl. praebet T.* r) Ioannis *T (ed.).* s) Calen. *T (ed.).* t) G. *s. supplevi; ab A. omissa, quia toto capite de hoc abbate egit.* u) plurimi *A.* v) *forte* inclinans *aut* inclinavit *leg.* w) Goselb. *h. l. A.*

1) Fridericum. 2) Lege *secunda* et corrige annum incarnationis in 1094. 3) Haec ex Cron. Reinhardsbr. sumpta esse certo certius quidem contendi nequit, quae etiam ex notitia quadam dedicationis separatim scripta huc transsumpta esse possint, cum nemo reliquorum haec praebeat, sed cum magna lacuna in cod. 1 inter a. 1095. et 1104. hiscat, illud satis probabile videtur. Sane multa inter hos annos ex Ekk. et Cron. S. Petri sumpta a librario cod. 1, qui pro his Gesta archiep. Magd. exscripsit, omissa sunt.

. . . . . Eodem tempore Thymo[a] comes de Bechelingen occisus est[b]. . . . . * f. 307v. Cr. S. Petri 1104. Ekk.

[Anno[c] Domini MCVII. rex Heinricus peragratis Saxonie partibus Maguncie concilium habuit cum episcopis et optimatibus; cum quibus eriam inito consilio legatos ad apostolicum transmisit].

Anno Domini MCVIII.[d] Heinricus[e] rex Rupertum regem Flandrie[f] in graciam recepit, deinde in Ungariam f. 309r. cum exercitu venit, castrum Brespurg obsedit, quod tamen non cepit.

Nobilis Reynfridus et uxor eius Willicha[1] in loco proprii predii sui qui dicitur Dytenborn[g. 2] ecclesiam ad honorem Dei eiusque matris perpetue virginis Marie sanctique Iohannis ewangeliste condiderunt. Cui in dedicacione sua pro dote partem prediorum in Tytcleyben[3] partemque postea tradiderunt, omnem circumiacentem eidem ecclesie sue dicionis terram cum silvis, pratis, campis, aquis aquarumque decursibus, viis et inviis, exitibus et redditibus. Ecclesiam vero illam et omnia bona ad hanc pertinentia tradidit prenominatus Reynfridus pro remedio sue anime uxorisque sue Willeche, que et ibidem sepulta est, omniumque debitorum[h] suorum salute ad monasterium Reynharsbornense super altare[4]. 1109. (Sept. 8).

Anno Domini M°C°X°. Sepedictus comes Ludewicus cum uxore sua Adelheida ac filiis eorundem, Ludewico, Hermanno, Conrado[i. 5], Conradus quoque comes de Hoynsten, filius fratris sui[6], cum matre sua Bertrada ob amorem Dei et salvatoris nostri Iesu Christi tradiderunt cenobio Dei genitricis Marie et cetera[k] ecclesiam cum omnibus suis appendiciis in villa que dicitur Sangerhusen, ea condicione, quatinus clericis, qui sibimetipsis ibi inutiliter vivebant, inde remotis[7], iugo Dei sacrificium[l] a monachis secundum regulam sancti Benedicti viventibus ibidem frequentetur[8]. Eodem anno obiit Adelheidis comitissa, uxor Lodewici, [XV.[m] Kal. Novemb.][9]. In cuius sepulture die idem comes pro remedio anime illius tradidit ad cenobium Reynhersborn[n] ecclesiam que dicitur Schyplitz[n] cum omnibus ad eam pertinentibus ac[o] nemore [ibi[p] adiacente] et cetera. Eodem anno[10] comes Dithmarus[11] pro remedio anime sue ac[q] uxoris sue[12] tradidit cenobio Reynhardisborn locum qui dicitur Lusenitz[13] cum silva adiacente, quantum ad se pertinuit. 1110. (Jul. 25/6). Oct. 18. 1109.

Anno Domini M°C°IX.[r] vel XI°. Cuidam monacho Sancti Laurencii extra muros urbis Rome miranti de cingulo suo, quo cinctus erat, insoluto ante cum projecto, vox in aere facta est: Cr. Minor.

Sic potuit clausus Christus prodire sepulchro.

Item anno Domini M°C°XII°. Moritur quidam de Saxonia princeps Udalricus, Ludewici comitis dudum gener, sed propter filie repudium invisus. Unde Sifridus palatinus, Lotharius dux, Rudolphus marchio, Fredericus palatinus, Wigbertus et Ludewicus comites et nonnulli alii se ab obsequio imperatoris retrahebant, quia ipse possessiones predicti Udalrici in ius regni conabatur adtrahere. Sed et episcopus Halbirstadensis[s] et Gertrudis prepotens vidua violencium imperatoris clamitabant. Qua de re Hermannus Ludewici comitis filius et Fredericus pala- Ekk. f. CCCX*. Cr. S. Petri.

* *Post locum Gest. archiep. Magd. addit* 1 *f.* 309c:

Ipso namque die Dyonisii martiris almi Oct. 9.
Sunt necati fere quadraginta milia quinque[t. 14].

a) *sic* 1 *pro* Cunone. *recte* Thimo *pro* chuno. b) *in* 1 *sequitur*: Denique M°C°II° Hardewicus archiepiscopus Magd. venit in curtem *f.* 309c, maculavit gutta cruoris *SS. XIV, p.* 405, *l.* 6 — 410, *l.* 32. c) *uncis incl. ex L H supplevi; om.* 1. d) *sic L H*; Eodem anno 1 *post locum ex Gestis archiep. Magd. exscriptum.* e) *sic L H*; quintus *add.* 1. f) *sic L H*; francie 1. g) *emendavi ex carta laudata*; Dytenborg 1. h) *sic recte* 1, *non mutandum, quamvis in carta legatur* dilectorum. i) et Conr. *T; ubi* Conr. Christi *om.* k) *pro* et cet. *restituendum videtur*: sanctique Iohannis evangeliste in Reinhersborn. l) servicium *corta.* m) *uncis incl. ex T supplevi; om.* 1. n) *sic T*; Reynhirsborn *h. l.* 1. o) Sipplitz *T.* p) i. a. *ex T supplevi, ubi* et cet. *decat; om.* 1. q) trad. cen. B. ac ux. sue locum 1. r) Halberstat. et Gerdrud. 2. s) *in* 1 *sequitur*: Ubi Hinricus imperator victus — sexcenti et amplius — *SS. XIV, p.* 410, *l.* 33—36.

1) Quae Wigela nominatur in carta infra n. 4. laudata, Wilcke in carta Adalberti archiepiscopi, Stumpf, Acta Magunt. p. 6 sq., nr. 4 (Dobenecker, Reg. Thur. I, nr. 1055). 2) Dietenborn (Kr. Nordhausen). 3) Teutleben ad fl. Horsel et rivum Asse (A. Gotha)? 4) Vide cartam Reinfridi d. d. 1109. Sept. 8, Thur. sacra p. 67 sq.; Schannat, Vind. liter. I, p. 111. (Dobenecker, Reg. Thur. I, nr. 1054). In qua nihil de constructione huius ecclesiae praediisque ei datis legitur. 5) Hic Conradus filius Ludewici II, qui et in carta infra laudata nominatur, nusquam alibi commemoratus est, nec supra p. 523, l. 16 sqq. Sed in carta etiam Heinricus nominatur. 6) Beringeri; vide supra p. 521. 7) Haec auctor e coniectura addidit. 8) Haec sumpta sunt ex carta edita postremo in Cod. dipl. Sax. reg. I, II, p. 22, nr. 25; Reg. Thur. I, nr. 1058. 9) Diem *XV. Kal. Decembris* indicat epitaphium eius; Thur. sacra p. 69. et tab. 10) Potius a. 1109. Vide cartam Ernesti abbatis de hac donatione datam, editam ab A. Naudé l. l. p. 126; Reg. Thur. I, nr. 1051. 11) *de Selbaldes* carta. 12) Adelheidis. 13) Non certo constat, qui sit hic locus; cf. Reg. Thur. I, nr. 1051. 14) Hi versus relationi Gest. archiep. Magd. p. 410. post versus de pugna Welpesholtensi inserti minime ex Cron. Reinhardsbr. sumpti videntur. Idem nempe in cod. 1, f. 181. ad Conradi Halberst. Cronogr. in margine scripti sunt post versus Engelhusii de pugna Welpesholtensi (ex Cron. S. Petri E, supra p. 357, ab eo exscriptos) hoc modo:

Sunt fere necati sexcentum milia quinque
Ipso nempe die Dyonisii martiris almi.

Fortasse hi etiam versus ex recensione quadam chronici Engelhusii, quam adhuc non vidi, exscripti sunt. Nescio, de qua pugna iis referatur. Prior versus ad pugnam Welpesholtensem falso relatus legitur apud Cyr. Spangenberg, 'Sächs. Chronik' p. 358.

Cr. S. Petri. tinus, frater illius uterinus, in castello Tucher[a] obsidentur et [VIII.[b] Idus Iunii dedicioni se] cuidam Hogeri[c] tradentes[d], captivi abducti, sub potestate Heinrici[e] regis[f] in vincula detrudantur. Sed Fredericus <comes[g]> post duos annos resolvitur[f]. Hermannus <frater eiusdem Frederici> duobus[h] et plus in carcere transactis flebiliter in castello Hamerstein[i] [III.[k] Idus Iunii] in vinculis moritur.

Ekk. et Cr. S. Petri. Anno Domini M°C°XIII. Heinricus[l] rex contra predictos contemptores suos exercitum movet. Qua de re Sifridus palatinus comes interfectus occubuit, et Wicbertus a Hogero[m] capitur. Hic Wicbertus construxit cenobium sancti Iacobi in Bigavia. Ludewicus vero comes in die sancte Marie assumptionis in villa Thrutmundi[n] in potestatem Heinrici regis pro acquirenda gracia illius et propter captivos filios suos sponte se contradidit, quem aliquamdiu sub custodia servando[o] tenuit, donec castrum quod dicitur Wartberg[p] in sua suscepit; post eum in dolo, ut[q] postmodum claruit[r], abire permisit.

[Anno[s] Domini MCXIIII. Schowinberg cum suis attinenciis prope Fridericherode dedit comes Thuringie Lodewicus cenobio in Reynhersborn[t].

ib. Item anno Domini[u] M°C°XIIII°. Imperator [Babenberg[v] natale Domini celebravit, proxima die post epiphaniam]

*f. 310b. Moguncie [nuptias suas constituit[w], in quibus sibi filiam regis Anglorum nomine Mechtildam copulavit; [ubi[x] principes regni sine leticia interfuerunt]. Affuit et[y] Lodewicus comes, cui cum omnia bona ante promisisset, in ipsis nuptiis in vinculis conjectus est. Hermannus Ludewici comitis filius obiit in vinculis[2].

[Anno[z] Domini MCXV.] Bellum [contra[a] Saxones] iuxta Welpesholcz III. Ydus Februarii commissum est; in[b] quo ille Hoyger, fortis et audax homicida, cum multis aliis occisus est. In quo bello Halberstadensis epi-

Ekk. Cr. S. Petri. scopus interfuit cum Saxonibus, qui ex parte regis cesin[c] sepulturam interdixit[3]. Eo tempore[d] Theodericus cardinalis sancte Romane ecclesie obiit, sepultus[e] Colonie apud Sanctum Petrum.

ib. et Ekk. 1116. Febr. 3. Anno Domini M°C°XVI°. Rex Ytaliam abiit, committens ducatum Orientalis Francie, qui Herbipolensi episcopio competebat, Conrado filio sororis sue Agnetis ducisse Swevie. Conrados comes[4] III° Nonas Februar. tradidit ad cenobium Reynersborn locum qui dicitur Lusenitz cum dimidia parte adiacentis silve, quantum ad se pertinuit[5]. Hug de Sunthusin et frater eius Anshelmus

Cr. S. Petri. mansum unum in Lynungen pro anima matris eorum tradiderunt[6]. Eodem tempore Ludewicus comes absolutus est a vinculis regis, quibus iam duos annos et novem menses innexus erat, relictis inibi pro se VIII° obsidibus suis. Eodem anno comes Erwinus de Glichen infirmitate magna gravatus ac proprie vite diffidens, Dei miseratoris omnium instinctu tactus, dominum abbatem Reynersbornensem Ernestum per nuncios propere[b] advocavit et una cum uxore sua Heleburga ac filiis ac filiabus tradidit super reliquias sanctorum a domino abbate in hoc ipsum deportatas predium quod habuit in villa Utenhusin[7] cum ceteris villulis circumpositis et mancipiis

*f. 310c. utriusque sexus non paucis. Silvam[c] quoque cum universo termino et ambitu eius, molendinis et pratis, aquis aquarumque decursibus, piscacionibus, venacionibus tam ferarum quam volucrum. Et hec acta sunt in castello Wartberg presente Ludewico comite, advocato nostro, Beringario videlicet comite de Lara cum filio suo Ludewico, duobus eciam filiis comitis Ludewici, advocati nostri, Ludewico, Heinrico, necnon Poppone[8] cum fratre suo comite Gudeboldo. Affuit eciam Heinricus cognomento Cum-capite[8] cum[d] quam pluribus aliis nobilibus. Moxque predictus comes Erwinus, currum festinato ascendens, una cum

Nov. 22. coniuge sua in Reynarsborn pervenit et in crastinum [X.° Kal. Decembris] monachus Deo disponente efficitur[10]. Similiter Theodericus nobilis de Glichen intravit idem[f] claustrum[g].

a) *sic* 2. *T*; Tuchern 1. b) *sic* 2. *T. L II*; VIII — se *om.* 1. c) *sic* 2. *L II. T* (cuiusdam H.); Hogero 1, *ubi* de Mansfeld *ex Gest. arch. Magd., SS. XV, p.* 410, *l.* 33, *add., quae desunt* 2. *T. L II.* d) *sic* 2. *T. L II*; traduntur 1, *ubi capt. abd. om.* e) *om.* 2. *T. L II.* f) *sic* 2. *T. L II*; et *add.* 1. g) fr. ei. Fr. *desunt* 2. *T. L II.* h) *sic* 2. *T. L II*; post duos annos in carc. fleb. 1. i) *sic* 2. *T*; Hammersteyn 1. k) *sic* 2. *T. L II*; III. *l. I. om.* 1. l) regis *add., sed del.* 1. m) de Mansfeld *add.* 1, *quae desunt L II*; *v. n. c.* n) *sic T*; Truthmunde 1. o) seruande 1. p) Warperg *T.* q) et 1. r) clam 1. s) *uncis incl. ex L II suppl.*; *om.* 1. t) Bab. — epiph. *ex* 2 *suppl.*, *ubi* Bamberg; *om.* 1. u) *sic* 2, *ubi* a. s. const. Mog. instituit 1. v) *uncis incl. ex* 2 *suppl.*; *om.* 1. w) *sic* 2; etiam ibi 1. x) *uncis incl. ex L II suppl.*; *om.* 1, *ubi haec iam supra (p.* 529, *n.* s) *ex Gest. arch. Magd.*; *etiam L I habet:* In quo eciam bello Hoyger f. et a. h. occ. est. *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 287. y) oeß *L II.* z) Eodem anno *L II.* a) Et sep. *L II.* b) proprie 1. c) Silva 1. d) *emendavi*; et 1. e) *uncis incl. ex L II supplevi*; *om.* 1. f) eundem 1. g) *in* 1 *sequitur:* A. D. M°C°XIX°. Cap XXV. — *f.* 313ᵃ. et infideliter interemptus — *SS. XIV, p.* 411, *l.* 1 — 415, *l.* 5.

1) Cf. Heinrici V. diploma spurium d. d. 1114. Sept. 14; St. 3118; Naudé p. 119 sq. Ioh. Rothe c. 351. 355, ed. de Liliencron p. 273. 276, haec bis exscripsit ex Hist. Eccard. 2) Haec repetita sunt ex iis quae supra a. 1112. ex Cron. S. Petri exscripta sunt. 3) Haec de pugna apud Welfesholz commissa omisit scriba cod. 1, cum iam supra f. 309c locum Gest. archiep. Magd. de hac pugna exscripsisset. 4) *de Witin* carta infra laudata. 5) Cf. cartam Ernesti abbatis de hac donatione, in qua dies eius non indicatus est; Codex dipl. Sax. reg. I. II, nr. 50; Reg. Thur. I, nr. 1117. 6) Carta donationis non exstat. De villis hoc loco dictis vide Reg. Thur. I, nr. 1119. 7) Ottenhausen (duc. Sondershusani) prope Greussen. Carta, ex qua haec exscripta sunt, non exstat. 8) II. comite de Henneberg. De his viris vide supra p. 519. 9) Qui aestate a. 1116. a filiis Ludewici et Wicperti comitum captus erat. Cf. Ann. Pegav. 1117, SS. XVI, p. 253; Ann. Saxo, SS. VI, p. 753; Chron. Gozec. II, c. 10, SS. X, p. 153. 10) Cf. Ann. Pegav. a. 1116, p. 253; 'N. Archiv' XXI, p. 732.

[Anno[a-1] Domini MCXVIII. Cunigunda filia comitis Ludovici, uxor comitis Wigmanni, fundatoris Caldebornensis[2], obiit].

[Anno[b] Domini MCXXIII.[c] Ditericus Cycensis[d] episcopus beato[e] fine quievit, vir multum eruditus et Eccatholicus, qui monasterium[f] sive abbaciam[g] in colle qui Boxowe dicitur construxit; qui a quodam converso, immo[h] perverso, in oracione[i] cultro perfossus[k] post triduum migravit ad Christum]. [Ludewicus[l] comes, primus fundator Reinhersborn[m], in die eiusdem ecclesie dedicacionis[n-3] privilegia, que pater suus habuerat super terminis eiusdem cenobii et silva Loyben[4], super altare sancte Marie sanctique Iohannis evangeliste offerens resignavit. Sicque monachus factus in die sancti Iohannis ante portam Latinam[5] beato fine quievit]. [Eodem[o] anno Heinricus marchio obiit; pro quo imperator binos marchiones constituit, Wicpertum[p] quendam prediviteu et comitem Hermannum de Winceburg. Sed Adalbertus[q] et Conradus comites de Saxonia ducis Lotharii ceterorumque Saxonum freti auxilio, depulsis illis, loca eorum pariter et[r] dignitates invadunt]. . . . . .[*]

1122. Aug. 15. Cr. S. Petri. 1123. Maii 6.

[Anno[s] Domini MCXXV. imperator Heinricus huius nominis quartus et V. rex obiit X. Kal. Iulii. Eodem anno Lotharius dux Saxonum apud Moguntiam rex eligitur et Aquisgrani benedictione imperiali sublimatur]. Otto dux de Merbern regem Lotharium interpellando[t] adiit, conquerens se ducatu Bohemorum voluit hereditarie dignitate et minus iuste privatum. Rex igitur Udalrico Bohemorum tunc temporis duci post datas iudicio principum inducias, quas idem contempserat, publice bellum indicit.

Otto f. 313[a].

Unde[u] anno Domini M°CXXVI°. bellum Bohemie inter regem Lotharium[v] et Udalricum ducem Bohemorum commissum est XII° Kal. Marcii. In quo multi nobilium de exercitu regis ciciderunt. Adelbertus quoque marchio et Ludewicus comes de Lare captivi abducti sunt; ubi et Otto dux de Merbern occubuit, qui causa tocius belli extitit.

[Anno[w] Domini MCXXVI. dedicatur capella sancte Marie, sancti Nicolai in Reinhersborn a Cicensi episcopo Utone, filio fundatoris].

Anno[x] Domini M°C°XXVII°. [Rex[y]] Lotharius apud Merseboreh[z] pentheosten celebrans [*]Udalricum ducem Bohemorum in amiciciam recepit et filium eius de sacro fonte baptismatis suscepit; et mox castrum Norinberg[a] cum exercitu[b] obsedit, habens secum in auxilium eundem ducem cum grandi exercitu Bohemorum. Devastatis itaque omni circumposite regione per tres menses, dux predictus cum suis ad propria revertitur. Moxque rex a Conrado fratre ducis Frederici fugatur; unde et Conradus idem[c] nimium inflatus superbia contra ius fasque regium sibi nomen usurpat. Rex progeniem Heinrici[d] valde deprimit, pro eo quod ipse rex Lotharius, nudis pedibus et lanea indutus, ante curiam regis Heinrici prostratus ante pedes graciam[d*] eius vix optinuit. Fredericus dux Swevie et Conradus frater eius, filii sororis Heinrici regis, sibi fortiter[e] resistebant. Carolus comes Flandrensis, vir iusti tenax, ob defensionem iusticie a suis in templo Dei occiditur. Sed populis inter se dissidentibus duo mox comites loco eius subrogantur, scilicet Wilhelmus de Anglia et Theodericus de Alsacia; quibus contra se pugnantibus immensa[e] cede diversisque cladibus Flandrensium devastatur populus.

ib. f. 313[b]. Gotfr. XXIII, 46. 47. Cr. S. Petri.

[Anno[f] Domini MCXXVIII. fundatur claustrum Walckenrode]. Rex [natalem[g] Domini] apud Wirzburg[h] celebrans Embriconem eidem civitati prefecit episcopum, ejecto atque dampnato Gebehardo illo, qui per vim iam[i] dudum eundem episcopatum invaserat. Ubi et[k] Conradus, qui nomen[l] regium sibi usurpaverat, excommunicatur. Spira civitas dolo capitur a Frederico duce et Conrado [*]fratre eius. Rex vero Lotharius cum exercitu eandem occupat [*]civitatem. Iamque capienda erat civitas, et postulantibus pacem rex dedit dextras, et susceptis[m] ab eis obsidibus, dimisso exercitu[n].

Cr. Kinor. Cr. S. Petri. f. 313[a].

Et post hoc M°C°XXIX°. eadem civitas[o] a rege Lothario per IX menses continuos oppugnata capitur. Dux Gotfridus de Brabancia a rege deponitur, et Paginus pro eo dux constituitur. Cui scilicet Pagino ad peragenda sui ducatus negocia descendenti Godfridus cum armatorum multitudine occurrit. Sed inito certamine Godfridus fugam iniit, Paginus vero ducatum a Reno usque ad fluvium Getum victor optinuit. Heinricus marchio de Staden obiit. Uto comes de Saxonia occiditur.

[Anno[p] Domini MCXXX.] Heinricus comes primus Raspen, filius fundatoris ecclesie in Reynars-

[*]) *Puto hoc loco secuta esse quae L. I. II ex Cron. S. Petri, supra p. 361, l. 24—31. habent:* Per idem tempus — — avertisset consilio.

a) *uncis incl. ex T supplevi; om. 1.* b) *uncis incl. praebent 2. L. I. II, in utroque aliquantulum immutata, quibus collatis textus authenticus satis bene restitui potest; om. 1.* c) M°CXXIIII. Theodericus *L. I. (II).* d) Tycensis 2; ep. Nuwenburgensis *L. I. II* (Nuwinb.). e) beato — qui *om. 2.* f) mon. sive *om. L. I. II.* g) constr. abb. in Bosalde *L. I. II* (Bosolde). h) *emendavi; nimio 2; modo L. I. II.* i) iacens *add. L. I. II.* k) est *add. L. I; est et add. L. II.* l) *uncis incl. solus 2 praebet; om. 1.* m) reinhersborn 2. n) dedicacione 2. o) *uncis incl. praebent 2. L. I. II; om. 1.* p) Wicp. — Winceburg *om. L. I. II.* q) Albertus et Conr. *L. I. II.* r) pariterque *L. I. II.* s) *uncis incl. solus praebet 2; om. 1, ubi post locum Gestorum archiep. Magd. inepte:* Huius eciam Norberti anno XXVI° a nativitate Domini Otto dux *etc.* t) interpellendo 1. u) *delendum videtur; deest L II.* v) *delendum videtur;* bell. i. r. Boh. et Udr. *L. I. II.* w) *uncis incl. habet T; om. 1.* x) *sic 2. L. I. II;* Et a. 1. y) *sic 2. L. I. II; om. 1.* z) Merzeburc 2. a) Nurenburg 2. b) *sic 1. 2 cum Ann. Pegav.; cf. supra p. 362, n. b.* c) eidem 1. d) regis *add. L. II.* d*) eius vix gr. *L. II.* e) immense 1. f) *uncis incl. habet 2, et L. I ad a. 1127.* Eodem anno cl. Walckinrieden fund. g) *sic L. I. II;* autem Lotharius 1. h) cel. ep. W. *L. I. II;* apud Herbipolim curiam cel., ubi Embr. 1. i) *sic L. II;* per loiuriam 1. k) *sic L. II;* eciam 1. l) *sic L. II;* s. n. r. 1. m) *sic L. II;* acceptis 1. n) *L. II add. cum T* et mentiti — rebellaverent. o) Sequenti anno civ. Spira *L. II.* p) *uncis incl. ex 2 et L. II supplevi; om. 1.*

1) Inter a. 1116. et 1125. librarius cod. 1 multa omisit, cum amplum locum Gestorum archiep. Magd. descripsisset. 2) Cf. supra p. 523. 3) Dedicatam esse ecclesiam die Aug. 15. supra p. 528. traditum est. 4) Diplomata spuria Conradi II. et Heinrici III. (St. nr. 2121. 2266) dicuntur. 5) Diem Maii 8. indicat Necrol. Mogunt., Böhmer, Fontes III, p. 141, sed *II. Nonas Maji* = Maii 6. epitaphium eius recentius, Thor. sacra p. 81. et tab. IV.

Cr. S. Petri. born[a], obiit, ibidem sepultus est[1]. [In[b] villa Hallis[c] occidantur a civibus] Conradus de Eystede[d], Adilbertus et Eribo [duo fratres] cum suis militibus. Rex ergo Lotharius ad eandem villam versus[e] coegit exercitum, truncatis aliis, aliisque cecatis, nonnullis diversorum tormentorum generibus excruciatis, multis quoque per diversa fugientibus, reliqui omnes, data infinita pecunia, ingenti rerum[f] suarum dispendio dignas pro commisso scelere penas luunt. [Eodem[g] anno Burchardus comes Lukenheimensis[h] dolo domini sui Hermanni principalis comitis Thuringie occiditur. Ob quod idem Hermannus a rege Lothario deponitur, et comes Ludewicus pro eo constituitur; moxque Winzinburg castrum eius ab exercitu regis expugnatur].

cf. H. pr. Thur. c. 9. Nunc[1], qualiter primus huius provincie princeps, Thuringie comes Lodewicus, filius Ludewici, fundatoris monasterii Reynirsborn[k], principis nomine sit functus, brevi documento

*f. 313[2]. Cr. S. Petri. 1130. monstrabimus. Burchardus comes Lucheheimensis[l] [de Saxonia dolo domini sui Hermanni principalis comitis Thuringie occiditur; ob quod[m] idem[n] Hermannus[o] de Wincenburc[p] reus maiestatis effectus regis

cf. H. pr. Thur. c. 9. Lotharii gracia caruit, et obiectu fraudis eiusdem ipsi Thuringie principatum coram universitate copiosa per sentenciam datam abiudicavit ac[q] Ludewicum predictum comitem ac lantgravium cum vexillorum festiva exhibicione, uti[q] moris est, imperatoria largicione solemp-

Cr. S. Petri. niter extulit et cum tumultuoso preconio principis ei nomen aptavit[r]. Moxque Wincenburg[s] [castrum[t] prefati comitis Hermanni ab exercitu regis] obsidetur[u], [expugnatur[v]] et capitur[w]. Post hoc[x] Lode-

cf. H. pr. Thur. c. 10. wicus primus langgravius nobilissimam sibi accipiens uxorem Hedwigim[y] nomine, suscepit[z] ex ea secundum sui nominis lantgravium, Henricum Raspen secundum, Ludewicum de Tungesbrucken[a], et IIII[or] filias; quarum una Cecilia nupsit Udalrico illustri duci[b] Bohemie. Secunda lutta eiusdem provincie regi[c.3] matrimonialiter copulata genuit regem Odackarum[d] et eius fratrem comitem Heinricum. Tercia soror Adelheidis nomine, abdicatis nuptiis soli sponso celesti in virginitatis proposito placere desiderans[4], cenobium sancti Nicolai in Ysenache[e] edificans[5], ibique[f] gloriosa materfamilias sacris preminens[g] virginibus, abbatissa usque in finem perduravit. Quarta soror[h] Mechtildis comiti Theoderico[i] de Werben[6], fratri ducis Bernhardi, coniuncta est.

Cr. S. Petri. Anno Domini M°C°XXXI°. Hermannus comes, regi Lotharie se suaque omnia dedens[k], captivus abducitur et in

*f. CCCXIIII°. castro Blankenburg [custodie] mancipatur, Winczenburg vero ad[m] solum usque destruitur. Rursum rex Lotharius congregato exercitu in Daciam proficiscitur propter intestina bella, que gerebantur in ea. Filius quippe regis Dacie filium patrui sui occiderat, quia[n] hunc quandoque se depulso regnaturum esse timuerat. Nam pater occisi antea rex fuerat. Hinc orgo[o] Lotharius ab occisi fratre interpellatus adversus tam immanem[p] impietatem arma corripuit[q], ad ulciscendum sanguinem innocentem contra partes Dacie exercitum movit. Timore ergo[r] exercitus regis Lotharii omnis Dacie populus[s], velud arena maris innumerabiles ad rebellandum in unum coacti, cum ex adverso exercitum regis Lotharii, quamvis modicum, Vt tantum videlicet militibus instructum, venientem, armorum fulgore splendentem conspiciunt, divinitus perterriti, se suaque omnia dedentes[t], dextras petunt, utque rex ipsorum propriam regnum a rege Lotharioᵘ mereretur, exposcunt. Quod et profecto factum fuisset, ni pius[v] rex Lotharius ei cuius erat frater occisus pepercisset, eo quod idem iam dudum raptis[w] fascibus eciam sibi[x] nomen regium usurpasset. Susceptis tamen pro ingenti sibi promissa pecunia a rege Dacie obsidibus, ad propria cum triumpho glorioso revertitur rex Lotharius. Synodus apud Leodium civitatem sub papa Innocencio congregatur; ubi presente rege Lothario, residentibus l. episcopis cum innumeris diversorum ordinum personis, Otto Halberstadensis episcopus, dudum Rome ab Honorio papa depositus, rursum Halberstadensi ecclesie annitentibus cunctis prefecitur, rursum episcopali investitura, [id est annulo, mitra, baculo, a papa Innocencio donatur. Statuitur quoque ab omnibus secundum decreta sanctorum canonum illud antiquum, quod semper

a) fil. Ludewici fund. Reinhartzborn 2, *ubi add.:* frater Ludewici *(cum P)* principalis comitis. b) *sic L H;* Rex ergo Loth. volens vindicare Conradum de Eyst., Adilbertum et Eribonem et suos milites ad eand. 1, *ubi haec breviata sunt, quia librarius de horum occisione locum iam ex Gest. archiep. Magd., SS. XIV, p. 441, l. 43 sq. descripserat.* c) Halle *L H.* d) Eckstete *L H.* e) *sic L H;* Hallis 1. f) rex 1. g) *uncis incl. ex 2 supplevi; om.* 1. *Mirum sane, quod haec Cron. bis hunc locum ex Cron. S. Petri excriptum habuisse videatur. Sed cum Schedel eundem locum bis exscripserit (infra l. 15 sq.), quamvis dubius haeserim, eum tamen recepi. Nec narum, quod scriba cod. 1 eum omiserit; v. n. w.* h) Lukenhen[nensis 2. i) hunc 1. k) fund. in Reinherfsbrun 2; cenobii in Reynb. *E.* l) Luchtenhem[mensis 1; c. in Lucheheinens 2. m) *sic E;* quos 1; hoc 2. n) *sic 2. E. L H;* H. id. 1. o) *sic 2;* Winczenborg 1. p) atque 2. *E.* q) ut 2. *E.* r) optavit 1. s) Winczenburg 1; Winizeburg 2. t) *uncis incl. ex E supplevi;* castrum eius ab ex. *r. 2; breviata haec in L I. H; om.* 1. u) obsediturr 1. v) *ex E et L I. H suppl.; om.* 1. w) ut prius patuit *add.* 1, *scil. in Conr. Halberst. Cronogr. f.* 187b. *Unde librarius haec brevivit.* x) P. h. *om.* 2; Eodem anno *E.* y) Hedewigis 2; Hedwig *T.* z) *sic T. E;* susceptique 1. a) Tungesbrucken 2; Thungesbrucken *T;* Tummesbrucken 1. b) *sic* 2; duce 1. c) *sic* 2; rege 1. d) Odokarum 2. e) Yscnach 2. f) ibi ut 2. g) *sic* 2; premuniens 1. h) sororum 2. i) Diterico 2. k) cedens 1; dedit *L H.* l) cus‖custodie 1. m) *sic L H;* u. ad s. 1. n) *sic L H;* qñ (quando) 1. o) rex, *quod habet P, om.* 1. *L H.* p) imantem 1; inanem *L H.* q) arripuit aut corr. 1. r) igitur *L H.* s) omnes D. multitudo *L H;* populi 1. t) *sic L H;* dimidentes 1. u) suscipere, *quod P habet, om.* 1. *L H.* v) f. impius 1. w) fas *add., sed del.* 1. x) regni nomen sibi *L H.*

1) Cf. Chron. Gozec. II, 18, SS. X, p. 154; supra p. 302, n. 2. 2) Hoc loco Cronicae S. Petri inserto omisit auctor verba in Hist. br. princ. Thur. c. 9. servata, quae ibi ex iisdem annalibus sumpta esse possunt, ex quibus haec in Cron. S. Petri descripta sunt. Cf. supra p. 493, n. 12. 3) Wladislavo II. 4) Cf. cod. epist. Reinhardsbr. nr. 25, 'Archiv f. K. Österr. GQ.' V, p. 34. 5) Hist. br. princ. Thur. melius hoc loco verba libelli exscripti servasse videtur. Cf. K. Menzel apud Knochenhauer, 'Gesch. Thür.' p. 125, n. 1. 6) Filio Alberti Ursi marchionis.

erit innovandum, presbiteros castos et sine uxoribus esse, missam autem uxorati presbiteri neminem audire debere. Ibi Cr. S. Petri.
et Adelbertus marchio de Saxonia deponitur, et Heinricus, qui et ipse Saxo, pro eo constituitur.

Anno Domini M°C°XXXII°. sanctus Godehardus episcopus Hildensemensis ecclesie anno dormicionis sue centesimo primo, ipsius anni die ultimo, quarto Nonas Maii in Hildensheym e terra levatur; cuius signorum admirabili magnitudine omnis Germania illustrata letatur. Post hoc rex Lotharius cum regina Rixa[a] Romam pergit ad visitandum regnum Ytalicum suoque dominio mancipandum, ad restituendum papam Innocencium in apostolicam sedem et[b] ad suscipiendam imperialem benedicionem, modicum quidem pro rerum negocio ducens exercitum, mille scilicet et quingentos tantum armatorum[c], sed in Domino per omnia confisus; quod et rerum probavit eventus. Augusta civitas a regis exercitu destruitur, igne crematur, plurimi de civibus captivi abducuntur, equidem digna satis ultione pro commisso multitati scelere, quippe qui regem ad se pacifice ingressum nichilque suspicantem talo bello presumpserint[d] lacessere. Hinc montes rex transiit[e], omnem Ytaliam sue dicioni subicit, solis Veronensibus et Mediolanensibus renitentibus. In eadem expedicione Heinricus marchio de Stadin occiditur, sed a militibus suis Saxoniam[f], unde oriundus extitit[g], sepeliendus reportatur.

Anno Domini M°C°XXXIII°. rex Lotharius Romam ingreditur, et Innocencius papa in sedem suam restituitur. f. 314a.
Hic quoque ab eo imperiali benedicione apud Sanctum Iohannem baptistam[h] Lateranensem consecratus imperator efficitur. Hunc sibi locum rex iudicat optissimum, quoniam et illic regni et ecclesie, ut cunctis cornentibus liquet, constat esse palacium, et in historiis[i] priorum temporum plures inibi reperiuntur imperatores consecrati. Accessit etiam, quod Petrus, qui sibi nomen pape et dignitatem usurpaverat, ecclesiam beati Petri apostoli, ubi imperatores nostris temporibus benedici consueverant, cum multitudine armatorum, ne rex ibi benedicionem imperialem consequi posset, preoccupaverat. Qui tamen locus ab exercitu regis facile poterat expugnari. Rex vero pius hoc prohibuit fieri, ne destrueretur ecclesia sancti Petri apostoli.

Eodem tempore Ernestus abbas Reynersbornensis acquisivit curiam in Erfordia[1] et 1108.
decimacionem omnium dominicalium seu bonorum monachis adherentium a Ruthardo[k] et Adilberto archiepiscopis Moguntinis[2].

Lotharius autem imperator effectus, cum Roma digrediens ad clausas[l], que ad civitatem Brixam transmittunt, Cr. S. Petri.
venisset, tyrannum quendam Adelbertum cum X milibus transitum prohibentem[l] divina ac gracia comitante gloriose diviciit ipsumque in proprio castro Lodrum dicto, licet inexpugnabili, ad quod confugerat, cepit et captivum abduxit, sicque letus cum suis ad propria rediit[m].

Item anno Domini M°C°XXXIIII°. Lotharius imperator penthecosten Halberstat celebravit[n], ubi Magnus filius f. 316a.
Nicolai regis Danorum ad acquirendam[n] graciam eius inmensum ei pondus auri et[o] argenti optulit, eo quod priore anno, rege Lothario in expedicione Romana occupato, multos Teutonicorum, quos in Danie partibus repererat[p], alios occiderat, alios obtruncaverat, nonnullos vero diversis penis et cruciatibus affectos de finibus suis ejecerat, ob iniurias scilicet, quas ipse dudum cum populo suo ab exercitu regis Lotharii pertulerat. Quem tamen pius imperator Lotharius benigne suscipiens regem Dagorum esse decernit, et imposito super caput eius[q] dyademate, cum die sancto penthecosten regio cultu vestitus imperator[r] ipse procederet[s], cum sibi spatarium ferit. Qua ille gloria, licet indignus, mente tumidus ad propria festinus rediit. Congregatisque multitudine armatorum Erichum[t] filium patrui sui, cuius ante fratrem occiderat, persequi instituit, et ad civitatem Lundinam[u], ubi eum cum suis demorari comperit, navibus applicuit. Cumque navibus egressus[v] in unum conveniret exercitus, timor invasit omnes inmensus, et ut naves, quas Magnus, ne quis forte ex acie ad eas confugeret[w], a terra fecerat reduci, denuo littori postulabant adrehi. At[x] Magnus: "Quid", inquid, "timoris, milites f. 315b.
fortissimi? Viginti sunt milia virorum[y] exercitus nostri; et si caput mundi Romam adire placuisset, tante multitudini nullus obsistere potuisset." Illis econtra, nulla consolacione recepta, sed proprie vite diffidentibus, David adolescens egregius, Erichi[z] sororis filius, in Lundina civitate obsessus, cum CCC militibus fortissimis Theutonicisque[a] egressus adversariorum exercitum cominus fertur in medium, disturbatisque cunctis atque fugientibus, Magnus in terram prostratus relinquitur solus. Quem superastans[b] David adolescens: 'O', inquid, 'latro sceleratissime et patricida infidissime, qui avunculum meum, patrui tui osculans interfecisti filium, ut Iudas perfidus tradidit dominum <Iesum[b'] Christum>! Nunc te premunt peccata tua, nunc te Dei persecuntur iudicia! Hodie, inquam, accipies quod mereris, et impio capite tuo cum manibus[c] tuis scelestis absciso pro tui magnitudine sceleris toto seculo fabula eris!' Quo ipli morte perempto, rex Nicolaus, pater Magni, timore correptus inmenso, iamque se a recessentibus sibi cominus moriturum suspicatus, fugiendo cum multitudine armatorum iuxta civitatem Slesewig est castrametatus. Cives autem eiusdem civitatis, in dolo ei pacifice loquentes, episcopum[d] suum cum ceteris primatibus ad eum quasi pacis obsides emiserunt, et introductum[e] ad se statim pro[f] foribus ecclesie positum in oratione peremerunt, et loco eius Erichum[g] filium fratris eius, quem f. 315c.
Magnus antea persequebatur[h], cum omni terro populo regem constituerunt. Imperator Lotharius cum exercitu adversus ducem Fredericum et fratrem[i] eius Conradum Sweviam ingreditur; villa Ulma funditus destruitur, castella[k], municiones[l] plurime evertuntur, tantaque[m] clade tota Swevia percellitur, ut nichil ante simile factum a cunctis regibus memoretur.

a) Richiza 2; Rizka *L II.* b) *sic* 1. 2. c) *sic* 1. *L II cum Peg.*; arm. t. *P. Erph.* d) presumpserunt 2. *L II.* e) *sic* 1. *L II.* f) *sic* 2. *L II*; *om.* 1. g) *sic* 2. *L II*; erat or. 1. h) *sic* 1 *cum Peg.* i) historiis 1. k) adh. Authardo 1. l) perhibentem 1. m) *in* 1 *sequitur:* A. D. M°C°XXXIIII° Capīm XXVII. — *f.* 315a. XXX talentorum proveniat *ex SS. XIV, p.* 415, *l.* 6—32. n) *sic* 2. *L II*; celebrat(ur) 1. n') *sic L II*; acquirendum 1. o) auri *iterum add., sed del.* 1. p) reperest 1; pererat *L II.* q) dyadea *add., sed del.* 1. r) imperatorem 1. s) imperator *h. l. add.* 1. t) *sic L II*; Ericum 1. u) *sic L II*; Lugdunum 1. v) ogres[sis *del.*]sus 1. w) *sic L II*; confugerat 1. x) *sic L II*; Ad quos 1. y) forcium, *quod P habet, deest* 1. *L II.* z) *sic L II*; Erici 1. a) *sic* 1. *L II* (Tonton.); Teutonicis *fort. P.* b) *sic L II*; superstans 1. b') l. Chr. *des. L II.* c) *om.* 1. d) *sic L II*; ppīm (populum) 1. e) *sic L II*; intus ductum 1. f) *sic L II*, p (pro) 1. g) *sic L II*; Ericum 1. h) psequebantur, u *del.* 1. i) *sic* 2. *L II*; Conr. fr. eius 1. k) *sic* 2. *L II*, Castelle 1. l) *sic L II*, et mun. 1; municionesque 2. m) Tantaq 1; totaque *L II.*

1) Iam a. 1108; vide cartam Ruthardi archiepiscopi hoc anno datam, Böhmer-Will, Reg. archiep. Mag. XXIV, nr. 88 (I, p. 241), et confirmationem Adalberti archiepiscopi a. 1116, ib. XXV, nr. 47 (I, p. 252). Apr. 30., et Adalberti l. datam a. 1116. Apr. 17, editas ab A. Naudé l. l. p. 123 sq.; Böhmer-Will, Reg. archiep. Magunt. I, p. 232. XXIV, nr. 49; p. 252, XXV, nr. 46; in quibus cartis curiae Erfordensis mentio non facta est.
2) Cf. cartas spurias, Ruthardi datam a. 1105.

Cr. S. Petri. Anno Domini M°C°XXXV°. Fredericus dux Swevorum graciam imperatoris Lotharii acquisivit[a] Babinberg ad curiam media quadragesima habitam, et ex sentencia imperatoris et unanimi consensu principum pax esse decernitur X annis per regnum universum[b], coniurantibus cunctis in id ipsum. Post hoc Lotharius imperator curiam suam apud Merseburg habuit ad Vincula sancti Petri; ubi ex precepto imperatoris dux Polenorum[c] affuit, qui sepenumero anteriorum imperatorum impetitus bello, sepe rogatus, sepe swasus promissionibus, numquam tamen ad eorum curiam venire consensit vocatus. Affuit eciam dux Bohemorum Udalricus, qui cum esset ducis Polenorum[c] infestissimus inimicus, reconciliavit eos imperator invicem. Eodemquo quoque tempore venerunt ad imperatorem Lotharium dux unus et episcopus a rege missi Grecie cum legatis ducis Venecie, conquerentes atque iudicium postulantes adversus Rogerum[d] quendam comitem Sicilie[d], qui et regi Grecie Affricam, que tercia pars mundi esse dinoscitur, armis expugnando cum
f. 315d. paganis [abstulit suoque dominio subdidit, ibique dyadema sibi regni imponens, regium nomen usurpavit, Venetticos[e] vero despolians, diversarum mercium quadraginta milium talentorum obstulit precium. Sed et de imperio Romano totam Apuliam atque Calabriam subtraxit, aliaque perplura contra ius fasque perpetravit. Contra hunc igitur promittuntur[f] a legatis ad supplementum exercitus imperatoris naves copiose, militum legaciones[g] innumere[h], auri et argenti ad omnem[i] huiusmodi rerum sufficienciam pecunie. Quantis ac quibus[k] donis eo tempore Dominus imperatorem honoraverit, quis explicare possit? Aurum, lapides preciosos legati Grecie[k] attulerunt cum diversorum colorum purpura, aromate multa nimis et[l] in hac terra hactenus incognita. Sed et dux Polonie duxque Bohemie pelles griseas[g] atque mardelinas cum variis auri et argenti aliarumque[m] preciosarum rerum muneribus tanta afferebant copia, ut nullus[n] supereret principum vel[o] ducum, qui illorum vel imperatoris muneribus se non gauderet honoratum. Nec minus regis Ungarorum[o] nuncii imperatorem cum ceteris principibus letificaverunt, qui dominum suum ad omnem[i] imperatoris voluntatem cum suis omnibus paratissimum nunciaverunt. Rursum imperator curiam suam circa festum sancti Michaelis in Thuringia in villa regia Mulehusen[p] habuit, ubi Conradus frater Frederici ducis, qui sibi[q] regium[r] nomen usurpavit, graciam imperatoris
f. CCCXVI[s]. acquisivit. Quem imperator benigne[t] suscipiens, omnia que illius antea[t] fuerant [restituit et[u] regiis donis honoravit et[v] ad propria cum gloria redire permisit]. Ventus vehementissimus et hactenus incognitus naves multas submersit, edificia plurima destruxit, arbores fructuosas atque silvestres innumeras deiecit, ita ut vix decima pars quarundam remansisset silvarum.

Anno Domini M°C°XXXVI. lapis unus magnitudine capitis unius[w] hominis iuxta locum Oldysleyben, ubi est abbacia[w], cecidit de nubibus, qui et ibidem tunc temporis diligenter custodiebatur a fratribus. Per idem tempus imperatore Lothario in civitate Quedelingeborch existente visum est desuper civitatem in aere quoddam in modum scale transvolare, niveo quidem corpore, sed rubro rutilare capite. Testati quoque sunt non pauci eodem tempore se vidisse quasi crucem rubeo colore choruscam de celo ad terras descendisse et non procul a terra aliquamdiu in aere pependisse; sed rursus ad celos remeante tanta[x] lucis aer resplenduit claritate, ut nullus intuentium ad hanc perspiciendam tamquam contra solis radium visum prevaleret obtendere. Lupoldus vero[x] marchio in venacione occiditur[y]. [Imperator[b] secundo
f. 316c. Ytaliam proficiscitur] et divina rerum mirabili prosperitate fretus gracia cum paucis quaqua versum[c] victor progreditur. Apuliam[d], quam Rudigerus Syculorum dux prius invaserat, armis cepit eamque iuri sedis apostolice restituit. In qua expedicione Bruno archiepiscopus Coloniensis obiit[e] et Baris sepelitur[f].

[Anno[g] Domini MCXXXVII. Adelbertus Maguntiensis archiepiscopus obiit; pro quo Adelbertus patruelis eiusdem ordinatur. Monasterium sancti Martini in Moguncia cum parte eius civitatis igne cremator. Imperator[h] de Italia[i] revertitur. Sed[k] cum Germanorum fines intraret, dum[l] principes apud Wirtziburg illius prestolarentur adventum, infirmitate correptus diem clausit extremum, omni regno de morte sua relinquens mesticiam[m]]. Corpus vero eius a Rixa[n] imperatrice Saxoniam reportatur et apud Lutrensem abbaciam ab ipso constructam presentibus Saxonie atque Thuringie principibus II° Kal. Ianuarii regio more sepelitur.

Cr. Minor. Anno Domini M°C°XXXVIII. Lotharius dux Saxonum, imperator, fundavit monasterium sancti
f. 316e. Mauricii sanctique Cristofori in Homborg[1] et predictum monasterium [in Luttere, ubi est sepultus[o. p. q.].

*) 2 *add.*: Eodem anno constructum est monasterium in Reichenbach et dedicatum[2].

**) 2 *add. haec, certe non ex hac Cron. sumpta (cf. 'N. Archiv' XXI, p. 269 sq.)*: —

Ott. Fris. Chr. VII, 22. Anno Domini MCXXXVIII, defuncto in autumno sine filiis imperatore Lothario, conventus generalis principum Moguncie in proximo pentecosten condicitur. Quidam principes timentes, quod Heinricus dux

a) *sic* 2. *L II*; quesivit 1. — Babenberg 2. b) universorum 1. c) *sic L II*; Polonorum 1. d) Rudigerum *L II*. d*) *sic L II*; Cecilie 1. e) *sic L II*; Venetos 1. f) *sic L II*; permittuntur 1. g) *sic* 1. *L II*. h) Iminere 1. i) *sic L II*; omi 1. k) stt. Gr. 1; Gr. obtul. *L II*. l) *sic L II*; que 1. m) *sic L II (ubi prec. am.)*; aliarum preciosarumque 1. n) *sic* 1. *L II*; qui vel ducum *P*. o) Ungari *L II*. p) *sic* 2; Molhusin 1. q) *sic* 2; regnum aut *add.* 1. r) *sic* 1. 2; nomen regni *L II*. s) *sic* 2. *L II*; bene susc. ac benigne et o. 1. t) *sic* 1. 2. *L II*. — u) eumque *L II*. v) *sic E; om.* 1. *L I. II*. w) prope Sachsenborg *add.* 1, *quod deest E. l. l. II*. x) choruscañ 1. y) tantus 1. z) Eodem anno Lup. m. *L II*. a) *in* 1 *sequitur*: Item tercio ordinacionis anno — — *f.* 316b. ad sacros ordines suscipiendos = *SS. XIV, p.* 415, *l.* 32—44. b) *ex L II suppl., ubi* Imp. Lotharius secundario; *uncis incl. om.* 1, *pergens* Et sic imperator div., *quia loco Gest. archiep. Magd. de expeditione Italica relatum erat*: c) quaque versum 1. d) quoque *add. L II cum P*. e) Col. arch. moritur et aput Baram civitatem Apulie sepelitur *L II cum P*. f) *in* 1 *sequitur*: Imperator Lotharius abinde reversus — in faucibus Alpium constitutam obiit = *SS. XIV, p.* 415, *l.* 44 — 416, *l.* 1. g) *uncis incl. ex* 2 *suppl.*; *om.* 1, *quia loco Gest. archiep. Magd. praecedente de obitu imperatoris relatum erat*. h) *haec in* 1 *omissa habet etiam L II*. i) Yt. *L II*; secundo *add.* 2 *(ex l.* 32). k) Sed — intraret *habet L II solum*. l) dum — adventum *habet* 2 *solum*. m) *sic* 2. *L II cum Peg*. n) Richiza 2. o) *in* 1 *sequitur*: Luderus rex — — in claustrum *ex Cron. univ. Saxon. sumpta (cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 239) = *SS. XIV, p.* 416, *l.* 20—26, *et locus Gest. archiep. Magd.*: Conradus autem — — comparavit — *SS. XIV, p.* 416, *l.* 2—9.

1) Ad fluvium Unstrut situm. Cf. W. Bernhardi, 'Lothar v. Supplinburg' p. 605 sq. 2) Haec ex Cron. Reinh. sumpta esse ex eo patet, quod etiam Schedel in 2 habet (post l. 42): *Situm est predictum monasterium Lutrense iuxta Brunswig; fundavit etiam idem monasterium sancti Mauricii sanctique Cristofori in Homburg.* 3) Situm ad fl. Regen in diocesi Ratisponensi. Cf. SS. XV, 2, p. 1079. Sane haec H. Schedel non ex Cron. Reinhardsbr. exscripsit. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 270.

Conradus Frederici ducis Swevorum germanus[a], qui antea quoque regium[b] nomen sibi usurpaverat, apud Confluenciam media quadragesima[c] in regem eligitur et ad[d] proximum[e] penthecosten ad curiam Babinberg[f] habitam Aquisgrani[g] plurimis regni principibus confirmatur. Hic regnavit annis XV. Cr. Minor. Cr. S. Petri.

Anno Domini M°C°XXXIX°. Synodus magna apud urbem Romam cum diversarum provinciarum episcopis et abbatibus media quadragesima sub papa Innocencio celebratur. Discordia gravis inter Conradum regem et Heinricum ducem Bavarorum atque Saxonum principes[h] exorta est, propter Saxonis videlicet ducatum a rege eidem Heinrico duci[i] ablatum et Adelberto marchioni prestitum. Quem ducatum cum dux Heinricus et reliqui Saxonum principes adversus eundem Adelbertum marchionem armis defenderent, rex hoc indigne tulit, et Saxoniam hostiliter intraturus circa Herafeldiam exercitum constituit. Saxones vero proprium transgressi limitem, in partibus Thuringie super fluvium[k] Werra[l] castrametati sunt, paribus atque ardentibus animis in utrumque parati, aut fortiter vincere aut non laute mori. Quorum rex audaciam veritus *sanguine iudicium facere* noluit, sed consilio cum regni primatibus habito, dextras dedit, accepit, et sic usque ad proximum penthecosten pace composita, greges turmarum, qui cum ipso[b] fuerant, dimisit. Cr. S. Petri. f. 316d.

Anno Domini M°C°XL°. Ludewicus primus principalis[i] comes, filius fundatoris nostri[k], pridie[l] Idus Ianuarii obiit sepultusque est[l] in Reinhersborn[m]. Udalricus Bohemorum dux et Wilhelmus palatinus comes obierunt. Conradus rex circa purificacionem Marie curiam suam habuit Wormis[n], ubi Ludewicus tercius, filius Ludewici provincialis comitis, admodum puer, clemencia regis ac principum Thuringie adeptus est principatum. Ubi eidem principi desponsata fuit soror eiusdem regis Conradi[2] et Frederici ducis Swevie, postea imperatoris, Iutta lantgravia[3].

Anno Domini M°C°XLI. Cecilia filia comitis Ludewici primi[o-4], scilicet fundatoris Reynersbornensis, relicta comitis Gerlaci[5], obiit, sepulta in Reynersborn. Rixa[p] imperatrix obiit. ib.

Anno Domini M°C°XLII°. fundatur claustrum[q] Vallis Sancti Georgii[6] [haud[r] procul a monasterio Reinhersbornensi]. Item eodem anno rex et Saxones pacificantur in curia Francfordia. Eodem anno[s] monasterium sancti Petri in Erphesfurt[t] exustum est [VIII.[t] Idus Maii] et maxima pars eiusdem[u] loci et[v] monasterium sancti Severi. Cr. Minor. Cr. S. Petri. f. CCCXVII°. Ann. S. Petri mai.

Bavarie, cognomento Superbus, per potenciam prevaleret, in media quadragesime[w] in oppido Gallie seu Rheni[7] Confluencia conventum celebrant ibique Conradum Heinrici quinti sororium, fratrem Friderici ducis Suevorum, presente Theodewino episcopo Portuensi cardinali, Romane ecclesie legato, regem creant. Qui ad Aquisgrani veniens ab eodem cardinali[x] — nam Coloniensis, qui iure facere deberet, noviter intronizatus pallio carebat —, cooperantibus Coloniensi, Trevirensi archiepiscopis cum ceteris episcopis, in regem inungitur. Inde in die pentecosten[y] in Bamberch Saxones cum imperatrice Richiza venientes ultro se Conrado regi[z] subdidere. Solus ex principibus Heinricus dux regalia servans aberat. Inde Ratispone regalia reddidit, tandem in palacio Goslariensi ducatus[a] abiudicatur. Ita princeps potentissimus, cuius auctoritas a Dania usque in Siciliam extendebatur[b], ut in Bavaria ab amicis relictus, clam inde egressus, quatuor tantum comitatus socios in Saxoniam veniret. Hic Conradus rex, sororius Heinrici quinti, duxit uxorem Gerdrudem filiam Perngeri comitis de Sultzpach, qui fundator extitit monasteriorum in Castello et Perchtesgaden; que Gerdrudis in Castello est sepulta[c]. Ex eo sustulit filium nomine Heinricum, quem in Franckfurt per eleccionem principum regem constituit, iubens eum esse regni participem; qui non diu supervixit. Porro Fridericus dux Suevorum, frater Conradi regis, duxit Utam[c] filiam Heinrici Nigri ducis Bavarie, sororem Heinrici Superbi, ex qua sustulit filium nomine Fridericum, huius nominis primum imperatorem, qui successit Conrado in imperio. Qui Fridericus genuit Heinricum sextum et Philippum; qui defuncto Heinrico in dissensione principum cum Ottone quarto de Brunswick in Romanorum regem est electus. Heinricus sextus genuit Fridericum secundum imperatorem. Fridericus secundus genuit Heinricum et Conradum, Heinricum fecit regem Romanorum, quem postea in carcere mori fecit. Quo defuncto Conradus frater eius in regem eligitur. Conradus hic genuit Conradinum ex Elizabeth filia Ottonis ducis Bavarie. Defuncta Iutha uxore idem ~~Fridericus dux Suevorum~~ aliam duxit uxorem de genere comitum illorum de Zusanburg et de Sarburg, ex qua genuit Conradum et filiam nomine Iutham[d], quam duxit in uxorem lantgravium de Thuringia, et ex ea genuit illum lantgravium, qui postmodum proxime consanguinitatis inmemor Philippo regi rebellavit. Iuttha soror Conradi regis et Friderici ducis Suevorum ac filia Friderici de Stauffen, postea ducis Suevorum[10], nupsit Ludewico secundo lantgravio, cuius pater fuit filius Ludewici qui fundavit monasterium in Reinhersborn[d]. Ott. Fris. Chr. VII, 22. ib. c. 23. ib. c. 22. Chr. Urspreg. p. 345. Cron. Reinh. Gener. Reinh.

a) *sic* 1 *cum Ann. Pegav.*; germ. Fr. d. Swevie *L II.* b) regii 1. c) XL° 1. d) *sic L II*; in 1. e) proximii 1. f) Babinbergeñ 1. g) *sic* 1. *L II; corruptum ex* a quam. h) *sic* 1. *L II.* i) *sic L II*; Wesera 1. i*) vel provincialis *add. T.* k) *sic T*; fund. Reynersbornensis ecclesie 1. l) sepultus *T.* m) *sic T*; in eodem cenobio iam dicto 1. n) wormiñ 1. o) f. secundi Ludewici *L II.* p) Richiza 2. q) *sic* 2; conobium *L II*; f. V. S. G. id est cenobium 1. r) *uncis incl. ex* 2 *suppl.; om.* 1. s) *sic* 2; Erffordia 1. t) *uncis incl. ex* 2. *L I. II suppl.; om.* 1. u) *sic* 2. *L II.; om.* 1. v) *sic* 2. *L II.* eciam *add.* 1. w) *sic* 2. x) cardinal' 2. y) pentecost' 2. z) *sic iterum* 2. a) ducat' 2. b) *quaedam verba male omissa.* c) *sic h. l.* 2. d) Reinhersborñ 2.

1) Haec verba conveniunt cum epitaphio eius, Thur. sacra p. 86. et tab. VII. 2) Minime soror, potius filia fratris Conradi III, Friderici II. ducis Sueviae. Sane chronista hoc errore inductus coniecisse videtur haec sponsalia Wormatiae a. 1140. facta esse, qui et infra p. 536, l. 13. *et Conradi* falso inseruit. 3) Quae Claricia vocatur ab Ottone Frising., Gesta Frid. I, 22. 4) Secundi potius, ut L II habet. Etiam l. 15. comites falso numerati sunt. 5) Cf. supra p. 523. 6) Cf. infra f. 330d, ubi a. 1141. indicatur. 7) *Rheni* ex Chron. Ursperg., SS. XXIII, p. 343. 8) Immo in monasterio Ebracensi. 9) Hoc ex Cron. Reinh. 1140. 10) Fridericus I. dux et Fridericus II. dux confusi; cf. Chron. Ursperg. p. 339.

1149. Anno Domini M°C°XLIX°.[1] Conradus marchio Misnensis dedit ecclesie Reynersbornensi pro se et uxore sua Lughārda et omnibus parentibus suis de propria hereditate predium unum, quod Torgow nominatur, super ripam Albeam, cum ecclesia cumque omnibus suis pertinenciis, hoc est terris, arbustis, cultis et incultis, agris, pratis, paseuis, aquis aquarumve cursibus, piscacionibus, viis et inviis, exitibus et redditibus; insuper et villam Botsesse cum suis pertinenciis locumque quendam in ipso flumine Albea situm, qui vulgo Wert dicitur, et decimas de dominicalibus nostris in villa Staritz et in Tressegowe aliasque decimas ad prefatum locum pertinentes cum modiis, qui singuli de singulis mansis redduntur, quibus ipsa ecclesia primo ditata est, decimam piscacionum de stagno a piscatoribus Gnosene. Hec bona dominus abbas Ernestus, ne quis[a] alicui layco vel seculari viro in feudum vel in ius feudi prestare presumat, districte inhibuit per[b] privilegium; quod privilegium[c] dominus Adelbertus archiepiscopus Moguntinus confirmavit[2].

cf. H jor. Thur. c. 11. Ludewicus itaque secundus provincie comes, tocius virtutis accinctus potencia pace et bello[3], [accepta[d] legali copula] lutta Frederici et Conradi[e,4] imperatoris germana suscepit ab ea serenissimum[f] indolis Ludewicum iuniorem[g], tercium[h] sui nominis lantgravium, Fredericum de Cegenhayn[i], Heinricum iuniorem cognomento Raspen tercium et Her- 15
cf. 317[k]. mannum illustrem huius provincie principem et Saxonie comitem palatinum[l] atque serenissimam[k] filiam[m] nomine Iuttam, comitissam de Rabinsberg[l,5].

[Anno[m] Domini M°CXLVI. Alheidis comitissa[6], filia secundi Lodewici, obiit].

Cr. S. Petri Anno Domini M°C°XLVII°. Conradus rex cum Ludewico rege de Gallia, cum multitudine grandi episcoporum, ducum et comitum proficiscuntur ad Terram Sanctam contra paganos pugnatori . . . . .[n] 20

[Anno[o] Domini M°CXLVIII. Hedewig[p] relicta primi lantgravii obiit[7]. Et sepulta est in Reynhersborn].

ib. [1] Anno Domini M°C°LII. Hermannus comes de Winczenburg in eodem castro a suis hominibus una cum coniuge sua flebiliter occiditur propter[q] pecunias suas ac thesaurum suum[8]. Conradus[r] rex Romanorum[s] XVI. Kal. Martii[t] rebus humanis excessit; eique[u] Babinberg regum[v] more funebria[w] explentur, ac Spire[x]] sepelitur. 25 Cuius loco Fredericus Swevorum dux media quadragesima Francfort[y] rerum summam suscipiens in regem eligitur et
cf. 317. Aquisgrani die[z] palmarum regali benedictione sublimatur[z]. Unde[a] Fredericus rex Romanorum ad penthecosten curiam suam Merseburg habuit, quo rex Danorum cum regiis muneribus veniens regnum ab eo suscepit; ubi eciam gravis discordia inter Heinricum Saxonum ducem et Adelbertum marchionem oritur. Quibus inter se hostiliter posita dimicantibus opulentissima villa, scilicet Ostirroth, mire pulchritudinis edificium in Lutrede, pleraque castella ac ville quam 30 plurime devastantur[b].

Anno Domini M°C°LIII. Rex Fredericus curiam suam in octava penthecosten[c] cum duobus cardinalibus Gregorio ac Bernhardo magnoque conventu abbatum ac prepositorum Moguntinensis archiepiscopatus apud Wormaciam habuit, ibique Heinricum Moguntinensem archiepiscopum deposuit eique Arnoldum tunc temporis cancellarium subrogavit.

Cr. Minor II6. [Anno[d] Domini MCLIIII. Beatus Bernardus migravit ad Christum. Fuit XXIII annorum, cum intravit religionem, 35 et cum XXX sociis intravit; sexaginta quatuor annos habuit, cum obiit, et amplius quam C et LX[e] monasteria reliquit, que ipse tempore suo fere omnia instituit.[10].

a) *supplevi; om.* 1. — b) *emendavi*; et 1: *fort.* per priv. *delenda.* — c) guilid 1. — d) *uncis incl. ex T suppl., ubi* accipiens leg. cop. Fr. imp. sororem Iuttam; *pro quibus habet* 1 de. — e) et C. *desunt T.* — f) *sic* 1; serenissime *Hist.* g) piu*m T. l. II.* — h) *sic* 2. *T. l. II.*, prm 1, *fort. ortum est* pium (p..g), *quod superscriptum in cod. antiqu. fuisse conicio* 1. 40 i) Czegenhagen 1; Cegenhayn 2; Cygenhayn *T.* — k) *sic* 2; serenam 1. — l) Rabinberg *T*; Rabinbergk 2. — m) *uncis incl. ex l. II suppl., fortasse tam supra inserenda; om.* 1. — n) 1 *add.*: ut antea potuit loco suo, *scil. in Conradi Halberst. Cronogr. f.* 191. *Unde librarius multa inter a.* 1147. *et* 1152. *omisit.* — o) *uncis incl. ex l. II suppl.; om.* 1. — p) Hedewigk *l. II.* — q) pr. — suum *om. l. II.* — r) *sic* 2 (Cuor.). *T*, Extunc post reversionem (suam *del.*) Conradi regis Rom. de terra sancta XVI. 1, *immutata propter omissa.* — s) *sic* 1. 2; *om. T.* — t) *sic* 2. *T*; Maii 1. 45 — u) *sic* 2. *T*; et in 1: Post hec in Bab. moritur *l. II.* — Babenberg *T.* — v) *sic* 2. *T*; regio 1. *l. II* (m. r.). — w) *sic T.* 2 (funera); fun — Spire *om.* 1; Et m. r. in Spira sep. *l. II.* — x) Francford 1; Franckvort 2; Franckfort *T.* — y) *sic* 2. *T*; in die 1. *l. II.* — z) *in* 1 *sequitur*: Capo XXIX. Wichmannus — fuerunt combuste — *SS. XIV, p.* 416, *l.* 10 — 417, *l.* 2, *et f.* 317b, 317c: Et hii — et confessoris — *ib. p.* 417, *l.* 24—28. — a) Unde *a librario cod.* 1 *additum videtur.* 50 b) *in* 1 *sequitur*: Item idem Wichmannus — — ut dicitur — *SS. XIV, p.* 417, *l.* 32—35. — c) penthecoste 1. — d) *uncis incl. ex* 2. *l. II suppl.; om.* 1. — e) annos *add.* 2.

1) Immo a. 1119, data est carta, ex qua sequentia ad verbum descripta sunt; Codex dipl. Sax. regiae I. II. p. 50 sq., nr. 58; Reg. Thur. I, nr. 1142. Auctor huius cronicae aut compilator posterior anni numerum falso legit *MCXLVIIII.* pro *MCXVIIII.* Neque huic anno locus convenit, quo haec in cod. 1 posita sunt, inter a. 1142. et 1147. — 2) Hic constituente Ernesto I. abbate a. 1136. praecepit, ut nullus abbas quicquam de omnibus bonis monasterii Reinhardsbr. *cuiquam libero viro vel ministeriali prestare presumat pro servitio militari*; vide cartam eius editam ab A. Naudé l. l. p. 126 sq. — 3) Plura etiam quam T praebet hoc loco excidisse videntur, scil. quae Hist. br. princ. Thur. habet: *supra modum gloriosus extitit. Qui.* — 4) Cf. supra p. 535, n. 2. 5) Cum Hermanno III. comite de Ravensberg inpserit. 6) Uxor olim Udalrici II. comitis de Wimar. Vide supra p. 523. — 7) Eadem habent Ann. Pegav., SS. XVI, p. 258. Cf. N. Archiv' XXI, p. 731. 8) Cum in l. II *propter — suum* omissa sint, haec a librario codicis 1 addita esse coniecere potes, qui in Conradi Hälberst. Cronogr. f. 192. de Hermanni nece et thesauro eius ex Chron. univ. Sax. c. 289. retulit, sed ibidem eum nominavit Hermannum *de Herbipolim*, legens *Wircenburch* pro *Winzeburch*. 9) *Spire*, quod falsum est, inserit chronista ex Cron. Minore p. 192. — 10) Multa inter a. 1153. et 1160. a librario cod. 1 omissa esse puto, ea omnia ex hac

[Anno[a] Domini MCLX.] <Post hoc[b]> Arnoldus archiepiscopus[c] a civitate Moguntina[d] fugatur[e] et secedens in Cr. S. Petri.
Thuringiam, collecta militari manu non modica, quasi armis civitatem capturus atque meritas penas [*]presumptoribus *f. 317c.
irrogaturus reverititur[f]; quem cives apud Sanctum Iacobum[g], antequam eius partis frequentes armati convenissent, cum
paucis repertum, incenso[h] monasterio, gladio perimerunt[i] ac pedibus de ecclesia tractum in platea indigne ac miserabili
spectaculo nudum reliquerunt. Item Udalricus Halberstadensis[i] episcopus neque legitime accusatus neque canonice
auditus vel diiudicatus pro libitu Heinrici ducis a cardinali Gregorio[k] abbate deponitur, et Gero decanus loco eius
subrogatur. [i*]Principum episcoporumque conventus VIII. Kal. Augusti super regni negociis Erfordie celebratur. Ubi
Moguncienses[k] inmanis[l] facinoris rei extinccione luminum, ut par[m] fuit, exercrantur et communione privantur; qui tam
gravem sui casus damnacionem[n] parvipendentes vel pocius dissimulantes, Rodolphum[o] Bertoldi ducis germanum sibi pre-
sulem elegerunt. Quo contra Conradus palatinus ac Ludewicus lantgravius IIII[o] Nonas Aprilis[p] apud Francfort[q], ib.
suffraganeorum episcoporum ac Trevorensis, legati apostolici, non presencia, ymmo legacione freti, Cristanum[r] Mers-
burgensem prepositum, paucis arbitris, episcopum constituerunt[s]. Hinc partium sedicio exoritur, rerum facies contra
bonum[t] et equum variatur, dum laicorum pro arbitrio ecclesiastica disponuntur, potentum quorundam violencia epi-
scopium incursatur, evisceratur[u], devastatur. Comes Siczo de Thuringia vel de Kevernberg obiit.

[Anno[v] Domini MCLXI.] Apud Laudam civitatem XII[o] Kal. Iunii Victor papa[w] habita synodo, presente impera- ib.
tore Frederico, Rodolphum Moguntinensem electum et Cristanum[x] superelectum, utrosque ecclesiastica censura depo-
suit ac Conradum Ottonis Noricorum palatini comitis germanum prefate sedi intronizavit. [Eodem[y] anno Uto
filius Cecilie filie fundatoris monasterii Reinhersbornensis[2] fit episcopus Cycensis].

Et demum postquam [*]Fredericus rex expugnavit civitatem Medyolanensem[3], manu gravissima ac si *f. CCCXVIII[a]. ib. 1162.
lanigerum pecus dilaniatur terreque funditus coequatur. Futurorum enim eventus per omen et nomen ipsius civitatis, ut
in hystoriis legimus, hiis olim prenotatus fuerat versibus:

Versus: *Sus fuit inventus, quo fixit castra iuventus,*
In medio tergo lanam tulit; occidit ergo,
Nomen ut aptarent Medyolanumque vocarent.

Tunc Colonicasis archiepiscopus, qui cum potenti manu ibi fuit, loco salarii et stipendii impetravit ab imperatore trium Cr. Minor.
magorum corpora, que Mediolanis extra muros ante portam in ecclesia sancti Eustorii servabantur in uno sarchophago
marmoreo; quibus habitis in Coloniam quasi triumphator secum tulit gaudens et ibi in maiori ecclesia[z] sancti[w] Petri
honorabiliter collocavit. Item Gero episcopus Halberstadensis[1] in eadem expedicione eciam fuit presens et Cr. S. Petri.
reportavit aut transtulit secum [a*] Mediolano] in Halberstat[1] ossa sanctorum Gervasii et Prothasii.

[Anno[y] Domini MCLXIII. Imperator Fridericus[z] de Italia revertitur et apud Wirtzpurg[a] principum frequencia
excipitur]. <Item[b] tunc temporis> Erfordia Conradi archiepiscopi ac civium industria lapideo
muro circumdatur[4].

Anno Domini M°C°LXIIII°. imperator de Ytalia revertitur. Murus Erfordensis a Ludewico II° lant- ib.
gravio funditus destruitur[5].

Anno M°C°LXVI.[c] Conradus Moguntine sedis electus, iusticie tenax, a Friderico impe- cf. ib. 1165.
ratore deponitur; pro quo, per biennium ecclesia vacante, Cristanus[d] in Francfort[e] primo electus reponitur. ib. 1168.
Imperator Ytaliam rediit[6] et

Anno Domini M°C°LXVII. imperator dum in Anchonitana[f] esset civitate, Moguntinus et Coloniensis archi- ib. 1166.
episcopi regia manu cum Romanis prelia commiserunt, et Hermanno Coloniensi prefecto[7] pauciscque Theuto-

a) *uncis incl. ex 2 suppl.; om.* 1. b) P. h. *desunt* 2. c) Maguntinus *add.* 2. *L II.* — d) *om.* 2. *L II.* e) *sic* 2; effugator 1. f) VIII. Kal. Iulii *fort. ex L II supplendum.* g) *sic* 2 (mon. inc.); incenso 1. h) *sic* 1; peremerunt 2. i) halbē 1. i*) Eodem anno *praemittunt* 2. *L II.* k) Maguntinenses 2. *L II.* l) in maius 1. m) ut pfuit 1. n) dōnacōm 1. o) Rudolffum 2. p) Kal. Novembris *L II ut P.* q) francforđ 1; Franckfurt 2. q*) Cristianum 1; Cristannum 2. r) constituunt 2. *L II.* s) fac. contrariorum 1. t) cuisseratur 1. u) *ex L II suppl.; om.* 1; Sequenti anno 2. v) generali *ex 1, II fort. supplendum.* v*) xpianum 1. w) *bis scr.* 1. x) a M. y) *uncis incl. ex 2 suppl.; om.* 1. *Sed omnia quae L II ad hunc a. ex Cron. S. Petri habet ex hac Cron. sumpta videntur.* z) *deest L II.* a) Herbipolim *L II.* b) It. t. t. *om.* 2. *L I*; Eodem anno *L II.* c) M°C°VI. 1; *ad a. 1166. ex hac Cron. sumpta habet haec etiam L II.* d) Cristianus 1. e) francford 1. f) *sic L II*; dum mathonicana 1.

Cron. sumpta esse quae Hist. landgr. Eccard. c. 382 sqq. sub his annis cum Cron. S. Petri convenientia habet. 1) Hoc nomen ex p. 536, l. 32. sumptum videtur. Cf. supra p. 368, n. 7. 2) Cf. supra p. 523. 3) Multis omissis haec a librario cod. 1 mutata esse patet. 4) Ad a. 1163. habet haec cum 2 etiam Hist. landgr. Eccard. c. 384; ad a. 1164. Cron. Thuringorum Isenac. ampliata. 5) Cf. Cron. S. Petri 1165, supra p. 370; Ann. S. Petri mai. 1165, SS. XVI, p. 23; Cron. civit. Erford. 1162, Mencke II, c. 561. Sed ad a. 1164. habet haec etiam Hist. landgr. Eccard. l. l. ad verbum cum hoc loco congruens. (L I ad a. 1164: *muro . . . qui sequenti anno destruitur*). Econtra Liber cron. Erford.: *A. D. MCLXV.* (falso *MCLX.* cod. Vindobon., GQ. d. Prov. Sachsen' I, p. 205) *Murus Erfordensis a lantgravio Ludewico huius nominis quarto et comite provinciali secundo, cognomento Probo, destruitur et funditus evertitur.* Unde Schedel in 2 (Wenck p. 92; non ex nostra Cron.) sua sumpsisse videtur: *Deinde a Ludewico secundo lantgravio, huius (!) quarto et comite provinciali secundo, cognomento Probo, destruitur murus Erffordensis MCLXV.* Ad verba Libri cron. Erford. proxime accedunt Ann. Wormat. br. 1170, SS. XVII, p. 74. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 510 sqq. 6) Recte haec ad a. 1166. sequentia ad a. 1167. relata sunt in hac Cron., cum Cron. S. Petri et *Rursus imperator Italiam ingreditur* et sequentia ad a. 1166. habeat. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 722 sqq. 7) Herimannus advocatus urbis in cartis Coloniensibus a. 1139—1159. occurrit (cf. Fr. Lau, 'Die erzbischöfl. Beamten in der Stadt Köln'. Diss. Bonn. 1891. p. 28. 34 sqq.); illo proelio eum occisum esse nusquam alibi quidem

Gr. S. Petri. nicorum interfectis, primo quidem de prelio victi recesserunt. Tum[a] vero nocte proxima ante lucanum surgentes
f. 318b. Romanos de priori victoria elatos deque suorum multitudine securos armis repente invaserunt, ad tria circiter milia virorum, duos cardinales occiderunt, capitorumque VII, ut dicitur, milia ceperunt. Quo feroci impetu Romanam quoque aggressi civitatem, ianuas ecclesiarum sancte Dei genitricis Marie ad Gradus sanctique Petri apostolorum principis securibus exciderunt ipsasque ecclesias igni succenderunt; Romanos, qui pro locorum munitione et tuitione intus refugerant, 5 gladio perimerunt, altaria sanguine aspersa, nichil pietati, nichil proch dolor! religioni delatum. Hiis audacter patratis papa Paschalis altaria, quasi sub Alexandro papa polluta, destruere et nova cepit[b] reedificare, consecraciones episcoporum et abbatum facere, fasque nephasque confundere. Sed Deus ab alto cuncta prospectans iniuriam summi regis genitrici[c] eiusque vicario beato Petro illatam nequaquam tulit impune. Extemplo[d] siquidem nebula[e] quedam pestilens ac fetida totum pene exercitum aquaminavit, primoque Colonienscm archiepiscopum complurcsque episcoporum, duces ac 10 quosque in exercitu prepotentes iuficiens sine mora extinxit. Eademque mortifera lues regem quasi vitabundum cum reliquis recedentem persecuta, nunc hos, nunc illos et illos diversis in locis miro divine ultionis iudicio, cuique nigro[f] caractere inter scapulas apparente, exanimavit. Huc accessit, quod Medyolanenses, qui post sue excidium civitatis quatuor opida per quatuor plagas imperiali edicto fecerant, sed post quadriennium inolita sibi recalescente superbia vel
f. 319a. animositate a rege defecerant, III[or] ibidem civitatibus in unum collectis vetus Medyolanum refecerant, imperatorem 15 aliis intentibus[g] reliquis Yalicis per insidias insecuti, nonnullos regalium satellitum occiderunt pluresque captivos abduxerunt, ipsumque imperatorem contra regie maiestatis honorem ac pristine virtutis insigne Italia tandem excedere Alpesque transcendere compulerunt. Heinricus Bavarie dux ac Saxonum, imperatore in Ytalia moram faciente, contra Ludewicum lantgravium reliquosque Saxonum principes monocerotis in morem solus cum suis per biennium fere preliabatur, et nec[h] sacre observacionis tempora nec fides iurisiurandi[i] nec paris ab eo condicio servabatur, sed incendiis, rapinis, castel- 20 lorum oppugnacionibus[k], membrorum obtruncacione[l] tota Saxonia atque Thuringia vexabatur, adeo ut mala res et peior spes metu perculleret omnes tam clericos et monachos quam seculares.

1168. Mart. 31 [m]Anno Domini M°C°LXVIII°. imperator post paschalem festivitatem[n] Ratispone curiam suam habuit[1]. Ubi ipso[o] elaborante Ludewicus Thuringie lantgravius cum Heinrico Saxonum duce, absentibus licet reliquis Saxonum principibus, in pacem rediit. [Ludo- 25 vico[p 2] igitur Thuringorum lantgravio secundo cum imperatore in negociis imperialibus occupato], [nobilis[q] uxor sua] lutta lantgravia, soror imperatoris, cepit edificare quasi viridarium apud[r] Album-lacum[3] castellum, ut ibi hospicium haberet[s] infra terminos Wartberg[t] et Nuenburg[u] circa[v] Friburg; quod cum comes Fredericus de Bichilingen[w] contradiceret, et illa non obmitteret, querimoniam fecit ad imperatorem, quod soror sua lantgravia 30 castrum edificaret in finibus iuris sui[x], ac[y] imperator convocato lantgravio edificacionem illius[z] castri sibi interdixit. Lantgravius vero iratum se fingens misit nuncios ad venerabilem uxorem suam, sub[a] optentu gracie[b] edificacionem illius[c] castri publice interdixit.
f. 385c. Postea vero secreto sibi[d] nuncio transmisso, ut incepta perficeret, suppliciter exoravit; que[e] ibidem, ut inceperat, inexpugnabile castrum fecit.

[Anno[f] Domini MCLXIX. murus Erfordensis[f] a Cristano[g] Maguntino archiepiscopo permissu imperatoris denuo reparatur[4]].

1170 Item anno Domini M°C°LXX°. Ernestus comes[5] a Ludewico comite diu in vinculis retentus
cf. S. Petri. imperiali edicto tandem decapitatur. [Imperator[h] Erfordie circa nativitatem sancti Iohannis habita

a) Cum *L. H.* b) *sic 1. L. H*; *r. e.* c) genitricique *I.* d) exemplo *L.* e) *am. L.* f) nigri (nigreque) *L*; nigro quodam *P.* g) sunt *L.* h) ut *L.* i) iusiurandi *L.* k) oppugnantibus *L.* l) obtruncacione *L.* m) *sic 2*; Unde *praemittit L.* n) *sic 2* paschalem; post paschas *L.* o) *sic 2*; ipse *omisso* elab. *L.* p) *uncis incl. praebet 2*; *om. 1, pro quibus*: Inter hec *L.* *Quae authentica probant L. L. H., ubi* Ludewico in curia imperatoris in Ratispona existente in negociis imperialibus occupato, *et E., ubi* cum Ludewico 2[us] lantgravius Thuringorum esset in curia imperatoris et in negc imp occupatus. q) *haec praebent E. L. L. (H); om.*? l. lutha uxor sua *2. ubi* lantgr. *om.* r) *sic 1. 2. E*; iuxta *L. L. H.* s) *ex 1. L. L. H.* haberent *2.* t) Warperg *2.* u) *sic 2*; Nuenborg *1.* v) c. Fr. *om. 2. L. L. H. E.*; *cf. supra p. 543, l. 10.* w) Bichelinge *2.* x) *sic 1. L. H.*; sue *1*; sui iurix *2. E.* y) *sic 2. L. L. H. E.* ipsius *1.* z) *sic 1. L. L. H. E.*; et sub *2.* a) *sic 1. 2*; sue *add. L. L. H. E.* b) *sic 2. L. L. H. E.*; *om. 1.* c) *sic 2. L. L. H. E.* nuncio sibi *1.* d) que — fecit *praebent 2. L. L. H* (Quo ibi *2*); et tandem opus inceptum perfecit *1.* e) *uncis incl. praebent 2. E. L. L. H. Pist. inter excerpta ex Ann. S. Petri mai., procul dubio ex T. cf. supra Introduct., am. 1.* f) erffordensium *L. L.*; per Ludoricum, ut prius scriptum est, lantgravium destructus *add. 2.* g) Cristanno *2. L. L.* h) *uncis incl. ex 2 suppl. om. 1.*

relatum est. Sed verum esse potest, cum Rainaldus in epist. Sudendorf, Reg. II, p. 148, nr. 62, quosdam Colonienses in hac priore pugna occisos esse dicat. 1) Certe non Ratisponae haec curia facta est. In curia Wirziburgi hm. 29. celebrata reliqui principes cum Heinrico duce reconciliati sunt. Neque tamen facere possum, quin haec, praesertim *Ubi ipso — rediit*, ex annalibus antiquis sumpta esse censeam. Conicere potes Ludowicum lantgravium ad alteram earum curiarum, quas testibus Ann. Pahd., SS. XVI, p. 94, imperator ad d. Maii 5. et Maii 19. Wirziburgum convocaverat, adiisse. Notandum est etiam in Chron. regia Colon. de curia lun. 1. Francofurti celebrata relatum esse. Cf. W. de Giesebrecht, DKZ. V, p. 613 sq. VI, p. 484, sed dubitaverim, an hic recte haec enarraverit. Certe ex hoc loco patet lantgravium cum duce ante principes Saxonicos reconciliatum esse, quod auctor saec. XIII. vel XIV. comminisci non potuit, quamvis constet lantgravium etiam in curia Wirziburgi mense lun. ex. habita affuisse (St. nr. 4094). 2) Fabula sequitur. 3) Weissensee. 4) Cf. Ann. S. Petri mai. a. 1168, SS. XVI, p. 23; Cron. Erford. civ. ad a. 1169, a. 1162, Mencke II, col. 561; 'N. Archiv' XXI, p. 510 sqq. 5) De Glichen. Cf. Cron. S. Petri, supra p. 371.

curia Saxonum principes cum Heinrico duce post diu habitas inimicicias tandem pacificavit[1]. Adal- Cr. S. Petri.
bertus marchio obiit].

[Anno[a] Domini MCLXXII.] Post[b] hoc imperator congregato[c] exercitu volens intrare 1172.
Poloniam super Misiconem ducem eorum — ; qui cum fines eorum[d] intraret, more solito arridente a.
sibi fortuna, predictus scilicet Misico obviam sibi veniens dextras petiit[e] et accepit, multatus non parva pecunia;
annitente eciam Ludewico lantgravio, rebus pro voto[f] peractis revertitur[2]. Inde imperator
in Thuringiam regressus, in castrum principis Ludewici Nuwenburg[g] se recepit, ubi per
aliquod[h] dies ob eiusdem sororii sui sororisque amorem remansit. Circuiens intrinsecus
edificia considerabat singula, que omnia summe[i] sibi placuerunt, excepto quod tam inex-
pugnabili castro murum non validum nec solidum asserebat. Quod audiens lantgravius in
proxima nocte murum huic castro edificaturum, cui in confinio non esset similis, se pro-
misit. Quod ammirans imperator, tamen mane, cum surgeret, invenit murum viris for-
tissimis galeatis et[k] loricatis cum clippeis et[k] gladiis ubilibet, ita ut lateraliter se contin-
gerent, circumcinctum. Videns igitur ministeriales, milites et militares viros aliosque[l]
nobiles, illos omnes subiectos esse dominio sui[m], stupefactus, letanter confessus est se
murum preciosiorem ac[n] fortiorem non vidisse. Et demum post hoc in brevi inter- †CCCCXIX.
vallo idem Ludewicus lantgravius infirmari cepit et a Frederico imperatore[o] visitatus[p]
in eodem castro vita decessit[3]. Corpus vero eius in Reinhersborn[q], patrum suorum sepul- (Oct. 14).
ture locum, a propriis militibus suis pedestribus, ut dicitur, honorifice deportatum trans-
fertur[4] et a Wichmanno[r] venerabili Magdeburgensi[s] archiepiscopo cum ingenti exe-
quiarum honore [ac[t] frequencia populorum, tam clericorum quam laicorum, in medio
ecclesie in leva parte ante altare sancte Crucis[5]] terre commendatur.

[Anno[u] Domini MCLXXIII.] Ludewicus itaque III[us] lantgravius, prior natu, principatum et Cr. S. Petri.
probitatem[v] et nomen patris obtinuit. [Erat[w] enim illustris bello, sagax consilio, vir mansue-
tudine precipuus[6], egenis et pauperibus adeo visus est fuisse debitor, ut celesti sibi
videretur interesse convivio, si clamitantes post se mendicos aleret, si nudos operimento
tegeret]; [corpore[x-1] fuit apprime decorus, statura procerus]. Erat enim vir per omnia catholicus, plus religioni Ekk. 1099.
quam armis [vel?] fascibus deditus, apostolice sedi[y] subiectissimus et omnibus virtutibus preclarus. Hic celi-
batus pudorem perpetualiter conservare cum proposuisset, coactus tamen a suis ducis Austrie[8] filiam, famosissimi
pene nostrorum temporum viri, duxit uxorem. Cuius tam caste unus est coniunccione, ut vix crederetur eam umquam[z] 4
cognovisse. Legale illud precepium: *Honora patrem et matrem*, et fratres ac sorores diligendo, impera- Exod. 20, 12.
torem, avunculum suum, honorando et[b] obediendo, divitibus ac pauperibus omnem beni-
volenciam prestando, presbiteros tam seculares quam spirituales cum multa devocione
honorando, ... [c] et precipue ecclesiam a suis progenitoribus constructam, scilicet Reinhers-
born[d], venerabatur et diligebat eamque in multis prediis et promocionibus extollebat. Erat-

*) *L H habet:* Anno Domini M°CLXX°. Lodewicus Lodewici lantgravii filius cum ingenti gloria 1170.
magnisque expensis gladium ab imperatore Frederico Erffordie in ecclesia beate Marie virginis (c. Jun. 24).
accepit. *Quae ex hac Cron. sumpta esse optimo iure conici quidem, non certo demonstrari potest.*

a) *sic* 2. *L H. T* (Post hoc a. MCLXXII): *uncis incl. om.* 1. b) P. h. *om.* 2. *L H.* c) congregato *L H cum P.* d) Polo-
norum *L H cum P.* e) *sic L H*; petit 1. f) votis 2. g) *sic* 2; Nuenburg *T*; Nuenborgh 1. h) aliquos *L H.*
i) sibi summe *L H.* k) ac *L H.* l) strennuos *add. L H.* m) dom. eiusdem castri iure feodali *L H.*
n) et *L H.* o) imperatori 1. p) *sic* 2: est *add.* 1. q) *sic T*; Reynersborn 1. r) Wigmanno *T. L I. H.* s) Magd 1;
Meidenborg. *T*; Meydeburg. *L I.* t) *uncis incl. om.* 1, *praebet L I*; *etiam T habet:* in media ecclesia ante alt. s. Cr.
u) *sic* 2. *E*; *uncis incl. om.* 1. *T.* v) probi, *et in marg.* nobilit 2; *cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 267. w) Erat — precipuus
ex T. L I. (II), egenis — tegeret *ex L I. (II) supplevi*; *uncis incl. om.* 1, *oculo scribae aberrante, ut videtur, a priore* Erat
enim *ad sequens.* x) *haec ex T supplevi*; *om.* 1. y) *ex Ekk. suppl.*; *om.* 1. z) apostolici sede 1. a) nunquam 1.
b) *supple* ei. c) *sententiam ab Ekkeh. transsumptam auctor non ad finem perduxit.* d) *sic T*; Reynaersborn 1.

1) Verba a Cron. S. Petri differentia Schedel hoc loco mutasse videtur. Propius ad textum Cronicae S. Petri locus Historiae Eccard. (I. II) accedit, qui ex hac Cron. sumptus videtur, cum ibi legatur: *circa festum Johannis baptiste habito generali conventu.* 2) De hoc loco et sequente fabulâ vide 'N. Archiv' XXI, p. 707—709. 3) Die *II. Idus Octobr.* teste inscriptione sepulcri eius; vide tab. (8) in Thur. sacra. 4) Fabulam de hac re tradit Cron. Thur. Isenac. c. 14. § 3 (Pist. c. 21). 5) Cf. infra p. 548, l. 4 sq. 6) Eadem fere verba de hoc comite dicta vide infra f. 322*, p. 545, l. 29. 7) Ut P. Scheffer-Boichorst, 'Forschungen z. D. Gesch.' X, p. 12, n. 7, optime adnotavit, auctor cronicae vel alius quidam ex Ekkehardi Chron. furatus est ea quae minimis litteris excudenda curavimus, ad Ludowicum lantgravium fallaciter transferens quae Frotolfus de Conrado Heinrici IV. imperatoris filio dixerat. Cf. 'N. Archiv' XX, p. 617 sq. 8) Fuit ille, nomen et gentem uxoris Ludowici III. neseciens, ex arbitrio eam filiam ducis Austriae dixit. Ex Heinrici de Veldeke epilogo Aeneidos v. 13447—60, ed. Behaghel p. 538, patet Margaretam uxorem Ludowici III. fuisse filiam (Dieterici II?) comitis de Cleve.

que ei solempnis conswetudo in diebus festivis, scilicet in nativitate Domini, in cena Domini, in parasceue, in pascha et in aliis festivis diebus, ut[a] divinis officiis interesset et tam[a] se quam suos quam eciam omnem congregacionem laute et bene de suis procuraret, ut[b] post
f. 319b. recessum suum de iis que ei remanserant in cibo et potu per tridnum omnis congregacio bene procuraretur[d]. Erat enim idem princeps benignus et benivolus erga omnes homines, ita ut vulgo[c] diceretur Pius Lodewicus.

Cr. S. Petri. [Anno[d] Domini MCLXXV. estatis quoque siccitas magna fuit. Fertur eciam, quod fulmine quedam edificia sint consumpta, flammarum[que] violencia diversis in locis non parvam intulit cladem; unde et civitas Erffordie cum ponte institorum et[d*] quibusdam sanctorum ecclesiis quinto Nonas Julii exemate sunt].

Ann S. Petri mai. Anno Domini M°C°LXXVII. in festo sancti Iacobi apud Veneciam[e] mediante Cristano[f] Moguntinensi archiepiscopo imperatore[g] et papa post X et VIII[h] annos discidii reconciliantur; abdicato regis connivencia Calixto, Allexander papa habetur, edicta mutantur. Erfordenses consilio et auxilio comitis Erwini et comitis Heinrici quodam temerario ausu domino suo Ludewico, inclito provinciali, se opponunt et quecque ad eum spectantia civitati adiacentia quantum licuit devastant et incendunt. Ob quam presumptionem princeps in iram permotus[i] tria castella predicti Heinrici comitis in brevi oppugnans destruxit. [Imperator[k] de Italia revertitur].

[Anno[l] Domini MCLXXVIII. gravis discordia inter Phillippum Coloniensem archiepiscopum[m] et Heinricum Bavarorum et Saxonum ducem orta est. Unde idem antistes cum copiosa multitudine fines attingens Saxonie opida quam[n] plurima et civitates, prefato principe[o], incendit et destruxit; sed tandem mediante Wigmanno episcopo Magdeburgensi ultra degredi[p] desistens dextras dedit et accepit].

[Anno[l] Domini MCLXXIX. Cristanus archiepiscopus Maguntinus, Longobardis violenter oppressis, a filio marchionis de Monte-ferrea[p] sive[q] bello superatus sive[q] dolo defraudatus custodie mancipatur].

[Anno[l] Domini MCLXXX. Imperatore curiam suam circa epiphaniam Domini aput Herbipolim habente[r] Heinricus dux Saxonum potens et famosus inter regni primates, presenciam suam iam diu maiestati regie animose subtrahens, velud improbus invasor multarum ecclesiarum ac violentus oppressor Christi pauperum, ex sentencia imperatoris et unanimi consensu episcoporum et principum suis omnibus abdicatus proscribitur, et Saxonie ducatus eidem secundum censurain[s] presentium ablatus[t] Bernhardo comiti addicitur]. Principalis[u] comes Ludewicus, in militaribus nostris temporibus strennuissimus et bene audens, domini[v] imperatoris, avunculi videlicet sui, iussu et Coloniensis archiepiscopi ceterorumque principum rogatu condictum fedus prefato duci Heinrico[w] refragans, fines eius[x] bellica manu attigit villasque non paucas pro libitu[y] imperatoris devastavit et incendit. Deinde ducem eundem, copia militari vallatum, in Thuringiam secedentem e vestigio subsequitur, terramque suo dicionis ab eodem incendiis, rapinis, subversionibus iam pene desolatam dum conserto certamine armis conaretur defendere, suis enormiter[z] terga vertentibus, ipse cum paucis fortiter faciens [et[a], ut diverim, velud quondam Machabeus suc glorie fugiendo[b] crimen inferre nolens[c] contra princed
*f. 319c. virtutis insigne, miles[e]] emeritus, multitudine[f], non industria hostium, superatus, cum germano suo, comite *videlicet Hermanno, aliisque pluribus, necnon quibusdam utrobique interfectis, abducitur heu! captivus, non tantum Thuringie, ymmo toti rei[g] publice iusticiam[h] relinquens de sua[i] merito dolenda captivitate. Heinricus comes tercius Raspe, Lodewici lantgravii germanus, eodem anno obiit. Imperator querimonie principum super ducis intollerabili animositate satisfaciens et Saxoniam cum exercitu ingrediens, urbem antiquam Hartzborg[k] dictam cum aliis quatuor ob eiusdem offensam ducis reedificari precepit. Sicque pace usque penthecosten composita, greges iumarum, qui secum fuerant, abire permisit; illius quibusdam castellis in dedicionem[l] susceptis.

[Anno[m] Domini MCLXXXI. Imperator nativitatem Domini Erfordie celebravit. Cristanus[n] archiepiscopus a captivitate solvitur].

ib 1183. Anno Domini M°C°LXXXII°.[o] Castellum ducis[p] Heinrici Haldesleven[q] dictum a Wichmanno[r] Magdeburgensi archiepiscopo aliisque Saxonum principibus aliquamdiu obsessum, castellanis in pace dimissis, terre tandem coequatur.

*) *L H habet.* Anno Domini M°CLXXIIII°. Quidam miles de Franconia habens proprium castrum predam fecit monasterio Reynhardisborn in VI equis et curribus[s]. Quod audiens lantgravius infrascriptus[z] congregato exercitu obsedit castrum eius et destruxit. Ipse vero miles indutus sola linea cum nudato gladio procedendo ad pedes lantgravii cum optimatibus ipsius principis vitam vix obtinuit[y].

a) *suppl., om.* 1. b) *emendavi;* et 1. c) *sic T. E. L H;* a vulgo 1. d) *uncis incl. ex L I. H suppl.;* A. D. MCLXXV. Erffordie magnum contigit incendium 2; *om.* 1. d*) *om. L I.* e) Venecias 2. f) *sic L H;* Cristiano arch. Mog. 1; Cristiano 2. g) *sic* 2, papa et imp. 1. h) *sic* (decem et octo) 2. *L H;* XIX 1. i) promotus 1, pr. ira permotus 2; k) *uncis incl. ex* 2 *suppl.; om.* 1. l) *uncis incl. ex L H suppl.; om.* 1. m) archieppisc. *plerumque L H.* n) opidaque plur. *L H.* o) *sic tribus verbis omissis L H.* p) *sic L H.* q) sine *L H.* r) *in L H sequitur locus ex Cron. S. Petri E invertus.* s) per cens. secundum *L H.* t) ablatus *L H.* u) Post hoc princ. *pergit* 1, *praecedentibus omissis.* v) domū 1. w *delendum videtur, deest enim in L H, ubi haec imnutata inserto loco Cronicae S. Petri.* x) *sic L H;* suos 1. y) *sic L H;* prohibitu 1. z) *sic* 1 *et L H.* a) *uncis incl. ex L H suppl.; pro quibus* ut bonus 1. b) fugendo *L H.* c) valens *L H.* d) presciencie *L H.* e) strennuus iste Lodewicus *add. L H.* f) *sic L H;* multos 1. g) regi 1. h) *sic Ann. S. Petri codex* 2 *cum* 1. i) suo 1. k) Harczburgk *L H.* l) dedionē 1. m) *uncis incl. ex* 2. *L H suppl.; om.* 1. n) Cristanus 2; Et Cr. arch. Maguntinus *L H.* o) *sic* 1. *L H cum Ann. S. Petri cod.* 1, *etiam* 2 *ex sequentibus quaedam ad hunc annum praebet.* p) *sic L H;* Hinr. ducis scilicet 1. q) Aldidobin *L H.* r) Wigmanno *L H.* s) curris *L H.*

1) Eadem de Ludowico IV. lantgravio dicuntur in Vitae Elisabeth additamentis Reinhardsbr., Mencke, SS. II, c. 1992, qui locus et in hanc Cronicam receptus erat (v. infra f. 350a), et de lutta lantgravia eadem narrantur infra f. 395d. 2) Ludowicus III. dictus videtur, cum post haec legatur rubrica *De Lodewico lantgravio tercio.* 3) Eadem fere Ludowicus IV. lantgravius fecisse dicitur loco e Vita huius sumpto infra a. 1220, f. 355b-c. Sane haec etiam, quae *L H* habet, ex Cronica Reinhardsbr. sumpta sunt, sed fortasse ibi postea addita fuerunt.

Imperatore item[a] ut anno priori militari copia Saxoniam ingrediente, omnes pene ducis fautores ab eodem deficientes, ipsi imperatori se suaque dedentes, manus offerunt supplices dominumque suum solita militum frequencia destitutum tum ob regie timorem, tum ob animi levitatem derelinquunt velud alienum. Quem per solitaria loca, que vulgo 'dy heyde'[b] dicuntur, cum paucis decedentem imperator cum suis e vestigio insequitur; feciseque satis votis, eundem[c] scilicet apprehendo[d], si locorum difficultas non obstitisset; quippe huic loca nota, et quamquam angusta, sue tamen paucitati aditu facilia, regi vero minus nota suoque multitudini, [e]quoniam et aquosa, omnino inaccessibilia. Ceterum civitatem quandam [f]f. 319[a], ipsius Lubeke appellatam potenter oppugnans, civibus in prohibitu deficientibus, fortuna[g] sibi suisque solito arridenti[f], in dedicionem suscepit. Sicque, ut imperialem decebat dignitatem, gloriose rediens, in Quedelingeborg super negociis[g] regni tractaturus devenit. Prefatus[h] vero dux in arduo se positum durumque esse calcitrare contra stimulum iam nimis tarde considerans, tocius in regnum infestacionis conatum d i m i s i t et principes eximios, flores utique[i], ut ita dicamus, antique nobilitatis, Ludewicum lantgravium fratremque suum comitem Hermannum, postea palatinum[k], ob imperatoris offensam iam integro et semis anno in custodia detentos, absque iactura suorumque suarumque, ut augusti sospitos decebat, ipsi Goslarie [l]nunc manenti honorifice[l] remisit. Imperatoris[m] curia[n] circa festum sancti Martini Erfordie habetur. Ubi[o] comes Hermannus, frater Ludewici lantgravii, comes palatinus Saxonie efficitur. Saxonum et Bavarorum dux iam crebrius nominatus ad imperatoris curiam [p]sepe[p] vocatus venire hactenus animose refutavit [q]vel desperit[q]; nunc demum et sero nimis resipiscens extremaque necessitudine coactus imperatorie maiestati[r] se humiliter presentavit. Ubi, ut episcopi ceterique principes anno preterito lege forensi apud H a r b i p o l i m[p] in commune consuerant, dux idem suis omnibus, vellet nollet, se abdicavit, nichilque princeps famosissimus interque regni primates ad id temporis potentissimus de ingentibus diviciis, duobus videlicet ducatibus, [s]nisi duas tantum civitates, quarum una Brunswig, altera Lunenborg, [t]f. CCCXX[a]. et has quidem vix et egre, sed augusti clemencia concedente recepit.

Ann. S. Petri mal.

Anno Domini M°C°LXXXIII°.[a] Cristanus[t] Moguntinus archiepiscopus, iussu imperatoris iam per aliquod[u] annos in Ytalia cum exercitu moram faciens, audacia inclita patravit contra hostes regni preclara facinora[t]. Nam maritimas[v] civitates munitas[w] passim obtinuit, Tusciam rebellem occupavit, solitaque sibi arridente fortuna victor in omnibus extitit, tali modo in regni negociis indefesse desudans. Tandem inesperata egritudine corripitur, et de 1183.
non bene perpetratis, licet sero, intime tamen conpunctus, domino apostolico[x] confitetur, paneque celesti per eum accepto, viam universe carnis ingreditur. Quo taliter de hac vita (Aug. 25).
subtracto, Conradus Saltzburgensis archiepiscopus tam imperatoris quam tocius cleri ac civium Mogunciensium favore sedi sue, de qua iam per XX pene annos deiectus exulaverat, dendo intronizatur[3].

Anno Domini M°C°LXXXIIII°. Ludewicus[y] lantgravius Thuringie, egre ferens Ottonem 1184.
marchionem Misnensem[y] preter ceteras iniurias sepenumero ab eo acceptas predia peccuniis infra terminos provincie sue comparantem et se nimis[z] ignominiose coartantem, cum electa militum copia fines suos audacter ingreditur, perturbatisque suis, ipsum Ottonem[a] captivavit[b] et in castro Wartperg[c] custodie mancipat[d]. Principes ergo[e] Saxonie proinde ira permoti[f] imperatorem adeunt, pacem turbatam per lantgravium, qui regni principem captivaverit, conquerendo asserunt. Quos imperator blando affatu demulcens, lantgravio demandat, ut assumpto secum Ottone[a] marchione [g]ad curiam suam Fulde[g] celebrandam [h]f. 320[a]. veniat. Quo dum perventum est, marchionem captivitate absolvit et tam eum quam[b] omnes
Saxonie principes cum lantgravio in amiciciam confederavit. Post[i] hoc[i] imperator Fredericus curiam suam Moguncie celebravit, presentibus universis Theutonici regni principibus, (Mai 20).
a quibus eo mediante unus filiorum eius Heinricus nomine in regem electus coronatur[4], alter vero Fredericus milicie tyrocinio dicatus, mox a germano ducatu Swevie sublimatur. (Mai 21).
Hiis ergo patratis imperator ingenti tripudio affectus quam plures regia largicione donavit.
Post hoc imperator comperta discordia, que inter Moguntinensem episcopum et lantgravium

a) idem 1; *om. L II.* b) loca scilicet heide *L II.* c) *sic L II;* eundo 1. d) apprehendo 1; comprehendo *L II.* e) *bis scr.* 1. f) *sic* 1. g) *sic L II;* negocia 1. h) *sic L II, ubi* vero *om.;* Hinricus 1. i) itaque 1. k) latinum 1. l) manenti *iterum add. sed del.* 1. m) *sic T. L II (ubi* Deinde imp.*) cum Ann. S. Petri mar.;* Post hoc imperator circa f. s. M. curiam suam Erffordie celebravit 1; A. D. MCLXXXII. imperator Fridericus curiam suam circa f. s. M. Erfordie tenuit *E;* A. D. MCLXXXII. Imperator Fridericus primus Erffordie curiam suam celebravit 2 *ex E, ut videtur, ubi infra (Wenck p. 93) eadem iterum ex Cron. Reinh. ita breviata leguntur, ut non appareat, quae fuerit lectio codicis ab Hartmanno Schedel excerpti. Librario codicis 1 et E veram lectionem mutantibus, ut hi inter se et cum 2 contra T. L II conveniant, casu factum esse mihi persuasum habeo.* n) curia *L II.* o) *sic E. T. L II;* Ibi 1. p) *sic* 1. & *II.* q) venire rennuit *L II.* r) Erphesfordie *om. L II cum* 1. s) *sic L II;* M°C°LXXIII° 1.
t) *sic L II,* Cristianus 1. u) aliquos *L II.* v) marittimas 1. w) munitos 1. x) thuringe 1; Ludevicus illustris Thuringie lantgr. 3us 2; *sed L II ut* 1. y) *sic* 1. *L II.* Misnensium 2. z) *sic L II;* nimia ignominiose 1. a) *om.* 2. *L II.* b) *sic* 1. 2; captivat *L II.* c) Wartpere 2. d) *sic* 1. 2; mancipavit *L II.* e) igitur *L II;* vero 2. f) commoti 2. *L II.* g) *sic* 2. *L II;* Fulde 1. h) *bis scr., alterum del.* 1. i) P. h. *om.* 2; Eodem anno *L II.*

1) Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 712. 2) Lucio III. Cf. tantum rex coronatus processit. Cf. B. de Simson cius epist. d. d. 1183. Sept. 2, Jaffé, Reg. ed. 2. apud W. de Giesebrecht, 'DKZ.' VI, p. 67. 603. Aliter nr. 14909. 3) De hoc et sequente annalibus vide Scheffer-Boichorst in 'Mitth. d. Inst. f. Österr. 'N. Archiv' XXI, p. 715—720; praef. supra p. 497 sq. Gesch.' XI, p. 641.
4) In pentecoste. 5) Multi alii idem dicunt, sed

1184. versabatur, Heinricum iuvenem regem, filium suum, direxit Erfordiam, colloquium cum eis habiturum et pacem, si possibile foret, inter eos compositurum. Sin autem, sub interminacione districte in eos animadversionis imperatorie illis preciperet, ut usque ad audienciam eius neuter alteri quicquam inferre mali[a] presumeret. Quo dum ventum esset et causa ventilaretur, pacique componende pars comitum episcopi diu pertinaciter refra-
(Iul. 26). garetur, vix tandem et egre pace ad tempus condicta, divino repente iudicio trabibus domus, qua convenerant, disruptis in locum[b] cloace spurcissimum devolvuntur; unde Dei gracia
cf. Cr. S. Petri. plurimi vivi eripiuntur[1], V vero comites, Heinricus[c] de Swartzborg, tocius incentor discordie, Fredericus de Abinberg, Fridericus de Kerchberg[d], Gozmarus[e] de Cegenhain[f],
f. 320c. Burchardus[g] de Wartberg[2] cum quodam 'Beringero[g]' de Meldingen, sceno[h] suffocati miserabiliter interierunt. Tandem imperator apostolico[3] trans Alpes occurrit, et apud Veronam
(Oct. Nov.) convenerunt, ibique aliquamdiu super statu ecclesie et regni negociis consilium habuerunt; ubi princeps inclitus Lodewicus III[us] lantgravius, qui cum imperatore advenerat, ad honorem et ornatum dilecte sibi ecclesie Reynersbornensis[i] ampliandum usum infule per omnes
(Dec. 5). abbatum eius successiones cum privilegii auctoritate roboratum a domino apostolico impetravit[4,*]. Dum[5] ibi morarentur, causa quedam arduā inter eos ventilabatur. Cumque imperator cum principibus consilium debitum non[k] inveniret, pius princeps Ludewicus, convocato domino Hermanno abbate[l] Reynersbornensi, ipsum coram imperatore et omnibus circumstantibus principibus interrogavit, quod consilium daret super tali causa. At[m] ille, ut erat vir eruditissimus tam in diuinis quam in humanis legibus, optimum consilium dedit in talibus negociis. Quod consilium imperator et omnes principes affirmarunt et approbarunt, unde idem pater Hermannus ab imperatore et principibus multis diviciis et muneribus honoratus ad propria est reversus; cum quibus, ut dicitur, turres, campanas ac predia
Cr. S. Petri. construxit in cenobio suo et comparavit. Post hoc Heinricus rex, sicud instituerat, profecturus[n] Poloniam venit Hale. Ubi dum eum debita processione cives susciperent, ruptis funibus campane cessaverunt. Inde ultro[o] profectus[p] legatos Polonie dextras petentes suscepit et dedit; sic cum pace ad patrem revertitur.

*f. 320d. ib. 1186. [Anno[q] Domini MCLXXXVI]. . . . . [r] Gravis discordia [s]inter Conradum Moguntinum archiepiscopum et Ludewicum lantgravium denuo exorta, ville[s] quedam a militibus eorum in Thuringia et Hassonia[t] devastantur, ab episcopo castellum Helinginberc[u], a lantgravio castrum Gruninberg[v] edificatur.

1187. Et anno M°C°l.XXXVII. hyemps tepida et prorsus absque nive usque ad festum Sco-
Febr. 10. lastice[w]. Hoc anno abbacia in Breytingen[6] in dominium et proprietatem domini lant-
Cr. S. Petri. gravii devenit. Hoc anno Soladinus vel soldanus collecta multitudine Turcorum, Sarracenorum conflixit cum rege Ierosolimitano et Templariis [II.[x] Idus Iulii, capta dominica cruce et quibusdam episcopis et Templariis] cum Hospitalariis circiter M ducentis et amplius orciens Ierusalem et omnia castella christianorum cepit et omnem multitudinem in
II. II. ore gladii consumpsit. Fideles itaque qui supererant cum rege[7] litteras ad summum pontificem Romanorum[8] dirigunt, conquerentes sua infortunia et auxilium implorantes. Papa vero Romanus Clemens tercius misso apostolice sedis legato delinquentibus spondet veniam, merentibus consolacionem, anathematizatos reconciliat ecclesie, et quisquis pro Christo ex-

*) *T iam supra post p.* 540 *l.* 6. *habet:* Lucius tertius papa dedit privilegium Reinhersbornensi ecclesie de iustitia et libertate omnium bonorum suorum rogatu Ludovici tertii Pii lantgravii, dedit et infulam abbati.

a) male 1. b) *sic* 2; lacc 1. c) vero *iterum add.* 1. d) Kirchberg 2. e) Goßmarus 1; Gotzmarus 2. f) Czegenhagin 1; Cygehaim 2. g) Burckardus de Wartperg 2. g*) beringero 2; Hertingus *L II.* h) *sic* 1. 2 *pro* ceno. i) Reynerborn 1; Reinhersborn 2. k) *suppl. Weg.*; *om.* 1. l) abbti 1. m) *sic aut* Ac *in* 1 *legere potes.* n) proiecturus 1. o) *sic etiam P* 1 *cum* 1. p) proiectus 1. q) *sic E; uncis incl. om.* 1; *etiam in* 2 *his numerus anni non praemissus.* r) Et demum *praemittit* 1 *post omissa, quae desunt* 2, *E.* s) *sic* 2; villa 1. t) *incertum num* Hassoniā *an* Hassonia *in* 1. *E;* Hassavia 2. u) *sic* 2; Heylinginberg 1. v) Bruninberc edificatur 2. w) scholastice 1. x) *uncis incl. om.* 1, *scribae oculo aberrante a* Templ. *ad* Templ.; *ex P suppl.*

1) Inter quos lantgravius; Chron. Montis Sereni; Ann. Pegav.; Chron. reg. Colon. p. 134. Quod hic auctor sciens omisisse videtur. 2) Tria horum nominum quidem ex Cron. S. Petri inserta esse possunt; neque tamen hoc credendum est. Chron. Montis Sereni, SS. XXIII, p. 159, eosdem nominat, qui hoc loco recensentur, tres eorum in Ann. Pegav., SS. XVI, p. 265. 3) Lucio III. 4) Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 15130, d. d. Dec. 5. 5) Cum praecedentia aequalis fere scriptoris sint, sequentia multo post ab alio auctore addita esse l. 23. apparet. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 747, n. 2. 6) Herrenbreitungen ad fluvium Werra. Nihil hucusque de re hoc loco relata constat. Ludowicus tunc huius monasterii advocatiam suscepisse videtur. 7) Minime. Guido rex in proelio captus erat. Cf. infra p. 543, l. 10. 8) Urbanum III. Vide Terrici praeceptoris Templi epist., Chron. regia Colon. p. 137 sq.; Magni Reichersp. Chron., SS. XVII, p. 507 sq. Cf. Röhricht, Reg. regni Hierosol. p. 176, nr. 660.

torris fieri[a] voluisset, ex iniuncto sibi apostolice sedis officio indubitanter ei regni celestis H. R.
aditum patefaceret.

Unde anno Domini M°C°LXXXVIII°. Heinricus Albanensis episcopus, apostolice sedis H. R. 1188.
legatus, peragratis pluribus Germanie civitatibus, et[c] tandem Moguntiam ingressus est, (Mart. ex).
ubi dum imperialis aule sentiret instaurata commercia, serenissimis gloriosi imperatoris
Frederici aspectibus cum multo comitatu exhibitus est. Nam idem imperator cum
diversarum provinciarum episcopis et principibus, innumerosa multitudine fidelium
ibidem ad audiendam apostolici legacionem pridem advenerat. In cuius audiencia v. CCCCXXIX.
et tocius frequencie predictus cardinalis, legatus apostolici, legacionem promulgavit. (Mart. 27).
Primo igitur dominus papa flebiliter conqueritur captivitatem crucis et regis christia-
norum, trucidacionem episcoporum, occisionem populorum, decollacionem Templario-
rum et Hospitaliorum. Postea hortatur eos et monet, ut propter Deum et propter pecca-
torum suorum indulgenciam et propter eterne retribucionis et vite eterne adipiscendam
gloriam ad liberacionem Terre Sancte unusquisque festinet. Hiis vero verbis finitis lupe-
rator coram omnibus lacrimatus est, et non ipse tantum crucem professus est dominicam[d],
sed eciam universos, qui presentes fuerant, signari exhortando constituit. Signati sunt
XIII[m] ibi dominica cruce[1], imperator, Ludewicus filius sororis sue, princeps Thuringie[2],
Gotfridus Herbipolensis[e], Hermannus Monasteriensis, Martinus Misnensis, Rodolfus Leodiensis, Heinricus Argen- Cr. S. Petri.
tinensis et alii plures episcopi, Poppo[f] comes de Hennenberg[g], Adilbertus de Grunbach[h], Adelbertus de Hildeburc[i] et
alii multi principes, comites et nobiles, scil et innumerabilis multitudo diversorum regnorum ac regionum tam clericorum
quam laicorum cruce dominica signati sunt. Porro ad regie profeccionis[k] magnificos apparatus unius
anni cursus edicitur, et universi per singulos ad eiusdem sancti procinctus itinera fideliter 1189.
animantur, ut in futuro anno in die sancti Georgii martiris apud civitatem Ratisponam Apr. 23.
unanimiter convenirent.

Anno Domini M°C°LXXXIX°. Emenso itaque proposite dilacionis termino, collectis H. R.
cesar exercitus sui plurimis ac robustissimis copiis Ratisponam Bavarorum civitatem attigit, 1189.
apparatus regii scire desiderans integritatem ac pauperes cum divitibus benigne exhortans, v. 321ª.
in finibus Austrie castra[l] metatus est. Rex autem Celtice provincie[3] cum tam multis
pugnatorum auxiliis imperatorem finibus suis ingruere comperiens, simulate pacis federa
inita fuisse opinatus est. Unde et fraudibus assolitis novos machinamentorum dolos accu-
mulans, si queat esse possibile, sanctis iter gressibus pretendit occludere, in manifesto pro-
ponens, quod aut se aut Greculum[4] sceptrigero regalis sacramenti specimine privaturus in
partes illas accesserit[5]. Sed mediantibus utriusque [regni[m] proceribus] rex Ungarorum
iuxta decenciam Romani imperii, vellet nollet, imperatorem gloriose suscepit et aliquamdiu
cum omni contubernaculi frequencia largis sustentat stipendiis, ceteris castrorum turmis,
que valde fuerunt copiose, largioris mercatus copiam regia potestas indulgeri iussit. Interea
favore utriusque fidem dante pro coniugio inter filium ipsius, ducem videlicet Swevie[6], qui
et ipse in eadem peregrinacione cum patre exercitum regebat, et filiam iam dicti regis con-
trahendo tempore peregrinacionis melioribus auspiciis peracto, multis exeniis[n] tam victua-
lium quam preciose suppellectilis imperatorie serenitati humiliter porrectis, pacifice dis-
cessum est. Igitur imperator conswete progrediens in fortitudine virtutis, per terminos
Ungarie *in manu robusta* ad Greciam cum integro copiarum suarum procinctu formidabilis Ier. 32, 21.
circumquaque provinciis profectus[o] est.

Interea, dum imperator Fridericus[p] proficisceretur contra Ungariam, et non esset H. R.
opinio Theutonicis, ut reducem eum haberent, in Orientali Saxonia intestinorum bellorum
acrimonia incredibiliter exorta est. Nam filius Ottonis marchionis[7], territorii Misnensis v. 321ᵉ.
principatum gubernantis, eundem patrem suum dolo circumveniens captivum abduxit[8] et (Febr.)
urbes paternas hostiliter occupans, vim quam potuit cum iniquitatis sue fautoribus patri

a) *emendavi*; ex terris hr̄i (haberi) 1; *cf. infra p.* 558, *l.* 12. b) s. ap. 2; et s. ap. *l. II.* c) *delendum videtur.* d) *dubium emendavi*; hitum (habitum) 1. e) *sic* 1. *L II*; Wirzeburgensis 2. f) *sic* 1. *L II*, Boppo 2. g) Henneberck 2. h) Adelb. de Grumbach 2. i) *sic* 2; Hydeborg 1; Hiltburgk *l. II*; *cf. infra p.* 547, *l.* 22. k) progressionis *L II.* l) *om.* 1. m) r. proc. *supplevi*; *om.* 1. n) xpeniis 1. o) provecius 1. p) profisi *add., sed. del.* 1.

1) Iam hoc loco verba Cron. S. Petri inserta viden- ab eo metuit. Cf. Riezler, 'Forschungen z. D. Gesch.'
tur. 2) Cf. infra p. 545, l. 29. 3) I. e. Ungariae X, p. 27. 6) Fridericam. 7) Adelbertus. 8) Cf.
(cf. infra f. 336ᵉ), Bela III. 4) Isaac Angelum im- Ann. Pegav. 1189, SS. XVI, p. 266; Chron. Montis
peratorem. 5) Hoc falsum est. Rex Ungariae Sereni 1188, SS. XXIII, p. 161; 'Sächs. Weltchr.'
imperatorem amicissime excepit nec quidquam mali c. 338, 'D. Chr.' II, p. 235.

1189. H. R. intulit et universam provinciam patricidali infamia decoloravit. Qui vero in patris obsequio remanserant, collecta manu militum contra iniuriam seniori illatam venire temptantes, filio viriliter obstiterunt et in quantum prevalebant ipsi importuna[a] manu inminebant[b]. Filius vero patri titulum emancipacionis ac proscribende[c] hereditatis instanter opposuit, asserens se exhereditato[d] filium iuniorem[1] in principatu debere provehi[2] et circa ea que ipsum attingerent preditum fieri[e]. Post hec vero idem[f] filius, pro enormitate in patrem admissa[g] garrientis fame favorem excipiens, patris peccunias diverso[h] negociandi genere ex antiquo coacervatas quasi munificus invasit et pugnatorum auxilia contra copias paternas crudeliter excitavit. Postremo autem de mandato regis pater a captivitate redemptus, post modicum
1190. temporis viam universe carnis ingrediens[i 3], canis adversitatum procellis respersis, laceri
(Febr. 18). corporis exuvias flebili sorte deposuit. Porro post obitum patris uterque filiorum paternum et hereditarium sortiri gestiens principatum, conductis hinc inde militibus acriter commiserunt, et verso in fuga seniore, gloriosi tropei[k] preconiis iunior frater decoratus est.

H. R. Ad priorem vero imperatoris revertentes materiam illud posteris nostris sciendum
*f. 321c. *transmittimus, quod ante professionem suam suspectum habens Heinricum Saxonie ducem
1188. coram principibus enim sacramentum exulandi VI annis[l] prestare coegit, quia filio suo regi
1189. in monarchia relicto[l] imperii vehementer extimuit. Qui versus Angliam exulando deflectens, modico ibi tempore sub alis et providencia regis provincie tedia confovit exilii, et audito, quod imperatoris formido iam aberat, contra sacramentum suum venire ausus
(Oct.) est et, ipsum imperio non revocante, repatriavit. Cumque rex ducem tamquam per-
1190. iurantem et periurum impeteret, principum intercessio admissa dispensacione ipsum paci
(Iul.) reformavit imperii eo pacto, quod ducis filius[5] cum rege collecta milicia transalpinaret et Apulie regem[6] constanter oppugnaret.

(Febr. 18). 1189. (Dec.) Cr. S. Petri. Otto marchio Missenensis, avus Theoderici, obiit[7]. Eyligerus[m] comes de Honsteyn, fundator cenobii Ylefeld[n], obiit. Fredericus comes de Bichelingen obiit. Dedo marchio[8] obiit. Ludewicus comes de Tumnesbrucken, patruus lantgravii, obiit. Sophia palatina, uxor Hermanni lantgravii, obiit[9], sepulta in Reynersborn. Isti in expedicionem non ierant, sed domi obierunt.

H. R. 1189. Anno Domini M°C°XC°. imperator Romanie partes attingens universos casus sibi advenientes litteris diligenter exarans filio suo Heinrico regi transmisit[10]. Ibi in civitate Adria-
1190. copoleos[o] hyemis tempore perdurans, inter eum et imperatorem Romanie Ysachar[11] pacifice
Cr. S. Petri. per Dei graciam bellum est sedatum. Unde Fredericus imperator, firmata pace cum rege Grecorum, Brachium
*f. CCCXXII[b]. Sancti Georgii apud Constantinopolim in die *palmarum et per totam septimanam illam cum omni exercitu signatorum transvadavit[p], terramque Turcorum et Sarracenorum terramque Saladini ac soldani hostiliter ac crudeliter vastavit[q]. Nam idem soldanus[12] quicquid pacis et benignitatis imperatori promiserat, totum de simulacione, totum de fraudulencia constabat. Nam exercitus[r] Ierosolimam precinctus[s] in ape
(Apr. ex.) eius et fiducia ad deserti precipicia quasi cum securo conductu deveniens inmaniter peri-
(Maio). clitatus est, ita ut alii pestilencia, alii fame, alii morbis[t] ingruentibus miserabiliter occumberent[u], quoniamquidem et equos, quibus insidebant[v], more licitarum carnium commederunt[w] et de sellis suis et clipeis, famelicas instaurantes delicias, assandis et coquendis carnibus parvicomos[x] igniculos composuerunt. Cumque circum montana laboriosissimis

a) importus l. b) iminebant l. c) *emend. Weg.*; proscribente l. d) *emendani*; exhereditari *proposuit Weg.*; ex hereditario l: *quae Wenck, 'Zeitschr. f. Thür. Gesch. N. F.' II, p. 195, n. 5. corrigenda proposuit reicienda esse censeo.* e) *emendari*; attingeret politum iuri l. f) eidem l. g) ad missam l. h) *emend. Weg.*; dimerso l. i) egrediens l. k) trophei l. l) relicta l. m) Edilgerus *E.* n) ylefeld l. o) *sic* l. p) transvadum l; transvadunt *L H.* q) *sic L H*; devastavit l. r) eius *add. L H.* s) *sic L H*; procinctus l. t) morbo *L H.* u) decumberent *L H.* v) *sic L H*; insedebant l. w) conmedebant et de s. et cl. suis *L H.* x) *sic* l; *auctor ad exemplum verbi igniculus hoc ridiculum sibi formavisse videtur.*

1) Theodericum. 2) Nota *debere provehi* scriptum esse pro *provehendum esse*. Quod teste Chron. Montis Sereni l. l. matre machinante pater molitus est. 3) Haec non recte narrata sunt. Otto iam mense Apr. vel Maio a. 1189. testibus Ann. Pegav. solutus est. Dehinc bello inter eum et filium renovato, ab Heinrico rege in curia Wirceburgensi medio mense Augusto compositi sunt. 4) Tribus annis tantum. 5) Heinricus. 6) Tancredum. 7) Quod iam supra l. 10. relatum, hoc loco igitur ex altero fonte (non ex Chron. S. Petri, ut videtur) sumptum est. Etiam sequentium duorum obitus in Chron. S. Petri, supra p. 376. relati sunt. 8) Orientalis; qui demum a. 1190. Aug. 16. obiit; Chron. Montis Sereni p. 163. 9) Chron. Thur. Isenac. c. 16, § 2 (Pist. c. 30) hanc a. 1195. obiisse tradit. Quod reieci 'N. Archiv' XXI, p. 295, cum et infra f. 333c. a Bertholdo diserte haec mortua esse dicatur, antequam Hermannus principatum Thuringiae adipisceretur (a. 1190. Nov.). 10) Aut Sept. in. aut die Nov. 16. a. 1189. datas litteras auctor dixit; St. nr. 4528. 4529. 11) Isaac Angelum. 12) Iconii Azzeddinus.

tediis hinc inde deficerent, gentiles de Yconio cum inmensa multitudine quasi latrunculi quidem[a] prodierunt et christiano exercitui circa montana moranti insultare volentes de obiectu rupium securum accessum non habuerunt. Communicantes itaque consilium christiani, ensibus accincti et galeis induti ad Yconium[b] capiendam unanimiter deproperaverunt. Pars ergo totalis exercitus ad occupandas valvas, ad suffodiendas portas, ad precipitandas parietes hostiliter insiterunt, reliqua parte exercitus cum turmis gentilium committente prelium et eos viriliter expugnante. Sicque portis effractis et civitate capta et civitatensibus cunctis gladiis consumptis, res Turcorum occupaverunt et sex[c] continuos menses[1] facultatibus illorum pro velle suo potiti sunt. Qui cum fuissent tanti itineris difficultate[d] confecti et plurimi temporis fame macerati, quicquid liquidum, quicquid inventum est fuisse potabile, pre ariditate faucium et sitibunda stomachi inanitate avarissime haurientes, ex bibicione[e] olei et aliorum pingwium liquorum plurimi morte insperata[f] interierunt. Inde illis superstites egressi Antyochiam versus castra metati sunt. Accidit autem, quod pre nimia estus uredine et intemperata meridionalis plage caliditate imperator augustus, senilibus et confectis membris refrigerium querens, ad quoddam flumen[2] cum omni exercitus sui multitudine devenit, ubi principum consiliis contrarius refrigerandi causa eidem unde innatando se credidit[g], et de continuis brachiorum anfractibus et tocius corporis motu fatigatus ab impetu fluminis ad desolacionem tocius christiani exercitus occulto Dei iudicio absortus[h] est. Que sit autem [causa[i]] mortis eius, opinio vulgi dissona et inconcinna abinde sencia est. Corpus autem regium cum multa celebritate exequiarum Antyochiam[k] delatum venerabilibus impendiis inibi sepultum est. Mortui sunt autem eodem tempore de exercitu christiano Gotfridus Herhipolensis[l], M[artinus] Missenensis[l], Poppo comes de Hennenberg[3], Burchardus borchgravius de Magdeborg et quam plurimi alii, quorum anime creduntur salvate[m]. 1190. H. B. (Mart. 18). *f. 322b. (Iun. 10).

Nunc ad Lodewicum lantgravium stilum dirigamus. Hic itaque piissimus Deo et hominibus optinuit montem Thenenberg[n.4] cum suis terminis, predium Tuteleyben[5], predium in Topstede[6] et alia multa bona ecclesie Reynersbornensi optinuit[o.7]. *f. 322c.

Sed et hoc silencio preteriri non expedit, quod idem Ludewicus, tercius huius nominis lantgravius, acer bello, sagax ingenio, pietatis miseracione precipuus, ipso die, quo avunculus eius[p] Fredericus imperator signum crucis superinduit, et ipse quoque signatus est. Attamen cum imperatore non ivit, sed aliis negociis preoccupatus erat. Unde circa festum beatorum Petri et Pauli apostolorum non post imperatorem, sed per Apuliam profectus est. Perveniens Brundusium paratisque navalibus in manu bellica et robusto exercitu Tyri partes transfretando applicuit. Ubi honorifice a Conrado marchione, consangwineo eius, de Munfarran[q] Thyro receptus est[8]. Audientes vero fideles, qui in obsidione Acharontis iam pene rebus et corpore lassati defecerant, tantum advenisse principem, spe nova concepta, favorabilibus eum rogacionibus legacionibusque venire rogarunt, asserentes, quod, nisi subito eis[r] subventum foret, cuncta simul christianorum profeccio quasi desperata in irrecuperabilem dedicionem improvide laberetur. Quo audito princeps magnificus, sciens sibi tantorum esse reposita laborum premia, nichil hesitans ad Acharontis partes viriliter accessit ac[s] desperatos ibi fideles in hostem crucis alacriter animavit. Francigenis vero nullo rationis ductu cum Saladino committere volentibus, eidem principi ac reliquis Theutonicis 1188. (Mart. 27). 1189. Iun. 29. (Sept.)

a) quia *L*, *quod corruptum videtur.* b) Iconiam *L II; et in marg.* 1. Yconia capitur a christianis. c) per sex menses *L II.* d) facultate, *superscr.* dif *ante* fac. 1. e) *emendavi;* haur. exhibicione 1. f) inspirata 1. g) se innat. tradidit, sed *L II.* h) *sic* 1. *L II;* absorptum 2. i) *dubius supplevi; om.* 1. k) Anthiochiam 2. l) episcopus *add. L II.* m) saluati 1. n) *correxi ex carta laudata;* Trenèberg *aut* Treuenberg 1. o) *sic iterum* 1. p) suus *T.* q) demū farran 1. r) is 1. s) ad 1.

1) Minime, sed Maii 18—23. tantum Iconii morati sunt. 2) Saleph. 3) Haec tria nomina vel unum vel duo eorum ex Cron. S. Petri inserta esse possunt. 4) In quo castrum Tenneberg situm est prope Waltershausen. Vide cartam Ludowici datam a. 1189; Thur. sacra p. 97 sq., nr. 46; Schannat, Vind. liter. I, p. 118, nr. 20. 5) Aut Teutleben ad fl. Hörsel aut Tüttleben a Gotha orientem versus situm. Cf. cartas datas a. 1174. 1176; Thur. sacra p. 95 sq., nr. 44. 45; Schannat l. l. I, p. 117. nr. 18. 6) Topfstedt (Kr. Weissensee). Carta huius traditionis non exstat. 7) Haec a chronista saec. XIV, e cartis excerpta esse nemo non videt. 8) Cf. Arnold, Lubec. IV, 15. Quem marchionem lantgravius movisse dicitur, ut ad obsidendam Acconem accederet, a Ricardo London. I, 29, SS. XXVII, p. 207. Cuius rei memoria etiam servata est in carmine 'Des Landgrafen Ludwigs des Frommen Kreuzfahrt' v. 2510 sqq., ed. v. d. Hagen p. 84—86.

1189. (Oct. 4). f. 322d. H. R. inordinabilis illa temeritas displicuit. Sed ne viderentur subito pavore consternati, et ipsi suas ordinarunt acies[a] imminentesque Sarracenis fortiter faciendo turmas eorum penetrarunt, et parte exercitus sibi obiecta viriliter expugnata rati sunt, quod[b] et Francigenis belligerando sors similis acciderit[1]. Quocirca ad castra respicientes cum eisdem Francigenis recolligi pretemptaverant[c], ut ad reciprocandam pugnam hosti rursum inminere potuissent, [d]cunctos Francigenas circumquaque fugaces de longinquo contemplati sunt; et ita id, quod minaciter et inconsulte aggressi fuerant, fedissima fugacitate penderunt. Lantgravius itaque in Dei adiutorio confidens Deum suppliciter exoravit, ut sibi suisque in tante necessitatis articulo subveniret, viditque a longe quendam militem, statura procerum, rubeis vestibus indutum, niveo equo insidentem[e], vexillum rubeum terre infigentem ac dicentem: 'Sub[f] hoc vexillo vinces', et hec dicens disparuit. Unde multi opinabantur hunc fuisse sanctum Georgium martirem, quem ipse princeps multum venerabatur et ecclesiam sibi in foro Ysenacensi[g] edificaverat. Cum ergo multi milites illud vexillum extrahere vellent et non possent, dictus pius princeps multa velocitate extraxit et cum paucis, resumptis viribus, multis Sarracenorum milibus acriter instabat, et usque ad Saladini tabernaculum eos abiciens, plurimis interfectis, infinitos vulnere sauciatos semivivos campo deseruit. Et illud vexillum proprie segehard[h], id est victoriosum, dicebatur[2]. Visis ergo caute[i] providencie consiliis et tam magnificis eiusdem principis adiutoriis, pleraque Is. 55, 4. f. CCCXXIIIb. multitudo postera die ducem ac preceptorem eum super se constituit ac preter nutum 1190. ipsius nichil se acturam fidelissime spospondit[3]. Cum itaque pius lantgravius populo Dei presencie sue auctoritate iam multo tempore plurima commoda prestitisset et quibuslibet adversum[k] se quasi fidei murum fideliter opposuisset[l], audita morte imperatoris, deficientibusque iam necessariis, et multis suorum labore confectis, ipsoque diversa affecto egritudine et cronicis passionibus laborante, tandem repatriare decrevit[4]; et cum virtuti pristine ac viribus propriis nondum[m] sibi satisfecisse videretur, abinde vehementer ingemuit, presertim quod infecto negocio et passionibus et egritudinum[n] inminentibus angustiis redire compelleretur. Proinde dato[o] naulo et bene promptificatis armamentis, ab itineris sui comitibus ad navim delatus est. Qui denique post gloriosos sacramentorum militarium plurimos triumphos, post innumera elemosinarum impendia, cruce Christi signatus ad liberacionem Terre Sancte pro nomine redemptoris profectus[p], in fide integra, caritate perfecta, spe Philip 1, 11. indubitata, vere peregrinus, de fructu iusticie constanter exhibitis . . . .[q], augmentatisque egritudinum passionibus, incredibilibus erumpnis ad ultimum supplicium devenies, audenter dicimus, quod in transmarinis partibus diem claudens extremum, ut dictum est, in Oct. 16. Nom. 7, 24. plena fide XVII.[r] Kal. Novembris a *corpore mortis huius* exemptus migravit ad Dominum[5]. Cuius comites post sufficientia lamenta et crebros planctus ad Cyprum applicuerunt, ubi evisceratis eiusdem principis visceribus et in sarthagine[s] excocto cadavere, quicquid car- f. 323c. neum, 'quicquid medullosum fuerat, in quodam Cypri sacello sepultum est. In quantis vero periculis quantisque laboribus eiusdem principis ossa per tumultuosa pelagi portenta ad Venecie littora delata fuerint, in huius processu calami exaratum apparebit. Tanta quippe est maris insolencia, ut defunctorum corpora nullo nature sue iure sustineat, ita ut undosis

a) *supplevi; om.* f. b) *suppl. Weg.; om.* f. c) pretemptaverunt *corrigendum videtur.* d) sed *fortasse supplendum.* e) *sic T; insedentem, et iam h. l. add., sed del.:* ac dicentem Sub hoc vexillo vinces f. f) In *T.* g) Ysnac. *T;* sibi *iterum add.* f. h) sigenhart *T.* i) *sic aut* tante *legi potest in* f. k) adversis *fort. emendandum.* l) apposuisset f. m) *emendavi;* propiis dum f. n) egritudinibus f. o) data f. p) *sic E;* effectus f. q) *vocem quandam vel plures, ut* bonis operibus, *omissas esse patet.* r) *T.* s) *emend. Weg.;* carthagine f.

1) Procul dubio auctor de proelio a. 1189. Oct. 4. commisso, in primo bene gesto, refert, cuius infelicis exitus diversae nationes sibi invicem culpam dederunt. De victoria lantgravii et fuga Francigenarum eadem fere atque hic auctor tradit carmen laudatum v. 1904—2374, l. l. p. 64—79. 2) Hanc fabulam de vexillo invento habent etiam carmen de expeditione Ludowici v. 7482 sqq., l. l. p. 246 sq.; et Cron. Thur. Isenac. c. 15, § 7 (Pist. c. 28). 3) Arnold. Lubec. IV, 15: *lantgravii, qui . . . quasi princeps militie illorum fuerat;* Ricard. London. I, 43, ed. W. Stubbs, Chronicles and mem. of the reign of Richard I.' I, p. 94: *regendi exercitus cura . . ., quam prius Iacobus de Avennis et landegravius, nunc simul, nunc vicissim, habebant.* 4) Ricard. London. l. l. scribit post adventum Heinrici comitis Campaniae (mense Sept.) lantgravium aegrotum abiisse, commotum, ut indicare videtur, eo, quod huic cura regendi exercitus commissa esset. 5) Haymar. de Accone expugnata str. 163, ed. Riant p. 106: *in reditu periit in navi.* In Gestis Heinrici II. et Ricardi regum Angl., SS. XXVII, p. 123, *in Rumania in reeundo* obiisse dicitur. — Eandem diem obitus eius indicat epitaphium, Thur. sacra p. 98.

angustiis carinis defunctorum corpora gestantibus vehementer inminere soleat. Cumque 1190. H. R.
ad recognitionem nautarum devenisset corporeas eiusdem principis manubias ad suam navim fuisse delatas, comitibus eius procaciter instabant, asserentes aut[a] eadem ossa in profundo terre mergenda, aut vivorum saluti omnimoda oportere proponi pericula. Lugentibus vero ossium illorum custodibus, per promissam peccuniam minacibus nautarum curriculis subtiliter occursum est, ita quod decretum malicie illorum in eo temporis articulo cassatum est. Tandem vero inminentibus periculis et undisonis procellarum[1] tumultibus, pristinas naute querelas replicaverunt et minacibus dictis super proiciendis ossibus custodibus inminuerunt. Illi vero inclusos sarchophago lapides quasi principis ossa cum flebilibus vocibus in maris undas abiecerunt. Sicque visitante et respiciente ab alto clemencia, licet naufragiosi et semicincti, ad littora Venecie cum multa difficultate iam dicti principis ossa[b] detulerunt, et in Reynershornensi ecclesia nono Kal. Ianuarii circa patrum suorum sepulchra Dec. 24.
reverendissime[c] composita sunt.

Clemens papa obiit; pro quo Celestinus, qui et Iacinctus, constituitur. *Hic in die pasche* 1191. (Mart. 13).
consecratus in papam et sequenti feria secunda unxit Heiaricum regem[d] in imperatorem et tercia feria reginam in imperatricem. Cr. S. Petri f. 323c.

Imperatore vero Frederico viam universe carnis ingresso, reliqua pars superstitis exer- 1190. H. R.
citus, qui de obitu eius nimis dolendo miro modo fuit attenuatus, Fridericum ducem, iam dicti imperatoris filium, super se preceptorem constituit, et cum inbecilli comitatu et incredibili paucitate ad confortandos hos qui in Acharontis obsidione iam fere defecerant strennuissime occurrit. Ubi dum aliquo tempore idem dux Swevie viriliter et fortiter 1191.
fecisset, inmatura quidem, sed salutifera morte terminatus est. Mortuus est eciam quidam (Iun. 20).
Adilbertus de Hildinborg, qui pro consiliis ingeniosis apud imperatoriam audienciam persepe habitis cum prenotato duce eiusdem tumbe loculos in lugubri sepultura sortitus est. Defunctis itaque tam multis et ingenuis tociùs Almanie principibus, aliarum provinciarum proceres cum innumera multitudine [ad[e] mortem eorum] ulciscendam ferventissime accesserunt. Quorum duces, precipue rex Francie[2], rex Anglie[3] et tercius Flandrie comes[4], cum falleratis et venustatis procinctuum apparatibus ingenuissime factis fideliter et fiduciaciliter ad pervicaces[f] sancte crucis et profugos[g] hostes applicantes, predictam et sepedictam civitatem obsidione nova et magis accurata vallarunt, erectisque diversorum murorum tormentis contra civitatem, adnisu[h] desuperius exhibito, viriliter et unanimiter institerunt[i], et[k] ut periti adlethe acies et turmas hinc inde statuentes propugnaculis gentilium eatenus f. 323d.
infesti exstiterunt, ut plures animo consternati, plerique eciam iaculis prostrati, municionem Acharontis desererent et latebrosa perverse consciencie tedia trepidissime foverent. Porro tempore alio inter predictos reges infausta sedicio cum perniciosis spectaculis exhibita humani generis adversario malignitatis intuitum prebuit, quoniamquidem hii, qui ad promerendam vite coronam unanimi concordique voto ad Terram Sanctam accesserant, in sua conversi viscera[5] flebilibus auspiciis ad desiderabiliora Dei manus cruentas violenter iniecerant[6]. Cumque diutin fortiter committerent, eo usque in conflictu[7] processum est, ut
Iacobus de Avenis, qui et pre ceteris bene faciendo emicuit ad utriusque sortis habitudinem, divine scilicet et humane, bellica manu occumberet et suis commilitonibus luctuosa lamenta (Sept. 7).
transmitteret. Consternatus itaque rex Francie de occasu consocii[8] ad reditum se preparat, Prov. 10, 14.
et infectis negociis repatrians, confusioni proximus, reliquis principibus anxia, bellorum (Aug. 3).
commercia, ipse neminem de suis in presidiis relinquens, pavidissime destinavit[9]. Proinde residuum relictorum muris civitatis insistens, fundamenta suffodiens, de sarmentis sustentacula substituens, ignem apposuit; crematisque sarmentis muri corruerunt, et ingressi (Iul. 12).

a) *emendavi*; ut l. b) *om.* l, *sed in marg.*: Ossa lantgravii sepeliuntur; *cf. E. T.* c) reverentissime *auctorem Hist. Reinhardsbr. scripsisse credendum est.* d) et *add., sed del.* l. e) *uncis incl. suppleri, om.* l. f) pulcaces l. g) *sic* l; *mallem* perfidos. h) *dubius emendavi*, sed ausu l. i) *emendavi*; astiterunt l. k) *eod. m. supersor.* l.

1) Cf. Sedulii Carmen pasch. I, 62: *maris undisonas fluctu surgente procellas.* 2) Philippus. 3) Richardus. 4) Philippus. 5) Lucan. I, 2. 3: *populumque potentem In sua victrici conversum viscera dextra.* 6) Thren. 1, 10: *Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius.* 7) Prope Arsuf die Sept. 7. 8) Iacobus demum post reditum regis commisso occisus est. Propter obitum Philippi comitis Flandrie († 1191. Iul. 1) rex reversus est. 9) Demum post Acconem captam Philippus rex reversus est in patriam, ducem Burgundiae capitaneum remanentium militum Francorum relinquens.

1191. (Iul. 12. H. R) christiani innumeram multitudinem ceciderunt[1], diversisque spoliorum tropeis[a] victoriosissime triumpharunt.

Anno Domini M°C°XCI°. Iutta lantgravia, soror Frederici imperatoris, mater Ludewici (Iul. 7). tercii pii lantgravii et Hermanni lantgravii, decessit, sepulta in Reynersborn ante altare *s. CCCXXIIII°. sancte Crucis, ad pedes viri sui Ludewici secundi lantgravii[2].

De sangwine miraculoso[3].

H. R Isdem temporibus, cum adhuc gentilitas circa sacratissima sancte[b] resurreccionis loca christianis ferocissime immineret, in partibus Almanie circa Erfordense territorium de misterio[c] sancte eucharistie miraculum a seculis inauditum incredulis hominibus est 1190. ostensum. Nempe in partibus Thuringie circa Erfordiam, in villa Bechstede[d.4] virginem quandam egrotare contigit[5] et per fervorem passionis ad extrema deduci, ita ut ex calida distemperancia impulsa precordia minarentur interitum, extremitates quoque membrorum totaque corporis superficies interioribus non dissimilis, scilicet preacute nares, cavi oculi, plana tympora, ungwes lividi, nichil aliud quam mortis responsum[e] indicarunt. Est autem error fidei Slavice gentis, ut indubitanter asserant hominem sue gentis[f] in egritudine quavis[g] laborantem periculum mortis non posse evadere, si sacramentis ecclesiasticis, id est uncccionem[h] et eukaristiam[k], communicare contigerit. Unde et femina, cuius in manibus est mentio, vix tandem coacta a parentibus rogavit ad se venire presbiterum faciendum[l]. Illa gustum salutis in sacramentis celestibus cum sospitate corporis accipiens, errorem multiformis iniurie eisdem venerabilibus misteriis illatum sensibiliter annichilans, particip. eukaristiam[k] periculum mortis evasit. Porro incauta sacerdotis oblacio in aridis adhesit femine faucibus, eiusque quandam portiunculam dum non valeret degluciendo traicere, presbiter aqua in cocleari porrecta eandem incautus eduxit particulam, et relicto cocleari in *c. 324. crathera cum latice, nesciens, quid factum esset de sacramento, abiit et aquam quasi sacramentalem ministris commendavit et offerendam egrote fideliter iniunxit. Proinde mater femine aquam bene coopertam deposuit in scrinium, ubi continuo pro inmissione sacramenti potencialiter et innaturaliter colore et essencia in sangwinem Christi conversa est. Cumque egrotans femina sitibundis faucibus refrigerium quereret, oblata est totalis illa liquoris reposicio et discolorata, feminaque horrebat[l] intuitum et subitum concepit[m] bibendi fastidium. Quocirca desiderata tandem sacerdotis presencia sacramentis a mulieribus cum formidine exhibita est. Presbiter autem insentenciari de neglectu metuens occultum quod agebatur esse voluit et super eo prodigio feminis silencium sub interminacione imposuit. Matth. 5, 14 15. Quis autem luci umbraculum aut voci superinduit letale silencium? Civitas in situ montium posita abscondi non poterit, et lux in tenebris occultari nequibit, radiusque in solari iubare non latebit. Nam quod abscondi sacerdos voluit, hoc fama prodente[6] mirifice emi- 1191. cuit et ad aures Erfordensis prepositi[7] multiloqua[n] relacione devolavit[o]. Qui missis presbiteris et clericis terribilem illam conversionem rimari et iudicare constituit[p], illud proponens et iniungens, si res ita se, ut dicebatur, haberet, in consultando et sacramentum venerando procederent; sin vero fictum quid aut simulatum reperiretur, debito silencio suppressum contegerent. Proinde qui missi fuerant, mittentis iussa complentes, preno- *l. 324. tatum vocavere presbiterum, et rem gestam diligentissime sciscitantes, ut dictum fuerat, invenerunt[8]. Porro sacratissimo eodem allato misterio occursum est a clericis, honoratum a populo et ab utriusque sexus fidelibus cum omni reverencia et lacrimarum irriguo rever- (Mart.) renter ac devotissime susceptum est. Denique res eadem Moguntinum episcopum non latuit,

a) tropheis 1. b) sancta 1. c) misterio (ministerio) 1. d) Bechstete *L l. II.* e) rūsum 1. f) aut genus *add.* 1. g) q̃uis (quamvis) 1. h) *sic* 1. i) *emendavi;* facie dū 1. k) eukaristia 1. l) *emendavi;* ꝛrebat 1. m) *emendavi;* ſpfecit 1. n) multiloca 1. o) *emendavi;* devolvit 1; *legere potes* devolvitur *vel* devenit. p) cō *e corr. eiusdem manus* 1.

1) Civitas pacto christianis tradita est, non vi expugnata. 2) De ea vide etiam infra f. 395c-d, ubi haec repetita sunt. 3) Idem miraculum tradit epist. Conradi archiep. Moguntini, Jaffé, Mon. Mogunt. p. 413 sq. et cum hac relatione miro modo consentientes narrant Arnold. Lubec. V, 14. et additam. Ann. Pegav. s. XV, SS. XVI, p. 267, n. *d.* 4) Cf. supra p. 376, n. 6. 5) A. 1190. ante nativitatem Domini hoc factum esse tradit Conradi epist., ubi duae puellae aegrotasse dicuntur; a. 1191. circa Ian. 22. Arnold. l. l. 6) Lucan. VIII, 15: *nondum fama prodente ruinas.* 7) Arnoldi, qui etiam fuit praepositus maioris ecclesiae Moguntinae. 8) Conradus dicit in epist. se abbatem de Volcolderode et Wolframum praepositum de Uetrigesbusen in villam illam misisse, qui *sicut relatum fuerat, ita certissime* invenerunt.

qui eciam cum timore et reverencia apud se cum sanioribus deliberans, ne quid novum aut insolitum oriretur in ecclesia, non facile credidit. Sed orationi et ieiuniis dans operam, auctori salutis una cum clericis et populo postulaciones cum graciarum accionibus fieri instituit, illud optinere desiderans, ut, si ea vera essent, corporis et sangwinis Christi misterio[a] aliquod evidens indicium abinde ostenderetur, ne, si forte simulacio quevis ibi foret aut ludicrum, vera sacramenta haberentur ostentui et ab incredulis insultus fieret predicatorum libertati. Accedentes autem presbiteri corporis sacri in prefato crathere quesiere particulam, et non invenientes ammirando stupore confecti sunt. Proinde dantes se in orationem, ad primum et precipuum veritatis indicium ea particula[b], quam invenire non poterant, omnibus liquido in cocleari reperta comparuit et paulo ante dubios plene fidei hoc preostenso signaculo restituit[1]. Audiens ergo hec archipresul cum reliquis pontificibus[2], abbatibus et clericis et innumera plebis multitudine pontificalibus indutus ad occursum sacramentorum se preparat; quibus ad altare cum timore delatis, clerum et populum iterum iterumque exhortatus, illud in supplicatu optinendum proposuit[3], ut, si vera forent misteria, infra missarum solempnia aliam[c] quamlibet ab rubricata superficie eadem sacramenta conversionem induerent, ad perfecte fidei constanciam, robur spei, caritatis firmitudinem universos evocarent ac singulis consulerent; quod et factum est. Nam consecrante sacramenta pontifice omnibusque in oratione et lacrimis consistentibus, eadem sacramenta rubei coloris formam exuentia[d] quadam mirifica alteritate sui quasi vinum subnigrum in superficie comparuerunt et omnem dubietatem omnemque errorem, qui prius nasci potuit, patentissime evacuarunt. Denique erecto et consecrato [altari[e]] eadem sacramenta cum cocleari et crathera venerabiliter imposita sunt[4]. Cuius autem peccatis exigentibus et meritorum qualitate deposcente res ista insolita tam mirifice enituit, non est opere[f] nostre disserere, quin pocius ei relinquimus, qui omnia[g] creavit ex nichilo et transsubstantiari[h] voluit in sacramento. Acta sunt hec anno Domini M°C°XC. primo, regnante Heinrico imperatore, anno episcopatus domini Conradi nono, mediante quadragesima, in annunciacione dominica[5] in Erfordia. 1191. M. 25.

Per idem tempus[i] quidam sacerdos in Fladebeche[k.6] in Thuringia, cum infirmum visitaret cum corpore Christi, obviam habuit mulierem meretricem. Que clamans dixit: 'O domine Deus, si tu es, qui mundum creasti et redemisti, cuius corpus in hac pixide portatur, miserere michi peccatrici[l], remittendo michi peccata mea'. Cum[m] hec flendo et prostrata diceret, vox de pixide dixit ei Latino sermone: 'Misereor tui et dimitto tibi omnia peccata tua'. At illa dixit: 'O domine Deus, non intelligo Latinum sermonem, dic, queso, Theutonice!' Respondit vox Theutonica[n] lingwa: 'Remittuntur tibi omnia peccata tua, vade et amplius noli peccare'[7]. At illa nutu Dei compuncta eundem sacerdotem adiit, confitens peccata sua, et de cetero emendata cursum vite in Domino finivit. Ecli. 3, 9. 2. Mach. 7, 38. Mart. 25. V. CCCXXV. Matth. 9, 2. Luk. 8, 11.

Anno Domini M°C°XCII°. Post insignem, sed miserandum Ierosolimitane profeccionis triumphum Frederico Romanorum imperatore mortuo, Heinricus illustris, maior natu filiorum ipsius[9], Romani monarchiam apicis longe ante patris mortem quasi successione hereditaria, eleccione tamen principum Aquisgrani optinuit[9], sed unccionem regiam[10] non, u. a. 1169.

a) misteria *A.* b) eam particulam *l.* c) aliaq (rum) *l.* d) exuentes *l.* e) *supplevi, ut Arn. Lubec. V, 14. habet; om. l.* f) *emendavi*; opp (us) *l.* g) *emendavi*; ea *l.* h) tkssuhali (transsubstantiali) *l.* i) *l. q. om. l*; Eo tempore quidam sac. *L L.* k) Fladicheym *L I. II.* l) peccatrice *l.* m) Cumque *L I. II.* n) theutonica, *a post. del. l.*

1) Qui die Mart. 3. Erfordiam venit, ipso teste in epist. Postea demum vasculum illud eo iubente Erfordiam allatum est. 2) Episcopi non aderant, sed quatuor abbates, teste Conrado. 3) Sequens miraculum, quamvis et Arnoldus idem narret, non factum est, potius vasculum illud *iam tunc sigillo firmatum* Erfordiam allatum est, teste Conrado in epistola. 4) Cf. supra p. 376. n. 6. 5) Eodem die hoc factum esse dicit Arnold., demum Mart. 26. indicavit Cron. S. Petri, supra p. 376. 6) Fortasse lectio L I. II vera est, i. e. Flarchheim, cum villam Fladebeche in Thuringia non invenerim. 7) Haec verbis Teutonicis expressa sunt in L I. II. 8) Minime. Cf. Scheffer-Boichorst in 'Mitth. d. Inst. f. Österr. Gesch.' XI, p. 635 sqq. Nota supra p. 541, l. 42. Heinricum unum filiorum Friderici dictum esse. 9) Heinricus electus est Babenbergae, unctus Aquisgrani 1169. Aug. 15. 10) Minime cum Toeche, 'Heinrich VI.' p. 526. credere potes auctorem antiquum scripsisse *unctionem imperialem*, qui dicat hanc unctionem regem consecutum esse, cum pater eius in partibus Iconii moraretur (a. 1190. Maio), infra recto loco consecrationem imperialem referat. Sane auctor antiquus, quamvis supra p. 541. Heinricum a. 1184. coronatum esse dictum sit, et hoc et eum iam a. 1169. unctum esse ignoravit. Quid eum moverit, ut eum a. 1190. unctum esse diceret, nescio.

1190. (Maio.) H. B. nisi patre Yconiensis[a] heremi vastitate circumdato et famis acrimonia reliquo exercitu lacerato, consequi promeruit, quippe cum Roma altitonans duos imperatores in eodem tempore et circa idem imperium habere non sweverit[1]. Confectis itaque serenissimi prin-
(Iun. 10). cipis suprema morte carnis manubiis[b], prefatus heres eius, imperator augustus, sicud successionis hereditarius, ita etiam felicitatis paternarum virtutum querens esse proprietarius et imperatorie[c] celebritatis usufructuarius, festinos transalpinandi procinctus imperat,
1191. collectisque diversorum principum et multigenarum nacionum copiis, conterminus Apulie castrametatus est; ubi primitus eo sub principe fortuna sinistimos casus agente, insultum fecit imperio, quia sparsis exercitibus de incautorum[d] neglectu principum ibi gens Alemanie, pristinis impar viribus, veracis experiencie comperit indiciis ibi debilitari consilia, ubi principes sobrietatem odiunt[e. 2]. Imperatrix quippe gloriosa, eiusdem augusti consors, pre-
*f. 325b. (Sept.) dicte provincie indigena, 'tumultuantibus turmis a parte adversa captiva abducitur[3], et Theutonici exercitus silentibus preconiis summi' triumphales tituli a barbaris exsibilantur. Lugubris itaque et merens imperator augustus de consorte captiva, debitum indigenis non
(Maio ex.) valens supplicium intendere, contra Neapolim molitur[g] insidias; qua eciam obsidione vallata, decem fere mensibus[4] eiusdem urbis civitatensibus viribus quibus potuit inminebat, murorum scilicet tormenta applicando et fortibus auxiliariis civitatem oppugnando. Oppugnavit quidem, sed expugnare non potuit. Porro in hac civitate iunior[h] dux Saxonie[5], magni
(Iul. ?) ducis Heinrici et Anglice regine[6] filius[i], se quasi transfugam receperat et imperatorem cum incolis viriliter expugnabat[7]. Qui denique post longam urbis obsidionem fuga lapsus in servili habitu, inscio Romano principe, repatriavit et desolatum patrem, dolore et[k] etate confectum, quasi de improvido adventu suo respirare commovit. Is nempe de occubitu fratris sui Lotharii[8] multiplicem ac diversam fame relacionem sepius audierat, in eo scilicet, quod debite quietis pausam eundem imperatorem numquam facturum[l] acceperat, nisi eiusdem magni ducis posteritatem effere mortis erumpnis extinxisset. Adelbertus quoque iunior marchio Mysnensis ante ingressum Appulie fuga cum paucis suorum disparens ad emancipandum fratrem[9] suique principatus possidenda gubernacula reversus est. Siquidem
*f. 325c. (Aug. 24). infaustis fortune contradicentis auspiciis Neapolim, de[m] Romano 'principe quasi triumphato
cf. Hebr. 1, 9 (Aug. 12, 13). tripudianteu, deseruit et cum lacero exercitu Romane sedis summum pontificem pro regni dyademate et exultacionis oleo adire decrevit[10]. Philippus vero Coloniensis obiit. Hic emit, predia et castra ecclesie sue pro quinquaginta tribus milibus marcarum[n. 11]. Denique Heinricus rex accepit coronam imperialem a domino Celestino summo pontifice tali condicione, quod si beati Petri patrimonium paternis aduncacionibus[o] quasi pyratice detentum redonaret et pro institucione principum ecclesiasticorum, id est pro regalibus, nichil exigeret et ducem Saxonie cum integritatis restauro cumque gracie sue fomentis recuperandum pristinis honoribus restitueret[12] et de indempnitate[p] Romane ecclesie iurisiurandi sacramenta prestaret. Hiis omnibus propositis imperator accedens et de cunctis debitam cau-
(Apr. 15). cionem prestans, et[q] sic coronam imperialem optinuit et benediccionem. Sed prebite cauCr. S Petri 1194. H. B. cionis oblitus in retencione prefati patrimonii patrem imitatus est.

Bellum fuit inter Conradum Moguntinensem[r] archiepiscopum et Hermannum lantgravium Thuringie.

1190. (Oct. 16). Anno Domini M°C°XC°III°.[13] Ludewico tercio lantgravio in Terra Sancta mortuo[14], Hermannus frater eiusdem fratri mortuo successit. Tandem Heinricus imperator, filius avunculi sui, ipsum invidencie calcibus atterere et hereditate fratris emancipatum eradere et proscri-

a) Yconiã 1. b) *emendavi, cf. supra p. 521, l. 23. 547, l. 2; 'N. Archiv' XX, p. 597 sq.;* manibus 1. c) Imperatore 1. d) deni cautorum 1. e) *sic* 1. f) sūmo 1. g) molitus 1. h) *sic aut* minor *in* 1 *legi potest.* i) sc; *add., sed del.* 1. k) *emendavi;* doloris 1. l) *emendavi;* futurum 1. m) *eadem manu superscr.* 1. n) marc 1. o) *sic* 1; *cf. infra p. 553, l. 1.* aduncabat. p) indemptitate 1. q) *delendum videtur.* r) mogunti 1.

1) Cf Chron. reg. Colon. a. 1185. p. 134. 2) Auctor rerum in Italia gestarum parum guarus verba haec scripsit, cum nesciret, qua de re expeditio illa infaustum exitum habuisset. 3) Constantia demum post obsidionem Neapolitanam a Salernitanis detenta est. 4) Minime, sed tantum a mense Maio ex. usque ad Aug. 24. 5) Heinricus. 6) Mathildis. 7) Cf. Ann. Stederburg., SS. XVI, p. 224; Cont. Weingart., SS. XXI, p. 478; 'Sächs. Weltchr.' c. 336, 'D. Chr.' II, p. 234. 8) Qui a. 1190. Aug. 15. obsus regi datus obierat. 9) Theodericum. 10) Heinricus iam ante obsidionem Neapolitanam imperator coronatus est. 11) *Hic emit — marcarum* ex altero fonte inserta esse mihi videntur. 12) Conjectata procul dubio, non comperta hoc loco ut infra f. 351d, ubi de condicionibus Ottoni pro coronatione imperiali propositis refert, auctor protulit. Cf. Toeche p. 186, n. 1. 13) Numeri annorum a chronista inserti omnes fere falsissimi sunt. Cf. 'N. Archiv' XX, p. 610 sq. 14) Cf. supra p. 546.

1191. (Nov.)

bere semper cogitabat[1], velud ipsa malignandi occasio circa eundem principem serenissimum instanter edocebat; sed prudenti auxiliatorum adiutus consilio sub duarum civitatum et unius provincie resignacione principatum obtinuit[a].

H. R. f. 325ᵇ. 1191.

In processu autem temporis marchio Misnensis contra fratrem suum arma ferens cum multis pugnatorum copiis et vectigalium sarcinis castris[b] eius acriter inminebat, cui[2] de subterraneis scrobibus argentum natura prebebat, et omnimoda animum eius insolencia pro[c] facultatis ubertate pulsabat. Proinde frater eius, angustiarum[d] et indigencie clibano miserando tenore decoctus, lassisque iam rebus inquirens remedium, Hermannum serenissimum lantgravium[e] Thuringie suppliciter adiit[f] et denigratam circa se naturam profitens, suo presidio sibi consulendum fore instanter expeciit, et ut auxilio[f] suo non esset extraneus, filiam eius[g 3] se ducturum in annis nubilibus fide[h] promisit prestitoque sacramento et datis vadibus confirmavit[4]. Castrum eciam Bichelingen, Albo-lacui[i] conterminum, sibi filieque possidendum solempniter delegavit et hoc tam firmo affinitatis et sponsalium favore principem provincie sibi indissolubiliter conciliavit. Qui continuo missis pacifice[k] nuncciis rogavit marchionem, ut ab obsidione castri fratris[l] sui Wissenvels[m] benigne recederet, seque mediastinum[n] ad lites dirimendas affuturum spospondit; et si facere detrectaret, legati hoc in mandatis acceperant, ut eidem marchioni minas imponere tenderent ipsumque in manu valida coppellendum[o] constanter assererent. Porro isdem marchio audito verborum tenore municionem prefatam deseruit et se cum lantgravio pacifice et finaliter locuturum super herciscunde hereditatis equilibritate[p] promisit. Qui statuto die convenientes ventosis dedere verba procellis, quia ea, que lantgravius a marchione promissa pro ratis habuerat, infidis tota nutibus elisa[q] nutabant[q]. Quocirca alios atque alios[r] idem marchio bellandi apparatus instaurat, credens pietatem principis Thuringie quandam esse ignaviam, ut, qui provincie segetes depascere formidabat quique paupertatis tuguriis sceleratas[s] faces inferre timebat, pro hac evitata malignandi protervia nullius idem princeps valoris esse putaretur. At vero lantgravius pristina progenitorum suorum magnanimitate recuperata principis induit animum, fovendam generi sui causam armata manu suscepit et fortes diversarum provinciarum auxiliarios, *grandia daturus meritorum premia*[5], audenter in pugnam adducit. Sicque ad[t] orientalem Saxoniam profectus[u] super ripam fluminis quod[v] Slavica lingwa Sale dicitur ad urbem Camburg obsidione vallandam castrametatus est, ubi princeps provincie recensitis pugnatorum copiis octingentos[w] et mille milites *ad bella promptissimos* invenit, preter hos qui sarcinis custodiendis prefuerant, et exceptis aliis quam plurimis, quos sariandos appellare sweverunt. Ea propter isdem princeps ipsi castro fortiter faciendo constanter inminebat, ordinatisque scalarum ascensibus, turrim altam castrensium viribus ascendendo fortiter obtinuit, et reliquis civitatibus et castris, ymmo et toti Orientalium provincie tamquam fulgur insignis emicuit et hiis, quibus antea ostentui fuerat, modo de factis splendidis terrorem ingessit. Positis ergo in presidiis militibus, pro amplificanda claritudinis sue prestancia ulteriorem Orientis provinciam emensus usque Liptzk carorum civitatem[6] pervenit. Ubi marchio *que pacis sunt* flagitare cepit et datis obsidibus, sub triumphalibus palatini[7] vexillis, imparem se eiusdem viribus principis confitens, ad partiendam[x] equo moderamine fratri hereditatem cedibus et incendiis coactus

1191.

f. CCCXXVI[a].

Luc. 14, 32.

Luc. 20, 46. f. 326ᵇ.

a) *sequitur in* 1: A. D. MCºXCIIII. Caß XXX. Ludolphus — — *f.* 325ᵈ. et sedit annis XV — *Gesta archiep. Magd., SS. XIV, p.* 417, *l.* 3 — 418, *l.* 2. *Ex quo loco* Anno Domini MCXCIIII. *fortasse ante sequentia supplendum est.* b) castꝫ (rum) 1. c) ꝑ (pre) 1. d) angustioꝝ 1. e) *sic* (Thuringorum lantgr.) *L I, II*; lantgravie 1. f) *sic L I, II*; abiit 1. f*) suo aux. *L. I. II.* g) suam *L I, II.* h) *sic L I. II*; fidem 1. i) lacu ꝙminiꝫ 1. k) pacificis *L I, II.* l) *sic L I. II*; *om.* 1. m) Wissenvelsch 1; Wissenfels *L I*; Wissiofels *L. II.* n) *emendavi (cf. infra p.* 584, *l.* 28); mediastinꝫ 1. o) *sic L I. II*; pellendum 1. p) *emendavi*; equi‖libertate 1. q) *legi quidem posset in* 1 *micabant, ut Wenck, 'Zeitschr. d. V. f. Thür. Gesch. N. F.' II, p.* 202, *n.* 3, *vohlt, sed hoc falsum esse apparet.* r) *suppl. Wattenbach*; *om.* 1. s) sceleratos 1. ·, t) in *L I. II.* u) prouectus 1. v) que 1. w) octingentꝫ 1. x) *emendavi*; percipiendam 1.

1) Audita morte Ludowici lantgravii imperator subito e Suevia in Thuringiam divertit; cf. Chron. reg. Colon. p. 148. 2) Scil. Alberto, non Theoderico. Male habet Ioh. Rothe c. 400, ed. R. v. Liliencron p. 314: *Marggrave Albrecht kreig mit seyme bruder umbe das silberwerg zu Fribergk, das her om das mete teilen sulde*; quae Rothe hunc locum male interpretatus scripsisse videtur. 3) Iutlam. Cf. infra p. 563. 4) Cf. Chron. Montis Sereni a. 1194, SS. XXIII, p. 165 sq. Quando sequentia, quae solus hic auctor narravit, gesta sint, non constat. Scimus tantum inter a. 1191. ex. et 1192. Sept. ea facta esse. Ceterum vide de his rebus C. Wenck in 'Zeitschr. d. V. f. Thür. Gesch. N. F.' II, p. 199 sqq. 5) Horat. Epist. II, 2, 37: *Grandia laturus meritorum praemia.* 6) Nomen civitatis auctor a voce Germanica *liep* (in Thuringia *lip* pronunciata) duxit. 7) Saxoniae, Hermanni videlicet lantgravii.

esi. Sicque solutis ad decorem principis eisdem procinctibus, infanda marchionem confusio secuta est.

Anno Domini M°C°XCV°. Cum de illustrium principum, scilicet Hermanni lantgravii et marchionis Adelberti, famosorum bellorum notulis[a] quedam prelibaverimus, eo usque narrandi seriem de ipsis dictando eveximus, quod post crebra incendia, post multiformia Orientalium spolia iam dicti principes ad pacem redierint: dimissisque tocius milicie copiis, cum lantgravius ea que pacis erant instanter actitare sathageret, Adilbertus marchio contempta fidei date connivencia ad erroris arma denuo convertitur, illud proponens in consistorio principis Romanorum, quod, prestito sibi et principibus aliis sacramento, Hermannus Thuringorum lantgravius imperatorem ipsum deberet clam occidere, sicque, pactis ad invicem principibus, unusquisque suis facultatibus libere potiretur. Adque idem illud adiciendum putavit, quod, si lantgravius contra prestitum sacramentum venire et inficiari quod dictum est voluisset, ipse marchio ad obiectum monomachie se fidem dictis esse[b] facturum promisit imperio, ita videlicet, quod nunc et[c] in posterum validum tocius credulitatis robur acciperet, qui in hoc singulari certamine Dei auxilio victor existeret. Hoc audito Heinricus imperator universis principibus in Northusin[d] cum peremptoriis[e] edictis curiam prefigit, ut Adilbertus marchio quod de iniquo molimine contra maiestatem imperialem dixerat esse faciendum proponeret in publico, quodque in aurem locutus fuerat, palam et manifeste monomachiam exhibendo protestaretur. Sed cum lantgravius litteras huiuscemodi super nece imperatoris accepisset, ad probandam innocenciam suam cum marchione congredi properat[f]. Paratisque sumptibus in Northusen cum liberis et ministerialibus et universorum suorum copia hilaris et gaudens mendaci principi parat occurrere, omnino non hesitans, quin parricidali marchionis iugulo debeat gloriosus triumphator inminere. Pensata itaque[g] lantgravii constancia, dominus imperator curiam illam propositam in Northusen transponit in Aldenborg[h], opponensque calumpnie crimen marchioni, lantgravium criminis lese maiestatis publica voce declaravit innoxium. Atque ita mediante Bernhardi ducis[2] prudenti consilio predicti principes inscio imperatore ad pacem redierunt. Porro de repentina et insperata illorum concordia anxius imperator orientalem Saxoniam deseruit et circa tutiores Reni[i] partes castrametatus est[3]. Ea eciam tempestate Leodiensis episcopi[4] in venacione interfecti opinio gravem honoris iacturam imperatori intentans universorum adversum aulicos commovit animos, quoniamquidem et occisores pontificis, ut inquiunt, a latere imperatoris egressi consiliis aulicorum in eadem nece obsecuti sunt. Quos tamen[k] idem pontifex quasi proscriptos et maiestatis reos clementer susceperat et omnem humanitatis fervorem[l] [eis[m]] impenderat, a quibus postea, dum forte in venacione singulariter vagaretur antistes[n], rupto et neglecto hospitalitatis[o] federe, illaudabiliter[p] occisus est[5]. Unde quoque adversus imperatorem coniuracio fit principum, clamor populorum. Moguntinus[q] eciam archiepiscopus cum Hermanno[r] lantgravio et Odackaro[s] duce Bohemie adversus imperatorem manifesta conspiracione vehementer commoti sunt. Tandem imperator quibus artibus potuit lantgravium favorabilem sibi constituit, ducem vero Bohemie principatu suo per sentenciam privavit[6]. Moguntinus autem adversus lantgravium pro[t] recuperata imperatoris gracia manifestas occasiones inquirit, quibus aliis principibus ingratus existeret atque in hunc modum in odium diversorum deveniret. Quo circa idem lantgravius collectis exercitibus, auxilium eciam ferente sibi Adilberto marchione, Moguntino acriter inminebat[u], vastataque civitate Milsungen[v], ita denuo pacati sunt[7]. Marchio[8], ne nil

Luc. 14, 32. 1192. r. 326c. (Nov. ex.) r. 326d. 1193. (Nov. 24). (Iun. ex.) r. CCCXXVIIIa

a) *nescio an* motibus *emendandum sit.* a*) *sic* 2; debe (re) 1. b) *emendavi;* a se 1. c) quod nec in p. 1, *quod corruptum esse patet.* d) Northusen 2. e) *emend. Weg.;* emptoriis 1. f) *sic* 2; poterat 1. g) igitur 2. h) Aldenburg 2. i) *sic (non* regni, *ut consectum est)* 1. 2; *cestra tam h. l. add.* 1. k) tn *aeque ac* eû *legi potest in* 1. l) *fort.* favorem *emendandum.* m) *supplevi, om.* 1. n) antistite 1. o) hospi||litat' 1. p) illaudibilr 1. q) Maguntinus 2. r) Thuringorum *add.* 2. s) Odokaro 2. t) *om.* 2. u) instabat 2. v) Mylsungin 2.

1) Ipse imperator huius colloquii mentionem fecit in epistola data a. 1194. Dec. 4, Stumpf, Acta imp. p. 709, nr. 508. Cf. H. Bloch, Forschungen zur Politik K. Heinrichs VI. p. 40. 2) Saxoniae. 3) Immo per Egram ad Danubium fluvium imperator e Saxonia profectus est. Cf. de hoc loco Bloch l. l. p. 32—47. 4) Alberti. 5) Cf. Vita Alberti c. 21—39, SS. XXV, p. 151 sqq. 6) In curia Wormatiensi mense Iunio ex. celebrata; Herm. Altah. 1196, SS. XVII, p. 386; Gerlac. Milovic., ib. p. 707; Ann. Prag., SS. III, p. 121. 7) Quando hoc bellum inter Conradum archiep. et lantgravium gestum sit, traditum non habemus, sed aestate a. 1193. hoc factum esse verisimile est. 8) Misnensis Adelbertus.

ageretur[1], iterum fratri inminebat et castrum Wunnenfels[2] cum totali proventu sibi adu- 1194.
cabat[a]. Qui rogatus a lantgravio, ut ab obsidione recederet et fratri sua[b] restitueret, minime
acquievit, sed in ea quam ceperat feritate permansit, atque ad malorum sibi imminentium
acervum Bernhardum quendam ministerialem imperii excecans, omnibus in ea provincia
pertinentibus imperio cepit molestus existere. Unde frater eius Bernhardi[c] iam dictum
castrum fratri marchionis aperuit et iniurias cecati fratris iustissime ultus est. Audito itaque,
quod ministerialis imperii ad consilium marchionis visu privatus esset, lantgravius iterum 1194.
solita magnanimitate resumpta cum fortibus auxiliariis ad persequendum[d] marchionem
orientalem Saxoniam ingressus est et quibusdam[e] eiusdem principis castris tam acriter
inminebat, ut alia funditus everteret[3], alia in dedicionem veniendo comiti Theoderico
habenda commendaret. Prosperata igitur lantgravii fortuna principibus[f] aliis pungitivum
invidencie ministravit aculeum, ut conspiracione nova eidem principi vehementer instarent,
et Coloniensis archiepiscopus[4] swasione callida, quasi pacem facturus inter lantgravium et
Moguntinum, lantgravium litteris commonuit[f'] et nunciis, ut dimissa militum copia pacificus
adveniret. Ipseque cum Moguntino interea Hassie inminebat, et civitatem lantgravii
Grunenberg conflagratam[g] prorsus deleverunt[5]. At vero ad orientalem plagam Misnensis
marchio eidem[h] principi oppugnando non defuit. Collectaque milicia, dum lantgravius[i] p. 327.
putaretur Moguntino et Coloniensi in Hassia occurrere, isdem[k] marchio Salam fluvium
gressibus furtivis transiit; cui princeps Thuringorum, quantumlibet lassus ex itinere, ut
gygas tamen ei[l] se optulit et virtutis progenitorum suorum non immemor tyrannum ipsum in
fugam convertit et sui exercitus robustissimos captivitati mancipavit, atque ea[m] die universos
Orientales inedicibiliter exsuperando confecit[6], respectuque ab alto[n] Thuringorum principem
Deus omnipotens usque in hodiernum diem defensare non desiit. Porro cum marchio de
tam flebilibus auspiciis denigratam circa se fortunam esse sentiret[7], tunc primum cepit
esse anxius de recuperanda gracia imperii, datisque in sequestrum duobus castris, scilicet
Misnin et Camburg, eam condicionem Bernhardo duci et Conrado marchioni[8] proposuit[o],
ut, si ipse Heinricum imperatorem adiens graciam ipsius consequi mereretur[9], sive in pre-
notatis iam castris, sive in alio quolibet[p] pacto condicio eius cum imperatore facta deter-
minatum finem acciperet[q]. Sin aliter, idem marchio sua reciperet et quoad posset ipsi
imperio aliisque hostibus suis acriter inmineret. Locatis ergo in aliis castris suis presidiis[r] 1195.
firmatisque civitatibus, egressus est marchio, ut demeritam imperii graciam consequi
mereretur[10]. Sed infecto negocio nec visus nec auditus est[11], rediensque uxorem suam mor-
tuam sepultamque invenit[12]; quod eciam ad maioris doloris acervum nutu divino sibi acci-
disse credendum est. Sane cum quasi omnia elementa sibi contraria esse cerneret et ab
omni prorsus iniquo molimine, lassis iam pene rebus, deficeret, cum nephandis auxiliariis

a) *sic* (adūcabat) 1; *cf. supra p.* 550, *l.* 33. b) *emendavi*; suo 1. c) Bernhardus 1. d) p̄sequendum 1. e) eius p *add., sed del.* 1. f) p̄cipiis 1. f') *emendavi*; commouit 1; *cf. p.* 580, *l.* 33. g) *sic L. I. II*; ꝑflagratam 1. h) idem 1, i) putabatur aut *add.* 1. k) idem *L. I. II.* l) *sic* 1; se ei *L. I.* m) *emend. Weg.*; at eque 1. n) *emend. Weg.*; resp. ablato 1. o) p̄posuit 1. p) q̄libet (quodlibet) 1. q) *emendavi*, accipiet 1. r) p̄diis 1.

1) Ovid. Rem. am. v. 167: *Quod potuit, ne nil illic ageretur, amavit.* 2) Quamvis Joh. Rothe c. 402, ed. v. Liliencron p. 316. haec exscribens dixerit: *margrave Albrecht . . . belag Wissenfels anderweit*, quamvis etiam non pateat, ubi Wunnenfels castrum situm fuerit, non licet cum Wenck, 'Zeitschr. f. Thür. Gesch. N. F.' II, p. 209 sq. aliisque ab eo laudatis hoc loco Wissenfels legere atque haec confundere cum iis quae Chron. Montis Sereni p. 166. de Sibodenberch (prope Wissenfels sito secundum Ann. Vetero-Cell. ed. Opel p. 186) tradit. Nam, ut recte Knochenhauer, 'Gesch. Thüringens' p. 231. monuit, Wunnenfels castrum imperii fuisse videtur, cum Wissenfels Theoderici comitis fuerit, nec fieri potuit, ut ministerialis imperii huic aditum ad castrum Wissenfels concederet. Neque omnino quae noster hoc loco et Chron. Montis Sereni l. l. tradunt inter se conveniunt. Quando haec acta sint, sive a. 1193, sive a. 1194, certe perspici nequit. 3) Tunc lantgravius marchionem de Sibodenberch fugasse censendus est, a. 1194, ut Chron. Montis Sereni l. l. tradit. 4) Adolfus, qui autumno a. 1193. electus, a. 1194. Mart. 27. ordinatus est praesente Conrado archiep. Moguntino. 5) Bellum hoc a. 1194. gestum esse tradunt Chron. regia Colon. p. 156. et Cron. S. Petri, supra p. 377, loco supra p. 550, l. 40. exscripto. 6) *in loco qui Rezeninge dicitur* (Röblingen [Ober- et Unter-] ad fl. Helme, a Sangerhausen meridiem versus sito) Chron. Montis Sereni, SS. XXIII, p. 166. 7) Auctor non tradidit etiam Bohemos a. 1194. terram Misnensem fusu imperatoris vastasse; Gerlac. Milovic., SS. XVII, p. 707. 8) De Landsberg. 9) Vide quae Heinricus imp. Bernhardo duci a. 1194. Dec. 4. Panormi de Adelberto marchione scripserit; Stumpf, Acta imp. p. 709, nr. 508. 10) Imperator tunc in Sicilia morabatur. Cf. Chron. Montis Sereni l. l. 11) Scil. ab imperatore. 12) Sophia obiit die Mart. 25. a. 1195.

1195. H. R. infausta rursum cepit habere consilia, quomodo[a] scilicet dyocesanis[b] in odium imperatoris
*f. 327r cruentas manus inferret episcopis, *ut, conflagratis civitatibus, agris eciam eorum ante maturitatis tempora non equales falces[c] inmitteret. Volvebat eciam animo, qualiter suis rebus propter aliorum dampna non parceret, quippe qui ab universitate sceleris nequivit mentem reducere, quoniamquidem et antea in necem paternam non timuit arma sue per- versitatis afferre[1]. Sed cum pene omnibus castris ac civitatibus suis minaretur interitum, ita ut post exactas peccunias iam dictis locis suis sceleratas faces murorumque tormenta intenderet, soli oppido illi Liptzk disposuit parcere[2], in quo eciam tamquam in fido asylo se recipere cogitavit, atque eiusdem civitatis habitatoribus iniunxerat, ut cum armaturis suis die prefixa ipsi solempniter se[d] exhiberent, quatinus eorum experiretur audaciam et non ingratam[d] de eis videretur habere fiduciam. Cumque egrederetur[3] tumidus et effectus[e] minaretur, ecce Dei omnipotentis manus valida sibi tam fortiter imminebat, ut insanabilis frigiditatis tremor universum corpus eius corriperet et cum aliarum augmento egritudinum irremediabiliter afficeret. Positus itaque in gestatorio[4] ad proximam villam[5] manibus militum delatus est. Ubi suppositis ac superpositis pluribus culcitris minime calefactus est,
(Ion. 24). sed, ut breviter dixerimus, cum ipso tremore post longiturna suspiria novissimum spiritum emisit. Adhuc tamen palpitante corpore tam inmanis et incredibilis de ipso corpore fetor
Ps. 89, 10. erupit, ut proximi et noti sui ipsum corpus exanime desererent et minime appropiare[f] ei potuissent. In detracta[g] recenter bovis pelle insutum corpus fetorem ipsum omnium[h]
*f. 327v. indicio multiplicabat pocius, quam minuere sentiretur, *unde superducta adhuc pelle altera factoque[i] de subtilibus lignorum iuncturis repositorio atque iuncturis et rimulis de lique- facta pice[k] illitis pelli fetor ipse sperabatur; sed incassum, quia, unde putabatur fetor reprimi, inde cepit amplius augeri. Denique post horrenda tanti fetoris piacula eiusdem corporis exuviē ad oram sepulchri[l] delate sunt, ubi lamenta pocius exhibita sunt horrori eiusdem principis quam morti. Theodericus autem comes, frater mortui marchionis, princi- patu fraterno usque in hodiernum privatus est[7].

H. R. Anno Domini M°C°XCVII. Romanus pontifex Celestinus, sinistris de Apulia excitatus
3. Reg. 22, 23 nunciis, et ipse quoque super dispellendo mendacii spiritu spiritum veritatis accipiens, missis apicibus[8], destinatis ad hoc opus cardinalibus, de interfeccione quorundam filiorum Saladini cum indubitata[i] assertione universos certos reddidit[9], quomodo et illi mutuis[m]
Ps. 101, 14. vulneribus nutu Dei cecidissent, et *tempus miserendi eius*, scilicet recuperande Terre illius Sancte, de talibus prodigiis iam videretur[n] esse proximum, atque propterea faciendis[o] ex- hortationibus predicatorum passim iubet fieri preconia, ut fideles quique monita salutis suscipientes ad redemptionem captivorum in Terra Sancta unanimi voto et pari devotione anhelarent. Indeque[p] quod Iohannes presbiter cardinalis tituli sancti Stephani de monte Celyo ad imperialis aule palacia properans legacionem tocius Almanie suscepit; qui eciam a Heinrico imperatore reliquisque principibus favorabiliter susceptus verbum Dei primo in
*f. CCCXXVIII°. (Oct. 23.) Geylnhusen *de cruce habundanter [et[d]] efficaciter depromens[10], singulis et omnibus gratus
(Oct. 28). extitit in tantum, ut pontifices diversi[11], qui aderant, lantgravius et marchiones, beneficiati[q] et privati, ministeriales et liberi, cruce sancta[r] signati vocibus et signis Deo indubitatum de vita sua, rebus et patria sponderent obsequium. Cumque generis humani adversarius Deo tantum conspicaretur prestari famulatum et multos ea die sceleratos sibi videret sub- trahi et Dei verbum in omnium facinorosorum[s] aure proferri[t]: ad antiquarum[u] artium infausta convertitur iacula, quoniamquidem inter summa Dei preconia laudesque altisonas[v] quasi tacta fulmine domus regia incensa comparuit. Ad cuius liberacionem singuli pro- perantes a laude divina, quam ceperant, aliquorum intersticio temporum cessare necessi-

a) quō l. b) dyocesanō (us) l. c) *emend. Weg.*; fallaces l. d) *supplevi, om.* l. d*) *emendavi*; ignoratam l. e) vel efferus *add.* l. f) appropriare l. g) Inde tracta l. h) oīm̄i l. i) cēq̄ l. k) *emend. Weg.*; pice l. l) in- dubitato(us) l. m) mutuos l. n) videret l. o) fcīēdum l. p) fit *supplendum videtur.* q) bnfici l. r) *emen- davi*; ac3 (scilicet) l. s) facinoro rum l. t) proforre l. u) austra *add., sed del.* l. v) altissonas l.

1) Cf. supra p. 543 sq. 2) Idem tradit Chron. Montis Sereni l. l. 3) *De Vriberge* ibidem. 4) Misnae. 5) *Heinrichesdorf* Chron. Montis Sereni l. l. 6) In Philippo rege recepit. 8) Jaffé ed. 2. nr. 17274. 9) Nihil de hac re in epistola papae lau- data legitur. Filii Saladini potius inter se discorda- bant ac bella movebant. 10) Cf. Ann. Marbac., monasterium Veterocellense. 7) Quem a. 1198. SS. XVII, p. 166; Ann. Aq., SS. XXIV, p. 39. 11) Cf. Cron. S. Petri, supra p. 377. d. d. 1195. Aug. 1; Sudendorf, Reg. I, p. 82 sqq.,

tatis ductu compellebantur; ubi nimirum patuit[a], quanta hosti antiquo subtrahebantur auxilia, de quorum profectibus tam manifesta perdoluisse[b] cernebatur invidia. Denique a crepitantibus et flammivomis[c] erepta domo incendiis, vox predicatorum denuo resumitur, signatorum augetur numerus, et hii, qui paulo ante lupi rapaces de suis sceleribus appa- Act. 20, 29.
ruerant, postea faciente compunccionis spiritu et ipsi ad sancti procinctum itineris frigidis Rom. 11, 8.
a caritate reliquis verbis et actibus fomenta salutis adhibebant. Sane lassa voce cardinalis in predicacione tollende crucis, Conradus sedis Moguntine archiepiscopus verbum Dei cepit insumere, ut, qui ad vocem romanizantis signum passionis Christi non acceperant, *ipsi *v. 328.
pontificem patria loquentem lingwa familiarius intenderent. Sicque factum est, ut ab universis laudem acciperet, qui signo crucis conformis apparuisset. Qui vero Hircanis par tygribus[1], adamante durior ad universitatis commercia scindi et colludere noluisset, explosus et erasus ab omnibus decerneretur. Porro Heinricus imperator augustus ad huius procinctus negocia regales apparatus de suis stipendiis accelerat, missisque in Apuliam cum cancellario suo[2] providis et accuratis stipendiis, de curte regia[d] pugnaturis stipem sufficientem provideri constituit, in omnium volens cognicionem venire, cum quanto qualis visque[e] desiderio Terram Sanctam cum captivis in illa ad pristinam libertatem cuperet reformari. Et quidem Apulia, Sicilia et Calabria ex providencia divina post imperatoris Frederici obitum filio eius Heinrico subiecte sunt; quod non est inde dubium fieri, ut pugnaturis contra paganos et Sarracenos christianis sufficiens de terris illis provisio haberetur, ut, quibus in transmarinis partibus necessaria defuerant, de iam dictis provinciis habundantius ministraretur. Sicque fuit imperatoris propositum, quod quingentos pugnatores, quos sarriantos vocant, cum mille loricatis in sufficientibus donariis et victualibus per unius anni terminum ad recuperacionem Terre Sancte in Tyro et in aliis transmarinis partibus ad redemptoris laudem continue decertantes haberet[3]. Interea, dum hec aguntur *v. 328.
in Apulia, imperator *ipse gravi langwore corripitur, ita quod indictis principibus diversarum curiarum solempniis ipse coesse non potuit. Unde eciam gravis expense magnatorum apparatus in plerisque civitatibus inutiliter disperiit. Sicque infectis procinctus negociis imperatoris quartana invaluit in tantum, quod dominus papa communes in ecclesia pro imperatoris[f] longiturna vita orationes constituit, ut, qui Terre Sancte ad recuperacionem ferventi animo venerabiliter enituit, ipse eciam ad consumacionem inchoati negocii cum superstite gracia vitalis haberetur. Denique cardinalis[4] ab aula imperiali progrediens diversas Alemanie civitates et opida ingreditur, ut verbi Dei semina Christum secuturis erogaret dubiisque et flexibilibus per attestacionem miraculorum fidem faceret. Cumque Hucsariam[5] Westvalie civitatem visitaret, accessit ad eundem cardinalem pauper quidam, petens ab eo, ut dato signo crucis in puram peccatorum suorum remissionem sancti ei procinctum[g] itineris iniungeret. Cardinalis autem reducta manu illi inopiam rei familiaris opposuit, asserens ei[h] crucem esse inabilem ac inutilem, qui de mendicitate sua habundantibus et divitibus molestus in itinere oporteret fieri, ideoque tales a sancta profeccione debere absolvi et prorsus inhiberi. Mendico autem instanter vociferante, cardinalis miseri- 1195. (Oct. ex.) H. R.
cordia motus est et porrecto signo crucis universorum auctori non desiit eum committere, quatinus et ceptum iter perficeret et redemptoris graciam optineret. Qui regressus ad hospicium dura passione *repente cepit deficere, ita quod morti proximus fieret, et viam *v. 328.
universe carnis feliciter intravit. Defuncto itaque inope evidens divina pietas eleccionis signum ostendit, ut crucem unam candidam in pectore, alteram a tergo videretur habere; quo insigni miraculo percussi qui presto erant, eciam cardinalis desideravere presenciam, eoque ascito tanta est ibi de cruce sancta facta iocunditas, ut, qui indurati crucis irrisores extiterant, eciam ipsi res et vitam pro salutis auctore obicerent et se ad sancti itineris procinctum ordinabiliter aptarent. Cardinalis vero, ut cunctis fidem faceret, iussit ablui corpus aqua et vino, et confestim circa partem loti corporis tantus[i] in prenotatis signis nitor appa-

a) pluit 1. b) predoluisse 1. c) flammiuonis 1. d) *emendavi;* regis 1. e) *dubius emendavi;* usque 1; qualiquo *Wattenbach.* f) *emend. Weg.;* imperatore 1. g) procinctus 1. h) eis 1. i) tantū 1.

1) Verg. Aen. IV, 367: *Hyrcanaeque . . . tigres.* Const. I, p. 514, nr. 365 = Chron. reg. Colon. p. 157
2) Conrado episcopo Hildesheimensi, qui ipse in (St. nr. 4921), d. d. Trani 1195. Apr. 12: *mille quin-*
caria Gelnhusana crucem sumpserat. Cf. Töche, *gentos milites et totidem sargantos.* 4) Iohannes;
p. 595 sqq. 3) Cf. encycl. imperatoris, LL. Sect. IV. supra p. 554, l. 35. 5) Höxter.

1195. H. H. ruit, quod defuncti anima de intencione sancta, quam habuerat, indubitatam beatitudinem sortita sit. Sicque unius mors gloriosa multis incredulis consuluisse visa est.

H. H. Cum Henricus illustris imperator videret archiepiscopos, episcopos, duces, marchiones, sed et ipsum Hermannum lantgravium cum reliquis liberis ac ministerialibus ad signum Christi anhelantibus animis tam solempniter properare, desideriis eorum satisfacere cupiens, sub generali edicto in civitate Moguncia[1] curiam celebrandam principibus innotuit, privilegiatam[a] peregrinis ituris de hereditandis possessionibus suis in consistorio imperiali voluus condere licenciam, ut, quicumque filium de libera non haberet, filie habite vel cuicumque in genealogia[a*] proximo ipsam delegaret hereditatem, quatinus de promptis promptiores ac de[b] devotis videretur efficere devotiores. Ad quam tamen curiam pauci convententes ea se imperatori obligavere promissione, ut de hereditando posteritati sue regno[2] fidem indubitatam cum voluntario consensu facerent, aut certe, si hoc agere noluissent, tunc quasi captivos imperii in custodia publica se detineri non ambigerent. Proinde hii qui aderant, timentes suis possessionibus emancipari, interlocutoriam quesivere dilacionem, ei se promissione dedentes, ut in curia[c] apud Herbipolim proxime celebranda universitati principum eandem imperatoris voluntatem deberent suggerere et ad consensum hereditandi regni eciam involuntarios quoad possent deflectere, atque si eorum consiliis ceteri principes adnutarent & bono res habita processu convalesceret, et si quam dictum est secus accideret, ipsi proinde imperatoriam animadversionem non mererentur. Denique ad Herbipolensem curiam properantes imperatoris segnem dictis prebuere consensum. Quidam enim principes consternati timore sua imperatori dedere sigilla, alii[c] verbis involuntariis ad assensum utcumque illecti sunt, alii peremptorio penitus subducti consilio pigram se ad hoc negocium voluntatem habuisse protestati sunt. Sicque factum est, ut ex dictis principum imperator facile adverteret ipsos eorum motus voluntatum. Siquidem Hermannus honoratus Thuringie lantgravius filiam suam[3], nondum doli capacem, offerens imperio illud optimuit, ut sub testimonio principum eidem puelle ab imperatore conferrentur suorum iura principatuum. Quam eciam postea Magno Bernhardi ducis filio[4] per solempnes contractus in annis nubilibus traducendam[f] copulavit, ipsosque contractus per datam fidem et prestitum sacramentum irrevocabiliter confirmavit, amiciciasque indissolubiles in ea parte provincie prudenti sibi consilio matrimoniali iure contraxit. Interea imperator augustus occupaciones regias habens in Ytalia[5] relatibus funestis de transmarinis partibus lugubris et mestus efficitur, pro eo quod fama prodente sibi innotuit adhuc alias in Terra Sancta civitates esse captas et Sarracenis subiectas[6]. Atque propterea segnem peregrinorum in Almania legittimis legacionibus decrevit arguere procinctum, hoc secum reputans, quod, si denuo fuerit annualis porrecta dilacio, eciam ipsi civitati Acon vehementer timendum esset[g]. Quocirca burggravium de Querufordo[7], tunc suo forte adherentem lateri, cum litteris imperialibus[h] destinavit in terram Theutonicam, illud in mandatis firmiter ei tenendum[i] esse edicens, ut convocatis in Erfordia principibus tam viva voce quam litteris maturata omnibus sancti procinctus hortamenta iterato iniungeret, hoc adiciendum putans, quod sera nimis ipsa defensio, que hostibus totam iam terram occupantibus inteuditur. Et si lantgravius, specialiter ex nomine vocatus, sancti moras itineris proponeret, tunc inferiorem neminem oportere ad iter sancte profeccionis accingi, quia, ubi maximus auctor[8] Terre Sancte recuperande tepesceret, ibi frustratos minorum principum fore conatus. Borggravius autem imperialibus conquiescens edictis ita[k], ut in mandatis acceperat, fideliter adimplere satha-

1196. (Mart. ex.)

*) CCXXIV (Dec. 6).

a) priuilliatam 1. a*) genealoya 1. b) *supplev. am.* 1. c) curiam 1. d) *dubius emendari*; ad‖dubitarent 1. e) alia 1. f) traducenda 1. g) esse 1. h) impiabus 1. i) *emendari*; faciendum *Weg.*, timendum (*ex l.* 35) 1. k) *emendari*; infra 1 (*ex ii*), *ut videtur, pro qua lecta ii*).

1) Wormatiae potius; cf. Ann. Marbac., SS. XVII, p. 166; Ann. S. Rudb. Salisb., SS. IX, p. 775; I. Ficker, De Henrici VI. imp. conatu etc. p. 33. 60—62. 2) De qua re vide praeter Iulii Ficker commentationem n. 1. laudatam Toeche p. 587—592. 3) Cum altera filiarum Hermanni iam Theoderico comiti desponsata esset (supra p. 551), Hedwigis iunior filia hoc loco dicta esse videtur, ut Fr. Wegele monuit, nisi Hermannus tertiam filiam habuerit, quae parvula obierit. 4) *Qui obiit antequam uxorem duceret*, Chron. princ. Sax., SS. XXV, p. 476; supra p. 31. 5) Mense Iulio eo profectus erat. 6) E coniectura haec auctor scripsisse videtur. Nam indutiis a Richardo rege factis eo usque conservatis civitates christianorum a Sarracenis captas esse nusquam traditum nec credendum est. 7) Gebehardum de Querfurt, burggravium Magdeburgensem. 8) Lucan. VII, 63: *Romani maximus auctor eloquii.*

gebat. Veniensque Erfordiam vivis vocibus cum imperialium premonstracione bullarum 1196. n. d. Hermannum Thuringorum principem ad profeccionem Ierosolimitanam commonuit[a], quatinus exemplis ipsius reliqui tardiores ire compellerentur[a']. Lantgravius autem speciali se nota- *C. 329. mine designatum attendens post interlocutoriam deliberacionem hoc responsum reddidit, quod nec intuitu predicacionis nec formidine gladii materialis, sed divinam dumtaxat remuneracionem expetens signum salutis acceperit, atque ideo, dum sibi tempus eundi congrueret, tunc nullius eum ab itinere aut amor aut formido revocaret. Sicque factum est, ut signati principes alii cum eiusdem verbi prolatione concordarent. Verum de hereditando posteris suis regno coram principibus universis verbum imperator insumptum cum suarum ostensione[b] litterarum irrevocabiliter in eodem concilio refricavit. Atque ita ibi nichil aliud diffinitum esse dinoscitur, nisi quod gravibus principes[c] defatigati[c] expensis minus benivolum circa imperatorem animum habuerunt.

Anno Domini M°CXCVII°.[d] due[1] civitates in terminis Damascenorum posite tutissimum n. a. peregrinis christianis prebuerunt asylum, in quibus a Turcis longiturna obsidione vallati rei familiaris inopia coacti sunt tandem municiones easdem relinquere salvandisque tantummodo corporibus fugam arripere. Porro cum idem fideles sentirent quadam die[e] Turcos ab obsidione recessisse, oneratos auro et argento camelos preparaverunt ad procinctum itineris, vestes eciam purpureas dromedis impositas cum reliqua suppellectili in multitudine forti et gravi duxerunt[f] Akon. Qui cum gaudio recepti in validissimis presidiis locati sunt. Sarraceni vero et Turci intelligentes civitates, quas obsidione circumdederant, lapsis *C. 329. fuga[g] incolis vacare, haut difficilem in suburbanis fecerunt impetum captisque civitatibus illi christianorum tenui residuo strictis mucronibus acriter instabant[h]. Defectosque et senes, mulieres cum parvulis nephanda morte circa quinque milia trucidaverunt, qui in hac nece gloriosa martirum sanctorum indubitata premia consecuti sunt. Proinde Turci, se viriliter fecisse putantes, predam a christianis sublatam pyratica manu diripere contendentes, circa Akon castra metati sunt, occupantes illac[i] scilicet[k] navium municionem[l] a lantgravio Ludewico longo prius tempore preparatam, securi sibimet minus cante discubuerunt. Porro et hii qui fuerunt in Akon quasi Turcorum timore consternati in suburbiis[m] adeo delituerunt, quod quasi vacantibus muris per scalarum ascensum Turci se ad capiendam civitatem aptarent. Civitatenses vero missis post terga nunciis de Tyro et Tripoli et aliis castris imploraverunt auxilia, quatinus navigio venientes insperata obsidione cincta[n] Sarracenis inminerent, qui ita se in castris habuerant, ut instantibus in faciem hostibus per obiectum a tergo pelagus Turcis penitus fuga negaretur. Confluentes itaque christiani in Akon de navibus immensum exercitum collegerunt. Apertisque portis Akon insultabant Turcis, eosque in municione sua preoccupantes, omnem illam infinitissimam Sarracenorum copiam, ita ut nec unus esset superstes, Deo auxilium ferente peremerunt. Captaque universa illorum preda cum triumphalibus titulis et altisonis[o] laudum preconiis ad sua reversi sunt[2]. Sarraceni vero Ierosolimam inhabitantes facta fama perterriti de insperata Damascenorum morte, dubiam intra muros agentes vitam, casum sibi intendi[?] similem [illegible] non dubitabant. Quam ob rem illi triumphatores de Akon missis in Apuliam navibus super rei familiaris inopia Romanorum imperatricem ibi forte mansitantem cum unanimi voto sollicitaverunt oblatisque peccuniis vendi sibi necessaria petiverunt, illud imperatricem latere nolentes, quod tantis Aconite[q] habundarent peccuniis, ut singulis ebdomadibus quilibet in Akon libram argenti in esca consumeret, ipsi tamen quinque annorum obsidione circumdati in dedicionem ire recusarent. Sane imperatrix annuens petentium precibus vendi sufficienter necessaria constituit. Sed et insuper de promptuario suo duas naves capaces valde onerari precepit et gratis eas transmarinis in Akon cum benedictione destinavit, gracias agens Deo, qui tam gloriosam christianis victoriam largitus est in Akon.

a) *emendavi, ut supra p. 553, n. f*; commouit 1. a') compellentur 1. b) ostensione 1. c) defagati 1. d) M°XCVII° 1. e) *suppleui; om.* 1. f) duxerant 1. g) fuge *inc. his scr.* 1. h) instabat 1. i) *emendavi*, illaq (ue) 1. k) naulum aut *add.* 1, *scriba dubitavit num* nauium *an* naulum *in cod. suo scriptum esset.* l) q (que) *add.* 1. m) suburbibus 1. n) *emendavi*; cuncta 1; cuncti *Weg.* o) altissonis 1. p) nitendi 1. q) *emend. Weg.*; a comite 1.

1) Sequens narratio nihil fere veri continet. Nescio an auctor de urbe Ioppe a. 1197. Aug. Sept. a soldano Malek al Adel capta perplexa quaedam et incondita audiverit. 2) Nescio an auctori de civitate Berito a. 1197. Oct. a christianis capta falsa quaedam narrata fuerint. Certe apud Acconem his annis non pugnatum est.

H. R. Non minime necessitatis instancia a gestis principum in Alemania paululum digressi sumus, quia, si materia seorsum digesta fuerit, quam tempora se habent, ipsa rei series ordinem sortita preposterum, discoherente tocius operis compage, casura nutabit[1]. Quam ob rem[a] nos pure et simplici assertioni[b] operam dantes, hunc ordinem exequimur, quod
1196. Heinricus illustris Romanorum imperator videns Theutonice principes de regno posteris suis hereditando difficiliter sibi annuere, continuo alia usus via revocavit prius habitam sub
f. 130c. acuta simulacione voluntatem, et[c] qui non potuit efficere [d]quod volebat sue auctoritatis imperio, ad avite[d] calliditatis arma confugit; quod liquido constabat ab eo, quia non fuerat eius mutata voluntas, quando se ad optinendum quod voluit offerre visa est prosperata facultas. Nam oblato principibus retraccionis eius rei privilegio tam subito eorum permutavit animos, ut, qui paulo ante altum spirantes tumidumque minantes huius rei causa pro-
(Nov. Dec.) scribi et extorres fieri optabant, ad indictam sibi in Francfort[e] convenientes curiam Constantinum[2] eiusdem imperatoris filium, nondum doli capacem, quasi hereditarie successionis regem captu facilis consilii cum imperialibus preconiis et magnis vocibus declamabant[f]. Sicque impacati prius imperatoris et principum animi ad pacem redacti sunt; et ut principibus imperator maiorem fiduciam prestaret, ostensis in eadem curia litteris suis illud in cognicionem universorum venire voluit, quod in arbitrio principum voluntatem suam de profeccione Ierosolimitana eatenus instituenda[g] decerneret, ut signatus cruce sancta, sive ipsum magis proficisci voluissent, sive ut remanens in Apulia sufficienter ituris necessaria provideret, non quod ipsi commodius, sed quod universis videretur utilius se per omnia facturum pollicetur[3].

H. R. 1197. Eo tempore, cum ad recuperandam Terram Sanctam principes Teutonice se concorditer accinxissent, sol eciam de celo circa horam terciam quedam circularia signa deprompsit, ex commercio rerum preteritarum evidenter proponens experienciam futurorum.
f. 130d. Et postea quidem[h] Romanorum imperatore universe [i]carnis viam ingresso plures illi solares circuli regni scisma vel aliarum cedes terrarum exempli gracia portendere[j] crediti sunt. Denique post ea[k] prenotate deliberacionis magnifica promissa imperator[l] ipse applicuit Messin, ubi properata et insanabili plaga percussus, vi sinthomatum[m] faciente, principio egritudinis continuato statu, propter duriciem accidentium et nature defectum inspe-
(Sept. 28). Ps. 36, 7. rata morte finitus est. O quam investigabilia Dei consilia! O vere iudicia Dei abyssus inscrutabilis! O varia bifrontis fortune lubricitas, quia is, qui vix iam[n] inchoato non equo circa principes molimine quasi[o] eis mortis supplicium intenderat, ipse inopinato quodammodo intestatus occubuit. Aliqui dicunt, quod veneno interiit. Imperatrix vero lugubris ac
Cr. Minor. H. R. mesta flebilia super defuncti consortis manubias dedit lamenta atque ascitis artificibus famosum Romanorum principi instruxit mausoleum[p]. Condiensque corpus aromatibus illud
cf. Gen. 50, 2. in magnifica gloria in Spirensi ecclesia[4] sepelivit. At[q], si diviti avaro prodest aliquid preciosa sepultura, obest pauperi iusto vilis aut nulla[5]? nec illa, nec illa[r][6].

H. R. Anno Domini M°C°XC°VIII°. Interea principes Alemanie cum magnis apparatibus latitudinem emetientes[s], vitando Scillam inciderunt in Carybdyn[7]. Sicque fatigabundi cismarinas Adriatici ripas magno rerum et corporis dispendio vix attigerunt, ignari tamen, quod Romanorum princeps tam stupenda morte occubuisset. Fuerant autem Theutonice princi-
f. 130e. pales ad [t]procinctum sancti itineris magnates: Conradus Moguntinus archiepiscopus, Hermannus Saxonie comes palatinus et Thuringie lantgravius, Theodericus comes Misnensis, marchio futurus, Conradus imperialis aule cancellarius atque in eodem procinctu ad elec-

a) *suppl. Wey.; om.* l. b) assercione l. c) *emend. Wattenbach*; ut l; et quia *Scheid; cf. l.* 11. d) *emend. Watt.*; auido l. e) Franceford l. f) *ex* l; declamarent *Schmd.* g) instituenda l. h) quidam l. i) *emendavi*; pretendere l. k) postera l. l) promissa. Imp. *distinguat* l. m) sinthomati l; *cf. infra p. 563, l. 6. 7.* n) vixdum *emendandum esse concio.* o) dum *add.* l; *fort.* iam *hoc loco inserendum est.* p) *sic aut* mausolum *legi potest* m l. q) Ac *legi potest* m l. r) nec illa *alterum addidi ex f. 348c, ubi eadem sententia recurrit; om. h. l.* l. s) *emendavi*; ementientes l.

1) Lucan. I, 141: (quercus) *quamvis primo nutet casura sub euro;* VII, 244: *Casuram fatis sensit nutare ruinam.* 2) De quo nomine Friderici vide Ann. Stad. a. 1198, SS. XVI, p. 353; Winkelmann, 'Philipp' p. 11. 3) Hoc loco desiisse Historiarum Reinhardsbr. priorem partem omnes consentiunt; cf. praef. p. 495. 4) *In Spirensi ecclesia* non antiquus auctor, sed chronista saec. XIV. scripsit ex Cron. Minore p. 194: *sepultus est in Spira.* Ille procul dubio Panormi imperatorem sepultum esse recte scripserat. 5) Gratiani Decr. II, C. XIII, q. 2, c. 22: *Si aliquid prodest impio sepultura pretiosa, oberit pio vilis aut nulla.* 6) I. e.: nec pretiosa prodest diviti, nec pauperi obest vilis sepultura. 7) Versus, ex quo hoc sumptum, est Walteri Alexandr. V, 301.

cionem Herbipolensis episcopatus insigniter declaratus[1] cum duobus uterinis fratribus suis, scilicet Gebehardo et Gerhardo de Quernforde; itemque Conradus marchio de Landisberg, comes Guntherus de Kevernberg cum duobus liberis[2], quorum propagacionem enarrabo[a]. 1197. n. a.

Primus[3] comes vocabatur Gundarus, qui fuit gentilis, postea ad fidem conversus et baptizatus[4]; qui genuit Zigerum; qui Zigerus genuit Siczonem, qui in quodam bello magnam multitudinem paganorum *in profundo maris* persequendo fugavit; quod videns imperator illis temporibus dixit: 'Nequaquam ultra vocaberis Syczo, sed Sygahart erit nomen tuum'. Iste Sygahardus sepultus est in Nuenborgensi ecclesia, quam pluribus possessionibus donavit[5]; qui eciam genuit filium nomine Guntherum, qui genuit Siczonem[6], qui fundavit abbaciam Vallis Sancti Georgii anno gracie M°C°XLI°[7]. Dictus Siczo genuit comitem Guntherum; hic Guntherus genuit Guntherum et Heinricum fratres; qui scilicet Guntherus volebat dividere hereditatem cum fratre suo Heinrico, propter quod se optulit homagio lantgravio. Idem vero Guntherus genuit tres filios: scilicet Guntherum, Heinricum et Willibrandum, qui factus est archiepiscopus Magdeburgensis[8]. Guntherus genuit Guntherum et Albertum, ut dicitur, Magdeburgensem, episcopum aut prepositum eiusdem ecclesie[9]. Guntherus vero genuit tres filios: Guntherum, qui intravit ordinem fratrum Minorum, et Bertoldum, qui captivavit episcopum Babenbergensem[b. 10], et Guntherum, qui habuit patruum nomine Albertum de Rabinswald[11]. Dictus vero comes Guntherus cum memorato filio suo Bertoldo et duobus fratribus Heinrico et Gunthero de Swartzburg, patruelibus memorati comitis Guntheri, detenti sunt in bello Mittelhusin a Rudolfo pincerna de Vargila[12]. Modo ad historiam primam: 2 Cor. 11, 25. †. CCCLXXIX. 1245. 1248.

Comes[13] Guntherus de Kevernberg cum duobus liberis, scilicet Gunthero iuniore et Heinrico comite de Swartzborg, et quam plures alii servilis condicionis et libere, quorum nomina et intencionem incircumscripte[c] divinitatis intuitum latere non credimus. At vero proficiscentium alii in amplis ponti sinibus occubuerunt, ut Meynhardus de Muleberg, Poppo de Wasungen, alii timiditate expensarum aut pelagi retrogradi effecti sunt, virtutisque locum deserentes a solempni voti proposito effeminate ac turpiter in occasum illaudande timiditatis[d] vergere non timuerunt. Unde et ipso iure infames effecti decretam a summo pontifice dampnacionis sentenciam exceperunt. Siquidem hii, qui propter retribucionis[e] eterne compendium vitam periculis obiecerant, frustratorie in cismarinis partibus desudantes, pre innumerosa paganorum multitudine nichil aliud quam paucitatem suam deflere poterant, hoc enim ignorantes, quod Terre Sancte redemptio ipsis non esset reposita[14]. Ideoque luctuosi et lugubres infecto repatriantes negocio divisum dumtaxat imperium[f] ab infaustis relatibus audierunt. Imperatrix vero in Apulie partibus recepta, cum reduces audiset Alamanie principes, femineis dolis, ut assolet, plurimas eisdem magnatibus moliebatur[g] insidias, illud in corde suo deliberatum habens, ut aut filium universalem Romanorum regem publice declararent, aut certe, si quos eorum captivitati mancipasset, quos suis conatibus discrepantes et refragantes inveniret, irrecuperabili et ultimo supplicio[h] puniendos 1197/8. 1198. †. 331[b].

a) *in marg.* 1: Genealoya comitum de Kevernberg. b) bamberg. 1. c) circumscripte 1; *cf. Prudent. Apoth. v.* 931: Incircumscriptus Dominus. d) timiditis 1. e) retribucionem 1. f) impim 1. g) moliebantur 1. h) *emend. Abel;* supplicem 1.

1) De qua electione vide Winkelmann, 'Philipp' p. 133, n. 4. Conradus ab a. 1194. iam episcopus Hildesheimensis fuerat. 2) Infra l. 22. 23. dicti. 3) Sequens genealogia manca et mendosa comitum Käfernburgensium saec. XIII. ex. conscripta est, cuius initium cum inscriptionibus imaginis illorum celebris convenit; cf. F. L. Hesse in 'Neue Zeitschr. f. d. Gesch. d. german. Völker' I, p. 1—40. 4) Is Gundharcus inter eos nobiles Thuringos fuit, ad quos Gregorius II. papa dedit epistolam celeberrimam; epist. Bonif. nr. 19, Epist. III, p. 268. (Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 2163). 5) Cf. K. P. Lepsius, 'Kleine Schriften' I, p. 17 sq. Plures fuerunt Sizzones; cf. I. Dieterich in 'N. Archiv' XVIII, p. 479 sqq. 6) Qui obiit a. 1160; supra p. 369. 7) Supra p. 535. ad a. 1142. ex Cron. Minore hoc relatum est. 8) A. 1235—1254. 9) Hic Albertus fuit filius Gunther III. comitis ideoque frater Wilbrandi archiepiscopi, ante quem fuit praepositus (a. 1198—1205) et archiepiscopus Magdeburgensis a. 1205—1232. Quod chronista ex loco a. 1206, infra f. 337[c. d], discere potuisset. 10) Error. Bertholdus comes de Henneberg (non de Käfernburg vel Schwarzburg) cepit a. 1245. Heinricum I. episcopum Babenbergensem. Cf. Cron. S. Petri, supra p. 396. 11) Hoc verum est. Hic fuit filius Guntheri IV. comitis de Käfernburg. 12) A. 1248. Infra f. 371[b]. hac de re ex Cron. S. Petri (supra p. 397) relatum est. 13) Haec est pars posterior enumerationis magnatum crucesignatorum supra l. 3, abruptae, ubi verbis *comes — liberis* iam leguntur, quae hoc loco repetita sunt. 14) Morte Heinrici VI. imperatoris a. 1198. Febr. 1. audita, cum castrum Toron obsiderent, commoti sunt, ut in patriam redirent. Cf. Winkelmann l. l. p. 60 sq.

1198. H. R. arbitraretur. Quo comperto Thuringie princeps, hinc dolos precaveris femineos, inde Philippi tunc forte declarati regis fautoribus inminere metuens, per Bohemos iter reflexit, suis- (c. Aug.) que partibus appropians mala tantum in terra accrevisse cognovit. Nam et Ottonem Heinrici magni ducis filium per Reni principes Aquisgrani intronizatum regem veraciter accepit. Sed et Philippi eleccio per orientales facta principes ipsum latere non potuit[1]. Porro Philippus lantgravium suas persentiens[a] evasisse insidias atque ad suum eum querens favorem inducere per pacem simulatam alia[b] prorsus via usus est. Quocirca pacificos mittens ad eum nunccios, urbes, opida, civitates et castra iure feodi ei copiose optulit, hoc apud eum optinere [gestiens[c]], ut, si ei plenarium noluisset[d] prebere favorem, sinistro tamen ei molimine non prorsus obsisteret, atque illo pro merito quantamcunque voluisset hereditatem imperii latis vadibus indubitanter sibi delegaret. Sane rex Otto eundem adversa fronte principem sibi querens esse favorabilem, quecumque in simplo Philippus ob- f. 331c. tulit, ille duplicia deleganda [e]sposondit[2], asserens preterea, quam iniqua circa ipsum Philippi frater defunctus imperator habuisset quandoque conamina[3], illud quoque commemorans, quod utriusque pater imperator Fredericus suum genitorem integre fame et amplarum diviciarum ducem Heinricum imperiali sentencia punierit, proscriptum eraserit et suo iuri prorsus eum renuncciare compulerit. Enimvero lantgravius Ottoni duci-regi, gerens morem lacrimabili eius querimonie, cum tota miseracione occurrit, Reni principibus consensit, seque dedens Ottonis hominio[e], dignitatem principatuum suorum ab eo solempniter accepit, detestandoque Philippum cum suis electoribus, Ottonem cum magnificis preconiis regem publice declaravit. Sane Philippus paternum adiens erarium infinitam militum copiam partim argento, partim feodis et promissionibus sibi comparavit, Odackarum eciam (Sept.) ducem Bohemie pro prestando sibi favore deinceps regem, eum[f] suosque successores, cum honorifica transmutacione insignivit. Qui eciam cum innumera Bohemorum multitudine et fortibus auxiliariis in partem Philippi concurrit et superioris Austrie[4] terminos depopulans, ubicumque castrametatus est, ibi virginum defloracio, matrimonii separacio, sanctimonialium et viduarum nefanda ab eis corruptio perpetrata est. Denique civitates deflagrarunt, emunitatibus ecclesiarum et monasteriorum minime parcentes, sacra profanis miscuerunt[5]. Sicque multum Roma et tota ecclesia debet popularibus armis, si Philippo f. 331d. sic res geri debuit[6]. At vero male se res habet, cum Romani principis eleccio constare videtur bellis et[g] peccunia, que virtute pocius et concordia effici debuit. Proinde Philippus (Oct.) ulterioribus partibus Reni inminens multum temporis ibi exegit, fluviali tantum separacione[7] ab adversariis suis, Ottone et eius exercitu[h], disiunctus. Nichil aliud ab utriusque exercitus copia, nisi cedes et incendia infaustis duntaxat rumoribus percrebuerunt; sicque solutis procinctibus nichil solempniter ibi actitatum est, preterquam quod[c] Bohemus iens loct. 4 et rediens residuo bruci quasi locusta inminebat. Post hec lantgravius[*], ne nil ageretur[8], delegatis sibi ab Ottone rege civitatibus acriter inminebat. Nam collectis, ut aiunt, mille (c. Nov. 1). octingentis militibus Northusin[i] regalis opidi muros obsedit, civitatensem fluvium[9] per adulterinos alveos ab opido reiecit, sitique[k] et in muros facto impetu per multifaria muro- (Dec. med.) cum tormenta eis fortiter institit, atque duobus fere mensibus ibi exactis[10] in dedicionem

*) *Schedel in 2 huic loco breviato praemisit:* Anno Domini MCXCVIII. Philippus dux Suevie, frater imperatoris Heinrici defuncti, nec non Otto filius Heinrici ducis quondam Saxonie contendentes, quilibet coronam imperii sibi procurat imponi. Nam Aquisgrani Otto per Coloniensem, Philippus vero Maguncie per Maguntinensem[11] archiepiscopum consecratur. Porro lantgravius Ottoni adherebat. Qui, ne *etc. Quae ab ipso H. Schedel conscripta, non ex hac Cronica excerpta sunt.*

a) pñciens 1. b) *emend. Abel;* alias 1. c) *supplevi; om.* 1. d) *emendavi;* voluisset 1. e) homagio *L. II.* f) *sic* 1. *L. II.* g) a 1. h) exercitus (s *del.?*) 1. i) Northusn 1; Northusen 2. k) sicque in m. 2.

1) Cum Ottonem regem intronizatum, Philippum electum dixerit auctor lantgravium audivisse, cum rediret, hoc inter Iul. 12. et Sept. 9. factum est. Quocum cf. Cron. S. Petri, supra p. 378. 2) Civitates videlicet Nordhausen et Saalfeld, ut infra l. 37. dicitur, et magnam pecuniam; v. infra f. 332d. Cf. epist. Innoc. III, Reg. nr. 27, Potthast nr. 1179 = Reg. Imp. V, nr. 5716. 3) Cf. supra p. 550 sq. 4) Superior Austria auctori est Francia Rhenana, nomine temporis Merovingici occupato. Odackarus eidem expeditioni Philippi interfuit, quam auctor infra describit. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 297, n. 1. 5) Hor. Ep. I, 16, 64: *miscebis sacra profanis.* 6) Lucan. I, 44 sq.: *Multum Roma tamen debet civilibus armis, Quod tibi res acta est.* 7) Mosellae scilicet. 8) Cf. supra p. 553, n. 1. 9) Zorge. 10) Cron. S. Petri, supra p. 378: *post sex ebdomadas.* 11) Immo Tarentasiensem. Cf. supra p. 378, l. 9.

eos infestis viribus ire coegit[1]. Modico postea[a] temporis pretereunte intersticio, Thuringie 1198. H. B.
princeps tutum in Salevelt[b] regi Philippo putans futurum esse asylum,

nil credens actum, cum quid superesset agendum[2],

suggestione suorum cum quodam[c] residuo exercitus sui illo divertit. Et primis fortiter facientibus, modico ante adventum principis civitatensibus tam acriter imminebant, ut relictis presidiis alii eorum mente consternati per fugam evadentes formidolose delitescerent, alii viribus impares impetuosa captivitate subacti cum rebus 'et personis in dedicionem 'f. CCCXXXIIr. abirent[3]. Itaque erumpnosa direptione in civitate perpetrata ad cenobium[4] eiusdem opidi diverterunt, et valvis ecclesie violenter fractis, cum tocius immanitate sceleris eos, quos intra ecclesiam latitantes repererunt, ceperunt[d] et in vincula coniecerunt et ibi repositam suppellectilem monasterii, scilicet ornatum et burgensium peccunias[d'], profanantes sanctua- Ps. 88, 40. rium Dei, indifferenter secum abstulerunt. Et cum alio potuit ordine fuisse processum, inviolatis scilicet ecclesie emunitatibus, modo ex avide cupiditatis enormitatibus canonem date[e] sentencie evidenter incurrerunt. Hoc audito provincie princeps[f] impetum in ecclesiam factum graviter se ferre confessus est; sed racione multitudinis tantorum auctores scelerum[g] liberati sunt a pena, sed non a culpa. Abbas vero loci[5] cum lacero fratrum suorum comitatu Erfordiam devenit et super tam dampnoso ecclesie sue crimine delegatos iurisdiccionis illius iudices consulens, aliud habere non potuit consilium, nisi quod inpacati temporis molimina et ipse equo animo per aliarum dampna provinciarum experiencia exempli sufferre coactus est. Tamen convocatis ecclesie prelatis[h] in eo concordatum est, ut provincie princeps super enormitatibus consuleretur, utrum scilicet effractores[i] ecclesie pro excommunicatis haberi deceneret, an certe resarcito[k] ecclesie dampno ad reconciliacionem eos magis informare voluisset; et si nullum prorsus de alterutrius questionis involucro apud ipsum principem consilium inveniri potuisset, melius esse decreverunt tacita ipsius auctores sceleris apud Deum puniendos esse 'sentencia, quam ut prolata in eos de- 'f. 332r. bita animadversio maioris incommodi et amplioris scandali prelatis ecclesie dispendium inferret. Nam predatores[l] ecclesiarum hoc in tempore non siciunt sangwinem prelatorum, sed magis in dampna rerum avidescunt.

Item Innocencius tercius mortuo Heinrico imperatore Ottonem ducem de Brunswig iunxit Rome et consecravit Cr. Mont.
in imperatorem et post parvum tempus excommunicavit eum propter suos enormes excessus, suscitans ei adversarium Fredericum filium Heinrici imperatoris, quem ipse papa sublimavit ad sceptrum[m] regni.

Anno Domini M°C°XCIX°. Inito postea consilio dominus Helmbertus Havelbergensis[n] 1199. H. B. episcopus, in Moguntina[o] dyocesi vicem gerens episcopalem, lantgravium vinculis anathematis absolvit; qui eciam pro resarciendo rerum deperditarum dampno fidelem operam se insumpturum coram universitate promisit. Proinde dominus Conradus Moguntine sedis archiepiscopus a procinctu Ierosolimitano[p] rediens[6], compertaque tanti sceleris inmanitate, audiens eciam principem Thuringie vinculis absolutum anathematis, acriter indoluit atque in Havelbergensem debitam animadversionem[q] exercere destinavit. Compertoque, quod prelatorum consilio principem provincie absolverat, ferocissimos remisit animos et eam pontifici culpam facile indulgendam putavit, quam presumptione temeraria nequaquam admisit. Interea Philippus circiter, ut aiunt, trium milium[r] collecta inmanissima mili- (Iul.) tum et pugnatorum copia divertit Argentinam, ubi ordinata obsidione applicatisque murorum tormentis civitatensem cum aliis comitibus et auxiliariis intra muros vallavit episcopum[7], qui Philippi[s] eleccioni acriter obstiterat et eum numquam futurum regem publice declamaverat[t]; preterea[u] cedes, incendia et 'depopulaciones in predia Philippi eatenus 'f. 333r. exercuerat, ut[v], si de amicis et paternis peccuniis sustentacionem[w] non habuisset, ad in-

a) posthac 2. b) Salvelt 2. *L II.* c) red *add., sed del.* 1. d) *emendavi*; lat. receperunt 1; qui intus erant in vinc. coniec. 2. d') pecuniam 2. e) *emend. Weg.*; dato 1. f) principes *corr.* princeps 1. g) autores sceleris 1. h) prelatibus 1. i) effrores 1. k) *emend. Weg.*; recersito 1; *cf. infra l.* 34. l) *emend. Weg.*; prolatores 1. m) ceptrum 1. n) hamb'gen 1; bambergensis 2. o) *sic* 2; mogunciam 1. p) Ierosolimitane 1. q) *emend. Weg.*; adversionem 1; *cf. supra l.* 26. r) tria milia 1; tris milia collegit *L II.* s) *sic L II*; philipp^{o} (us) 1. t) *sic L II*; declamerat 1; *cf. p.* 558, *l.* 14. u) Propterea *L II.* v) *sic L II*; ul' (vel) 1. w) sustentameotum *L II.*

1) Auctor non dixit Ottonem regem obsidioni coeptae *ante natalem Domini.* 4) S. Petri; Cron. S. Petri l. l. supervenisse. Cf. 'Sächs. Weltchr.' c. 342, 'D. Chr.' 5) Cuius nomen nescimus; cf. Thur. sacra p. 705. II, p. 237; 'Braunschw. Reimchr.' v. 5099—5141. 6) A. 1199. mense Nov. vel Dec. vel demum 1200. ib. p. 523. 2) Lucan. II. 657. 3) Cron. S. Petri l. l.: ineunte. 7) Conradum II.

1199. comparabiles defectus[a] eum idem episcopus devenire compulisset. Super hiis itaque Phi-
H. R.
(Iul.) lippus ex animo permotus antemurale civitatis cum fortibus auxiliariis invasit et iactatis ignibus eos qui in suburbiis erant occupando optinuit, eisque prosperitatis eventibus vulgaribus et timidis incredibilem terrorem intra muros ingessit[b]. Qui eciam fronte prima in dedicionem abissent, si inviolabilis episcopi constancia non obstitisset. Tandem vero tractu temporis et depopulatis provinciis ac perpetratis cedibus defatigati burgenses suggesserunt episcopo, ut cum Philippo se componeret, asserentes eum liquido cunctis demonstrasse, quod ingratam haberet in imperio Philippi sublimacionem[1], si universitas principum in eum non concordarent[c]. Denique sciens pontifex turpem esse omnem partem, si suo universo non congrueret[2], iuri suo renunciavit, valvas civitatis aperuit, cum Philippo composuit, exceptione tamen premissa, ut pacificus intraret, civitatenses indempnes existerent atque emunitatibus ecclesie nimquam postea insultaret[3]. Sicque pontifex cum Philippo concordans in auxilium ei cum suis concurrit atque ei in posterum se serviturum tamquam imperatorie maiestatis opifici fideliter spospondit. Sane Philippus de illius triumphi gloria tripudians, anteqnam procinctum exercitus sui rescinderet, destinavit animo Thuringie principem impetere, ut eum vel sic ab adiutorio regis Ottonis averteret vel quibuscumque pro-
*) 332. missionibus alliceret. Denique Otto rex lantgravio immanes eris acervos[4] se dare promiserat, ut favorabilem sibi eum obtineret seque publice regem declararet. Porro exspirante termino, quo eadem solvi[d] peccunia debuerat, ad eam rex Otto devenit penuriam, ut condictum falleret et promissum argenti pondus minime persolveret. Proinde neglecta peccunia Thuringie[e] princeps a sacramento fidelitatis se ratus absolutum, mediante regis consilio Odackari[f] ad Philippum applicuit atque innumeras imperii emunitates et predia feo-
(Aug. 15). dante[g] Philippo indubitanter optinuit[5], seque ei fidelitatis sacramento obligavit. Ceterum Moguntinus III^{or} agens peregrinacionis annos in transmarinis partibus[6], infectisque pie intencionis negociis et spe benigna frustratus, Moguntinam decernens visitare dyocesim ad sua rediit, ubi cum solempni festivo ab universis susceptus est. Deoque dilectus et hominibus neutri denominatorum regum consensum adhibuit. Nam et Philippum pro duce Swevie, non pro rege habuit, Ottonisque personam tamquam nobilem, sed privatam iudicavit habendam, sacramentum puero illi[7] factum nimquam putavit violandum. Denique cum
1200. (Maio). modico tempore idem archiepiscopus in Austrie partibus demoraretur[8] atque cum omni annisu ad eleccionem pueri publice principes inducere decrevisset, occulto[h] Dei iudicio in-
(Oct.) sanabilis eum dissenterie[i] morbus occupavit[9], in quo ingrata et pigra trahens tempora, ad Herbipolensem iter deflexit ecclesiam; ubi de infaustis rumoribus habitis de eiusdem
*) CCCXXXIII. civitatis episcopo Conrado, imperialis aule cancellario, plenam habere decernens *experienciam[k], sicud in mandatis acceperat, cum universitate pertractare voluit. Sane idem Herbipolensis, cum peregrinacionis gracia in transmarinis[l] partibus moras duceret, castrum forte quoddam a paganis occupatum in dedicionem militum christianorum fere devenisset, nisi quod, accepto a paganis eisdem idem episcopus auro et immensa peccunia, furtivis prodicionibus consilium alteravit[10], multa milia hominum perdidit, atque ita recuperacioni[m] Terre Sancte iniquissimo impedimento extitit. Aurum vero a gentilibus in sui materia veraciter oblatum in manibus episcopi miraculose transsubstantiatum cupri naturam induit,

a) effectus 1; defectos *L II.* b) timorem . . . incussit *L II.* c) concordaret *L II.* d) exsolvi *L II.* e) Thuringorum *L II.* f) med. rege Ottokaro 2. g) a *add. L II.* h) vero *add.* 1. i) *emend. Abel*; dissentire 1. k) expericiam 1. l) marinis 1; *cf. supra l.* 24. m) recuperaco 1.

1) Cf. Innoc. Reg. de neg. imp. nr. 45 = Reg. Imp. V, nr. 5744. 2) Decr. Innoc. III. tit. 40, Epist. ed. Baluze I, p. 601 = Decr. Gregorii IX. l. IV, tit. 4, c. 5: *Ne vero turpis sit pars, quae suo non congruit universo.* 3) Cf. Ann. Marbac., SS XVII, p. 169. 4) Octo milia marcarum, ut tradit 'Braunschw. Reimchr.' v. 5021, 'D. Chr.' II, p. 522. 5) Cf. Cron. S. Petri a. 1199, supra p. 378. 6) A. 1197. mense Ianuario Moguntia profectus, a. 1199. Iul. 15. ad Apuliam reversus appulit. Auctor iam supra p. 561, l. 35. reditum eius commemoravit. 7) Friderico; cf. supra p. 558. In *L II* recte insertum est: *scilicet Constantino, Heinrici imperatoris filio.* 8) Mali die 28. Viennae fuit, inde in Ungariam profectus. 9) Ex Ungaria reversus die Sept. 28. monasterium S. Stephani consecravit; Ann. S. Steph. Frising., SS. XIII, p. 55, et n. 2. Cf. Vita Ermioldi c. 24, SS. XII, p. 493. 10) Obsidionem castri Toron (a. 1198. Febr. 1) Conradum pecunia corruptum deseruisse tradit etiam Otto de S. Blasio c. 42, SS. XX, p. 327, similemque fabellam de auro falso a Sarracenis ei dato narrat. Conradus a castro Toron recessisse videtur, quia nuntium imperatoris mortui acceperat. Cf. Winkelmann, 'Philipp' p. 61; Th. Münster, 'Konrad v. Querfurt, Bischof v. Hildesheim u. Würzburg' (Diss. Lips. 1890) p. 16, n. 30.

et ita, quod acceperat, aurum fuit, quod vero perdidit, anima fuit. Super hiis ergo infelicibus auspiciis ipso iure infamis episcopus, tamquam notorio perculsus crimine, preter ordinem iudiciarium ab universitate sentenciam dampnacionis accepit[1]. Sicque accensis in Moguntina ecclesia luminibus a sancte matris gremio eliminatus auctore Romano pontifice officio et beneficio privatus est[2]. Ad cuius rei confirmacionem[3], ut dictum est, Moguntinus ad Herbipolensem ecclesiam properavit[4], plenus dierum, cum fine bono, vi et acumine sintomatum invalescentibus, coram multis testibus in mensa residens diem clausit extremum. Herbipolensis ergo, publica notatus infamia et omnibus rebus desperatissime periclitatis[5], Philippo dumtaxat adhesit, cuius eciam consilio Romanum pontificem adiit[5]; unde pro benediccione maledicionem accepit atque ut proscriptus[b] et erasus in laborintum desperacionis vehementer incidit[6]. Missis tamen regiis apicibus[7], mediantibus quoque, ut aiunt, quingentis et duobus marcarum milibus apud Romanos veniam promeruit et denuo episcopatum obtinuit[8]. Sane post mortem Moguntini partes eligentium dissiliunt. Philippus electioni se ingerit, electores plurimos vi et potencia conquirit et Lupoldum[c] Wormaciensem episcopum ad sedem Moguntinam denominat. Reliqui vero Sifrido de Eppensteyn hominium faciunt et cum universitate[d] sue consangwinitatis eciam eum ad eandem dyocesim futurum declarant archiepiscopum[e]. In vigilia[9] beati Thome apostoli permaxima eclipsis lune facta est.

1200, 11. 8.

(Oct. 25).

(Mart. Apr.) f. 333b.

1201. 1200. (Nov.)

1199. Dec. 20.

Lodewicus bonus lantgravius natus est.

Anno Domini M°CC°. natus est Ludewicus [V.[f] Kal. Novembris], quartus huius nominis lantgravius, de matre sua Sophia, filia ducis Bavarie[10], pius et benignus princeps, maritus sancte Elizabet, omni mundo necessarius, qui *in tempore iracundie factus est reconciliacio*, quem Deus mira gracia perfuderat, ut precedentium et subsequentium progenitorum suorum nullus esset rumor. Ipse ergo[g] puer erat optime indolis, pulcher aspectu, vultu decorus et visu fuit delectabilis, pius, mansuetus, paciens, iocundus et continens, sua legittima contentus, fidelis, pudicus, providus, iustus in iudicio, inter coevos et comunilitones existens affabilis et benignus[11]. Ipse ab infancia nec allecia comedit[h] nec cervisiam[i] bibit usque ad diem mortis sue.

Berth. — V. L. 1, 4. 1200. Oct. 28. Eccli. 44, 17.

Hermannus itaque lantgravius adhuc vivente Ludewico pio, fratre suo, curia [k]imperatoris habita in Erfordia factus fuerat Saxonie comes palatinus[12] nobilissimamque Sophiam palatinam duxit in uxorem; qui suscepit ab ea duas filias. Quarum prima vocabatur Iutta[k], que coniuncta fuit Theoderico[l] marchioni Misnensi[13], genuitque Heinricum marchionem, patrem Theoderici[m] marchionis et Adelberti[n] lantgravii, avum Frederici lantgravii et marchionis[14]. Defuncto itaque Theoderico[o] primo Iutta[k] dicta accepit in coniugium Bopponem[p] comitem de Hennenberg[q.15], patruum comitis Bertoldi[r] de Hennenberg[16], genuitque ex ea

Berth. — V. L. 1, 2. f. 333c.

a) piclitat 1. b) atque in proscripti 1. c) *sic I. H*; Lippoldum *h. l.* 1. d) universitates 1. e) *nulla distinctione facta pergit* 1 in vig. f) *uncis incl. praebent* 2 (*post* lantgr.). *T. E. I. I. H*; *om.* 1; an sente Symonis und Iude tage (= *Oct.* 28)? *Vita Lud. I*, 4. g) igitur *I. I. H.* h) gmedit 1. i) cervisiam *T. I. H.* k) Iuttha 2. l) Diterico, *superscr.* theoderico 2; Diderico *E*; march. Misn. (Mysen. 2) Dit. 2. *E.* m) Ditherici *h. l.* 2. n) Adilberti 2. o) Dytherico *h. l.* 2. p) *sic* 2; Popponem 1. q) Henneberg 2 *semper.* r) *sic* 2; Beriolde 1.

1) Conradus excommunicatus est, quia licentia papae non obtenta episcopatum Wirzeburgensem susceperat et a papa officio suspensus se et Hildesheimensem et Wirzeburgensem episcopum gessit. Vide Reg. Imp. V, nr. 5645. 5666. 5693. Winkelmann l. l. p. 167 sq. 2) Quod aut extremo anno 1199. aut 1200. incunte factum est, cum primum archiepiscopus Roma Moguntiam rediit. 3) Minime. Conradus iam a. 1200. Apr. 9. excommunicatione solutus erat. Cf. Reg. Imp. V, nr. 5706; Winkelmann l. l. p. 190, n. 1. 4) Hoc verum est. In villa Riedfeld Franconiae mediae (Bz. Neustadt a. d. Aisch) obiit archiepiscopus; Cont. Admunt., SS. IX, p. 589. 5) Quo tempore hoc fecerit, apparet ex Innoc. epist. data Apr. 9; Potthast nr. 1002 = Reg. Imp. V, nr. 5706. 6) Minime. Cf. Gesta Innoc. III. c. 45, Muratori, SS. III, p. 502, ubi et de muneribus papae a Conrado oblatis dictum est. 7) Philippi litterae eum iuvare non potuissent, Otto acriter contra eum papae scripsit a. 1200, Reg. Imp. V, nr. 243. 8) Cf. Reg. Imp. V, nr. 5763. 9) In crastino potius S. Thomae apost. (Dec. 22) a. 1199. Hunc notam ex alio fonte (annalibus brevibus) a chronista insertam esse puto. 10) Ottonis I. 11) Haec Bertholdi Theod. de Apolda III, 1. 3. loco infra f. 349d. 350a. exscripto adhibuit. Cf. 'N. Archiv' XX, p. 633. Sequentia *(Ipse — mortis sue)* ab auctore Vitae Ludowici, qui certe etiam quaedam supra *(nuarius — rumor)* inseruit, addita esse recte Wenck, 'Entstehung' p. 15. statuisse videtur. 12) A. 1181. Nov. Cf. supra p. 541, l. 14. 13) Cf. supra p. 551, 14) A. 1314—1324. Cf. supra p. 527. Haec genealogica Misnensia et sequentia Hennebergensia ab auctore Vitae Ludowici textui Bertholdi addita esse vides. 15) A. 1224. Cf. infra f. 357b. 16) III, qui fuerat filius Bertholdi II. comitis.

V. L. I, 2. Hermannum [comitem*)] de Hennenberg. Erantque uterini fratres Heinricus marchio et Hermannus comes, qui genuit Bopponem[b] iuniorem[c.1] de Hennenberg et Bertoldum[d.2] episcopum[2]. Secunda filia principis Hermanni, scilicet Hedwigis[e], coniuncta est comiti
Berth. V. L. I, 3. Alberto[f] de Alsacia[g.3]. Defuncta ergo prima uxore[h] mortuoque fratre suo in transmarinis
1190. partibus Ludewico lantgravio, predictus Hermannus Saxonie comes palatinus adeptus [est[i]] Thuringie principatum, qui eciam[k] per legalem copulam accepta[l] nobilissima Sophia filia ducis Bavarie[5] suscepit ab ea nobilissime indolis filium, ut predictum est, Lodewicum quartum huius[1] nominis lantgravium, et Hermannum, qui obiit in Ysenache[m.6]; Heinricum, qui postea in regem Romanum[n] electus fuit[7]; Conradum, qui se optulit ordini[o] domus Theutonice[8]; et duas filias, quarum prima Irmigardis[p.9] copulata fuit comiti Heinrico de Anhalt[q]; secunda Agnes, que coniuncta est duci Austrie[10]. Ipse vero princeps[11] nobilissimus, inter regni primates nominatissimus[r], cuius virtus pre cunctis Alemanie principibus domi bellof. 333d. que enituit gestu corporis, disciplinata verecundia morum, sobrietate verborum, liberalitate rerum, pudibundo gressu, animositate virili, qui cum paucis indifinite multitudini sepe occurrens triumphum de inimicis reportavit, qui nec membra lassa aliquando sopori dedit nisi preaudita collacione, modo de sacris apicibus, modo de magnanimitate principum antiquorum, quandoque latinizatis, aliquando theutonizatis aurem pervigilem adhibuit scriptis; numquam inutili torpuit ocio, neminem sibi superiorem et parem quemquam tollerabat.

Cr Mosar. Hoc anno ordo domus Theutonice confirmatur[s] ab Innocencio papa, iniciatus ab imperatore Heinrico sexto in Acon. Hoc anno terremotus maximus factus est.

ib. Cr. S. Petri. Item anno Domini M°C°C°I°. Civitas Constantinopolim capta est et spoliata a christianis. Eo tempore et die Philippus rex in Babinberg[t] curiam plurimorum episcoporum et principum convocaverat, eumque regem fore sacramento confirmaverunt, quamvis ipse cum omnibus fautoribus suis ab apostolica sede per quendam[u] cardinalem, Romane ecclesie legatum, excommunicatus promulgatus fuisset, et rex Otto in regnum Theutonicum et Sifridus in sedem Moguntinam ab Innocencio papa essent confirmati. Eodem eciam tempore facta est translacio sancte Konegundis regine in Babinberg in nativitate sancte Marie sub Innocencio papa, agente episcopo eiusdem civitatis Thymone, qui eciam post VI ebdomadas obiit.

1202. H. R. Sifridus itaque, ut dictum est, accepta eleccionis denominacione, suggestione suorum
1201. Romanam curiam adiit[12]. Ubi continuo, omni difficultate exclusa, in odium Philippi iubente
(Sept. 30 cf. CCCXXXIIIa. summo pontifice a[v] Prenestino[13] totius Alemanie legato ad sedem suam consecratus est. Ad confirmacionem eius principi Thuringie porrectis specialiter summi pontificis apicibus[14] diligenter exaratum[w] est, ut quibus posset modis sue iurisdiccionis[x] clericos et monachos ad obediendum Sifrido induceret et quod in eo factum fuerat ipse cum reliquis per omnia
1. Petr. 1, 14. ratum haberet[15]. Denique provincie princeps, tamquam obediencie filius, minis et swasionibus omnes quos potuit ad obediendum Sifrido studuit inducere, subiectis parcere[16], sed

*) Herbipolensem *add.* 2.

a) *sic* 2. *Vit. Lud.*; *om.* 1. b) *sic* 2; Popponem 1. c) *sic* 2; miorem (minorem *legendum*) 1. d) *sic* 2; Bertoldum 1. e) Hedowigis 2. *E.* f) Adilberto 2; Adelberto *E.* g) *sic* 1. 2. *E. (2 ex E) et genealogia appendicis loco edita et Vit. Lud.* h) *sic* 2. *E.*, *om.* 1. *T.* i) princ. Iude *T.* k) accepto 1. l) eiusdem 2. *E.* m) Ysenach 2. *T.* n) *sic* 1. 2. *E*; Romanorum *T.* o) *sic E. T*; ordie 1; ordinis 2. p) *sic* 1. 2; Irmgardis *T*; Ermengardis (Hermengardis) *E.* q) *sic T. Vit. Lud.*; hanhalt 2; Anholt 1. r. fuit *add. E.* s) confirmatus 1, *sed in marg.*: Ordo theutonice domus confirmatur. t) Bobinberg *h. l.* 1. u) quandam 1. v) ps *add.*, *sed del.* 1. w) *sic recte* 1; *minime exaratum legendum, ut Abel p. 359. habet et voluit Will, Reg. archiep. Magunt. II, p. 130.* x) sue *iterum add.*, *sed del.* 1.

1) VIII, qui obiit a. 1291. 2) Bertholdus episcopus Wirziburgensis a. 1274. depositus, qui obiit a. 1312. fuit filius Popponis VII. frater Hermanni I. comitis, ut scribit L. A. de Schultes, Dipl. Gesch. des Hauses Henneberg' I, p. 66 sqq. 3) Holsatiae potius, comiti de Orlamunde, qui infra f. 348a. commemoratur. Locis a. *g* laudatis patet iam auctorem Vitae Ludowici hoc nomen corrupisse. 4) A. 1189. vel 1190; cf. supra p. 544, l. 26; 'N. Archiv' XXI, p. 295. 5) Ottonis I. 6) A. 1241; cf. Cron. S. Petri, supra p. 395; infra f. 369c-d. Hoc et quae de Heinrico et Conrado dicta sequuntur ab auctore Vitae Ludowici addita esse deprehendis. 7) A. 1246. 8) Cf. Hist. br. princ. Thur. c. 12. 9) Ab aliis vocata Sophia (Chron. princ. Sax., SS. XXV, p. 476, et ib. n. 11, supra p. 31) et Agnes. 10) Heinrico filio Leopoldi VI. ducis. Cf. infra f. 359b-c. Sed postea Agnes nupsit Alberto I. duci Saxoniae, ut censendum est; cf. Chron. princ. Sax., SS. XXV, p. 476, supra p. 31. Quod cum nondum factum esset, cum Bertholdus librum suum scriberet, hoc loco omissum est; quod auctor Vitae Ludowici ignorasse videtur. 11) Hermannus. Ut etiam Frid. Köditz in Vita Ludowici I, 3, ed. Rückert p. 8, hunc locum interpretatus est. Cf. supra p. 501, n. 3. 12) Romam a. 1202. (Mart.) Sifridus Romam profectus est, pallium acceptorus, postquam iam a 1201. Sept. 30. consecratus est. Cf. Will, Reg. archiep. Magunt. II, p. 127, nr. 22. 13) Guidone. 14) Qui non exstant. 15) Cf. Chron. reg. Colon. cont. III. p. 201. 16) Verg. Aen. VI, 853: *parcere subiectis et debellare superbos.*

refragantibus per manum bellicam non desiit acriter imminere. Interea Lupoldus stimulis invidencie agitatus, ne nil ageretur[1], furtivis illapsibus intempeste noctis silencio, swadente Philippo*), auxilio Lamperti comitis[2] intravit Erfordiam[3]. Ad cuius occursum infaustis, ut rati sumus, auspiciis, inopinato quodam casu aliquanta pars civitatis incensa dampnoso facinori[b] lumen prebuit. Et equum erat, ut, quem flamma viciorum cum notabili infamia[c] crematura fuerat, visibilis hunc et non indempnis ardor preveniret, quatinus ab exterioribus dispendiis motum animi sui perpendens ab infesta criminum atrocitate propositum malefaciendi revocaret. Proinde incrastinata die maiores civitatis cum universo clero et populo ad presenciam suam iubet accedere, numerum armorum et curruum non negligit inquirere, quia sibi votum esse asseruit, quod accepta oportunitate principi provincie tam acriter vellet inminere, quod a se uno disceret, quot et quantos belli auxiliarios Philippus habere potuisset. At vero de hoc suo tam tumultuoso lyatu, ut probavit postea rei eventus, Lupoldus extorpuit, quia nimirum in execrabili infamia in diebus dominice passionis stuprum in virginibus, adulteria in matrimoniis quam plurima[d] patravisse putatus est, atque in eum modum, qui prius belligerante lingwa nubibus eciam insultare videbatur, incredibili confectus inopia, miserando tenore, perdito[e] et inp.gnorato reddituum suorum patrimonio, meticulosus et profugus labi fuga compulsus est. 1201? u. ö. c. 331b. 1202? Apr. 7—13?

Anno Domini M°CC°II°. Conradus Herbipolensis episcopus occisus est*; cui successit Heinricus scolasticus Cr. S. Petri maioris ecclesie, cognomento Caseus.

Interea Philippus nil actum esse conspiciens[1], collatum lantgravio regni patrimonium constanter repetit, ut qui de eo fidem non habuerat, maluit ei infestus esse, quam eum de re possessa vellet aliquatinus opulentiorem fieri[2]. Sed ante hec omnia suggerente pariter et cogente Boemo, relicto prius Ottone, pro eo quod promissam pecunie summam ipsi dare neglexerat, Philippo cepit adherere, (ut prius[f] claruit[3]). In Babenbergensi[g] metropoli curia celebranda[h] indicitur, ubi Philippi collateralis provincie princeps regni consilia[i] dispensare visus est. Sane ut solempne festivum cum lucubratioribus[k] crepundiis largiores radios[l] emitteret, beate Konegundis ossa regine cum sacratissimis eiusdem virginis manubiis, destinatis ad hoc a sede Romana testibus et sigillatis apicibus[4], de mauseolo[m] translata sunt et sanctorum scriniis[n] et archivis honorabiliter inserta[5], ut, sicud anima prius angelorum contuberniis, ita et nunc prenotate virginis ossa sanctorum meritis a cunctis venerentur elata[o]. Postea vero quam discessum est a curia, sinistri inter lantgravium et Philippum excitantur nuncii, fides cum interpositis sacramentis violata denunciatur, atque de eo, de quo plurimum debuerat presumere, Philippus adigitur[p] per adversantem fortunam constanter[q] hesitare. Cui[r] eciam cum creberrima Conradi Herbipolensis episcopi et ipsius lantgravii constarent ad invicem colloquia, ea[s] ceperunt ei ad malorum acervum fidem hesitacionis[t] facere, de quibus antea potuerat bene presumere. Porro Heinricus comes de Rabinsberg cum germano fratre suo Bolone et reliquis eorum consangwineis occultas eidem episcopo cepit moliri insidias, pro eo quod sua vellet antistes stabili tenore potiri iusticia; atque eorum dum nollet violencie cedere, quamvis ex humana fragilitate antea in quibusdam regni negociis et variis terrenarum rerum anfractibus videretur exorbitare, tamen pro iure suo tenendo et illibata[u] sue iurisdiccionis equitate quinquaginta vulneribus et uno per eorundem crudelem et violentam[v] manus imposicionem contra ius et fas promeruit occumbere, atque, uti speramus, expiatum est in sangwine, quod ei salutis promeruit. 1199. 1201. (Sept.) c. 334c. 1202. (Dec. 6).

*) *L. II, ubi haec prave loco ex hac Cron., posteriore loco ex Cron. S. Petri exscripta sunt, add. privie loco;* octava Idus Decembris, *quae ex hac Cron. sumpta videntur. Cf. N. Archiv XXI, p. 281.*

a) aux. phil. 1. b) facinore 1. c) i. (id est) *add.* 1. d) patratus est *add.* 1. e) *emendavi;* prodito 1. f) postea 1. g) Bamberg. 1. h) celebrando 1. i) consilio 1, *sed vide supra p. 518, l. 10.* k) lucrabatoribus 1. l) *emendavi;* radices 1. m) *non patet, num sic an* mausoleo *scriptum sit in* 1. n) schrineis 1. o) *emendavi;* illata 1. p) *emendavi;* igitur 1; *fort.* cogitur *legendum.* q) *fort. corruptum.* r) *emendavi;* Qui 1. s) ei (= ii) *fort. emendandum.* t) fidei hesitacionem *emendandum videtur.* u) *emendavi;* violatam 1. v) *emendavi;* violatum 1.

1) Cf. supra p. 553, n. 1. 2) H. de Glichen, advocati Erfordensis. 3) Ex ordine rerum a nostro relatarum apparere videtur hoc a. 1202. factum esse, ut Winkelmann, 'Philipp' p. 267. censuit, Lupoldo Roma reverso (Chron. reg. Colon. cont. II. p. 171). Will, Reg. archiep. Magunt. II. 207, huc ad a. 1203. collocans res confudit. 4) Cf. supra p. 561, l. 3. 5) Vide quae de hoc loco et sequentibus Winkelmann l. l. p. 267, n. 2. bene disseruit. 6) Supra f. 332d, p. 562. Verba *ut prius claruit* aut chronistae saec. XIV. aut potius librarii saec. XV. sunt, qui nonnulla omiserit. 7) Datis a. 1200. Apr. 1, Potthast nr. 1000. 8) Haec iam supra p. 564, l. 25. ex Cron. S. Petri relata sunt.

1202. aditum potuit quodammodo[a] prepedire. Nam et penitencie indicia, cilicium ad carnem dico[1] et spontanea flagellorum susceptio ex usu cottidiano[2], inde nobis spem videntur ingerere. Unde ex adverso de miserandis illis apparitoribus, nisi Deo ex atroci carnis maceracione satisfecerint[3], compellimur desperare. Hoc ergo patrato inexpiabili flagicio qualis Philippum fama notaverit, non potuit hiis incognitum esse, quos eidem provincie corporali presencia contigit proximare[4].

1203. Anno Domini M°CC°III°. Circiter hos annos[b] Hermannus pie memorie IIII^us^ Reynersbornensis ecclesie abbas, non[c] tam senectutis quam sollicitudinis egritudine excoctus, non multi temporis valitudinarius, omnibus foris et intus bene dispositis, discrete ordinatis, in Ian. 28. octava Agnetis diem clausit extremum. Qui in lecto egritudinis recumbens ex desiderio sacramentorum celestium, quibus participare cupiebat, suspirans ita inquid: 'Venitne Dominus meus? Quare tardatis ferre Dominum meum?' Et iterum: 'Veni bone Ihesu, veni desiderate, veni Ihesu, nostra redemptio!' Hec et hiis similia in spiritu caritatis enunccians, plenus fide, integer devocione, sacramentis communicavit et in pace quievit. Sane lantgravius, comperta de interfeccione Herbipolensis tam detestabili malicia, non potuit de Philippo securus existere, quem consiliis et mandato eundem[d] Herbipolensem episcopum constat interemisse. Abinde Philippus manifestus lantgravio hostis efficitur. Compellit ad eius expugnacionem coniurare principes, arma preparari, armorum et expedicionis dies indicitur — et tamen Philippi lantgravius non accepit contradictoriam, nisi pridie fere quam (Iun.) inpacatus —; et acer inimicus cum duobus milibus militum et plurimis sagittariis ipsius contendit intrare provinciam. Nactus ergo occasionem[e] malignandi, depopulaciones, cedes hominum, deflagraciones villarum cum violacione cimiteriorum et ecclesiarum instituit, et effossis pretextu pecunie mortuorum sepulchris, Swevorum inmanitas ita cepit tumultuando perfurere[5], quod Sarracenorum barbaricis[f] rapinis et cedibus nullus posset acrius[g] finibus[h] sceleratorum[i] hominum et vesanorum[k] inmimere. Interea, dum hec peraguntur in *[1.CCCXXXV]. Thuringia, Odackarus rex Bohemie[l] cum XL^m^, ut aiunt, pugnatorum milibus veniens in adiutorium lantgravio[n] adventus sui fama tam acriter insultavit Philippi exercitibus, quod com- (Iul.) mittendi et repugnandi spe omnino frustrati [intra muros[o]] Erfordensis opidi ad recipiendum se strictissime coangustiati sunt. Et Odackarus nunirum iure suo ad resistendum Philippo advenerat, quoniamquidem regnum Bohemie Philippus vendicare non metuit, et in argumentum desolacionis lantgravii, ne sibi Odackarus in posterum esset auxilio, suis patruelibus, Dypoldi videlicet filiis[p-6], regalia cum suis contentis delegare curavit. Exinde Odackarus iusta indignacione perfotus animi Philippi principes, ipso dumtaxat absente[7], intra muros Erfordie, ut dictum est, quasi obsidione coartando vehementer conclusit. Ubi (Aug.) eciam indubitatum[q] regis Ottonis adventum prestolatus est. Cui eciam in presencia Prenestini et aliorum principum hominio deditus regni sui sceptra cum magnis preconiorum crepundiis et persona populi vociferatione *minor genibus*[8] a declarato tunc maxime Ottone (Aug 24). rege in Merseburgensi ecclesia recepit[9]. Ita hoc solempni procinctu rescisso[r] Bohemus[s] (Iul.) repatriavit. Et nichilominus Philippus fuga lapsus de Erfordia evasit[10], et cum nichil aliud

a) *emendari*; quomodo l. b) *nonne emendandum* MCCIII circiter. Hoc anno[2] *anno videlicet a chronista hoc loco inserto.* c) *emend. Weg.*; Nam l. d) *sic l. II.* eindem l. e) occasione l. f) barbaricis l. g) *emendari*; nullus pot hoim (potest hominum) l. h) se *add., sed del.* l. i) sceleratq (rum) l. k) vesaniorum l. l) rex Od. Bohemorum *l. II*, Od. rex Bohemorum venit lanigravio in auxilium *in marg.* l. m) quatuordecim *l. II. (Rothe c. 405 ex hoc).* n) lanigravii *l. II.* o) i. m. *suppl. Weg. ex l.* 34. Erffordie cum suis se recepit *l. II.* p) suus patrielus (!) Dypoldo vid. filio *l. II.* q) *sic l. II*; indubitatam l. r) resciso l. s) bohemos l; Bohemorum rex *l. II.*

1) Cf. Arnold. Lubec. VII, 2. 2) Cf. Otto de S. Blasio c. 42. 3) Auctor fortasse legit epistolam Innocentii d. d. 1203. Apr. 18. Reg. Imp. V, nr. 5834 = Potthast nr. 1886. 4) Auctor igitur ipse in Franconia hunc rumorem se audivisse indicat. Minime chronista saec. XIV. haec scripsit vel immutavit, ut Winkelmann p. 270, n. 2. opinatus est, sed ipsissima verba auctoris haec sunt. Eiusdem inepti rumoris mentionem facit Albricus, SS. XXIII, p. 888. 5) Bohemorum lantgravii sui sociorum facinora, quae Arnold. Lubec. VI, 5, Cron. S. Petri, supra p. 579, Chron. Montis Sereni p. 170. declamant, omisit auctor vel potius ex parte Suevis attribuit. 6) Dietpoldo III. et Zobeslao. Sed Dietpoldo Philippus regnum Bohemiae contulit; Arnold. Lubec. VI, 5. Cf. Winkelmann p. 285, n. 2. 7) Chron. reg. Colon. cont. III. p. 201: *Philippus . . . media nocte cum paucis (Erfordia) exiens ad orientales marchiones se contulit*; cf. infra l. 39. 8) Horat. Ep. I, 12, 27 sq.: *ius imperiumque Phraates Caesaris accepit genibus minor.* 9) In campo extra muros civitatis potius, ut tradit 'Braunschw. Reimchr.' v. 5805 sqq., 'D. Chr.' II, p. 532. 10) Cf. supra n. 7; 'Braunschw. Reimchr.' v. 5750 sqq., p. 531.

laudis et tropei[a] ei superesse videret, semirutam Smalcaldin cum raro domorum habitatore vastavit[1], procinctum resolvit et tamquam rex in gloria ad sua[2] remeavit. 1203. H. B.

Anno Domini M°CC°IIII°. Sane paternis utens ingeniis, cum vim vi repellere nequiret, dolos exercuit, fraudes attemptavit et quibus potuit artibus principes orientales semper favorabiles habuit; quos eciam postmodum adire decernens, pacem simulavit. Sed adveniens in quadragesime diebus, cum quique fideles maxime treugas observare soleant, ipse miliciam recollegit et ad Goslarienses properans, prout potuit, eis pro tempore bene[b] consuluit, atque aliquanta peccunie sue parte in erario loci relicta, infecto[c] negocio, propositi sui spe ymaginaria, a favore principis Thuringie provincie barones retraxit. Qui data[d] fide cum interpositis sacramentis se eidem[e] principi semper obniti debere iurati dixerunt, ut[f] dummodo Philippus eos non descereret, sed ad oppugnandum principem arma cum reliquis belli necessariis fideliter eis ministraret. Princeps vero provincie, ignorans quod factum fuerat, cum quadringentis militibus in auxilium regis Ottonis, sed[g] Philippo[h] contrarius, advenerat[i]. At Philippus retro prolapsus procinctum rescinderat, et hoc audito lantgravius rediens minus caute tempora pacis agebat, cum decontra comites Thuringie ad conspiracionis effectum vehementer anhelarent, et dum voti sui potirentur instancia, nulli se quietudini subdere meminerunt, nil credentes actum[3], nisi cum acriter instarent ad principem humiliandum. Quocirca particulares adprime instituerunt inimicicias, ut usu belligerandi sibi commodius arma conquirerent et quesitis armis tunc primum evidentius insultarent. Siquidem collectis militum[k] copiis particularibus villis spoliando per incendia crudeliter imminebant, ut ita excitis malicie sue fautoribus ad civitates quasque[4] deflecterent, et quibus vim inferre[l] non possent, dolis eas seu promissionibus expugnare temptarent. Quod et factum est. Nam cum ad oppidum Sangerhusin vallis et aggeribus bene munitum iter retorquerent et ad oppugnandum communiter insisterent, turpem passi repulsam, dum fides inerat hiis qui in civitate fuerant, vim illorum sua vi propulsabant, sed fide neglecta[m] tamquam effeminati, pristine virtutis non memores, in dedicionem ire parabant. Nempe adventu filii[5] ducis Bernhardi supra modum consternati, sive promissionibus abstracti et illecti, sive illorum terroribus permoti, civitatis valvas aperientes adversarios admiserunt. Qui tamquam cappati introeuntes, preter ea que necessaria victui fuerant, in nullo quempiam quasi dampnificare decreverunt. At vero civitatensibus sua fraus lucrosa esse non debuit, quoniamquidem qui resistere poterant, ad succumbendum cogi non debuerant. Denique aliquanta pars civitatis incensa edes sacras cum totali domorum universitate involvit[n], et ignis edax[6] indicio orientis ex alto omnia absumpsit[o]. Deinde manus inimica ecclesiis Dei insultans omnia que intra fuerant, scilicet calices, codices et cetera ad cultum Dei pertinentia, invasit et diripuit; et cum necdum sue satisfactum esset malicie, adhuc alia paravere commenta. Nam et regem Philippum alterato vocare decreverunt, ut[p] eorum oculus tamquam insaciabilis belua principi provincie in nullo parceret, sed magis ad eversionem eius inimica illorum hostilitas vehementer instaret. Collecta itaque forti pugnatorum copia ad Albi-lacus obsidionem[7] properavit. Sed antequam ad eiusdem urbis venirent aditum, Fridericus comes de Bichelingen[q], falco vehemens, campiductor argutus, speculatoris gerens vicem, captivus abducitur, principi affertur atque in vincula coniectus nocendi potestate privatur. At vero decontra plures alii de parte principis in captura capiuntur, et eis quoque potestas nocendi adimitur. Interea barones et

1204. H. B.

cf. 635* Marc. 19 — Apr. 24.

Iul.

cf. Luc. 5, 9. cf. 455*.

a) trophei 1. b) *dubius emendari; unde* 1; *cf. infra p. 568, l. 27.* c) et infecta 1. d) pace *add., sed del.* 1. e) *sic L H;* idem 1. f) *sic L H;* ℥ (et) 1. g) scilicet *fort. emendandum.* h) *sic L H;* Philippus contra contrarius 1. i) cet *L H.* k) *emend. Weg.;* multa 1. l) *sic L H;* ferre 1. m) *emend. Abel.* neglecti P. n) volvit *statim corr. ead. m.* involvit 1. o) *emendari,* assumpsit 1. p) *emend. Wattenbach (cf. supra p. 561, n. v).* vel 1. q) Bechelingen 1, *sed in marg.:* Fredericus comes de Bichelingen capitur.

1) Ex provincia Orientali per Erfordiam reversus mense Aug. vel Sept. Cf. Lucan. I, 24—27: *semirutis . . . urbibus . . ., nulloque domus custode tenentur, rarus et antiquis habitator in urbibus errat.* 2) In Sueviam. 3) Cf. supra p. 561, l. 3. 4) Nordhausen inprimis. Cf. 'Braunschw. Reimchr.' v. 5887sqq., p. 532. 5) Heinrici (non Alberti), ut videtur. Nam in duobus diplomatibus Philippi regis d. d. 1204. Aug. 24. Sept. 22. *Heinricus (iurenis) dux Saxonie* testis occurrit; quem filium Bernhardi ducis Saxoniae non palatinum Rheni fuisse recte censuit L. de Heinemann, 'Heinrich v. Braunschweig' p. 108 sq., contra Winkelmann, 'Philipp' p. 327, et Ficker, Reg. Imp. V, nr. 85. — Ad rem cf. 'Braunschw. Reimchr.' v. 5903 sqq., p. 533. 6) Lucan. IX, 742, et Verg. Aen. II, 758: *ignis edax.* 7) Iam coeptam ab Heinrico filio Bernhardi ducis; 'Braunschw. Reimchr.' v. 5901 sqq., p. 533.

1204. (Jul.) H. R. comites intra septa Albi-lacus ad resistendum colliguntur, quamvis eorum pertenuis et rarus esset numerus, tamen virtus non minima erat, quoniamquidem et in bellis erant satis superque[a] exercitati et tamquam boni experimentatores[b] ad resistendum extitere[c] parati, et propterea, nisi compulsi famis inedia, se numquam in dedicionem ituros arbitrati sunt. Quod et rei experiencia insigniter edocuit, et qualis esset eorum virtus, oculato premonstratum est: quia, cum eis Philippus acriter immineret, tam grave dampnum in dextrariis et hominibus in continenti pertulit, quod urbem iterato aggredi vehementer extimuit. Nam accepta oportunitate civitatenses de subterraneis scrobibus prodeuntes eorum propugnaculis et murorum tormentis ignem inextingwibilem apposuerunt, spem et solacium in cinerem redegerunt[d], et editui, qui intus latuerant, per mortem et flammam miserabiliter consumpti sunt.

(Aug.)

H. R. Eadem tempestate quidam de exercitu regis egressi, numero quatuor aut quinque, diripiendi causa cimiterium et ecclesiam sancti Gangolfi in Summeringen[1] violenter occupaverunt. Qui, rebus quibusdam de ecclesia asportatis, igne invisibili celitus misso, forma tamen corporum integra remanente, abintus deifice et terribiliter consumpti sunt, uno tantum superstite, qui regis exercitui magnalia[e] Dei nunciaret et de sui ipsius ardore quod in aliis factum fuerat testificando predicaret. Huius itaque carnis superficies quadam scaturigine pustulas et apostemata foraminosa producens, totum corpus tamquam sacer ignis occupavit et ex gravissima ardoris instancia coram multis astantibus eum exspirare coegit, eiusque mors amarissima longe vel prope positis incredibilem formidinem attulit. [f]Nec pretereundum, quod orientalium colleccio principum ex universali rerum et hominum copia numquam ita unanimiter in unum corpus vultumque[g] coacta est, sicud modo[h], cum in auxilium Philippo conveniret, excita dinoscitur. Nam milia milibus recensita, spreto eciam centenario, de sola cyliade, id est millenario, numerositas inmensa constabat[2]. Interea Odackarus virtutis avite non inmemor[3] cum hiis, qui de Celtica, id est Ungaria, sibi in auxilio ferendo convenerant, fama ac multitudine metuendus advenit et principi provincie propter rerum inopiam quasi circa extrema agenti in eo dumtaxat bene consuluit, quod hiis qui in Albo-lacu fuerant longiturna obsidione fatigati per remocionem[i] Philippi et Orientalium spaciosum respirandi locum ministravit. Audiens autem idem Bohemus et milicie sue principes, quod multitudo de Swevia et innumera pluralitas hominum de Saxonia ad resistendum ei dumtaxat convenisset, de suis non bene presumens, quorum eciam aliquos a Philippo corruptos esse prenoverat, maluit cum integro exercitu suo terga vertere quam sub dubia anxietate cum Saxonibus bella committere. Princeps itaque provincie attendens se duorum regum, scilicet Ottonis et Odackari, destitutum solacio, mirum in modum expavit, quoniamquidem de suis urbibus et opidis ex malefida[k] edituorum fide

(Sept.)

*f. 336c. . . . . [l] timore, qui virum constantem aliquando conswevit procellere, et ipse quoque eodem permotus extimuit atque quacumque condicione premissa cum Philippo composuit[m] et, ut ampliorem dictis fidem faceret, filium suum[n] cum vadibus aliis optulit[o], et sic cum pace omnis illa controversia[p] quievit.

(Sept. 17).

H. R. Anno Domini M°CC°V°. Unde autem regni seccio et voluntatum diversarum sit facta commocio, breviter dicamus. Sane cum Adolfus Agrippine civitatis[q] non tam re quam nomine dictus archiepiscopus fame volatilis pertinaci et ambigua narracione orientales intellexisset principes convenisse in persona Philippi de[r] adipiscenda Romane rei[s] publice ac tocius orbis monarchia, ductu cupiditatis et avaricie sue stimulatus aculeis a voce[t] denominandi regis intrinsecus perdoluit, pro eo precipue, quod suam persensit nominatos principes contemptibiliter preterisse personam, et eo amplius, quo[u] audierat infinitam[v] ipsos de electione regis sortitos fuisse peccuniam. *Quid non mortalia pectora[w] coyis auri sacra fames!*[5] Proinde archiepiscopus iam dictus varios in corde metitur conatus, quo vel

1198.

a) supique (supraque) l. b) expmtatores l. c) existere l. d) redigerunt l. e) eciam *add.* l *(om. L H)*; *fort. corruptum ex alia voce* (eterni?). f) *iam hoc loco* Anno Domini MCCV. *habet L H.* g) *sic* l, *nescio an et quomodo emendandum sit.* h) ut *add.* l. i) *emendavi*; fat. promocionem l. k) malefide l. l) *quaedam verba omissa esse patet, ut* male presumebat. m) se comp. *L H.* n) *sic L H*; op]]tu l. o) contsuersis l. *L H.* p) *emendavi*; Agr. non nois tam l. q) adisp *add., sed del.* l. r) *suppl. Ficker*; *om.* l. s) *nescio an hoc corruptum sit; fort.* facie *ut Ier.* 5, 22, *aut* voto; *cf. p.* 574, *n.* m. t) quod, *ut Ficker habet, emendandum?* u) infinitas l. v) *om.* l.

1) Gangloff-Sömmern (Kr. Weissensee). 2) Cf. Chron. Montis Sereni p. 171. 3) Verg. Aen. X, 752: *haud exspers . . . virtutis aviteae.* 4) Ludowicum. Cf. supra p. 379, n. 6. 5) Verg. Aen. III, 55. 56.

electionem Philippi possit rescindere vel alium quemlibet ad usumfructum sue cupiditatis 1198
et maxime ad destituendam unitatem valeat instituere. Vocat ergo Reni principes et baro- d. 8.
nes, aurea spondet montana, indubitatum de Philippo metitur triumphum, asserens, quod pater eius ecclesiarum libertati semper insultaverit; et quin *etas parentum avis*[a] *tulit nos nequiores*[1], eundem dicebat Romane curie et toti ecclesie de Philippo restare timorem. Cum itaque pro voluntate sua principum animos Rhenensium habere se intellexisset, Ottonem Heinrici[b] ducis filium regem futurum declarat, quoniamquidem ad malicie sue[c] acervum neminem inter principes tam acriter Philippo inminere presciverat, utpote cuius cf. 336. pater, scilicet Fredericus imperator, suum genitorem rebus et honore per omnia privasse precogitaverat[d]. Mirum in modum Rhenenses, verum eciam totus[e] fere mundus ad electionem Ottonis favorabiliter conclamat. His itaque peractis, cum idem archiepiscopus de Ottone dumtaxat labores et expensas sibi cerneret inminere, viciosa peccunie libido sibi faciens auspicium, multis tamen prius impensis laboribus, vastatis ecclesiis, depopulatis provinciis, occultos ad Philippum dirigit apocrisiarios, spondet et[f] semetipsum et sue[g] 1204.
principes provincie ad suum favorem convertere, et super hiis effectibus[h] sue persone et rebus pollicetur se nullomodo velle parcere, atque ut huius pollicitationis[i] sit ei firma fides et stabilis confidencia, sacramentum se facere et quamcumque maluerit certitudinem se dicit regi facturum et a suis preceptis et commoditatibus ammodo non recessurum. Inde Philippus de timore prius habito hilariter resipuit et suis eundem pontificem consiliis fidu- (Nov. 12).
cialiter admisit. Quo audito burgenses in Colonia instante Ottone se coadunant, coartantur et sacramento obligant, asserentes se Adolfo nullam ammodo exhibituros reverenciam, quinymmo illatam sibi ab ipso iniuriam numquam preterituros inultam. Proinde civitatem 1205.
muniunt[2], Adolfum abiciunt, Brunonem Bunne prepositum ad favorem Romani[k] pontificis (Iul. 25).
et eciam Philippi contumeliam eligunt eique sacramentum fidelitatis faciunt, atque Adolfum quasi leprosum et a Deo reprobatum infra muros civitatis nullatenus intromittunt. cf. ts. 53. 4 *f. 336[k].
Brunonis electio a Romano pontifice dato pallio confirmatur[3], Adolfi sors et condicio ubique despicitur et reprobatur. Porro Philippus collectis exercitibus civitati acriter inminere (Dec. 23). (Sept.)
decernens, civitatenses obsidere parat, muris inminet; et qui vires suas[l] de Philippi exercitu experiri decreverant, milicie suburbane appropiant[m]; ubi pila minantia pilis obviant[4]. Et dictu non est facile, qualiter Otto in sua acie et quam viriliter enituit, hostibus institit atque pro suburbana milicia tamquam gygas palmam virtutis expandit. Philippus itaque infectis[n] conatibus suis a Colonia recessit, presertim cum equis pabula et equitibus decs- (Oct. in.)
sent alimenta. Denique Colonienses simulatam cum Philippo sathagentes facere pacem post ipsum legatos dirigunt, infinite peccunie summam repromittunt, suo[o] tamen prius electo[p] in quodam particulari conflictu captivato et duris[q] captivantium vinculis inique retento[r]. Philippus autem, burgenses Colonie putans ex affectu cum ipso pacem facturos[s], ampliori fastu erigitur, asserens, nisi ad iactum balistę in quatuor climatibus muros effodiant, a damno[t], quod eis intendit facere, ipsum numquam resipiturum intelligant. Legati vero intellecta regis pertinacia cum dolo redeunt, et ut indempnes abire potuissent, se hanc delegationem toti Colonie nunciaturos favorabiliter compromittunt. Quos ad ipsum non amplius reversos intelligens dolum malum intercessisse animadvertit et ipsis in posterum se futurum hostem minitando pollicetur[5].

Anno Domini M°CC°VI. Rex Philippus coadunato exercitu valido, cum Coloniensibus congressus, omnia ferro Cr. S. Petri,
et igne vastavit in monte Augusto. In quo conflictu captus est in quodam castello Brūno episcopus eorum et in castrum *f. CCCXXVIII[a].

a) *ex versu Horatii laudato supplevi, ubi* peior avis; *om.* l. b) hinrici l. c) animū *add., sed del.* l. d) *emendavi;* precognoverat l. e) f. t. *corr.* t. f. l. f) in l. g) sui l. h) affectibus, *e eadem manu superscr.* l. i) *emend. Ficker;* pollicitatiuis l. k) romane l. l) suos l. m) *emendavi;* speriant l. n) infect^{o} (us) l. o) sua l. p) electio l. q) *emendavi,* dure l. r) tēras l. s) *emendavi;* eff. ammodo l.

1) Horat. Carm. III, 6, 46 sq. 2) Iam a. 1200. componenda pace inter utrosque reges acturos Philippum Bunone Colonia venientes adiisse tradit, non legatos Coloniensium de deditione horum acturos. Attamen haec ad a. 1205. referenda videntur. 3) Reg. Imp. V, nr. 5945. 4) Lucan. I, 6. 7: *infestisque obvia signis Signa, pares aquilas et pila minantia pilis.* 5) Bruno demum a. 1206. Iul. 27. captus est, dum praecedentia et sequentia ad a. 1205. spectent, ut statuit Winkelmann p. 373, n. 1. Chron. reg. Colon. cont. III. p. 223. quidem abbates Cistercienses quondam *de* 6) Fortasse chronista quaedam, quae in Hist. Reinhardsbr. de deditione Coloniensium a. 1206. narrata essent, omisit, cum sequentia ex Cron. S. Petri exscripsisset.

Cr. S. Petri. regium Dryfels ductus custodie mancipatur; qui paulo ante Colonie a Sigefrido Moguntinensi archiepiscopo in pontificem fuerat ordinatus. Tandem Colonienses graciam regis Philippi obtinuerunt datis obsidibus et copiosa pecunia.

Cr. Minor. Ordo sancti Francisci incepit, daturque[a] a summo pontifice potestas predicandi cum suis fratribus.

H. R. cf. Abd. 3. Quia in scissuris cordium Deus non habitare dinoscitur, atque langwente capite membra collimitantia contabescunt, rescissa pace sacerdocii et imperii totum ecclesie capud periclitatur et langwet, nichil aliud restat quam dolor et gemitus. Denique in Hyspanie
1. Cor. 11, 19. partibus et aliis eiusdem terre particularibus locis ad fidei confirmacionem, et ut electi *probati manifesti fiant*,
Matth. 24, 12. 1. Cor. 12, 22. quorundam caritas evidenter refriguit, quia non ad infirmiora, sed ad
Thess. 1, 10. desiderabiliora eius membra hostis mittens manum, quedam claustra Cysterciensis ordinis ad manifestam detraxit heresim in tantum, ut publicus eorum error universitati non incognitus orationes ecclesie pocius exigere videatur, quam iniuria fidei illata armis propulsanda estimetur. Porro cuiusdam cenobii duo fratres in eadem provincia quedam consita[b] monasterio vicinata cottidie frequentare solebant sine nota criminis sub quadam forma religionis; nulli adhuc compertum, quid requirerent, dum locum illum tam sepe frequentarent. Fuit autem in eodem monasterio quidam discretus et litteratus Iohannes nomine, qui
*f. 337b. diligentiori oculo predictorum fratrum exitum intendens, quid tam crebro quererent, inquisivit. Nam, si sub debita reverencia Dei cultum secretius percolerent, eiusdem communicacionis participem se fieri suppliciter adoptavit. At illi vehementer permoti ceperunt ambigere, utrum secreta sua proderent vel celata adhuc debuissent habere. Sed reverencia illud videbatur exigere, ut archanorum suorum sacramenta deberet non ignorare. Adicientes ergo constanter asserebant se Christum in humana specie certis horis cernere et debitam ei reverenciam prostratis in oratione suis corporibus et[c] divini cultus pensionem venerabiliter exhibere. At ille suspectam eorum habens narrationem, interposita tamen prius fide de eorum occultando secreto, cuidam seniori in monasterio de peccatis peragens confessionem, eukaristie hostiam cum duobus iens, secundum quod condictum fuerat, quasi occulto[d] sub clamide in[e] pomerium intulit, et quid illi fratres acturi essent, diligentissime animadvertit. Illi vero toto corpore prostrati in orationem se dantes lucem quandam, quam antea videre consueverant, ex ipsius aeris motibus miraculose elicuerunt et effigiem quandam humanam, quam[f] adorare solebant, in medio lucis pendere tamquam celitus venustatam tres illi conspexerunt. Effigies autem ipsa Christum se esse asserens, salutatis duobus, qui toti in dedicionem eius abierant, causam adventus Iohannis cepit requirere. Illi rursus adorata effigie dicebant ipsum secretorum suorum velle fieri participem, eorundem numquam futurum exortem[g]. Effigies autem querens[h], quid Iohannes teneret sub clamide, cepit a fulgore[i] pristino paulatim nigrescere et terrorem quem potuit ipsi Iohanni
*f. 337c. ingerere, et nisi prius quod teneat sub clamide abiceret, se non posse secretorum fieri participem constanter asseverabat. His dictis ipsa ymago evanescendo[k] disparuit atque illos geminos veneratores suos in plena confusione reliquid. Iohannes autem providus et circumspectus, malignum in ipsa effigie intelligens se vidisse spiritum, fratres illos ab erroris sui stulticia revocare conatus, ab eisdem et ab aliis quibusdam post prodicionem illius perniciosi secreti plenus fide crudeliter interemptus est. Ad eorundem eciam confutandam heresim ex decreto abbatum[l] predicti ordinis quidam destinati simili supplicio puniuntur.

H. R. 1205. (Aug. 16/7). Ludolfo sancte Magdeburgensis ecclesie venerabili metropolitano[m] viam universe carnis ingresso, partes eligentium dissiliunt et ipsa eleccione prelati cum canonicis concordare nequeunt. Unde vox omnium una fuit, ut, quod per se actitare nequiverunt, per vicinos episcopos et ecclesiarum prelatos concorditer peragerent atque ad unitatis conniven-
ciam unanimiter instarent. Ad cuius rei negocium Halbirstadensis[1] cum quibusdam suis prelatis arbiter instituitur[n], ut, qui ab eo denominatus fuerit, Magdeburgensis electus habeatur. Convenientes itaque arbitri diversos denominant, denominatos abiciunt et solum Adelbertum comitem de Keverenberg immunem criminis reperientes coram universitate Parthenopolitane[o] ecclesie nobilitatis, innocencie et studii [plenum[p], futurum] declarant episco-

a) datoque 1; *sed in marg.*: Minoribus datur licencia predicandi. b) consito 1. c) *emendavi*; ei 1. d) sub occ. 1. e) *om.* 1. f) quę 1. g) *emend. Weg.*; exortam 1. h) *emendavi*; prius 1. i) fulg'e (fulgure) 1. k) evanescenda 1. l) abbatem 1. m) metropolitano 1. n) *emend. Weg.*; instituit 1. o) *emendavi*; roane 1. p) *supplevi (cf. supra p. 563, l. 17)*; *om.* 1.

1) Conradus episcopus. Cf. Gesta ep. Halberst., SS. XXIII, p. 121; Chron. Montis Sereni, ib. p. 171 sq.

pum[1]. Qui a Philippo rege contra voluntatem pape regalia accipiens, ut dicitur, in odium eiusdem Romani pontificis per sinistros [rumores[a]] devenisse nunciatur[2]. Confirmatus itaque manu regia vacantia locare non cessat stipendia, atque unde uberrimas habere grates debuerat[b], inde a subiectis suis invidencie stimulos contra se vehementer excitabat. Subditi vero vocem appellacionis emittentes Romanam sedem adeunt, multa contra suum electum maliciose, sed[c] frustra compingunt. Nam collectis de bona voluntate regia [peccuniis[a]] iens ad curiam placacionem pape facili adeptione[d] promeruit et contra suorum spem emulorum benediccionem sacerdotalem et episcopalem[3] necnon et pallium de manu pape venerabiliter accipiens, bene consumatus rediit. Sed in ipso suo reditu, dum in parasceue divina perageret, ex peccatis incolarum matrix ecclesia flammis ultricibus cum ruinosis parietibus inedicibiliter interiit et miserandum[e] novo pontifici spectaculum strages illa vehementer dissoluta exhibuit[4]. Ipse tamen pontifex iunctis sibi aliis episcopis Nuenborgensem[5] et Brandenborgensem[6] episcopos in dominica resurreccionis venerabiliter consecravit. Sed non est dubium, quin[a] inter[f] tante celebritatis solempnia propter inopinatum matricis ecclesie casum idem pontifex lugubris et mestus extiterit. At vero inculpate fame non fuit, pro eo quod a Iudeis secundum legis sue consuetudinem receptus, Romam veniens, codici eorum os suum osculando applicuit. Et propterea ad confirmacionem secte eorum venisse creditur a pluribus et ewangelio pacis contrarius extitisse. Contigit eciam eadem tempestate, quod christiani in Hallis habitaculis Iudeorum concitato tumultu ignem apponerent et eos a civitate penitus proturbarent[g]. Unde et odium archiepiscopi christiani vehementer incurrentes, post plurimas altercaciones datis mille marcis argenti cum ipso pacifice reformati sunt. Sifridus comes de Orlamunde obiit.

1205. H. R. v. 333[a]. 1206. (Dec. 23. 24). 1207. Apr. 20. Apr. 22. v. CCCXXXVIII[a].

Anno Domini M°CC°VII°. Conradus episcopus Halberstadensis[h] monachus factus est[7]; pro quo Fredericus de Kirchberg constituitur. Adilbertus Magdeburgensis electus apostolicam sedem adiens ab Innocencio papa pallium et pontificalem accepit infulam. Inde regressus a Magdeburgensibus ante diem palmarum honorifice susceptus. In sequenti parasceue kathedralis[i] ecclesia sancti Mauricii inter divina solempnia igne consumpta est. Hoc anno papa Innocencius, iam pluribus annis a pontificibus ac principibus Theutonici regni super dampnosa divisione imperii interpellatus, legatos sibi collaterales direxit, videlicet Hugonem Hostiensem et Wellotrensem[k] episcopum et Leonem Sancte Crucis *in Ierusalem*[l] presbiterum cardinalem et cum eis patriarcham Aquileyensem et Salczburgensem archiepiscopum. Qui in partes Reni venientes Philippum regem apud Wormaciam ab excommunicacione, qua diu innodatus est, absolvunt, eum in communionem recipientes, in presencia eius divina officia celebrarunt. Ad Ottonem regem in Saxoniam[m] pariter profecti, mandatum apostolicum nunciantes, videlicet ut et coronam et nomen regium deponeret[n], exhortantes: ipse hec[o] se numquam facturum cum magna indignacione protestatur. Inde omni, pro quo missi fuerant, infecto negocio digressi, pecunia copiosa a conobitis et clericis congregata, reversi sunt in regionem suam. Rex Philippus per interventum cardinalium Brunonem Coloniensem archiepiscopum a vinculis absolvit. Et tandem Sigefridus electus Moguntinensis, consecratus a Prenestino, nec regis Philippi violenciam sufferens, Romam adiit. 1208. Cr. S. Petri. v. 338[b].

De sex magistris in cantilenis[p].

Theod. I. l. V. l. l. 5.

⟨In[q] illo tempore⟩ erant in pallacio[r] lantgravii Hermanni[s] et de familia eius sex viri nobiles, nataliciis non infimi, ingenio excellentes, honestate morum virtuosi, cantilenarum confectores summi, suis certatim studia afferentes. Quorum[s] nomina hec sunt: Heinricus scriptor virtuosus[t], Wolfherus[u] de[v] Vogilweyde[v], Reynardus de Zwethrin[w], Wolferamus de Eschinbach, Bitherolfus[x], Heinricus de Oftirdin-

a) *supplevi; om.* l. b) debuerant, n *del.* l. c) *emend. Weg.*; se l. d) *emendavi*; adēpcione l. e) miserando l. f) *emend. Weg.*; in l. g) *emendavi*; proturbarent l. h) balbī l. i) kathedre ut l. k) wellecensem l. l) ēm *sterum add.* l. m) saxoīa l. n) *sic L II*; deponet l. o) *sic l. II*; hoc *P.* p) *sic nigro atramento scr. in textu* l, *et in marg. rubro*. De VI magistris, *nigro atram. add.* cantoribus. q) In i. l. *desunt L I. II.* r) *sic L I; H. Vita Lud. cum Theod.*; curia l. s) *om. L I; H.* l. *l. II.* t) miles Walther*us L I (II).* u) vol *add., sed del.* l. v) *alia manu s. XV. in marg. add.*: miles Austrie. w) Zwethin l; Zwetzin *Vita Lud.*; Reynhardus de Tzwethrin *L I.* x) Bitterolfus *L I. II.*

1) Tunc Bononiae litteris studentem; cf. Chron. Montis Sereni, l. l. p. 172; 'Magdeb. Schöppenchr.' ed. Janicke p. 130. 2) Cf. Innocentii III. epist. IX, 22. 97 (Potthast nr. 2694. 2825), datos a. 1206. Febr. 25. et Iun. 23; qui tamen iam prima epistola dicta eius electionem confirmavit. 3) Dec. 23. ab ipso papa presbyter, Dec. 24. episcopus, nec tamen ab ipso papa, ut videtur, Romae consecratus est; Innoc. III. epist. IX, 261 (Potthast nr. 3004); 'Magd. Schöppenchr.' l. l. p. 131. 4) Cf. Cron. S. Petri, supra p. 380. et infra l. 24 sqq; Gesta archiep. Magd. c. 31, SS. XIV, p. 418; 'Magd. Schüppenchr.' l. l. p. 431; Chron. Montis Sereni, l. l. p. 173. 5) Engelhardum. 6) Baldwinum; cf. 'Magd. Schöppenchr.' p. 131 sq. 7) In monasterio Sittichenbach demum a. 1208; cf. Gesta episc. Halberst., SS. XXIII, p. 122. 8) Ad sequentia cf. priorem partem carminis 'Der Wartburgkrieg' ed. K. Simrock (Stuttgart u. Augsburg 1858). Quam priorem partem vel potius carmen eius simillimum auctor Vitae Ludowici legisse vel audivisse videtur. 9) De quo cf. Funkhänel in 'Zeitschr. d. V. f. Thür. Gesch.' II, p. 195—208.

V. L. I. 5. gen. Hic solus disputabat contra omnes alios, preferens et laudans ducem Austrie[1]. Reliqui vero illustris principis Hermanni predicti preconia pervalde excantaverunt. Que partes mutuo decertantes, tandem decretum est, ut iam accersito spiculatore[a-2] presentique funem[b] tenenti pars devicta daretur suspendenda. Forma etenim preconiorum hec fuit, quod memoratus Heinricus Ophtirdinge ducem Austrie soli coequans, ceteri vero Hermannum Thuringie lantgravium diei comparantes, sic invicem se disceptarunt. Crescente igitur[c] litis materia simul crevit inter hos[d] fallax invidia. Nam premissi V[e], taxillorum falsorum tandem[f] cum Heinrico iam dicto ludo inito, eundem astute devicere[g-3]. Inminente itaque

V. 339. sibi mortis periculo sub 'pallium conthoralis predicti lantgravii ob spem patrocinii confugit. Quo obtento, pro discucienda que ad manus[h] habebatur materia ad magistrum nomine Clingeshore appellavit; promittentes[i] nichilominus sentencie magistri accersiendi standum esse, ut pars cadens proposito laqueo necaretur[k]. Datis[l] itaque unius anni pro appellacionis suffragio induciis, sepedictus Heinricus Ophtirdinge Austriam petit[l], ibique a duce Austrie, cuius famam predicaverat, magnifice susceptus, donariis non modicis ditatus et insuper litteris commendaticiis ad magistrum Clingeshore, quas apud eundem ducem summopere rogaverat, suffultus, magistrum Clingeshore, causam sui adventus sibi explicans, datis litteris reperit. Solatusque per eundem non modice, tempus magister[m] Clingeshore itinerandi cum eo Wartperg nimium protrahit, donec nocte, cuius mane illuxit dies diffinicioni brige prefixa, se et dubium anxiumque Heinricum predictum in curia cuiusdam

Theod. l. l. civis, cui nomen Hellegreve[n], magicis prestigiis collocavit. Habitabat idem Clingeshore tunc in partibus Ungarie, in terra que[o] Septem-castra vocatur, nobilis quidem et dives, trium milium marcarum annuum habens censum[p], vir philosophus, litteris et studiis secularibus aptissime imbutus, nygromancie et astronomie scienciis nichilo-

V. l. l. 6. minus eruditus. Hic magister, ut dictum est, ad diiudicandas predictorum virorum cantaciones in Thuringiam per voluntatem et beneplacitum principum adductus, antequam ad lantgravium introisset, nocte quadam in Yzenach sedens in area hospicii predicti civis astra magna diligencia[q] intuitus est. Tunc rogatus ab hiis qui aderant, ut, si qua secreta perspexisset, ediceret[r], respondit: 'Noveritis, quod hac nocte nascitur regi[s] Ungarie filia, que Elizabeth nuncupabitur et erit sancta, tradeturque[t] huius principis filio in uxorem, de cuius sanctitatis preconio[u] exultabit et exaltabitur[t] omnis terra'. Ecce qui per Balaam ariolum incarnacionis sue prenunciavit misterium, ipse per hunc prenlecte femule Elizabeth predixit nomen et ortum.

Regnabat tunc in Ungaria Andreas rex, divitiis clarus et potencia. Cuius uxor Gertrudis nomine, nobilissimi ducis Carinthie[v] filia, ut premonstratum fuerat a Domino, peperit filiam, generis sui decus, que in Christo regenerata Elizabeth nomen accepit, ut predictum erat, anno dominice incarnacionis M°CC°VII°.* Et non multo post <nativitatem

*) 1 *add.*: et nata est in castro proprie Etzeborg[7]. Et ibidem est monasterium, in quo inhabitant CC° virgines, et in eo[v] habetur pes unus de sancta Maria Magdalena, ad unum miliare vel quasi a Boda civitate, in qua dominus Sigismundus rex Romanorum, Ungarie et Bohemie temporibus suis edificavit castrum valde famosum ac mirabile in turribus, transitibus ac domibus testudinatis, quod edificavit anno
1424. Domini M°CCCC° vicesimo quarto. Extunc idem Sigismundus habuit circa se ducem[8] nomine Stephanum Dyspoti cum mille et quingentis equis, et ipsum eciam

a) *sic* 1. *L. I. II; legendum* spiculatori. b) presenti funemque *L. I. II.* c) itaque *L. I. II.* d) eos *L. I. II.* e) taxorum vel *add.* 1, *quae desunt L. I. II.* f) falsorum. Tandem *distinguit* 1. g) devincere voluerunt *L. I. II.* h) pre manibus *L. I. II.* i) *sic* 1. *L. I. II.* k) *sic L. I. II;* nectaretur 1. l) peciit *L. I. II.* m) mgri 1. n) Ung. interque 1; in castro quod *L. I. II.* o) *sic L. I. II cum Theod.*; diligencia 1. p) *sic L. I. II;* ediceret 1. q) *sic L. I. II cum Theod.*; regis 1. r) *sic L. I. II cum Theod.*; tradetur 1. s) *sic L. I. II cum Theod.*; preconiis 1. t) *sic L. I. II;* exultabitur 1. u) *sic T;* Corinthie 1. v) ea 1.

1) Leopoldum VI. 2) Qui Stempfel Isenacensis in carmine str. 8, p. 17. aliisque eius locis dicitur. 3) Male interpretatus est auctor versus carminis: str. 23, p. 47.

Heinrich von Ofterdingen klaget,
das man im lege in Dürengen ungeliche würfel für,
Walther mit falsche pris an im bejaget:
dast niht mâre triuwen kür.

Cf. ib. p. 309. 335 sq. 4) Sequentia (= *collocavit* l. 20. in carmine non inveniuntur. Sed cf. ib. str. 92. 93. p. 121, quae strophae alteri parti carminis postea insertae sunt. 5) Gentis Isenacensis huius nominis viri in cartis saec. XIII. et XIV. inveniuntur; cf. H. Rückert, 'Leben des h. Ludwig' p. 108; et quae K. Simrock l. l. p. 312 sq. adnotavit. 6) Etiam Theodericus carmen quoddam novisse videtur, in quo hi versus str. 33, p. 61. carminis 'Der Wartburgkrieg' erant:

Driu tûsent mark in Ungerlant, die hân ich von den richen:
welle ich die habe vor dir sparn,
wilt du mit mir gein Sibenbürgen varn etc.

Quam strophan huic carmini post insertam esse iure censuerunt viri dicti; vide Simrock l. l. p. 255. 339. 7) I. q. Blindenburg (Altofen). 8) Serbiae.

sancte Elizabeth iam dicte[1]> dicti principis Hermanni primogenite Ludewico, optime indolis puero, electa illa Elizabeth sancta, adhuc sugens ubera, nutu Dei desponsata est. Eodem quoque tempore in campnato militum in Wartperg[2] magister Clingishore predictus cum Wolframo de Eschinbach studio confeccionis cantilenarum se exercuit. Quem[3] cum superare non posset, alium se adductu- rum magistrum, cuius nimirum prerogativa devinceretur sciencia, repromisit. Adiuratus ergo[a] dyabolus per magistrum predictum, in speciemque hominis transfiguratus pulsat hostia, intromissusque ad lantgravii imperia, data sibi primo proponendi licencia, contra memoratum Wolframum de Eschinbach a prima mundi origine perspicacius ordiens[b] usque ad tempora gracie singula tractans subtiliter materiam ocius protelabat. Econtra Wolfra- mus de Eschinbach misterium verbi eterni incarnacionis pro materia arripiens, specialius se misse sacramentis implicuit[c], ut singula eius solempnia, propulsuum videlicet, vestimen- torum sacerdotalium, utensilium, cantuum, leccionum ceterorumque agendorum, per alle- gorias congruas declararet. Cum vero ventum[d] est ad locum verborum, quibus virtute auctoris indita incarnata eterni[e] patris sapiencia transsubstanciatis[f] panis vinique formis ad huius mundi vocatur infima, ut, qui semel se Deo patri hostiam immaculatam in ara crucis pro mundo optulit, cum pro sua exaudiatur reverencia, pro singulorum singulariter et omnium communiter crimine cottidie id[g] pignus amoris offerat[h] sacrosancta mater eccle-

Thead. l. l. = V. L. l. l.

V. L. l. 7.

V. 330.

visitavit imperator Grecorum[4] cum principibus, comitibus et dominis suis in Boda, 1424. et ibi eciam fuerunt presentes dominus Guntherus archiepiscopus Magdeburgensis, archiepiscopus Bysuntinus[5], et presertim et precipue rex Danorum[6], qui ab eo ivit in Terram Sanctam per Ungariam et reveniebat ad eum. Ibi eciam fuerunt Frede- ricus dux Saxonie, dux de Monte[7], dux Stetinensis[8], dux Slesewicensis[9], Lodewicus dux de Ingilinstad[10], dominus Placentinus cardinalis[11], patriarcha de Fryol[12], episco- pus Lubucensis[13], archiepiscopus Strigoniensis[14], episcopus Sagramensis[15], episco- pus Wacensis[16], episcopus Hauriensis[17], episcopus Quinque-ecclesiensis[18], comes Philippus de Nassow, comes Hinricus de Swartzborg, duo pincerni[i] de Sydow[19]. Et hiis temporibus fuerunt ibi reliquie, que pertinent ad imperatoriam dignitatem, que postea venerunt in Norenbergam[20] in curru cum husonibus, veredario nesciente; (Mart. 22). et quando appropiavit civitati Norenberga[k] quasi per dimidium miliare, venit clerus cum crucibus et reliquiis, et tunc primitus fuerat sibi dictum, quod duxisset tantas reliquias; qui descendit ab equo, cadens in terram adoravit sacrum thesaurum illum, et sic pedester[l] ducebat currum cum equis usque in locum, ubi adhuc sunt recondite[m], in hospitale sancti Spiritus, et omni anno semel, scilicet feria sexta ante Misericordia[n] Domini, cum magno honore erit ostensio eorum.

V. CCCXXXIX.

Modo revertamus ad stilum priorem, scilicet ad istos[o] VI cantores et primitus ad generacionem sancte Elizabeth.

a) igitur *L. l. II.* b) *emend. Wagenseil*; ordines l. c) applicuit *L. l. II.* d) perventum *L. l. II.* e) etiam *Wagens.* f) *emendavi*; transubstanciantis l. g) id *L. l.*; illud *L. II.* h) sacr. off. *L. l. II.* i) *sic c.* k) *sic c.*; Noribergae *Wagens.* l) pedestris *Wagens.* m) recondit c. n) Misericordias *Wagens.* o) C *add. c.*

1) *native.* — *dicte* ab eo qui n. + inseruit addito, antea in hac Cron. scriptum fuisse ut apud Theod. l, 1: *Nec multo post dicti prine.*, patet ex Vita Lud. I, 6, p. 11. 2) Carminis 'Der Wartburgkrieg' altera pars incipit str. 25, p. 53:

Dô man dem edelen sin gezelt
von Dürengen lant stuoc bî das wazzer ûf das velt,

ibi Wolframus et Klingsor griphis propositis decertasse dicuntur. 3) Sequentia (— *abiit* p. 574, l. 3) cum carmine non conveniunt. 4) Manuel II. Paleologus. 5) Theobaldus. 6) Ericus. 7) Adolfus dux Montensis et Iuliacensis. 8) Otto II. 9) Heinricus IV. 10) Etiam affuere duces Bavariae Heinricus III. (de Landshut), Wilhelmus III. (de Monaco), Iohannes, ut tradit Eberhard. Windeck, cuius vide c. CXCIX—CCVII (205—218), ed. Altmann p. 177—186. de Sigmundo aestate a. 1424. cum his principibus Budae commorato. Quo teste praeter hos tempore quodam affuere Albertus V. dux Austriae, nonnulli duces Silesiae, episcopi Spirensis Rabanus et Wirzburgensis Iohannes II. 11) Branda Castiglioni, qui a. 1404—1409 episcopus Placentinus fuerat. 12) Ludowicus de Teck. 13) Nescionum Lebusensis Stephanus an Lubecensis Iohannes VII. 14) Georgius. 15) Agram. — Iohannes IV. 16) Waitzen. — Nicolaus III. 17) l. e. Iaurinensis (Raab). — Clemens II. 18) Heinricus Iohannes. 19) Quorum alter nomine Albertus; cf. Eberhard Windeck c. CCXVI (229), l. l. p. 193. 20) A. 1424. Mart. 22, quae die Febr. 9. Buda abductae sunt. Cf. Eberhard. Windeck c. CXCV (199), CCV (216), l. l. p. 173 sq. 193; Andreas Ratispon., Diarium sexennale, Oefele, SS. R. Boic. I, p. 21; *Städtechron., Nürnberg' I, p. 371 sq. II, p. 12. et ibid. n. 1.

v. L. I. 7. sia: demon evanuit, quia eius indurata malicia huiusmodi eum interesse celeberrimis colloquiis non permisit. Quapropter destructis machinacionibus devictus nimioque pudore suffusus[a] magister predictus abiit. Et[1] item[b], an Wolferamus predictus litteras didicerit, demonem ad id[c] scrutandum arte sua malefica accersivit. Sicque demon compulsus cuiusdam noctis conticinio predictum Wolframum in domo hospitis sui Gotschalci civis Ysena-
f. 339c. censis sopori deditum adiit, de naturaque celestis spere stellarumque errantium motibusque earundem[d] orbium perquirens subtilius, soli[e] cum interrogacioni responsa non redderet, hunc esse laicum cachinno clamitat, in muroque eiusdem campnati[f] litteris id figurat[2]. Hiis ita gestis lantgravius memoratus, ut apud se maneret, plurima ei se daturum promittens munera, magistrum Clingeshore perinstanter peciit; qui rennuens, eo quod a layco litterarum[g] inscio ipse pene in omnibus artibus adprime eruditus devictus foret, ad propria remeavit.

H. B. Anno Domini M°CC°VIII°. Sane cum Philippus Romanum[g*] imperium favore principum modisque quibus potuit usurpasset, turbavit imperia, statum ecclesie destituit, bella bellis continuavit. Quod[h] quia ab inicio non valuit, ex post facto infirmatum est[3]. Et quidem
1208. cum iam Romanus pontifex[i] de imperio quasi pacem et consensum admittere cepisset, et Aquileyensis patriarcha in littera eiusdem summi pontificis pacis formam expressam deferens Alemanie iam partes attigisset[k. 4], antequam ventum esset ad regem, unico letali et
(Iun. 21). crudeli vulnere a palatino de Witelingebach rex ipse crudeliter et insidiose et inopinabiliter interemptus est. Proinde interfeccionis eius causa se ita habuit. Cum quandam[5] de filiabus suis rex ipse prenominato[l] palatino federe legittimo dare destinasset, timens homi-
f. 339d. nis insani bestialem ferocitatem, revocavit, voluntatem voti[m] rescidit, magis volens filiam suam alteri dare quam sub atrocitate viri inconsulti vitam periculosam eandem filiam suam sub anxietate ducere. Hic mali fomes, hic ardentis animi stimulus, hec invidencie lampas sine termino absque consideracione accensa decrevit, statuit ac deliberavit, quomodo sibi oblatas[n] condigna ultione puniret iniurias. Sed numquam tanti ausus ipsi palatino data fuit occasio, nisi tunc, cum iam imperio suppremam impositurus manum[6] cum inedicibili copia militari de diversis mundi partibus excita ad Babinbergensem civitatem applicuit[7], deliberaturus[o] inibi, qua Bohemo cum multis advenienti militibus pararet transitum, qua sibimet[p] ipsi cum fortibus auxiliariis, quos ad preliandum habuerat paratos, itinerandi prepararet aditum, fixum habens in animo, quod quibusdam principibus, simulatis amicis et veris hostibus suis, lantgravio dico et Missenensi[8], non parceret, quos iam manifeste confederatos audierat, nec ad universa machinamenta sua ipsorum auxilio pro velle suo[q] abuti poterat. Dicebat enim in corde suo:

Dolus an virtus, quis in hoste requiret?[9]

Habito itaque consilio statuit, quod transeundo cum innumerabili multitudine predictis principibus tantum[r] nocumentum quasi nolens afferret, quantum si regni publicis adversariis alias manifeste insultaret. Iam vero rex inferior consiliis, rebus et auxiliis defecerat, eatenus succubuerat, quod figura nichili, quod nichil et inane reputatus est, ymmo et germani
f. 339cc. fratres[10] per manifestam contradictoriam aliquatenus[s] propter terrorem, aliquatenus propter res Philippi ab ipso recesserant, et nulla ei in homine nisi forte in Deo, quod credimus, ut

a) confusus *L. I. II.* b) iterum *emend.?*; postea *L. I. II.* c) illud *L. I. II.* d) *sic* l. *L. I. II.* e) *sic* l.; sed *L. I. II.* f) kemnati *L. I. II.* g) *emendavi*; litteris l. g*) Romanorum *L. II.* h) Quot l. i) cum *iterum add.* l. k) attingisset l. l) prenotato *L. II.* m) *sic L. II*; voce l. n) *sic L II*; olatas l. o) *emend. Weg.*; Deliberatus l. p) *emendavi*; qui a semet l. q) uti *add., sed del.* l. r) transeundo *iterum add.* l. s) *emendavi*; aliquociens *h. l.* l.

1) Ad sequentia (— *figurat* l. 8) cf. carminis str. 109—114, p. 137—143. 2) L. I. II addunt (omissis *litt. id fig.*): *que adhuc vulgariter dicitur die dinster kemnate, litteris digito in parietem scripsit in lapidem, quem postea hospes idem eruebat et ante civitatem predictam in flumine mergebat.* Et L II addit post *in lapidem* ex carminis str. 112, c. 7: *'Du bist eyn leye snippinnab.'* Quae omnia a Ioh. Rothe c. 421, p. 336. et in Chron. Isenac., Schöttgen et Kreysig, Dipl. I, p. 89. excripta sunt. 3) Cf. epist. Innocentii III. in Decret. Gregorii IX. l. I, tit. 6, c. 29: *cum tamen ex postfacto nequiverit convalescere, quod ab initio non valebat.* Quae sententia in Hist. Reinhardsbr. infra f. 344b. repetita est. 4) Wolfgerus Mediolani nuntium Philippi regis interfecti accepit; Ioh. Codagn. Ann. Placent., SS. XVIII, p. 423. 5) Beatricem iuniorem, ut censuit Winkelmann p. 539. 6) Ovid. Rem. am. v. 114. *crepitur . . . Supremam bellis imposuisse manum.* 7) Philippus rex. 8) Theoderico; cf. Winkelmann p. 443 sq. 9) Verg. Aen. II, 390. 10) Solus Heinricus palatinus. Wilhelmum ab Ottone defecisse non traditum est.

postea eventus edocuit, erat confidencia. Ut vero, quia *summis stare*[a] *diu negatum* est[1], 1208. H. R.
Philippus sui temporis omnibus summior summis . . . . .[b] de erario regio[b'] XXX[c], ut aiunt,
marcarum milia vel amplius stipendium daturus coacervans, Babinberg, ut dictum est, civi- (Jan.)
tatem attigerat[c]. Palatinus autem doloris sui stimulis agitatus, scintillante sibi contemptus
facti consciencia, ad malum regis amplius estuabat; audacterque progrediens ad penetrale (Jan. 21).
regis appropiat, ubi his aut ter pulsato hostio non admissus, indignans abiit, metuens sibi
interficiendi regis occasionem prorsus fore subductam. Rex autem abintus audito palatini[d]
nomine hostiarium[e] inhibuit, ne ei patefaceret aditum, per quem fortasse sibimet ipsi et
presentibus fieret quietis perturbacio aut aliud quodlibet suboriretur incommodum. Sane
palatinus atrocioris ire facibus[f] inardescens tabescit animo, vultu concidit, summam sibi
reputans requiem hoc, si rutilante mortui regis sangwine expiari vel pocius recreari me-
reatur. Accedit ergo[g] uno contentus comite[2], pulsat ianuam, pulsantis improbitas reserat
hostium, imperii summa, regis altitudo furentis manui[h] subicitur. Et is[i], qui largissimis[k]
rerum multimodarum expensis summisque laboribus tantum monarchie apicem attigerat,
uno ferientis ictu miserabiliter deicitur, ut[l], si non in aliis, in eo compertum haberetur,
quod letis principiis mestissimi fines aliquando obiciuntur. Denique autem ad[m] hanc con-
sumacionem palatinus 'introgrediens evaginato, uti semper solebat, proludit gladio, pallor v. 340.
oris, dentium frendor efferat[n] animum. Et tandem in hec verba totus effunditur: 'Bene
novistis, o domine rex, quantum a vobis contemptum acceperim, eo usque, quod eius mali
recuperacionem a quoquam hominum nullo umquam tempore aliquo modo possum reci-
pere, sed inter principes semper ero novissimus, quippe qui sum a principum auctore tam
stupide, tam crudeliter inhonoratus'[3]. Hiis dictis ad plagam dexteram[o] eri et ad cervicem
resecandam regis omnis virtus colligitur. Sed in ensis tantum acie ysophagus[4] gutturis
tenui vix vulnere summotenus traicitur, et in pectusculo precordiorum seviens plaga ter-
minatur; spiritus evaporant, atque absentante se anima invita[p] separatur. Deinde facto
tumultu, dum stupidi auctorem mali comprehendere [student[q]], comprehensores ab ipso
acriter sauciati sunt[5], et ipse indempnis[r] elabitur. Lugubris ergo ac funebris officina[s]
regis pro pallio gaudii merore induitur, madet lacrimis, pallore tabescit, et qui paulo antea cf. lv. 61, 3.
in summa leticia cum suo auctore arcem monarchie in solempni festivo tripudiando attige-
rant, modo inestimabiliter humiliati, priori fortune impares, adversis casibus miserabiliter
subiciuntur. Porro rex inferior, qui paulo ante quasi superficiarius abiectior[t] habebatur,
sine venalitate, absque ulla commutacione, repentino transitu ad summa erigitur. Festini
principes mutuis se occursibus prevenire gestiunt, segnis nature estimatur, piger officio,
tardus inter alios, qui prevenire manus suas non maturaret. Occurrunt aulici de priore
aula primi et festini officiales[u] ab Ottone infeodari letantur, et qui modicum 'ante ei cachi- v. 340.
nando insultaverant, iam calcaneis eius inclines[v] et humiliati quasi procidunt Ethyopes[6],
et si regi sit beneplacitum, tamquam proceres comitantur heriles[7]. Ad summam ergo mo-
narchie solempniter evectus in opido regio Francfordia[w] principibus curiam generaliter in- (Nov. 11).
dicit[8]. Ubi cum innumerabili infinitate occurrentes milia milibus stipantur, et quod antea

a) non poterat *add.* 1, *quod explicandi causa ad negatum est additum vel potius transpositum esse puto.* b) *hoc loco, ubi nulla lacuna in* 1 *indicata, quaedam omissa esse censeo, concerem amplius stare non poterat.* b') *emendavi; regis* 1; c) attingerêt, *e eadem manu superscr.* 1. d) *sic L II;* palatino 1. e) hostiario *L II.* f) fascibus 1. g) iterum *L II.* h) manu 1. i) hiis 1. k) largissim^{o} (us) 1. l) *emendavi;* ꝛ (et) 1. m) *suppl. Weg.; om.* 1; *fort.* autem *ex* ad *corruptum; cf. infra* p. 577, *l.* 3. n) *mallem* prodit offeratum an. *Hic locus a librario breviatus esse videtur, cuius manum verba* Et tandem *prodant.* o) dextea^{m} (rum) 1. p) *dubius emendavi;* unica 1; unita separantur *Weg.* q) *om.* 1. r) *emendavi;* indemptus 1. s) officia 1; *nescio an recte emendaverim; fort. magis vox est corrupta.* t) *emend: Weg.;* obieccior 1. u) officiat 1. v) *emend. Weg.;* incliens 1. w) Francford a 1.

1) Lucan. I, 70. 71: *summisque negatum stare diu.* 2) Quem extra cameram remanentem gladium pala-
tino porrexisse tradunt Chron. Ursperg., SS. XXIII, p. 370, et Chron. reg. Colon. cont. III, p. 226. Cf. Sulp. Sev. Vita Martini c. 2: *uno tantum servo comite contentus.* 3) Ineptum est credituı palatinum tanta ac talia perorasse. Vide quae palatinus dixisse aptius fertur a Hugone card. in epist., Innoc. Reg. de neg. imp. nr. 152 (Reg. Imp. V, nr. 9992) et ab Arnoldo Lubec. VII, 12. 4) Vox Graeca: οἰσοφάγος. 5) Secundum epist. Hugonis l. l., Chron. Ursperg. l. l., Ottonem de S. Blasio c. 50, solus Heinricus de Waldburg dapifer, secundum Chron. reg. Colon. cont. III, p. 226, hic et Heinricus de Ravensberg camerarius sauciati sunt. 6) Ps. 71, 9: *Coram illo procident Aethiopes, et inimici eius terram lingent.* 7) Cf. Verg. Aen. VIII, 462: *gressumque canes comitantur erilem.* 8) Non Otto rex, sed Sigefridus archiepiscopus Moguntinus (Cron. S. Petri, supra p. 381; infra p. 576, l. 17) et Heinricus palatinus Rheni ('Braunschw. Reimchr.' v. 6388 sq., 'D. Chr.' II, p. 530).

1208. H. R. in secretis actitatum est conciliabulis[1] de instituendo rege, nunc in lucem prodiit, fortuna mutabili, sed in meliorem regis[a] decreti condicionem. Mira res, residuum pecunie, totum prioris regis patrimonium cum filiabus eiusdem, una quidem ipsi regi traducenda[2], altera vero deliciose alenda[3], offertur. Quicquid ante regi[b] adversum fuerat, eius fidei committitur, opida, castra reserantur ei advenienti, ubi tapetia substituuntur, platee dorsalibus et cortinis inestimabiliter ornantur. In occursum eius omnes purpurati preconialiter instant laudibus, et ut verum fateamur, ad desideratam eius faciem totus mundus exhilarativam concipit memoriam. Denique solidatus in regno eleccione principum, favore populorum,
Luc 14, 32. noster pacificus *ea que pacis sunt* studet agere, turbatam quietem reformare, emptorum ac venditorum dampnosis lucris terminum[b], omnibus fere rebus modum statuit et que videbantur impossibilia ad facilitatem redigit; usurarios manifestos, si non a criminoso facinore recesserint, prius[c] commonitos et non emendatos postea confiscari iubet[d], clericisque et quibusque religiosis usum taberne sub expressa pena inhibet et omnia ea, que a diebus
cf. 340[a] Karoli christianissimi imperatoris in disswetudinem abierant, omni studio revocare nititur,
Luc. 14, 32 Cr. S. Petri et precipue maximeque *pacis ea que*[e] *sunt* sollicite meditatur. Inde marschalcus, trium predecessorum emulator regum, adiens regem Ottonem, regni insignia, civitates, urbes et castella sibi, utpote potencie regali, subegit. Moguntinus regiam curiam omnibus principibus Francfort[f] adiendam in festo sancti Martini promulgavit. In cuius curie celebritate rex Otto confirmatus leges, pacem, edicta Karoli, omnibus principibus sacramentum iurisiurandi prestandi[g] in id ipsum, contradidit. Ibi Ottonem palatinum de Witilingesbach, regis Philippi occisorem, sententialiter vita
Cr. Minor et Cr. S. Petri et rebus proscripsit; quem postea, cum profugus evasisset, in quadam grangia[h] monachorum nimis securum, iuxta fluvium Danubium provocantem ludendo, ververem trudendo cum clippeo, subito marschalcus de Calentin cum amicis Philippi
Cr. S. Petri. irruens in vindictam fusi sangwinis occidit. Hoc anno cepit ordo fratrum Minorum Spoleti[i].*

H. R. cf. 341[c]. Unde anno Domini M°CC°IX°, Philippo imperatore sublato de medio[4], Lupoldus quasi adulterinus[5] invasor Moguntine ecclesie repudiatus est, et Sifridus quasi pastor legittimus unanimi consensu cleri et populi a curia Romana per Moguncienses[j] revocatur[k].

H. R. 1209 cf. Cr. S. P. Nunc ad ea que paululum intermissa sunt redeamus. Otto sublimatus et confirmatus in regno[m], quod a longo iam tempore in disswetudinem[n] venerat, non tam suis quam aliorum commodis et utilitatibus intendens, metum iniquis, iustis vero et ecclesiasticis maxime personis spem non modicam ingerebat. Talia enim erant principia, de quibus bonus processus et desiderabilis exitus digne speraretur. Cunctis ergo[o] que agebantur prospere et ad nutum succedentibus, vir strennuus, qui anteactis diebus in magnis et multiplicibus adversitatibus suis animum numquam submiserat[p], nunc letis et festinatis successibus factus[q]
cf. 341[c] animosior, ne quid sibi[r] deesset in hac rerum summa constituto, ad hoc[s] omnimodis[t] aspirabat[u], ut imperiali eciam benedictione accepta imperator Romanus vocaretur et esset. Festinato itaque omnibus que ad tam arduum negocium necessaria erant expeditis, iter
(fol. ex. Aug. in.) arripuit et Alpes cum copioso comitatu transgrediens, a Longobardis et Tuscis honorifice susceptus, multis magnisque[v] muneribus ab eis djtatus et quantis sibi expedire videbatur comeatibus[w] de die in diem incredibiliter adauctus, tam in rebus quam in personis nichil
Sept experiebatur adversum. Tandem mense Septembri cum exercitu copioso, qui partim a finibus Almanie secum progressus fuerat, partim de civitatibus tocius Ytalie ad eum confluxerat, prospero itinere Romam ingressus domino pape se exhibuit[6]; quem eciam, ut nichil adhuc optate prosperitati deesset, qualem voluit invenit, scilicet ad omne propositum suum promptum[x] et facilem. Verumtamen[y] papa, quod in tali negocio summe erat necessarium, non tantum ea que ante oculos sita erant intuitus, sed, quod prudencie est proprium, consideracione preteriti *futuri temporis exitum* meciebatur[7]. Qua-

*) *Quae in 1 sequuntur post locum Gest. archiep. Magd. insertum:* Et tandem Philippus imperator post occisionem suam sepultus est in Babinberg et post hoc translatus in Spira, ibi modo est sepultus[z] *ex 'Sachs. Weltchronik' c. 345. a librario inserta sunt.*

a) *emend. Abel;* rei 1. b) *emendavi,* nmium 1. c) *emendavi;* p⁹ (post) *pro* p⁹ 1. d) Cleris *add., sed del.* 1. e) eaq (ue) 1. f) Franeford 1; Franckfordt *L. H.* g) *sic* 1. *L. H.* h) quedam grannia 1. i) *in* 1 *sequitur:* A. D. M°CC° nono Albertus — — *f.* 341ᵇ. nobilibus dominabus = *Gesta archiep. Magd., SS. XIV, p.* 418, *l.* 3 — 420, *l.* 3. k) *emendavi,* adulterine 1. l) moguniciense 1. m) regnum *P.* n) diswet. 1; *cf. l.* 14. o) igitur *P.* p) submiserant, n *del.* ridetur 1. q) ē (est) *add.* 1. r) *sic P; om.* 1. s) *sic P;* h (hec) 1. t) omnimodo *P.* u) aspirat *P.* v) multisque et magnis *P.* w) *emendavi;* comeant⁹ (ur) 1. x) et pr. et fac. *P.* y) dominus *add. P.* z) *in* 1 *sequitur:* Contra hunc Philippum — — *f.* 341ᶜ prepositus ecclesie Hildesemensis = *Gesta archiep. Magd. p.* 420, *l.* 3 — 421, *l.* 19.

1) In Altenburg, Sommerschenburg, Halberstadt, Arnstadt habitis. 2) Beatrix maior natu. 3) Beatrix minor. 4) Haec (*Phil. — medio*) sunt chronistae vel librarii cod. 1. 5) Sifridus iam a. 1208. mense Septembri circiter Moguntiam rediit. 6) Mense Sept. Otto Viterbii cum papa convenit, ad muros Romae demum Oct. in. (? ?) advenit. 7) Boet. Phil. cons. II, 1: *Neque enim quod ante oculos situm est sufficerit intueri; rerum exitus prudentia metitur.* Horat. Carm. III, 29, 29 sq.: *Prudens futuri temporis exitum caliginosa nocte premit deus.*

propter de quibusdam, quorum occasione iam pridem inter regnum et sacerdocium non semel, sed pluries perniciose dissensiones emerserant, a rege, priusquam ei[a] manum benediccionis imponeret, securitatem sibi prestari postulavit. Rex vero ad propositi sui consumacionem festinans, de quibuscumque et qualitercumque postulatus fuerat, promittendo, fidem dando, iurando securitatem prestare non distulit[1], et sic quod affectabat ad effectum usque perduxit. Anno igitur Domini M°CC°IX. proxima dominica ante festum beati Michaelis archangeli[2] cum multa celebritate cleri et[b] populi, principum et baronum simulque innumere illius multitudinis, que de diversis locius mundi partibus ad tam solempne spectaculum convenerat[c], inedicibili[d] alacritate in ecclesia beati[e] Petri apostolorum principis rex noster imperiali benediccione percepta gloriose coronatus est. Huc usque omnia optato[f] processu successerant[g], abhinc, quod in rebus humanis valde usitatum[h] est, longe aliter quam[i] sperabatur evenit. *Obscuratum est aurum, mutatus est color optimus.* Nam imperator non solum sue salutis, verum eciam humane verecundie nimis impudenter oblitus[k], promissis non stetit, violavit fidem et ad sue confusionis cumulum peierare[l] nec veritus est nec verecundatus. Verumtamen dominus papa iudicem dissimulans et patrem exhibens non potuit non dolere super deliquente filio, fecit quod potuit et prout potuit, monuit, consuluit, postremo sub interminacione excommunicacionis, ut resipisceret, indixit. Tandem post diutinam exspectacionem, post ammoniciones paternas[3], post salutaria consilia non resipiscentem, sed de die in diem maiora et deteriora presumentem[4], cum ex contingentibus nichil esset omissum, tunc demum iusto iudicio quasi aridum et depravatum menbrum ab unitate corporis ecclesie non sine grayi dolore prescidit.

H. H. cf. Gr. S. P. 1209. † CCXLIII. Sept. 27. (Oct. 4). Theod. I, 1. (Nov. 18).

Anno Domini M°CC°X°. Hyems dura, prolixa[m] et intollerabilis valde subsecuta est, [ita[n] ut veterani homines unanimiter testarentur tantam intemperanciam[o] frigoris sua recordacione non fuisse]: homines quam plures nimio gelu mortui sunt, pecora[p], [volucres[q] et apes quam plures perierunt]; vinee et annose arbores ita lese sunt, ut usque ad imas radices arescerent.

† f. 342b.

Anno Domini M°CC°X1°.[r] Hermannus lantgravius misit solempnes ac nobiles utriusque sexus legatos in Ungariam pro regis filia in Thuringiam adducenda. Quorum principales[s]: comes Meynhardus de Molburgh[t] et nobilis vir Walth[e]rus de Vargila[u] dominaque Bertha, relicta Egilolfi de Bendeleybeu[v]. Erant procedentes cum comitatu et familia multa et apparatu copioso, prout tante nobilitatis excellencia requirebat. Qui a principibus et prelatis atque magnatis, quorum transiere[w] terras et terminos, cum summa honorificencia suscepti sunt tam in processu itineris quam regressu. Venientes itaque ad castrum regis munitissimum quod Presburg[w] dicitur iocunde et regaliter susceptí sunt.

Theod. I, 1. — V. L. I, 8.

De rege Andrea, patre sancte Elizabeth.

Erat autem rex vir quietus et bonus, regina vero mulier multe virtutis et fortis, que feminee cogitacioni virilem animum inserens regni tractabat negocia filieque transmittende procurabat necessaria. Datis autem nunciis muneribus regiis preparatisque omnibus, cum proficisci properarent, auro et argento et sericis[x] involutam, in cunabulo argenteo reclinatam illis nobilibus paranimphis presentavit regina filiam suam, dicens: 'Domino vestro dicite, ut animequior sit et valens, et ego cum[y] maximis divitiis, si Dominus michi vitam dederit, cumulabo'. Transmisit quoque cum filia vasa aurea et argentea magna, multa et varia et dyademata preciosissima et ornamenta, 'annulos[z], monilia multiplicisque vestimentorum paria, dolium argenteum pro balneo filie, lectualia, culcitras, coopertoria omnia de serico, purpuras et pannos sericos multos cum alia suppellectili innumerabili preciosa. Addidit insuper mille marcarum summam pecunie necnon et alia promittens, si vivere contigisset. Non sunt allata nec visa talia et tam pulchra preciosaque ac multa in Thuringia, qualia transmisit regina <Ungarie[a]> cum <sancta Elizabeth[b]>, filia sua. Gaudebat namque et gloriabatur de talis principis nuptiis filie procuratis. Regressi in Thuringiam magnifice suscepti sunt. Ipsaque regis filia sponso[c] puero

Theod. I, 2 — V. L. I, 9. † f. 342c.

*) *Ut e Vita Lud. I, 8, p. 13. apparet, in textu eius Latino sequebantur verba Theod. I, 1: anno a nativitate Elizabeth quarto, quae desunt* 1. 2. *E. T.*

a) *sic P; om.* 1. b) ac *P.* c) convenerant 1. d) in[dicibili 1; *cf. p.* 574, *l.* 27. e) *sic* 1. *L II;* sancti *P.* f) optatu 1. g) successu processerant *P.* h) *sic P;* iusitatum 1. i) qua 1. k) *sic P;* obliquus 1. l) peiorare 1 *et P* 1. m) et prol. int. *L I, II.* n) *uncis incl. praebent L I. II ex hac Cron., non ex Cron. S. Petri, quippe quae habeant* subsecuta est; *pro uncis incl. habet* 1 in qua. o) frig. int. *P.* p) *sic L I. II cum P;* ac pecora 1. q) *uncis incl. praebet L I; om.* 1; *in L II, ubi* pec. et apes ex magna parte per., *haec ex P excerpta videntur.* r) erant *add. E. L I cum Theod. ed.; sed deest* 1 *et Theod. codd.* s) Molbergh 1. t) *sic* 1. *T;* Varila *E. L I. II.* u) *sic distinguunt* 1. *E.* v) transire 1. w) *sic T. E;* Presborg 1. x) serico *E.* 2 *(ex E?).* y) *sic* 1. *E;* cum *Theod.* z) *sic* 1. *E* (et ann. mon.]; ann. et mon. *Theod.* a) *deest E et Vita Lud. cum Theod.* b) s. El. *desunt E et Vita Lud. cum Theod.* c) sponsa *E.* 2 *(ex E?).*

1) Ignarus eorum, quae Viterbii inter regem et papam tractata sunt, auctor coniectans de his rebus ex eis quae secuta sunt et secutus ea quae in populo postea tradebantur falsa retulit. Cf. Winkelmann, K. Otto IV. p. 192 sqq. 487 sqq., de hoc loco p. 493 sq. 2) Potius proxima dominica post festum Michaelis (Oct. 4). 3) Cf. litteras Innocentii III, Böhmer, Acta imp. sel. p. 630, nr. 921: *post diligentes ammonitiones et dilationes frequentes excommunicationis . . . ipsum.* 4) Auctor veram causam, ob quam Otto excommunicaretur, scilicet quod regnum Apuliae invasisset, ignoravit.

Theod. I, 2 = V. L. I, 9 infantula apposita est, et quasi figura quedam futurarum peragitur nuptiarum. Enutrita autem est[a] cum omni[b] studio, ut oportuit et decebat.

1211. H. R. cf. Cr. S. P. Iob 30, 31. Elapso tempore, cum innumera[c] bellorum atque adversitatum volumina undisonis[d] pressuris et calamitatibus cytharam nostram in luctum et organum in ploracionem miseranda[e] alteritate demutassent, [ecce[f] camena per] elegos musarum tynulos iam dicti Ottonis veris fletibus ora rigare commovit[1]. Ipsaque ludificans ac preterite eius prosperitati vehementer inminens in hunc modum concinuit: 'O varium fortune lubricum, dans dubium tribunal iudicium! Nil Dario regnasse profuit, Pompeyo Roma nil tribuit!' Sane principes, regem dico Bohemie[2], archiepiscopos Moguntinensem[a.3] et Magdeburgensem[4], provincie principem[5], marchionem Missenensem[6], voluntariis motibus cum deliberacione adhibita ad quoddam Orientalis provincie oppidum[7] unanimiter collecti sunt. Ibi recolentes[b] filii illius

v. 342. Belyal inconcinnos[i] mores, quos arbitrati sunt imperiali aule minime conducere, pro eo quod dignitatibus ecclesiasticis insultans, archipresules simpliciter et vituperiose clericos[k], abbates monachos, reverendas matronas mulieres appellans, [universosque[l], quos Deus honorare precepit, superbie stimulis agitatus inhonoravit, atque propterea honoris sui iacturam in eodem principum concilio non multo post tempore elapso cum tocius fortune] adversitate[m] persensit[8]. Iuto namque consilio, iurisiurandi sacramento sese coadunantes et colligantes, contra Ottonis apicem et regiam eius preminenciam[n], omnem quam potuerint[o] confidentiam[p] prestantes, se venturos polliciti sunt; presertim cum eius[q] ingressum iozificum[9] ad imperium perpendissent, licito[r] conamine contra eum moti sunt.

Sept. 5 Proinde tacite disgredientes, ceteros principes ea latuere consilia, donec idem iurati in opido regio Norenbergh collecti publicis vocibus Ottonem hominem hereticum nominaverunt[s] et publicam ei[s'] facientes contradictoriam, Fredericum Heinrici ultimi imperatoris filium, antea[t] ab universitate electum, futurum imperatorem declararent[u]. Ad hanc conspiracionem et adversus Ottonem contradiccionem prefatos principes et universis transmisse et singulis[v] littere apostolice[10] animaverant. In quibus dominus papa certis[w] de causis Dei omnipotentis auctoritate ac beatorum apostolorum Petri et Pauli et sua[x] iam dictum O[ttonem] manifeste excommunicatum pronunciavit[11] et ab eius fidelitate absolvit non solum principes et barones, sed et regni ministeriales et qualemcumque[y] in universo Romano imperio ad eum respectum habentes, promittens[z] eos obsequium prestare Deo, si[a] et Ottonem, Dei et ecclesie Romane inimicum, constanter abiciant et Frederico[b] novo regi deno-

a) *sic 2, om. 1.* b) omnii 1. c) innumerabilia *P.* d) *sic P;* undinosis 1. e) mis. ali. dem. *suppl. ex P; om. 1.* f) c. c. per *ex verso Boeth allato supplevi, dubia quidem, sed sequens* Ipsaque *vocem camenam praecessisse mihi persuasit; plur. et sic cl. 1.* g) Moguntinem 1. h) recolligentes *P.* i) incontinuos *scriptum videtur in 1.* k) abb. cler. 1. l) *uncis incl. ex P suppl.; om. 1. Ex Cron. Reinh. (non ex Cron. S. Petri) excerpta sunt in L H:* universosque, quos Deus elegit, inhonorare cepit. Et propter hoc post parvi temporis spacium *etc. Unde patet in hac Cron. etiam locum illum suppletum exhibuisse.* m) et multa adv. *pergit loco omisso* 1. n) pemn. 1. o) potuerunt *P.* p) *sic P; om. 1.* q) *emendavi;* eis 1. r) perpendisse licite 1. s) *sic P. L H;* nominarunt 1. s*) *sic 1. L H;* fac. ei *P. 1 sic P;* annua 1. u) *sic 1. P. (L H).* v) *sic P. L H;* singulos 1. w) ceteris (cet is) 1. *P 1; vide p. 382, n. n.* x) *emendavi;* sitā 1. y) *fort.* qualescumque *emendandum.* z) pmittens 1. a) *sic P; tum. 1.* b) *sic P;* Frederi- cum novum regem denominatum 1.

1) Boet. Cons. phil. I, 1, v. 2. 3:

Ecce mihi lacerae dictant scribenda camenae
Et veris elegi fletibus ora rigant.

2 Odakarum I. 3. Sifridum II. 4) Albertum. 5. Hermannum lantgravium. 6) Theodericum. De quo vide Winkelmann l. l. p. 272. n. 2. 7) Quod ignoratur. Cf. supra p. 382, n. 1. 'Magd. Schöppenchr.' p. 135 sq. hos principes *in Aurenberch* convenisse tradit, confuso hoc colloquio cum concilio mense Sept. ibi habito. Cum auctor Reinhardsbrunnensis nomen loci, quo hi principes convenissent, ignoraverit, nescio an concilium Babenbergense dixerit, quo eosdem principes convenisse Chron. regia Colon. p. 232. tradit; sed obstat, quod hoc in provincia Orientali habitum esse dixerit. 8) Non cum Winkelmann l. l. p. 272. in dubium vocare licet, cum haec ab auctore Historiarum scripta sint an postea addita, cum ipsissimus ille auctor stilo suo huc loco agnoscatur. Cf. Disput. inter Innoc. et Romam, Leibnitii SS. Brunsvic. II, p. 526; arenga diplomatis Friderici II, Reg. Imp. V, nr. 675. 9) De Ozia templum ingresso vide 2. Paral. 26, 16 sqq. 45 Iosias quidem rex Iuda constitutus est Amon rege a servis eius occiso (4. Reg. 21, 23. 24), sed laude dignus hic Iosias censetur in libro Regum IV, 22. 10) Potthast nr. 4213 = Reg. Imp. V, nr. 6009. 11) In litteris n. 10. laudatis, Böhmer, Acta imp. sel. p. 630, nr. 921. legitur: *excommunicavimus et anathematizavimus ipsum ex parte omnipotentis patris et filii et spiritus sancti, auctoritate sanctorum* (sic legendum pro *quorum*) *Petri ac Pauli apostolorum ac nostra.* Sive has igitur litteras sive potius alias postea datas auctor legisse videtur. Cf. supra p. 577. n. 4. Cf. epist. editam a B. Bretholz, 'N. Archiv' XXII, p. 294.

minato se devotos exhibeant[a] et fideles[1]. . . . . [b]. Gun[celinus][c-2] vero, domestice familie ipsius Ottonis unus et precipuus, officio dapifer, cui[d] idem O[tto] sicud ei, cuius fidelitatem et strennuitatem iam pridem fuerat expertus, non[e] solum privata, sed eciam[f] publica regni negocia commiserat, ad quod[g] cum instans urgebat necessitas, quantumcumque[g'] et qualiter- cumque poterat, principum machinacionibus parabat contraire, ancipiti casu plurimum expedire non dubitans, quatinus ipsis principiis non solum viriliter, verum eciam celeriter obsistatur[3]. Omni igitur qua poterat festinacione[h] villas regias muris et fossatis sufficienter munitas, Northusen videlicet[i] et Molhusen, armata manu viriliter[k] preoccupare festinabat, hinc[l] precavere intendens, ne qua in eis domino suo emergeret adversitas, et ut eciam Thuringie lantgravium quasi hostem publicum et adverse partis principaliorem exinde impugnaret. Quod et[m] factum est. Prefatus namque Gun[celinus] coadunatis sibi Saxonibus in Molhusen se recipiens et tam cum[n] hiis quos secum adduxerat quam cum ipsius opidi civibus de die in diem inde progrediens, villas finitimas[o] aut depopulabatur aut usque denominatum diem eas[p] sub pacto constituens, prout cum eo convenire poterant, pecuniam ab eis extorquebat. Adhuc Thuringie barones quasi ociosi spectatores vacabant[q], sicud ipsius rei exitus satis evidenter declaravit, hoc solum intendentes et expectantes, ut ferrent auxilium, non cui magis tenerentur, sed ei, a quo magis et hoc ad manum, ut dici solet, eos accipere contigisset, puto edocti a poeta[4], quod *ibi fas, ubi maxima merces*; nec mirum, cum eciam sapientum oculos munera soleant excecare. Igitur antedictus G[uncelinus] et universos convenit et singulos, et quia venales manus invenerat, multa peccunia eos ad hoc induxit et conduxit, ut domino suo hereditario, videlicet[r] Thuringie lantgravio, consuete liberalitatis et munificencie ipsius inmemores, publice renunciarent et omni, quam ab eis postulaverat aut postulabat, prestita securitate se ei et domino suo Ottoni laturos auxilium compromitterent[s]; et sic fiunt hostes manifesti[t], qui paulo ante domestici et obsequiosi putabantur. Huius maligne discessionis[u] a principe Fridericus comes de Bichelingen precipuus auctor et incentor dicebatur, qui eo magis indebite hoc facere visus est, quod[v], sicud multorum patuit cognicioni[w], infra biennium iam dicto principi, acceptis ab eo trecentis marcis, sine omni exceptione novis et specialibus se promissis obligaverat, ut contra quemlibet hominem ei[x] ferret[y] auxilium et prestaret obsequium. Res eo modo, quo ceperat, procedebat. Nam barones Thuringie coadunati Saxonibus, nullo defensante, vastantes provinciam, quicquid animus suggesserat se effecturos non dubitabant. Nil tamen dignum relacione ab eis gestum est, nisi quod pauperes et inbelles colonos spoliantes, casas eorum succenderunt[5]. Interea princeps provincie animo herens anxio fortibus adversariis aliquociens molitur viriliter occurrere, aliquociens contra insidias baronum intendit cautior existere. Modo castra metatus[z] in spacio camporum equorum, modo intra murorum receptacula, quo tutus esse posset, cum deliberacione habita se suosque bene meminit recipere. Ita bellorum fervore contradictorie tumore ad malum principis inchoante, tutum in castro Wartperg asylum eligitur, et resistendi conamina invalescentibus adversariis principis dampnose cassantur. Deinde fama prodente[1] affluere qui dicerent Ottonem heresiarchan, sed paulo ante tocius monarchie imperatorem, Almanie iam partes adiisse et circa Reni fines[6] infinitam militum copiam colligere et ita *in manu robusta* dicere se velle Thuringie partes intrare, opidis, castris et omnibus principis municionibus acriter inminere, ut sic

1211. a. a. O. S. P. s. ccxxiiii.

Prov. 16, 19.

s. 349.

s. 349.

1212. (Mart.)

Iuc. 22, 21.

a) *sic P.*; adhibeant l. b) *locum Historiarum Reinh. omissum vide in Cron. S. Petri supra* p. 382, *quem hoc loco non repetivi, cum iam auctor huius Cronicae omississe possit eum, qui a nemine ex hac excerptus sit.* c) *Cum eadem manu corr.* Guo l. d) *sic P.*; cum l. e) *sic P.*; sed l. f) et *P.* g) *sic P.*, quis. atq (uc) l. g') *emendavi*; quantumque l. h) festinaveris *P. quod auctor Hist. Reinh. certe scripsit.* i) scilicet *P.* k) militum *P.* l) *emend. Weg.* Hic l. m) ita *add. P.* n) *emendavi*; et tñ (tantum) l. o) finitimas l. p) *sic P.* easque l. q) *emend. Weg.*; vocabant l. r) compromittent l. s) manifeste *corr.* manifesti l.; manifesto *P.* t) *sic P.*; mali et dissensionis l. u) quo *P.* v) *sic P.*, potuit cognicionem l. w) *sic P. om.* l. x) conferret *P.* y) meu[r] l. z) *sic P.*; procedente l.; *cf. supra p.* 548, *l.* 35. 396, *l.* 32.

1) Ut Friderico regi fideles existerent, papa in literis laudatis non scripsit, sed ut principes providerent regno Ottone excommunicato *(quatenus festinetis super huiusmodi providere, dum temporis opportunitatem habetis)*. Litteras papae, quibus illud continentur, non habemus. 2) De Wolfenbüttel. 3) Ovid. Remed. am. v. 91: *Principiis obsta.* 4) Lucan. X, 408: *cenalesque manus: ibi fas, ubi proxima merces* (cum lect. varia *maxima*). 5) Cf. 'Sächs. Weltchr.' c. 348, 'D. Chr.' II, p. 239; 'Braunschw. Reimchr.' v. 6901 sqq., ib. p. 545. 6) Medio mense Martio imperator Moguntiae et Francofurti fuit; Reg. Imp. V, p. 136 sq.

1212. H. B. tandem princeps ipse tum[a] compelleretur in dedicionem venire vel eciam fuga turpiter elabi [et[b]] heresiarche locum dare[1].

Cr. Minor. Anno Domini M°CC°XII°. per beatum Franciscum et sanctam Claram virginem incepit ordo pauperum dominarum post VI. annum conversionis sancti Francisci.

1212. (Jul.) H. B. cf. Cr. S. P. Movens[2] igitur castra contra municiunculam in Salcza[3] tribracho illo, cognomento tribock[4], muris imminet. Deficientibus cibariis hiis qui obsessi fuerant, facili adeptione[c] expugnantur. Multis tamen vulneribus inflictis mors[d] ipsa suppremum parat exitum, quibusdam eciam ex illacione vulnerum cronicas passiones ingerit et moras tarda sanacione[e] protrahere compellit. Sperans ergo per hanc exilem fortunam omnia principis sibi patefieri castella, cum ipsa robusta manu militum, qui ad duo milia quingentosque recensiti estimabantur, ad anteriora civitatis que Albus-lacus dicitur castrametati sunt. Interea nup-

(Jul. 22). tiarum impendia cum gloriosis expensis[f] in Northusin procurantur, que sereno quidem et leto principio prenunciata, tristi et calamitoso fine tabuerunt. Nempe Philippi regis filia[5],

*f. 343°. dum thalamis Ottonis fuisset solempniter presentata, in ipsa copula maritali de felicibus auspiciis ad infaustum commigravit rerum[g] terminum[6], ita quod felix ortus[h] in infaustum transsubstanciatus est occasum. Nam ea illustri irremediabiliter egrotante imperatrice,

(Aug. 11). parvo post tempore vitalibus carens spiraculis ad malum Ottonis diem clausit extremum. Siquidem lugubris ac mestus Otto lamentabiles sponse[i] sue parat exequias[7], et sicud ante[k] modicum quidem gaudebat et quasi triumphabat nuptialibus et letis crepundiis, ita postmodum gravioribus desperavit et[l] acrioribus contabescebat[m] facibus funeris[8]. Inde regressus ad miliciam invenit pigros et desides ad pugnam; fortuna letos et prosperos mentita successus. in vultibus acris comparens, deformavit, demutavit in contrarium, ita quod nusquam sibi fides, nusquam sibi fida auxilia. Tamen mediante marchione Mysnensi[9] pauci adverse partis, dum multitudini extra vallum iam se paranti ad pugnam nequirent rebellare, in manus regias eo pacto dederunt civitatem, quod ad[k] statutum terminum interioris castri diruta resarcirent et se in eis reciperent[10], donec voluntatem principis experirentur[n], si vellet in dedicionem ire et cum Ottone componere, aut virtute pro avita deliberaret acriter[o] impugnare. Recepti vero infra municionem sufficientes erant ad resistendum oppugnantibus, qui prius amplitudini[p] civitatis videbantur non posse competere. Princeps autem provincie, audito pacto, intellecta condicione, quod potuit pro temporis articulo largitus est militantibus, graciorem multo spem de futuro promittens et in omnem retribucionem

*f. CCCXLIIII°. bonam eis se extensurum et eorum laboribus satisfacturum pollicens. Audito [eo Otto[q]] infremuit, voce preconia militum copiam adesse commonuit[r] et instaurato illo symulacro, murorum videlicet tormento[11], inestimande magnitudinis saxa conicit[s], scrobes subterraneas infodit et quibuscumque potuit machinamentis[t] urbem illam subvertere atroci cura satha-gít. Bavari vero et Swevi, audientes veridicis relatibus hereditariam suam dominam et illustrem imperatricem iam solvisse carnis debitum, furtivis elapsibus intempeste noctis silencio sarcinas suas deserentes et Ottonem in confusione relinquentes repatriarunt[12]. Reliqui eciam rei familiaris inopia coacti, cum de Ottonis erario nichil acciperent[u], consumptis vestibus, armis et palefridis, pedites recesserunt; atque ita contracto exercitu et minorato, cum tedio Otto in obsidione remanere formidabat atque infectis quasi male iniciatis

(Aug. ex.) negociis suis castrum illud male deseruit.

H. B. Porro ad acervum malorum ex denigrata circa eum fortuna sibi supervenientium illud adicimus, quod Spirensis[13], qui imperialis aule paulo ante cancellarius et secretarius ex-

a) *eũ* 1; *vel emend. Weg., fort. delendum.* b) *om.* 1. c) *emendavi*; facile adoptione 1; *cf. supra p.* 571, *l.* 8. d) *emendandum esse conicio* mors ipse. e) *emend. Weg.*; sinacõe 1. f) Ottoni *add. P.* g) *emendavi*; res 1. h) ortum *eodem manu corr.* ortus 1. i) spone 1, *sed in marg.*: Sponsa Ottonis moritur. k) *sic P.*; *om.* 1. l) ac *P.* m) tabescebat *P.* n) *sic P.*; expientur et 1. o) *supple* eum. p) amplitudine 1. q) *sic P.*; ottone 1. r) omouit 1; premonuit *P.* s) conicit 1. t) fcil' (icet) *add.* 1. u) nil reciperent *P.*

1) Cf. Chron. reg. Colon. cont. II. p. 188 sq. 2) Scil. Otto imperator. In Hist. Reinh. haec post l. 3. scripta erant. 3) Langensalza. 4) Cf. 'Magd. Schöppenchr.' p. 136; Ann. Marbac., SS. XVII, p. 172. 5) Beatrix. 6) Cum infra recte referat auctor imperatricem aliquo tempore aegrotasse, hoc loco copulam maritalem causam mortis eius fuisse dicere voluit, non eam in ipsa copula obiisse. 7) In ecclesia S. Blasii Brunswicensi. 8) Verg. Aen. XI, 143: *funereas . . . faces.* 9) Theoderico. 10) Cf. Ann. Marbac. l. l. 11) Tribracho supra dicto. 12) Cf. 'Sächs. Weltchr.' c. 348; 'Magd. Schöppenchr.' p. 137; Winkelmann, 'Otto IV.' p. 505 sq. 13) Conradus episcopus. Haec etiam, quae in Cron. S. Petri non exscripta sunt, auctoris Historiarum Reinhardsbr. sunt.

titerat, in matrice Moguntine sedis ecclesia coram multitudine innumerabili verbum Dei exhortando proponens, in pontificalibus apparens, sub testificacione iurisiurandi veraciter asseruit Ottonis fuisse propositum, ut de singulo aratrorum[a], novo[b] exaccionis genere excogitato, nummum unum aureum vellet quotannis[c] emungere et hoc statuto imperiali irrevocabiliter perpetuare; preterea, quod fedum et horrendum est disserere, de meretricio et lupanaribus novum sibi ius confingens, de criminoso facinore[d] genera[e] lucri sui[f] querebat elicere[1]. 1212. n. s. c. 1340.

At vero, antequam idem Pictaviensis Album-lacum obsidione vallaret, suus dapifer[2] cum infidis Thuringie baronibus preveniens currus[g] innumeros plancis[h] et ceteris edificiis oneraverat, ut in monte Wiczenburg[i, 3] propugnacula erigens ad expugnandum Lacum[k] faciliorem sibi pararet aditum. 1211. n. s.

Anno Domini M°CC°XIII.[5] Cumque securi nimium ille[l] et sui de multitudine valida presumentes, letabundi et quasi iam triumphantes nocturno tempore quiescentes, proximas circa Lacum[k] villas occupassent, milicia principis ex paucis collecta repentino lapsu in nocte sancti Nicolai pontificis iam dicte multitudini viriliter et vehementer insultavit atque Fredericum comitem de Bichelingen[6], tocius mali incentorem[l], eadem valida principis milicie manus et comitem de Stalberg[7] in armis occupavit, currus cum equis et edificiis suis usibus mancipavit; et fortuna circa principem post nubila alterato intuitu[m] oculorum suorum irradiata et illustrata est. Sane lacera et profuga dapiferi multitudo illa apud tescua in locis horridis post carecta delituit[8], ac in hunc modum dispersi ante Ottonis adventum nulla prorsus recuperacione prosperati sunt. n. s. Dec. 6. 2. Mich. 4, 1.

Hiis ita peractis[o], fama crebrescente de adventu Romane monarchie regis iunioris, castra, civitates et opida illustrantur, populi favorabiliter ad illum coadunantur; et contra illum Pictaviensem clamor exoritur; quidam asserentes de seniore, quod ab inicio non valet, ex post facto valere minime[p, 9], de minore autem, quia eleccione principum, subvecione[p] universorum sicud inicia dicitur habuisse preclara, ita quoque dignus ad imperium[q] debere habere exitus, presertim cum voce preconia iubente et ita disponente Romano pontifice gracie plenitudinem et in posterum suppreme manus imposicione[r] sit accepturus maiestatis regie absque difficultate benedictionem. Proinde rex Bohemie[10], princeps provincie cum ceteris regni baronibus ad indictam[s] sibi in Francfordia circa epiphaniam[11] accinguntur curiam, ubi princeps provincie a rege et a[t] quingentis ferme militibus gratissimo occursu[u] gloriose receptus est. Post hec[12] autem rex Francie faciem regis cum benedicione XX milium marcarum argenti preveniens, fedus ad invicem pepigerunt, ut in prosperis et adversis mutuis[v] se vicissitudinibus consolidarent et alter alteri favorabiliter coesse deberent. Requisitus igitur[w] Romanorum[x] rex augustus a Spirensi episcopo, quibus in locis eadem peccunia deberet[y] recondi, breviter respondit[z] peccuniam illam vel quamlibet aliam minime fore recondendam, sed regni eam principibus esse erogandam, quatinus de ea illorum expensis circa regni confirmacionem habitis satisfieret, et liberioribus animis hac regia donacione ad proveccionem regis paratiores existerent. Audita itaque munifica regis liberali- 1212. n. s. cf. Cr. S. Petri. l. 340. (Dec. 5). Ps. 20, 4 (Nov. 18).

a) *sic L H*; aratorum l. b) nove *L H*. c) *sic aut* quotis anno *emendandum est*; quis (quamvis) annis l; unum florenum omni anno habere *L H*. d) *sic L H*; criminoso crimine l; *cf. supra f.* 340c, *p.* 576, *l.* 11. e) gra l. *L H*. f) sibi *L H*. g) curros l. h) plancˉ l. i) Wittinbergk *L H*. k) *emendavi*; illi l; *om. L H*. k) Lacum album *L H*. l) *om.* l; *recte Weg. supplevit; cf. supra p.* 579, *l.* 26. m) *emendavi*; Altero ...tm (tantum) l; *cf. Eccl.* 11, 9: in intuitu oculorum tuorum. n) *sic P. L H*; *om.* l. o) *emendavi*, nimio l. p) *sic* l; *cf. infra p.* 582, *l.* 2. q) *supple* eum. r) *emendavi*; imposicionem acceptu% (rum l. s) *sic P. L H*; vindictam l. t) rege cum *L H*. u) *sic L H*; cursu l. v) se mut. *L H*. w) *sic P. L H*; ergo l. x) rex Rom. *P*; rex novus Rom. *L H*. y) rec. deb. *P. L H*. z) *sic* l. *L H*, respondet *P*.

1) De hac re iterum infra p. 583. relatum est. 2) Guncelinus de Wolfenbüttel, supra p. 579. nominatus. 3) Prope Tunzenhausen sito, circa 3 km. ab oppido Weissensee distante. Cf. v. Hagke, 'Urkundl. Nachrichten ... des Kreises Weissensee' p. 7. 4) I. q. Albus-lacus, Weissensee. In Hist. landgr. Eccard. c. 404 sq., ubi haec nimis temere immutata (e. gr. comites de Honsteyn inter barones Thuringiae recensiti) sunt: *ad expugnandum Thuringiam*. 5) Hic annus, iam ante l. 8. in Hist. landgr. Eccard. c. 404. positus, falso hoc loco a chronista insertus est, cum haec a. 1211. gesta esse appareat. 6) Cf. 'Sächs. Weltchr.' c. 348, p. 239. 7) Cf. Winkelmann, 'Otto IV.' p. 306, n. 2. 8) Verg. Ecl. III, 20: *tu post carecta latebas*. 9) Cf. supra p. 574, n. 3. 10) De hoc vide Winkelmann l. l. p. 327, n. 3. 11) Minime circa epiphaniam (Jan. 6), sed iam Dec. 5. haec curia habita est, in qua Fridericus rex electus est. 12) Iam Nov. 18. Fridericus cum Ludowico filio Philippi II. regis Valli-coloris conveniens foedus pepigit, quod diplomate d. d. Nov. 19, LL. Sect. IV, Const. II, p. 55, nr. 44, profitetur. Reg. Imp. V, nr. 679b. 678.

1212. H. B. cf. Cr. S. P. tate omnium clamor ad proveccionem regis[a] cum condigno favore extollitur[b]. Duces eciam de Ceringen[c. 1] et Austria[2], premissa tamen nuncciorum subveccione, in dedicionem ituri *1.344ᵃ. concorditer accinguntur et contra sortem prioris regis[d] *vehementer animantur, asserentes esse sacius sub articulis fidei catholice deservire quam heresiarche Pictaviensi[e] ad errorem suum confovendum obsequium impendere.

Cr. Minor. Theod I, 2. cf. V. I, 2, 9. Cr. S. Petr. H. B. Eodem tempore Gerdrudis regina Ungarie, mater sancte[f] Elizabeth, magnatis et proceribus regni in mortem eius maliciose conspirantibus, crudeliter interfecta est. [Erfordie[f'] magnum incendium fuit, cum esset nox dominica].

In[3] hiis diebus Sifridus prepositus sanctimonialium in Monte Sancte Walpurgis[4], vir[g] dilectus Deo et hominibus, per omnia laudabilis et vere electus[h] Dei famulus, habitu monachali[i] in cenobio Reynersbornensi[k] insignitus et congregacionis collegio incorporatus, pro vite merito decernitur collocari in dormitorio, ubi illud inestimabile dileccionis sigillum, Luc. 15, 4. 5. in qua gratuita bonitas ovem inventam in[l] propriis humeris repositam, id est genus humanum, ad ovile revexit angelicum, eius[m] obtutibus semper esset obiectum. Nam nocturnos vigiliis et oracionibus prevenire satagebat fratrum ympnos, quatinus in ara cordis per solitudinem corporis gratissimum Deo ymmolaret thymiama precordialis contricionis. Preterea tam nocturnis[n] quam diurnis horis divino officio cum primis et, ut verius dicam, inter primos primus occurrere solitus, ei[o], cuius presencie se astare sciebat, tam devotum[p] exhibebat, ut sollicitaret corda intuentium. Expleto quoque[q] opere Dei remoratus[r] in oratorio post singulas horas flexis genibus expansisque ad celum manibus gracias egit Deo, largi- *1.ccc.xlv. tori omnium[s] bonorum, pro universis beneficiis suis. Fuit eciam solempnis et relatu digna sibi conswetudo, ut nullo nisi communi vel a prelatis sibi misso, quasi de bona conscienciа Rom. 9, 32. 33. in omnibus[t] inoffenso[t] pede ad lapidem Christum ambulare volens, uteretur edulio. Leccioni vacabat intentissime, unde ex[u] paradiso ayographie[v] velud apis negociosissima in alvearium sui pectoris ubertim flores melliflue recondiderat theologie[w]. Indictu[x] namque prelatorum verbum exhortacionis in conventu vel eciam in coadunacione populari promulgaturus temperantissimo[y] alloquio corripuit desides et roborabat[z] recte gradientes, et 1 Cor. 3, 1. 2. secundum apostolum adhuc parvulis tenerisque in Christo lac potum, robustioribusque et provectis[a] perseverancie solidum ministrabat cibum, et quos docebat verbis, informabat exemplis. Missarum solempnia frequentabat devotissime, misteria celebrans passionis domi- Rom. 12, 1. nice; et[b] ut dignus conviva fieret celestis mense, se ipsum hostiam vivam offerendo macta- Ps. 50, 18. 19. bat holocaustum cordis contriti; quod[c] sacrificium iuxta psalmigraphi attestacionem gratissimum estimabat fore Domino. Hec de hiis, que apud nos largicione omnium bonorum, spiritu sancto inspirante et cooperante, per ipsum gesta sunt, dictu sufficiant. Ceterum sancti 1 Joh. 2, 17. spiritus sacrarium, cui iam mundus viluerat et concupiscencia eius, celestibus tantum inhyabat seseque illi totum offerre volebat, qui singulare desiderium ei factus erat, et quem[d] *1.346ᵇ. in audiencia cunctorum desideratum suum nominare consweverat. Unde[e] solitudinem, quam Acta 2, 8. diu animo conceperat, corporali eciam sequestro excolere gestiebat, ut liberior ad celestia meditanda eius fieret animus, cum ab humanis esset alienatus obtutibus. Sed pius Dominus, qui semper presto est se inquirentibus, quasi preoptatum[f] et sue voluntati congruum sibi contulit habitaculum, ubi[g], corporalis indigencie exclusa funditus sollicitudine, diutine orationis dulcedini cum crebra compunccione lacrimarum fructuosius posset immorari. Vocatur autem locus[h] ipse Mons Sancti Georgii[5], in quo sibi degenti de ecclesia nostra[i], scilicet Reynersbornensi, pro debito filialis incorporacionis et nequaquam repudiate obediencie stipendium et cuncta corpori per ministrum statutis diebus transvecta sunt necessaria. Sed et beati viri de Valle Sancti Georgii omnimodis satagebant ei famulari[k]. Ad quem locum

a) *sic l. II; om.* l. b) *sic* l. *l. II;* attollitur *P; cf. infra p.* 584, *l.* 3. c) *sic P;* corinke l. d) *suppl. Weg.; om.* l. e) pictauiensi l. f) beate 2 *l. II.* f') *uncis incl. ex* 2 *suppl.; om.* l. g) *sequentia exscripsit Andreas f.* 207. *(A)* — *p.* 583, *l.* 20, *ubi* dil. *om.* h) dei el. *A.* i) monachili *A.* k) Reinhersborn. *A saepe.* l) *om. A.* m) eius — obiectum *om. A.* n) diurnis quam noct. *A.* o) erat *A.* p) *sic A;* devote l. q) Expletoque *A.* r) remoratus l. s) bon. omn. *A, ubi* pro — suis *om.* t) *sic A;* offenso l. u) *emendavi;* et l. *A.* v) axiographie *A.* w) *sic A;* theologye l. x) *sic* l. *A.* y) temperatissimo *A.* z) laborabat *A.* a) *sic A;* rob. perfectis et pers. l. b) *om. A.* c) quod — consweverat *l.* 36, *om. A.* d) qñ l. e) etiam *add. A.* f) preoptatam l. *A.* g) ut *A.* h) *om. A, ubi* mons ipse. i) n. sc. *om. A.* k) familiari l.

1) Bertholdus V. 2) Liutpoldus VI. 3) Cf. de monasterium a. 1309. in oppidum Arnstadt haud sermone hoc loco incipiente de Sifrido incluso longe distans translatum est. 5) Heremitorium 'N. Archiv' XX, p. 613 sq.; supra p. 496. 4) Bi Sifridi in monte post monasterium Georgenthal situm monte Wachsenburg prope Haarhausen sito, quod hodieque monstratur. WEGELE.

— de discessu eius dolentibus licet nobis[a] et multum renitentibus, utpote vivum sancte conversacionis exemplum ipsum habere sperantibus idque[b] obicientibus, quod religionis nostre[c] statuta ad promerenda celestis patrie gaudia satis essent ardua —, sed tandem indeclinabili eius proposito divineque disposicioni refragari nolentes, pariter cum ipso aliquanti confratres processimus[c-1]. Ubi a domino Wichardo[d], spiritali eius[e] et nostro tunc, scilicet V⁰[2], patre, redemptionis nostre misteriis percelebratis[f], sigillum passionis, id est crucem, de altari manibus tollens, sed[g] mente ac[g] corpore stigmata Iesu efficacius ferens, preoptate sollitudinis intravit receptaculum, viva Deoque[h] placens hostia. Quod ut verius meliusque fieret, cum apostolo que retro sunt oblitus et in anteriora se semper extendens et cum psalmista de virtute in virtutem progrediens, medicinalis parsymonie ad medelam animarum nostrarum divinitus indicte a die introitus sui adeo continuabat rigorem, ut singulis diebus preter dominicos dies et diem ascensionis Domini sola refeccione esset contentus, et geminam predictarum solempnium dierum recreacionem tanto[i] districcionis temperavit libamine[k], ut a ministris dicatur feriali sue equiparasse abstinencie. Vigilias ceteraque divine servitutis munia tanta[l] confecit industria, ut ceptam illius modo[m] vitam attendens transactam — licet frustra, quia vere beatam — dicere posset voluptuosam. Nam ut novus aliquis et animosus tyro insoliti agonis estuat laborem, sic iste, sed dinturno iam assuefactus[n] exercicio, in Christi viguit thyrocinio, summi regis speraus ditari donativo. Huius itaque, fratres, imitantes constanciam in divino obsequio non lassescamus[o], ne ibi deficiendi incidamus periculum, ubi proficiendi deposuerimus appetitum[3]. a. u. 1212. (Aug. Sept.) V. 585. Num. 13. 1. Psalm. 3. 13. Ps. 83, 8.

Anno Domini M°CC°XIIII°. Wichardus abbas Reynersbornensis obiit, abbas V^us^. Hic comparavit erga Lodewicum comitem de Lare et filium eius Beringerum in villa Ylleyben[4] VIII mansus et VIII curtes pro LX tribus marcis. 1214.

Eodem anno incepit ordo Predicatorum per beatum Cr. S. Petri. Dominicum in Hyspania.

Sane Spyrensis episcopus intellecta et cognita inequalitate[p] morum Ottonis et molimine pessimo, quod disposuerat contra dignitatem ecclesiasticam suis privandam fructibus[q] et honoribus, maluit innocenter ab eo recedere quam pravis eius conatibus inquinari. Recedens ergo ad Moguntinam accessit ecclesiam, ubi coram cetu pontificum et cleri copia celebraturus iuratus dixit Ottonem privatis et dampnabilibus usum consiliis, ... sciB. R. 1. 345a. 1212.

licet archiepiscopum quemlibet contentum cum[r] XII palefredis debere[r] esse, item suffraganeum VI, et quemcumque abbatem quavis acceptione maiorem ad comitatum curie ternas dumtaxat equitaturas debere conducere; residuum vero ecclesiasticarum possessionum[s] suis usibus posse competere. Ad cumulum eciam iniquitatis de matrimonialiter natis tribus filiabus cuiuscumque hominis edixit duas nuptui [esse[t] tradendas], terciam vero lupanaribus ad eliciendum abinde regium questum offerendam[5]. Horrenda res venerea[u], ymmo venefica! De agricultura unius aratri duos nummos aureos et tantumdem de vertice consecrati capitis ex sacris ordinibus resultare iubet[v], et ita infanda nephandis coacervando[x] indixit rex. 'Et hec est', inquid Spirensis, 'divertendi occasio'. Auditis huiuscemodi sermonibus qui presentes erant infremuerunt, et familiares eciam Ottonis resipiscentes ab eo amodo[y] recesserunt. Nec pretereundum, quod familiares, principes et quique nobiles

a) *om. A.* b) id q̄ 1. c) fratres processerunt *A.* d) Wickardo *A.* e) eiusdem loci patre *A.* f) celebratis *A.* g) et *A.* h) *sic A;* vivaque deo 1. i) tanta *A.* k) libramine 1. l) tanto 1. m) mō 1; modi *A.* n) aswetatus 1. o) lacescamus 1. *A.* p) inequalitatē 1. q) functibus 1. r) *quaedam verba omissa esse patet (ut nefandum proposuisse edictum), quae ex I. II supplere nequeunt, ubi verbis mutatis:* Dixit eciam eppiscopus Spirensis in ecclesia sancti Martini Maguncie coram omnibus causam, quare electus esset novus rex contra Ottonem quartum. Quia ille delectus Otto presumebat, *ordine decretorum edendarum mutato.* s) *om. I. II.* t) *om.* 1; quod . . . deberet esse *I. II.* u) *emend. Waitzenbach;* passionum 1. v) e. tr. *supplevi; om.* 1. w) *emend. Weg.,* venera 1. x) iubetur 1. y) *emendavi;* coacervanda 1. z) *emendavi;* animo 1; *cf. supra p.* 569, *l.* 18.

1) A. 1212. mense Aug. vel Sept. Sifridum in heremitorium secessisse patet infra p. 585, l. 3. 4. 2) *scil. V^o^* a chronista insertum est. 3) Reliqua pars sermonis de vita Sifridi sequitur infra p. 585, l. 3. 4) Illeben duc. Gothani (A. Tonna) [vel Ülleben (A. Gotha)?]. Utramque villam monasterii Reinhardsbrunn. fuisse dicit I. H. Möller l. l. p. 223. 225. Carta, ex qua chronista haec exscripserit, non exstat. 5) Aliter de eadem re iam supra p. 580 sq. relatum est. Winkelmann, 'Otto IV.' p. 293, n. 3. hunc locum nimis obiter tractavit. Fr. Bienemann, 'Conrad v. Scharfenberg, Bischof v. Speier u. Metz' (Strassburg 1887) p. 120—127. in errorem ductus est, cum Karolum Wenck secutus hunc librum Hist. Reinhardsbrunnensium saec. XIV. in. retractatum et deformatum esse opinaretur, unde inania disseruit. Non valde miror, quod auctor Hist. Reinhardsbrunnensium, hanc partem fortasse non uno tenore scribens (cf. supra p. 496), haec bis narraverit.

1212. ea sorte seu ratione secundis plausibus in regem iuniorem convenerunt, ut, si ante introni-
H. R. *f. CCCXLVI^b. & cf. Gr. S. Petri. zacionem in thronum Aquensem ipsum emori contigisset, quod[a] ad Ottonem numquam
aspirarent. Denique rex iunior condigno honore attollitur, omnium vocibus honoratur.
Hinc varie et dissone nascuntur opiniones. Alii quidem[b]: eum non esse, quem imperator
Heinricus genuerat, sed Merbodonis[c] cuiusdam officialis aule apostolice filium[1], atque eum
minime futurum regem, ymmo patri patrizando debere esse conformem. Dum hec fatalis
1213. (Oct.) diversorum labiorum lingwa perstrepit[d], ecce Romanorum rex [iunior[e]] augustus cum
multitudine gravi Suevorum, Bavarorum, Bohemorum in preconiali voce serenus, hilaris
et quasi partis adverse triumphator adest[2], nobilitatem generis morum honestate premon-
strans. Proinde curia in Merseburg celebranda indicitur[3], cum[f] brevibus et paucis pro tem-
poris articulo consummatur[4]. Extunc Bohemi haut[g] longe in Saxoniam profecti mole pre-
1214. darum graves repatriaverunt[5]. Rex augustus[h] et rex[i] Francie proxime[k] subsecuta estate
provincialibus Reni et fautoribus Ottonis imminent, et rex Francie Ottonem in fugam con-
(Iul. 27). vertens, multitudinem suorum nobilium in campo conclusit et captivam abduxit[6]. Inde
sors Ottonis[l] a supremo cardine lapsa[7] sine spe recuperandi incredibiliter descendit. Post-
modum fortunam circa statum suum videns esse mutatam, ad Colonienses divertit, ubi
longo tempore tedium fovens in latebris, paucis se eciam plausibus et ludicris exercitus
1215. ostendit. Cuius consors[8], Brabantini[9] filia, aleatrix publica, cum de ludis variis plurimis
teneretur debitis, eumque infinitis imperator ipse raciociniis obligaretur, nec pateret diver-
*f. 346^b. tendi locus, sed nec, unde reddi posset[l], facultas suppeteret[10]: imperatrix Ottonis consilio
advocatis[m] Coloniensibus, impetrata exspaciandi venia, fuga lapsa fuit. Quam die postera
(Apr. ex.) imperator subsecutus[n], simulans venandi studium, et ipse creditoribus suis nichil resti-
tuendo, ingratitudinem pro gracia sibi impensa rependit[11]. Eo circa Colonienses adversus
[Aug. 4]. Ottonem vehementer commoti atque ab eo penitus recedentes ad iuniorem [electum[o] regem]
diverterunt, se suaque dedentes[p]. Mox et urbs illa regia Drivels[12] et ea que Landiscrone
dicitur[13], a Philippo primitus instaurata, regis[q] potestati subiciuntur. Ut breviter atque pre-
1 Cor. 15, 28. cise[r] prosperatam regis fortunam perstringam: iam nunc rex est *omnia in omnibus*.
1213.
H. R. Porro tempore mediastino novis peccatorum morbis novis mederi Deus volens anty-
cf. Gr. S. P. dotis, de preconialibus suarum revelacionum archanis excitavit cuiusdam viri perfecti spi-
ritum, insinuans ei, quod Terra Sancta proximo lustro, id est quinquennio, a clade Sarra-
Is. 35, 2. cenorum cum suis captivis liberanda, pristina fidei magnanimitate *laudans et letabunda* ad
unius et veri Dei cultum commigratura, indeterminatam universorum multitudinem ad hoc
negocium coactura sit. Exinde[s] littera[14] summi pontificis disertis et sanctis transmissa pre-
1 Cor. 1, 17. Is. 23, 1. conibus, modo *in sapiencia verbi*, aliquando sua simplicitate contenta, ad tollendum onus
Tyri et Accon rudibus et exercitatis, liberis et servis, habundantibus et egenis spiritum ha-
bundancie divine eatenus habundanter ministravit, ut signo passionis Christi signati omnia
*f. 346^c. sua postponerent et ut viri ewangelici Christum sequerentur. Mirum dictu, femine quoque
spiritu compunccionis permote, virilem animum induentes, fragilitatem suam minime re-
memorate sunt et legittimis suis adherentes et ipse Christi castra metate sunt.

a) *delendum videtur.* b) *sic* l. *P.; mente supple* opinantur. c) Merebodonis *L II.* d) *sic P.*; prostrepit l. e) *deest* l.; rex idem iunior *P.*; rex futurus et iunior *L II.*; *sed cf. n.* h. f) sed eum *P.* g) h. l. *om. P. L II.* h) Rex futurus Romanorum iunior *hoc etiam loco L II.* i) *sic P. L II.*; *om.* l. k) proxime *P. L II.* l) possent *L II.* m) *sic P. L II.*, aduocata l. n) *sic* l. *L II.*; secutus *P.* o) *sic L II.*; el. r. *om.* l.; ad Fridericum regem *P.* p) se s. ded. *om. P. L II.* q) iunioris *add. L II.* r) prescise l. s) *sic P.*; Ex hinc inde l.

1) Cf. de hoc rumore Winkelmann, 'Philipp' p. 498 sq.; 'Friedrich II.' I, p. 338, n. 3. 2) Scilicet in Thuringia et Saxonia mense Oct. a. 1213. contra Ottonem, qui terram Hermanni lantgravii devastaverat. 3) Cf. 'Sächs. Weltchr.' c. 352, p. 240. 4) Cf. Ann. S. Rudb. Salisb., SS. IX, p. 780. 5) Per Thuringiam scilicet. 6) Apud pontem Bovinum, die Iul. 27. 7) Cf. Boet. Phil. cons. I, 3: *magistra virtutum supero cardine delapsa*; IV, 5, v. 1. 2: *sidera nescit . . summo cardine labi.* 8) Maria. 9) Heinrici I. ducis. 10) A. 1215. Ian. 23. Iohannes rex Angliae 700 marcas imperatrici ad expensa eius solvenda tradendas mandavit; Reg. Imp. V, nr. 10786. 11) Quomodo Otto et uxor eius Colonia exierint, non recte hoc loco tradita videntur. Cf. Will. Britt. cont., SS. XXVI, p. 318; Rein. Leod., SS. XVI, p. 673; Winkelmann, 'Otto IV.' p. 395, n. 1; de tempore, quo haec acta sint, Ficker, Reg. Imp. V, nr. 4981. 12) Trifels castrum expugnatum est, antequam Fridericus Aquisgrani rex coronaretur (Iul. 25); Will. Britt. cont. l. l. 13) Cf. Chron. regia Colon. cont. II. p. 194; Albert. Stad., SS. XVI, p. 356. 14) Reg. Imp. V, nr. 6141 = Potthast nr. 4718. 4721. 4725 (cf. p. 2054).

Anno Domini ~~M°CC°XV.~~[a] Moniales venerunt in Schypelitz. Eodem anno iniciatum 1215.
est monasterium sanctimonialium in Franckenhusen a Frederico comite de Bychelingen[1].

Item[b,2] eodem anno Sifridus, expleto in hac[c] solitudine strennue in Dei servicio duo- H. H.
rum annorum et V fere mensium curriculo, vir Dei ad exitum vite tendens, tanta febris de-
pressus[d] est violencia, ut non nisi commanentium adiutorio posset exurgere de lecto nec
cibi refocillari sustentaculo, sed contra posse et appetitum propter verba derogantium, qui
in nimia abstinencia mortis sibi indidisse insultabant compendium, pocius pregustavit quam
sumpsit cibum. Ingravescentibus igitur egritudinis laboribus, cum nec debitum divine ser-
vitutis pensum[e] posset exsolvere, ut saltem eorum potiretur auditu, que compos sui sem-
per complevit effectu[f], misit pro quodam fratre in Reynersborn[g], sibi, ut[h] ipse fatebatur, Col. 4,6.
desiderantissimo[3]. Nam[i] tria amicorum genera se habere referebat, utpote cuius sermo
sale conditus erat sapiencie: unum, quo generaliter unumquemquam diligeret christiannm, Matth.19,19.
ewangelicum complens mandatum: *Diliges proximum tuum sicud teipsum.* Aliud, quo in
Dei servicio ferventes, non solum corporali exhibicione recognitos, verum eciam bone
fame divulgacione nominetenus sibi insinuatos, nimio excolebat affectu. Tercium, quo re- 1. Joh. 3,16.
ciproca compromissarum orationum familiaritatisque vicissitudine sibi unitos assiduo pro-
teccioni[k] Dei celi commendabat[l] interventu. Veniens itaque is qui vocatus fuerat[m] tam
voluntario quam devoto necessitudinis eius cooperabatur solacio; ubi[n] et per continuum
eius attactum cum ministro frequentius sibi obsequente reperit gravibus multiplicibusque
cathenarum loris constrictum et exinde preter nuper oborte[o] febris[p] intollerabilibus ipsum
affici cruciatibus. Circa quem precordiali pietatis[q] compassione cum comministro ductus,
suadentes petebant ambo, ut tam diros cruciatus in tanta egritudine sola tantum cathena-
rum deposicione relaxaret, ut postea[r], amminiculante Deo recuperata pristina sanitate,
assoliti rigoris assumeret vigorem. Quibus vir Domini sic respondit: 'Nolite, queso[s], fratres
mei, talia effari, quoniam, cum adhuc sanus essem, inter cetera precum mearum libamina
rogavi Deum[t] meum, ut ante anime exalacionem dignaretur me habere flagellatum. Si
ergo redemptor[u] et desideratus meus vult me habere flagellatum, non recuso, sed toto cor- Apg. 2,6.
dis affectu eius amplector flagellum, sperans post hec momentanea tormenta eterna eius
adipisci gaudia. Mediator[v] Dei et hominum, benignissimus Iesus pro nostra salute cruci
appensus insultantibus Iudeis ac dicentibus: *Si filius Dei es, salva temetipsum descendens de* Matth.27,40.
cruce, non obaudivit, sed constanter misterium nostre redemptionis complevit, exemplum
dans perseverancie in boni operis consumacione hiis qui crucem [v]ipsius in suo conficiunt [v]1. CCCXLVIII.
corpore; non enim remuneratur sanctimonia, nisi finiatur cum vita. Et in sacrificio legali Lev. 3,9.7,3.
cauda iubetur offerri, per quod palam[w] tibi datur intelligi, omnem nostre devocionis obla-
cionem constanti beatoque fine debere terminari, ut bravium eterne quietis fidelibus Christi
recompensetur agonistis'. Transivit autem vir Dei sanctus Sifridus de incolatu huius seculi
ad patriam celestis contubernii in[x] Kal. Februarii anno ab incarnacione[y] Domini M°CC°XV, Febr. 1.
in[z] vigilia purificacionis Marie. Cuius exequiis duo monachi presbiteratus ordine fulti[a] de[b]
Reynersborn interfuerunt, et duo illitterati, quos conversos vocant, de Valle Sancti Georgii,
qui utrisque locis sancti obitum denuncciantes subito confratrum coadunaverunt multitudi-
nem, sed[c] Reynersbornenses eciam laicos sue ecclesie attinentes ad solempnem confessoris[d]
Christi convocarunt[e] transveccionem. Sane convenientibus cunctis ad excubias, non *auri*
sacra fames[4], cuius nulla ibi portio, sed sacrum corpus pia, si fas est dici, altercacione
utrimque[f] expetitum est. Die itaque toto ab ortu usque ad meridiem in hac mutua conten-

a) MCCXIIII. *E.* b) Sifr. itaque *A*, *qui sequentia — p.* 586, *l.* 5. *exscripsit.* c) *om. A.* d) est depr. est *A.* e) pene 1. f) effectum *A.* g) in R. *om. A.* h) ut i. fat. *om. A.* i) Nam — interventu (*l.* 17) *om. A.* k) *emend. Hesse;* protecciõe 1. l) ꝯmendabatur 1. m) frater *add. A.* n) ut *A.* o) ab orte 1. *A.* p) *mente supple* cruciatus *ex sequente voce* cruciatibus. q) pytatis 1. r) postmodum *A.* s) *om.* 1. t) dominum *A.* u) animarum *add., sed del.* 1. v) Med. — agonistis (*l.* 36) *om. A.* w) *emendavi;* pacem 1. x) *emendavi;* III[a] 1. *A.* y) ab inc. *om. A.* z) in — Marie *om. A.* a) *om.* 1. b) monasterii Reinhertzbornensis *A.* c) sed — transveccionem *om. A.* d) confessorem 1. e) *emendavi;* conuocantes 1. f) *emendavi;* utrumque 1. *A.*

1) Cf. supra p. 389, n. * ad a. 1218; Liber cron. add. ad a. 1216, 'Zeitschr. f. Thür. Gesch. N. F.' IV, p. 229. Haec chronista, nescio unde, inseruit. 2) Haec est altera pars libelli de vita Sifridi, cuius prior pars supra p. 582 sq. exstat. 3) Auctore aci- licet huius libelli de vita Sifridi. Nam infra l. 38 et p. 586, l. 2. patet eum fuisse alterum duorum monachorum Reinhardsbrunnensium, qui exequiis Sifridi interfuerint, et infra p. 587, l. 10. profitetur se familiarem Sifrido fuisse. 4) Verg. Aen. III, 57.

1215. cione absumpto[a], demum[b], divina nobis[c] favente in confratre nostro Reynersbornensi clemencia[d], in presencia refragantium sacrum corpus humeris nostris adaptavimus et letabundis successibus, non dicam oneri, sed desiderantissimo interventori succedentes, ad ecclesiam sancte Dei genitricis Marie cum condigna exequiarum psalmodia et laudissono laycorum concentu humandum deportavimus. Quod confugium mediatricis nostre digne
f. 347b. mortuo elegimus[e], quam ipse adhuc superstes tantum est veneratus, ut eciam orationem valde prolixam non solum utili, verum eciam delectabili caractere expolitam in honorem eius ediderit. In cuius orationis devotissimo libamine tante speculative suavitatis graciam
Ios 15, 19. Iud. 1, 15. mediante ipsa Dei genitrice se dixit percepisse, ut collato sibi a patre misericordiarum irri-
Lev. 12, 8. 14, 22. guo superiori[f] et inferiori, id est duplici compunccionum lacrimarum genere, *duos pullos columbe* offerret[g]: *unum in holocaustum*, inflammatus desiderio celestium, fundens lacrimas pro dilacione ipsorum; *alterum pro peccato*, recolens commissorum, sine quibus nemo liber in hac fragili vita existit, dans gemitum pro abolicione eorum: sicque in huius diutine precis dulcedine ab ortu diei usque plene terciam inmoratus vix[h] morule brevissime se putaret momentum exegisse, et consumato tam dulci sacrificio, cum per solaris iubaris indicium tantum diei cerneret emensum tempus, ammiracione raperetur eximia de tanta quasi ignaro subtracta sibi hora. Nec hoc cuiquam de una diei hora incredibile videatur, cum certe[i] in Vitas[k-l] et in Collacionibus[l] patrum[2] legamus quosdam eorum et cibi et sompni oblitos totum diem incibatos noctemque contiguam insompnes in tali speculacionis dulcedine usque ad sequentem diem complevisse[m]. Dum ergo[n] die tumulacionis eius decreto domini Ekehardi[o] abbatis nostri[p] contra morem monachicum pro vite merito sacramentalibus induviis adornandum attrectaremus, intollerabilem cathenarum molem[q] ipsa-
f. 347c. rumque tortuosis et limatis[r] nodositatibus totum corpus infossum invenimus. Quas eciam cathenas post festivam eius sepulturam dominus abbas[s] presencie[t] populari longe lateque coadunate exhibuit, ostendens, quia non pervenitur ad summa nisi per aspera nec[u] ad leta nisi per tristia[v]. Per omnia benedictus Deus, qui dat virtutem et fortitudinem perseverancie confidentibus in se et numquam destituit, quos in soliditate sue dilecionis instituit. Numquid martiris carebit premio, qui tam multiplici, ut de ipso prefati sumus, affectus est martirio? Triplex enim est martirium sine sangwinis effusione, quod eciam huic famulo Dei convenienter possumus attribuere. Primum est parcitas vel abstinencia in ubertate, quam habuerunt Iob et David et hic vir Dei in magno abstinencie rigore. Secundum lar-
Marc. 12, 41. 42. gitas in paupertate, quam exhibuit Tobias et vidua mittens duo minuta in gazophilacium et hic omnia destinans pauperum recreacioni, que voluntarie proprie subtraxit refeccioni. Tercium castitas in iuventute, qua floruit Ioseph, cum renuit consentire domine sue, qua eciam virtute hunc sanctum Dei preditum[w] virginum Christi, quibus prefuit in Monte Sancte Walpurgis, asseverat collegium. Multo namque maius tunc lubrice mentis desiderium continere, cum illecebrosi aspectus ei offertur occasio; non enim sola castimonia continencie corporalis sufficere potest ad perfeccionem puritatis, nisi eciam ei addatur integritas mentis.

Febr. 8. II. K. Septimo die obitus confessoris Christi, quo sacra fidelium sanxit antiquitas vivos agere
f. 347d. memoriale carorum suorum ex huius carnis ergastulo exemptorum cum exoptacione eterne quietis, que per[x] septenarium numerum figuratur, mulier quedam inmundo[y] spiritu correpta, spe recuperande sanitatis tumulo eius adducta, a demonioso furore est liberata. Unus reptilium, id est malorum spirituum, qui per innumeras et formidolosas adversantium
1. Petri 5, 8. temptacionum procellas repunt et serpunt, querentes quem devorent in hoc furenti et dis-
Ps. 103, 25. criminoso mari, id est in hoc presenti seculo, magno et spacioso manibus, facili ad exercenda bona opera: hic, quia nichil potest nisi permissus ab omnipotente, cuius dicioni
Ps. 103, 27. cuncta sunt subiecta, expectavit, ut daret ei escam, cuius cibus sunt omnes male viventes

a) assumpto l. b) *om.* l. c) nobis *et* in c. n. R. *om. A.* d) gratia *A, ubi sequentia* (— deport. *l.* 5) *breviata et immutata sunt.* e) eligimus l. f) sup. et *supplevi e versibus Vulg. in marg. laudatis.* g) *supplevit Hesse; om.* l. h) *emendavi;* vir l. i) *emendavi;* certa l. k) *emendavi;* vita l. l) prem *add., sed del.* l. m) comple l. n) Cum igitur *A, qui sequentia — l.* 26. *exscripsit.* o) Eckehardi *A.* p) Reinhertzpornensis monasterii *A.* q) morem l. r) inlimatis l. s) Eckehardus Reinhertzpornensis monasterii *add. A.* t) pūcia l. u) etiam *add. A.* v) *sic A;* tristicia l. — *A, qui hoc loco desinit, add.:* Huius quoque Sifridi sepultura magnis demum miraculorum signis est illustrata gloriosis. w) pdēm virginū l. x) *suppl. Weg.; om.* l. y) *emend. Hesse;* in munda l.

1) Vitas patrum medio aevo dicebatur liber qui hodie Vitae patrum inscribitur, voce *Vitas* in hoc titulo semper indeclinabiliter usurpata. 2) Iohannis Cassiani.

et terrena tantum sapientes et amantes, sicud ei in libro Iob dicitur[1], et in Genesi: *Terram commedes omnibus diebus vite tue;* et dante, id est permittente, Deo, cuius verbum est cibus fidelium bene conversantium, collegit et possedit mulierem quandam in afflictione carnis, ut spiritus salvaretur in die Domini; que tercio obitus confessoris Christi anno per legitti- 1217.
mum maritum tumbe eius superposita[a] in festo sancti Ambrosii a demone, qui eam infestaverat[b], est absoluta et optate saluti redonata. Quam contigit eodem anno in die sancti Albani dedicacioni monasterii in Bretenowa[2] interesse et beneficium hoc per sanctum Sifridum divinitus sibi collatum multorum audiencie divulgare.

Tibi Deo, creatori meo, benigne Iesu, qui es sperantium in te salus et proteccio, pro debita familiaritatis recompensacione apud electum et dilectum tuum michi de tua gracia et misericordia collate, ut notam faceres potenciam tuam aut visu[c] proprio aut relatu ipsius rescitam, ad edificacionem fidelium offero hic laudis preconium in sancto confessore tuo, sperans deposcensque ipsius meritis et precibus supernorum civium adunari[d] consorcio, ubi sine termino tibi resonat iubilacio, et omnia cum apostolo ceterisque dilectis tuis clemencie tue, *qui[e] operaris in nobis et velle et perficere pro bona voluntate*, ascribo, sciens, quod non sufficio aliquid ex me, sed sufficiencia mea est ex te, *ex quo omnia, per quem omnia*, in quo omnia. Tibi gloria in secula seculorum! Amen.

Interea bella bellis, cedes cedibus ingeminantur, et fraterna latera non carent[f] fraudibus; nam comes Hermannus de Orlamunde, absente suo germano[3], dolo et vi et conatibus quibus valuit rebus et castris fraternis imminebat, suam partem reputans, ut[g] fratrem quacumque arte exhereditaret. Porro princeps provincie, comitis Alberti socer[4], generi sui non ferens iniurias, assolita magnanimitate accingitur armis[5], bellicus[h] apparatus instruitur, atque sufficienti milicia castrum Wymar undique vallatur. Ibique coram principe a Bertoldo de Kindehusen et Thyderico de Wypech antea oblatum duellum[6], Thyderico victore existente, consummatur; et deinceps pendente obsidione novum iuxta vetus castrum de roboribus et lignis erigitur. Unde manus adversa quasi inclusa passibus bellicis non evagatur, sed qui ad predandum et incendendum egressi fuerant, comes[k] ipse videlicet et[l] burggravius de Kerchberg[m.7] cum suis commilitonibus, committentes cum lacera parte exercitus principis, viriliter oppugnando acriter[m*] expugnati se suis captivatoribus dedi- 1348.
derunt[n.9]. Proinde Hermannus comes de Orlamunde clam extractus de carcere fuga labitur. Ex quo princeps animo[o] gravius exasperatus quosdam carceris custodes absque questione et sentencia cum festinata animositate suppremo mortis supplicio torret in crate; quibusdam modo[p] viris, sed et mulieribus in captivitate detentis usque ad putrefaccionem mamillarum tam acriter imminebat, quod mille modis leti[9] ad exalandum spiritum extremum eos torquendo compellebat.

Deinde Otto dictus imperator vires adhuc suas recuperare gestiens fraude, dolo, pecunia aggreditur animos principum et precipue Hermannum principem Thuringie sibi coadunare; qui cum ex cronicis passionibus mortem sibi[q] proximam meliretur, longiturnos tamen[r] sompnians vite terminos, spe pecunie transitum parat ad ipsum, morsque[s] preveniens desiderium utriusque[t], dantis scilicet et accipientis, excussione anime alterius subito dirimit[10]. De cuius transitu quia varie et dissone habentur opiniones et cause[11], sacius est mortem ipsam et finem principis silencio [preterire[u]] quam aliquid inde scribendo ausu

Phil. 3, 19. Gen. 3, 14. Ps. 103, 28. 1. Cor. 5, 5 1217. Apr. 4. Iun. 21. Ps. 17, 31. 150, 5. 1. CCCXLVI Ps. 105, 8. Philp. 2, 13. 2. Cor. 3, 5. 1. Cor. 8, 6. Rom. 11, 36. H. B. 1214? 1217. H. B. cf. Cr. S. P. a. 1215. (Apr. 25).

a) *emend. Hesse;* supposita 1. b) investaverat 1. c) viso 1. d) *emendavi;* adinnari 1. e) *emendavi e versu laudato;* que 1; qua *Weg.* f) *emend. Weg.;* cadent 1. g) *sic* 2 *(ubi haec breviata); om.* 1. h) bellic 1; bell. — consummatur *brevialis vel omissis add.* 2; opem generi [!] suo laturus. i) *sic* 2; v. c. *om.* 1. k) comites 2. l) *om.* 2. m) Kirchberg 2. m*) acrius 2. n) dederunt 2. o animus 1; Ex cuius evasione animus ipsius lantgravii erasp. 2. p) tum 2. q) *sic P;* s. pr. *om.* 1. r) tm (tantum) 1. s) sed mors ipsum preven. *P.* t) *sic P;* virtus 1. u) *suppl. Weg.; om.* 1.

1) Nescio, quem versum libri Iob auctor in mente habuerit. 2) Breitenau ad Fuldam fl. (Kr. Melsungen). 3) Alberto in Holsatia morato, cuius provinciae comes a Waldemaro II. rege Danorum constitutus erat. 4) Cf. supra p. 564, l. 3. 4. 5) Verg. Aen. VI, 184: *paribusque accingitur armis.* 6) Fortasse de hoc aliquid omissum antea narratum erat. 7) Theodericus. 8) A. 1214. hoc factum esse tradit Cron. Thur. Isenac. c. 16, § 7 (Pist. c. 35). Knochenhauer, 'Gesch. Thüringens' p. 284, a. 1214 ex. haec facta esse recte coniecisse videtur. Cf. Winkelmann l. l. p. 389, n. 3. 9) Lucan. III, 688: *Mille modos inter leti.* 10) Cf. supra p. 384, n. 5. 11) Infra f. 351b, p. 591. dicitur excommunicatus mortuus esse. Sequentia auctor Vitae Lud. II, 1. ex Hist. Reinhardsbr. excerpsit. Cf. praef. p. 501, n. 4.

1217. temerario presumere. Ipse enim ante principes Almanie virtutibus, victoriis, fama precel-
H. R. Eccl. II. 3. lebat. Attamen quia omnis laus in fine canitur, si arbor cesa cadit ad austrum, ibi erit, si
ad aquilonem, ibi erit; quoniamquidem de manifestis ecclesia iudicat [1], occultorum autem
cf. Cr. S. P. scrutator est Deus. Cuius manubias corporis cum Reynersbornensis pater monasterii Ecke-
Cf. 48. hardus adiuncta sibi caterva fratrum pararet secum asportare et in solempni manseolo
apud suos progenitores et ecclesie fundatores magnifice collocare, S[ophia] [a] illustris lant-
gravia [b], defuncti consors principis, vetuit sui corpus mariti predilecti ad locum Reyners-
bornensem deferri, sed, ut ipsa asseruit, in [c] cellam beate Katherine [2], quam princeps ipse
fundaverat et sibi vivus sepulturam elegerat inibi, illo eciam deferendum corpus ipsum
iudicabat, reclamante tamen vehementer domino abbate et eciam appellacionem frustratam
interponente, quia clamor multitudinis et instancia lantgravie [d] contra ius devicit, quoniam
non debet cum dampno alterius aliqua ecclesia fieri locupletior. Verumtamen credimus,
quia nec locus sanctificat nec debita pietate quem privat, quoniamquidem, si diviti avaro
prodest operosa sepultura, pauperi iusto obest vilis vel nulla; sed nec illa nec illa [3].

H. R. Cum de throno Dei fulgura [e] procedere noscuntur et tonitrua, fulgura miraculorum,
tonitrua minarum, si Dei thronum Romane apicem monarchie esse dixerimus, non incon-
cf. Cr. S. Petri venienter a celsitudine apostolica scribendi principium [f] presumimus [4]. Unde ut vires eccle-
1215. sie metiretur, papa Innocencius ad cunctas orbis partes, eciam remotiores, apostolica ac-
cinctus magnanimitate dirigit apices preceptivos, firmiter edicens, ut quisquis archiepisco-
porum, episcoporum, abbatum [g], prepositorum atque [h] quorumcumque ecclesiarum prelato-
Nov. 1 Cf. 48. rum ad concilium generale in festo sanctorum omnium Lateranis [i] 'celebrandum excitus [i]'
non occurrat, per censuram ecclesiasticam apostolico se feriendum non ambigat inter-
Alex. 4 Cf. Ps. 103, 25 dicto [5]. Ecce sagena Petri per *mare magnum et spaciosum manibus* expansa, *pusillos*
cum magnis exhibens, trahit milia [k] milium; tantum [m] et si velis archiepiscopos recensere,
eorum numerositas cum diligenti [n] calculacione [o] sub numerum non queat recidere [p]. Deni-
que sub pressura multitudinis episcopi, abbates et quam plures alii novissimum in concilio
spiritum exalarunt [q], non pape, sed Deo reddituri rationem de omnibus, que quocumque
modo gesserunt. Ibi facta primum exhortatione in sermone lepido [r] de fide, de [s] spe,
de [t] caritate et de omnibus fidei articulis tam multa [u] disseruit [v]. Deinde Fredericum augu-
stum futurum imperatorem publice declaravit, cuique ecclesie sua iura conservanda [w] inno-
tuit, regem Anglie [5] et reges alios suo apostolatui subiciens, instituta edidit ecclesiarum,
quorundam [x] privilegia novis edictis et subscriptionibus cardinalium confirmavit [6]. Ibi eciam
Cr. Minor multas constitutiones edidit, et inter alias de passagio, de cruce signando in subsidium Terre Sancte maxime mentem
posuit, et per ecclesiam universalem orationes autem [z] in missa pro Terra Sancta statuit, scilicet psalmum: *Deus, venerunt gentes* cum precibus et collecta: *Deus, qui admirabili providencia*. Hiis et variis modis aliis concilium
cf. Cr. S. Petri. suum terminavit, estimans sui precium laboris, si pre cunctis suis participibus tam copiosam
Cr. Minor cleri multitudinem ad [a] sui presenciam apostolatus evocasset. Ipse eciam postea confirmavit
M. CCXIIII. cf. ordinem fratrum Predicatorum. Qui post modicum, id est anno XIX. sui apostolatus, viam uni-
Cr. S. Petri 1216 verse carnis ingressus nec similem sui sciencia, facundia, decretorum et legum pericia,
strenuitate iudiciorum nec adhuc visus est [b] habere sequentem [7]. Nemo ergo sanctum
dubitet, quem apex tante dignitatis extulerat, quoniamquidem Petri sedes aut claros ad hec
Cr. Minor et Cr. S. Petri. fastigia erigit, aut qui eriguntur illustrat [c]. Qui cum egrotaret ad mortem constitutus in agone in civi-

a. *sic P. Vita Lud.* fex (scilicet) I. b) *sic P. Vita Lud.* lantgrauii I. c) *om.* I. d) lantgrauii I. e) miracu-
lorum *add., sed del.* I. f) *emend. Weg.* principium I. g) abbatuu I. h) adque I. i) aut Rome *add.* I, *a librario*
inverso, quae desunt P. I. II. i') *sic P;* exercitus I. k) interdictu I; fer. cuse non amb. *P melius servato textu fontis.*
l *sic P.* milicia I. m) *emendavi,* tam I; tamen *P.* n) ociam *add. P.* o) *sic P;* occultacione I. p) *emendavi;*
queant residere I. q) exalaverunt *P.* r) *sic* I. *I. II;* polito *P.* s) *om. P. I. II.* t) et *P. I. II.* u) *sic* I, *I. II;*
et de multa *om. P.*, papa *add. I. II.* v) *sic P;* deseruit I. *I. II.* w) *sic* I, *I. II;* esse servanda *P.* x) *sic* I. *I. II.*
y) Ibi ec. *om. I. II.* z) *sic* I; ante Agnus Dei *Cr. Minor.* a) *sic P;* et I. b) *sic P. I. II; om.* I. c) [ele *del.*] elustrat I.

1) Cf. Decr. Gregorii IX. l. V, t. 3, c. 33 (epist. Innocentii III. II, 172, ed. Baluzius I, p. 448): *si excessus eorum esset ecclesiae manifestus, quae non iudicat de occultis.* 2) Isenacensem. 3) Cf. supra p. 558, n. 5. 4) Mira haec verba *scribendi principium!* Fortasse auctor narrata morte Hermanni lantgravii ab hoc loco novum librum exorsus est. 5) Iohannem. 6) A. 1215. Febr. 3. papa monasterii Reinhardsbrunnensis privilegia confirmavit, cuius bullae partem edidit Naudé p. 128 (cf. Thur. sacra p. 211). Hanc auctor Cronicae fortasse in concilio datam esse credidit. Nam haec (a *quorundam*) desunt in Cron. S. Petri. 7) Sedulii Carmen pasch. II, v. 68, ed. Hümer p. 68: *Nec primam similem visa es nec habere sequentem.* Cf. 'N. Archiv' XX, p. 580 sq.

tate Perusii, quidam abbas Cisterciensis ordinis veniens cum suis ad curiam Romanam, cepit in via de quadam in mar- 1a Mosel et S. Petri
rodio sompno premi. Sibi que locum quiete commodum. Descendensque de iumento in pratum, per horam quievit
dadem. Cui dormienti ymo et vigile salvatoris in ea pendens apparuit, adhuc ad orientem plagam Dominum secen-
tem in excelso throno deitatis habentem et suis ecclesiam reconstante exercitu angelorum preire. Adhuc ad occiden-
tale parte eiusdem prothetorium undique lucidissimo corpore, sed infulis pontificalibus ornatum, scilicet ut Innocentium IV.
etiam papam, successorem[1] celestium versus sedentem in throno, quem circumstantes ac ministrantes ac alia celestia
mundum Misereri mei, miserere mei, miserere mihi, Domine. Quem cum tremens magnus dux inspiceret. Prae-
mens eum ut dixerat ipsum et venerus ante sedentem in throno, nec[2] alia voce clamavit. Iudicium meum a Deo
exsurgit, inde. Et cum hec illi obiecisset, nova exigebant signacula. Iam et hora. Vix dixerunt, nec illius instantiae et ac
discretionis[3] exitum indicationes scire potuit. Eumque abbas secundo in crastino Perusii, que in nostra sita
est, adhuc quiri sanum inspexisse et vocem Innocentium et horum plausum in et desuper. Hic Sanctus papa
Innocentius, Columbus est[4], temperque[5] eodem die defunctus. Cui Romanus ferens ordinem, ut ceteros sepe
mus, successit, qui vitam et regulam sancti Francisci confirmavit et in registro posuit. Hic papa Fredericum Romani 1 M.
imperatorem filium conservavit Rome in imperatorem. Hic papa eciam subditos, exulantes, ferre sancte pacifici quo in
eodem Deus tempore. Item Otto quartus imperator filius Henrici ducis Bavarie et Saxonie et Brunswi-
censis, a papa Innocentio excommunicatus, fuit usque ad mortem, sed in mundo multos a pedibus elevavit. Hic
obiit in Hartzburch et in Brunswic est sepultus. 1218 N. 6
1227

Hic anno Dom. per totam Alamaniam cruces signum predicatum, in domibus Monasteriorum, in vico Bobenhau-
sen[6] in ecclesia Sancte Crucis apparuit in vere nix candida versus aquilonem absque vento et eandem
sedens et serenata, terram medio cooperiat, habens cruces patibulum et ignitam hominis in ea suspensi, elevatis
brachiis et extensis cum infantie clavorum in manibus et pedibus et capite inclinato. Hic medio tot inter alias duas,
in quibus non erat ullegas humane corporis. Hic vice et alio loco in villa Hesie Sundershusen tempore predicationis
crucis apparuit, vidit eadem crux circulo circuita, hanc viderunt plures quam quatuor. Item fuit apparuit in Avesen- 6
Dorchelost, in villa Dekinde, in qua sanctus Bonifacius coronatus fuit martirio, ubi in die martiris nascentis, cum
multis nubi hominum conveniunt ad ecclesiam, statim apparuit cum alba et magna, sicut supra ex omnibus
locis competenti subiacebat fuisse.

Anno Domini MCCXV. Fredericus Henrici, Heinrici imperatoris filius, adeptus imperium, regnavit XXX. 1215 M.
anno, octavus a Cesare Augusto.

Mortuo igitur Hermanno Lantgravio Ludewicus filius eius primogenitus[1], mire caritatis[2] et ut
et amande sanctitatis adolescens, dum floridam iuventutis etatem attigisset, tantae benigni-
tatis et bonitatis in eo virtus emicuit. Qui patri defuncto in principatu succedens, iuvenis
ipse sectum exempla haetenus declarans, sub regis serenissimi Friderici fulgente potentia
favorabili populorum assensu in puberi dominatus successione[3] et in principatus sedis
dignitatis est elevatus. Quam gravibus tunc perturbantis modestie diversitatibus principis
novelli benignitas, primo iure suscepto, intuitu[4] dei angeretur[5], non est admirandum, quo-
niam[6] celestia pie cedentis animi mente devota proposuit, ut, quamvis publice utilitati
providendo[7] debitus existisset. Dei tamen precipue obsequiis, ubi primis annis se mancipa-
vit, potius despecto secularis fastidio, non repudiaret. Plebis autem sibi[8] commisse curam
hereditam veritas, si dignum civilis iuris legum non reprendisset. Sed hoc[9] ambiguum
non dei mediastinum tractans, quam sagaciter arripuit callens, ut nec secularitet agendum
omisisset vel illud ab tenendum celestia a se negligi in futurum expavisset, moderari in se
civium ac milicie communes utilitates legum decreta benignissime et admodum discreto
consilio foris dompne[10] residens nutu certavit principali. In decernendo providus et cui-
quam inseteri promptus, ut miseras rerum noxas facilius cessanda punitate exorabilis.
semigerarum qualitate penarum in rudens alienus domesticorum[11], habilidine simplex,
morum honestate et castitate perspicuus. Bonorum promissione[12] erga potentiores haut tardus
hasque ad implendum eque devotus, necdarum quoque impium [delebam] rusticitatem
moribus sepe indulgendo preferens, vidualis parentum vel rerum necnon patria exulan-
tibus consolator ac paternus tantor mitis semper caritas splendore effulsit. Quid plura?
Hic Ludewicus in omnibus virtutibus claruis habetur.

a se *H* praem. 1. — b se *H*: om. 1. — c sed. — papam *recent H*: om. 1. *alias videntur*. — d se *H*: om. concepque 1. — e et de *H*. — f ad inde *alterum* om. 1. — g *H* sapet. — h evigilans signavit *H*. — i om. stant, et 1. — k o. s. 1. *cum regid. Cesa. Maiest.* — k Perusium 1, Patusii *H*. — l se *H*: aparuit que 1. — m eodem 3. — n tr. et transquirens 1. — o de 2 *ed. Bo.* Et notandum quod in Trod. 1. — p se 1 *H* om. 2. — q *hoc praesens 2 H. praeterea* om. 3 *sed* 1 *eidem imperatori*. — r est *add.* 3 *om.* rege. Augusto s. XXX *H*. — t clarissimo *H*. — u augustus *sine sept. sed* 1 *Vita Lud. H* 2. — v *recent Weg.* quam 1 w *recent Weg.* in tande 1. — x *recent Weg.* praedictorum 1. ab her sich wol uff werltich klukheit unde vorsichtikeit gebrochte moste d. ich eines gemeinen nutz *Vita Lud.* — x *supp. Weg.* om 1. — z hir 1. — a est. ten 1. — b se *sum legendum dubie restituit coniecturam* decreto domicilio. Denique res 1. — c *emendavi* et 1. — d *emendavi* dine meanum 1. — e penssione 1. waz het den mechtigen fursten gelobte *Vita Lud.* — f *dubius emendavi*, iam 1.

1 In Vita Ludow. II, 2 sequitur *anno regni eius*. Vitae addiderat, nescio. Ex Berthold. Gestis latum *mundo sancti resurrexit*. Sane patrem quandam huius [hunc locum sumptum esse non probabile censeo] lect. ex Hist. Reinhardsbrunnensibus sumptum esse. 2 His *tQuod — habetur*] insertis multa omissa esse N. Archiv XX, p. 615 sq. contuli, sed quod auctor patet, quae habet Vita Ludowici II, 2, p. 17: *Hic*

Theod. III, 1 = V. L. II, 3. Libet ociam hic breviter annectere de eodem principe, glorioso Thuringorum preside, ut, quemadmodum beate Elizabeth in hac vita dignus est consorcio, ita nunc expers et alienus non sit ab ipsius laudis preconio. Omnium namque benefactorum dulcis fautor, fidelis exhortator et efficax extitit coadiutor. Sed virtutes eius quis prevalet enarrare? quis virtutes animi, quis corporis pulchritudinem explicet? Extulit eum mediocris statura decens valde procéritas et graciosi vultus serenitas, speciosi forma pre filiis hominum ymaginem, ut aiunt, representans. Nec erat, qui eius aspectui amabili non heroret. Erat pudicus sensibus, carne mundus. Qui die quadam stans de fenestra spectabat desuper ducentes coream. Cui astans aliquis, demonstrata una de ducentibus choreas feminis, ait: 'Huius amplexu, mi domine, si volueris, frui te faciam'. Tunc vehementer iratus 'princeps: 'Obmutesce', inquid, 'et numquam talia deinceps auribus meis inferas, si meam volueris graciam et amiciciam retinere'. Confusus[a] a pudico ille miser impudicus tremuit[b] et obmutuit refutatus. Fuit insuper eloquio dulcis, moribus suavis, animo constans et virilis, exercitiis[c] militaribus strenuus et agilis. Eratque in curia principis leo. Et accidit die quadam, ut mane de stratu suo consurgens lineis[d] tantum superinjecta veste solutaribusque indutus obvium haberet leonem contra se sevientem. Cui elevato pugno comminatus est viriliter increpando. Mox bestia, feritate deposita, viri pedibus se prostravit, motu caude suo[e] blandiens irascenti. Tandem faculis vir subjugata bestia, magistrum bestie princeps graviter reprehendit. Hoc factum non tam magnanimitati quam fidei estimo deputandum. In ore eius non est inventum mendacium, fuitque sermo eius: 'Est est, non, non'; et verba eius fidelissima et vera erant, quibus tamquam juramento firmatis ab omnibus credebatur. Ad omnes femminas reverens extitit et verecundus, pauperibus largus et benignus, militibus et familiaribus socialis et iocundus, baronibus et nobilibus venerabilis, principibus et magnatis spectabilis eunctisque generaliter affabilis. Et ut concludamus omnia: Deum timuit, dilexit et coluit. Cottidie in eius presencia solempniter divina agebantur misteria, ubi[f] devotus semper astitit Deumque suum cum reverencia adoravit. [Ecclesiarum[g] Dei et ceabiorum fidelis erat protector]. . . . . [1]

Theod. III, 3. Fecit enim iudicium et iusticiam, ideoque erat tunc pax et veritas et omnium bonorum habundancia. Et ubique habitabant homines confidenter. Erat enim[h] tunc nobilis et famosa Thuringorum[i] provincia, gens acceptabilis et devota, tanti principis nomine insignita sancteque Elizabet meritis nominata. Inter cetera virtutum insignia, quibus floruit, castitas in eo precipue et pudicicia[k] resplenduit. Nam cum aliquando urgentibus negociis terram longinquam cuiusdam principis, sui consanguinei proximi, adiisset, cum reverencia et amicicia multum solempniter susceptus est. Cumque post epulas et delicias copiosas ad quiescendum perveniaset, muliercula quedam lecto eius ab impudicis inicciis[l] est. Quod presenciens vir castus nobili illi et dilecto militi suo Walthero de Vargila[m] secreto dixit: 'Ammove caute a stratu meo feminam hanc eique marcam argenti illico trade. Vere enim dico tibi, eciam si in hoc facto adulterii facinus non horrerem[n], nollem tamen in hoc casu meam Elizabeth contristare'. Ecce novus et admirandus Ioseph, qui propter fidem oblatum crimen adulterii recusavit. Erat in Thuringia miles diviciis locuples, uxorem habens pulchram, sed sterilem, cuius non ex se, sed ex viri defectu sterilitas causabatur. Dolens autem miles ad extraneos opes suas devolvi heredes, blande induxit coniugem, ut sibi heredem ex adulterio procuraret. Adiit ergo stultus ille principem terre, cum timore multo dicens ad eum: 'Mi domine, oro, ut benigne que loquor auscultes[o] et diligenter occultes'. Cui dum princeps loquendi fiduciam prestitisset, miser ille pavens ac tremens turpe meutis sue conceptum[p] pudicis auribus instillavit. Beatum se dicens et estimans, si de talis persone altissimo sangwine possessionum suarum heredem meruisset habere. Tunc, utpote verecundus et pius, infelicis hominis votum impium et despexit cordetenus et vocetenus approbavit, ruborī suppliciis condescendens. Statutoque veniendi die ab invicem discesserunt. Tunc prudens princeps efficacem illius morbo medicinam tamquam sibimet necessariam precipit[q] a medicis preparari. Credebant infirmatum principem et medicinam preparant efficacem. Quam paratam assumens princeps ad locum properat assignatum. Suscipitur iocunde gratus hospes, reficitur delicate. Considens autem illis electuarium protulit et militi optulit ad edendum. Cuius efficaciam miser illico expertus in se, seorsum sumens principem, dixit ei: 'Obsecro, mi domine, ut, quemadmodum huc venisti, digneris reverti. Sencio[r] enim in me potenciam, quam hactenus expertus numquam fui'. Cui iangravius: 'Non reputes[s]', ait, 'quod venerim ut adulterium committerem, sed ad hoc potissimum, ut te ab hoc obprobrio eruerem et uxorem tuam ab infamia liberarem'. Venerat autem iangravius solus, a venatoribus disredens. [Fuit[t] enim iste miles de ministerialibus suis, qui nemorosa loca possident]. O vere optimum et pissimum virum, qui se propter amicum reputari defectuosum voluit et sua quodammodo infamia alterius famam studuit conservare.

'Interea circa plagam orientalem in dyocesi Halberstatensis episcopii[u] in villa Dobiche memorabile factum circa vitale corporis[v] Domini sacramentum ex negligencia[w] sacerdotis et peccatis populi solempniter enituit et multorum animos a socordia[x] torporis . . . . . [2] tempus et maxime pluviam serotinam denegaret, omnes se accingunt cilicio et cinere et se mutuo hortantur letanias instituere et processiones ordinare. Tum[z] ecce in villa predicta dominici thecam corporis mures de altari corripiunt et ad subterraneas et foraminosas suorum habitaculorum latebras pertrahunt . . . . . [3]

Cr. S. Petri. Anno Domini M°C°.°XVII°. Exspirante treuga christianorum et Sarracenorum, in primo passagio generali congregatus est exercitus Domini in Acon cum tribus regibus, Ierusalem, Ungarie et Cypri, qui mistica munera non deferentes, parum egerunt memoria dignum. Affuit eciam dux Austrie et dux Meranie cum multis comitibus et viris gene-

a) Confuso 1. b) rèmuit 1. c) exercit⁹ (us) 1. d) *sic* 1. *L I. II pro* linea. e) *sic L I;* suo 1. *L II.* f) vir (*ex* ù) 1. g) *uncis inclusa om.* 1, *praebet T, ubi* Dei *et* erat *omissa.* h) *om. T.* i) *sic* 1. T; Thuringie *Theod.* k) pudica 1. l) *sic L I. II;* eiecta 1. m) varila *L I. II (semper).* n) *sic L I. II;* horrorem 1. o) auschultes 1. *L I.* p) conspcu 1. q) precepit *L I. II.* r) *sic L I. II;* Senciam 1. s) *sic L I. II;* reputas 1. t) *uncis incl. praebent L I. II; om.* 1. u) dyocę halbē episcopio 1. v) corpus 1. w) negligencia 1. x) secordia 1. y) *multa omissa esse patet, nulla lacuna apparente in* 1. z) Cum 1? a) *reliqua narrationis huius miraculi omissa esse patet.*

tons mezig — nicht nach'colget. Cf. 'N. Archiv' XX, p. 628. 1) E Vita Ludowici II, 4. et loco, quem T habet, patet hoc loco omissa esse quae in Vitae Elisabeth additamentis Reinhardsbr. sequuntur, Mencke II, col. 1992: *nec patiebatur — commodo et quieti,* et Theod. III, 3: *In conspectu eius — durius capulabat,* addit. Reinh. l. l.: *Non poterat sustinere — in lingua sua,* Theod. III, 3: *Ob hoc tamquam — humiles et quieti.* Quae hoc loco ex his libris repetere nolui.

rosis; aderant episcopi peregrini: archiepiscopus Nicossiensis, Balocensis, Babinbergensis, Eyckstadensis*, Monasteriensis, Traiectensis, et cum eis vir nobilis et potens Waltherus de Avenis, qui reversus in passagio vernali[b] XL milites reliquit in servicio Terre Sancte, quibus providit sumptus sufficientes per annum. Dux Austrie sicut princeps catholicus per omnia Christo laudabiliter militavit. Patriarcha vero Ierosolimitanus cum magna cleri[c] et populi humilitate tollens reverenter vivifice crucis lignum, scilicet feria sexta post omnium sanctorum profectus ab Acon in castra Domini, que precesserant ad Recordanam. Hoc autem dulce lignum in Terra Sancta reservatum perditum[d] fuit ad hec tempora[1]. Imminente siquidem conflictu Sarracenorum cum christianis tempore soldani crux secta fuit, et pars ad prelium delata et ibidem perdita, pars reservata, que exhibetur. Cum tali ergo vexillo exercitus Domini per planum Fabe processit usque ad fontem Tabanie[d]. Sequenti vero die per montes Gelboe profecti sunt Bethsaydam, ubi castra fixerat adversarius. Sed metuens tam ordinate procedentes, tentoria tollens et fugiens, terram vastandam militibus Christi reliquit. Unde Iordanem transeuntes in vigilia Martini corpora sua pacifice laverunt in Iordane, quiescentes per biduum ibidem. Deinde super littus maris Galilee tres mansiones fecerunt, peragrantes loca, in quibus salvator noster mirabilia fuerat operatus. Sicque reversi sunt Acon. Secundo equitatu adierunt pedem montis Thabor, ac prima dominica adventus, cum legeretur ewangelium: *Ite in castellum, quod contra vos est*, patriarcha precessit cum ligno sancte crucis, episcopo et clero per clivum montis orantibus; licet mons preruptus undique sit, excelsus et quasi impossibilis ad ascendendum extra semitam certam, milites et satellites viriliter ascenderunt[e]. Iohannes rex Ierusalem cum Domini milicie castellanum stravit et unum admiraldum impetu primo. Sicque defensores castri, qui intrepidi exierant ad defendendum montem, in fugam conversi sunt. Sed rex, quantum meruit ascendendo, tantum demeruit descendendo, alios secum descendere faciens. Porro in primo ac secundo equitatu maximam multitudinem captivorum, virorum ac mulierum, parvulorum, christiani secum duxerunt. Episcopus enim[f] parvulos, quos prece vel precio potuit optinere, baptizavit et distribuens inter religiosas feminas litteris applicare disposuit. In tercio equitatu, cui patriarcha cum ligno crucis et sacri pontifices non interfuerunt, multa dampna et incommoda iam per latrunculos quam hyemis incommodo peregrini perpessi sunt in finibus Tyri et Sydonis.

Cr. S. Petri.

*f. CCCLI[a].

*f. 351[b].

1218.

Anno Domini M°CC°XVIII. pridie Nonas Iulii[g] Lodewicus lantgravius gloriosissime in civitate sua Ysenach[h] militarem honorem consecutus est[2].

Iul. 6. Berth. = V. L. II, 7.

Sequenti vero anno, postquam militaverat, patris sui defuncti exigentibus meritis, graves inimicicie emerserunt inter ecclesiam Moguntinam et ipsum Lodewicum lantgravium, ita quod Sifridus archiepiscopus[i] eum denunnciaret excommunicatum, asserens patrem eius Hermannum lantgravium sub excommunicatione discessisse[k]. Unde ipse dolore nimio motus, eo quod iniuste circa[l] eum episcopus moveretur, collectis exercitibus Hassiam manu valida est ingressus, debellans et devastans omnes auxiliarios archiepiscopi, videlicet nobilem Hartmudum[m. 3] de Merinberg et illos de Scharfinstein igni[n] succendit, et sic bene prosperatus in terram suam Thuringiam est reversus.

1219.

Cr. S. Petri. 1218.

Post nativitatem Domini exercitus christianorum quadrifariam divisus est. Rex Ungarie et Cypri Tripolim profecti sunt, ubi rex Cypri adolescentulus diem clausit extremum. Rex Ungarie brevi tempore commoratus cum magno dampno Terre Sancte recessit; peregrinos enim et galeas, dextrarios et iumenta cum armis secum traxit. Alia pars peregrinorum pigrorum et timidorum et eorum, qui procumbentes ad terram ore pleno de habundancia temporalium biberunt, remanserunt in Acon. Rex vero Ierusalem et inclitus dux Austrie cum Hospitalensibus[o] Sancti Iohannis, Babinbergense, Czicense, Traiectense, Monasteriense episcopis et quibusdam aliis castrum in Cesarea Palestine brevi tempore utiliter et constanter firmaverunt. In basilica principis apostolorum festum purificacionis patriarcha cum VI episcopis solempniter celebravit. Templarii vero cum domo Theutonicorum et domino Waltbero de Avenis[p] et paucis peregrinis Castrum-Filii-Dei, quod olim destructum, nunc vero appellatur Castrum-Peregrinorum, firmare[q] ceperunt, quod et factum est in dyocesi Cesariensi inter Cayphas et Cesaream. Monasteriensis episcopus apud Cesaream obdormivit in Domino, magister theologus et doctor bonus, et apud Castrum-Filii-Dei defunctus est. Post hoc exercitus rediit Acon. Episcopi Almanie et multi alii preparabant ad transfretandum, in brevi tempore in terra commorati. Expectabatur passagium secundum et novum et maxime classis ab aquilone veniens, que per angustum mare Carthaginis navigatura sperabatur. A principio predicacionis crucis provincie Coloniensis studio magno, plurimis eciam sumptibus fere[r] CCCC preparavit naves; quarum quedam remanserunt, quedam in tempestate perierunt, sed minor pars pervenit Lassebonam cum magna virtute bellatorum. Ibi orta discordia, quibusdam volentibus procedere, aliis hyemare cupientibus in obsidione castri fortissimi 'quod Alkayza dicitur, et classis divisa est; pars apud Gayetum et Cornetum[s] hyemavit, pars alia obsedit Alcaziam[t], duos capitaneos habens, comitem Wilhelmum de Hollandia et comitem Georgium de Wyden. Quid plura? Captum est tandem hoc castrum per Theutonicos; et cum essent in obsidione, congregata est contra eos maxima multitudo Sarracenorum. Contra quam Spatarii viriliter pugnaverunt cum milicia regine Portugalie. Victi sunt virtute divina Sarraceni; rex eorum unus occisus est, et cum eo plurimi trucidati sunt et in captivitatem ducti. Igitur mense Marcio

*f. 351[c].

*f. 351[d].

a) *sic h. l. 1; cf. infra l.* 39. b) vernale (*corr.* vernali) et 1. c) *om.* 1. d) *sic* 1. e) antecederunt 1. f) *sic pro* Acon 1. g) *sic* 2. *L II*, Iunii c., an dem achtin tage der liben zwelf botin sente Petirs unde Pauls (= Iul. 6) *Vita Lud. II*, 7. h) Ysenache 2. i) episc. Siffr. *L II*; episcopus 2, *ubi praecedit:* inter episcopum Siffridum et Lud. k) *sic* 1. 2; decessisse *L II*. l) *sic* 1. 2; ergs *L II*. m) Hartmodum *L II*; Hartmodin *Vita Lud.* n) *sic* 1. *L II*; igne 2. o) hospital' 1. p) advenis 1. q) firmari 1. r) vere 1. s) tornetum 1. t) Alessiam 1.

1) Male mutavit auctor Reinhardsbrunn. verba Oliveri: *post terram Sanctam perditam reservatum fuit*, cum in codice Cron. S. Petri ab eo exscripto *post* omissum esset. 2) Non est, cur hoc cum Knochenhauer l. l. p. 299. et E. Bernecker, 'Beitr. z. Chronol. der Reg. Ludwig IV. d. Heil.' (Diss. Regiomont. 1880) p. 15 sqq. a. 1217. factum esse credamus. Nam quod illi praesumunt, bellum inter archiepiscopum Moguntinum et lantgravium a. 1218. coeptum esse, minime constat, cum nemo hoc retulerit. 3) Potius Hartradum IV. Cf. Wenck, 'Hess. Landesgesch.' III, p. 287 sqq.; Chr. de Rommel, 'Gesch. v. Hessen' I, p. 280. et annot. p. 229, n. 87. Sed iam in Vita Ludowici Latino hoc nomen corruptum fuisse patet locis n. *m* adnotatis.

applicantes ceperunt ad portum Acon coccones de provincia Coloniensi, pauci tamen de Bremensi et Treverensi provinciis. Tunc confirmatum fuit in concilio Lateranensi consilium cum papa Innocencio Rome habitum de introducenda milicia christiana in terram Egipti. Mense igitur Mayo ante ascensionem Domini preparatis navibus, coccombus armatis, galeis et aliis naviculis oneratis profecti sunt de Akon Iohannes rex Ierusalem, Ieanus[a] dux Austrie, patriarcha cum epicopis Nicossiensi[b], Bethleemitano, Ackoniensi, tribus domibus et copiosa christianorum multitudine. Indicta fuit colleccio navigantium apud Castrum-Filii-Dei; quidam tercio, quidam VI° die ad portum pervenerunt Damiate[c], statim- 5
*f. CCCLIII° que hostilem terram ceperunt sine sangwinis impensa. Cum enim pauci milites occurrerent *ad portum, Friso quidam fixo in terram dextro genu, sinistra manu circumferens ancile[d], dextra spiculum vibrabat ferreum. Intuitus est eum Sarracenus, existimans eum ludere, sed subito eques percussus a Frisone corruit ad terram; fugientibusque aliis, absque omni impedimento castrametati sunt inter latus maris et ripam fluminis Nili christiani. Hoc eciam mirabile fecit Deus, quod in primo adventu aqua fluminis coniuncta mari dulcis hauriebatur, que postmodum sepius salsa fuit usque ad casale, quod distat a Damiata sursum fere per miliare. Interim dux Austrie et Hospitalenses duas scalas preparaverunt ad capiendam turrim in medio Nili positam super duos coccones. Teutonici vero et Frisones terciam navem propugnaculis munierunt, castelluto[e] in summitate mali composito absque scale suspensione. Capud eorum et iudex fuit comes Adolfus, frater archiepiscopi Coloniensis, qui ante turrim captam mortuus est ibidem. Scale vero ducis Austrie contra turrim sunt erecte circa festum Iohannis baptiste. Sed Sarraceni turrim defenderunt viriliter. Interim, cum pugnaretur, Hospitaliorum scala[f] confracta cum malo cecidit, bellatores suos precipitans. Eadem vero hora scala ducis similiter frangitur, XXII strenuos milites ibidem extinctos martirio coronavit. Igitur letati vehementer, subsannantes levaverunt vocem, tympanizantes et buccinis peratrepentes. Meror vero et tristicia christianos invasit. Navis autem Teutonicorum 10 15
*f. 352ᵃ. et [Frisonum[g] inter] turrim et civitatem herebat[h] fixa, dampna plurima per balistarios, qui intus *locati fuerant, inferens Egiptiis, presertim illis qui stabant in ponte inter civitatem et turrim porrecto. Ipsa navis a bellatoribus civitatis, turris et pontis iacalis et igne Greco impetebatur vehementius. Tandem navis ex parte igne corrupta fuit. Sed defensores illius viriliter extinxerunt et sue stationis locum deduxerunt. Cristiani vero considerantes turrim non posse capi petrariorum et tribuculorum ictibus neque fame propter vicinitatem civitatis, Domino prodente et architecto demonstrante, sumptibus Teutonicorum et Frisonum duos coccones coniunxerunt trabibus et funibus fortissime coherentes, et ecia compagipacione vacillandi periculum prohibentes ac in summitate castellum firmum super quatuor malos collocantes. Sexta igitur feria ante Bartholomei nudis pedibus cum devocione ad sanctam crucem processionem fecerunt, ubi implorato divino auxilio, ut res omni careret invidia et vana gloria, de qualibet gente, que tunc erant in exercitu, aliquos ad huius [negocii[i]] execucionem invitaverunt[k], licet gens Theutonie et Frisia ad hoc sufficisset opus. Die scilicet Bartholomei, feria VI[a], cum Nilus excrevisset vehementer, et aquarum impetu negocium plurimum impediretur, cum multa tamen difficultate instrumentum hoc contra torrentem a loco, in quo fuerat, trahebatur[l] ad turrem. Clerici vero nudis pedibus per litus ambulabant Domino supplicantes. Illo autem opere funibus, anchoris stabilito, acriter utrimque[m] pugnatum est, 20 25 30
*f. 352ᵇ. quoniam et de civitate et de turri instar grandinis et fulminis lapides et ignis Grecus iaciebantur, sed per liquorem acetosum et zabulum ac extinctorio subventum est laborantibus. Interea iacuit patriarcha ante dominice crucis lignum prostratus in pulvere, stans clerus nudis pedibus, indutus stolis, clamavit in celum. Defensores turris anteriorem partem scale ascenderant[n], quam nostrates extingwere volentes, quidam[o] cum signifero ducis Austrie in fluvium corruerunt. Sarraceni vero vexillum[p] ducis Austrie tollentes ac Babilonii se virisse putantes voriferati sunt. Post hec miles quidam Leodiensis dyocesis primus turrim ascendit, quem Friso quidam sequens ac flagello, quo granum excuti solet, ad dextram et sinistram fortiter percuciens, quendam tenentem signum croceum soldani stravit ac vexillum abstulit. Alii post alios succesierunt, superatis hostibus, quos resistentes duros senserant et crudeles. Sicque hec turris hoc modo capta fuit. O inestimabilis Dei pietas! O inexplicabilis christianorum hilaritas! quia nostrates post fletum et gemitum gaudium viderunt et triumphum. Tandem conclusi in turri colloquium petebant et asse sub pacto vite dederunt duci Austrie, preter [illos[q]] qui nocte precedente fuga lapsi sunt. Captivi eciam numerati sunt ad centum viros. Principes vero nostratium ad desidiam devoluti preparabant se ad recessum. Frisonum et Theutonicorum abiit maxima multitudo passagio sancte crucis instante, in quo eciam ad Terram Sanctam venerunt Romani et post eos Pelagius Albanensis episcopus, 35 40 45
*f. 352ᶜ. apostolice sedis legatus, deinde magister Robertus de Cusii, duo episcopi Ungarie, qui mortui sunt ante *transitum fluminis in sabulo Damiate[r]. Oliferus eciam filius regis Anglie et multi alii equestris ordinis et plebis apud Damiatam diem clauserunt extremum.

Post captam siquidem turrim Saphadynus[s], inveteratus dierum malorum, usurpator[t] regnorum Asye, mortuus est. Et postmodum in festo sancti Dyonisii Sarraceni venientes et principia castrorum invadentes modica manu christianorum repulsi sunt; fuerantque ex eis cesi et submersi ad mille DC. Sane in festo sancti Demetrii, qui fuit ulterius sancti Dyonisii, summo diluculo castra Templariorum invaserunt hostes, et modicum dampnum nobis inferentes, ex ipsis interempti sunt a nostris fere D. Populus autem Domini, promisso triduano ieiunio, quod clerus humiliter in pane et aqua servavit, et multis processionibus ordinatis a legatis, temptari meruit. Nam in vigilia sancti Andree a media nocte intumuerunt fluctus maris, excrescentes et excursum terribilem facientes usque ad castra fidelium; ab alia vero parte fluvius inundans ipsos occupavit incautos. Natabant tentoria, perierunt cibaria, pisces pluviales et marini se quasi nichil timentes culiculis ingerebant, quos christiani manibus ceperunt, quibus tamen deliciis carere voluissent. Et nisi consilio spiritus sancti ante provisum esset, in fossato tamen, quod ad alios usus factum fuerat, mare coniunctum flumini homines cum iumentis, naves cum armis et victualibus detraxisset[u] ad hostes. Nec tamen hoc periculum evaserunt quatuor coccones, 50 55
*CCCCLIII°. super quas[v] erant propugnacula ad capiendam civitatem, qui uno impetu cum quinta *nave, que inter eos herebat[w], ad oppositam ripam vi ventorum precipitati ante oculos fidelium igne Greco sunt combusti. Pepercit autem Dominus operibus Theutonicorum, quibus turris capta fuit. Naves onerate, que in portu maris stabant, repente ruptis funibus perierunt. Duravit autem hec tempestas per triduum continuum; quo elapso Deus, qui consolatus est suos in omni tribulacione sua, imperavit ventis et mari, stare faciens ipsum a fervore suo. Invasit preterea multos de exercitu pestis quedam[x], quam dolor repentinus invasit pedes et crura, et coniunctim[w] caro corrupta gingivas et dentes obduxit, masticandi potenciam auferens. Tibias nigredo horribilis fuscavit, et sic longo tractu doloris afflicti cum multa patiencia migrave- 60 65

a) *sic corrupte inepteque* (Iehu Ieanus) *e lectione codicis Cron. S. Petri (supra p. 386, n. p) scripsit auctor Reinhardsbrunn.*
b) Niconiensi *A. l.* 1. c) clamiate 1. d) antile 1. e) castelluno 1. f) hospitalorum scala (rum) *confr. sunt* cum 1. g) Fr. i. *om.* 1. h) habebat 1. i) *om.* 1. k) mutauerunt 1. l) trahabatur 1. m) utrumque 1.
n) *sic* 1 *cum P* 1. o) quid 1. p) vix illum 1. q) dānate 1. r) Saphady[9] (us) 1. s) usurpat[2] (ut) 1. 70
t) detraxissent 1. u) edificata, *quod P habet, decat* 1. v) quidam 1. w) coniucti 1.

runt[a] ad Dominum plurimi. Post dictam tempestatem naves parabantur et transitus fluminis, que cum magno periculo Cr. S. Petri.
sursum ascenderunt inter civitatem et turrim captam[b], igne Greco et machinis cum iaculis plurimum sunt impedite. Unde accidit, ut una navis Templariorum vi[c] torrentis rapta prope ripam civitatis precipitaretur ad hostes. Qui cum barbotis et uncis[d] ferreis ipsum impugnaverunt diucius, ignem Grecum cum lapidibus desuper de turribus iacientes; et cum sic prevalere non possent propter defensores audaces, certatim navem ascendentes, precipites[e] in eos ascenderunt ad Templarios. Ubi cum diucius pugnaretur, tandem navis perforata, sive a nostris sive ab hostibus, incertum habetur, profundum pecit, submergens Egiptios cum christianis. Cives autem Damiate cruentam victoriam suam fere sex diebus planxerunt. Exinde Egipti pontem reparantes, aperturam adeo reliquerunt angustam, ut navés fidelium sine magno periculo *transire non possent. Quem Theutonici et Frisones vix[f] X numero viriliter confregerunt. Fracto denique ponte *f. 353b.
et receptis quatuor navibus, super quas erat pons fundatus, reversi sunt triumphos[g], liberam viam et apertam sursum velificantes relinquentes.

1219. Iun. 20. Berth. = V. L. II, 7.

Anno Domini M°CC°XIX°. {XII.[h] Kal. Iulii} idem clementissimus princeps Ludewicus lantgravius et archiepiscopus Moguntinus reconciliati sunt in Fulda[i] in ecclesia sancti Bonifacii; ubi absolutus est lantgravius cum omnibus fautoribus suis et patre iam defuncto.

Tandem Sarraceni periculum, quod eis imminebat, attendentes ripam christianis oppositam fossatis et machinis Cr. S. Petri.
munierunt ac[k] tres ordines armatorum stacioni navium nostratum contraposuerunt, duos peditum super ripam, tercium longum et terribilem, lapidibus et telis plurimum vexando stacionem christianorum. Sane nocte beate Agathe, ubi tantum pavorem soldano et Babiloniis Dominus incussit, ut relictis castris, ignorantibus eciam Egiptiis, quos ad resistendum ordinaverat, in sola[l] fuga spem poneret. Quidam autem apostata, qui longo tempore legem christianorum transgressus cum soldano militaverat, stans in littore ripe Gallice clamabat: 'Quare moramini? Quid trepidatis? Soldanus abiit'. Quo dicto in naviculà christianorum se recipi postulavit, ut in potestate eorum positus fidem dictis faceret. Summo ergo diluculo, cum inchoatum esset officium[m] diei festi per oratoria christianorum: *Gaudeamus omnes in Domino*, nunciata sunt legato et aliis principibus. Itaque fugientibus Egiptiis nostrates certatim et alacriter absque omni impedimento transierunt. Templarii preduces *in ascensum equorum erectis signis propero cursu ad civitatem perveneruut, *f. 353c.
sternentes perfidos, qui audacter portis egressi venientibus occurrerunt. Multi bellatores, relictis uxoribus et parvulis, territi propter inopinatum transitum fugierunt de Damiata, et sic per gyrum obsessa est civitas. Post festum vero annunciacionis dominice regina civitatum Ierosolima, que videbatur inexpugnabiliter munita, destructa est a Cariadinio filio Saphadini foris et intus, muri cum turribus redacti sunt in acervos lapidum preter templum Domini et turrem David. De sepulchro glorioso destruendo consilium habuerunt Sarraceni, sed huic temeritati[n] nemo presumpsit manum apponere propter loci reverencium. Sicud enim in Alcorano libro legis eorum scriptum habent, Iesum Christum dominum nostrum credunt de Maria virgine conceptum et natum, quem sine peccato vixisse, prophetam et plus quam prophetam protestantur, cecos illuminasse, leprosos mundasse, mortuos resuscitasse firmiter asserunt per verbum et spiritum Dei et vivum ad celos ascendisse non discredunt. Unde, quando tempore treugarum sapientes eorum Ierosolimam ascendebant, codices ewangeliorum sibi postulabant exhiberi et osculabantur propter mundiciem legis, quam Christus docuit, et maxime propter ewangelium Luce: *Missus est Gabriel*, quod litterati eorum sepius repetunt et eciam tractant. Legem autem eorum, dyabolo dictante, ministerio Sergis monachi et apostate ac heretici Machamejus Sarracenis dedit Arabice scriptam[o], que sic incipit: *A gladio cepit et a gladio tenetur et per gladium terminabitur.* *Machometus ille illitteratus *f. 353d.
fuit, sicud ipse protestatur in Alcorano suo; et prenominatus[p] hereticus dictavit, iste promulgavit et per comminaciones et vanitatem legem statuit, qua[q] carnaliter viventes in parte voluptatis firmiter observant; et sicud legem nostram veritas et mundicia munivit, ita errores ipsorum timor mundanus et humanus ac voluptas carnalis firmissime custodiunt. Anni prescripti in die palmarum hostes fidelium, multa comminacione premissa, quod ab ipsos vel nostrates omnes una die perderent, collecto terribili et innumerabili exercitu equitum et peditum irruunt super christianos, undique fossatum ipsorum invadentes. Hostes vero cum electis militibus suis de equis descendentes cum nostratibus[r] atrociter pugnaverunt. Mulieres aquam et vinum ac lapides ministrabant bellatoribus fidelium. Interea orationi sacerdotes insistebant, vulnera sauciatorum ligantes et benedicentes. Ceciderunt que hinc inde mortui multi et vulnerati, quia adeo instabant atrociter qui[s] venerant studio liberande civitatis, ut ab ortu usque ad horam fere[t] decimam bellum protraheretur. Tandem hostes retraxerunt se cum maximo dampno. Post instabat passagium vernale, et in Kal. Maii magna pars peregrinorum recessit, sed novi recentesque peregrini cum copia victualium et equorum supervenientes Christi milites letificaverunt. Circa festum ascensionis Domini irruerunt super fideles perfidi multocies prevalere volentes[u], sed non potuerant. Post diutinos assultus tandem fossatum nostrorum contra miliciam Templi transeuntes et liceas violenter rumpentes, christianorum peditos in fugam *verterunt, adeo ut totus exercitus fidelium periclitaretur. Sarraceni siquidem *f. CCCLIIIIa.
intra menia nostrorum, fractis municionibus ligneis, equitum ac peditum acies ordinarunt. Timiditas aucta christiania. Sed spiritus, qui induit Gedeonem, animavit Templarios, quia magister Templi cum marachalco ceterisque fratribus per exercitum angustum impetu facto viriliter in fugam convertit incredulos, aliique de[v] diversis nacionibus ipsis tulerunt auxilium. Sic pedites Sarracenorum abiectis clippeis interficiebantur. Sarraceni vero priores recesserunt, occisorumque corpora strata iacebant iuxta fossatum plurima. Sic salvavit Deus in die illa sperantes in se. Instrumenta itaque fidelium contra civitatem[w] combusta sunt fere omnia preter scalas. Igitur Ianuenses, Pysani et Venecciani firmiter asserebant se civitatem expugnaturos. Sed ipsi non erant de genere virorum illorum, per quos salus facta est in Israel, quia veraciter comprehensum et intellectum est sola virtute divina Damiatam in manu christianorum fore tradendam. Post fideles inmemores beneficiorum Dei provocaverunt oculos divine maiestatis contra ipsos, et per desidiam maiorum et murmuraciones minorum pedites equitibus improperabant ignaviam, quando[x] equites periculum peditum, quando contra Sarracenos egrediebantur, dissimulabant; unde factum est, ut communibus culpis exigentibus in decollacione Iohannis, licet vix invenirentur qui in custodia castrorum remanerent, cum exercitus fidelium contra castra Babiloniorum tenderent, commisso prelio multi nostratum captivarentur nobilium multique *occumberent; in quo conflictu christiani M *f. 354b.

a) migrauerue||runt 1. b) expiam 1. c) in (terrex *del.*) torrentis 1. d) *sic* 1 *cum P* 1. e) precipitem 1. f) vir 1. g) *sic* 1. h) *sic* 2. *L II; uncis incl. om.* 1, korzlich nach sente Viti tage (*i. e. Iun.* 15) *Vita Lud. II*, 7. i) *sic* 2. *L II*; sunt Fulde 1. k) ad 1. l) solo 1. m) offico 1. n) sed hinc remeriti 1. o) scriptum 1. p) Pnoniat[a](ur) 1. q) *sic etiam P* 1 *cum* 1. r) nr̄atis 1. s) quis, a *deletum videtur* 1. t) v'o (vero) 1. u) valentes 1. v) Alliisque div. 1. w) *vocem in P* 1 *corruptam* (pirata) *omisit auctor Reinhardsbr.* x) *sic* 1; q^m^o *P* 1.

Cr. S. Petri. peditum et C milites perdidisse memorantur. Qua de re fideles meror occupavit, sed nulla desperacio, quia pena peccati fuit hec castigacio, et minus erat in pena, quam exigerant[a]. Nec ipsi quoque[b] incredoli hanc conflictum sine luctuoso dampno transierunt, multis ibidem peremptis. Sane Deus, qui non obliviscitur misereri, luctus suorum convertit in gaudium. Nam soldanus unum de captivis fidelium mittens de pace cum ipsis tractare cepit, in quo tractu[a] christiani fossatum suum et municiones reparaverunt. Interim peregrini plurimi ante tempus passagii confreti[a] recedentes agonistas[c] Christi in summo reliquerunt periculo. Quos tamen Deus per Savericum de Malo-leone ac bellatoribus plurimis, qui statim applicuerant, benigne consolatus est. Instante vero mense Octobre civitas obsidione, ferro, fame et pestilencia graviter afflicta, adeo ut desiderabiles cibi deessent, panis corrupti habundancia fuit in ea. Durabilis non est annona Egipti propter molles glebas[d], in quibus[e], nisi superius circa partes Babilonis artificiose conserveatur in annos. Diverse genera morborum vexabant[f] eos. Soldanus eciam de die in diem vanis promissionibus impios[a] hortatus decepit miseros. Illis eciam, qui foris in exercitu Sarracenorum fideles obsederant, copia eciam panis et pabuli cepit decrescere. Nilus siquidem, qui post festum Iohannis baptiste usque in exaltacionem[g] sancte crucis solet excrescere, Egipti maguam partem

*f. 334c. siccam reliquerat, que *nec seminari nec arari poterat suo tempore. Unde soldanus caristiam timens et famem, eciam amore retinende Damiate talem pacem cum fratre suo Corindano christianis optulit, ut crucem sanctam, que olim capta in victoria fuit Saladini, cum civitate sancta[h] et omnibus captivis, qui per regnum Babylonis et Damasci vivi reperiri possent, sumptos[i] eciam ad recuperandos muros Ierusalem redderet, insuper totum regnum Ierosolimitanum restitueret[k] preter[l] Cracum[m] et Montem-regalem, pro quibus retinendis tributum optulit, quam diu treuga duraret. Que duo castra in Arabie sita. Hanc[n] composicionem acceptandam esse et utilem[o] christianitati rex et Francigene, comes Zestrie cum capitaneis Teutonicorum censuerunt, nisi sano consilio eis esset obviatum. Legatus autem cum patriarcha, archiepiscopis, Templariis, Hospitalariis et omnibus Yhalie capitaneis multisque aliis prudentibus viris efficaciter huic tractatui se opposuit, rationabiliter [ostendens[p]] ante omnia Damiatam fore capiendam. Quinio enim diversa reperit[i] discordiam, quia cito sedata fuit propter communem necessitatem, quoniam magnam multitudinem peditum per loca palustria soldanus misit ad civitatem, quorum CCCXL christianis dormientibus liceas fuerunt ingressi dominica nocte post festum omnium sanctorum. Tandem per clamorem vigilum occisi sunt et capti, qui ad CC computati sunt. Igitur Nonas

*f. 334d. Novembris capta est Damiata absque dedicione, sine defensione, sine violenta depredacione, ut *soli filio Dei victoria evidenter ascribatur. Et cum caperetur civitas in conspectu soldani, more solito non fuit ausus bellatores[p] Christi ad defensionem paratos[q] super fossatum ipsorum aggredi, sed confusus castra sua combussit et fugit. Hanc urbem vitule conternanti[r], que tercio terre motu subversa est, possumus assimulari[s]. Vitulam propter eius lasciviam; piscibus enim, avibus et pascuis, frumento, ortis et pomeriis habundavit, negociando, pyraticam exercendo deliciis affluxit in culpa, pereffluxit in iehenna, sed una hora venit iudicium eius. Conternantem[t] dicimus, quia quasi tercio terre motu habitatores eius perierunt, ipsa tamen integra. A Grecis et Latinis fuit obsessa, qui ab ea defecerunt, deinde a Latinis sub Almerico rege Ierosolimitano, qui non profecerunt. Hac autem vice rex regum servis suis ipsam tradidit. Tali duce christiani Damiatam ingressi plateas eius invenerunt stratas cadaveribus mortuorum, pestilencia et fame deficientium, aurum et argentum nimis, pannos sericos negocistorum in habundancia, vestes preciosas et ornatum cum omni suppellectili in superhabundancia.

Hoc eciam anno octava sancti Martini Fredericus rex a papa Honorio imperiali sublimatur benedictione, et se-

Cr. Minor. quenti die regina in imperatricem. Quidam eciam nomine Bertramus, qui fuerat reclusus apud Tornacum[u], gessit se cum pompa aliquamdiu pro comite Waldewico Flandrie; propter hoc a rege Francie et a comitissa Flandrie suspensus est in patibulo.

*f. CCCLV[v]. Anno Domini M°CC°XX.[1] *Mortuo Hermanno lantgravio piissimus princeps Lodewicus[x], filius eius[w], paterni amoris dulcore iam dicto patre suo vivente[x] pre ceteris suis liberis singulariter preventus, an anima eius cum fiducia diem expectaret iudicii, necne[y], quantum homini fas est, scire laborabat. Inito ergo suorum super eo secretariorum consilio, minime valuit super desideratis consilio refoveri. Paulo itaque lapso tempore, cum intente iugi desiderio a cunctis sibi fidelitate connexis hec sibi peteret porrigi consilia, cuiusdam curialium[z] suorum, ut scolarem[a] nigromanticum, a quo hec inquireret, sibi adduci procuraret, consilio prevenitur. Quo adducto modoque cause sibi proposito[b], principem[c] eum nolle, cum meticulosum sit, suis operacionibus, sed famulum sibi fidelem, qui fidem rei intuitu cernat oculorum, interesse[d] verba dedit. Demum princeps, quamvis persona eventum rei carius didicisset in propria, suis consensum prebens consiliis, servum sibi iunxit fide dignum. Qui famulus per ariolum creberrime, ne timeret, ammonitus circulo includitur, a quo sibi, ne exiret seu eius limitem transcenderet, sub corporis et animi[e] iugi periculo inhibetur. Coniuraciones post hec inicians, sedentem in circulo, si quid vide-

a) *sic etiam P 1 cum 1.* b) incredibili *add., sed del. 1.* c) agonitas 1. d) glebas *corr.* glebas 1. e) crescit *om. 1.* f) vexabantur 1. g) exaltacionem 1. h) fca 1. i) *sic et P 1 cum 1.* k) restituerunt 1. l) cre *add., sed del. 1.* m) eratum 1. n) utilitatem 1. o) *om. 1.* p) bellatorem 1. q) parate 1. r) conservanti (*vel* constern.) 1. s) *sic* (assitari) 1 *cum P 1.* t) Conscern. (*vel* Constern.) 1. u) torastum 1. v) *in marg. 1:* Hec scripta sunt de Lodewico tercio, *a Caesario Heisterbac. Dial. Mirac. I, 34, ed. Strange p. 40 sqq. videlicet, ex quo excripta sunt in L. I. H. E.* w) qui *add. 1.* x) *emendavi;* vineret 1. y) *emendavi;* vt fca ne (vel scilicet) 1. z) *emendavi;* ciuilium 1. a) achol. 1. b) pposito 1. c) *emendavi;* principi 1. d) *haec vox post* operacionibus *transponenda videtur.* e) *fort.* anime *corrigendum.*

1) Non a Bertholdo, ut Wenck l. l. p. 16, n. 1. recte adnotavit, sed a monacho quodam Reinhardsbrunnensi multo post, nescimus quo tempore, sequentem fabulam scriptam esse patet infra p. 595, l. 11 sqq.; cuius similem narravit Caesarius Heisterbac. Dial. I, 34. de Ludewico II. lantgravio et filio eius Ludewico III. de statu animae patris scitante. In Vita Ludowici haec fabella non legitur. Cf. 'N. Archiv' XX, p. 415, n. 5.

ret, inquisivit; qui primo nil se cernere memorans, tandem inundaciones aquarum procellosas[a], quarum tumultibus exclamando se in procinctu asserit perituram. Refectus itaque divinitatis solamine obticuit et retrogradi[b] affectus angustia se fricuit. Dehinc terrore quam plurimo per mille artifices sibi incusso, dominum suum principem Hermannum lantgravium regio sonipedi[c] innexum turba comitante plurima ad se vidit cursitare. Quo *v. 355b. veniente, ab equo descendit servoque amice prevento salutacionis alloquio, quidne ibi ageret, sollerter inquisivit. Clientis ergo, quod ex iussu filii sui domini Lodewici lantgravii ob habendum scrutinium, an de perdendorum vel salvandorum esset numero, se ibi recepisset[d], responso accepto, clamidem, qua, ut servo apparuit, tectus fuerat, sustulit, ammonens suum ardoris incessantem cruciatum perpendere, quem in terra positus perversis actibus et precipue in consummacionis[e] turrium monasterii in Reynersborn prepedicione, cum lapides [adductos[f]] et dispositos[g] ad dicte[h] turris structuram ad valvam, que villam[i] Sundershusin respicit, in Gotha mandaret deducere construendam, se meruisse propalavit. Ceterum scintilla minuta ignis sui corporis pedem ad se missi servi signavit, ut nota pedis servum Hermannum vidisse lantgravium ostenderet[k] testimonio evidenti. Tum, ut filium suum tempore fungentem gracie se a tetra mortis voragine seiungere[l] mandata conditoris explendo, cenobia, personas Deo dicatas et pre omnibus monachorum in Reynersborn, quorum vita omni disciplina spiritali foret amicta, dacionibus, promocionibus, defensionibus ac eciam cuiuslibet alterius generis profectibus sublimando, servus suis cre-
bris instigaret informacionibus prenarratis, [ammonuit[m]]. Tandem[n] omnia evanuerunt.

°Dominus[1] Lodewicus lantgravius monasterium[p] Reynirsborn tam mera ex intimis =v. L. II, 8.
pretulit caritate, ut ob dampna VI equorum et carrate vini dicto monasterio per quendam insignem[q] in partibus Francorum illata se[r] in expedicionem prepararet ad vindictam, et castrum, in quo is mansionem insignis duxit, manu obsedit bellicosa. 'Postremo predictum *v. 355c.
nobilem ita, ut nudus gladio extracto suo collo imposito, sepefati monasterii[s] emenda rapine sufficienti preambula[t], se in terram prosternens graciam quereret, debellavit[u].

[Idem[v] eciam cum institore mercimonia habuit, qui perdidit asellum, quem requirebat =v. L. II, 8.
cum exercitu usque Wirtzburg, et Franconibus magnum dampnum intulit, usque dum eum invenit et redd)dit[2]].

Hoc[x] eciam anno hereticorum innumera multitudo per totam Almaniam igne cremata est, multoque plures Cr. S. Petri a. 1233.
heresim abiuraverunt[w]. Hoc eciam anno Sifridus Moguntine sedis[x] archiepiscopus concilium celebravit, pontificatus anno suo tercio, cum canonicis habito consilio pro sui predecessoris debitis Rome obligatis, in tota dyocesi sua reddituum vicesimam partem a personis ecclesiasticis colligi mandavit, ac[y] super hoc dato privilegio se nunquam a clero suo diebus suis[z] amplius petiturum. Canonici eciam matricis ecclesie Moguntine[a] fide iuratoria confirmaverunt se de
cetero nullum pontificem electuros nisi in idem privilegium consensurum[b].

Tandem clementissimus princeps Ludewicus occulta inspiracione divina beatam Elizabeth Theod. I, 6. = V. L. II, 9.
sibi desponsatam nimio amore dilexit. Cuius cor et affectum[c] Dominus tam efficaciter inclinavit ad amorem predicte exulis regine, ut in solitudine secreti et mutui amoris loqueretur ad cor eius dulciter, dicens sibi *verba bona, verba consolatoria*. Qui nimirum ab inicio solitus erat, cum aliunde rediret, eam allatis exeniis[d] honorare Zach. 1, 13.

a) *nil omissum videtur; interpretare:* se cernere asserit. b) *emendavi;* retro grandi l. c) sonipede l. d) resp. acc. rec. l. e) *emend. Weg.;* consummacione l. f) *hoc aut simile verbum supplendum aut* et *delendum esse apparet.* g) dispositus l. h) dicti l. i) villa l. k) *dubius emendavi;* tueret l; *potes etiam* doceret *vel* lantgravius cerneret *construe.* l) se iugeret l. m) *supplevi; om.* l; *plura fortasse omissa sunt.* n) T. o. evan. *post* debellavit *infra l.* 26. *posita in* l, *quae huc trahenda esse patet.* o) *post* prenarratis *nulla distinctione facta sequitur in* l: propter dictum ergo casum hic incipe. *Quae ideo posita videntur, quia supra p.* 594, *n.* v *adnotatum est praecedentia de Ludewico III. dicta esse, omittenda igitur a lectore vel librario.* p) monasterii l. q) ministerialem *fortasse supplendum;* ein edeler dienstmann *Vita Lud. II,* 8; *cf. n.* 1. r) *emendavi;* sibi l. s) *supplevi; om.* l; gab dem clostir alliz daz widder *Vita Lud.* t) *emendavi;* pmula l. u) *vide n. n.* v) *haec post praecedentem narrationem praebet L I; uncis incl. om.* l. *Quae ex hac Cron. sumpta esse apparet e Vita Lud. II,* 8, *ubi eadem leguntur.* w) obiurarunt l. x) *om.* l. y) hac l. z) se *iterum add.* l. a) moguncie ne l. b) *sic infra a.* 1233, *p.* 614; censurum *h. l.* l. c) cor ad effem l. d) zueniis *corr.* enzeniis (?) l; xeniis *L II.*

1) Sequentia immutata leguntur in Cron. Thuring. ampliata (L I et ex ea in Hist. Eccard. L II col. 417): *A. D. MCCXX. unus ministerialium de partibus Francorum abstulit cenobio Reynhartsborn unum currum vini cum sex equis; quod percipiens lantgravius Ludewicus scripsit sibi litteram, ut indilate rediret; quod iste rennuit* etc. — Hanc quoque narratiunculam non a Bertholdo, sed a monacho Reinhardsbr., qui Vitam Ludowici Latinam congessit, scriptam esse patet. 2) Haec fabula valde ampliata legitur in Hist. Eccard. col. 417 sq. et in Cron. Isenac., Schöttgen et Kreysig, Dipl. I, p. 93, et apud Joh. Rothe c. 437, p. 354 sq. Cf. quae supra p. 540, n.* ex Hist. Eccard. edita sunt. Ad haec cf. p. 594, n. v. Allocutio ad principes Thuringiae, quae legitur in Vita Lud. II, 8, a Friderico Kodiz addita videtur esse. 3) Sequentia male hoc loco interposita, quorum postrema pars infra a. 1233, f. 367c. recurrit.

Theod. I, 7. = V. L. II, 9. et amplexibus delinire[a]. Propter diversas perswasiones variasque malignorum consilia nonnulli[b] de nuptiis Elizabeth dubitare ceperunt. Erant tamen in Thuringia quidam nobiles viri iusti, predictorum machinacionibus rationabiliter ob-
*f. 355d. sistentes. Inter quos fuit Walthcrus de Vargila miles, vir bonus, qui a patre huius principis destinatus in Ungariam beatam Elizabeth adduxerat in Thuringiam. Hic vice quadam ad sponsum eius iter agentem accedens in campo secrete dixit: 'Placeat tibi, ut loquar ad te, domine mi, indicesque michi quod fuero sciscitatus'. Cui benignus princeps ait: 'Loquere confidenter! Et ego quicquid conveniens fuerit[c] revelabo'. 'Dic ergo', inquid miles, 'obsecro, michi, quid de filia regis facere decreveris[d]. Duces eciam[e] eam uxorem an patri remittes eam[f]?' Tunc princeps premonstrato, quem pre oculis habebat, magno monte dixit: 'Vere, si hic, quem vides, mons a radice usque ad summum aureus esset, hunc ego facilius et pocius omnino contemnerem, quam Elizabeth coniugium refutarem. Senciant alii et loquantur inaniter quod iudicant, Elizabeth ego diligo eiusque matrimonium[g] prepono'. Tunc miles ait: 'Peto, mi domine, ut michi liceat eidem hoc nunciare'. At ille dulciter: 'Dic ei', inquid, 'et pro signo quod[h] sibi transmisero presentato'; proferensque de bursa sua[i] dedit nobili illi, quod apud se habebat, speculum duplex, eneis inclusum[k] sedibus, una parte simplex vitrum et in parte altera ymaginem preferens[l] crucifixi. Quod dum sancta virgo ab illo nobili viro obla-
Theod. I, 8. = V. L. III, 1. tum caute susciperet, conceptum inde gaudium risu iocundissimo propalavit. Post hec, cum Domino conplacuit Elizabet contemptam[m] ab impiis respicere et afflictam consolari, dissipavit consilia malorum, reprobavit perewasiones magnatorum
Ps. 62, 12. et inspiravit confortans prefatum principem. Qui votum suum patefaciens obstruxit ora contradicentium et iniqua
*CCCCLVI[a]. loquentium. Nullusque deinceps ausus est nuptiis [a]et matrimonio Elizabeth verbis vel consiliis contraire. Ipse enim erat quam Dominus properavit coniugio, contra cuius placitum non poterat humane malicie stultitia quicquam loqui; nec valuit hominis separare astucia, quos Dei providencia coniunxit. Intuere [a]nunc felicem iuvenem sponsumque pudi-
Ps. 1, 1. cum, qui in contrahendo matrimonio *in consilio impiorum post aurum non abiit nec in thesauris peccunie[n] speravit*, sciens,
Eccli. 31, 8. 26, 3. quoniam *pars bona mulier bona*, que *pro bonis factis* proprie *datur* a Domino viro bono. Perpende perpensius casti adolescentis animum, qui sponse sue, non ad petulanciam alliciens, sed pocius ad graciam afficiens, donum transmisit preciosissimum, ymaginem crucifixi. Anno ergo [ab[o] incarnatione Domini] M°CC°XXI°. Ludewicus lantgravius Thu-
Theod. II, 1. V. L. III, 2. ringie[p] inclitus dominam Elizabeth, virginem castam, (Andree[p]) regis Ungarie filiam nobilem et eximiam, duxit uxorem, coniunctusque est ei Dei nutu, vir fidelis cum muliere fideli, sanctus cum sancta, innocens cum innocente, et hii invicem se[q] in caritate Domini supra quam credi valeat dilexerunt. [Erat[r] inter eos — — vel eciam dissimulante], multociens cum beata Elizabeth surgeret, annuente, eius teneritudini[s] compaciens pecili ab ea, ne[t] se affligeret indiscrete. Ad quod cavendum manum eius castissimus iuvenis sua tenuit manu, quousque orabat, exhortans ipsam et deprecans, ut ad quiescendum componeret vigiliis lassa membra. Magna revera huius iuvencule devocio, que[u] carnalis
*f. 356b. mariti surgens per noctem a lectulo quesivit Christum, quem dilexit verum anime sue virum. Nec minor certe fides [a]in viro, qui talia acitanti uxori non obstitit, ymmo favit, fervorem eius nimium sua prudencia[v] temperavit. Huius ergo pudici amoris mutueque societatis dulcedine affecti diesse ab invicem non paciebantur diucius vel longius. Sequebatur ergo frequenter virum domina per vias asperas et non parvas locorum distancias aursumque intemperies graves, sinceritatis pocius quam carnalitatis affectu ducta. Non enim orandi, vigilandi aut alios benefaciendi prestabat obstaculum devotissime coniugi[w] casta pudici mariti presencia. Congaudebat enim vir pius sanctis eius moribus in Domino et fidelis extitit hortator. Vere felices coniuges, in quorum consorcio tanta mundicia, in colloquio pudicicia reperta est; in quibus amor[x] Christi concupiscenciam, devocio refrenavit petulanciam, ferror spiritus excussit somnolenciam, oratio tutavit
Theod. II, 2. conscienciam, caritas benefaciendi facultatem tribuit et licenciam. Cumque beatus princeps rogaretur a beata Elizabeth, ut sibi et suis pedissequis licenciam daret, ne vescerentur[y] de quibuslibet bonis nisi iuste quesitis benigne respondit: 'Libentissime vobis in hoc consencio, quia et ego hoc libens facerem, nisi aliorum detracciones et scandala formidarem. Adiuvante autem Domino statum meum[z] cito aliter ordinabo'.

1221. Febr. 1. Berth. V. L. III, 3. Unde anno Domini M°CC°XXI°. [Kal.[a] Febr.][1] obiit Theodericus marchio Mysnensis, maritus domine Iutte, sororis domini Ludewici lantgravii, qui adhuc vivens constituerat eum tutorem filii[b] et procuratorem propter magnam fidei constanciam, quam in eo sciebat. Huius mortis legacio ipsi lantgravio, cum de colloquio, quod Herbipolim cum avunculo
*f. 356c. suo Lodewico nobili duce Bavarie [habuerat[c], rediret], nunciata est[2]. Cum de castro Hennenberg, ubi a comite Poppone gloriosissime susceptus fuerat, facto mane[d] descendisset, in[e] ipso pede montis occurrit ei nunccius, qui dicebat marchionem Mysnensium esse mortuum. Quo audito valde contristahatur et ad consolandum[f] sororem suam festinanter iter arripuit. Qui cum ad partes Missenenses pervenisset[3], territoria marchionis, marchiam[g] Misnensem et Lusitz, ex integro optinens pace[h] firmissima conservavit. De quo facto soror sua et filius eius H[einricus][4], verus heres, inestimabiliter sunt gavisi, mandantes omnibus

a) *nulla distincto h. l.* 1. *LH.* b) *alii* 1: non nulle *LH.* c) *sic LH;* est 1. d) *sic ex LH corrigendum;* decrevisti 1. e) eam eciam in ux. *LH.* f) *om. LH cum Theod.* g) matrimoniumq (que *post del.*) 1. h) *sic LH;* quam 1. i) *sic LH;* burga 1, *om.* sua. k) inclusam 1. l) *sic LH;* cruc. pref. Dum (quod *om.*) 1. m) con-
ceptam 1. n) nō *add.* 1. n*) *uncis incl. praebet T; om.* 1. o) *sic E.* 2 *(ex E?);* Thuringorum 1. p) *om. E.* 2 *(ex E).* q) *om.* 1. r) *hoc Theod. II,* 1. *capitis initium a librario omissum esse in* 1 *patet e Vita Lud. III,* 2.
s) teneritudine 1. t) nec 1. u) q̄ (quam) 1. v) prudenciam 1. w) coniugii 1. x) honor 1. y) vescerent 1.
z) medi^{m} 1. a) *uncis incl. praebent E.* 2 *(ex E?). Vita Lud.* (an dem erstin tage den hornungis); *om.* 1. b) sui *add. E.* c) hab. red. *om.* 1. d) cū *iterum add.* 1, *ubi* Ffacto. e) *emendavi;* de 1. f) *sic E; om.* 1; daz he si
getroste *Vita Lud.* g) *sic E, ubi add.* videlicet; marchionem 1. h) pacem firmissimam conservare decrevit *E;* unde bestetigite einen festin ganzin frede *Vita Lud.*

1) Potius obiit die Febr. 17. (Chron. Montis Sereni p. 198, aut 18. (Necrol. Veterocell. et S. Mariae in Kemniz). 2) Quae in Vita Lud. III, 3, p. 29. leguntur: *was lantgrave Lodewig zu Wurzeburg . . . uff einem tage, do was wol ein rede, wi marcgrave Dither gestorbin were, adir di hern gloubetins nicht,* ex hoc loco male intellecto orta videntur, cum ex eius textu apparet minime haec in Cron. nostra inseri posse. 3) Vide certam Ludowici, quam dedit a. 1221. Mart. 18. (sine loco) cum Iutta sorore et filio eius Heinrico, Horn, Henricus illustratus (Francofurti et Lipsiae 1726. 4°) p. 293 sq. 4) Qui tunc

consilio et consensu fratris sui Ludewici lantgravii. Et quia ipsa domina[a] cum comite Poppone contraxerat, cives eiusdem civitatis timuerunt ex ipsa municione malum sibi evenire, rogabant lantgravium, ut aliquam securitatem et cautelam eis daret, ne ipsi a predicta municione lederentur, promittentes se infra septa murorum municionem aggressuros, et lantgravius, qui multos milites in armis strenuos et gnaros belli habebat, extra muros, ubi periculosior ac difficilior erat aditus[b], [impetum[c]] preparabat. Videntes itaque hii qui in municione fuerant ex omni parte sibi periculum imminere nec se aliquo modo posse evadere, optulerunt turrim lantgravio, qui humiliavit eam prosternens ad terram, sicud burgensibus promiserat. Ex quo facto soror eius marchionissa cum filio suo dolentes nimium de confracta municione, nobilibus et ministerialibus terre missis nunciis conquerendo intimavit, omnibus castris, civitatibus et opidis innotescens, fratrem suum lantgravium incusavit, quod ei in dolo dampnum et periculum intulisset. Quod cum lantgravius audisset, direxit et ipse nuncios per universam[d] provinciam et ad nobiles terre, qui[e] eum haberent apud ipsos excusatum, asserens [non[f] in malo, sed] pro bono pacis et civium se[g] hoc fecisse. Sed marchionissa minime hoc attendens conduxit et locavit hinc inde in municionibus fautores suos. Quod lantgravio minime latuit, et inde graviter offensus collectis iterum exercitibus validis et fortibus invasit municiones eorum et civitates illorum succendit igni. Sed et universe civitates illius sibi fideliter adheserunt. In omnibus ergo[h] bene prosperatus ad terram suam revertitur, veniens in carnisprivio ad castrum suum Nuwenburg[4], et sic in pace usque ad mediam quadragesimam mansit[i]. Collecto iterum exercitu valido reversus[k] [est] ad partes Orientales in palmis, occupans et expugnans nobile castrum quod dicitur Tarant in vigilia pasche. Expugnato igitur castro processit inde in Dresden, moram ibidem faciens per tempus paschale. Peracto vero pascha processit ad castrum Nuwenhof[2], quod similiter cum machinis et instrumentis bellicis invasit et duriter impegit; unde habitatores territi optulerunt se domino lantgravio; in quo fautores suos collocavit.

1223. Berth. = V. L. III, 6.

v. 357a. Mart. 8. Apr. 2. Apr. 16. Apr. 22. Apr. 23. 24.

Inde procedens pluribus collectis militibus versus nobilissimum castrum Groytz[3], cuius suburbanum continuo cepit atque per ignem delevit, moram faciens per mensem in obsidione castri. Videntes autem habitatores castri ex omni parte periculum sibi imminere et[l] nullum emolumentum evadendi seu eciam optinendi castrum sperarent, tradiderunt se ipsos cum castro in[m] manus et potestatem lantgravii. Qui locatis ibi suis fautoribus Rochelizesberg[m-4] festinare cepit; quod cum obsedisset, municionem novam contra illud [erexit[c]], et sic in mense Iulio castrum expugnavit et, eiectis inde hostibus, militibus suis strenuis illud munivit. Omnibus ergo strenue [peractis[c]] . . . . . [6]

Et[a] pluribus collectis militibus castrum Groytzk cum exercitu glorioso est aggressus. Civitatem ante murum positam mox capiens ipsumque castrum circumdedit et tribus septimanis [obsedit[c]]; quod eciam ipsius habitatores, cum tante milicie resistere non valerent, se ipsos cum castro clemencie et gracie pii lantgravii optulerunt. Qui fautoribus ibidem positis [suis bene prosperatus inde[b]] recessit vicesima die mensis Iulii[c].

(Maio).

v. CCCLVIIIb. Iul. 20.

Iul.

a) ipse dns 1. b) additus 1. c) *supplevi; om.* 1. d) oiuersam *corr.* diuersam 1; totam *l. l. II.* e) quod *emendandum?* f) *uncis incl. praebent l. l. (II); om.* 1, in keinem frevil noch ungutlichen dingen *Vita Lud. III*, 6. g) *sic l. l.; om.* 1. h) igitur *l. l. II.* i) *sic supra:* Nuwerborg *h. l.* 1. k) *sic l. l. II., om.* 1; est *om. etiam l. l. II.* zoch widder *Vita Lud.* l) cum *emendandum videtur.* m) Rochelibesburg 1, *sed in marg.:* Item Rochelitz dedit so. n) *in col. II. posita post* ergo strennue (*l.* 41) *scripta sunt in* 1 (*ubi et*). o) *sic recte distinctum in* 1; *ad sequentia male tractus est hic dies in Vita Lud. III*, 7.

1) Ludowicus quidem a. 1224. Apr. 7. in castro Neuenburg cartam dedisse dicitur, L. A. Schultes, Direct. diplom. II, p. 588 sq., nr. 262. Qui et a. 1223. Apr. et a. 1224. Apr. in hoc castro moratus esse potest, si vere hoc anno illa carta data est. Nota etiam a. 1224. mediam quadragesimam iam die Mart. 24. fuisse. 2) Naunhof ad fl. Parthe inter Leipzig et Grimma situm hoc castrum fuisse recte H. Böhmer coniecere videtur. 3) Groitzsch prope Pegau. 4) Rochlitzer Berg ad fl. Zwickauer Mulde prope Rochlitz. 5) Scil. a Rochlitzberg procul dubio, quod castrum in hoc textu, omissis quibusdam, non commemoratum est. 6) Ut lector facilius iudicare possit de hoc loco, omnes locos ex hac parte exscriptos exhibeo, quos modo cum col. I, modo cum col. II. convenire videbis. Liber cron. Erford. (E., et ex eo 2): *Item Groex obsedit et expugnavit. Item Rochelisberg [Rochlisberch* cod. Mayhing. et 2*] obtinuit in mense Iulio [Iunio* cod. Mayhing. et 2*]. . . . Sicque habitatores cum castris*

Berth. =V. L. III, 7. 1224. Dux Meranie[1], dolens nimium inimicicias et discordias accrescere inter pium Ludewicum lantgravium et sororem suam marchionissam cum viro suo comite Poppone de Hennenberg, ad reformandas amicicias inter eos accedens ad lantgravium in Nuwenborg, et habito inter eos mutuo colloquio et consilio diurno, ipsos pristino more fecit concordes et amicicias veteres reformavit. Et sic inter eos pace reformata ad propria remeavit. Lantgravius autem castrum, quod ex adverso fieri preceperat, dissipavit. Hiis rite peractis Sangerhusen venit fuitque [ibi[a]] per festum penthecostes, et sic revertens in terram suam pacifice venit[2]. Sed et terram Orientalem postea tenens manu forti atque regens pacem in ipsa reformavit. Dansque corpori[b] nichil ocii, sepius terram ipsam pro iudicio pacis et quietudinis visitavit.

Iun. 2.

Cr. S. Petri. [Anno[c] Domini MCCXXIIII. Maguntinus Erfordie suspendit[c*] divina a purificacione usque in pasca et postea per septem dies in septimana reliquiarum]. . . . . [d]

Throd. II, 5. =V. L. III, 8 Tandem[e] illustris dominus Ludewicus lantgravius, pius, prudens et devotus princeps, cernens, quod uxor sua sancta Elizabeth omnem intencionem suam ad Deum dirigeret, votis eius in caritate occurrens et eandem ad pietatis opera invitans, ad omnia, que ad opus Dei et honorem respiciunt, concessit liberam voluntatem ac facultatem. Eodem namque tempore in castro Nuwenborg dominus Ludewicus lantgravius cum domina Sophia matre sua et coniuge sua sancta Elizabeth simul erant, cum amatrix humilitatis et misericordie cultrix leprosum quendam balneo lotum in lecto principis reclinavit. Quo[f] comperto socrus apprehensa filii manu duxit ipsum ad lectum, dicens: 'Reco-

V. Eliz. add. Reinh.

f. 388 gnosce modo, quod hiis Elizabeth solet inficere stratum tuum'. Tunc Deus *apperuit* devoti principis oculos interiores, viditque in thoro positum crucifixum. Qua contemplacione elevatus[h] pius princeps[i] rogavit sacram coniugem, ut talea hospites in stratu suo frequentius collocaret: Intellexit enim, quod in membris suis infirmis[k] foveitur et suscipitur

Berth. Marc. 20. Iesus Christus. Qua in re accidit, ut vir sacer quod delectaret aspiceret, et inmitis femina quod horreret. Mense[l] igitur tercio, XX[a] die mensis[3] beata Elizabeth altera vice peperit filiam nomine Sophiam in castro Wartperg[4].

Cr. Minor et Cr. S. Petri. [Anno[m] Domini MCCXXV.[n] Engelbertus Coloniensis archiepiscopus occisus est a comite Friderico de Yzenberg, qui et ipse in ultionem fusi sanguinis in Colonia per sententiam iudiciariam in anniversario eiusdem archiepiscopi

Cr. S. Petri. 1225. crurifragio misere sequenti anno interiit]. [Captus[o] est Albertus comes de Orlamunde[p]. Kal.[q] Sept.].

Iul. 15. [Post[5] hoc [mense[r] Iulii, in divisione[t] apostolorum] Ludewicus pius lantgravius collegit[6]

a) *supplevi; om.* 1. b) *emendavi;* tpe (tempore) 1. c) *uncis incl. praebent* 2. *(L II post locum ex Theod. II, 6 sumptum); om.* 1. c*) *sic L II;* div. susp. 2. d) *credo hoc loco secutum esse quod L II ex Cron. S. Petri* 1224. *praebet:* Hoc eciam anno ventus — — in agro. *Cf. infra p.* 603, *l.* 43. e) A. D. MCCXXIIII. *hunc loco praemittunt L I et Vita Lud. Cf. infra n.* 1. f) Quod 1. g) *sic L I. II;* apparuit 1. — dev. *om. L I. II cum Add. Itemh., ubi* oc. princ. h) emendatus *Add. Reinhersb.;* lacerimatus est *L I. II.* i) oculos *add.* 1 *ex imea praecedente.* k) infirm[9] (us) 1. l) A. D. MCCXXIIII. *hunc loco praemittit E, ubi haec sola ex hoc annali sumpta;* Eodem anno Eliz. uxor lantgravii pep. f. n. S. in c. Wartburc mense X. 2, *ubi add.* que postea tradita — minorem lantgravium *ex E vel Geneal. infra append. loco edita.* m) *uncis incl. praebet R; om.* 1. n. millesimo trecentesimo vigesimo quinto *R.* o) *haec praebent L I (praemissa* A. D. MCCXXV*). II, et* 2 Captus Orlamunde *ad a.* 1224, *n. D. non praemisso.* p) *Schedel add. in* 2: Hic fuit gener Hermanni lantgravii defuncti; a Ludewico landgravio *add. L I. II.* q) Kal. Sept. *ante* Captus *habent L I. II; cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 284. r) A. D. MCCXXV. *hoc loco praemittunt L I (I. II ante locum praecedentem ex Cron. Thuring. sumptum). Vita Lud.,* Eodem a. MCCXXV. 2. s) *uncis incl. praebent L I. (II); om.* 1; an sente Egidien tage den man nennet sende Ilge *Vita Lud. III, 9. ex* Kal. Sept. *l.* 27; Post hoc *delendum videtur.* t) in die divisionis *L II.*

predictis clemencie et gracie pia lantgravii se obtulerunt. — Cron. Thuring. ampl. (et ex ea Hist. Eccard. col. 415): *postea cepit Nurenhuff, Groytz, Rochlitz, usque duravit ibi [et duravit ibi usque* Ecc.*] ad mensem Iulium.* — Vita Ludowici III, 6: *Do diz allis geschach* (= col. I, l. 41?), *do besumente he sich mit vel rittern unde knechten unde belag daz veste erber sloz genant Groitz unde brante di vorborg, abir he lag vier wochen vor deme rechtin sloze. Do di uff deme sloze sagin, daz sis nicht behalden mochten, da gaben si sich uff gnade* (= col. II) *unde antwertin daz sloz lantgravin Lodewige, der besazte iz mit sinen getruwen unde leit sich vonstunt uff den Rochelisberg unde buwete dar uffe ein nuwe sloz kein dem alden. Do her daz gewan, do besazte he iz mit sinen getruwen mannen. Do nu alle ding nach sinem willen ergangin waren* (= col. I), *do zoch her widder kein Doringen met glucke unde mit heile* (= col. II). Moneo haec etiam aliter disponi posse, ut scilicet *bene prosperatus — Iulii* (col. II, l. 34 sq.) post *strennue peractis* (col. I, l. 41) ponatur, vel ut extrema verba col. I. *Omnibus — peractis* columnae II. verbis *et pluribus* praeponantur. Sane bis eadem iam in Vita Lud. Latina relata esse coniciendum est, quod Fr. Kodiz animadvertens unam narrationem inde confecisse videtur. Et facile crediderim Bertholdi codicem autographum ab auctore Vitae Ludowici lectum esse, in quo eadem bis relata fuerint, Bertholdo videlicet priorem relationem altera post addita corrigente vel supplente. Cf. supra p. 507. 4) Otto I. utrique parti propinquus. Non a. 1223, sed a. 1224. hoc factum esse patet e l. 7. 50 E. Bernecker p. 33. 36 sqq. deceptus est die praecedente in priore editione falso ad hunc locum tracto (p. 599, n. *o*). 2) Die Iun. 15. a. 1224. Ludowicus cartam dedit *in placito provinciali in Scolin* (Schkölen, Kr. Weissenfels), Knochenbauer, 'Gesch. Thüringens' p. 310, n. 3. 3) Vita Lud. III, 8. habet hoc loco *in der vastin* conveniens cum loco infra p. 602, ubi eadem repetita sunt. 4) Quae in Vita Lud. III, 8. sequuntur de Sophia data uxore duci Brabantiae, non ex hoc loco sumpta videntur (sed ex Theod. I, 5), cum neque in Libro cron. Erford. (E) ea hoc loco legantur, licet Schedel in 2 hoc et plura addiderit (*n. l*). 5) Revera a. 1225. Lebus castrum a lantgravio captum esse, ut Winkelmann, 'Fried-

exercitum magnum et validum et viros bellicosos, gnaros belli, ex partibus Saxonie, Orientalium[a] et Thuringie, ordinans et subtiliter in silencio procurans expedicionem usque trans Albeam[b]: et prima nocte ultra fluvium Albeam iuxta villam[c] Studowe[f] occupavit campum, exponens ibi suam voluntatem, quam hucusque celaverat. Dixit sibi[d] in proposito esse intrare Poloniam ad occupandum nobile castrum Lubus[e.2]. Quo comperto omnis exercitus miratus est, et quedam pars exercitus terrore mota libenter remansisset, si pre[f] humana verecundia locus patuisset. Famam vero, sed infamiam plus veriti, ne notam turpitudinis incurrerent, timorem simulacione tegentes, omnes unanimi consilio et uno ore promiserunt se submittere gracie[g] divine[3]. Eligentes autem CCC milites pene optimos precurrere eos fecerunt[h] usque Lubus tribus diebus ante exercitum. Qui intrantes civitatem sub urbe positam velociter et sub silencio incenderunt eam igni. Quo facto forinsecus receperunt se in campo contra occidentem ante castrum, obsidentes illud, et sic dominum lantgravium expectabant; qui veniens cum exercitu valido in[i] Kal. Augusti occupavit undique per circuitum campum, ita ut terram sicud locuste pre multitudine operirent, et cecidit timor magnus super omnes habitatores castri, videntes sibi periculum inminere, habitoque consilio velocem nunccium ad ducem Polonie Zlozlaum[k.4] nomine, dominum suum, direxerunt[l]. Mirabatur autem dux ipse supra modum, quod lantgravius ad tam longinquas partes cum exercitu advenisset; initoque consilio misit nunccios lantgravio, qui ab ipso investigarent[m] causam belli et eciam exercitus multitudinem, et cur terram suam[n] manu bellica intrasset, cum nullas inimicicias inter ipsos discordia generasset. Et hec quidem[o] placabilia referebant per verba, adiungentes: 'Si qua causa amoris vel inimiciciarum vos ad terram nostre potestatis adduxit, excellencia vestra nobis intimare non desistat et a castrensibus nostris nobilibus in Lubus fortitudo[p] animi vestri quiescat. Ut autem cordis vestri propositum valeamus indagare, presenciam vestram nobis dignemini exhibere. Quoniam, si quid fuerit scrupulositatis inimiciciarum inter vos et nos seu nobiles terre nostre conceptum, ad placitum vestre magnificencie amicabiliter componere salva pace et tranquillitate vestre dominacionis terreque nostre studebimus et omnem discordie fomitem radicitus exstirpare'. Super qua legacione lantgravius habito consilio nunccius respondit talis voluntatis [se[q]] esse, ut de castro nollet[r] recedere, quousque illud suo dominio subiugaret, nisi manu fortiori vel ferocitate gladiorum violenter ab ipso pelleretur; et hoc per eosdem nunccios duci Polonie remandavit. Dux autem sperans se aliquam graciam in oculis lantgravii inventurum, pluribus missis nunccius ipsum placare modis omnibus nitebatur. Sed nil valuerunt preces, ut alique amiciciarum reliquie in lantgravio possent inveniri[s]. Misso demum summo capellano suo, archiepiscopo Gneznense[5]; qui primus erat de consilio potestatis sue, cepit sicud prius ipsum lantgravium verbis blandientibus[t] delinire. Qui archiepiscopus ad castrum Lubus cum ducatu lantgravii veniens castrenses obsessos confortans animavit, et in presencia lantgravii constitutus ait: 'Excellencia principum, nobilissima gemma Thuringorum, te apex magnificencie Polonorum cum omni virtutum agmine et invictissima ducis triumphalis reverencia pro meritis salutat. Paucitati inimicorum non est tutum multitudinem in terra peregrina super se irruentem prestolari. Indeque[u] nobilitati vestre consulimus, quatinus a lesione castri nostri et castrensium nostrorum furorem vestre indignacionis refrenetis. Quod si facere contempseritis, ingratitudinem indignacionis [nostre[v]] terribiliter sencietis, quia feria secunda proxima operiet vos nostre maiestatis potencia. Nec aliqua misericordia super vos movebitur, sed gladius noster devorabit vos, et non erit ex vobis a maiore usque ad minimum, qui non occidatur, et relinquemus cadavera vestra

1225. Brth. cap. I. III, 9.

*) I. 338c. Aug. C. Iudith 2, 11. 18.

Gen. 18, 3.

*) I. 358b.

Is. 1, 20. Ion. 3, 5. Ier. 8, 10.

a) orientalis 2. *L. I.* b) Albiam 2. *L. II*; Albam *I I.* c) que vocatur *ad. L. I. II.* d) in prop. suo *L. I. II.* e) lubus[k] *plerumque* 1; Lubuz 2; Lubin *et* Luban *semper L. I. II.* f) pro *L. I. II.* g) div. gr. *L. I. II.* h) fecit eos *L. I. II.* i) *sic* 1 *et Vita Lud. III.* 9 (an sente Peterstage, den man nennet . . . ad vincula = *Aug.* 1); 3° *L. I. II.* k) Solizbislau *R*; Solzlaus *Vita Lud.* l) *emend. Weg.*; dixerunt 1. m) investigaret 1. n) mo(?) *add., sed del.* 1. o) quidam 1. p) *conecit Weg.*; forte 1. q) *om.* 1. r) *sic L. I. II*; nolle 1. s) evenire 1; an im vinde *Vita Lud.* t) blandimenti 1; *fort.* verborum blandimentis *legendum.* u) *emendavi*; Inde q⁹ (quod) 1. v) *supplevi*; *om.* 1.

rich II.' I, p. 381, n. 5. statuit, quamvis infra post haec narrata (p. 602, l. 25 sqq.) iam a. 1224. facta sint, quamvis etiam Ann. cap. Posnan., SS. XXIX, p. 439, habeant ad a. 1224. *langravius Lubus obtinet*, patet ex eo, quod Ludowicus a. 1224. Iul. 20. 23. in urbe Nurenberg moratus sit (Reg. Imp. V, nr. 3926. 3930).

1) Stauda (AG. Grossenhain). 2) Lebus (Rgb. Frankfurt a. O.). 3) Nota quod Hist. landgr. Eccard. c. 416. hoc loco nescio unde addit: *ibique assumpsit Misnenses secum, quod exercitus suus excedebat MMM et CCCC bene armatos.* 4) Wladislaum Laskonogi. 5) Vincentio.

1225. Ps. 106, 9. Berth. —V. L. III, 9. Luc. 6, 13. avibus celi. Mulieres vestre absque viris erunt et filii vestri orphani'. Hec et hiis similia coram lantgravio archiepiscopus pro duce allegabat. Lantgravius autem cum gaudio reci-piens verbum[a] pollicitus est ipsum ducem Polonie se prestolaturum, et accepto tali responso

Aug. 6. archiepiscopus ad dominum suum ducem remeavit. Lantgravius itaque sequenti feria quarta aggressus est castrum Lubus armata manu et instrumentis bellicis ad portam ipsius castri, que respiciebat ad orientem. Quod videntes castrenses ceperunt gemere intra se,

Luc. 1, 12. 14, 32. *f. CCCLIX*. et timor magnus irruit super eos. Inito autem *consilio ea que pacis sunt* tractaverunt, et descenderunt de castro quinque ex eis, qui excellentiores erant, cum principe milicie, compromittentes pacem cum lantgravio sub hac forma, quod, si dominus eorum dux Polonie

Aug. 11. ad liberandum eos feria[b] secunda proxima venire negligeret, castrum eadem[c] die, hora nona, omni occasione postposita, in[d] manibus lantgravii presentarent. Quod pactum pius lantgravius gratanter suscipiens, ipsos, qui de castro descenderant, suis tradidit custodiendos; et sic a lesione castri cessaverunt iussu lantgravii oppugnantes. Venit ergo dies utrique parti assignatus, sed dux Polonie ad suorum liberacionem minime comparuit. Lantgravius autem, cum secundum pactum hora diei legittima ducem honorifice expectasset, a principe milicie et suis sociis, qui se captivos dederant in manibus lantgravii, iusiurandum requisivit. Princeps itaque milicie dolore nimio turbatus de negligencia[e] domini sui adventus, necessitate tamen urgente, castrum Lubus fecit lantgravio quantocius presentari. Qui leto animo hoc suscipiens, fautores suos et homines in ipso locavit. Illos autem, qui se cum principe milicie captivos dederant, et ipsum principem a vinculo compedis absolvit et liberos abire permisit. Sed et de suis, qui cum eo venerant, unusquisque dabat annonam pro consolacione et amore acquisiti castri et principe fortunato. Presentato igitur castro spoliisque divisis, milites consensu unanimi tornamentum quod iusta[f] appellatur condixerunt, quod celebra-

Aug. 16. *f. 339c.* tum est VIII. mense, XVI.[g] die ipsius mensis. Et sic lantgravius in omnibus bene prosperatus ad propria remeavit[h], dimittens exercitum aliosque milites assumens ad celebracionem

1224. (Sept. ex.). curie[i] magne in Bartenwig[k. l] regis Heinrici, filii imperatoris Friderici. In[i] mense Decem-

(Oct.) 6. bri[m. 2], VI[a] die ipsius cepit Ludewicus lantgravius detineri a febribus et multum ab ipsis vexabatur. Nichil tamen indulgens egritudini, proficisci cepit cum exercitu regis Heinrici usque Blechede[n. 3] et ibi cepit convalescere.

(Mart. 20). Eodem tempore in quadragesima uxor lantgravii sancta Elizabeth peperit filiam, quam nominavit Sophiam[4]; ad cuius partus[o] dolorem mitigandum Wartperg castrum commoda procuravit.

Berth. —V. L. III, 9. 1225. Mart. 30. Ipso eciam tempore presentatum est Ludewico lantgravio castrum Richinbach[p. 5], et in proximo pascha in Witczenhusin nundinas fieri constituit et forum vulgare ad emendum que hominibus sunt necessaria et vendenda.

Cr. Minor. Eodem tempore beatus Franciscus contuens in aere Seraphin cruce positum, extunc in palmis et latere et pedibus effigiem plagarum Christi tulit usque ad felicem exitum suum, multis tunc utriusque sexus videntibus in eo illa Christi stigmata.

1225. Berth. —V. L. III, 9. Anno Domini M°CC°XXVI°.[q. 6] Ludewicus inclitus lantgravius misit nunccios[r] ad curiam Romanam pro dispensacione consanguinitatis inter ipsum et[s] ducem Austrie[7]. Fuerunt autem nuncii: Rudolphus pincerna et Hermannus dapifer[8]. Quam dispensacionem cum lantgravius a papa obtinuisset[t], Heinricus rex Romanorum, filius Frederici imperatoris,

a) hoc *add. L. I. II.* b) sec. f. *L. I. II.* c) altera *L. I. II.* d) ad manus *L. I. II.* e) negligencia 1. f) *valde dubius emendavi*; torn. ultra qui app. 1; iusta *est ijuste vel just.* g) *sic B. Vita Lud.*; XVIII. 1. h) et *add. B.* i) m. c. *B.* k) Bartinwice *B*; Bartinwig *Vita Lud.* l) *sic distinguit Vita Lud.*; Friderici in mense . . . ipsius. Cepit 1. m) *sic etiam Vita Lud.* (den wintirmandin). n) *sic Vita Lud.*; Belchede 1. o) (partem *del.*) ptum 1. p) *sic L. I. II. Vita Lud.*; Rychenbach 1. q) *sic* 1. 2; In dem selbin jare (1225) *Vita Lud.* r) nunccium 2. s) *sic* 2; *om.* 1. t) obt. a papa 2.

1) Quae curia a. 1224. Sept. exeunte celebrata est. Auctor Vitae Lud. aut Bertholdus erravit eam post expeditionem Polonicam collocans. 2) Error, ut n. 3. apparet, fortasse non Bertholdi, sed auctoris Vitae Ludowici. Bertholdus videtur scripsisse *decimo mense*, ut supra l. 24. *VIII. mense.* 3) Blekede ad Albim fl. (Kr. Lüneburg). Ludowicus lantgravius testis affertur in diplomate Heinrici regis ibi dato Oct. 9; Reg. Imp. V, nr. 3941. 4) Hoc iam supra p. 600. relatum, deest hoc loco in Vita Ludowici III, 9 (cf. p. 600, n. 3); neque ab alio quoquam hoc loco exhibetur. 5) Reichenbach prope Waldkappel (Kr. Witzenhausen). Quod castrum fuit comitis de Ziegenhain. Cf. Chr. de Rommel, 'Gesch. v. Hessen' I, p. 316 sq. et add. not. p. 251, nr. 163—165. 6) Immo a. 1225, ut Vita Ludowici III, 9. habet, cum iam hoc anno Nov. 29. (cf. Reg. Imp. V, nr. 3993a, II, p. 723) nuptiae infra dictae celebratae sint. Infra f. 362[a], p. 607, patet hos nuncios cum duce Austriae in Italiam profectos esse, ubi de tempore huius facti videas. 7) Leopoldum VI. 8) De Slotheim. Vide infra f. 364[d], p. 611.

contraxit cum filia[1] ducis Austrie, et eodem tempore filius[2] ducis Austrie coniunctus est matrimonio sorori lantgravii, cui nomen Agnes. 1225. (Nov. 29).

Eodem anno occisus est Engilbertus archiepiscopus Coloniensis ab iniquo filio sororis sue[3] de Althena[a-4]. (Nov. 7). Illo tempore celebrate sunt nuptie Heinrici regis Romanorum cum (Nov. 29). filia ducis Austrie, et soror lantgravii 'cum filio ducis Austrie in ipsa solempnitate suas *f. 359c. eciam nuptias compleverunt gloriosissime in Norenberg[b] civitate imperiali. Tercia autem die nuptiarum Heinricus rex iudicio presedit in castro, quod situm est supra civitatem. (Dec. 1). Accedentes igitur nobiles, meliores ecclesie Coloniensis[c] ministeriales, exhibuerunt vestimenta domini sui archiepiscopi vulnerata et miserabiliter cruentata coram rege et omnibus principibus, lacrimabili vociferacione et impetu gemebundo postulantes iustum iudicium sibi fieri de interfeccione domini sui[d]. Rex autem audiens querelas[e] eorum misericordia motus est et querens[f] sentenciam a nobili[g] Gerlaco de Butingen[h] sciscitatus est, si inpresenciarum iudicio Romani imperii proscribendus foret necne[i], presertim cum evidentissima signa ac manifestissima indicia homicidii essent iudicio presentata. Respondit itaque Gerlacus regi dictavitque[k] sentenciam in hunc modum, quod iure proscriptioni teneretur, quippe cum evidentissime declaratum esset homicidium. Audiens hoc[l] nobilis[m] Fredericus de Trunden reclamavit, dicens pocius esse reum peremptorie citandum iuxta ius suum quam in presenti proscribi[o]. Super qua reclamacione Gerlacus indignatus[o] cum Frederico cepit[p] graviter contendere et Fredericus e converso gravius indignari, et factus est tantus strepitus, quod XL et VIII viri suffocati[q] succubuerunt[r] ibidem, [inter[s] quos quidam prelati, monachi, clerici erant cum multis aliis, qui oppressi occubuerunt[t]].

Eodem anno sanctus Franciscus migravit ad Christum anno etatis sue XLV. Cr. Minor. V. Elis. add. Reinh. =V. L. II, 6. *f. 359d.

Tempore[5] oportuno et placito princeps Ludewicus, Thuringie lantgravius, causa minuendi sangwinem 'venam fecit flebothomo aperire, nobiles ac milites quam plures, ut sibi adessent hiis diebus societatis ac iocunditatis gracia, accersivit. Una igitur dierum, dum missarum astaret solempniis regis filia, assistens aliquantisper a divinis abstracta, amabilis ac dilecti mariti intuitu suspensa, quadam humane affeccionis dulcedine ducebatur. Christus vero aversionem electe sue non sustinens ipsam ad se misericorditer reconvertit. Nam cum sacerdos corpus dominicum elevaret, aspiciens rea Elizabeth vidit Christum crucifixum per manus sacerdotis guttas sangwinis distillantem. Qua visione perterrita, reatum suum agnoscens, ad pedes Iesu cum Maria Magdalena fundens lacrimas se prostravit. Ponensque in pulvere os suum et montem in Deum usque ad horam prandii permansit. Instante vero hora prandii nullus eam sic affectam alloqui vel avocare presumpsit. Tunc ipse dulcissimus accedens princeps causam tante retardacionis inquirit. Que dum ad eum faciem elevaret, vidit oculos eius sangwineo colore[u] turbidos pre amaritudine lacrimarum. Qui nimio dolore percussus causam tam acerbi doloris instanter inquirendo cognoscens, coram Domino in terram prosternitur, totus in lacrimas resolutus. Deinde surgens a fletu vir prudens, cum tristem coniugem didicisset ad convivium non posse procedere, repressis lacrimis tersaque facie, inter convivas[v] letus apparuit ac serenus. At mulier timens Deum in suis fletibus perdurat. Sancta enim sanctificabatur adhuc, sicque 'amarificata medicinalis potu penitencie celesti *f. CCCLX[a]. aponso purgatior ac gratior reddebatur[w]. Quam sicud vana pulchritudo exterius aspecta paulisper delectando abstraxerat, sic eam assumpta[x] pro nobis crucifixi deformitas amarificando interius retrahebat. Vere mulieris huius bone beatus vir, ex qua temporalis eius decorata resplenduit celsitudo, beatior, per quam spiritalis gracie ei funditur plenitudo, beatissimus, quia in eo cum ea refulget eterne glorie pulchritudo.

Proficiscente igitur in Apuliam ad imperatorem Fredericum pio Ludewico Thuringorum[y] lantgravio ad curiam Theod. III, 8. Cremonensem, per totam Alemaniam suborta est caristia gravis et fere duobus annis durans multos fame peremit[z-c], quia ventus excusserat annonam precedenti anno. Cr. S. Petri. 1226.

Cepit ergo pius lantgravius Ludewicus de castro suo Icherstede[a-7] [proficisci[b]] versus Bertic. =V. L. IV, 1. Cremonam et in quarto mense, vicesima secunda[c] die ipsius mensis venit in civitatem Ra- Apr. 22.

a) Alzona *R infra, vide n.* d. b) Nürinberg 2; Nuremberg *R, ubi in praecedentibus nomina inserta aliaque mutata.* c) *sic* 2. *R;* colonienses 1. d) ab iniquo — Alzona *h. l. addit R ex l.* 3. 4. e) eor. quer. *R.* f) est exquaerens *R.* g) viro *add. R.* h) Buckingen *R.* i) vel non *R.* k) *sic R;* dictavit 1. l) *sic R;* autem 1. m) vir *add. R.* n) *sic* 1. *R.* o) *sic* 2. *R;* ꝛ (et) *add.* 1. p) *sic* 2. *R;* gr. c. 1. q) *sic* 1. 2: et oppressi *add. R.* r) *sic* 2. *R;* ib. succ. 1. s) *uncis incl. praebet R; pro quibus* 1: ut antea eciam patuit, *scil. in Conradi Halberst. Cronogr. f.* 209c. *ex Chron. univ. Saxon. c.* 369, *unde librarius haec omisit; uncis incl. om. eliam* 2. t) etc. *add. R.* u) doloro 1. v) conuiuas 1. w) redebatur 1. x) assumptas 1. y) *sic T cum Theod.;* l. Th. 1. z) *sic T cum Theod.;* multique f. perierunt 1. a) Ischerstete *rectius Vita Lud. IV,* 1. b) *suppl. Weg., ut infra p.* 604, *l.* 5. 15. *et supra p.* 602, *l.* 28; *om.* 1; *sed cf. p.* 597, *l.* 28. c) *om. Vita Lud.*

1) Margareta. 2) Heinricus; cf. supra p. 564. 3) Friderico II. comite, qui non fuit filius sororis Engelberti, sed avus eius Engelbertus I. comes de Monte et pater archiepiscopi Eberhardus I. comes de Altena fratres fuerunt. Cf. Ficker, 'Engelbert der Heilige' p. 252 sqq. et tab. geneal. 4) Cum haec iam supra p. 600. ex Cron. Minore et Cron. S. Petri exscripta sint, hoc loco ex altero fonte sumpta esse apparet, neque tamen haec nec sequentia ex Bertholdi libro, cum haec in Vita Ludowici non legantur, et iterum de nuptiis referatur, quae supra modo commemoratae sunt et infra f. 362b. p. 607. ex Bertholdi libro iterum narrantur, ut monui 'N. Archiv' XX. p. 625, n. 2. 5) Sequens narratio in Vita Ludowici II, 6. alio loco habetur. 6) Cf. locum Bertholdi infra p. 605, l. 36 sq. 7) Issersted a Iena occidentem et septentrionem versus sito.

1226. Berth. V L. IV. 1. vennam, ubi se gloriosissimo imperatori presentavit. Quem mediante fratre Hermanno[1] de domo Theutonica benignissime suscepit, invitans eum ad ludum avium et canum[a], ut moris est nobilium ad complacenciam sibi faciendam. Talibus ergo et multis aliis exerciciis ad deducendum tempus mutuo habitis, commanserunt simul usque ad quintum men-
Maii (7/8). sem. Decima autem die ipsius mensis[2] imperator cepit proficisci cum virtute exercitus versus Forlin. Ibique procuravit agmina contra civitatem Vegenze[b. 3]; inminente tamen
*f. 360b. periculo ipsam civitatem pertransiit. Quidam autem de exercitu suo et maxime de comitatu Alemannorum temerario ausu eandem civitatem pertransibant, cuius porte propter
contemptum imperatoris non sunt clause. Insurgentes itaque cives civitatis illius persecuti
Maii 9. sunt eos, cedentes dorsa eorum, et spolia multa ipsis abstulerunt[4]. Sic Romanorum impe-
rator cum dedecore fugit, usque dum veniret Ymulam[c] opidum suum, ubi mansit duobus
Maii 11. Maii 12. diebus. Postea autem profectus est Medicini, ibi pernoctavit. Cepit eciam idem imperator placitare[d] ibi cum burgensibus de Bolonia, qui sibi adversabantur, et date sunt inducie
Maii 13. partis utriusque usque mane. Sed mane illucescente ante tempus placiti surrexit imperator cum omni exercitu, cepit proficisci versus Cremonam, volens pretermittere civitatem
Boloniam simul et placitum. Cumque arripuissent iter, aura cepit turbari, et facta est
tanta inundancia pluvie, quod rivi circumquaque supra modum excrescentes terminos suos
preterire viderentur. Contigit autem imperatorem quendam torrentem transire vado, quia
ponte carebat; quem cum difficultate maxima paucis sibi comitantibus in dextrariis pertransibat[e]. Lantgravius vero cum tribus tantum militibus eundem alveum transiit. Impe-
rator autem cum iam fossatum pertransisset[f], ceperunt aque nimium intumescere, ut nec
imperator ad exercitum nec exercitus ad imperatorem veniendi habebat[g] facultatem, unde
omnem exercitum dissimulato periculo versus Boloniam declinare contigit. Introiens[h]
ergo audacter ipsam civitatem se in ipsa receperunt. Quod burgenses minime attendentes,
saltim portas ipsis intrantibus claudere contempserunt et hostibus suis non quasi inimicis,
*f. 360c. sed tamquam amicis et notis necessitatem victus oblata peccunia tradiderunt, hospitantes
Maii 14. eos, quoniam ipsos ibi pernoctare contingebat. Mane autem facto cum iam abire inciperent, et plurima pars de civitate exisset, insurgentes burgenses ceperunt partem exercitus
detinere, cedentes eos et contumeliis afficientes; quod cum audisset pars anterior exercitus, omnes in fugam sunt conversi usque trans Renum quendam fluvium, qui fluit inter
Bononiam et Muthinam. Maiores autem exercitus Almannorum fuerunt: archiepiscopus
Magdeburgensis[5], Conradus[6] comes de Swartzburg, Meynardus comes de Molburg[7], illi de
Wyda[7] et alii quam plures, quorum nomina incognita michi fuerunt, ex universo exercitu
Alemannorum atque Longobardorum; qui omnes venientes ad civitatem Muthinam ex-
Maii 15. pectabant adventum imperatoris[8], qui sequenti die veniens ad eos illata sibi mala et in-
iurias tacite omnia dissimulavit. Multa enim mala et insidias exercitui suo intulerant
(Maii 17). Longobardi. Itaque imperator de Muthina exiens Regiam[k] ingressus est ibique mansit
Maii 18. nocte illa usque ad luciferum. Appropinquante autem lucifero de eadem civitate egressus est[l] cum omni exercitu suo. Quidam autem burgensium illius civitatis, qui fuerat
hospes ducis Saxonie[9], in ipsa nocte cepit altercari cum duce et familia sua, et dux
non potuit ei resistere. Congredientibus igitur partibus utriusque duo de familia ducis
graviter sunt vulnerati, et sic cessaverunt a lite. Burgenses vero propter hanc indignacionem gregem imperatoris, quem cum exercitu propter victum cottidianum pelli fecerat, a suis pascuis[m] repulerunt, pueros qui ipsum gregem minabant occidere cupientes.
*f. 360d. Quo audito[10] imperator recedere festinans nobilem civitatem Barmam[n] ingressus est[11], in

a) proprie beyßlen *add.* l, *quae a librario cod.* l *procul dubio addita sunt.* b) *sic Vita Lud.*; wegenße l. c) ymulam l. d) placitari, *ut videtur* l, *non satis clare scriptum.* e) pertransibant l. f) ptransissot l. g) *sic* l. h) *sic* l, exercitus *videlicet.* i) *sic Vita Lud.*; Molberg l. k) Reginum *Vita Lud.* l) *om.* l. m) paschuis l. n) Parme *Vita Lud.*

1) De Salza, magistro ordinis, Thuringo. 2) Potius die Maii 7. (vel 8). Cf. Ioh. Codagn. rhythmum, SS. XVIII, p. 440 sq., ad sequentia etiam; Reg. Imp. V, nr. 1605[a. b]. 3) Faenza. 4) Cf. Tolosani Chron. c. 181, ed. Borsieri p. 718; Ann. Plac. Gib., SS. XVIII, p. 469. 5) Albertus. 6) Immo Heinricus IV, qui testis affertur in diplomatibus imperatoris datis Arimini mense Martio et Parmae mense Iunio; Reg. Imp. V, nr. 1598. 1629. 1643. Sed falsum nomen habet etiam Vita Lud. IV, 1, p. 42. 7) Heinricus IV. et Heinricus V. fratres, qui testes occurrunt in laudato diplomate nr. 1629. 8) Qui die Mart. 13/4. castrametatus est apud S. Iohannem in Persiceto. 9) Alberti I. 10) Bertholdus nimiam vim his iurgiis privatis tribuit. 11) Ibi dedit imperator potente lantgravio monasterio Reinhardsbr. diploma, Reg. Imp. V, nr. 1611.

qua unum mensem moram fecit, et commode in ipsa cum suo exercitu vivens omnem apparatum cibariorum pro competenti peccunia a burgensibus comparavit. Nonadecima vero die ipsius mensis Iunii decrevit imperator premittere cocos Burgun-Domini[a]. Exeuntibus autem illis de hospicio, mercedem stabuli sive precium hospiti suo reddere contempserunt. Unde hospes eorum graviter offensus et nimio furore arreptus clamore valido cepit ad suos concives vociferari. Qui accurrentes ceperunt in ipsos cocos crudeliter insurgere. Duo autem ex illis intente[b] se defendere cupientes et vim[c] vi repellentes in aspectu ipsius imperatoris gladio corruerunt, et alios duos ex ipsis captivos duxerunt. Hec sicud priora dissimulans imperator hostia pallacii, in quo mansit, firmissime fecit obrui, ne usque ad ipsum tumultus perveniret. Vicesima secunda die mensis Iunii[1] cepit imperator cum omni exercitu [proficisci[d]] versus Burc San Donnin[e], ubi optinuit Ludewicus lantgravius ab imperatore licenciam repatriandi. Imperator ergo, quia[f] idem lantgravius bene ad placitum sue voluntatis obsequium sibi prestiterat, contulit sibi[g] iure pheodi[h] marchiam Mysnensem et Lusaciam[i][2] et terram Pruscie[k] quantum expugnare valeret et sue subicere potestati. Commisit etiam singulari privilegio dilectionis omnia negocia, que circa filium suum habere proposuerat, rogans, ut sui causa laboraret, quod avunculus suus dux Bavarie Ludewicus reciperet filium suum Heinricum Romanorum regem in curam[l] suam curiamque suam regeret atque discrecione sapiencie sibi innate provide gubernaret. Recepta igitur tali et tanta legacione lantgravius vicesima secunda die mensis[m] Iunii cepit ad propria tendere, curia[n] Cremonensi inperfecta[3]. Prima autem die, postquam ab imperatore pedem vertit[o], Cremone mansit. Et erat tunc vigilia sancti Iohannis baptiste. Sic recessit lantgravius Ludewicus ab imperatore de Longobardia tendens ad propria. In secundo vero die mensis Iulii[p] venit in civitatem Augustam. Ibique convocatis principibus terre optimis de Almania, quia non fuerant adhuc domum reversi[4], sed circa tres dies et amplius expectaverant predictam curiam[5]. Cepit autem[q] coram eis tractare de negocio sibi commisso ab imperatore de filio suo Romanorum rege Heinrico, quem constituerat regem in partibus Alamanie, quanta fidelitate et confidencia dilectum unicum filium suum in procuracione committeret fidelissimo principi duci Bavarie supradicto. Ad hoc lantgravius omnibus modis laboravit circa ducem, quia talem commissionem ab imperatore receperat. Et propter hoc ceperunt ipsa[r] negocia detinere. Mansit itaque lantgravius Auguste XIIII diebus continuis, cottidie studens atque laborans pro affectu imperatoris et mandatis. Ad peticionem igitur lantgravii dux tandem prebuit assensum, quia principes ceteri omni institerunt[s] conamine, recipere pollicitus est ipsum in curiam[t] suam regem Romanorum et custodiam. prefuitque ei multa sollicitudine et discrecione maxima eius curiam gubernabat. Igitur lantgravius Ludewicus aliique principes ceperunt unusquisque ad habitacionem suam reverti.

In illo tempore fuit[u] fames validissima in omnibus partibus Alemannie et iam duraverat usque ad tercium annum. Afflixit Deus[v] eciam homines diversis modis, peccatis suis exigentibus, nunc per periculum mortis subitanee et inprovise, nunc vero per enormem rabiem pestilencie, facteque sunt inundaciones aquarum maxime et tales, quales non fue-

Bertb. cont. V. L. IV. 1. 1226. Iun. (10?)

Iun. (13).

cf. V. L. IV. 2

cf. CCCI. XI[a]. Iun. 22.

Iun. 23.

Iul. 2.

Iul. 2—15.

Bertb. V. L. IV. 2.

cf. 361[b].

a) sic (Burgun dñi) 1; Burgundien *Vita Lud.* b) *emendavi*; nitentes *aut* uicentes 1. c) inde (*librario legente* in *pro* ui) 1. d) *suppl. Weg., ut supra p.* 603, *l.* 44; *om.* 1. e) Burclandonum 1; burg Sandouw *Vita Lud.* f) cum *T.* g) *sic T, om.* 1; eum marchia Misnensi donavit 2. h) feudi 2. *T*: vel pheodali *add.* 2. i) Lusatiae *T*; Lusix 2. k) *sic* 2; Brisciae *T*; plissie 1; in Pruzen lande *Vita Lud.*; *Caro in 'Forsch. z. D. Gesch.' XXIII, p.* 329 *sqq. perperam proposuit* Ruscie. *De vera lectione nihil dubii restat, cum tria testimonia contra* 1 *conveniant.* l) curam *post corr. ut videtur* curiam 1; neme in sinen hof *Vita Lud.* m) Ianuarii *add.* 1. n) *emend. Weg.*; curie cremonē 1. o) vertit (ur) 1. p) iunii 1; an dem andern tage des heumandin, dez ist visitatio Marie (= *Iul.* 2) *Vita Lud. IV*, 2. q) autem *defendum videtur* (curiam, cepit). r) ipsum *emendandum videtur*; *vide infra p.* 606, *l.* 2. 3. s) *emendavi*; restiterunt 1; batin *Vita Lud.* t) curem *hoc quoque loco emendandum videtur, ut supra l.* 17, *et transponendum* regem Rom. in c. suam; *sed* in sinen hof *etiam h. l. Vita Lud.* u) *sic L I. II; om.* 1; wax *Vita Lud.* v) deus eciam deus 1.

1) Potius Iun. 13; Ioh. Codagn. rhythmus, l. l. p. 441. Etiam Vita Lud. p. 43. hunc et praecedentem diem 19. falso habet. Sed infra l. 19. apparet hoc loco diem, quo imperator Burgum S. Domnini profectus sit, cum eo confusum esse, quo lantgravius inde abiit. Unde non recte Winkelmann, 'Friedrich II.' I, p. 293, n. 5. hunc locum secutus esse videtur. 2) Eo casu scilicet, cum Heinricus marchio sine heredibus defunctus esset; cf. supra p. 597; Reg. Imp. V, nr. 1710. 1715. 3) Cremonae enim imperator curiam paschate celebrandam edixerat, postea prorogatam. 4) Exercitu enim congregato in Italiam ad imperatorem profecturi clusas a Veronensibus occupatas pertransire non potuerant, sed reversi erant. 5) Sex septimanis fere rex et principes apud Tridentum castrametati sunt in Italiam descendere conantes. Sed etiam Vita Lud. IV, 2: *hätte drî tage gebeit.*

1226. Berth. V. L. IV, 2. runt nec vise sunt diebus nostris. Defuit autem Lodewicus lantgravius a terra sua hiis periculis imminentibus propter celebracionem curie imperialis[1] et negocia regni, per que detentus fuit. Moram igitur faciente lantgravio apud imperatorem, Theod. III, 6. 7. nobilissima uxor eius[a] sancta[b] Elizabeth, [mire[c] devocionis mulier], construxerat hospitale pauperum in pede montis castri Wartperg[d], in quo locaverat XXVIII pauperes tali condicione, ut uno mortuo incontinenti alter eius uteretur lecto. Insuper DCCCC pauperes cottidie in aspectu eius per ministros suos de consolacione elemosinarum[e] reficiebantur. Berth. Iul. 23? Lodewicus igitur cum honore máximo ab imperatore dimissus venit in civitatem suam[f] Swinforde, que sita est in Franconia, ubi gloriosissime ab incolis susceptus est; in qua civitate pernoctare disposuerat. Sed cena peracta venerunt nuncii, qui eum festinanter abire fecerunt propter insidias comitis Popponis de Hennenberg. Unde super hoc habito consilio ipse cum fratre suo Raspone et aliis militibus sibi comitantibus per totam noctem Iul. 24? incedentes usque Wartperg[g] pervenerunt feria VI[a], hora nona. Nobilissima vero uxor eius Elizabeth, filia regis Ungarie, mire devocionis titulo notata[h], mille osculis subimpressis corde et labiis dilectum suum gloriosissime suscepit[2]. Et mater eius Sophia cum incredibili gaudio et exultacione cordis adventui dilectissimi filii sui congratulabatur. Omnibus ergo in unum exultantibus tota terra resultabat, quoniam venit desideratus eorum. Gaudebant precipue mater et fratres, sed[i] iocundabatur domina Elizabeth super omnes[k]. De cuius nimia elemosinarum effusione dum dispensatores apud principem causarentur et yconomi: 'Sinite', inquid, 'eam[l], piissimus princeps, benefacere et quecumque vult pro Deo dare, Wartperg[g] tantum et Nuwenburg[l] castra mee dicioni servate'. In predictis itaque Dominus suum beneplacitum sacro testante eloquio declaravit dicens: *In tribus beneplacitum est spiritui meo, que sunt probata coram Deo et hominibus, scilicet concordia fratrum, amor proximorum, et vir et mulier sibi bene consencientes.* Ambulavit siquidem gloriosus princeps cum suis germanis fratribus dulciter, equaliter et benigne, aliis omnibus maximeque egenis et pauperibus piam et proficuam exhibens caritatem. Quam bonus vero et sincerus beati viri cum electa mulere consensus extiterit, huius scripture testimonia lucide manifestant.

Theod. III, 9. V. L. IV, 3. Erant eo tempore inter episcopos et sacerdotes quidam[m] iusti et perfecti viri, quorum exemplis et documentis Deus omnipotens suam tunc ecclesiam sustentabat. Inter quos magister Conradus de Martpurg[n] velud clarum sydus in Almania prefulsit. Fuit enim eruditus sciencia, conversacione purus et vita, ewangelica affluens doctrina, zelator catholice fidei et expugnator validissimus heretice pravitatis. Hic divicias et possessiones temporales et ecclesiastica beneficia habere noluit. Simplici et humili, modesto, clericali habitu contentus, gravis in moribus et maturus, aspectu austerus. Bonus erat bonis christianis, gratus et benignus, gravis autem et perfidis in iudicando iustus et discretus[o] fuit. Predicabat autem per totam Teutoniam auctoritate apostolica, et sequebantur[q] eum cleri et populi innumera multitudo. Metuebantque eum utpote virum sanctum et iustum omnes, alii amore, alii timore. Hunc dominus Lodewicus lantgravius tanto honore coluit et extulit, ut eidem omnia beneficia, quorum ius patronatus ad ipsum pertinebat, committeret conferenda[3] sub sigillo suo et fratrum suorum Heinrici Rasponis et Conradi[4]. Ipse enim perswasit suggerendo lantgravio, quod levius peccaret in occidendo LX viros quam unam ecclesiam indigno conferendo. Et quis scit secundum illud Salomonis, si *amore an odio dignus sit?*[5] *Omnia* enim *in futurum reservantur incerta.*

(Aug. ?) Berth. V. L. IV, 3. Cepit ergo pius lantgravius Ludewicus more solito pro bono pacis Orientalem terram visitare. Quod cum audissent incole ipsius terre, qui inimici pacis fuerant, offerebant castrorum suorum municiones gracie lantgravii. Quibus receptis humiliari eas fecit et funditus destrui. Duo autem ex illis vocabantur Sulzi[r] et Kalkenruth; et sic pacem in terra Orientali procurans ipsam perfectissime gubernabat.

ib. Pragam[6] civitatem regis Bohemie ingrediens lantgravius cum ipso rege Bohemie Odackaro sibi comite parvam ibi moram fecit. Et sequenti feria quarta cum ipso rege ad Moraviam properavit, et ad quandam civitatem veniens Znoym[s] nomine, rex et lantgravius simul colloquiis multis et variis in ipsa civitate per quatuor septimanas commanserunt

a) e *add., sed del.* 1. b) *om. T;* beata *L I. II; delendum videtur, licet etiam Vita Lud. habeat* sente. c) *uncis incl. praebent h. l. T. L I. II; om.* 1; in grozer innekeit *Vita Lud.; cf. infra l.* 13. d) Warperg *T.* e) *sic T cum Theod.; suorum add.* 1, *quod etiam deest L I. II, Vita Lud.* f) *sic* (sine) *etiam Vitae Lud. codd.* g) Warpurg *T.* h) *emendavi;* vocata 1. i) *haec restituenda esse ex Theod. patet e Vita Lud.:* idoch was . . . Et froiden vol obir si alle; *pro quibus* 1 *habet:* et precipue dom. El., *omisso* super omnes. k) *sic* 1. *T; eam om. L I.* l) *sic L I;* Nuenborg 1; Neuenburg *T.* m) quia 1. n) Marcburg *T.* o) districtus *Theod.:* gestrenge *Vita Lud.* p) *sic L II;* per totam *om.* 1. — Theutunicam *L II.* q) *sic* 1. *L II.* r) *sic* 1, *L II* (Sulczi); Susliz *Vita Lud.* s) Sznoym 1.

1) Cremonae celebrandae. 2) In Vita Ludow. IV, 2, p. 45. sequitur: *Wer kan uz gespreche di grozen froide, di ir herze do enphing?* 3) Procul dubio haec Theodericus ex Bertholdi Gestis exscripsit, unde fieri potuit, ut auctor Vitae Ludow. eis verba Bertholdi subiungeret, quae Theodericus omiserat; cf. N. Archiv XX, p. 634. 4) A. 1227. Iun. 12. Gregorius IX. papa Conrado de Marburg potestatem beneficiorum ecclesiasticorum conferendorum a Ludowico lantgravio commissam confirmavit; Ep. e reg. saec. XIII. pont. sel. I, p. 276, nr. 361; Potthast nr. 7930. 5) Conradus scilicet. Vides Bertholdum de eo aliter iudicasse ac Theodericum. 6) Autumno a. 1226. haec facta esse videntur. Cf. infra p. 607, n. 10.

operam dantes. Erat autem causa hec placiti inter regem Bohemie et ducem Austrie, quos lantgravius diuturnis placare studuit[a] consiliis: Heinrico regi Romanorum desponsata fuerat filia ipsius regis Odackari[1]. Qui Heinricus filius fuit Frederici imperatoris secundi. Rex autem Bohemie genuerat hanc ex sorore[2] regis Ungarie[3]. Consensu igitur et voluntate regis Romanorum ~~et regis~~ Bohemie accedente, de consilio principum Alemanie data fuit hec domicella ad custodiam et conservacionem duci Austrie[b] usque ad solempnitatem nuptiarum et annos discrecionis. Quam dux Austrie, utpote vir strennuus et princeps fidelissimus, in custodia servavit. Factum est autem, ut[c] dux Austrie cum nunciis lantgravii Lodewici pro dispensacione consangwinitatis inter imperatorem Fredericum et ipsum ducem[5] ad Romanam curiam medio quadragesime tempore[6] festinaret. Cogitavit enim filiam suam tradere regi Romanorum Heinrico. Quam dispensacionem a sanctissimo papa Honorio[7] optinuit; et sic a papa letissime dimissus, cum ingenti gaudio bene prosperatus in Apuliam ad imperatorem veniens de dispensacione consangwinitatis inter utrosque enarravit. Imperator Fridericus ducem Austrie cum nunciis lantgravii[8] gratanter suscipiens, cum decentissimo honore ipsum per tempus apud se retinuit. Et cum causam negocii diligentius inspexisset, renuit desponsacionem filie regis Bohemie cum filio suo Heinrico rege Romanorum et indulsit filie ducis Austrie contrahere matrimonium cum filio suo in hunc modum, ut[d] filius ducis Austrie sine donatione contraheret cum sorore lantgravii Ludewici. Quod dux Austrie leto annuit animo et ab imperatore in pace dimissus ad propria remeavit, remittens domicellam suam, filiam regis Bohemie, in domum patris sui. Statuto igitur die dux Austrie filiam suam tradidit Heinrico regi Romanorum cum solempnitate nuptiarum[e]. Que nuptie solempniter celebrate sunt, ut supra[9] dictum est, in Norenberg[f] in fine autumpni. Ista fuerunt fomenta inimiciciarum inter regem Bohemie et ducem Austrie, propter quod lantgravius Ludewicus venit ad supradictam civitatem cum rege Bohemie, ut ad concordiam principes predictos revocaret, placitans singulis diebus inter ipsos unum mensem; sed minime profecit, nisi quod treugas fecit inter illos usque ad proximum festum beati Martini[10], et sic in pace ad propria remeavit.

In XXVIII. etatis sue anno[11], III[o] mense, V[o] Kal. Aprilis coronata est[g] ipsa domina, supradicti ducis Austrie filia. Aquisgrani cum infinita gloria, quia multi principes Almanie aderant. In illo tempore Lodewico lantgravio ab illa curia domum revertente[12], cives Erfordenses multis supplicacionibus invitaverunt ipsum lantgravium rogantes, ut ad ipsos intrare dignaretur. Qui acquiescens[h] eorum precibus V. Kal. Mai ad ipsos intravit civitatem

1225. Berth. V. I. IV, 3.

cf. CCCLXVII.

Ann.

fol.

cf. 362c

Nov. 29

1226.

V. I. IV, 3

1227. Mart. 28 Berth.

Apr. 27.

a) *corr. Ficker*, studiis L. b: Bauarie L; von Ostirriche *Vita Lud. IV*, 3. c) *emendavi*; dum L. d) *emend. Ficker*, p(er) L. e) *sic T*, nupcie L. f) Norinberg *T*. g) *sic E, om. L, ubi in marg.*: Regina coronatur Aquisgrani. h) *cor. pr. acq. E*

1) Agnes, quae non desponsata fuit regi, sed tantum propositum, ut eam duceret; cf. Winkelmann l. l. p. 454, n. 2. 2) Constantia. 3) Andreae II. 4) Minime Heinricus consensit eam in uxorem ducere. 5) Nullo iure, immo perperam ac perverse censuit Winkelmann l. l. p. 456, n. 5. 459, n. 1. *regem* (Boemiae) legendum pro duce (Austriae et verba *Cogitavit . . . Heinrico* addita esse a monacho saec. XIV, falso praesumens ducem Austriae imperatori suasisse, ut filio filiam regis Bohemiae uxorem daret; quod Bertholdus minime dixit. Vita Ludow. IV, 3, p. 48, omnino cum hoc loco concordat. Cf. Cont. Garst., SS. IX, p. 596: *Heinricus rex . . . per dispensationem domini apostolici . . . cum filia ducis Austrie . . . nuptias . . . celebravit.* 6) Dux demum post pacem cum rege Ungariae Iun. 6. factam in Italiam profectus, Iul. ex. apud imperatorem S. Germani erat; Reg. Imp. V, nr. 1571—1575. Sed etiam Vita Ludow. habet: *umbe mittefastin.* 7) Qui tunc in civitate Reatina erat. 8) De quibus vide supra p. 602, l. 41. 9) P. 603, l. 6. 10) Concilio inde has indutias demum autumno a. 1226. factas esse, cum Bernecker l. l. p. 52 sqq. iam Aug. Sept. hoc Ludowici iter factum esse non recte censuisse videatur. 11) Haec *(In — anno)* non ad Margaretam, ut p. gr. Winkelmann p. 461, n. 2. opinatus est, sed potius ad Ludowicum lantgravium referenda videntur. Nam si haec Bertholdus de Margareta dixisset, falsissima essent. Leopoldus VI. enim matrem Margaretae Theodoram demum a. 1203. in matrimonium duxit (Ann. Mellic., Cont. Lambac., Cont. Claustroneob. II, SS. IX, p. 506. 557. 620). Contra cum Ludowicus a. 1200. Oct. 28. natus sit, a. 1227. fuit 28. eius, si annos incarnationis, non annos aetatis plenos computas. Mensis vero anni quartus est Aprilis, non Martius (sed fortasse die Kal. Aprilium adnotato Bertholdus adductus est, ut quartum mensem scriberet), unde conicere potes *In — mense* potius ad locum Bertholdi praecedentem, ab auctore Vitae Lud. omissum, spectare (ut supra p. 600, l. 27. *Kal. Sept.*). Nam sane mirum esset, si Bertholdus dixisset, quo anno aetatis lantgravii Margareta coronata esset. In Vita Lud. IV, 3. haec *(In — l. 30. aderant)* et in Libro cron. Erford. *In — mense* omissa sunt, neque alius quisquam haec exscripsit. Cf. N. Archiv XX, p. 625 sq., n. 2. 12) Qui in diplomatibus regis Aquisgrani Mart. 26—30. datis, Reg. Imp. V, nr. 4038. 4040. 4046. testis adnotatus est.

1227. Erfordensem, ubi a burgensibus in[a] multa gloria et iocunditate est susceptus. Numquam
Bertb. V. L. IV, 3. enim omnibus diebus suis intraverat Erfordiam. Sed frequenter inter[b] eum et Erfordenses erant inimicicie usque ad tempus[c] illud[1].

In[2] diebus illis erat quidam miles Waltmannus[d] de Setenstete, ministerialis lantgravii
f. 302. Thuringie Ludewici, qui indixerat plenam miliciam, eo quod esset strennuus ipse miles in armis et de sua virtute et animositate confideret. Constituerat autem locum huius milicie, qui[e] appellatur vulgariter[f] forest, in Merseburg civitate post beate[g] Walburgis festum, iactans se ad locum iam dictum[3] adducere puellam decoram valde, que nisum super manum tenere deberet[h], ad[h] plenitudinem tante milicie exercendam; et in qualibet dieta dedit tres ziost, ut, a quocumque victus iacuisset, victor arma tolleret et domicellam cum omni milicie sue apparatu sibi pariter usurparet. Invictus tamen et illesus domicellam illam usque ad locum, in quo forest celebraturus fuerat, perduxit, multa in via exercitatus milicia, quia plurimi ei ex diversis provinciis occurrerunt et ei domicellam et apparatum sue milicie auferre conabantur per miliciam que[i] ziost vocatur. Invictus ergo[k] pertransiit omnes et ad locum foresti gloriose pervenit. Ibique solempnitatem foresti strennue consumavit, adducens et reducens puellam [in pace[l]] ad propria.

Eodem tempore nata est Ludewico secunda filia nomine Sophia, que in Kitzingen[m] religionis induens habitum ibidem quiescit[n][5].

V. L. IV, 4. Preterea ut dicti lantgravii fidelis pietas pietatisque fidelitas, quam erga ecclesias et precipue monasterium in Reynersborn habuit, clarius pateat, factum quoddam memoriale[o] annectendum prepositis prodeat in exemplum[6]. Eo tempore, quo felicis recorda-
1226. etionis idem lantgravius per biennium in curia Frederici[p] imperatoris, quam tunc in Cremonensi civitate regionis Apulie habuit, moram faceret[7], dominus . . .[q] in Saltza, vir
f. 302. nobilis, propugnaculum in Aldinberge proprietatis monasterii in Reynersborn erexit; quod tamen ne faceret, conventus dicti monasterii eundem sepius ammonuit, sed minime proficiens, iam dictus nobilis eundem locum melioribus ediliciis stabilivit. Postremo ad propria venienti lantgravio violenta oppressio dicti nobilis per abbatem[8] dicti monasterii amarius exponitur et, ut se suumque monasterium ab huius tyranni violencia liberet, devocius exoratur. Ex quo accidit, ut hec volvens animo lantgravius, quodam sabbato panco comitatu Reynersborn veniens omnibus suis advocatis, ut collecto exercitu non modico prope locum Aldinberg[r] memoratum sibi occurrerent[s] mane sequentis diei[t] dominice, attentius prenotasset. Mane itaque facto conventus cum processione missaque publica principis reditum expectare precipitur. Qui viam capiens cum sibi occurrentibus, propugnaculo in Aldinberg vallato faciliusque expugnato, sepefatus tyrannus inibi tentus catheris striccius[u] vinculatur, mox perductus Reynersboru, principe iubente dominicalis fit processio captivique vinculati in capite processionis opprobriosa preduccio. Cum vero
Ps. 88, 11. ad locum staciouis ventum est, versus offerende[v]: ***Tu humiliasti sicud vulneratum superbum*** a cantore imponitur et a conventu iam a tyrannide astantis maligni liberato usque

a) *sic T; cum E; om.* 1. b) *sic E; om.* 1. c) ill. t. *T. E.* — d) nomine *add. E. L H.* e) *sic* 1. *E;* que *L H.* f) *om. E. L H.* g) f. h. Walpurgis *E. L H.* h) et ad *L H;* Ad pl. autem *E.* i) *sic E;* qui 1. k) *sic* 1. *E;* igitur *L H.* l) *sic E. L H;* in pace *om.* 1. m) Kitzingen 1; Kizzingen 2; Kitzing *T.* n) *sic* 1. *T. E;* requiescit 2. o) meole 1. p) frederi 1. q) *spatium vacuum nomini inserendo relictum in* 1; *quod cum etiam in Vita Lud. non legatur, patet auctori ignotum fuisse.* r) aldinborg *h. l.* 1. s) occurrēt. Mane 1. t) die 1. u) striecio 1. v *emendavi;* offende (re) 1.

1) Quod in Vita Lud. IV, 4. sequitur de muro civitatis Erfordensis a lantgravio destructo falsum et de insigni clipei Ludowici, a Friderico Kodiz additum esse videtur. 2) Sequens narratio deest in Vita Lud., quam ex carmine quodam profectam esse censere posses. 3) In Hist. Eccard. col. 419. haec narratio quibusdam parvis additamentis ampliata est; ubi hoc loco additum: *de Ysenaco.* 4) Hist. Eccard. addit: *subsequente cane.* 5) Haec falsa in Vita Lud. non leguntur. Secunda filia Ludowici fuit Gertrudis abbatissa in Altenburg, non in Kitzingen; cui monasterio Mathildis soror sanctae Elisabeth praefuit. Gertrudis demum a. 1227, postquam pater eius in itinere sacro in Italiam abiit, (die Sept. 29, ut fertur, Thur. sacra p. 107) nata est. Vide infra p. 609, l. 35. 6) Haec, quae in Vita Ludow. IV, 4. exstant, non a Bertholdo scripta, sed ab auctore Vitae Lud. Reinhardsbrunnensi addita esse patet; quod iam voce *annectendum* manifestatur. 7) Non per biennium, sed a mense Aprili usque ad Iul. 24. lantgravius in itinere Italico erat, ut Bertholdus supra narravit. Qui etiam non ignoravit Cremonam non in Apulia sitam esse et curiam illam indictam, non celebratam esse. 8) Eckehardum, ut videtur, qui a. 1228. in cartis occurrit. A. 1223. quidem Heinricus abbas fuit; cf. Schultes, Direct. diplom. II, p. 583 sq., nr. 255.

ad finem perducitur. Finita missa piissimus princeps cum omni exercitu mensam per fratres dicti monasterii largiter procuratam habuit, quam tamen[a], cum in eo esset loco, de bonis monasterii nisi pro tunc habere procuratam non conswevit. Advocato igitur eius dispensatore curie, ut expensas factas per fratres solvat, eidem fidelius[b] iniungitur. Sed cum id fratribus exponeret, et ab eisdem 'se suaque ad principis beneplacitum non solum pro nunc, sed semper promptissime exponere[b]' reciperet, ut harum mos est personarum, facilius retardatur. Quod lantgravius intelligens, cum de fisco curie, ut sibi per eum obicitur, solvere renueret, ab eodem loculis[c] id solvere de propriis cicius extorquetur[1]. 1226. = V. L. IV, 4. *f. CCCLXIII[b].

Anno Domini M°CC°XXVII. Generale passagium ad Terram Sanctam factum est, in quo eciam[d] Fredericus Romanus imperator[e] cum multa turba cruce signatorum transfretavit[2]. Sed dolo Frederici imperatoris interveniente illud passagium impeditum fuit, et magna milicia illa[f] christianorum, que amplius quam ad LX milia estimabatur, dissipata fuit. Sed illustris Thuringie lantgravius Ludewicus paratus corde et corpore[g] cum omnibus suis armatis mare transiit in subsidium Terre Sancte; ibi apud Otrant[h], ut fertur, veneno intoxicatus feliciter obiit et reductus sepultusque est in Reynersborn. Sed de hiis plenius postmodum dicetur. Cr. S. Petri. Theod. IV, 1. Cron. Minor.

Defuncto itaque Honorio papa III. Gregorius nonus papa, a beato Petro centesimus octogesimus VIII[us], sedit annis XVI. Hic vocabatur Hugo[3] vel Hugolinus. Hic fecit sepulturam predecessori suo Honorio, viro sancto et virtutibus pleno, Rome ad Sanctam Mariam ad Presepe super quatuor pyramides in rufla porphiretica, et eodem anno sanctimonialium penitencium sancte Marie Magdalene ordinem confirmavit. Hic successive canonizavit sanctum Franciscum in civitate Assisiorum, Dominicum fratrem Predicatorum in Bononia, Anthonium fratrum Minorum et beatam Elizabet. Hic eciam excommunicavit Fredericum imperatorem, obiciens ei multos graves et enormes articulos. Hic constituit fieri sentenciam interdicti. Iste eciam papa Gregorius IX[us] fecit de extravagantibus unam compilacionem nobilem, quam divisit in V libros: Cr. S. Petri. Cr. Minor. *f. 363[a].

Versus: *Pars prior officia[i] creat ecclesieque ministros,*
Altera dat testes et cetera iudiciorum,
Tercia de rebus et vita presbiterorum,
Nubere quarta docet, dans normam vivere rite,
Ultima de vicus et penis tractat eorum.

Eodem anno, ut dictum est, multi archiepiscopi, episcopi et principes aliique Christi fideles zelo fidei contra inimicos Christi accensi cruce ipsius signati sunt contra gentiles fideliter pugnaturi. Ludewicus vero, eximius princeps, Thuringorum lantgravius, vir christianissimus, habito cum domino Conrado venerabili patre[k] Hildensemensi episcopo maturo consilio, ab eodem cruce signatus est in nomine domini Iesu Christi. Latereque usque ad tempus oportunum cupiens signum, quod acceperat, vestimento, ut moris est, mox non affixit, ne uxor, que eum tenerrime[l] diligebat affectu, hoc aspiciens de futura eius absencia anxia turboretur. Quod tandem, dum eius marsupium cingulo solito revolveret, reperiens, miro stupore resoluta consternata est. Cuius mesticiam suavissimus princeps divinis monitis et dictis dulciter[m] delinivit. Habebat tunc in utero conceptam prolem, quam pari voto sanctificantes Domino obtulerunt, ipsius eam famulatui ad religionem monasticam perpetuo dedicantes. Decreverunt eciam, ut, si puer masculus 'nasceretur, in Rumarlstorf[n], si vero puella, in Aldenburg, Premonstratensis ordinis monasteriis, sub beati Augustini regula locarentur. Proficiturus peregre, in[o] regionem longinquam abiturus[p] homo nobilis Ludewicus lantgravius, pro Christi nomine exul futurus, ut nullus exactione qualibet gravaretur, decrevit sumptibus suis transfretare propriisque[q] stipendiis Domino militare, considerans, quod de manu Domini omnia que habebat acceperat, de quibus [sibi[o]] obsequi equissimum iudicabat. Qui, cum iam parata essent omnia, mandavit omnium principatuum suorum nobilibus et militibus, ut statuto die ad locum qui Cruczeburg[r] dicitur convenirent. Quibus congregatis de peregrinacionis sue proposito et progressu contulit cum eisdem. De statu quoque terrarum tractans diligenter hortabatur, ut populum cum tranquillitate et equitate regerent, ut ipsi cum subditis in pace et iusticia remanerent. Post hec dulciter omnes alloquens ita dixit: 'Non latet vos, o commilitones mei karissimi, barones, magnati, nobiles et omnis populus, quod temporibus patris mei gwerre et bella, inimicicie et contenciones istam provinciam vastaverunt. Animositas enim illius concitavit gentes et regna, ut fremerent contra illum. Magnanimitas quoque et magnificencia eius hoc optinuit, ut apud reges terrarum omnium ut ab universis timeretur, et esset cunctis terribile nomen eius. Michi vero tamquam Salomoni filio David regis concessit Deus tranquillitatem temporum et quietem, et ecce pacata sunt omnia, ut cernitis, ipso pacem concedente. Ego autem pro caritate eius et salute vestra 'uxorem cum liberis et fratribus predilectis, terras opulentas cum cognatis et proximis et amicis et hominibus pacificis libenter relinquo et in nomine Iesu Christi peregre proficiscor[s]. Rogo igitur omnes vos, ut oretis, quod vobis [sanus[t]] a Domino restituar, si sue placuerit pietati, quia me et vos michi subditos sue per omnia substerno serenissime maiestati'. His auditis conturbati sunt nobiles, et milites robustos optinuit tremor et dolor; gemuerunt omnes habitatores terre eius pro discessione viri tam amabilis et dilecti. Deinde, disposita terra suisque principatibus ordinatis, visitavit monachorum et monialium cenobia, benediccionem ab ipsis accipiens et eorum se orationibus recommendans. Venit eciam in Reynersborn sibi predilectum monasterium, ad quod singulari devocione et familiari dulcedine ducebatur. Cumque tempore completorii ad aspersionem aque benedicte secundum morem[u] egrederentur fratres, benignus princeps astans sacerdoti aspergenti sigillatim scenes cum iuuioribus salutavit. Theod. IV, 1. = V. L. IV, 5. V. Elis. add. Reinh. *f. 363[b]. = V. L. IV, 6. Theod. IV, 2. = V. L. IV, 7. V. Elis. add. Reinh.

a) ℚtum (= quantum *vel* quam tum) 1. b) fidelibus 1. b') responsum *supplendum videtur.* c) *emendavi;* vinculis 1; so saltu ez gelden von dime gelde *Vita Lud.* d) ei *T; om.* 2. e) *sic* 2. *T. L. II; om.* 1; imp. Rom. *E.* f) *sic E. L. II;* illorum 1. g) *sic E.* et corp. *om.* 1. h) ortratum 1. i) officō 1. k) prī 1. l) tenerrime 1. m) mit suzen wortin *Vita Lud. IV, 5, ut Theod.* (dulcibus). n) rumarlstorff 1; Rumarsdorf *Vita Lud.* o) *om.* 1. p) habiturus, h *post del.* 1. q) ꝓpusq; 1. r) *sic et Vita Lud.* (Cruzeborg) *falso;* Tretebure *Add. Reinhardsbr.* s) proliscor 1. t) *om.* 1; gesunt *Vita Lud.* u) ben. ẽmõẽm (sermonem) egrederetur 1.

1) Quae hoc loco in Vita Ludow. IV, 4. de beneficiis Ludowici monasterio Reinhardsbrunnensi factis apte sequuntur, infra f. 365[b], p. 612. leguntur. 2) Cf. N. Archiv XX. p. 624, n. 3. 3) *Hugo* ex Cron. S. Petri.

V. Elis. add. Reinh. cf. V. L. IV, 7.

Pusillos quoque in ulnas suas accipiens impressit dulciter osculum oris sui omnibus. Tunc omnes tam grandi exhibicione benignitatis permoti in lacrimas proruperunt uberrimas. Eratque magnus luctus merentium monachorum pro absentacione clementissimi protectoris. Quos lamentantes aspiciens lacrimatus est, stansque iuxta illos et calamitatem[a] eis imminentem previdens[b] dixit: 'Non incassum, karissimi, lugetis et fletis. Scio enim, quod post discessionem meam

Act 20, 29. Prov. 1, 27. *cf. CCCI. XIIII. Is 28, 19

irruent super vos lupi rapaces et graves vosque et vestra morsu amarissimo lacerabunt. Cumque irruerit super vos repentina calamitas 'et ingruerit egestas, tunc vexacione dante intellectum cognoscetis, quod me defensorem irrecuperabilem perdidistis[c]. Scio enim veraciter, quod peregrinacionis mee mimor altissimus visitabit vos in visceribus misericordie sue tempore oportuno, quia hoc ab ipso nunc et semper votis omnibus concupisco'. Hec dicens et alia

Theod IV, 2 V. L. IV, 8. V. Elis. add. Reinh.

recessit, ipsique cum piis affectibus et lacrimosis aspectibus sequebantur. Deinde Smalkalde opidum sue dicionis veniens invenit procordiales [sibi[d]], quibus insalutatis[e] abire noluit, quos illic iusserat congregari. Tunc dixit Heinrico fratri suo: 'De hiis que ad salutem eternam necessaria sunt nichil prorsus intermisi[f] ad ambulandum in via Dei, per ipsius adiutorium plenissime expeditus. Verumtamen[g] castrum Eytirsburg, quod in preiudicium adiacentis cenobii construetum pater meus dirui iusserat, non destruxi. Rogo ergo te, frater dulcissime, ut hoc post recessum[h] meum ever-

Theod IV, 2

tere funditus non obmittas'. Post hec omnibus qui aderant valefaciens cum merore commisit fratribus suis natos cum uxore,

matremque deosculans filiali amore[i]
vix eam alloquitur cordis pre dolore.

Illic mota viscera, corda tremuerunt,
dum alter in alterius colla fuerunt[k],
expetentes oscula, que vix exceperunt
propter multitudines, que eos compresserunt[l].

Mater tenens filium, uxorque maritum,
in diversa pertrahunt et tenent invitum.
Fratres cum militibus velut compeditum
stringunt nec discedere sinunt expeditum.

Erat in exercitu maximus tumultus,
cum carorum cernerent alterneri vultus.
Flebant omnes pariter, senes[i] et adultus,
turbe cum militibus, cultus et incultus.

*f. 364b.

Eya quis non 'plangeret, cum videret flentes
tot honestos nobiles, tam diversas gentes,
cum Thuringis Saxones illuc venientes,
ut viderent [socios[c]] suos abscedentes.

Initom certamine cuncti certavere,
quis eum diucius posset retinere.
Quidam collo brachiis, quidam inherere[n] vestibus[o].

Tandem se de manibus eximens suorum,
magnatorum socius peregrinorum
factus est[p], admixtus cetui cruce signatorum,
non visurus amplius terram Thuringorum.

Ascendens itaque super equum suum princeps pacis cum multis baronibus, militibus, armigeris aliisque Christi fidelibus plurimis, valedicentes terre et populo remanenti, circa finem Iunii peregre profecti sunt in nomine Domini, ipsum vocibus et cordibus collaudantes[q]. Erat ibi tunc mestitudo maxima, luctus et planctus ingens, voces miserabiles, large lacrimarum effusio cum rugitu[r] anxio et clamore. Erat nichilominus illic mens devota et vox grata benedicentium Deum. O permixtum turbulento mestitia pium tripudium, ubi fletus et planctus concentui iungitur, dum parentes a filiis, et viri

ab IV, 3 V. L. IV, 8

ab uxoribus pro caritate fidei seiunguntur. Sequebatur non a longe, sed a prope corde mestissimo mulier fidelissima principem dulcissimum, amantissimum coniugem, peregre abeuntem extra terminos Thuringie, ipsum proch dolor! ulterius non visura. Tunc oportune vis amoris reversuram et separacionis dolor retinuit et iter unius diei progredi compulit importune. Sed nec ista suffecit progressio; processit adhuc discessionis inpaciens, diei alterius iter complens. Quid sibi

*f. 364. V. Elis. add. Reinh.

vult hoc? utique vinculum amoris et vis doloris intencionem multiplicant 'progressionis. Rupit tamen morsa affeccionis fortis ut mors dilectio conditoris. Discedunt tandem ab invicem annuente pincerna Rudolpho. Cumque ad discedendum ab invicem compelleret necessitas et urgeret oportunitas, in fine omnium annulum, quo pro discreto sigillo utebatur, vir fidelis meste coniugi protulit dicens: 'Soror mea, annulus hic sculpturam[s] agni[t] Dei cum vexillo habens in gemma inclusa[u] veritatis mandatorum meorum indicium est viteque mee et mortis infallibile[v] argumentum'; et adiecit: 'Bene-

Luc 1, 42 Theod. IV, 3.

dicat te Dominus[w], soror karissima, et benedicatur quem gestas fructus ventris tui'. De quo, sicud invicem condiximus, auxiliante Domino fideliter ordinabis'. Hec dixit et abiit princeps a dilecta. Quis, putas, gemitus, que suspiria, quis singultus, que lacrime, quis motus vel strepitus cordis, ubi tam importuna et vehemens scissio et tam amara et tam violenta intercedit[x] separacio? Secedunt tamen et discedunt ab invicem. O intollerabilis et amarissima discessio, in qua abscondita est ab oculis omnium iocundissima consolacio! O quantus luctus omnium, quanta precipue domine et

Ps. 18, 6. Thren. 1, 2.

cum ea redeuntium lamenta puellarum! Perrexit dominus *exultans ut gygas ad curendam viam*. Rediit domina plorans ut vidua, *et lacrime eius in maxillis eius*. Exuta vero vestibus iocunditatis, viduitatis assumpsit habitum. Sola sedens domina gentium, principissa provinciarum, ad Deum totaliter se convertit, operibus bonis precedentibus adiciens[y] meliora.

a) calsimate l. a*) prouidens l. b) *am.* l; daz ir mich . . . vorlorn *Vita Lud.* c) *om.* l. d) in||saluty l. e) intermissi l. f) cum *add.* l. g) *sic* l. *L II.* h) *sic* l. *L II;* more *Theod.* i) *sic et Vitae Elis. cod. Reinhardsbr.;* irruerunt *Theod.* k) comphenserunt l. l) senex *Theod.* m) Amico luctamine *Theod.* n) inhesere *Theod.* o) *reliqua pars huius versus* (nec poterat cuiquam respondere) *omissa.* p) *sic etiam* (*sed* l. est peregr.) *Vitae Elis. codd. ut Reinhardsbr.,* socius et peregr. adm. tandem cetui *Theod. ed.* q) collantes l. r) rugito l. s) schulpturam l. t) agnus l; agne *L II.* u) inclusam *Add. Reinh.* v) *sic L II;* ineffabile l. w) *sic L II;* deus l. x) interdicit l. y) addicius l.

1227. Iun. 24. Berth. cf. V. L. V, 1.

In festo beati[a] Iohannis baptiste cum multo comitatu exiens de civitate sua Smalkalden[b] ad partes transmarinas tendere cepit. Et isti sunt[c] in familia sua computati, qui eum secuti sunt, quos in expensis procuravit: comes Lodewicus de Wartperg, comes Borchardus de Brandenberg, comes Meynhardus de Molburg[d], comes Heinricus de Stalberg, cf. 364[6]. Hartmannus nobilis de Heldrungen[e], Lutolfus de Berlstede[f], Rudolfus de Bulczingosleyben[g], Rudolfus pincerna de Vargila, Heinricus marschalcus de Ebersberg, Hermannus dapifer de Slatheyn[h], Fridericus de Drivorte[i], Heinricus camerarius de Vanre, Gerardus de Elnde[k], Theodericus de Subach, Sifridus Rufus[l], Ludewicus et Rudolfus [fratres[1]] de Husen, Heinricus de Meydeburg, Reynhardus Porcus[2], Gerhardus Capellani[m], Bertoldus de Mila[n] et Bertoldus de Heylingen, milites[o]. Custos de Nowenburg[p] et sacerdos, Bertoldus sacerdos et capellanus, de cuius manu hec omnia notata sunt atque conscripta, Wernerus sacerdos et capellanus de Martpurg, Conradus scriptor et notarius de Herbipoli et alii quam plures, tam clerici quam milites atque phisici, quos tandem in expensis suis[q] recepit. Sed isti[3] fuerunt ordinati [ad[r] curiam suam] et in familia ipsius lantgravii notati[4].

Omnibus istis ad iter bene dispositis cum gaudio et iocunditate maxima profectus est Ludewicus Thuringorum[t] lantgravius, princeps Hassie et Saxonie comes palatinus, de terra sua, eligens pro amore Iesu Christi exulare, ut in celesti patria ab ipso recipi mereretur. Cum tranquillitate ergo pacis transiens Franconiam, Sweviam atque Bavariam et trans Alpes Ytaliam, Longobardiam Tusciamque, venit in Sicilian[u], ubi imperator Fredericus ipsum cum inestimabili gaudio suscepit in civitate que Troya[v] nuncupatur in invencione sancti Stephani[4], et ibi commorabantur per triduum. Et inde progressi simul[5] venerunt Melphiam, ubi manserunt quatuordecim diebus[6]. Deinde venerunt Barlutam et Bare. In die vero assumptionis beate Marie venerunt Monopolam et sequenti die Brandusium sunt ingressi, in qua steterunt usque ad nativitatem beate virginis Marie. [w]Feria autem quinta proxima post nativitatem virginis[7] navigare ceperunt cum omni virtute milicie aliaque familia; sed antequam navem ascenderet, cepit lantgravius paulisper febribus inquietari[x]. Sed navim gubernantes ab insula Sancti Andree[8], ubi lantgravius cepit infirmari. Ubi imperator et ipse mutuis colloquiis fruebantur; singulares galeas ascendentes seque Christo cum orationibus committentes portum Brundusii reliquerunt. Sequenti vero die ingressi civitatem que Ortrant dicitur, ubi[z] imperatricem invenerunt, quam[y] lantgravius cum debita reverencia visitans salutavit, bibensque, ut dicitur[z], mortiferum poculum[9], ab ea recessit. Iamque[10] proch dolor! delicatissimus ille et serenissimus princeps cepit paulisper infirmari, corpusque eius acrius febribus vexabatur. Ideoque ad navem reversus lecto decubuit. Videns ergo, quod sibi mortis periculum immineret, vocato patriarcha Ierosolimitano ab ipso sacrum unctionis sacramentum accepit. Qui ut hoc officium solempnius perageret, episcopum de Sancta Cruce cooperatorem assumpsit. Peracta unccione sacrosancti corporis domini nostri Iesu Christi sibi viaticum tradiderunt, quod cum fide catholica et sincera devocione suscepit. Cumque iam morti proximus eternitatis graciam expectaret, vidit columbas super nivem candidas se circumdantes, quibus totum cubiculum plenum erat. Qui cum diceret astantibus: 'Videtisne columbas has

Theod. IV, 4. cf. V. L. V, 1.

Berth. Aug. 3.

Aug. 3–5.

Aug. 15.

Aug. 16.

Sept. 8. 9. cf. CCCLXV[a].

Theod. IV, 4.

Sept. 10.

ib. IV, 5. cf. V. L. V, 2.

V. Klis. add. Reinh.

a) sancti *L II.* b) sua civ. Smalchalden *T.* c) fuerunt *L II.* d) Molberg 1; Molburgk *L II*, Molborg *Vita Lud.* e) Helderungen *Vita Lud.*; Helderungin *L II.* f) Ludolffus de Berlstete *L II.* g) Bilczingosleyben 1; Bultzingisloblin *L II*; Bulzingisleibin *Vita Lud.* h) Sloytheym 1; Schlatheym *L II.* i) Drifordia *L II*; Dreferte *Vita Lud.* k) *sic L II. Vita Lud.*; Ellende 1. l) *sic L II*; *om.* 1; gebrudere *Vita Lud.* m) et Gerh. de Cappel *L II post* de Heylingin; *eodem loco Vita Lud.*: er Gerhart sin coppellan unde ouch custor zu Nuw. n) *sic Vita Lud.*; Mula 1; Myla *L II.* o) mil. de heyl. 1; mil. *om. L II.* p) owenburg 1; Nuwenburg *Vita Lud.* q) *om.* 1; an sine koste *Vita Lud.* r) *uncis incl. ex L II suppl.*; *om.* 1; in sin hof *Vita Lud.* s) vocati *L II.* t) Thuringie 2 *cum Theod. ed.* u) *sic* 2; Ceciliam 1. v) Troia 2. w) *sic* 2. *T*, inquietare *corr.* inquietari 1. x) *sic* 2; ibi 1; in qua *E.* y) *sic E*; quem 1. z) *sic* 1. 2; venenosum et *add. E fort. recte*; einen giftigen schedelichen trane *Vita Lud.*

1) De Spatenberg, qui testis occurrit in carta Ludowici lantgravii dato monasterio Reinhardsbrunn. a. 1227, Thur. sacra p. 105 = Schannat, Vind. I, p. 120, nr. 23, cum aliis hoc loco nominatis. 2) Qui supra p. 597, l. 31. et in Vita Lud. V, 1. Varch nominatur. Nam *earch* vox Germanica est porcellus. 3) Videlicet supra nominati. 4) Quocum bene convenit Rycc. de S. Germano: *mense Iulii lanceravius in Apuliam venit.* 5) Videlicet imperator et lantgravius. 6) Error monachi Reinhardsbr., qui Vitam Ludowici Latinam congessit. Bertholdus *VII* vel *VIII diebus* scripsisse videtur. Sed Vita Ludow. German. V, 1, p. 59. eundem errorem habet. Eos longiorem moram Melfiae fecisse patet ex eo, quod imperator ibi diploma dederit, Reg. Imp. V, nr. 1701, in quo lantgravius testis affertur. 7) Hoc procul dubio rectius quam Rycc. de S. Germ.: *Imperator . . . cum lanceracio . . . in die nativitatis b. virginis a Brundusio transfretans venit Ydrontum.* — In sequentibus a monacho Reinhardsbr. misere commixta et confusa est Bertholdi narratio cum ea Theoderici, qui Bertholdi relationem optimam et accuratissimam exscripsit. Cf. 'N. Archiv' XX, p. 635 sq. 8) In portu Brundusino sita. 9) Haec *(bibensque — poculum)* non a Bertholdo scripta, sed ab auctore Vitae Lud. Latinae inserta sunt, qui ea ex Cron. Minore assumpsisse videtur. Cf. 'N. Archiv' XX, p. 636, n. 1. Absonam hanc calumniam commemorant Gregorius IX. a. 1239. Iul. 1, Ep. pont. II, p. 647; Cron. Minor, SS. XXIV, p. 198 (et ex ea Cont. Thuring., 'D. Chr.' II, p. 291); Ann. Marbac. et Scheftlar. mai., SS. XVII, p. 175. 338; Vita Greg. IX, Muratori III, p. 576. 10) Sequentia etiam pleraque de obitu Ludowici et de corpore eius in Thuringiam reducto Theodericus procul dubio ex Bertholdi libro percepit. Cf. 'N. Archiv' XX, p. 636.

Add. Reinh. = V. L. V, 2. *f. 365b. candidissimas? ipsum fantasiis decipi putaverunt. At ille post paululum iterum dixit eis: 'Oportet [me*] cum columbis istis splendidissimis evolare'. Quo dicto in pace obdormiens[b] ad Dominum emigravit. *Unus autem de cappellanis eius assistens vidit easdem columbas ad orientem evolare, quas admirando diutino intuitu sequebatur. Spiritus sanctus, qui in columbe specie super unigenitum in Iordane baptizatum apparuit, ipse in candidissimis columbis angelicos spiritus misit, qui columbinum innocentis viri spiritum deducerent ad orientem solem iusticie et eterni luminis claritatem. Sic-

Theod. IV, 5. Sept. 11. que vir christianissimus, pro Christi nomine exul et peregrinus, Christi cruce signatus, a peregrinacione vite presentis rediens ad patriam obdormivit in Domino III° Idus Septembris. Quidam autem ex suis, qui navigio precesserant, audita tam triste mortis eius fama, turbati sunt vehementer, et ex dolore cordis intollerabili factus est ploratus et ululatus multus nimis, ut mare concussum tremere videretur a vocibus plangentium clamore miserabili et lugentium: 'O heu domine, heu inclite! quomodo a te in terra aliena exules derelicti sumus! Quomodo te amisimus, lumen oculorum nostrorum, ducem peregrinacionis nostre, spem reversionis nostre! Ve nobis!' Renavigantes tamen corpus dilecti principis decenter et firmiter involutum sepelierunt, solempnes exequias celebrantes; nichilominus tamen iter peregrinacionis,

=V. L. IV, 4. quod acceperant, perfecerunt. Hic beatissimus vir multa beneficia vivens ecclesie Reynersbornensi prestitit, mortuus vero multa ampliora etc.*

Theod. IV, 6. =V. L. V, 3. Redeunt nuncii in Thuringiam, legacionem lugubrem de morte intempestiva[c] piissimi et illustrissimi principis reportantes. Providebat autem et discrecio piorum et discretorum prudencia, ne hec infausta et lamentabilis fama

f. 365c. ad aures relicte uxoris importuna relacione vel stolida cuiuspiam[d] deferretur, visumque est per matrem defuncti dominam Sophiam hoc magis oportune posse fieri et debere. Que assumptis quibusdam nobilibus et discretis matronis et Wartperg ad aurum veniens reverenter et benigne suscepta est. Que cum sedissent, dixit socrus ad aurum: 'Forti animo esto, filia mi[e] dilecta, nec turberis super eo quod circa virum tuum, filium meum, divina disposicione gestum est'. Que socrus sue[f] verba de captivitate viri, nequaquam de morte intelligens, respondit cum fiducia dicens: 'Si captivus detinetur frater meus', — sic enim eum consueverat nominare[g] — 'Dei et amicorum nostrorum poterit liberari adiutorio'. Cui socrus: 'Mortuus est', inquid. Tunc illa connodans[h] digitos, super genua remittens, mesticia[i] ait: 'Mortuus, mortuus est et michi mundus et omne quod in mundo blanditur'. Hoc dicto repente surgens cum fletu, celeri[k] gressu longitudinem pallacii cum impetu pertransiit. Extra se namque posita mente usquequaque percurrisset, nisi paries obstitisset. Accedentes autem que aderant eam de parieto, cui adheserat, abstraxerunt. Fluebant oculi omnium, et madebat lacrimis facies super interitu viri amabilis et compassione relicte uxoris tam miserabilis. Elongatus est consolator, recessit omnis consolacio. Aderat tamen qui pupillum suscipiens et viduam consolatur, interuus spiritus sanctus, consolans cor vidue et mercntem erigens et letificans gracie suavitate. Mox ab Heinrico predicti

*f. 365d. principis fratre quam[l] miserabiliter *cum suis parvulis de castro Wartperg eicitur, et ne hospicio recipiatur in Ysenacho[m] a quoquam, ab eodem striccius interdicitur, ut in Vita eiusdem sancte vidue plenius edocetur[1].

Cr. S. Petri. Eodem anno Heinricus lantgravius, frater Ludewici lantgravii, destruxit castrum quod Eytirsburg dicitur.

Theod. V, 2. = V. L. V, 4. Anno Domini M°CC°XXVIII. Cum enim mortuus esset in Apulia illustrissimus ille Ludewicus Thuringorum lantgravius vel preses, curaverunt eum nobiles et viri honorati, qui cum eo profecti fuerant, et involventes corpus decentibus et fortibus pannis honorifice tumulaverunt[n]; peracisque peregrinatione effossum corpus decoccione diligenti excoriatum est. Quo facto apparuerunt ossa candida super nivem. Que scriniis mundissimis imposita [et° inclusa et reverenter cooperta et iumenti dorso imposita] translata sunt. Posuerunt[que] desuper crucem argenteam, gemmis ornatam, utpote christianitatis cultores et sui domini fidelissimi amatores. Per totam autem viam reditus sui, quecumque se civitate vel oppido nocturno tempore receperunt, ossa in ecclesia [collocantes[p]], orationes ac vigilias per totam noctem a devotis et fidelibus personis fieri procuraverunt. Mane autem missa celebrata et oblacione facta ab ipsis profecti sunt; similiter in locis aliis facientes. Quecumque vero civitas vel oppidum cathedralem vel eciam conventualem habebat ecclesiam, in ea purpuram, qua tunc pro reverencia loci ossa contexerant[q], pro anime defuncti remedio reliquerunt. O quales exequie! O fidelissimos et clarissimos viros, talium exequiarum executores! Quis umquam im-

Theod. V, 3. = V. L. V, 5. *f. CCCLXVI[r]. peratorum vel principum[s] tales legitur habuisse exequias? Cumque Babinberg appropinquassent, reliquiarum adventum Babinbergensi *episcopo nunciaverunt. Tunc pontifex filiam sororis sue, regine Ungarie, Dei famulam Elizabeth, defuncti relictam, ut occurreret et mariti quondam reliquias susciperet, advocavit. Ordinavit autem vir prudens pro honestate et consolacione Dei famule, ut omnes nobiles et digniores in occursu funeris eius assisterent lateri et eam, ne deficeret, confortarent. Processit itaque presul gloriosus cum religiosorum et cleri civitatis multitudine veneranda obviam tanto funeri, orationes et cantus lugubres modulantes. Murmurat campanarum sonus, ruit confluens undique

*) *Cum librarius hoc loco* etc. *ponerel, apparet hoc loco secuta esse, quae Vita Lud. IV, 4, p.* 51. *habet, ubi haec iam supra post p.* 609, *l.* 8. *aptius posita (cf. 'N. Archiv' XX, p.* 630*)*: wenne her gab dem vorgenanten gotishus einen walt widder, den sin vatir dem gotishus manche zit unde vel jar vor gehaldin hatte, unde gab dar obir sine brife unde ingesigel[3]. Ouch hat er disem gotishus geeigint unde gegeben den hof zu Rulhusin[3] unde hat zu einer bestetegunge dar obir uns erworben bebistliche, keiserliche[4], konigliche unde bischofliche brife.

a) *om.* 1. b) dormiens *eadem manu et eodem atram. corr.* obdormiens 1. c) intempestiva 1. d) quispiam 1. e) *sic* 1 (*pro* mea). f) sua 1. g) nominari 1. h) *sic etiam ut* 1. *E codd. Theod. plures, velut Reinhardsbr.* i) *sic* 1. *E* (cum meat.). k) sceleri 1. l) tam *E.* m) Isenache 2. n) *sic T;* tumularunt 1. o) *uncis incl. oculo scribae aberrante a priore* imposita *ad inferius omissa esse in* 1 *patet e Vita Lud. V,* 4. p) contraxerant 1. q) vel eciam sanctorum *om., quod in Vita Lud. legebatur, ut patet e versione.* r) processit. Itaque *distinctum in* 1.

1) Theodorici de Apolda IV, 7. videlicet, ex quo haec *(Mox — interdicitur)* sumpta, sed in deterius et asperius elata sunt; quae in Vita Lud. V, 3. non leguntur. Cf. de hoc loco H. Mielke, 'Zur Biographie der heil. Elisabeth' (Diss. Rostock 1888) p. 64 sqq.; G. Boerner in 'N. Archiv' XIII, p. 453 sq.; K. Wenck in 'Hist. Zeitschr.' LXIX, p. 233. 2) Haec carta data est a. 1227, Thur. sacra p. 104 sq.; Schannat, Vind. I, p. 119 sq., nr. 22. 3) Vide cartam datam a. 1227, Thur. sacra p. 105; Schannat I, p. 120, nr. 23. 4) Friderici imperatoris dipl. datum a. 1226. Maio Parmae; Reg. Imp. V, nr. 1611.

1232. nersbornensi abbate octavo, viro[a] religiosissimo, quandam peccunie summam extorquebat; quam sibi erogare renuens, prefato archiepiscopo[b] Erfordiam veniente moramque in Monte Sancti Petri[c] trahente[1], dictus abbas est vocatus. Qui cum se conspectibus[d] ipsius obtulisset et postulanti[e] ab eo peccuniam more pristino dare recusasset, graviori culpe per ipsum ibidem subicitur, et triduana peracta penitencia, domino Moguntino ibidem celebrante capitulum[f], a loco penitencioso surgens, nulla veste velatus capitolium, virgam manu baiulans, venialiter[g] petiit; visusque[h] a militibus magnifici principis Conradi lantgravii, fratris Heinrici regis Romanorum et pii Ludewici lantgravii, casu deambulantis[i] in ambitu, sibi[k] dominum abbatem misere capitulum frequentare rumantibus, princeps furore suffusus capitulum extracto cultro[l] citissime adiit, archiepiscopum coma inmaniter deprehensum — sed a[m] presentibus prepeditus — transfigere laboravit. Moxque archiepiscopo ob hanc causam[n] diffiso, princeps memoratus oppidum Fritzlar archiepiscopatus[o] Moguntini, terre Hassie insitum, succumbens dicioni hostiliter circumvallans ininimeque[p] eiusdem civitatis expugnatione proficiens, suburbiis incensis, ad terram, ex qua exierat, remeavit. Eo itaque recedente sexus femineus dicte civitatis menia murorum scandens, pudibunda parte corporis detecta[q] sue caterve, ut maternis occultarentur matricibus, verboteno[r] infamie[s], fictam ymaginem stramineam[t] adinstar luto fedarunt irridendo. Post hec

*L. 367b. huiusmodi gestis in auribus prenarrati[u] principis clangentibus, ab ipso manu valida et

Cr. S. Petri. robusta secundario ipsa civitas obsidetur. XVII. Kal. Octobris contra multorum opinionem dictus princeps ipsam civitatem incendio cepit, captivos secum abducens episcopum Wormaciensem et Guntherum[v] prepositum eiusdem loci, prepositum Heinricum in Hilgenstad et quosdam canonicos cum aliis fere ducentis militibus. Fridericus itaque de Drivort ac sui complices ruptis violenter armarii hostiis magnam[w] inde peccuniam a civibus ibidem depositam sacrilega manu auferentes, libros, calices ac ecclesie ornatum cum sanctorum reliquiis distraxerunt, de quibus ornatibus una casula serica in Ellende[2] et unum subtile Reynersborn venerunt. Quam plurimi eciam ibidem inhabitantes ferro et igne perierunt. Civitatisque edificia et precipue huius loci summum cum ceteris ecclesiis vel edificiis ferro et igne sunt exusta.

ib. Fertur eciam, quod dictu est horrendum, ipsum sarchophagum[x] corpus dominicum a maleficis ibidem in terram ignominiose[y] deiectum. Quot[z] autem ibidem occisi vel quot[a] igne consumpti, novit Deus, arbiter evi, qui eidem loco per modicam presentis ire stillam eternam tonitrui cominatus est choruscacionem[b]. Post hec dictus princeps peni-

1238. tencia ductus, cooperante spiritu sancto, omnibus in dicta[c] civitate Fritzlar veniam querens humiliter se prostravit et decimam, quam in[c] terra Hassie habuerat, canonicis memorate urbis proprietatis titulo tribuit in emendam. Demum religioso indutus habitu domus

*L. 367c. Theutonice, divinis inherendo cultibus, carnem ieiuniis maceravit. Donavit itaque[d] iusto donacionis titulo curiam in Grifstete[3] hospitali sancte Elizabeth in Martpurg ecclesieque dedicate ob Dei genitricisque sue reverenciam et honorem.

Cr. S. Petri. Anno Domini M°CC°XXXIII. VIII° Kal. Augusti rex et Moguntinus et magister Conradus[e] de Martburg Moguntie[f] conventum episcoporum et comitum atque clericorum fererunt pro quibusdam infamatis ab heresi. Inter quos comes de Seyne accusatus indurias expurgacionis ulteriores obtinuit. Super reliquos vero, qui non comparuerant, predictus magister[g] Conradus de Martpurg ibidem populum cruce signavit. Quapropter felle amaritudinis commoti illi, iam dicto C[onrado] in reditu insidias iuxta Martpurg ponentes, ipsum una cum Gerhardo Minoris ordinis fratre, probate vite viro, XII. Kal. Augusti crudeliter occiderunt. Hoc eciam anno Sifridus Moguntinus habito consilio cum canonicis Moguntinis pro sui predecessoris debitis, quibus episcopatus iam dudum Rome[h] fuerat obligatus, in tota dyocesi sua redituum vicesimam partem a personis ecclesiasticis colligi mandavit, ac super hoc dato privilegio se numquam a clero suo diebus suis quicquam amplius petiturum. Canonici eciam matricis ecclesie Moguntine fide iuratoria confirmaverunt se de cetero nullum pontificem electuros, nisi in idem privilegium consensurum[i].

cf. Rom. 11, 33. Dum[k] contemplamur mentis intuitu investigabiles vias gracie Christi, quia teste Salomone cuncte Eccl. 1, 8. res difficiles non possunt explicari sermone, quasi lippis oculis[l] speram solis minus caute attendimus. Iob 36, 33. Rom. 1, 20. Quis enim sciet ordinem celi, ponet rationem eius in terra? Sed omnipotens Deus, cuius *invisibilia per*

a) v. rel. *om. E* 2. b) episcopo *E.* (2). c) sancte Marie *E.* 2 *ex E.* d) conspectui *E.* e) postulatum *E.* f) capto 1. g) veniam *E.* h) est *add. E.* i) *sic* 1. *E*; deambulantibus 2. k) *sic E*; sibique 1. l) cultello *E*; gladio 2. m) a *om.* 1; a pres. *om. E.* (2). n) *sic E*; *om.* 1. o) archiepiscopi *E*; *om.* 2. p) sed minime *E.* q) *sic E.* 2; *om.* 1. r) *ste E*; verbo tono 1. s) *sic E*; i famie 1. t) stramiam 1. u) prefati *E.* v) *sic* 1. *E.* 2 *ex E.* w) i. m. *E. L H.* x) *sic* 1 *cum P* 1 (sacrofagum). y) ē (est) *add.* 1. z) q (quod) 1. a) choruscacō 1. b) omn. indicte civitatis *E*; omn. dicte civitatis 2 *ex E.* c) de *E.* 3 *ex E.* d) donavitque *E.* e) *sic L H*; Mog. cum magistro Conrado 1. f) moguntie 1. g) *deest L H*; *fort. delendum.* h) rone 1. i) eccis 1.

1) Sifridus mense Febr. ex. a. 1232. Erfordiae fuit; Ann. Erphord., SS. XVI, p. 28. 2) Quae villa et cella fuit monasterii Reinhardsbrunnensis. Dobenecker, Reg. Thur. I, nr. 1161. in dubium vocavit eam esse Oberellen (AG. Salzungen), quod statuit Möller, 'Urkundl. Gesch. d. Kl. Reinhardsbrunn' p. 224, sed cum hic etiam eam *Eln superiorem* in cartis nominatam esse dixerit, hoc verum videtur. Cf. supra p. 447, n. 1. 3) Griefstedt (Kr. Weissensee). Vide cartam Heinrici et Hermanni lantgraviorum d. d. 1234. Nov. 6, A. Wyss, 'Hess. UB.' I, 1, p. 44, nr. 45. 4) Haec iam supra p. 595. 5) Cf. de hoc sermone, qui in Vita Lud. non legitur, ubi VI, 1. pars additamentorum Reinhardsbr. Vitae Elis. hoc loco omissa, 'N. Archiv' XX, p. 630.

ea que facta sunt intellecta *conspiciuntur*, opus, quod in medio annorum legis et gracie vivificando promisit dicens: *Qui in me credit, opera, que ego facio, et ipse faciet*, nostris temporibus, quasi in medio annorum gracie fideliter notum faciens, dedit nobis ausum investigandi, dum per famulum suum Lodewicum super terram spargitur[a] lux eius miraculorum. Sed fides sine operibus mortua est. Et unusquisque tantum credit, quantum operatur; quod si iste credidit, ubi eius opera? Sed credidit et funiculum coccineum Raab penitentis dilatato corde emisit per fenestras accionis, dum manus misericordie extendit pauperibus affectu pie compassionis, *et iustificata est sapiencia a filiis suis*. Quicquid enim beata Elizabeth, eius contectalis, in receptione pauperum, largicione elemosinarum vel aliis commoditatibus egentium peregit[b], hiis iste consenciendo et, ut amplius dixerim, adiuvando: dum alis virtutum se invicem tangunt, vicariaque[c] castitate iura matrimonalia numquam excesserunt, quasi duo Cherubin aurei[d] propiciatorio illo[e] celesti purius intendunt. Erat ei cordi pax et veritas, iudicare pupillo et humili, ne predo aut malignus appoueret magnificari super terram, cavens illud Domini comminantis[f]: *Egeno et pupillo non iudicant, et causa vidue non ingreditur ad eos*. Istius modi a sponso celesti eius fidelis anima virtutum habens dotalicium eciam suo tempore Saturnium[g] aureum representare videbatur seculum[1]. Martpurgensi magistro Conrado, licet apostolica auctoritate suffulto, occasione tamen verbi Dei plerisque Germanie in locis iniuriato, iste solus in sue partis dicione erat consilio et auxilio[2]. Cum autem potens sit Deus de lapidibus suscitare filios Abrahe, et calix aque frigide porrigatur non sine prece, recipienti eciam prophetam[h] merces compensetur prophete: quis temerario ausu non credat divinam pietatem in famulo suo operari pro bona voluntate?

Anno igitur gracie M°CC°XXXIII°, ex quo ecclesia Reynersbornensis primitus fundata est C°XLVIII°, Iesus salvator sive salutaris noster, qui facture sue ita includitur, ut non excludatur, ita excluditur, ut non includatur, sed totus totum tenet, vidit ecclesiam nostram Reynersbornensem sancta eleccione, transivit nos miraculorum exhibicione, licet apostolus describat[3]: 'Lingwas nos discimus[i]', quia signate[k] sunt infidelibus, non fidelibus', ut perceptio[l] munerum presentium cedat eis in argumentum sperandarum rerum, non apparentium. Cum autem *anima plus sit quam esca, et corpus plus vestimento*, multo differentius a spirituali distat corporalis graciа sanitatum, licet et illam operetur unus atque idem spiritus: hic eciam insignivit exigentibus meritis sanctum suum Ludewicum. Unde in feria tercia rogacionum, quando apud nos cursus[4] fieri solet, puella quedam de Mechterstede[5] et una de Merseburg visum receperunt. Ecce ostensione[m] presentium reducatur nobis in memoriam dignitas preteritorum, ut diligamus et[n] veneremur eum, qui sputum sue divinitatis miscuit luto nostre mortalitatis, ut sub umbra ceci nati educeret de tenebris originalis[o] peccati condicionem[p] generis humani. Ea die, qua ecclesia celebrare consuevit adventum spiritus sancti, quedam puella in contraccione crurium alleviata est. Cocus ipsius principis Weczel nomine in eadem ebdomada gressum recepit. Interiecto eciam tempore puer quidam[q] de Mersipoli[r] a nativitate mutus loquelam recepit, qui lingwam in modum avicule videbatur habere. Transactis aliquantis diebus Hermannus de Northusen residens ad nos in curru vectus gressum recepit. Iidem alio tempore puella quedam gibbosa sanata est. Puella eciam quedam de Suninberg[s] *pedibus clauda[t] et alia de Crana[u] cum manu arida est sanata[v]. Quidam Giselerus nomine Gothensis, qui vivebat arte molicionis, habebat filium forme admodum elegantis, qui pedibus manibusque reptando, modo sedibus, modo quolibet alio sustentaculo, quod occurrebat, annisus, dum naturales temptat formare gressus, quodam die a patre matreve minus prospectus, ipso molendini rota exceptus, ter aut quater eius volumine circumvectus, tandem sub aqua mortuus est inventus; quem pater et mater dum ad sepulchrum sepedicti principis devovissent[w], vivum receperunt. Cuiusdam eciam puer de Franconia submersus ab hora prima usque ad vesperam eius meritis vite pristine est restitutus. Sunt et alia plura, que vera relacione[x] comperimus, que quia comprehendi non poterant, indescripta relinquimus. Hec igitur et alia plura per ingratitudinem neglecta et per inhabitantium negligenciam[y] sunt sopita. Per rerum enim temporalium affluenciam frequenter proch dolor! tepescit religio et caritas refrigescit. Tandem novissime[z] diebus istis Deus ultionum non sustinens sancti sui gloriam ultecius occultari, permisit, ut ignis accensus in furore suo omnia servorum Dei habitacula una cum sanctuario crudeliter con-

*f. 367b.
Hab. 3, 2. 3.
Ioh. 14, 12.
Luc. 2, 17.
Luc. 2, 21.
Matth. 11, 19.
2. Par. 3, 11. 12.
Exod. 25, 17—22.
Ps. 10, 18.
Is. 1, 23.
Ps. 81, 3
Matth. 3, 9.
Ab. 10, 41. 42.
Philip. 2, 13.
1233.
*f. CCCLXVIIIb.
— V L, VI, 1
Ps. 78, 9
1. Cor. 14, 22.
Luc. 12, 23
1. Cor. 12, 11.
Marii 10.
Ioh. 9, 6.
Marii 22.
*f. 368a.
V. Elis. add. Reinh.
— V L, VI, 2.
Matth. 24, 1

a) spergitur l. b) *emend. Weg.*; pereg l. c) vicaria castitateque l. d) aureo l. e) *sic* l. f) cominantū l. g) *valde dubius guendavi*; sacramentum l. h) *emendavi e versu Matthei allata*; prophetanti l. i) dicimus l. k) signati l. l) percepcoe l. m) ostensionem l. n) *om.* l. o) origenalis l. p) *emend. Weg.*; condicionis l. q) quedam l. r) morsipol l; Merseburg *Vita Lud.* s) clausa *corr. eadem manu* clauda l. t) devenissent l; gelobetin *Vita Lud.* u) *emendavi*; revelacione l. v) negligenciam l. w) novissimo l.

1) Cf. Verg. Aen. VI, 792 sqq.: *aurea condet saecula qui rursus Latio regnante per arva Saturno quondam.*
2) Cf. supra p. 606, l. 32 sq. 3) Non recte citatus est versus allatus. 4) I. e. processio cum hymnis et orationibus. Haec falso translata sunt in Vita Lud. p. 70. 5) Mechterstedt ad fl. Hörsel (duc. Gothani). 6) Sonneberg (duc. Meining.). 7) *Krauch* Vita Lud. = Kronach civ. 8) Quinque miracula in Vita Lud. p. 71 sq. sequentia omissa sunt.

Add Reinh. = V. L. VI, 6. flagrarei[1]. Predixerat namque pius princeps, dum ab eis benediccionem acciperet, quod post discessum suum eisdem
*f. 368c. multa erumpna et calamitas inmineret[2]. Ecce fratres, que propheticus nobis et fidelis prenunciavit princeps, iam *olim
experti fuimus. Nam et predia spoliata, possessiones distracte, edificia diruta et collapsa, mancipia imminuta[a] et dissipata, refeccio attenuata[b] est; defectus in vestitu aliisque necessitatibus prevaluit et egestas. Quid plura? Tepuit erga
nos devocio populi, reverencia principum ac nobilium evanuit, oblaciones et donaria fidelium cessaverunt. Quinymmo
diripimur ab omnibus et calcamur. Postremo officinas[c] et habitacula nostra vorax flamma consumpsit, sed et sanctuarium nostrum igne incensum est cum altaribus et sanctorum reliquiis, cum libris ac ceteris ornamentis. Quid ergo
Dan. 3. 29—31. restat, nisi ut dicamus cum propheta: 'Omnia que fecisti nobis, Domine, in vero iudicio fecisti, quia peccavimus tibi et
mandatis tuis non obedivimus'. Revera, fratres, oportuit hec fieri, ut sermo propheticus nostri principis impleretur. Verum-
Ps. 32, 20. tamen anima nostra sustinet in verbo eius propicio, sperans et expectans consolacionem, ut, quemadmodum predixit
Ps. 105, 4: nobis, nos visitet in salutari suo tempore oportuno. Post tantas itaque caligines tempestatum, post tot tenebras periculorum iam placatos factus Dominus ostendit nobis lucem misericordiarum suarum, radians in nos signis et miraculis vehementer. Nam memor Dominus peregrinacionis servi sui, ut predixit, declarat eius merita, scilicet cecis visum, mutis
loquelam, claudis gressum, mortuis vitam restituens aliisque diversis infirmitatibus oppressis sanitatum beneficia largiendo.
*f. 368d. Accingamur proinde, *fratres*, ad gracias agendum, ut serviamus ei in sanctitate et iusticia deinceps omnibus diebus vite
nostre! Exstirpentur radices et genimina omnium viciorum, et reviresca[t] in nobis antique devocionis pulchritudo
spiritualis, discipline et observancia regularis! Refloreat in nobis vigor pudicicie et sanctimonia castitatis! Evigilet amor
paupertatis per abdicacionem proprietatis! Suscitetur misericordia hospitalitatis et pre omnibus custodia fraterne caritatis! Hec si fecerimus, habitabit nobiscum Dominus in loco isto, et bona terre comedemus et bonorum habundancia[d]
perfruemur. Hec de verbis propheticis principis diximus incidenter.

Cr. S. Petri. Anno Domini M°C°XXXIIII°, XV° Kal. Iunii Heinricus lantgravius cepit castrum Volseche comitis Heinrici de Glichen ac[e] ibidem XXIII captos[a] decollari precepit. Hoc anno Heinricus lantgravius pertesus malorum, que passus est ab Heinrico comite de Glichen, ipsum tandem legittime citatum ac postea sentencialiter proscriptum, novissime eciam suo[g] iure feudali[h] privavit. Quapropter Moguntinus Erfordie advocaciam a lantgravio solvendam commutans, episcopales redditus in Guttern, videlicet XL talenta, eidem iure feudali porrexit tamdiu, quousque per alia bona advocacie[i] restaurum faciat. Eodem[k] anno pridie[l] Nonas Iunii regia villa Northusen in parte maiori cum conventualibus ecclesiis sancte Crucis et fratrum Minorum incendio consumpta est. . . . . .[m] Hoc eciam anno Erfordenses ingratitudinem ac offensam episcopi Moguntinensis incurrentes ab eo a quarta feria ante palmas usque ad Kal. Augusti suspensi seu interdicti divinis caruerunt. Quo die mediantibus lantgravio atque prelatis Erfordensibus, satisfactione peruniaria interveniente, interdictum relaxatur. Hoc eciam[n] anno hyemps asperrima[o] fuit, adeo ut in
Mediterraneo mari institores Veneciam cum honeratis sumariis pedestri itinere per glaciem transirent. Que scilicet
hyemps non parvam per totam Ytaliam in vineis atque iumentis et olivetis intulit cladem. Hoc eciam anno XIIII°
f. CCCLXIX. Kal. Maii Parisius super ecclesiam[p] beate virginis in aere visa est ymago crucifixi atque *yris super ipsam protensa.

Anno Domini M°CC°XXXV°. Dominus papa directis in Almania litteris[q] ab omnibus episcopis atque regalibus abbatibus militibus[q] ac subsidium ad Romanos impugnandos postulavit. Hoc eciam anno Moguntini maioris ecclesie canonici, archiepiscopi auctoritate freti, per totam Mogunciam dyocesim edictum promulgaverunt[r], videlicet ut in omni ecclesia conventuali una venderetur prebenda, hoc precio scilicet debita episcopatus solvenda. Eodem anno imperator Heinricum regem Romanorum, filium suum, captivum castro Heydelberg custodiendum tradidit, ac post hoc ipsum inde[s] assumens in Rethia castro Alrcheym servandum commisit. Tandem imperator adhuc timens per ipsum ab emulis suis imperii turbacionem moliri, per episcopos[t] Saltzburgensem et Babinbergensem ac postea per patriarcham Aquileyensem eundem in Apuliam transmittens, castro[u] Balerne recipi mandavit.

Anno Domini M°C°XXXVI°[v] Kal. Maii Maripurg[w] translacio sancte Elizabeth solempnis facta est, procurante fratre Conrado Theutonici[x] ordinis, olim lantgravio, presente Frederico imperatore et tribus archiepiscopis, scilicet Moguntino, Coloniensi et Bremensi, cum aliis innumeris nobilibus. Ubi magna discordia facta est inter Fredericum imperatorem et episcopum Moguntinum[3]; ubi eciam Dominus mirabile miraculum ostendere dignatus est, videlicet ut de ossibus illius oleum evidentissime exsudaret. Hoc
eciam[y] anno V. Kal. Ianuarii in Vulda[z] Iudei utriusque sexus XXXII a cruce signatis christianis sunt perempti, quoniam duo ex eisdem Iudeis in sancto[a] die Christi cuiusdam molendinarii extra muros habitantis et interim in ecclesia
f. 369b. cum uxore[a] manentis V pueros miserabiliter interemerant *ac ipsorum sanguinem in saccis cera linitis suscoperant, igneque domi supposito recedentes; cuius rei veritate[b] comperta et[c] ipsis reis Iudeis confessa, ut supradictum est, puniti sunt. Hoc eciam anno Meinhardus[d] comes de Mülburg[e] quendam civem Erfordensem cognomine Legatum in sancta nocte omnium sanctorum ad matutinas euntem captivum deduxit. Quapropter Moguntinus querimoniam deponens apud imperatorem[f] ipsum proscriptioni ac sue excommunicacionis sentencia innodari procuravit.

[Anno[g] Domini MCCXXXVII. Dedicacio facta est in Babenberg[h] ab episcopis Herbipolensi, Eystatensi, Nuwenburgensi, Mersburgensi[i] pridie Nonas Maii, domino papa ibidem faciente indulgenciam magnam]. Hoc[k] eciam

a) in munita 1. b) stennata 1. c) officians 1. d) habundancia 3. 1. e) *sic* 2; V° 1. f) *sic* 2; et 1. g) *sic* 2; *om.* 1. h) feodali 2. i) aduocacione 1. k) *uncis incl. praebet* 2, *a Scheidel, ut videtur, brevitate et immutata nonnullis locis; om.* 1; *L. I. II perpauca habent.* l) *sic* 2. *L. I. II.* m) *plura ex hoc loco Cron. S. Petri in hac Cron. excerpta fuisse putet ex L. I. (II), ubi:* in uno cellario inventi sunt XX homines mortui. n) *deest L. II; fort. delendum.* o) *sic L. II. (1); asperrimus adeo fuit* 1, *sed in marg.:* De asperrima hyeme. p) ecclia 1. q) *sic* 1. *L. II.* r) promulgauerint 1. s) *sic* 1. *L. II.* — sumens *L. II.* t) *sic L. II*; scilicet *add.* 1. u) castrū *statim corr.* castrō 1. v) *sic T; VI. add.* 1. w) Marpurg *T.* x) Theutonice 1; Teutonici *T.* y) Hoc a. 1236. 2. z) Fulda 2. *L. II.* a) die s. 2. *L. II.* a*) *sic* (sua *om.*) 1. 2. *L. II.* b) veritatem 1. *L. II.* c) *sic* (ab *deest*) 1. *L. II.* d) *sic* 2. *E.* Meynardus 1. e) *sic* 2; Molberg 1. f) *om.* 1. g) *uncis incl. praebet* 2; *om.* 1. h) Bamberg 2. i) Merburgeñ 2. k) Anno Domini MCCXXXVII. *haec loco praemittunt E. L. I. II.*

1) E Vita Lud. Latina haec, quae ad a. 1292. spectant, male hoc loco descripta sunt. Cf. 'N. Archiv' XX, p. 627. 2) Vide supra p. 610, l. 3 sqq. 3) Eadem fere leguntur in Epit. Speculi hist. Guelferbytana, SS. XXIV, p. 161, n. *.

anno Ydus Iulii pueri Erfordenses, millenarium excedentes numerum, ducentes choream[a] usque Arnstete venerunt[1]. 1237. Iul. 15.

Anno Domini M°CC°XXXVIII°. III. Nonas Maii orta tempestate citra silvam Loyben in villa Sule dicta super cuiusdam rustici solium horreum et curiam pluebat Dominus, non ut filiis Israel quondam in deserto sicud pulverem carnes, sed grossa carnium frusta in modum interioris pingwedinis. Quarum partes dum volucres et canes deportantes, relique circa vesperam solis ardore veluti glacies liquefacte sunt. Cuius autem rei hoc signum fuerit, melius timore quam disputacione discutitur. Hoc anno VI. Kal.[b] Iulii obiit Sophia mater Heinrici lantgravii in Ysenach ac in ecclesia sancte[b] Katherine sepulta est. Eodem anno adhuc illis duobus prepositis Magdeburgensibus, Alberto videlicet et Brunone, inter se conflictum habentibus nec ullo consilio vel arbitrio cedentibus, contigit servos Brunonis in Magdeborch manentis ad castrum vicinum, in quo predictus morabatur Albertus, insidias ponere et predam venari. Quos ipse perniciter fugando persecutus usque ad muros civitatis, unum ex eis graviter vulneravit. 'Quod videns quidam partis *f. 369c. adverse, stans in muro sagittam direxit ac Albertum prepositum letaliter vulneravit; qui mox accito confessore confessus ac defunctus est V. Idus Marcii. Hoc anno VII. Kal. Iulii Erfordie[c] in basilica beate virginis magnificum opus meritis, ut creditur[d], eiusdem gloriose virginis Dominus operatus est. Siquidem puer scolaris[e] a sumitate[f] laquearii anni summum altare super illud pavimentum corruens mortem contra humanam opinionem evasit, ita ut VII° die ambularet et postea plene convaleret. Cr. S. Petri.

[Anno[g] Domini MCCXXXIX] . . . . . Eodem anno [mense[h] Maio] in Campania Francie iuxta civitatem Perusinam[i] heretici combusti sunt numero ducenti et XVI minus[k], qui, ut ipsi confessi fuerunt, ex eorum[l] progenie erant, quos imperator[m] Theodosius temporibus Augustini[n] de Affrica expulerat, qui eciam de secta Manicheorum fuisse creduntur. [Hoc[o] anno imperator per totam estatem Longobardos impugnans omnia circa Bononiam fruta atque vineta cum aliis arboribus succidit. Indeque divertens Mediolanum obsedit ac multa mala illi[p] inferens, duo propugnacula in valli[q] sita expugnavit ac[r] ipsorum defensores suspendi precepit. Dicitur eciam ex eisdem civibus plus quam octingentos occidisse[s]].

Anno Domini M°CC°XL. perniciosa adhuc ecclesie inter papam et imperatorem discordia cunctis fidelibus non modicum incussit timorem, maxime cum frater Conradus magister domus Theutonice, qui Almanie consilio principum ad ipsos concordandos missus, occulto Dei iudicio Rome VII.[t] Kal. Augusti diem clausit extremum. Eodem anno [tempore[t] autumpnali][u] Moguntinus in qualibet ecclesia Erfordie[v] unam campanam vel illius redemptionem accepit.

[Anno[w] Domini MCCXLI]. . . . . .[x] Hoc eciam anno XI. Kal. Septembris Gregorio papa defuncto, Romanus senator cardinales ad Romanum pontificem eligendum in domo quadam, sicut moris est, reclusit; ubi dum XI ebdomadas in electione laborantes, ita ut unus eorum, scilicet Rupertus de Cluzim, ibidem propter aeris intemperiem, que in Urbe tunc invaluit, extremum exalaret spiritum. Tandem VII. Kal. Novembris in dominum Gamfredum Sabynensem 'presulem *f. 369d. consenserunt et Celestinum nuncupaverunt. Qui statim tercio die morbo correptus, nec pallio nec infula vel bulla functus, IIII° scilicet Idus Novembris, diem clausit extremum. Sic quidam cardinales ab Urbe dilapsi metuebant iterato recludi. [Hoc[y] anno in villa regia Franckevort cuiusdam ludei filius christiane fidei baptismum suscipere desiderans a parentibus et amicis prohibitus est. Quapropter altercacione inter ludeos et[z] christianos exorta XI. Kal. Iunii valde[z] inter ipsos dimicatum est. Tandem pauris christianis occisis, ludeorum circiter centum LXXXX[a] gladio et igne, quem[b] propriis manibus apposuerunt, consumpti sunt. Ipsoque igne post hoc invalescente media fere pars civitatis est concremata. Videntes reliqui quidam[c] ludeorum sibi[c'] imminere mortis periculum, baptizati[d] sunt numero XXIIII, inter[e] quos[e] quidam eorum[f] episcopus traditur extitisse]. Item IIII° Nonas Ianuarii obiit Hermannus lantgravius Hassie, filius sancte Elizabeth, in Cruczeborg, intoxicatus, ut dicitur, a quadam femina dicta Bertha de Sebeche[g-2]; qui cum duceretur ad Martpurg, obvius fuit[h] eis Heinricus lantgravius Thuringie. Qui cum interrogaret[i], quid ducerent, responderunt se ducere filium fratris sui Hermannum. Quibus dixit, ut reducerent eum in Reynersborn[3]. Quibus obedientibus ductus est in Reynersborn ibique[k] cum honore maximo sepultus[l]. Factum est autem, ut predicta femina[m] Bertha cum aliis[n] multis nobilibus terre interesset exequiis[o]; que cum monasterium intraret, predictum corpus lantgravii cepit per nares sangwinem evidentissime emanare[p]. Quod videns Rodolphus pincerna cum aliis nobilibus et clarissimis viris, ceperunt omnes lacrimabiliter proclamare: 'Tollite maleficam sacrilegam, que nobis dominum nostrum tam miserabiliter abstulit et extinxit'! Ipsa vero ab amicis suis secrete[q] clam est abducta.

a) *sic L I. II. E*; choros 1. b) *sic* 1. *L I. II.* c) erfforden 1. d) credit 1. e) schol. 1. f) simutate 1. g) *sic L II ante sequentem locum; uncis incl. om.* 1. h) m. M. *ex L II suppl.; om.* 1. i) *sic* 1; pisiam *L II.* k) num. CC°XVI *L II.* l) *sic L II*; quorum 1. m) *sic L II*; ipse 1. n) augusti vi 1; Augusti *L II.* o) *uncis incl. E post l.* 49. *ad a.* 1241: *habet, hoc loco breviata L II et iterum breviata ad a.* 1240; Hoc *L II*: Eodem *E.* p) illis *L II.* q) *sic L II*; valva *E.* r) alque *E.* s) *sic L II*. Dic. cc. quod ex . . . occiderat *E.* t) t. aut. *praebent 2. L II; om.* 1. u) *sic 2. L II*; archiepiscopus *add.* 1. v) Erffordensi 1. *L II*; Erphordie 2. w) *uncis incl. habet E ante* IIII. Nonas *l.* 39; *om.* 1. x) *credo hoc loco excidisse quae L II ex Cron. S. Petri* 1241. *habet* Nonas Oct. — hora undecima. y) *uncis incl. praebent 2. L II (ex hac Cron.); om.* 1; H. a. *om* 2. z) *sic* 2, *L II.* a) *sic* 2 *pro* CLXXX; circ. CC° *LII.* b) quem — appos. *om.* 2. c) *om.* 2. c') *sic L II*; m. per. sibi iam. 2. d) baptisati 2. *L II.* e) inter — extit. *om. L II.* f) Rabi seu *add. Schedel in* 2, *cf. supra p.* 395, *n.* d. g) Sebech *E.* 2 *ex E.* h) M. obfuit eis patruus H. *E.* 2 *ex E.* i) *sic E.* 2 *ex E*; interrogaret 1. k) *sic E.* 2 *ex E*; ductuque 1. l) max. hon. sep. est in sepulchris patrum suorum *E.* 2 *ex E.* m) domina *E.* 2 *ex E.* n) m. al. *E.* 2 *ex E.* o) *sic E.* 2 *ex E*; *om.* 1. p) amittere *E.* 2 *ex E.* q) *deest E.* 2 *ex E*; *fort. exponendi causa ad* clam *in* 1 *add.*

1) Eadem ex annalibus Erfordensibus excripsit Conradus Stolle, 'Bibl. d. litt. Ver. zu Stuttgart' XXXII, p. x. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 508 sq. Quae ampliata sunt in Hist. Eccard. c. 425. et a Ioh. Rothe c. 478, p. 397. 2) Cf. Sifr. de Balnhusin c. 197. SS. XXV, p. 703. 3) Liber cron. [E] et Schedel ex eo in 2 addunt: *timens, ne forte suscitaretur a matre sua sancta Elizabeth in Martpurg.*

Cr. S. Petri. Anno Domini M°CC°XLII°. mense Februarii obiit quondam rex Heinricus[a], imperatoris filius. Eodem anno obiit episcopus Treverensis Theodericus nomine. Eodem anno obiit Engilbardus Nuwenburgensis episcopus; cui successit Theodericus frater marchionis Misnensis, ipso marchione agente, ut a quibusdam, licet paucis, eligeretur. Nam Petrus magister in studio positus canonice fuit electus; et dum nunccii, ut rediret, missi fuissent, predictus Theodericus archiepiscopum adiens muneribus datis in episcopum se confirmari optinuit. Egressoque eo veniens magister Petrus, dum super sua rata eleccione multa allegaret, nisi taceret, baculandum se esse intellexit. Sicque confusus discessit. [Hoc[b] anno Maguntinus Erfordie a festo pentecostes usque ad assumptionem tercii anni divina suspendit, offensus ab ipsis].

*f. CCCLXX°.

Cr. Minor. Anno Domini M°CC°XLIII°. Innocencius III[us] electus est in summum pontificem. Hic papa instituit, ut, quicumque prelatus ferret sentenciam excommunicacionis iuris ordine non servato, ab ingressu ecclesie et ad minus per unum mensem ipso facto sit suspensus; alioquin irregularitatem incurri, de quo solus papa dispensare debet et non alius, ut extra de sentencia excommunicacionis: *Cum medicinalis*. Et constituit, ut, quicumque iudex ordinarius vel eciam delegatus contra alterius iusticiam vel eciam contra conscienciam suam in gravamen alterius partis iniusto iudicaverit, unum annum ab executione officii sit suspensus; et si se divinis ingesserit, irregularitatem incurrit, de quo solus papa dispensare poterit et non alius, extra de sentencia et re iudicata: *Cum eterni tribunal*. Hic papa eciam instituit, ut, quicumque aliquem occidi fecerit vel mandaverit, ipso facto sit excommunicatus et ab omni dignitate, ordine, officio et beneficio sit depositus. Extra de homicidio: *Humani*. Iste papa Innocencius III[us] in civitate Galliarum Lugduno mansit per annos VII.

Cr. S. Petri. [Anno[c] Domini MCCXLIIII. Maguntinus, ut Erfordienses adhuc durius arceret, in octava[d] epiphanie Domini[e] omnem clerum cum religiosis civitatem exire compulit; qui postea in proxima sequenti dominica Letare in villa Wimaria cleri ac populi conventum statuens, Fridericum imperatorem cum Erphordensibus denunciavit excommunicatum[f]. Ac post hec[g] III. Kal. Iunii in Frizlaria concilium faciens, eadem confirmavit. . . . . .[g] Hoc anno, commotione nondum sedata inter Maguntinum et cives Erfordie[h], dato mandato Maguntinus precepit, ut omnes religiosi, tam conventuales quam capellarii, relictis propriis mansionibus ad obprobrium civium II. Idus Iun. civitatem Erfordiam[h] exirent. Inter quos conventus monasterii sancti Petri relicto claustro in allodia eiusdem ecclesie per duos menses et dimidium se recepit].

(Anno[i] Domini MCCXLV). . . . . [k] Tempore eciam[l] huius pape Ludewicus christianissimus rex Francie cum christiano exercitu contra consilium domini pape transfretavit, et fugientibus barbaris a facie eius cepit et possessione pacifica habuit Damiatam. Postea in brevi ipse rex Francie a soldano Babilonie, id est a Pharaone rege Egipti, captus est, et suus christianus exercitus totus dissipatus est et occisus; in eadem pugna frater eiusdem regis validus animo et corpore cum ceteris occubuit. Rex autem Lodewicus pro redemptione sua dedit soldano centum milia marcarum argenti et civitatem Damiatam. Ferrum, arma, tentoria, vasa preciosa, equos electos, alimenta christianorum Sarraceni in illo prelio optinuerunt. Eodem autem tempore, cum rex Francie moraretur ultra mare, ubi, sicud dictum est, captus et ad plurima dampna perductus est, venerunt[m] congregati in regnum Francie apud Parisius viri scelerati, magi, malefici, fures et latrones, meretrices, nominantes se pastores, dicentes se velle venire in adiutorium regi Francie ultra mare. Hi capitaneum magistrum habuerunt nomine Iacobum, peritum in pluribus lingwis; hic fuit apostata[n] Cisterciensis ordinis et sceleratissimus. Hic dicebat sibi divinitus revelatum, quod[o] per solos pastores Terra Sancta deberet liberari. Hic publice sanctam[p] crucem predicavit[q]. Cui cum[r] in civitate Parisiensi a dominis[s] contradiceretur, quia auctoritate propria nemo deberet crucem predicare, quidam[t] ab eis clerici occisi sunt; tantumque favorem et consensum Parisiensium civium sunt adepti, ut eis[u] plus crederetur quam clericis, nec clerici pre metu eorundem audebant[v] iam in palam[v] extra sui hospitis ambulare hospicium. Tandem iussu regine[w], matris regis, ne quis eosdem[w] pastores in civitatem reciperet[x], exeuntes inde cum LX[ta] venerunt Aurelianis; ubi eciam contradicentes sibi aliquos clericos occiderunt[2]. Tandem apud Biturix[y] civitatem occisi sunt et dissipati. Item iste papa Innocencius III[us] inter omnes apostolicus a sancto Petro primo papa dicior fuit, sicud[z] refertur, et opulentior in pecunia et thesauris. Nam, sicud multis constat, eo tempore, quo Heinricus Thuringie lantgravius regni gubernacula susceperat, eidem ad supplementum regni vigenti quinque milia argenti transmisit. Eodem anno captus est[a] episcopus Bambergensis a Bertoldo[a] comite de Kevrenberge[b]; cuius[c] castrum, in quo idem episcopus tenebatur, brevi tempore postea transacto iudicio Dei flamma combussit[d] et consumpsit et inhabitabile reddidit. Quem episcopum postea lantgravius Heinricus, in regem electus, a vinculis absolvit. Item post multa mala, que fecerat et exercuerat, Fridericus imperator inter alia mala permisit[e] Sarracenis ac soldano nomen Machameti in templo diebus ac noctibus proclamari. Bocario regi scismatico[f], inimico Dei et ecclesie et solempniter excommunicato, filiam suam tradidit in uxorem. Ipse eciam dicebat[3]: 'Quam ob rem si principes imperii institucioni mee assentirent, ego utique multo meliorem modum credendi et vivendi cunctis nacionibus ordinare vellem'.

Cr. S. Petri.

ab. 1250.

*f. 370v.

Cr. Minor.

a) *sic* (bl. imp.) 2; Frederici *add.* 1. b) *uncis incl. praebet* 2; *om.* 1. c) *uncis incl. praebet* 2. *(L II); om.* 1. d) octa 2. e) *sic* 2 *L II.* f. excommunicatus *L II.* g) *credo hoc loco secuta esse quae in L II sequuntur ex Cron. S. Petri sumpta:* Eodem anno quintam partem reddituum a clero exegit. h) Erfford 2. i) *uncis incl. habet* 2 *ante* captus est *l.* 47, *L II ante locum n. h indicatum; om.* 1. k) *verisimillimum est hoc loco secuta esse, quae L II ex Cron. S. Petri excerpta praebet:* in mense Iulii Lugduno — solempniter celebrare, *cum ibi ea quae in Cron. S. Petri et Cron. Heinh. 1245. sequuntur ex hac excerpta sunt.* l) *deest L II.* m) in *add.* 1. n) apostota 1. o) *sic L II;* revelare per 1. p) *sic L II;* sem 1, *omisso* crucem. q) *sic L II.* predicarunt 1. r) *emendavi;* autem 1; pred. quod *L II.* s) clericis *L II.* t) *sic L II;* quedam 1. u) plus cred. eis *L II.* v) *sic L II;* audiebat 1. w) plano *L II.* w) *sic L II;* ex hoste pastoris 1. x) civitate rec. indicitur *L II.* y) pyctury 1; Biturris *L II.* z) *sic* 2; *om.* 1. a) *sic* 2; Bartoldo 1. b) Kevernberg 2. c) e. c. *ex* 2 *suppl.; om.* 1, *ubi librarius plura, scil. verba Cron. S. Petri* Quem — Kevernbere, *ab hoc nomine ad idem infra aberrans, omisisse videtur.* d) comb. et *om.* 2. e) promisit 1. f) Boc. legismatico 1

1 Blancae. 2 Cf. R. Röhricht in Zeitschr. f. Kirchengesch. VI (1884) p. 1 sqq. 3) Initium verborum imperatoris omissum est, ut opinor, a librario cod. 1.

[Anno[a] Domini MCCXLVI. nono[b] Kal. Iunii media nocte ortum fuit Erfordie incendium et ita pene usque ad mediam diem duravit[c], et ita magnum, quale[d] cives numquam recordati sunt. In illa etiam nocte simile fuit incendium in Meideburg et in aliis pluribus civitatibus]. Cr. S. Petri.

Heinricus lantgravius[e] electus[f] in regem anno Domini M°CC°XLVII. [in e]udium Friderici[b] Cunradum, filium eiusdem Friderici, regem in conflictu apud Franckenfurt cum suo exercitu in die sancti Dominici[i] vicit et confudit[k]. Cr. Minor.

1247.

Anno[l] Domini M°CC°XLVIII°. Heinricus rex et lantgravius in die sancte Iuliane in Wartperg inmatura morte obiit in[m] profluvio ventris et sepultus est in Ysenache, quia tanta erat aeris intemperies, quod cum maximo labore a Wartperg vix[n] ad Sanctam Katherinam deductus est. Hic quia sine herede defunctus est, quamvis feliciter, tamen plurima bella et dira gwerrarum turbacio in Thuringia et Hassia exorta est et in aliis finibus eius. Nam statim quidam militares viri, scilicet Hertwicus[o] de Horzelgeu[p], Iohannes dictus Asce[q] cum aliis suis complicibus scultetum[r] vel advocatum in Teneberg[s] captivum abduxerunt et omnia pecora ante [civitatem] Ysenach[u] et in villis prope iacentibus abstulerunt. Sed et ministeriales terre loca sibi placentia edificaverunt, scilicet illi de Wangeheym[v] montem Kalinberg[w.1], illi de Tulstete[2] montem Steinfirst[x], Hermannus Stranze[y.3] in Seasonowe, illi de Lupize[4] montem Luchtenwalt[z], illi de Kobinstede[a.5] Scharfinberg, illi de Franckinsteyn[b.6] [montem[c]] Waldinborg[d.7]. Feb. 10. Cr. Minor. Cr. S. Petri s. 1247. f. 371b. Hoc anno mortuus ib. est comes[e] Hermannus de Orlamunde.

1. Mach. 1, 10. 3, 42. Cr. S. Petri.

Multiplicata sunt mala super terram illo tempore. Nam turbacionem adauxit discordia, que facta est inter comites Thuringie et pincernam, dictum de Vargila, Rudolphum, qui multas[f] villas comitum depopulans igni consumpsit; per quod factum eosdem comites ad resistendum provocavit. Veniens autem[g] pincerna cum suis occurrit illis et cum eis pugnam commisit. Pincerna ergo de prosperis successibus de preteritis factis exhilaratus comites inimicos suos non solum devicit, sed eciam quatuor ex eis, scilicet Guntherum comitem de Keverenberg et filium eius Bertoldum et Heinricum et Guntherum[h] comites de Swartzburg[i], captos secum deduxit[k] et in vincula coniecit[l]. Sifridus Moguntinus apud papam optinuit, ut vacantes prelature et prebende per biennium episcopatui deservirent, et hoc factum quinque annis perduraret. Hoc (eciam[l]) anno in vigilia sancti Iacobi apostoli Heinricus filius Theoderici[m] marchionis, consobrinus Heinrici regis, veniens[n] Thuringiam cum exercitu prope civitatem[c] Erfordiam resedit, ita ut ex civitate ad suos et a suis incula in civitatem iacerentur[o]. Hoc[p] anno[q] Sophia ducissa Brabancie, filia Lodewici lantgravii et sancte Elizabeth, mater Heinrici lantgravii Hassie, castrum Wartperg[q] et totam terram Thuringie[10] in potestatem suam accepit ipsamque fidelitati[r] Heinrici marchionis, avunculi sui, commisit. Hoc anno civitas Wizense[s], captis et depulsis habitatoribus, prede patuit et igne succensa est. f. 371c. 1250 (Mart. 2). Cr. S. Petri.

Anno Domini M°CC°XLIX. Sifridus Moguntinus in Pinguia[t] moritur et Moguncie sepelitur. Quo defuncto, bellis adhuc undique frementibus[u] et crudelitate predonum in depopulacionibus ecclesiarum, civitatum et villarum adhuc ingravescente, *prosperit de excelso sancto suo Dominus et de celo in terram aspexit, ut audiret gemitum compeditorum*, in eo, quod clerus Moguntinus ad pastorem et rectorem eiusdem sedis[v] elegit fide et opere Cristianum. Qui omnibus viribus suis studuit ecclesie, cui presse debuit, pacem providere, revolvens animo illud dictum salvatoris: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur*[w].

[Anno[x] Domini MCCLII. Fridericus quondam imperator, sed anathematizatus et imperiali honore privatus, veneno interiit et misere mortuus est in die Lucie, sepultus apud Foyam. Non multo post eiusdem filius Conradus rex etiam misere mortuus est, sepultus apud patrem]. Hoc eciam anno quidam[y] comites Thuringie et Saxonie et alii Cr. Minor. (Cr. S. P.) Cr. S. Petri.

a) *uncis incl. praebet* 2. *(brevata L II); om.* 1. b) nono 2. c) *sic L II; om.* 2. d) quales 2. e) frater Ludovici, qui fuit maritus beate (sancte) Elizabeth *add. E.* 2 *ex E.* f) est *add. E. L II.* g) *uncis incl. praebent* 2. *E.*; in od. alterius *habet etiam T.*; *uncis incl. om.* 1, *ubi inserta h. l.*: Wilbrandus XX[us] arch. — — *f.* 371a. decanus successit = *SS. XIV, p.* 422, *l.* 1—34. *Cf. de hoc loco N. Archiv XXI, p.* 268. h) imperatoris qui *add. E.* i) Bonifacii (= *diex S. Dominici*) *E.* k) fudit 2. l Et nota quod anno 1 *post locum inserturn*; Anno vero sequenti idem rex Henr. *E*; deinde anno sequenti *T.* m) *om.* 2. n) vix a W. *E.* o) *sic* 2. *E*; Lodewicus 1. p) horzegue *eadem manu corr.* horzelgue 1; Hozzelgen, *supersc.* horfelegen 2. q) Adze *supersc.* vel adscen *(ut l infra p.* 620, *l.* 8*)* 2; Atze *E.* r) schult. 1. s) teneberg, *supersc.* tenberch *(ut cod. Mathing. E)* 2. t) *sic* 2. *E*; *om.* 1. u) Ysenache 2. v) wangeheim, *supersc.* wanheim *(ut cod. Mathing. E* wanheym 2. w) Kalenberg *E*; Kalnberck *(ut cod. Mathing. E)* 2. x) *sic* 2, *ubi supersc.* steinforst; Steynforst *E*, Steynberg 1; *cf. infra p.* 622, *l.* 18. y) straus *(ut cod. Mathing. E)* in schasonelbe 2. z) *sic E*; Luchtewalde 1; Luchtenwaldt 2; *cf. infra p.* 622, *l.* 24. a) Cobenstete 2, *E.* — Scherffenberck 2. b) Franckensteyn 2 *E.* c) *sic* 2, *E*; *om.* 1. d) Waltenberck 2 e) *sic L II*, H. e. 1; comes *om.* 2. f) malas *add., sed del.* 1. g) *sic* 2, *om.* 1. h) *sic* 2; Gunterum *h. l.* 1. i) *sic* 2; Swartzburg 1. k *sic* 2; abduxit 1. l) *deest* 2. m) Diethere 2 n) *sic* 1, 2; *in add. E.* o) *sic* 2 *E*; iacerent 1. p) Eodem 2; Eodem tempore *E.* q) Wartperck *varpe* 2. r) *sic* 1, *E*; et fidei *add.* 2 s) *sic* 2; Wissense 1. t) pugna 1. u) frentibus 1. v) sedit 1. w) *in* 1 *sequitur*: Rodolfus XXI[us] arch. — M°CC°LX°. III° Kl Mas = *SS. XVI, p.* 422, *l.* 36—38. x) *uncis incl. praebet* 2, *om.* 1, *ubi plura a.* 1250. 1251. *omisso esse videntur.* y) *sic* 2; quid 1.

1 Qui cum infra p. 622, l. 25. prope villam Sättelstedt situs fuisse dicatur, inter hanc villam et Isenacum supra villam Kahlenberg ad fl. Hörsel sitam situs fuisse videtur. 2 Döllstädt a Langensalsa orientem versus situm (A. Gotha). 3 In multis cartis dictus *de Tullestete* Döllstädt). 4 Gross- et Wenigen-Lupnitz (Kr. Eisenach) ad fl. Nesse, ut videtur. 5 Cobstädt a Gotha orientem versus ad viam ferro stratam. 6 Quod castrum in monte Frankenstein prope Kloster Allendorf ad fluvium Werra situm erat. 7 Rudera castri Wallenburg prope Auwallenburg (Kr. Schmalkalden sita sunt. 8 Cf. supra f. 331a, p. 559. 9 Non a. 1248, sed a. 1250; Ann. Erphord., SS. XVI, p. 37. 10 Minime Thuringiam, sed Hassiam. Cf. Ilgen et Vogel, Thür.-hess. Erbfolgekrieg' p. 39. 136 sqq.

Cr. S Petri. militares viri contra regiam villam Molhusin[a] conspirantes, quosdam armatos curribus impositos occulte circa solis ortum
*f. 375[a]. eidem ville inducentes, portas civitatis nitebantur occupare. *Quod ut cives cognoverunt, sonsulibus campanis ad arma concurrebant, et viriliter se defendentes quosdam ex adversariis[b] trucidabant, ceteros a menibus suis fugantes cum magna eorum iactura a se repulerunt. Illos vero, quos perimerant[c], in fossam iactantes humo cooperuerunt.

Erat in illis diebus in Reynersborn Deo devota et sancta Guta nomine, que fuit pedissequa sancte Elizabeth et omnium virtutum eius cooperatrix fidissima[1], multis signis adornata. Hec cum habitaret in Horselgeu[d. 2] in domo sua, erat ibi quedam puella, quam ipsa de sacro fonte levaverat, filia cuiusdam militaris, scilicet Iohannis dicti Adscen[3], habens manum tumidam et deformem. Dixit autem ei mater sua Agnes: 'O dilecta filia, vade ad devotam Gutam, que te de sacro fonte levavit, et roga, ut tibi restituat sua prece manum tuam sanam'. Que obediens matri venit ad Dei famulam, rogans eam, ut, si
Marc. 9, 22. posset, faceret eam sanam. Que subridens ait: *Omnia possibilia sunt credenti*, et advocans eam dixit: 'O filia dilecta, ostende michi manum tuam'. Qua ostensa, accipiens sputum delinivit ipsam manum, dicens: 'Deus meus adiuvet te secundum fidem tuam, patrina dilecta'; et statim sana facta est manus eius. Factum est autem post hec, ut hec[e] devota femina quadam infirmitate decumberet. Deducta est in Erfordiam, ut a medicis curaretur. Dum autem una dierum ad ecclesiam pergeret, obviam habuit quendam infirmum paraliticum in platea iacentem et elemosinam petentem. At illa miserata protulit ei denarium, dicens: 'Sanet te dominus Deus meus tam corpore quam mente'. Quod ille audiens suscepta elemosina sanus factus est benedicensque Deum recessit. Ipsa vero devota
*f. CCCLXXIII[a]. femina ingravescente infirmitate *cum magna devocione diem clausit extremam. Quod audientes Reynersbornenses venerunt, ut auferrent corpus eius. Quibus canonici Sancte Marie resistentes volebant et ipsi hoc venerabile corpus tradere sepulture. Quibus inter se altercantibus[f] decretum est, ut mitterentur nuncii ad Mogunciensem ecclesiam, ut ibi discerent, quibus de iure competeret illud venerabile corpus terre commendare. Reynersbornenses igitur accipientes illam preciosam glebam secum deportaverunt. Cumque inhumata in ecclesia in feretro portaretur, predicta Agnes commater sua habens strumam in gutture applicuit manum dilecte Dei defuncte ad strumam sui gutturis, dicens: 'Eya, dilecta mi[g] commater, peto te ob gaudium, quo frueris, ut sanes me ab hac infirmitate', et statim sana facta est, omnibus qui aderant ammirantibus; quod signum per totam terram divulgatum est. Multa et alia per hanc famulam suam Dominus petentibus largiri[g] dignatus est.

[Anno[h] Domini MCCLIII]. . . . Illis vero[i] temporibus magna discordia in terra Thuringie exorta est, que per IX annos durans terram Thuringie et Hassie et Saxonie nimium devastavit. Nam cum domina Sophia ducissa Brabancie, filia sancte Elizabet, mater Heinrici lantgravii Hassie, repeteret Wartperg et terram Thuringie ab Heinrico margravio[k] Missenensi, dies placiti in ecclesia Predicatorum in Ysenach statuta est. Quo venientes[l], dicta[m] Sophia dixit ad[n] marggravium: 'Peto te, avuncule dilecte, ut restituas michi et filio meo terram tibi fideliter commendatam'. Qui respondit: 'Libentissime, dilecta matertera'. Et extendens[o] manus cum cyrothecis, ut ei restitueret terram[p], statim a suis con-
*f. 372. siliariis, scilicet a marschalco Helwico[4] et Hermanno de Slatheym[q. 5], seorsum abductus est. Qui dixerunt ad eum: 'Quid facitis', domine, dimittendo terram opulentam et Wartperg castrum inexpugnabile? Nam, si possibile esset, quòd contingeret vos habere unum pedem in celo, alterum in Wartperg, illum pedem in celo retrahere[s] deberetis ad istum in Wartperg. Nam bene competit, ut istam terram vos[t] possideatis aliasque duas, Orientalem scilicet et Missenensem, duobus filiis vestris, Theoderico[u] et Alberto principibus, commendetis'. Qui acquiescens nephandis consiliis eorum, reversus ad cognatam[v] suam Sophiam dixit: 'Non possum hac vice tibi reddere terram; oportet[w] me consiliis uti comi-

a) Mulhusen 2. b) *sic* 2; q. adversarios 1. c) *sic* 1. d) horselgen 1; Horsilgouwe *L I.* e) fl 1. f) altricantibus 1. g) largire 1. h) *uncis incl. hanc loco praemittunt E. T, post quae quaedam omissa videntur.* i) *om.* 2. k) *sic E.* margraff; Misen. 2; marchione 1. l) *sic* 1. *E*; convenientes 2. m) *sic* 1. *E*; ducissa *add.* 2. n) *sic* 1. *E*; Heinricum *add.* 2. o) *sic* 2. *E*; extrahens 1. p) *om.* 2. *E.* q) *sic E*; Slatheim 2; Slothheym 1. r) *sic* 2. *E*; facis 1. s) trahere 2. *E.* t) poss. vos *E.* u) Ditherico 2. v) cõgn. 1. w) *sic* 1. 2; sed op. *E.*

1) Cf. Dicta quatuor ancillarum, Mencke, SS. II, col. 2012. 2) Hörselgau ad fl. Hörsel (duc. Gothani) prope Waltershausen. 3) Supra p. 619. l. 11. commemorati. 4) De Goltbach, qui in multis cartis illius temporis occurrit. 5) De eo vide Funkhänel in 'Zeitschr. d. V. f. Thür. Gesch.' III, p. 6 sqq. 188. 208.

tum et nobilium terre, quod[a] michi et tibi bene expediat'. Quod illa audiens, pre nimio dolore et ira ineffabiliter lacrimata apprehendensque[b] cyrothecas disrupit[c] eas, dicens: 'Videat Dominus et iudicet!' proiciensque cyrothecas istas[d] in ventum dixit: 'O inimice omnis iusticie et inventor omnium iniquitatum, dyabole, accipe has cyrothecas cum tuis pravis consiliariis'! et statim nusquam comparuerunt; et sic infecto negocio discesserunt[1]. Illa autem adiens[e] cives[f] Ysenacenses conquesta est iniuriam suam[2]. Illi autem unanimi consensu promiserunt se ei in omnibus auxilium prebituros.

[Anno[g] Domini MCCLIIII]. . . . . Eodem anno Wilhelmus comes Hollandie in regem eligitur. Qui in divinorum officiis cum tanta[h] devocionis reverencia ac morum disciplina frequenter interfuit atque in prosecucione iusticie tam studiosus[i] ac districtus apparuit, quod in ipso tam devocionis humilitas quam iusticie equitas poterat non immerito[k] commendari. Et quia Dominum in omnibus factis suis semper pre oculis habuit, timuit et amavit, ideo ipse, qui *se diligentes diligit ac honorantes honore condigno[l] remunerat ac sublimat, eundem Wilhelmum multiplici sublimavit victoria. Nam cum Margareta comitissa Flandrie, que tota bellis ac cedibus inhyabat, ad eiusdem Wilhelmi[m] terminos populandos validum emisisset exercitum, ipse, utpote vir in armis ac strennuitate conspicuus, licet pugnatorum numero longe minor esset, tamen cum eodem congressus exercitu, de ipso divina annuente clemencia victoriosum optinuit triumphum. Preterea eciam cum Aquisgrani civitatem cum magna principum multitudine obsedisset, ipsam ad dedicionem absque longo temporis dispendio violenter ac magnifice compulit ac coegit. Nam ex industria et auxilio Frisonum[m*] cuiusdam aque restringendo decursum[n] tantum in ipsa civitate fecit inundacionis profluvium, quod diucius resistere vel subsistere aliquatenus non valebant. Hiis itaque habitis victoriis, una cum venerabili patre Hugone, apostolice sedis legato, ad partes accessit Saxonie, ubi filiam illustris principis (Saxonie[o]) Ottonis ducis de Brunswig[o*] duxit in uxorem. Cum igitur iam peragerentur tede, ac nuptiarum solempnia cultu celebrarentur magnifico, prout regalis excellencia exposcebat, ecce in ipso[p] noctis conticinio ex quadam ministrorum incuria ipsa aula, in qua rex accubuit, succenditur, ita quod ipse rex cum nova coniuge sua vix nudus evasit incendium. Omnia vero ornamenta sua, que multa secum adduxerat, incendio perierunt. Postmodum vero ad civitatem Hallis pervenit, ubi cum magno honore, sicud regiam maiestatem decuit, *susceptus est; ubi quamplures et principes Almanie ibidem ab ipso sicud a Romanorum imperatore pheuda[q] sua *f. 372d. receperunt. Post hoc[r] vero idem rex Wilhelmus cum exercitu suo terram devastaret Frisonum, ut ipsam imperatorie subiceret dicioni, heu! nimia seductus animositate, quosdam Frisones, quos aspexit in littore, cum paucis insecutus, ab ipsis morte miserabili interemptus est.

Cr. S. Petri.

[Anno[s] Domini MCCLV]. . . . . Eodem eciam anno cives Erfordenses, qui summi burgenses dicti sunt, quibus ab antecessoribus suis cura civitatis commissa fuit, statuerunt, ut singulis annis XII ex omni etate, seniorum videlicet, mediocrum et iuvenum, eligerentur, qui consules nominarentur, et super illos duos[t] seniores, ut, quod maior pars illorum faciendum decernerent, hoc isti[u] approbantes, ab omni populo civitatis firmum teneretur.

*Hoc eciam anno, scilicet M°CC°LVI[w], captus est Gerhardus episcopus Moguntinus et plures cum eo comites et alii nobiles in villa dicta Bolistede, in predio monachorum de Volkolrode, quos homines ducis de Brunswig eidem in Brunswig presentaverunt. Paucis vero diebus demum transactis idem dux comitem de Ebirsteyn dictum, patruum videlicet eiusdem episcopi, ob multas eidem duci exhibitas contumelias suspendio fecit interire. [Eodem[x] anno Ericus rex Dacie occiditur]. Eodem[y-3] eciam anno dux Bavarie[4] uxorem suam[5], filiam ducis Brabancie[6], sororem H[einrici[4]][7] lantgravii Hassie, pro infamia decollari fecit, ⟨inno-center[8], ut dicitur⟩. Item eodem tempore quidam[b] magistri theologi Parisienses duplici corde composuerunt eodem tempore libellum infamie contra Minores fratres et Predicatores, qui tale habuit initium: *Ecce videntes[c] clamabunt foris.* Hunc *librum ipsis magistris presentibus Anagnie Allexander papa quartus sentencialiter condempnatum combussit in audiencia. Destituit quoque eosdem magistros ab officiis et beneficiis, fratres autem utriusque ordinis idem papa restituit fame sue.

1256. (Jan. 18). ib. *f.CCCLXXIIIc.

Eodem anno M°CC°LVII. Gerhardus Moguntinensis[d] episcopus[e] a captivitate, qua per annum detentus erat, solutus est. Quidam namque frater regis Anglie, Richardus nomine, cupiditate regni ductus, cum esset multum locuplex, principes Theutonie, ad quos electio pertinebat imperii, magnis muneribus flectere temptabat, ut eum ad regni gubernacula eligerent; propter quod Gerhardum Moguntinensem[e] episcopum datis octo milibus marcarum a vinculis liberavit, eo scilicet racione, ut eum eligeret in regem Romanorum et aliis principibus idem facere persuaderet. . . . . [Eodem[g] anno comes Heinricus de Glichin senior[b] obiit et ibidem honorifice sepultus est].

a) *sic* 1. 2; quid *E.* b) apprehendens *R.* c) dirupit 2. d) ipsas *R*; *om.* 2. e) *sic* 2. *E*; audiens 1. f) *sic* 2. *E*: *om.* 1. g) *uncis incl. habet* 2 *pro* Eod. anno; *in L II ettam:* elig. sub a. D. MCCLIIII; *uncis incl. om.* 1. h) *sic L II;* tante 1. i) studiosius 1. k) merito 1. l) honore *tierum add., sed del.* 1. m) eedibus *add., sed del.* 1. m*) Fresonum 2 *(h. l.). L II.* n) cursum 2. *L II.* o) *deest* 2. *L II, in* 1 *additum videtur.* o*) Brunsnie 2. p) *sic* 2. *L II;* ipa 1. q) pheoda 2. r) hec *L II, om.* vero. s) *sic L II, ubi sequentia ex hac Cron. excerpta videntur.* t) *sic* 1. *L II.* u) *sic L II;* ipsi 1. v) *ex us quae* 2 *et L II ad a.* 1256. *habent persuasum mihi habeo excidisse:* MCCLVI. Rex — occiditur, *quod in Cron. S. Petri legitur; scil.* MCCLVI. *a librario cod.* 1 *inserta esse censeo.* w) (LXVI *del.*) LVI 1. x) *uncis incl.* 2. *L II habent; om.* 1. y) Hoc 2. z) Hinrici vel Hermanni 1; Hermanni *solum* 2. *E*; Heinrici *solum L II; alia littera rnl. tantum* H. *scripta a scribis diverso modo explicata esse videtur.* a) ino. ut dic. *desunt* 2. *E. L II.* b) Cuidam 1. c) *bis scr.* 1. d) Magunciensis 2. e) *sic* 2; archiepiscopus 1. f) *hae loca excidisse videntur ex Cron. S. Petri sumpta, quae L II habet:* Eodem anno capitulum — — ordinis. g) *uncis incl. L II (ubi* Eod. tempore). Eod. — senior *et* 2 *(ubi* ob. c. Henr. de Glichen s.) *habent; om.* 1. h) *om. L II.*

1) Fabula haec est, sed cui verae rei gestae viva memoria inest, Heinricum scilicet castrum Wartburg (non terram Thuringiae) contra ius pactumque a. 1250. initum retinuisse, Sophiam ab eo fraudatam esse. Demum a. 1256. aut 1257. Sophia castrum Wartburg aliaque allodia lantgraviorum Thuringiae repetivisse potest, cum usque ad a. 1256. lun. 24. ipsa eidem tutori filii sui ea tradidisset. 2) Cf. infra p. 622, n. 2. 3) Non e Cron. S. Petri, supra p. 400, l. 7 sq., haec sumpta videntur. 4) Ludewicus II. 5) Mariam. 6) Heinrici II. 7) In L II recte nomen explicatum est.

Anno Domini M°CC°LVIII. perdurante discordia inter marggravium[a] Misnensem[b] Heinricum et dominam Sophiam ducissam et Heinricum lantgravium Hassie, multa dampna in terris eorum perpetrata sunt et mala. Nam Heinricus lantgravius cum matre propriis diffidens viribus[c] ducem de Brunswig Albertum adiit filiamque[d.1] suam desponsavit sibi, ut
Cr. S. Petri a. 1263. eius auxilio posset resistere suis adversariis, eo quod ad resistendum profato marggravio viribus impar
Thren. 1, 1. esset; unde[e] idem dux per advocatos adeo terram[f] oppressit Thuringie, ut ipsa[f*], que aliarum provinciarum domina
1259. fuerat et mater villarum optimarum, ipsis[g] Saxonibus tamquam tributaria subiaceret. Nam dicta[h] Sophia eius
auxilio freta civiumque Ysenacensium[i] sibi adherentium montem[k] qui dicitur Ysenachen-
*f. 373°. burg[l] et Methensteyn[m] et Frowenburg[n] edificans munivit[2]. Sed econtra marggravius Heinricus municionem fecit in monte[o] Calenberg[p] iuxta Wispach[q.3].

Cr. S. Petri. Anno Domini M°CC°LIX. Gerhardus Moguntinus episcopus Erfordiam veniens ibidem moritur et apud Minores fratres tumulatur. Cui Wernerus prepositus maioris ecclesie successit.

Illis diebus Ludewicus abbas Reynersbornensis consilio suorum tam amicorum quam monachorum castrum Sowenburg ab antecessoribus suis destructum reedificavit, timens, ne ab aliis potentibus ibi municionem facientibus idem claustrum dampna et pericula paterentur et gravaretur; ipsumque fidelitati et providencie Hermanni de Henninberg[t] comitis, uterini fratris Henrici marggravii, commendavit. Nam multa mala et dampna dictum claustrum ab hiis qui Steynfirst vel[r] Harmensteyn[s] habitabant perpessum est in rapinis et predacionibus pertulit[s]. Quapropter talibus[t] malis Reynersbornenses oppressi[u] ipsos predones omnibus diebus dominicis candelis accensis pulsatisque campanis excommunicatos publice denuncciarunt. Sepissimeque ipsum castrum scilicet[v] albis induti cum corpore Christi et reliquiis sanctorum pedestres adierunt, omnes in eo manentes publice excommunicarunt. Quod audiens Heinricus marggravius idem castrum[6] destrui precepit et ad solum usque prosterni. Destruxit eciam idem marchio castrum Luchtenwalt[w] et illud munimentum[x] Calinberg[y.7] iuxta villam Settinstete[z].

f. 373°. Cr. S. Petri. Anno Domini M°CC°LX°. inter Bohemie et Ungarie reges grande bellum oritur. Ungarus equidem Rucenos, Comanos ac alias diversas barbaras naciones cum innumera multitudine secum[a] eduxit ad prelium. Bohemus vero diviciarum sudrum thesauros aperiens tam larga militibus satellicia ac donativa distribuit, quod ad se non modicam Theutonicorum evocavit miliciam. Cum igitur[b] ex utraque parte apud Maram fluvium convenissent exercitus et castra fixissent ibidem, ecce rex Bohemus Ottonis marchionis Brandenburgensis, qui eidem in adiutorium venerat, utili acquiescens consilio, quibusdam armatis post tergum relictis, tamquam fugiendo secessit retrorsum. Hiis siquidem visis Ungari quasi iam de belli certi victoria subsanando ac vociferando cum magna multitudine fluvium transierunt necnon eos, quos
f. 373. relictos invenerant, gravi fortitudine occupantes, ex ipsis *multos occiderunt. Hiis vero cognitis rex Bohemie cum toto revertitur exercitu atque ipsos Ungaros, qui flumen transierunt[c], in manu conclusit[d] hostili. Plures[e] quidem ex ipsis gladiorum exterminio perierunt, quam plurimi eciam, qui gladiorum procellas effugerant, aque non evaserunt periculum. Cum igitur[e] rex Ungarie tantam cladem suorum aspiceret, non ultra morari sustinens, cum residuo exercitu in fugam versus[e] est[f].

Anno Domini M°CC°LXI. plura milia flagellatorum prodierunt in mundo[g]; in singulis ecclesiis se exuentes flagellis ceciderunt, dicentes, si quis in tali penitencia XL diebus persisteret, ab omni-

a) margr. 2 *saepe*. b) H. Mian. 2 (Missen.). *E.* c) eo quod ad resistendum *add., sed del.* 1. d) filiam s. sibi desp. *E.* e. *sic* 1. *E*; Nam 2. f) oppr. t. *E.* f*) *om.* 2. *E.* g) *sic* 1. 2; nunc *add. E.* h) *sic* 1. 2; domina *E.* i) Ynsac. 2. k) *sic* 2. *E*; montemq; qui 1. l) Vsathenburg, *supersc.* Ysennaxberck (ysennaxborck *cod. Mushing. E*) 2. m) Methensiein 2. n) *sic* 2. *(E)*; Froweburg 1. o) *om.* 2; in m. *om. E.* p) *sic* 2 (*supersc.* kalenburg). *E*; Colleberg 1. q) Wirzbach 2. *(E.* r) Steynfrist ul 1. s) *delendum videtur.* t) talis 1. u) *emendavi*; perpessi *(ex l. 18)* 1. v) *delendum aut* Steynfirst *addendum videtur.* w) *sic h. l.* 1. 2. *E.* x) in 2; in monte *E.* y) Collinberg 1; Calenberg *E*; Kallenberck *(ut cod. Mushing. E)* 2. z) Zettinstete 1; Setenstete *E*; Settelstete *(ut cod. Mushing. E)* 2; *in* 1 *sequuntur*: Robertus de Quernforde — — *f.* 373c. annis VII = *SS. XIV, p.* 422, *l.* 39 — 423, *l.* 4. *Deinde sequuntur omnia delela* Anno dni M°CC°LVIII. perdurante discordia etc. = *supra l.* 1. a) *sic E. L II*; secute 1. b) *sic E. L II*; ergo 1. c) *sic* 1. *E. L II.* d) *sic E. L II*; host. concl. 1. e) *sic E. L II.* ergo 1, *ubi rex om.* f) f *add.*: Ista materia eciam habetur antea eodem anno, *scil. in Cronogr. Conradi Halberstadensis f.* 216°. 217°. *cod.* 1. g) *sic* 1. *L I.*

1) Immo sororem eius, filiam Ottonis ducis, Elisabeth. 2) A. 1259. Sophia Thuringiam invasit testibus Sifr. de Balnhusin c. 209. SS. XXV, p. 705, et Cron. Thuring. Isenac. c. 19, § 5 (= c. 59), Pistorius-Struve I, p. 1330, ex ignoto fonte. Tunc Isenacenses eam recepisse censendum est. 3) Fischbach villa prope Eisenach, orientem versus ab hac civitate ad fl. Hörsel sita, ut videtur. Cum haec munitio ab ea, quae supra a. 1248, p. 619, l. 14. dicta est, diversa fuisse videatur, nescio, num quaedam pars maior montis Hörselberg vel hic ipse tunc Kalenberg nominatus sit. 4) Qui a. 1254. adiutor Alberti filii Heinrici marchionis in regenda Thuringia ab eodem constitutus erat, et a. 1255. et 1256. monasterio Reinhardsbr. cartas dedit. Cf. Ilgen et Vogel l. l. p. 172 sq. 5) Huius castri domini a. 1248. etiam praedium monasterii Vallis S. Georgii spoliavisse dicuntur in Ann. Erphord., SS. XVI, p. 35. 6) Steinfirst. Minime Schauenburg, ut auctor Libri cron. Erford breviando male scripsit, et ex eo Cron. Thuring. l. l. Cf. infra a. 1265, p. 624. 7) Supra a. 1248, p. 619. dictum; cf. n. 3.

Cr. S. Petri. longe lateque apparuerunt, antequam oriretur ipsa stella. Cometes[a] igitur veloci cursu laboravit, ita quod precucurrit et longe versus meridiem precessit stellam matutinam, id est Luciferum. Visa est autem circa festum sancte Marie Mag-
f. 374d. dalene primo et usque ad octavam sancti Augustini *apparuit. De hac Ysidorus in libro Ethymoloiarum[b] scribens dicit: *Cometes stella est dicta, eo quod comas luminis ex se fundat. Quod genus syderis, quando apparuerit, aut pestilenciam aut famem aut bella significat. Cometes autem Grece, Latine crinite appellantur, quia in modum crinium flammas spargunt, quos Stoyci dicunt esse[c] ultra triginta, quorum nomina et effectus quidam astrologi scripserunt.* Eodem anno dux[d] Albertus de Brunswig, cum per annum captivus detentus esset[e], redemit se a captivitate cum octo milibus marcarum et VIII municionibus.

1264. Hiis eciam diebus facta est composicio mediante duce Alberto inter marggravium Heinricum et filios suos et inter Sophiam ducissam et Heinricum lantgravium Hassie[f], filium suum. Que composicio talis erat: Heinricus lantgravius Hassie, ut abrenuncciaret omni iuri suo in terra Thuringie, recepit in suam potestatem omnes municiones, quas dux Albertus pro redemptione sua dederat, scilicet Aldendorf, Witczenhusin[f*] cum aliis prope Werram aquam[f] adiacentibus[g] et sexcentum[h] marcas, pro quibus recepit in suam potestatem civitatem Wizense[i.1]. Eodem tempore desponsata fuit filia Alberti lantgravii[2] filio
Cr. S. Petri. ducis Alberti[3]. Ipso eciam anno Urbanus papa quartus defunctus est. Hic Urbanus quartus instituit solempitatem novam, scilicet corporis Domini, feria V[a] post octavam penthecostes. Eodem
ib. eciam tempore pluvie repentine et inundaciones aquarum circa festum beati Nicolai multas villas in Saxonia miserabiliter submerserunt[k].

f. 375a. Anno Domini M°CC°LXV°. Clemens papa IIII[us], a beato Petro CXCIIII, ordinatur, qui antea vocabatur Guido et fuit[l] archiepiscopus Narbonensis, et factus cardinalis electus est in papam. Iste papa, prius quam fieret clericus, habuit legittimam et per eam habuerat filiam; sed et in tantum profecerat in iure civili, ut dominus legum vocaretur. Mortua vero uxore clericus effectus est, et in tantum per Dei graciam profecit, ut de gradu ad gradum ascenderet. Eodem tempore ingravatum est bellum inter papam Clementem et Menfridum principem Apulie pro patrimonio sancti Petri, quod prefatus Menfridus violenter tenuerat. Eodem tempore soldanus Babilonie impugnans christianos in Terra Sancta[m] cepit Azotum castrum firmissimum domus Hospitalis, quod alio nomine Assur vocabatur, in quo habitabant ad duo milia hominum, quos omnes gladio peremit. Sed et fratres milites domus Hospitalis et domus Templi CLXXX captivatos ac vinculatos deduxit in Egiptum. Cepit eciam civitatem et castrum Cesaream, que vocatur Cayphas, et vio-
f. 375b. lenter eas detinet, et nimis[n] *invaluit contra cultores christiani[o] nominis.

1267. Eo tempore Sowenburg castrum per Ludewicum abbatem IX, ut predicitur[4], reedificatum et ad fidam manum Hermanni comitis de Henninberg commissum, sed suo post conterino Heinrico Thuringie[p] marggravio commendatum, solotenus subvertitur, eo quod per inhabitantes monasterium Reynersborn multis iniuriis vexabatur. Causa autem et modus subversionis sic fuit: Amici fautoresque monasterii in Reynersborn cognoscentes ipsum monasterium in Fredericherode villa proprietatis eiusdem monasterii rapinis, virginum mulierumque oppressione ac multis aliis, que non sunt dicenda per singula, incommodis concuti, id graviter ferentes, cum per dominos eiusdem monasterii nec precibus nec iniuriis, quas eis inferre poterant, dicti habitatores possent cohiberi, nocte, qua mane se-
Febr. 1. quenti dies illuxit sancti Severi, dictum castrum cum silencio adeunt et Dei adiutorio expugnatum valide possederunt[q]. A quibus memoratus abbas Ludewicus castrum Sowenburg pro ducentis marcis usualis argenti comparans[5], ne quid tale de cetero suo eveniret mona-
1265? sterio, funditus diruit pariter et subvertit. Eodem tempore diviserunt inter se terras Heinricus marchio[r] et filii[s] hoc modo: Heinricus marchio pater retinuit terram Missenensem, Tidericus[t] filius eius terram Orientalem et marchiam Landisperg[u], Albertus frater
Cr. S. Petri. eius Thuringie[v] terram optinuit[6]. Eodem anno Albertus lantgravius Thuringie et Otto marchio de Brandenburg cum filio suo, Albertus eciam dux de Brunswig atque multi alii in Prussiam[w] peregrinando contra paganos cum signo crucis profecti sunt; et quia[x] hyemps lenis erat eodem tempore, nichil proficientes ad propria reversi sunt.

f. 375c. {Anno[y] Domini MCCLXVI}. . . . . Eodem anno Clemens papa *congregato magno exercitu instituit eis principem militie, ducem ac capitaneum, videlicet Karolum comitem, germanum regis Francie Ludewici venerabilis; qui profectus in Tusciam et deinde in Apuliam contra Menfridum principem Apulie, filium Frederici quondam imperatoris, quem aggressus bello vicit cum[z] glorioso triumpho. In hoc conflictu vulneratus cecidit Meinfridus et cum pluribus militibus occisus est. Occiso autem Menfrido hoste ecclesie et interfecto eius dissipatoque exercitu, dominus papa Clemens pre-

a) *sic distinctum in* 1. b) ethymoarum 1. c) ult *add., del.* 1. d) *sic E;* Alb. dux 1. e) *sic E; om.* 1. f) *om.* 2. *E.* f*) witenhusen, *supersc.* witsehusi' 2. g) iacentibus 2. *E.* h) *sic* 1. 2. *E.* i) Wissense 1; Wyzense 2. k) *in* 1 *sequitur:* A. D. M°CC°LX° Ropertus de Quernforde — — *f.* 375a. donavit sibi ligna = *SS. XIV, p.* 422, *l.* 39 — 423, *l.* 9. l) *sic* 1. *LII.* m) *om.* 1. n) min' (us) 1. o) xpianis 1. p) thurr 1. q) possiderent 1. r) margravius *E.* s) sui *add. E.* (2). t) Ditericus 2. u) Landisberg 2. *E.* v) t. Th. 2. *E.* w) pruſſiam 1. x) *sic E* (*ubi* Sed quia); et hii propter lenitatem hyemis n. profecerunt ad pr. 1. y) *uncis incl. habet* 2 *infra ante* Eringus (*p.* 625, *l.* 5), *E tam ante l.* 45. (Eod. anno]: *om.* 1. z) eum 1.

1) Cf. de hoc pacto Ilgen et Vogel l. l. p. 39 sqq. 2) Agnes. 3) Brunswicensis filio iuniori Alberto, ut infra p. 631. dicitur. Qui tunc nondum natus erat. Falso ad a. 1264. haec desponsatio relata est. 4) P. 622, l. 13. 5) A Sifrido de Hopfgarten et Henrico de Schauenburg abbas hoc castrum emit 130 marcis Fribergensis monetae teste carta Alberti lantgravii data 1267. Apr. 7, Thur. sacra p. 117, nr. 71; Schannat, Vind. liter. I, p. 123, nr. 31. 6) Cf. de hoc loco Wegele, 'Friedrich d. Freidige' p. 57. 58, n. 1.

fatum Karolum comitem gloria et honore coronavit, sublimavit et fecit eum regem Cecilie. Ipso eciam tempore Cr. S. Petri.
soldanus Babylonie predictus optinuit castrum quoddam Templariorum ultra mare nomine Saphat et occidit apud idem castrum mille quingentos et aliquos Predicatores, Minores fratres occidit et fecit ibi magnam cedem christianorum. Et accepit in eodem castro arma quatuor milium virorum et multas balistas, sed et multa victualia invenit ibi et collocavit illic Sarracenos. Et de eodem castro totam terram illam sibi subiugavit. [Eringus[a] episcopus Herbipolensis obiit. Inde duo per discordiam electi, unus filius comitis H[ermanni] de Hennenberg Bertoldus, alter vero de Trimperg[b], propositus eiusdem ecclesie, quem maior pars capituli concorditer elegerunt. Inde inter H[ermannum] comitem et cives Herbipolenses exorta discordia et dissensio gravis. Inde collecta milicia et commisso prelio multos ex parte comitis ceperunt, multis occisis. Ex utraque parte plus quam sexcenti gladio ceciderunt. Quidam flumini Mogo se inmergentes perierunt. Multos eciam comites et ministeriales Thuringie ceperunt Herbipolenses, videlicet Fridericum comitem de Bychelinge et comitem de Glichenstein. Reliqui vero fuga lapsi sunt]. Eodem anno magna[b*] discordia orta est[c] inter regem Bohemie et ducem Bavarie, et[d] nullus ad concordiam eos posset reducere, idem Bohemus in diviciis suis[e] confisus magnam fieri procuravit expedicionem in terram ducis Bavarie [et[f] congregavit magnum exercitum], videlicet centum milia pugnatorum et IX milia cum plenis armis et dextrariis. Et profectus venit in terram ducis et multis calamitatibus oppressit eam[g], et pervenit ad famosam civitatem Ratisponam, et ultra progredi non *valens, ad *f. 375ᵃ.
propria reversus est.

Anno Domini M°CC°LXVII. Cruce signati sunt in subsidium Terre Sancte Ludewicus rex Francie, rex Anglie, rex Arrogonie, rex Nawarrie, rex Cecilie, comes frater regis Francie et filii regis Francie, archiepiscopus Rothomagensis et multi alii comites et nobiles, milites et cives ac virorum bellatorum multa milia. Hoc anno venerabilis ducissa olim Polonie Hedwigis[g] felici transito ex hac[h] luce migravit. Que plurimis miraculorum splenduit miraculis et prodigiis; hanc Clemens papa canonizavit et cathalogo[i] sanctorum asscripsit. Cuius translacio per cardinalem[k] Wydonem, legatum sedis apostolice, cum magna multitudine fidelium utriusque sexus, tam religiosorum quam eciam secularium, in episcopatu Wratislawiensi celebrata est VII[o] Kal. Septembris. Hoc sancta Hedwigis fuit matertera sancte Elizabeth de Marcburg[l] filiaque ducis de Meran ac[m] matertera Bele[k] illustris regis Ungarie et mater famosi Heinrici ducis Polonie, quem strenue pugnantem pro patria atque populo christiano in conflictu Thartari occiderunt.

Anno Domini M°CC°LXVIII°. magnum fuit bellum in Ytalia inter Conradum et Karolum reges, ita quod amplius quam sex milia utriusque[n] partis occisa sunt. Eodem anno Iohannes marchio Brandenburgensis[o] in torneamento apud Merseburg cum lancea miserabiliter est occisus. Ipso die redeuntes de eodem torneamento Theodericus prefectus de Kirchberg in Sala apud Nuenborg cum tribus armigeris miserabiliter submersus est. Item ipso tempore Conradinus rex Terre Sancte, qui fuit eciam dux Swevie, captus est in Apulia, quando *regnum Cecilie *f. CCCLXXVI°.
tamquam patrimonium suum repeteret armata manu, cum Frederico duce Syrie[p] et cum comite Pysano et cum plurimis aliis a rege Karolo Gallico inmatura morte capitibus sentencialiter quasi latrones truncati sunt. Prius tamen cuidam de ordine Minorum fratrum pluries confessi sunt et audita missa sacrum sacramentum dominici corporis acceperunt. Insuper agenda mortuorum pro ipsis[q] completa, ipse rex Conradinus dixit spatario: 'Ignosce tibi, quod me occidis', torque figuram dominice crucis faciens, extentis brachiis super terram, sic cum predictis nobilibus decollatus est. Hoc eciam anno firmissimum castrum Stutirnheym prope Erfordiam valida manu ab eisdem civibus ad solum usque destructum est.

Anno Domini M°CC°LXIX°. Soldanus Babylonie, qui est rex Egipti, nacione Turcus, nomine Melchasar, sevissimus hostis catholice ecclesie, civitatem Antyochiam magnam et opulentam ac christiano populo plenam bello expugnavit et cepit, spolians eam innumeris opibus, ac incendio vastavit. Occidit quoque in ea plus quam centum milia et XXXᴹ hominum, et hoc maxime in odium Thartarorum, quia ipsa Anthyochia subiecta fuit et tributaria Tartharis. Idem soldanus publice apostatantibus et Christum negantibus multis dedit vitam. Item solempnes nuncii predicti soldani Babilonie et nuncii solempnes regis Thartarorum missi ad principes christianorum et maxime ad Ludewicum regem Francie, navigantes per mare Mediterraneum, convenerunt casu in civitate Ianuensi, et videntes se[r] pugnare ceperunt, pars contra partem, in plateis civitatis, ut insimul se occiderent, 'quia odium inveteratum et rancorem portant ad invicem Sarraceni *f. 376ᵃ.
et Thartari. Quod videntes cives Ianuenses, ut decebat eos, lites interceperunt et pugnas sedaverunt eorum. Deinde, cum prefati nuncii pervenissent ad regem Francie, Sarracenos nuncios soldani nec audire nec videre voluit. Nuncios autem regis Thartarorum et Thartharos gloriose ac honorifice suscepit et procuravit et legaciones[s] utiliter terminavit. In exercitu Karoli Gallici regis Cecilie unus gardianus fratrum Minorum et cum ipso X fratres eiusdem ordinis in suo claustro capti et vestibus spoliati ac deducti sic nudi ad vendendum publice per exercitum cum obprobrio; quos Deus propter suam innocenciam per quendam abbatem ordinis sancti Benedicti a vinculis et obprobrio liberavit et dato precio redemit.

Eodem tempore Margareta filia Frederici imperatoris[1], uxor Alberti lantgravii, mater[u] 1270.
principum Heinrici et Theoderici lantgraviorum et Frederici marggravii, multa mala et obprobria perpessa est, quia idem Albertus superinduxerat sibi secreto quandam de suis pedissequis nomine Conegundam[v] de Ysenberg; quod illa non ferens cum fidelibus suis egit, ut occulte mitteretur a Wartperg cum funibus et lintheaminibus et deduceretur in Creinberg[w] [1], (Iun. 24).
ubi abbas Hersveldensis[2] honorifice eam suscepit et deduci eam fecit in Vuldam[x]; sed et ipse abbas Vuldensis[y.3] magnifice eam suscipiens in Franckenfurt[z] cum multo comitatu deduxit[4]. Cives vero illius civitatis, videntes dominam suam hereditariam, cum multa

a) *uncis incl. praebet* 2, *a Schedel immutata; om.* 1. b) Grintperg 2. b*) *sic L H; d. m.* 1. c) fuit *L H.* d) *sic* 1. *L H.* e) *sic L H; om.* 1. f) *uncis incl. praebet L H; om.* 1. g) Hedewigis 2. h) *sic* 2; hoc 1. i) catha-lago 1. k) *sic* 2 (*ubi* Widonem); *om.* 1. l) *sic* 2; El. lantgravisse thuer 1. m) et 2. n) sexus *add., sed del.* 1. o) Brand. 1. p) *sic* 1 *cum P* 1 *et L H.* q) ꝑip (ipsius) 1. r) *om.* 1. s) procurauit et *iterum add.* 1; eorum nobiliter et *P.* t) 2ª *add.* 2. u) *sic* 2. *E; om.* 1. v) Cunegund' 2. w) crêberg 1; cremberg 3; Kreyenberg *E.* x) Fulda 2. *E.* y) Fuld. 2. *E.* z) *sic* 2; Franckinford 1.

1) Kraienburg ad Werram fl., cuius rudera exstant in monte prope Kieselbach (duc. Isenac.). Cf. W. Rein in 'Zeitschr. f. Thüring. Gesch.' IV, p. 418 sq. 2) Heinricus III. 3) Berthous. 4) Cf. Sifr. de Balnhusin c. 218. SS. XXV, p. 706 sq.; Ann. Veterocell., SS. XVI, p. 44; Cron. Min. Cont. VI. V, p. 273 sq.

1270. gloria et honore eam suscipientes ac ipsam ditissime procurantes usque ad mortem[t] benivole et honorifice detinebant.

Cr. S. Petri. [Anno[a] Domini MCCLXX. Rex[b] Arrogonie et rex Navarorum[c] et rex Anglie cruce signati in subsidium Terre Sancte per mare cum rege Francie profecti sunt, sed minime pervenerunt]. Similiter Ludewicus christianissimus rex
*f. 376c. Francie, *per omnia laudabilis, in divino cultu, in iudiciis iustus, in omnibus pius, in domibus religiosorum edificandis ac in pluribus carismatum donis precellens, cruce signatus cum Philippo et Iohanne filiis suis in commemoracione sancti Pauli apud Marsiliam ascendit mare, circiter cum LXM armatorum in subsidium Terre Sancte navigans; qui mare non transivit, sed febre cum filio, scilicet Iohanne, mortuus est: et ex suis multi milites in dissenteria mortui sunt, et plura milia peregrinorum submersi sunt in mari. Multi eciam barones et nobiles de exercitu eius interfecti sunt. Ossa vero Ludewici regis et filii sui solempniter et honorifice sunt reducta Parisius et in sepulcro patrum suorum solempniter sepulta. Eodem anno inclita et venerabilis Thuringie lantgravia Margareta, filia Frederici imperatoris, feliciter obiit in Franckenvurt[d]. Eodem anno Frisones cruce signati sunt circiter XLM et amplius, cum suis propriis navibus profecti sunt in subsidium Terre Sancte. [Eodem[e] anno missi sunt Westfali a Symone episcopo Padeburgensi vastare Hassiam spoliis et incendiis et captivis ducendis in odium Heinrici ducis eiusdem terre, subito quasi in una hora non longe a Frizlar apud villam Holzhusen ex ipsis Westfalis occisi sunt C et XXX]. Hoc eciam anno, postquam illustris rex Ludewicus in peregrinacione de terra sua egressus cum centum milibus pugnatorum cruce signatorum et ultra de diversis regnis ascendit mare, ut proficisceretur ad debellandos Sarracenos et barbaras naciones, quoddam mirabile et insolitum, a seculis non auditum, in mense Iulio circa festum sancte Margarete servis suis altissimus ostendere dignabatur in presagium futurorum, secundum quod iudicant sapientes. Nam XIIII. Kal. Augusti per nunccios in scriptis diligenter et celeriter fuit transmissa Parisius magistris ipsa visio terribilis, que talis: Erant Iohannes
*f. 376d. de Prisco et frater Waltherus de Hoio de custodia Picardie, sed de conventu Valentini in *custodia Cameracensi, existentes in castro quod dicitur Herpers, hora quasi vespertina viderunt oculis corporalibus solem rutilantem absque nubibus claritatem suam in lunarem palledinem subito commutare: quam palledinem tam mirandam quam horrendam dum dicti fratres cum centum L hominibus utriusque sexus, [qui[e]] tam insolitum videre spectaculum senserant, cum multa desolacione et terrore respicerent: ecce facta est subito intra solaris corporis extremitates scisio[f] quedam, que in sole in modum spere circulariter gyrabatur, et parumper post est ad integritatem pristinam reformatus, pallorem tamen retinens ut prius. Cumque circa quartam partem hore de spacio temporis transisset, ecce sol visus est scindi recte per medium ex transverso in partes per omnia coequales. Et dum hec visio appareret, visus[g] est vir armatus in equo armato ab oriente veniens et per medium solis gradiens paulato incessu divertit ad occidentem. Cumque post modicum iste disparuisset, visus[g] est et alter[h] veniens ab occidente, divertit ad orientem via omnino priori contraria, vir armatus in equo armato per medium solis ire visus est. Et parum post, cum similiter evanuisset, duo equi armati absque sessoribus in sole sibi occurrentes transierunt; qui cum evanuissent, apparuit homo magne stature ad modum latronis in solis medio suspensus, qui adeo discrete videri[i] poterat, quod funis cingens collum eius et annexus superiori stipiti et manus post tergum ligate satis notabiliter omnibus apparebant. Cumque iste apparere cessasset, sol integritate solita recuperata pal-
*f.CCCLXXVII. lorem in ruborem[k] ad modum cruoris bone rubei commutavit, *et post paululum pro rubore sanguineo persicum[l] colorem sumpsit, et postremo[m] illum colorem persicum pro colore croceo commutavit; et hunc croceum colorem cum parum tenuisset, visus est sol paulatim ad claritatem proprium devenire[n].*

*f. 377a. [Anno[o] Domini MCCLXXI[p] . . . . . .**] Eodem anno defuncto Clemente *papa IIII[o] papatus cessavit fere tribus
ib. 1272 annis. Gregorius papa X. electus est[q], a beato Petro centesimus nonagesimus quintus. Hic cum solempni comitatu intravit in urbem Romanam et Karolum Gallicum constituit regem Cicilie. Nam ante hunc papam nullus papa per XI annos intraverat urbem Romam propter discordiam et rebellionem Romanorum. Hic[q] Gregorius papa quando processionaliter transivit per urbem Romam, Constantinopolitanorum imperator, scilicet Baldewinus, et Karolus Cecilie rex, ambulantes quasi famuli super terram, per medium platearum duxerunt equum, cui insedit papa, [hinc[r]] et inde per frenum tenendo coram omni multitudine usque ad locum debitum stacionis.

Anno Domini M°CC°LXXIII°. Consules et iudices Erfordenses[s] cum universitate confregerunt domum fratrum Augustinensium, non permittentes ipsos habitare in Erfordia. Eodem anno principes convocati in Frankenfort[s] ad electionem novi regis, videlicet archiepiscopi Moguntinus, Coloniensis et Treverensis, palatinus Reni, dux Saxonie et marchio Brandenburgensis, omnes unanimi consensu elegerunt simul quasi una voce concorditer in die sancti Re-

*) *Fortasse exciderunt, quae Liber cron. Erford. (E), 'Zeitschr. d. V. f. Thur. Gesch. N. F.' IV, p. 233, habet ad a. 1270. (L I ad a. 1279)*: in Erfordia in platea fullonum . . — multo tempore. *Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 259 sq.*

Cr. S. Petri a. 1272. **) *Credo ea, quae L II ad a. 1271. habet, aut hoc loco aut alio in hac Cron. extitisse:* Anno Domini M°CC°LXXI°. valde magna fames in regionibus Theutunice erat, ita quod in festo sancti Iacobi[a] maldrum frumenti Erffordense duas marcas puri argenti solvebat, et pānis, quod[t] vix homini uno[t] semel sufficeret, pro uno solido d. Et multi homines fame perierunt.

a) *uncis incl. praebet 2; om. 1.* b) *haec fortasse infra ponenda, ubi in P leguntur.* c) Bauarorum 2. d) *sic 2*; Franckenfurd 1. e) *om. 1.* f) *sic 1.* g) vir *hac eltam loco 1.* h) et a. *bis scr. 1.* i) *sic 1. P 1 (corr. in videri).* k) cruorem 1. l) p siccum 1. m) post tremo 1. n) *in 1 sequitur locus infra p. 630, l. 48 sqq. editus.* o) *uncis incl. in cod. antiqu. praecessisse ex p. 630, l. 48. patet, ubi 1271. pro 1281.* p) et d. q) ut 1. r) in Erffordʼ 2. s) Frankenford 1; Franckenvoert *Theod.* t) *sic L II.*

SS. XXIV, p. 213; Nic. de Bibera Carmen sat. v. 1322—28. 'GQ. d. Prov. Sachsen' I, p. 82; Ann. Vetero-Cell. ed. Opel in 'Mitth. d. deutschen Ges. in Leipzig' I, p. 210. Quibus testibus auditis minime cum O. Posse, 'Hist. Zeitschr.' XXXI, p. 61. hanc relationem fabulosam censebis. 1) Quae iam die Aug. 8. eiusdem a. 1270. obiit. Nam quae Th. Fischer exposuit, 'GQ. d. Prov. Sachsen' I, p. 148 sq., n. 2, ut eam aliquot mensibus postea defunctam esse probaret, nihili duco. 2) *in f. s. I.* sumpta esse puto ex Cron. Minoris Cont. VII, quae in Cron. Reinh. excripta est, ubi: *A. D. MCCLXX. incepit esse fames valida in festo sancti Iacobi apostoli.*

migii episcopi sancto spiritu inspirante comitem Rodolphum dictum de Hobichesburg in Romanorum regem, licet absentem, in nomine Domini elegerunt. Postea in brevi, scilicet IX. Kal. Novembris, idem ipse electus Rodolfus in Romanorum regem Aquisgrani in throno Karoli Magni a Coloniensi archiepiscopo Engilhardo cum principum ac nimia nobilium multitudine gloriosa est unctus et solempniter coronatus. Usque ad hunc regem Rodolphum tamquam oblivioni traditum Romanorum regnum iacuit absque imperatore et absque rege confusibiliter per XXII annos, multis bellis a soldano et hostibus fidei et, quod turpius est, a christianis tam principibus quam nobilibus grauibus discordiis, spoliis, incendiis, homicidiis, monasteriis et ecclesiis dissipatis, Deo permittente atrociter laceratum, iuxta illud: *Non erat rex in Israel in diebus illis, sed unusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.*

Cr. S. Petri. *1. 377.

Eodem tempore advocatus Willekinus[a-1], scultetus[d] Heinrici lantgravii in Wissense[e-2], in nocte sancte Lucie in Reynhersborn[e] abstulit Alberto lantgravio quiescenti in Tenchberg centum equos et runcinos, quos illuc direxerat[f]. Quod cum sibi nunciatum fuisset[g], iratus dixit, quare eum propter tam parvam rem inquietassent[h]. Predictus itaque advocatus multam predam fecit in Thuringia; unde commoti nobiles terre consilio inito cum principe primam[i] precariam, in Thuringia hactenus inauditam, scilicet de aratro lotonem, fecerunt[k]; que communis erat omnibus tam religiosis quam clericis et laicis. Congregaverunt itaque sexcentas[l] marcas easque Heinrico lantgravio Hassie dantes civitatem Wissense[m] redemerunt.

1273? Dec. 13.

Anno Domini M°CC°LXXIII°. Baldewinus imperator Constantinopolitanus quosdam nobiles VII numero invitaverat secum ad mensam suam liberaliter ad prandendum. Sed *extrema gaudii luctus occupavit*. Nam in eodem prandio prefato reverendo atque catholico et christiano imperatori accutissimum ac mortiferum venenum propinatum est, de quo tam ipse quam alii, qui secum epulabantur, communiter intoxicati, eodem die mortui sunt. Quod audiens Gregorius papa X^us^ missas pro defunctis pro animabus eorum Lugduni solempniter celebravit. Eodem anno Gregorius X^us^ papa scripsit Rodolfo regi salutem etc.: *Sicut petisti, proposuimus Offlonem] Sancti Gundonis, cancellarium tuum et nuncium, coram fratribus nostris audiuimus. Proposuit enim ex parte tua coram nobis, quod ad Dei honorem et ecclesie Romane tuis comodibus intendis ecclesias et ecclesiasticas personas iuueris continuacione fouere, ipsas in suis minutatibus assistere, illarum iniurias propulsare, iura pro uiribus augmentare, ad universalem orbis pacem laborare studio efficaci, Terre Sancte partes visitare et ei, ut eius posset necessitas, subuenire. Ideoque magnificentiam tuam monemus, rogamus et hortamur in Domino, ut, que offers in uerborum dulcedine, in operis gratitudine prosequaris, Deo gratum te reddas et ei gracias agas ac instanter de his que concepisti deuoto animo persistas, ut sic Deus dirigat gressus tuos. Datum Lugduno.*

Cr. S. Petri.

Hoc anno Gregorius X^us^ papa indictum concilium generale cepit celebrare Lugduni in festo Philippi et Iacobi, ubi in concilio ipse papa narravit somnium dicens: 'Quando navigavi super mare, et videbatur michi, quod omnes deberemus submergi, sed Christus apparuit michi et manu me apprehendit, dicens: "Gregori, nolo, ut submergaris, volo, quod vivas, volo, quod tias papa, et quod ecclesia per te recuperet Terram Sanctam atque Grecos". Huc usque visio pape. Ita nomen pape et officium papale sibi fuit revelatum, antequam eligeretur in papam. In hoc concilio papa statuit, quod per sex annos debeat dari decima reddituum et proventuum in subsidium Terre Sancte ab omnibus prelatis et ab omnibus claustris et ab omnibus beneficiatis ac religiosis habentibus possessiones. Ipse etiam papa et cardinales dabunt similiter. Cum eadem indulgencia eodemque privilegio Terre Sancte crucem instituit predicari instanter ultra mare a festo sancti Iohannis baptiste ad duos annos[b] contra soldanum Babilonie et Sarracenos. Item solempnes nuncii Tartarorum, fulgentes vestibus auro textis, fuerunt in concilio pro confederacione facienda inter ecclesiam et ipsos Tartharos; ex quibus unus princeps, filius regis, fuit ibidem baptizatus, quem eciam papa ipse levavit de sacro fonte. Igitur Tarthari per litteras imperatoris sui Arabice scriptas pape et ecclesie promiserunt in expedicione cum XX milibus armatorum in bello assistere contra soldanum Babilonie et Sarracenos et in secundo passagio cum toto exercitu Tartharorum. Sancti spiritus graria suggerente Greci a papa vocati ad concilium gloriose suscepti sunt, ita quod cardinales, archiepiscopi et episcopi et prelatorum maxima multitudo ipsis Grecis ad dimidiam leucam obviam exierunt; quos ei papa cum lacrimis et osculis letissime suscepit. Hii prelati et solempnis nuncius imperatoris Grecorum Iogotheta[p], gloria indumentorum mirifice adornatus, cum litteris et bullis aureis concilio exhibitis, tactis sacrosanctis ewangeliis pro se et pro eis qui miserunt ipsos, videlicet pro I. metropolitanis archiepiscopis et pro quingentis suffraganeis et eorum synodis et subditis, ac Iogotheta pro imperatore Grecorum publice iuraverunt iuxta formam que habetur *De iurerurando extra Ego episcopus*. Confitentur papam esse caput et summum primatem omnium prelatorum et omnium ecclesiarum, et se reverenciam et obedienciam promiserunt. Articulos sacre fidei cum ecclesia Latina eisdem verbis confitentur, recipiunt et credunt. Sic Greci orientales ecclesie, qui in scismate fuerunt ab anno incarnacionis Domini M°XXVIII^to^, hoc est per annos CCXLVII, usque modo, ad unitatem ecclesie redierunt sub isto papa Gregorio X^o^, qui sub Gregorio papa VI^o^ et sub imperatore Conrado Sabco ab unitate ecclesie contumaciter recesserant. Itaque redierunt subicientes se humiliter sancte Romane ecclesie, eo tamen salvo, quod permittantur servare et tenere consuetudines Grecorum, que non sunt contra diuina mandata et contra sancta ewangelia. Hiis itaque peractis papa cum toto concilio, ingenti exultacione et lacrimacione perfusi, clara voce in excelsum resonantes cantaverunt ad laudem Dei *Te Deum laudamus* usque in finem. Et similiter *Credo in unum Deum* per totum. Continuo Greci per se Greca lingwa ad ipsum *Credo in unum*, sed illum articulum *Qui ex patre filioque procedit* tribus viribus successive cantaverunt, informati ab ipsorum interprete, et merito gaudendum omnibus Christi fidelibus fuit et pre gaudio flendum fuit, quod filius prodigus de regione dissimilitudinis ad patrem et

*1. 378.

---

a) *sic Theod., om.* L. b) *om.* L. c) *sic L H*, Willekindus 1, Wyllekynus 2, W. adv. 2, *L H*. d) schult. L. e) Wysense civitate 2. e-e) *sic* 2; Reynersborn L. f) *sic 2. L H*; duxerat 1. g) *sic 2. L H*, fuit 1. h) *sic 2. L H*; inquietasset 1. i) *sic L. L H*; primum 2. k) *sic 2. L H*, acceperunt 1. l) VI centum 2; *cf. supra p. 624, l. 15*; sexingentas *L H*. m) Wisenfje *h. l.* 1; Wyzense 2. n) ppium 1. o) iuribus 1. p) legotheca 1. q) M°XCVIII^o^ 1. e) secunc 1.

---

1) De Holesheim. Cf. Ilgen et Vogel l. l. p. 42 sq. Erford., GQ. d. Prov. Sachsen' I, p. 213. 2) Quam et cartam eius datam Weissensee 1271, Iul. 3, ib. p. 225 sq., nr. 21. Qui Willekinus iam a. 1248 cum civitatem lantgravius in suam potestatem acceperat, aliis civitatem Weissensee expugnaverat, Liber cron. p. 624, dictum est. donec ei 600 marcas solverentur, ut supra a. 1264,

S. Petri. ad stolam primam reversus est. Ideoque papa cum concilio hortatur et monet omnes Christi fideles multum gaudere de hoc, quod tam solempne membrum universalis ecclesie, videlicet imperatorem Grecorum cum suo regno, spiritualibus et secularibus, misericors Deus per ipsum papam reducere dignatus est a scismate et errore. Item Gregorius papa in concilio diligenter commisit fratribus predicare crucem in subsidium Terre Sancte, et ut plus ad hoc eos alliceret,

f. 378. quendam libellum delicatum papa misit ad perlegendum, cuius tenor talis est: *Olim Constantinopoli a Sarracenis violentissime*[a] *oppressi, a Karolo Magno imperatore auxilium supplices postulantes, impetraverunt, quod ipse Karolus cum exercitu christianorum personaliter in adiutorium venit eis. Quo audito timentes Sarraceni, pace facta, Constantinopolitanos non audebant de cetero impugnare. Post quorum recessum Karolus ex devocione sibi et suis ostendi rogavit crucem Domini et spineam coronam; quibus cum reverencia monstratis*[b]*, immensi odoris suavitas tanta exundé respersa est, quantum nullorum eius hominum tunc temporis meminerat se sensisse, ut putarent se presentes in amenitate paradisi positos; et in ipsa hora de suavitate odoris illius plurimi sunt curati a diversis infirmitatibus, et*[c] *plures, qui sepelendi erant mortui, sunt resuscitati. Cum autem Karolus coronam Domini spineam devote tractaret, albi flores muri odoris ex spinis, omnibus evidentibus, mox exorti sunt, quos colligens rex iam maturos in cyrotheca suam honorifice deposuit, qui paulo post in manna conversi sunt.* Et hic Gregorius papa X[us] multa instituit. Item inter alia statuit de electione pape in decretali: *Ubi periculum maius*, quod[d] defuncto papa cardinales convocentur in X diebus et claudantur, quilibet cum uno serviente, clerico vel laico, et non egrediantur nec mittant[e] nuncios aut litteras nec alicui extra loquantur, sed eligant papam. Si autem infra tres dies non eligunt, in aliis quinque diebus subsequentibus unum solum ferculum detur, et si non eligunt, nichil plus postea detur eis nisi solummodo panis et aqua, donec provideant ecclesie de papa. Cardinales

f. 378. qui claudi contempnunt carrant electione ipsa vice, et irrequisitis eis eligatur papa. Cardinales qui contra fecerint vel nuncios miserint vel litteras, ipso facto excommunicacionis sentenciam incurrunt. Rectores autem civitatum, quibus data est potestas ista claudendi cardinales si contra predicta fecerint, ipso iure sentenciam excommunicacionis incurrunt et infames sunt, et illa civitas est interdicto supposita et pontificali dignitate semper privata. Eodem anno[f] Rodolfus Romanorum rex auctoritate regia convocatis episcopis ac principibus aut[h] magnatibus regni in Norinberg celebravit curiam suam in festo beati Martini, ostendens ibidem robur virtutis sue cum duobus milibus militum armatorum et insuper quingentorum militum similiter armatorum fallatus[i] presidio, qui contradictorum et inimicorum rebellantium, si[k] qui forsitan apparerent, machinaciones et seviciam propulsarent, sive Odackari regis Bohemie, adversarii sui, sive aliorum. Sed disponente Deo nullus ibi contradictor vel adversarius audebat resistere ipsi Rudolpho regi Romanorum, quia ipsum hic Gregorius papa X[us] et ecclesia favore permaximo[l] confovebat.

1275. [Anno[m] Domini MCCLXXV]. . . . . [n] Eodem tempore venerunt moniales in Sangerhusen, habitantes in parrochia apud[o] Sanctum Odalricum[p] usque in presentem diem. . . . . [q]

Gr. S. Petri. Eodem anno soldanus Babilonie in odium ecclesie Armeniam vastavit et populum regni illius in ore gladii occidit[r], cum essent treuge inter ipsos et ipsum, quas idem soldanus impie contra fas crudeliter violavit, nec Armenis ibidem tenuit, quam promisit. Ipso anno in festo sancte Margarete in Traiecto Superiori clerici et populi multi processionem

f. CCCLXXIX. facientes solempnem, dum quidam iam transissent pontem fluminis, et posterior [s]multitudo magna sequeretur, ipse pons fractus ex pondere multitudinis Deo permittente, cuius iudicia incomprehensibilia sunt, in flumen CCC circiter vel plures utriusque sexus homines submersi sunt. Hoc anno circa festum sancti Galli Gregorius papa et rex Rodolphus cum procerum multitudine gloriosa et cum grandi leticia[t] ad invicem convenerunt in civitate Losanna. Tunc ibidem prefatus rex et regina coniunx sua et dux Lotharingie[u], dux Bawarie necnon et quingenti milites expediti in plenis armis cruce signati sunt[v] omnes pariter de manu pape ad transfretandum ultra mare in subsidium Terre Sancte. Eodem anno Theodericus illustris marchio Misnensis, zelum habens pacis et tranquillitatis, in patria persequens maleficos raptores et comprehensos numero XXX et quatuor decollavit. Hoc anno ante tribunal Philippi regis Francie quibusdam disceptantibus pro quodam opulento predio cuiusdam divitis defuncti, prefatus rex de falsis tesibus dubius unum, quamvis pauperem, modicum ac despectum, vocavit ad se, dicens ei: 'Si scis, dicas michi occulte *Pater noster*'. Qui dixit regi dominicam oracionem usque ad finem. Tunc exclamavit rex coram omnibus dicens: 'Ecce iste narravit michi totam veritatem'. Quo audito alii XI testes falsi multum exterriti [narraverunt[f]] unus post unum successive totum processum, dicentes se per pecuniam fuisse conductos et subornatos ab actore avaro et bibisse mercipotum, qui vulgariter dicitur[w]

f. 379. ligkouff, circa corpus defuncti, cuius fuerat predium, et ei, postquam 'fuit mortuus, vinum in os fudisse[w]. Ideirco rex contempnens[x] actorem convictum et iniquum, relicte defuncti et liberis eius restituit predium cum pace. Item predictus rex Francie Philippus duos cecos solebat pascere cottidie elemosina, ex quibus unus semper gracias egit Deo, alter vero cecus non Deo, sed semper gracias egit regi Francie, atque in hunc modum contendebant, unus Deum laudando, alter regem Francie. Hoc audiens rex a ministris sibi astantibus iussit infra prandium parari duo pastilla de carnibus equaliter bona, sed in uno poni et superaddi iussit colligatam panniculo marcam auri. Quo facto rex dixit procuratori[y] suo, ut daret cero qui eum laudaret pastillum[z] cum auro et alium[a] pastillum alteri cero, et adiunxit rex dicens: 'Scio tamen, quia Deus prevalebit'. Ceci illi ignorantes de marca auri permutacionem fecerunt de pastillis[b]. Tunc cecus laudator veri Dei superaddidit unum denarium Parisiensem altero[c] ceco pro suo pastillo, in quo reclusa fuit marca auri, et sic, omnibus mirantibus, cecus Christi laudator prevaluit iuxta[d] verbum regis. Alter vero cecus lamentabatur et nimio dolore, postquam cognovit rem gestam, plurimum se afflixit. Eodem anno Sarraceni et Barbari cum aliis paganis in multitudine gravi potentes[e] irruentes in Hyspaniam[g], videlicet in regnum Castelle, Toletanum archiepiscopum, primatem illarum regionum, nomine Sanctium interfecerunt et multos alios christianos. Preterea ipsum regnum

f. 379. crudeliter 'devastantes, multa' spolia asportaverunt, et hoc in vindictam. Nam pridem rex Castelle cum exercitu valido christianorum Sarracenorum regiones et Sibiliam magnam civitatem cepit. Alias quoque multas eorum municiones sibi potentissime subegit ac tributarios sibi fecit.

a violentissimi l. b) monstrans l. c) qu *add., sed del.* l. d) Quo l. e) mittant[ur] l. f) *om.* l. g) *sic L II*; et l. h) necnon *L II.* i) fallatus l. *L II.* k) *sic L II*; qui si l. l) pro maximo l. m) *uncis incl. habet L II pro* Eodem temp. *Quae inserui, cum quae l.* 31. *sequuntur ex Cron. S. Petri a.* 1275. *sumpta sunt, licet in L II saepissime falsi anni ponti sint.* n) *omissum esse patet locum Cron. S. Petri supra p.* 410, *l.* 30—33, *quem Theod. mutilum habet:* Hoc anno cives Erphordenses — armatis conductis aliunde incendiis et rapinis. o) ad *L II.* p) Udalricum *L II.* q) *ex hac Cron. sumpta esse puto quae in L II ex Cron. S. Petri sequuntur:* Eodem anno in marchia Misnensi — — cum pecoribus interierunt. r) *sic* l. *L II.* s) lucia l. t) *sic* l. *L II* (et *om.*). u) *sic L II*; *om.* l. v) mercipotus *add.* l. w) fundisse l. x) *sic pro* condempnans l, *ubi add.* auctorem vel. y) pcŭri (procurari) l. z) pastillam *h. l.* l. a) *sic* l. b) pastillis l. c) potentes l. d) hiis][paniam l.

Anno Domini M°CC°LXXVI°. Gregorius papa X^us^ obiit in Arecio. Huic pape fuit propinatum venenum, per Cr. S. Petri quod et mortuus est. Ad eius sepulchrum in Arecio multa miracula et magna Dominus operatur. Ipso anno[a] Innocencius papa quintus ordinatur sedit que mensibus VI et veneno interfectus est. Hic vocabatur Petrus et assumptus fuit ex ordine Predicatorum in cardinalem, postea electus in papam. Hic papa frequenter et personaliter predicavit crucem contra Sarracenos in subsidium Terre Sancte. Iste papa excommunicavit solempniter omnes presumptuose possidentes redditus et possessiones imperii Romani invito Rodolpho rege Romanorum, sicud Odacharum regem Bohemie necnon Karolum regem Sycilie, qui iniuste municiones, dignitates ac terras imperii multas tunc tenuerunt, et alii quam plures similiter. Nam Clemens papa quartus iam pridem dedit ipsi Karolo regnum Apulie et fecit eum vicarium et presidem Romani imperii, et quod iuratus deleret dignitatem senatoriam urbis Romane. Propter hoc discordia et bella atque homicidia plurima sunt secuta. Hoc eciam anno, quod mirabile dictu[b] est, tres pape, videlicet Gregorius papa X^us^ et Innocencius papa V^us^ et Adrianus papa quintus, infra dimidium annum immatura morte defuncti sunt. Sed iste predictus Adrianus et Richardus 'cardinalis pariter intoxicati sunt. Iohannes papa XXI^us^ ordinatur. Eodem anno *Cr. 1279. defunctus est. Eodem anno apud Urbem-vetorem et in terminis illic terremotus factus est magnus, qui incepit in die Veneris ante festum penthecostes et duravit per quatuor dies, quibus singulis diebus et noctibus factus est terremotus, ita quod turres alique ceciderunt, domus corruerunt, lapides angulares de suis iuncturis exilierunt, et iterum clause sunt iuncture, arbores in campis evulse sunt[c] radicitus; viri et mulieres, senes et iuvenes vestibus exuti flagellis se ceciderunt, de civitate fugierunt nec ausi fuerunt redire et in campis se receperunt. Nulli in civitate remanserunt nisi soli religiosi, qui ecclesias intraverunt et Deum pro populo devotissime oraverunt. Segetes et vinea perierunt.

[d] . . . . . [d]

Anno Domini M°CC°LXXVII°.[e] Albertus lantgravius et Theodericus frater suus Mysnenses[f] ceperunt castrum in Berca[1]; unde comites et nobiles et ministeriales Thuringie contra lantgravium insurrexerunt, eo quod ante cum ipsis pacem servare iuraverat. Unde lantgravius videns, quod[g] ipsis resistere non posset, castrum restitui procuravit; et facta est summa pax in Thuringia[h.1]. 1277.

Anno Domini M°CC°LXXVIII°.[i] facta est frugum habundancia, ita quod quatuor maldra tritici[k] Erfordensis mensure emerentur pro marca[l]. Eodem anno comes Iuliacensis nimium confidens in diviciis suis et in multitudine sui exercitus, cum iam[m] cives Aquisgrani bellis, incendiis et rapinis et variis calamitatibus lacessisset, tandem ausu temerario sub ficta pace eandem civitatem ingressus ab eisdem civibus cum trecentis militibus miserabiliter occisus est. Unde quidam rogatus hos versus dictavit: t. 3804. Cr. S. Petri a. 1277.

Versus: *Dudum pasta seacum mactavit Aquas Iuliacum,*
Dumque quris peditem capitat, capit ipse quritem.

Eodem anno mortuo papa Iohanne Nicolaus papa ordinatur, senatoria stirpe progenitus. Qui iuxta monasterium sancti Petri pallacium mire magnitudinis et pulchritudinis ex proprio domate fabricavit. Eodem anno 'archiepiscopus Colo- ib. a. 1278. *t. CCCLXXXI°. niensis Sifridus dictus Runchel opposuit se domino regi[m] Rudolpho, a quo humiliatus coactus est resignare quoddam castrum munitissimum Starkinberg dictum, ad quod attinebat redditus quinque milia marcarum, quod detinebat vi ipse episcopus et multi antecessores sui Romano imperio. Eodem anno magna campana in Heytinsburg[2] cecidit in vigilia sancti Augustini, cum pulsaretur, et confracta est, et scolaris, qui eam pulsavit in superiori laqueari turris, cecidit cum ea ad terram et Domino eum custodiente illesus permansit. 1278. Aug. 27.

Anno Domini M°CC°LXXIX°. facta est similis[n] habundancia frugum, scilicet maldro tritici solvente fertonem. Maldrum avene solvit fertonem et dimidium. Facta est eciam pacis tranquillitas per Albertum lantgravium Thuringie. 1279.

[Anno[o] Domini MCCLXXIX.[p] Wernherus Maguntiensis[q] episcopus posuit interdictum Erfordie[r] et mandavit clero exire[3]. Exeuntibus autem abbate Sancti Petri[4] cum aliquibus monachis et abbate Scotorum et preposito Sancti[5] Augustini[3] cum aliquibus rectoribus ecclesiarum, Sancte Marie et Sancti Severi canonicis[6] et quibusdam capellanis, maior pars monachorum Sancti Petri et regularium Sancti Augustini manserunt in civitate et plures capellarii, non servantes interdictum, defendentes se per appellacionem factam a civibus. Unde factum est, ut quidam[t] cives pociores volentes probare, utrum ipsi an episcopus eorum iuste procederet in facto hoc[u], acceperunt baptismum et aquam in[v] vigilia

a) dñs imperator o *add., sed del.* 1. b) dem 1. c) *eadem manu superscr.* 1. d) *persuasum mihi habeo hoc loco extitisse quae in Cron. S. Petri supra p.* 413 – 417. *l.* 18. *leguntur:* In eodem anno inter Rodolfum — — ordinavit atque disposuit, *haec ex hac Cron. descripta esse in cod. Hannoverano Conradi Halberst. a librario eius, qui in eodem hanc Cron. scripsit, et in I. II. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 238.* e) *sic* 1. *E. I. II;* MCCLXXVI. 2. e*) misenensis 2 *saepe.* f) porta 1; bertha 2 (e bercha); Bercka *E. I. II.* g) *sic* 1. *I. II,* quia 2. *E.* — ipsis *om. E.* 2 *(ex E?). I. II.* h) in 1 *sequitur:* Hinricus de Swalenberge — — *f.* 380^d^. ad possessionem pacificam = *SS. XIV, p.* 423, *l.* 12 — 424, *l.* 36. i) MCCLXXVII. *I. II;* Sequenti anno *post a.* 1277. *E.* k) *sic E. I. II; om.* 1. l) pro una m. *I. II.* l*) *sic* (dia *om.*) 1. *I. II.* m) rege 1. n) *emendavi, simil* 1. o) *uncis incl praebet* 2; *om.* 1; *in breve contracta et immutata eadem habent I. I. II.* p) MCCLXXVIII. *I. I. II.* q) Maguntiñ archiepiscopus *I. I. II.* r) excommunicavit (execravit) Erffordenses *I. I. II.* s) *om.* 2. t) quidem 2. u) fco. hoc acc. *distinguit* 2. v) vi *corr.* in 2.

1) Cf. Wegele, 'Friedrich d. Freid.' p. 76, n. 1. 2) Ubi haec villa sita fuerit, ignoro. Nomen corruptum, et ecclesia canonicorum in Ettersburg dicta videtur esse, de qua cf. W. Rein, Thur. sacra I, 2. 3) Cf. Cron. S. Petri 1279, supra p. 417. 4) Andreas. 5) Theoderico. 6) Cf. cartam decanorum et capitulorum harum ecclesiarum datam in Gotha a. 1280. Iul. 10, 'UB. d. St. Erfurt' I, p. 195, nr. 304.

1279. sancta[a] pasche a sacerdotibus eorum benedictam in civitate, mittentes ad villas proximas deferri fecerunt baptismum et aquam ab aliis sacerdotibus, qui non fuerant excommunicati, benedictam. Postera vero die illa aqua in civitate benedicta tam putrida inventa est, ut etiam fetida appareret. Illa vero ab aliis villis adducta per annum integrum recens et nitida permanebat. Unde attoniti cives cum annisu attemptabant, ut ad composicionem episcopi devenirent]¹.

Cr S. Petri. Anno Domini M°CC°LXXX°. Episcopus Magdeburgensis[b] cepit marchionem Missenensem cum pluribus Thuringie nobilibus.

Illo[c] in tempore erat ecclesia Reynhersbornensis[d] famosa et inclita, dives et[e] omnibus bonis repleta. Erant enim monachi inibi devoti et religiosi, obedientes et divino servicio iugiter inherentes, viventes secundum consuetudinem Cloniacensium[f] vel Hirsaugiensium, Tob. 14, 17. sicud a senioribus eis traditum fuerat. Erantque cari tam Deo quam hominibus et accepti. Erant eciam fratres qui dicuntur conversi humiles et quieti, Deo et ecclesie humiliter ser- cf. 1. Cor. 4, 12. vientes, operantes manibus suis quicquid eis iniunctum fuerat fideliter et devote. Erant *f. 381b. inter eos tunc temporis portantes ad nudam carnem loricas ferreas, alii[g] cathenas ferreas circa lumbos portabant. Alii vero sepissime nudi volutabantur in spinis et urticis et vepribus propter Deum. Unde Deus volens ostendere merita ipsorum, dum quidam ex ipsis matutinas frequentarent, divino sunt lumine circumdati; quod videntes alii laudaverunt Deum, qui talia in servis suis mirabilia operatur. Unus vero[h], ex ipsis nomine Wolfradus[i], dum in pistrino monasterii deserviret, multas elemosinas pauperibus erogavit. Quod audiens abbas monasterii[2], quia annona tunc cara erat[3], inhibuit ei[k], ne amplius elemosinas daret[l]. Quod ille non omittens[m], secreto inciso[n] pane, ad valvas in suo scapulari clam pauperibus deportabat. Dum ergo una dierum, ut dictum est, panem pauperibus deferret, obvius fuit ei[o] abbas interrogans, quid[p] portaret. Respondit se ligna et hastulas ad ignem faciendum[q] deferre. Abbas vero volens scire, quid deferret, ad manum accepit et intuitus est nutu Dei ligna et hastulas, credensque[r] verum abscessit. Ille vero panem, quem inciderat, pauperibus erogavit. Alio vero tempore, dum pistori[s] eidem panis deesset et omnem annonam in opus simile consumpsisset, vocans eum abbas interrogavit, ubi annona esset, de qua congregacio sustentari deberet. Respondit ille timens se habere sufficientem annonam. Deducensque[t] abbatem in pistrinum, ostendit ei estuarium vel cameram plenam annone[u] et *f. 381c. pane[v]. Quod videns abbas obstupuit, interrogansque[w], unde tanta habundancia panum venisset, audivit ab eo: 'Deus providit[x] suis ut voluit habundanter'. Erant illis temporibus isti redditus de allodiis in Reynersborn: In Allesleyben, in Rulhusin[y], in Tuteleyben, in Topstete, in Sebeleyben, in Bithusen, in Tulstede, in Sunthusen[z], de quibus persolvebantur annuatim mille maldra annone, scilicet tritici et ordei. Dabant eciam XL porcos pingwes, 35 valentes plus quam centum marcas, et alios centum porcos vernales, et in omnibus summis festis quevis curia porcum valentem fertonem cum caseis et ovis, vaccas, vitulos, oves et agnos, equos et paledros etc.[5]

Cr. S. Petri. Anno Domini M°CC°LXXXI. gravis gwerra orta est inter seniorem[7] lantgravium Albertum et Theodericum filium eius, civibus Erfordensibus astantibus lantgravio seniori, quibusdam vero ministerialibus adiuvantibus partem iunioris lantgravii. In qua eciam gwerra dominus Cristanus[x] episcopus domus Theutonice captus est a iuniore lantgravio et aliquamdiu detentus in castro Slatheym. Qui tandem coactus redemit se cum trecentis marcis. Quo soluto, et ipse iuvenis lantgravius captus est a comite de Koverenberch et traditus est patri suo. Qui per integrum annum detinuit eum in castro Wartperg iuxta Ysenacum, donec a quibusdam commilitonibus[a] et servis eiusdem iuvenis lantgravii, quibus *f. 381d. aditus ipsius castri notissimus erat, nocte furtive intrantibus, eundem, ablatis omnibus que[b] deferri poterant, ex captivitate viriliter eripuerunt. Eodem anno mortuus est papa Nicolaus, pro quo Martinus papa ordinatur. Quo mortuo successit Honorius quartus.

1281. f. 377a. Anno* Domini M°CC°LXXXI°. c.[6] orta est magna discordia inter Albertum lantgravium

*) *Haec 2 et Conr. continuata praebent cum iis, quae supra l. 39 sqq. de hoc bello ex Cron. S. Petri 1281. exscripta*

a) sancto 2. b) Meideburg. 2. c) *sequentia — l. 32. exscripsit Andreas (A).* d) Reynisborn. 1; Reinhertzporn. *A.* e) in *add. A.* f) Cluniac. seu Hirßaug. *A*; Cloniatensium vel herisauriensium 1. g) a. c. f. *om.* 1. h) autem *A.* i) *sic A*; Volradus 1; Wolffhart *Rothe c.* 542. k) ei ne a. *om. A.* l) dare *A.* m) obmittens *A.* n) inciso 1. o) *om. A.* p) quit *A.* q) se *iterum add.* 1. r) credens absc. (*om.* verum) *A.* s) eid. pist. *A.* t) ducensque *A.* u) *sic* 1. *A.* v interrogans *A.* w) providet suis et v. *A.* x) *emendavi; cf. supra p.* 612, *l.* 55; Bulhusin 1. y) *sic* 2. *C; om.* 1, z) *sic* 2; Cristianus 1. *Reliquam variam huius loci lectionem cod.* 2 *vide infra n.* *. a) militonibus 1. 55 b) omnibusq def. 1. c) *sic* 2. *C*; M°CC°LXXI° 1, *ubi haec loco anni* 1271. *supra post p.* 626, *l.* 37. *leguntur.*

1) Cf. de hoc loco 'N. Archiv' XXI,' p. 270. 514. 2) A. 1280—1300. Marquardus abbas fuit. 3) Cf. cod. 1 omisisse censendus est. 4) Müller, 'Urkundl. Gesch. d. Kl. Reinhardsbrunn' p. 220 sqq. adnotavit, ubi 5) Reliqua librarius hac villae sitae fuerint. 6) Hic locus supra p. 629, l. 40. 7) cod. 1 omisisse censendus est. de bello a. 1281, de quo supra l. 39. relatio Cronicae S. Petri exscripta est, in scheda codici in-

et filios suos Heinricum, Tidericum et Fredericum[1] propter matrem ipsorum. Nam comites 1281.
provincie adherebant patri, ministeriales vero et alii nobiles fovebant partem filiorum. Unde factum est, ut, ipsis[a] acriter inter se dimicantibus ac multas cedes hominum ac incendia et rapinas facientibus, tandem Theodericus lantgravius iunior dolo captivus abduceretur et in castro Wartperg artissime custodie manciparetur; quod sui fideles famuli audientes et nimium dolentes, nocte quadam congregati castrum Wartperg ceperunt ipsumque a vinculis 1282.
absolutum cum multa peccunia reperta viriliter abduxerunt[2]. Tandem mediantibus principibus et nobilibus terre talis composicio inter eos facta est[3], ut pater terram Thuringie obtineret, Theodericus Orientalem terram et dotem matris, terram Plissenensem, Fridericus vero terram Missenensem obtineret. Heinricus vero adiens ducem Polonie[4] filiamque suam[5] 1282/3.
in uxorem accipiens ibidem finem vite sortitus est[6]. Lantgravius vero senior Albertus sororem ipsorum[7], ut iam dictum est[8], Alberto iuniori filio Alberti ducis[9] desponsaverat. Quod audiens senior filius doluit[b], scilicet Heinricus, et clam congregato exercitu, cum ipsa ad

---

sunt, hoc modo: Anno Domini MCCLXXXI. orta est magna discordia[c] inter seniorem lantgravium Albertum et filios suos[d] Heinricum, Dythericum[e] et Fridericum propter dilectionem matris eorum[f], comitibus terre et civibus Erfordensibus astantibus[g] lantgravio seniori, quibusdam vero ministerialibus adiuvantibus[h] partem filiorum[10]. Ini qua guerra dominus Cristanus domus Theutonice episcopus captus est a Dytherico lantgravio et aliquamdiu detentus in castro Slatheim; qui tandem coactus se trecentis marcis redemit. Quo soluto factum est, ut, ipsis acriter se[k] dimicantibus et multas cedes hominum ac incendia et rapinas facientibus, tandem Dithericus lantgravius iunior a comite de Keverenberg[l] captivus abduceretur et patri suo traderetur; qui per integrum annum in castro Wartperg artissime detinuit[m]. Factum est autem, quod unus ex suis fidelibus famulis, cui erat notissimus aditus ipsius castri, nocte castrum adiret ipsumque a vinculis absolutum abduceret. Durante[n] guerra inter ipsos Albertus lantgravius senior diffidebat timens filius, commisit terram Thuringie fratri suo Dytherico marchioni. Qui condunato exercitu cum comitibus terre obsedit castrum Berchaa, quia ipsius castri domini adiutores erant lantgravii iunioris. Quod ipse audiens desponsavit sibi Iuthan sororem Bertoldi comitis de Henneberg, filiam sororis comitum de Swartzburg et cognatam comitis de Keverenberg. Quod audientes comites terre, facta composicione cum iuniore lantgravio, recesserunt ab obsidione castri. Videns autem marchio se a comitibus et nobilibus derelictum recessit et ipse cum suis cum dedecore ab obsidione et a terra Thuringie. Tandem[12] mediantibus nobilibus et principibus talis inter[o] patrem et filios facta est composicio, ut pater terram Thuringie, Dythericus[p] filius eius terram Orientalem et dotem matris, terram Plisenensem, Fridericus vero terram Misenensem obtineret. Heinricus vero adiens ducem Polonie filiamque suam in uxorem accipiens ibidem finem vite sortitus est. Marchio[13] vero Fridericus accipiens in uxorem filiam ducis de Tyrol[14] genuit ex ea filium Fridericum nomine, qui in adolescencia iuvenili etate deceptus, cum incaute quos- 1315.
dam persequeretur predones, a quodam ignobili ante Lypz[15] gladio transfossus (Ian. 13).
occubuit. Lantgravius vero Albertus filiam suam, sororem predictorum principum, Alberto iuniori filio Alberti de Brunswig desponsavit. Quod audiens senior filius Heinricus indoluit, et clam congregato exercitu, cum eadem puella in Brunswig duceretur, ipsam vi rapuit et suo coniugio copulavit. Unde inter ipsos[q] fratres magna discordia suscitata est et inimicicie exorte sunt.

---

a) *sic* 2; *om.* 1. b) *fortasse* 2 *l.* 37. *verum lectionem praebet.* c) *sic C*; Discordia oritur 2; gwerra et disc. *Conradi cod. Hannov.*; in Thuringia *add. Conradi codd. Vat. et Vind.* d) scilicet *add. C.* e) *in marg.* Theodericum 2, *et sic in textu Conradi codd. Vind. et Hannov.*; Thidericum *Conradi cod. Vat.* f) ut prius scriptum est *add.* 2. g) lantgr. sen. ast. 2. h) iuvantibus *C.* i) *sequentia solus* 2 *(non C) habet.* k) *sic* 2 (inter *om.*). l) Koue|nberg 2. m) *sic* (eum *om.*) 2. n) Bertha 2. o) in 2. p) Dyther9 2. q) ipso 2.

suta addita fuisse videtur, unde evenire potuit, ut vero anni numero 1281. corrupto in 1271. sub hoc anno a librario quodam male insereretur. Verum anni numerum 1281. Conradum et Hartm. Schedel in codicibus suis legisse patet. 1) Immo solus Theodericus, ut refert Cron. S. Petri, tunc contra patrem bellum movebat. Cf. Wegele, 'Friedrich d. Freidige' p. 88. 2) Cum teste Cron. S. Petri, supra p. 418, per annum integrum Theodericus in castro Wartburg detentus sit, hoc demum a. 1282. factum est. Sed castrum teste eadem Cronica minime tunc a famulis Theoderici captum esse videtur. 3) De qua pace infra a. 1282. p. 632. l. 14. brevius relatum est. Unde etiam patet hunc locum postea additum esse, ut supra n. 1. dixi. 4) Heinricum III. Wratislaviensem. 5) Hedewigem. 6) Qui iam a. 1286. defunctus fuisse videtur. Vide de eo C. Grünhagen in 'Zeitschr. d. V. f. Thür. Gesch.' IV, p. 161 sqq.; Wegele l. l. p. 88 sqq. 7) Agnetem. 8) A. 1264, supra p. 624. 9) I. Brunswicensis. 10) Ex his patet et Conradum et Hartm. Schedel codicem huius Cronicae habuisse, in quo duae relationes huius belli hoc modo coniunctae essent. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 271 sq. Sed corrige quae ibi dicta sunt ex iis quae ib. p. 515, n. 1. et supra p. 511. exposui. 11) Haec (— *Thuringie*, *l.* 29) ex iis quae infra a. 1282, p. 632, l. 6 sqq. leguntur huc tracta sunt. 12) Hinc repetita, quae supra l. 7 sqq. edita sunt. 13) Conicio haec ab eo addita esse, qui duas relationes Cronicae coniunxerit. 14) Agnetem filiam Meinhardi comitis de Tirol et ducis Karinthiae. 15) Ante castrum Zwenckau; Ann. Veterocell., SS. XVI, p. 45; (Ann. Vetero-Cell. ed. Opel p. 213 sq.; Chron. parvum Dresd., Mencke, SS. III, c. 348).

illas terras duceretur, ipsam vi rapuit et eam suo coniugio copulavit[1]. Unde inter eos magna discordia et inimicicie exorte sunt.

Cr. S. Petri. f. 381c. Anno Domini M°CC°LXXXII. Composicione facta inter dominum archiepiscopum Moguntinensem et cives Erfordenses, dominus abbas Montis Sancti Petri cum clero civitatis Erfordensis feria quarta post palmas honorifice revocatus est a consulibus et pocioribus eiusdem civitatis. Qui eciam pro emenda domino archiepiscopo circa mille marcas[a] et

1282. clero civitatis pro eorum dampno, quod pene per biennium pertulerant, trecentas marcas[b] dederunt. Durante[c] gwerra inter Albertum lantgravium et filium suum Theodericum, Albertus lantgravius commisit Thuringiam Theoderico fratri suo[d]. Qui coadunato exercitu cum comitibus terre obsedit castrum Berka, quia domini ipsius castri adiutores erant lantgravii iunioris. Qui lantgravius utili usus consilio desponsavit sibi Iuttam sororem Bertoldi comitis de Hennenberg[2], filiam sororis[3] comitum de Swartzburg[4] et cognatam comitum[e] de Kevernberg. Quod audientes comites terre, facta composicione cum iuniore lantgravio, recesserunt ab obsidione castri. Videns autem marchio se a comitibus et baronibus[f] derelictum recessit et

*f. CCCLXXXIIr. ipse cum suis cum dedecore ab obsidione et a terra Thuringie[g]. *Unde facta est composicio inter patrem et filium et pax magna in Thuringia[h].

Cr. S. Petri. [Anno[i] Domini MCCLXXXIII. magna mortalitas desevit in nobiles Thuringie. Nam vix infra dimidium annum marchio Theodericus de Landesberch, frater lantgravii senioris[5], obiit, et dicitur, veneno[6]. Et comes Albertus de Orlamunde fraterque eius comes Otto, comes Henricus de Sworceborch, comes Albertus de Glikenstein et multi alii mortui sunt nobiles ac ministeriales]. . . . . [k]

f. 382a. Anno Domini M°CC°LXXXIIII°. Dominus[l] Wernerus[m] archiepiscopus Moguntinus obiit, et vacavit sedes per II annos et III menses. Nam duo electi per discordiam ambo Romam pro confirmacione perrexerunt et ibidem infinitam pecuniam expenderunt, et tamen neuter eorum optinuit quod volebat. Nam rex Rodolphus[m*] episcopum Basiliensem, fratrem videlicet Heinricum de ordine Minorum fratrum, Romano pontifici direxit, petens pro uno electorum predictorum. Qui omnis callide agens, quantum pro illo in manifesto[n] laborare videbatur, pro quo rex miserat eum, tanto sibimet ipsi diligentius

f. 382c. eundem archiepiscopatum optinere conabatur; quod et fecit. Nam dominus papa, *electione cassata, archiepiscopatum Moguntiacensem[o] cum pallio et confirmacione predicto domino episcopo Basiliensi fratri Heinrico favorabiliter porrexit, illique, pro quo petiverat [rex!], episcopatum Basiliensem donavit.

[Anno[p] Domini MCCLXXXV. Iudei quendam puerum christianum in Maguncia miserabiliter occiderunt].

1284. [Anno[q] Domini MCCLXXXV. venit quidam apud Coloniam in civitatem Nusiam[r], asserens se esse Fridericum imperatorem, quem Innocencius papa quartus deposuerat, et qui plus quam ante triginta annos mortuus fuerat[7]. Et verbum istud longe lateque dispersum est, ita ut multi[s] eum crederent esse Fridericum imperatorem et adhuc vivere].

1285. Cr. S. Petri. [Anno[t] Domini MCCLXXXVI. idem homo venit in civitatem Wesflariam[u], ubi captus a Rudolfo

[fol. 7]. rege Romanorum igne[v] crematus est. Et[w] cum ad mortem ducebatur, fatebatur se fuisse virum pauperem et nominatum Theodericum Calops et fuisse in curia imperatoris Friderici[x 8]. Et[y] plures nobiles, clerici ac laici, de familia sua effecti sunt. Et misit litteras suas duci de Brunswic[9], quem dicebat habere filiam[10] filie sue[11], et vocavit eum ad se. Eciam vocavit Fredericum et Theodericum, filios lantgravii Thuringie, quos dicebat esse filios filie sue; a quibus nuncii sui honorifice fuerunt recepti et muneribus honorati. Et expendit in civitate Nuscia duo milia marcarum et quingentas marcas intra annum, sicut sui creditores fatebantur, et in uno quadrante non fuerunt defraudati][12].

---

a) argenti puri *add.* 1, *a librario inserta, quae desunt* 2. b) eciam puri argenti *add.* 1, *a librario inserta, quae desunt* 2. c) *vide supra p.* 631, *l.* 23 *sqq. hunc locum ex* 2 *editum.* d) Albertus lantgravius *add., post del.* 1. e) comitis 2. f) nobilibus 2. g) *sic* 2; thuringis 1. h) *in* 1 *sequitur:* Ericus XXIIII^us — — *f.* 382b, cum suis occubuit = *SS. XIV, p.* 424, *l.* 37 — 425, *l.* 20. i) *uncis incl. solus Conr. praebet, qui* vero *add.* k) *plura ad hunc a. ex Cron. S. Petri sumpta secuta fuisse videntur, cum Conr. quaedam de magna tempestate ex ea, sed falso ad a.* 1285. *praebeat.* l) *sic C; om.* 1. 2. m) Wernherus 2. m*) Rudolffus 2 *semper.* n) *sic* 1. 2. *C;* lab. in man. *P.* o) *sic* 2; moguntinensem 1. *C* (Mag.). p) *uncis incl. praebent L II. C, L II ad a.* 1283. q) *uncis incl. praebent* 2. *C.* r) Nusciam *C.* s) ut a plerisque crederetur esse Fridericus imperator 2. t) *uncis incl. praebent Conr. et usque ad* imperatoris Frid. 2; Sed anno *C.* u) Weslariam 2. v) *om.* 2. w) Hic *pro* Et — ducebatur 2. x) Fred. imp. *C.* y) *sequentia solus habet Conr.*

1) Nescitur, quo anno hoc factum sit. Cf. supra p. 27, c. 13 = Cron. ducum de Brunswick c. 19, 'D. Chr.' II, p. 587. Cf. Wegele, 'Friedrich d. Freid.' p. 82, n. 4. 2) Filiam Bertholdi V. comitis, cuius filius etiam Bertholdus VII. comes fuit. 3) Sophiae filiae Guntheri V. comitis. 4) Guntheri VII. et Heinrici VII. 5) Alberti. 6) Hoc additamento probatur haec ex Cron. Reinhardsbr. a Conrado sumpta esse. Idem tradit Chron. S. Clarae de Wissenfels, Lepsius, 'Kleine Schriften' II, p. 238. 7) Quodammodo haec verba conveniunt cum Sifc. de Balnhusin c. 227. ad a. 1284, SS. XXV, p. 710. Sed hoc casu evenit, ut ea etiam verba, quae Ann. Mogunt., SS. XVII, p. 2, ad a. 1283. habent, cum his conveniunt. 8) Cum his verbis quodammodo conveniunt ea quae habet Cont. Thur., 'D. Chr.' II, p. 303. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 515 sq. 9) Heinrico I. 10) Agnetem filiam Alberti lantgravii Thuringiae. 11) Margaretae. 12) Haec de falso Friderico ex Cron. Reinh. ab Hartmanno Schedel

[Anno[a] Domini MCCLXXXVII. . . . . [b] Iudei quendam servum nomine Wernerum, dictum Bonum, qui eis Cr. S. Petri.
pro mercede servierat, martirio in die parascoues decoraverunt, omnia genera contumeliarum in eo explentes, que dominus Iesus Christus passus fuit, excepta crucifixione, alias vero crudelissima morte eum interfecerunt. Quod postquam christianis innotuit, omnes Iudeos, quos invenire poterant in civitatibus et villis, exceptis mulieribus et parvulis, interfecerunt et omnia bona eorum diripuerunt. Tres vero ecclesias eidem bono Wernero christiani construxerunt, in quibus Dominus multa miracula propter eundem operatur. Eodem eciam anno circa adventum Domini Tartari terram Ungarie ingressi multa claustra religiosorum cum cetariis ecclesiis everterunt et ipsos religiosos abinde miserabiliter fugaverunt. Senes vero, qui effugere non poterant, occiderunt, civitates insuper[c] et villas pariter destruxerunt].

Anno Domini M°CC°LXXXVIII°. . . . . [d] [in[e] die sancti Bonifacii in Saxonia in civitate que dicitur Helm- 1288. Iun. 5.
stete quidam prediites ministeriales et milites Hanno et Heyno dicti de Lapide, Hildemarus et Hermannus de Harstalt et alii multi militares vocati pacifice occisi sunt. Pro quo scelere multa dampna postea a propinquis et cognatis eorum sustinuit et perpessa est. Eodem anno] mortuus est illustris princeps Heinricus marchio senior Missenensis[f]. Post cuius mortem maxima discordia orta est inter marchionem Fredericum[f] de Landisberg, filium Tyderici[g] marchionis, et episcopos Merseburgensem[h] et Nuenburgensem, astantibus episcopis iuvenibus lantgraviis Friderico et Tycemanno. Ipso eciam anno lantgravius[i] Adelbertus senior captus est a filio suo proprio[k] Friderico[f] et aliquanto tempore ab eo detentus est.

Anno Domini M°CC°LXXXIX. Quidam miles Heinricus de Mila comparavit advocaciam 1289.
in Theneberg ad unum annum ab Alberto lantgravio pro XX marcis usualis argenti. Quod audiens dominus Marquardus abbas Reynersbornensis, timens, ne ecclesia vel homines sui infestaciones et pericula indebita sustinerent, ipsam advocaciam pro XXX marcis usualis argenti ad annum comparavit. F. dictum Gyze, tunc venatorem, sed postea vero[l] militem, loco sui[m] eidem advocacie prefecit. Lantgravius vero advocaciam in Wissense predicto Heinrico concessit.

Anno[n] Domini MCCLXXXX. Rodolfus Romanorum rex anno regni sui decimo septimo[o] perveniens in Thuringiam Cr. S. Petri.
intravit Erfordiam in crastino sancte[p] Lucie cum maximo comitatu principum ac[q] nobilium plurimorum, et susceptus est f. 382a.
cum maxima solempnitate in ecclesia sancte Marie ab omni clero et populo civitatis cum crucibus et reliquiis sanctorum. Qui[r] precepit districte servari[s] pacem, faventibus sibi ad hoc civibus Erfordensibus, qui cum militibus ipsius armati exeuntes comprehenderunt in Ilmina[t] XXIX predones, quos predictus rex personaliter sedens pro tribunali in vigilia sancti Thome precepit sententialiter extra muros Erfordenses decolari. Ex quo facto terror ipsius irruit super omnes malefactores, et fugierunt a facie eius, audientes edictum regis super pace promulgatum cum gladiis confirmari.

Anno Domini M°CC°XC°.[u] dominus Rudolphus rex curiam suam Erfordie[v] celebravit in festo natalis[w] Christi proximo, ad quam vocati convenerunt de vicinis[x] regionibus multi principes seculares et[x] spirituales et plurimi nobiles, (comites[y]), barones (et[z] militares). Et qui venire non poterant, per solempnes nuncios[a] suam absenciam coram rege excusabant. Principes spirituales hii erant[b]: Dominus archiepiscopus Moguntinus, archiepiscopus Saltzburgensis, archiepiscopus Magdeburgensis. Episcopi simplices: Herbipolensis, Bambergensis[c], Hildensemensis, Padebornensis[d], Nuenburgensis[e], Merseburgensis, Missenensis[f], Colnensis[g], Laventinensis, Halbirstadensis[h], Eychstedensis, Werdunensis, Constanciensis. Abbas Fuldensis, Hersveldensis. Principes seculares hii erant[i]: Marchiones de Brandenburg Longus et Cum-telo et frater eius, marchio Fredericus Missenensis, lantgravius[k] Albertus cum filiis suis Friderico et Tycemanno, dux Heinricus de Brunswig et fratres eius Albertus et Wilhelmus, Heinricus lantgravius Hassie, rex Bohemie, dux Austrie Rudolfus, filius Rudolfi regis[l], comes Gunczelinus de Swerin[m], comes de Katzenellenbogin[n] et filius eius, qui ibidem obiit[o]; item filius eius[l] comes de Bren invenis, qui ibidem obiit sine herede. Cuius bona omnia dedit rex genero suo duci Saxonie et uxori sue, filie videlicet eiusdem regis, valentia duo milia marcarum annue pensionis. Dux de Mekelinburg[p], comes de Anhalt[q], duo fratres de Holloch, [quorum[r] unus ibidem obiit, quem frater suus in patriam reduxit mortuum. Item alius de Holloch], fratruelis predictorum fratrum, item burggravius de Norinberg[p] et multi alii. Eodem anno rex Rodolphus, ut pacem indictam plenius stabiliret, missis militibus suis[s] cum civibus Erfordensibus et cum populo Thuringorum in media quadragesima imperavit destrui fere LX et VI municiones in diversis locis Thuringie sitas, in quibus se recipere soliti erant iniqui homines rapinas et latrocinia exercentes. Item in crastino, octava pasche idem rex invitavit ad prandium reginam Bohemorum, filiam suam, et procuravit eam et ducissam Saxonie, sororem eius, in pomerium Montis Sancti Petri et omnes milites, famulos et famulas earum tam splendide, sicud regali magnificencie credidit expedire. Eodem[r] anno IIII[a] feria post f. CCCLXXXIII[a].

a) *uncis incl. solus Conr. praebet.* b) *credo hoc loco exstitisse quod I. II ex Cron. S. Petri praebet (falso ad a. 1286): In Fresia — — milia hominum.* c) *hoc loco secuta esse patet, quae Cron. S. Petri supra p. 420, l. 12—18. habet (Ipso anno Honorius papa — — in vincula coniecerunt), cum Theod. Pauli haec, aliquotenus mutata, habeat.* d) *uncis incl. praebet 2; om. 1.* e) Misenensis 2. f) Frid. 2. g) Theodorici 2. h) Merzeburg. et Nuwenburg. 2. i) *sic 2, ubi* Albertus; Ad. L. 1. k) suo pr. *om.* 2. l) *delendum videtur.* m) suo 1. n) *sic 2 b. l.*; Eodem anno Rod. 1. o) sept. dec. 2 *cum P.* p) *sic 2; om. 1.* q) *sic 2; et 1.* r) *sic 2;* Et tandem 1, *a librario insertum ut alibi, alias omissis, scil.* gloriose susceptus. s) servare 2. t) Ilmenow 1; Ylmina novem et viginti 2. t*) MCCLXXXXI. 2. *Theod.* u) Erffort 1. v) *sic 2. Theod.*; nativitatis 1. w) et longinquis, *quod P habet, om. 1. Theod.* x) *sic Theod.*; quam 1. y) *deest Theod., ubi et hab. cum P.* z) et mil. *deest Theod.* a) *sic 1. Theod.* b) Padelborg. *Theod.* c) Misenen (1 38. Mysnefi) *Theod.* d) Colnensis *Theod.*; *incertum num ita an* Colnensis 1. e) Halberstadiensis, (Eysta *del.*) Eychastadeñ, Wirduneñ *Theod.* f) fuerunt *Theod.* g) *sic Theod.*; Alb. 1. 1. h) Zririn *Theod.* i) cassenelboyn *Theod.* k) *sic Theod.*; *om.* 1. l) *sic 1. Theod. cum P 1.* m) melkenburch *Theod.* n) *sic Theod.*; anhald 1. o) *uncis incl. ex Theod. suppl.*; *om.* 1, *oculo scribae aberrante a superiore* Holloch *ad inferius.* p) nuerenburch *Theod.* q) una *add.* 2. r) Anno anno 1.

et Conrado sumpta esse ex eo etiam patet, quod in Cron. S. Petri dictos omisit, qui etiam in Chron. Ioh. Rothe c. 554, p. 466 sq. eadem cum relatione Theoderici Pauli desunt. Unde etiam cum hanc Cron. S. Petri coniunxerit. 1) Auctor a priore Cronicam, non Cronicam S. Petri, exscripsisse patet. *regis Rudolfi* ad sequens aberrans quatuor duces

Cr. S. Petri. Exaudi venit ad regem Rudolphum Rudolfus archiepiscopus Saltzburgensis cum suffraganeo suo Conrado episcopo Laven-
*f. 383b. tino et eciam magno comitatu honorabilium 'clericorum, militum ac servorum, hospitatus in eodem claustro cum clericis suis, reliqua familia extra claustrum in officinis eiusdem ecclesie melius collocata. Cui[a] archiepiscopus cum caritate et dilectione congregacionem illam more gallino foventis pullos suos multis beneficiis fovit et cottidie ad mensam suam invitans[b] largiter refecit per XI septimanas, quibus apud eos fuerat hospitatus. Item infra octavam ascensionis Domini dux Austrie, regis Romanorum filius, obiit Prage apud regem et reginam Bohemorum, sororem suam. Cui ad peticionem dicti regis celebrate sunt exequie solempnes tamquam presenti in choro Sancti Petri, presentibus omnibus conventibus religiosorum et capitulo clericorum et populo civitatis; ubi celebravit primam missam episcopus Laventinus, secundam Christianus episcopus Samniensis, terciam dominus archiepiscopus Saltzburgensis. Hoc eciam anno in octava pentecostes[b] Albertus lantgravius Thuringie fecit in Monte Sancti Petri XVI novos milites, presente rege Romanorum ac singulos singulis gladiis precingente in presencia principum plurimorum. In die sancti Udalrici[c] confessoris rex[d] Romanorum desponsavit unam virginem consanguineam suam, de longinqua regione per Constanciensem episcopum sibi adductam, cuidam precellenti comiti de Cleven. Quam dominus Saltzburgensis mane introduxit in ecclesiam sancti Petri cum maxima solempnitate et celebravit ei missam, presente eodem rege et XII principibus spiritualibus et secula-
*f. 383c. ribus, comitibus ac aliis nobilibus et militibus. Quibus omnibus ad nuptias invitatis rex convivium magnum, prout 'regalem magnificenciam decuit, preparavit et eos cum nobilibus matronis sponse[e] attinentibus et aliunde advenientibus constituit splendide epulari, mensis in circuitu claustri eiusdem et in omnibus officinis predicti claustri composite collocatis.

Eodem anno in ad vincula sancti Petri dominus Rudolfus archiepiscopus Saltzburgensis morbo apoplexie mane post missam subito pregravatus decubuit, omnium membrorum et maxime lingwe officio destitutus; qui tercio die ex hoc seculo migrans intestatus, non sine magno luctu clericorum suorum ac famulorum et cum magno dolore congregacionis sancti Petri, quis patrem misericordiarum et consolacionis cum dampno irrecuperabili amiserunt. Cuius corpus sine ossibus cum magna exequiarum devocione, presente domino rege Romahorum, clero ac omnibus collegiis religiosorum et populo civitatis sepelierunt ante altare sancte Dei genitricis Marie, ossibus suis ad urbem Saltzburgensem a clericis suis et famulis cum magna mestitia reportatis.

Hoc eciam anno secundum quosdam in eadem urbe Saltzburgensi quidam magister scolarium cornucavit cum sanctimoniali quadam tam diu, quod impregnavit eam. Unde ipsa solebat ad eum crepere per aliquod foramen infra rotam coquine, ubi cocus solebat ipsis dare fercula et dapes. Tandem pre nimio tumore ventris ipsa non potuit ipsum plus visitare. Eodem tempore magister scolarum[f] solebat exercitare discipulos suos in metris,
*f. 383c. ita quod cottidie de mane solebant sibi presentare 'metra in introitu scole[f]. Fuerat tunc ibidem quidam obtusus et ignarus in dictamine versuum et in introitu ad scolas multum triste accedens. Tandem dyabolus in specie unius hominis obviavit sibi in via, dixit ei, quare sic tristis incederet. At ille conquestus est ei de ignorancia sua et de versibus componendis magistro suo. At dyabolus dixit ei: 'Noli tristis esse, ego pronunciabo tibi duo bona metra prius non audita'. Que metra ipse scolaris scribebat in tabulam suam:

Versus: *Accidit in urbe salis res talis, quod monialis*
Intumuit tantum, ne transeat ipsa per antrum.

Et illa metra scolaris[f] presentavit magistro suo; quibus visis maxime ammirabatur, putans factum illud valde secretum esse, et quod in toto mundo nullus hominum sciret. Unde magister scolarium dixit scolari, ubi accepisset metra illa. Qui respondit se non nosse hominem illum, qui sibi pronunciasset[g] illa. Post hoc patefactum est peccatum eorum.

Cr. S. Petri. Hoc eciam anno in sabbato post assumptionem beate et gloriose virginis Marie dux Austrie venit ad regem Romanorum, patrem suum, cum maximo comitatu baronum, militum ac servorum et cum maximo apparatu diviciarum et diversarum rerum, qui de mandato regis hospitatus est in claustro sancti Petri cum ducibus Bavarie et Charintie[h] et
*f. CCCLXXXIIIIb. aliis nobilibus per quatuordecim dies. Et repleti[i] sunt per eos et familiam 'ipsorum omnes officine infra et extra claustrum existentes. Solum dormitorium et refectorium hyemale conventui reliquerunt. Qui dux Romanorum et Bohemorum reges et eorum miliciam ad convivium invitavit et in refectorio estivali ac in circuitu claustri ordinate collocatos, prout decebat honorem suum, gloriose ac splendide procuravit. Ipso anno obiit Albertus comes de Glichen et in ecclesia sancti Petri tumulatur. Qui omnia mobilia sua[k] ecclesie predicte contulit, valentia plusquam XL marcas. 50
[Eodem[l] anno quinta die mensis Septembris circa horam terciam facta est eclipsis solis particularis, quam quidam astrologus cum marchione de Brandenburch Erphordie ad regem veniens longo tempore predixerat, et scripserat in quadam apotheca tali mense, tali die, tali hora esse futuram, quod et ita factum est, sicut predixerat]. Eodem anno in vigilia omnium sanctorum Romanorum rex cum omni familia sua recedens de Erfordia terram in firma pace reliquit[m] et commisit vices suas cuidam strenuo militi suo dicto de Bruberg, qui violatores paris regali auctoritate coherceret. Et abiit ipse cum suis in provinciam Orientalem, resumens imperiale castrum et oppidum Aldinburg[n], quod lantgravius[o] senior et filii eius multo tempore titulo pignoris possederunt.*

ab. a. 1291. Eodem anno serpens et draco Egiptius, soldanus videlicet Babilonis, sperans se posse delere totam ecclesiam transmarinam et proponens in proxima hyeme eiusdem anni Tyrum et Sydonem obsidere et, priusquam succursus posset accidere[p], Accon[q] et Castrum-Peregrini in Marcio vel Aprili proxime instantibus totaliter exstirpare, fertur in spiritu
*f. 384b. furoris et iactancie 'verba huiusmodi protulisse[r]: 'Si totum thesaurum et populum Sarracenicum ad granum salis vel milii deberem reducere et consumere, utique volo Acon et cetera christianorum loca radicitus exstirpare'. Sed gloriosus

a) *sic* 1, *ut in P, sententia aliter constructa.* b) invitat' 1. b') penthecost' 1. c) *sic* 2; Odair. 1. d) *sic* 2; Rom. rex 1. e) speciose 1. f) schol. *h. l.* 1. g) sibi *iterum add.* 1. h) chorint' 1. i) repleti 1. k) fe's (scilicet) 1. l) *uncis incl. ex Theod. suppl.; om.* 1. m) *sic* 2; relinquens t. in pace f. 1. n) Aldeburg 2. o) *sic* (Alb. *om.*) 1. 2. p) *sic* 1 *cum P.* q) accio 1. r) ptulisse 1.

ille et manu fortis Deus, qui reprobat consilia principum, humilitatem ecclesie transmarine liberavit a cornibus unicornis. Nam [a]tum dictus tyrannus, christianorum sanguinem nimis siciens, ea que mente conceperat eciam opere sathagaret[a] adimplere, quidam de baronibus eius, qui dicuntur amirati, quem olim turbaverat, venenum sub sella equestri virolento[b] serpenti subtiliter propinavit. Qui mox acerbo viscerum dolore afflictus de temporali pena transivit ad eternam, mortem anime morti corporis continuando. Cui successit filius perdicionis de ipso natus, ante biennium coronatus, qui timetur impiissimus patrem facinorosissimum secuturus et nephandissimum illius propositum impleturus. Sed sperandum est in Deo potenti, qui quondam[c] quadrigas Pharaonis subvertit, quod populum suum de ore leonis liberet et conservet, quem suo sanguine est mercatus. Cr. S. Petri a. 1291.

Eodem anno [Ydus[d] Aprilis], in vigilia Tyburcii et Valeriani circa mediam diem incepit incendium in Erfordia in curia claustri Novi-operis, quod consumpsit fere terciam partem civitatis, a predicta videlicet curia ultra valvam que dicitur Kramphintore. In quo incendio monasterium fratrum Minorum exustum est et [monasterium sancti Augustini ac albarum dominarum necnon ecclesia Sacriarum extra portam predictam, quam sanctimoniales de Berka[e] eodem anno ex voluntate domini Moguntini possederant, cum officinis et curiis ipsorum pariter sunt exusta. Similiter ecclesia sancti Bartholomei periit incendio. *) I. 384.

Anno Domini M°CC°XCI. Civitas Acconensis, que per soldanum Babilonie quarto die Aprilis fuerat obsessa, per eundem soldanum decimo octavo mensis Maii, id est in vigilia sancte Potenciane, fuit capta. Ubi patriarcha Ierosolimitanus et magister milicie Templi et multi christiani utriusque sexus diversimode perierunt. Nam alii in ecclesias et hospitalibus et domibus per Sarracenos conclusi sunt ignibus consumpti, alii in mare[b] submersi, alii equorum unguis conculcati, et alii sunt Sarracenorum gladiis trucidati; et sic ibidem ingens multitudo christianorum periit exceptis mulieribus et parvulis, qui in captivitatem sunt deducti, et exceptis illis qui ad naves fugere potuerunt. Dicitur eciam, quod ad domum Templariorum bene VII milia hominum confugerunt, que domus, eo quod in forti loco civitatis super litus maris sit locata et bonis muris circumdata, duodecim forsitan diebus post captionem civitatis a Sarracenis viriliter se defendit. Sed cum Templarii et alii qui illuc confugerant se viderent[c] deficere in expensis nec sperarent humano subsidio liberari, orationibus devotis et confessionibus premissis, de necessitate facientes virtutem, Ihesu Christo suas animas committentes, in Sarracenos strenuissime irruerunt et multos valde ex adversariis prostraverunt. Sed tandem ipsi omnes a Sarracenis finaliter sunt occisi. Omnes eciam fratres Predicatores de conventu Acconensi[c] preter VII et omnes fratres Minores preter quinque et alii religiosi diversorum hominum aut ordinum sunt ibidem interfecti. Acquisita ergo civitate Accon soldanus obsedit civitatem[b] Tyri, que infra paucos dies a Sarracenis similiter capta fuit. Quod audientes christiani, qui erant in parvis locis et municionibus ac castellis, relinquentes habitaciones suas ad insulam Cypri et alias fugierunt. Et sic soldanus totam terram ultramarinam, quam christiani habuerant, occupavit, exceptis insula Cypri et duobus castris, Castro-Peregrini et castro Sydonis, que adhuc retinent christiani. Dominus igitur papa et cardinales audita tanta desolacione Terre Sancte et christianitatis planctum maximum fecerunt et fuerunt gravissime perturbati; propter quod quasi omni die faciunt consistoria, tractantes et querentes consilia, qualiter illi Terre Sancte debeat subvenire[b]. Et creditur a plerisque, quod ordinare debeat de celebrando concilio generali. Modus autem, quo- *) I. 384. modo Sarraceni civitatem Accon ceperunt: Habuerunt enim Sarraceni XX vel XXX milia cameloruma equorum et mulorum, qui nichil aliud faciebant, nisi quod [ligna et arbores portabant, de quibus fossata civitatis continue replebantur. Quibus repletis fecerunt subterraneum meatum et suffossiones usque ad murum civitatis pertingentes, de quibus nulla penitus a christianis suspicio habebatur; et sic in vigilia sancte Potenciane, scilicet XVIII. die mensis Maii, summo mane in aurora, cum adhuc homines pro magna parte dormirent et nichil periculi suspicarentur, ecce subito corruit furtor et melior turris civitatis et iuxta ipsam aliqua pars murorum, et tunc Sarraceni cum maxima multitudine in commenti preparati per illam aperturam civitatem intraverunt et statim muros ascenderunt et sua vexilla erexerunt. Cristiani itaque audientes maximum clamorem et civitatem ex improviso esse captam, tanto timore sunt perculsi, quod nec simul potuerant congregari nec ad defensionem civitatis pariter convenire. Sed unusquisque cepit fugere et curam habere, qualiter se et sua posset tucius conservare; et sic Sarraceni prevalentes occupaverunt civitatem. De quibus fuisse dicitur maxima multitudo, ita quod ducenta milia equitum, exceptis peditibus, a plerisque et relacione plurium computantur. *) I. 385a. *) CCCLXXXV.

Hiis[a] diebus Albertus lantgravius cum filiis pacificatus per Rodolfum regem, id est legittimis, Fredericoa et Theodorico, dolensque pro iniuriis sibi illatis[b] ab eis volensque eos exhereditare, vocavit iuniorem filium suum, scilicet[1] Albertum de Konegunda [de Ysenberg natum, dedit ei castrum Teneberg, Brandenberg[m], Breytenbach, Wiltecke et Brandenvels[n] cum advocaciis ad ea[o] castra pertinentibus[1]. Qui Albertus[p] iunior veniens in Teneberg, utpote adolescens, volens[b] ostendere potenciam suam per nepharios consiliarios. Nam pecora in villis ecclesie Reynirsborn, scilicet in Frederichrode et in Erpherode[q], abstulit. Quod audientes Reynersbornenses, coadunati tam monachi quam conversi cum omni familia et villanis vi abstulerunt sibi omnia. Sed unus de conversis veniens cum furca ferrea ipsum lantgravium transfigere volebat, unus vero ex ipsis hoc fieri precibus prohibebat. Qui lantgravius veniens in Wartperg lacrimosis vocibus iniuriam sibi factam patri suo patefecit. Qui commotus advocatum suum Hejnricum de Mila[q] tunc presentem vocans advocaciam[r] ei in Gotha tradidit[2] et omnia mobilia, que in Reynersborn et in omnibus prediis 1290. *) I. 383a.

a. *sic* 1 *cum P* 1. b. *sic* 1. c. *quam* 1. d. *unus incl. ex* 2 *suppl.; om.* 1. e. Bercha 2. f. viderent[2] (*ur.* 1. g. agnosci 1. h. Syri *add., post del.* 1. i. *E (et* 2 *ex E) haec sic habent:* Anno Domini MCCLXXXVII. Alb. lantgr. per Rud. regem pacif. cum filiis suis legittimis [Heinrico *add.* 2] Fred. et Theod. k. ab eis ill. *E.* 2 *ex E.* l. *om. E.* 2 *ex E.* m. et Brand. et Breyt. *E.*[2] (2 *ex E*). n. Brandenvelchs 1; et Brandenfels et Wilt. *E.* 2 *ex E.* o. eadem *E.* 2 *ex E.* p. epferode 1. q. Mula 1. r. *emend, Weg.*; ad noticiam 1.

1. Quod iam a. 1290. factum est; cf. Wegele, 'Friedrich d. Freidige' p. 136, n. 2. 2. Iam in carta Alberti lantgravii data a. 1290. Oct. 1. (Thur. sacra p. 125 sq.; Schannat, Vind. I. p. 127, nr. 39) inter testes recensetur: *Henricus de Mila tunc temporis noster scultetus in Gota.*

1290? illius ecclesie erant, tradidit, dicens, ut omnia que posset auferret et res ecclesie devastaret; quod ille se libentissime facere repromisit. Qui veniens in Gota clam nunccios ad allo-
1291? dia ecclesie direxit, ut quicquid possent perdere alias reservarent. Sicque premunivit eos, ut[a] veniens postmodum cum sociis nichil inveniret, idque faciens propter Deum et propter filium suum, quem habebat in Reynersborn, et filiam in Bunrode. Veniensque ad lantgravium, conquerens se nichil perfecisse[b], quia fuerant premuniti. Lantgravius vero misit
*c. 365. eundem ad castrum Teneberg et Walterhusen cum XX armigeris, ut cum Reynirshornensibus imbi decertarent. Qui veniens et nichil proficiens per dies XIIII. reversus ad lantgravium composicionem fecit inter lantgravium et abbatem, ita ut abbas tres marcas et dimidiam usualis argenti daret pro expensis lantgravio, et ita omnia sunt pacata.

Cr. S Petri. Eodem anno Rodolfus rex Romanorum circa festum sancti Iohannis baptiste in Franckinfort[c] prochdolor! ultime curie sue presedit. Ad quam episcopus Moguntinensis, Coloniensis et Treverensis cum aliquibus principibus secularibus ad electionem spectantibus ac aliis plurimis principibus ac nobilibus convenerant, cum quibus idem glorious rex de successore imperii pro habenda perpetua pace tractaverat. Sed electioribus inter se discordantibus eadem electio est annichilata. Sed postea, ut lamentabiliter dicam, obiit anno regni sui XVIII. absque successore in divisione apostolorum atque[d] in Spira est sepultus. Ipse eciam anno obiit Fredericus marchio Misnensis, dictus Tute[e], sine filiis; cui successit in principatu Fredericus filius patrui sui Alberti lantgravii Thuringorum.

Anno Domini M°CC°XCI°, obiit papa Nicolaus [in[f] cena Domini]. Eodem anno Domini M°CC°XCI° in die sancti Iohannis ante portam Latinam comes Adolfus de Nassow[g] electus fuit[h] in regem Romanorum [in[h] Francken-vort]. Ad cuius electionem convenerant multi principes tam spirituales quàm seculares et cum eis tanta multitudo militum
*c. 365. ac diversorum hominum, ut ipsorum vix posset numerus estimari. In hac eciam electione adimpletum est illud propheticum: *Quoniam dominatur excelsus in regno hominum, et cuicumque voluerit dabit illud, et humillimum hominem constituet super eum.* Cum enim plures principes fortes et potentes vocati venissent illuc et se sperarent esse eligendos, eo quod ab electoribus quibusdam spes eis facta esset, contra opinionem multorum et divino, ut creditur, nutu p ɔfatus Adolfus comes, amator pacis et iusticie, regni apicem est adeptus et in festo sancti Iohannis baptiste cum gloria et honore et solempnitate debita est coronatus.

1292. Eodem anno ecclesia Reynersborn exusta est. Nam quidam malefactor dictus Ludewicus de Hesseburg[i.1] ob vindictam fratris sui, qui sentenciam capitalem subierat pro rapina in Frederichrode, volens aliquid extorquere a prelatis ecclesie, ignem apposuit ad
Sept 20/1. horreum celerarii in nocte sancti Mathei, unde curia celerarii[k], domus hospitum, turres ecclesie cum campanis, maior ecclesia cum omnibus ornamentis, libris, tapetibus, altaribus, habitacula abbatis, capella beate virginis, dormitorium fratrum, refectorium, celerarium et coquina cum omnibus utensilibus, ambitus ecclesie, habitaculum custodis cum candelis per ignem omnia perierunt[2]. Que plaga eodem anno predicta fuerat cuidam sanctimoniali in Syplitz[l], in oratione lacenti et pro ecclesia predicta devote Dominum exoranti. Sed et in diebus penthecostes in Bunrode ymago beate Marie virginis sudorem
*CCCLXXXVIII. nimium uberrime protulisse dicitur, quod quidam interpretati sunt plagam ecclesie pre-
VI St. J. dictam prenotasse. Eodem anno volens Deus mundo denuo demonstrare, quanti apud Deum esset meriti eximius princeps Ludewicus, maritus sancte Elizabeth, renovavit miracula antiqua pariter et oblita. Quidam plebeius de quadam villa iuxta Ordorf filium habebat mutum natum, queri cum ad multa loca sanctorum pro recuperanda sanitate sepius devovisset[m], tandem in visione admonitus ad tumulum predicti principis in octava nativi-
Sept. 15. tatis beate Marie virginis ipsum detulit ibique pro eo flebiles preces fudit. Mirum dictu! 'Eamus domum', inquid puer ad patrem, 'michique, quam sustineo, allevia esuriem'. Quo audito gavisus pater domumque pergens et[n] illud miraculum multis enarravit. Unde nulli ambiguum, quin provide Deo nostras negligencias et incurias[o] corrigente facta sit exustio
Sept 20. 1. claustri nostri totalis[p], que postea in nocte sancti Mathei miserabiliter est secuta[3]. Ipse

a) *emendavi*. et l. b) proferisse *legendum videtur, ut infra l. 8.* c) Franckinford l.; Franckenvoert *Theod.* d) *sic Theod.*; et l. e) Tuto *l. I cum P.* f) *uncis incl. praebent l. II. Theod.*; *om.* l. g) Nasc 2. h) *sic Theod.*; eligitur 2; in e. Alemanie et Rom eligitur l *ex Gestis archiep. Magd. (SS. XIV, p. 425, l. 25) et ex eisdem add.* l.: Qui — 50 Austrie, *quibusdam verbis Cron. S. Petri omissis.* h') *uncis incl. ex Theod. suppl.*; *om.* l. i) *sic L I*; Hesburg l. ki celarii *h. l.* l. l) Schipplitz *L II.* m) *dom. dev. L II.* n) *emendavi e Vita Lud.* (gelobit hatte); denuisset l. o) *delendum.* p) i incurias l. q) *emend. Weg.*; rotalis l.

1. Cf. cartam Bertholdi comitis de Henneberg datum a. 1293. Iun. 1. Thur. sacra p. 127 sq., ubi: *cum . . . Marquardus abbas monasterii Reinhersbornensis pro se et pro suo conventu honestos viros, fideles nostros, Conradum et Albertum fratres de Hesseburg causaretur super eo, quod quosdam malefactores, qui ecclesiam et monasterium predictum succenderunt, conforissent et ipsis ad malum huiusmodi domicilium seu audaciam prestitissent.* 2) Cf. Cron. S. Petri, supra p. 426, qui locus etiam huc loco adhibitus est; et Vitae Elis. add. Reinhardsbr., Mencke, SS. II, c. 1998 sq., supra p. 616, a. 1233. exscriptum. 3) Cf. 'N. Archiv' XX, p. 629.

vero, qui[a], sicud scriptum est, *flagellat omnem filium, quem recipit*, voluit exinde nostram vitam in melius commutari. Intercedentibus igitur predicti principis et aliorum beatorum, qui apud nos sepulti sunt, meritis Deus adinvenit sibi tempus oportunum nostri miserendi, prebens nobis post merorem corporalem leticiam spiritalem, monstrans mundo locum nostrum sanctosque inibi reconditos per multa miracula denuo excolendum[b]. V. t. VI, 3. Hebr. 12, 6. cf. Ps. 101, 14.

Anno Domini M°CC°XCIII. fundatum est claustrum fratrum ordinis sancti Augustini in Nova-civitate[1] iuxta Marnshow[2]. Eodem anno octava pasche dedicata est capella in Reynersborn[c] in paradiso in honore beate Katherine et sancte Marie Magdalene a venerabili episcopo Cristiano Sambiensi. Chi quedam matrona de Melleborn[3] veniens audivit in sermonibus miracula multa, que[d] quondam Dominus per Ludewicum lantgravium operatus est; que[e] filium suum per duos annos totaliter surdum ad prelibati principis tumulum cum oblationibus post triduum devovit[f] iturum; statimque recepit auditum. Item quedam matrona de Walterhusen[4] per VII annos paralitica totoque corpore inflata sepius vidit in visione se iuxta tumulum[g] principis esse; tandem[h] devovit se eo iturum in dominica Cantate. Unde facto voto statim ab ipsa recessit inflacio. Deinde ducta in carru manibus mulierum portatur ad tumulum, statimque sana recessit in conspectu omnium. Item Dominus volens cunctis ostendere et tractare[i] illius ossa cum reverencia et timore fidemque ipsius miraculis adhibere ostendit[k] per insigne factum. Quidam enim puer solitus ad tumulum principis prefati iuvare missam in quinta feria dominice Cantate[m] intrans capellam ipsius accipiensque costam de sarchofago incredulus et sine reverencia imposuit oculis et gutturi et deposuit. Quo facto ei visus et auditus ablatus est, et clamavit horribiliter, in terram corruens velud amens. Tandem in corde suo sic iacens veniam postulavit, viribusque post paululum resumptis confessorem petit, iniunctaque penitencia et voto facto predicto principi se devotius[n] serviturum, nullum postea sensit incommodum. Tantis igitur et preclaris miraculis per eum quasi in occulto perpetratis, dominus abbas[o] convocatis fratribus iniungit omnibus, ut pure confessi[p] accederent proxima[q] dominica *Vocem iocunditatis* ad sacramentum dominici corporis, instantissime Dominum rogaturi, ut predicti principis merita eciam in publico revelaret. Adveniente igitur die dominica Deus ab alto[r] respiciens corda devotorum effudit viscera pietatis sue plenissime in conspectu omnium corporibus infirmorum. Nam cum altaria exusta frangerentur, et reliquie sanctorum servate fuissent, sermo factus est ad populum, in quo quidam puer de Golpach[s][6] cecus natus, ductus ad sarchophagum, visum recepit. Item quidam villanus de Hopphegartin[t] duobus annis claudus, audiens, quod Dominus copiosam graciam sanitatum ostenderet per eum, votum faciens eidem sanatus est. Cuius sospitati vicini congratulantes et cognati cum ad quasdam celebrationes anniversarias invitarunt, prius vota sua Domino et predicto principi non solventem[u]. Quapropter eum divina ultio protinus est secuta. Nam ibidem infirmabatur domumque decubans reportator. Qui timore ac dolore correptus, rusticana simplicitate ipsum iterum ad medendum sibi postulavit, dicens, si ante instantem quartam feriam reciperet sospitatem, ipsum tunc et annis singulis vota sua velle solvere; sin alias, eum nullius meriti apud Deum estimare. Mirum dictu! Dominus simplici ipsius voto benignissime tactus restituit eidem pristinam sanitatem, ita quod ante predictam feriam sanus uno die ad ecclesiam nostram sepulchri illius visitandi gracia transmearet. Item prima dominica post festum sancti Iohannis baptiste, cum apud nos dedicaretur antiquum monasterium, scilicet basilica beate Marie virginis[7], convenit ibidem multitudo non modica ex diversis provinciis non solum pro indulgencia, sed eciam tumulum gloriosi principis visitare. Quibus Deus gloriosus et ammirabilis in sanctis suis ostendit scilicet[v] in XXV miraculis, videlicet in surdis, mutis, cecis, claudis, paraliticis, leprosis mundatis et variis infirmitatibus laborantibus ibidem sanatis, omnibus merita prefati principis et in quacumque necessitate invocantibus se misericorditer subvenire. Ex quibus puella quedam de villa Ostirtunna[w], parentibus non infima, pedibus contracta, ita quod callositas summitatibus digitorum fuerat obducta, dum ad sepulchrum prefati principis fuisset adducta, calli[x] pedum digitorumque eius sunt illico resoluti, apparuitque cruda caro in manibus in loco ubi digiti fuerant complicati. Que mox inenarrabili gaudio repleta sacerdotem, qui illo die iuxta reliquias manserat, flens pre gaudio coram omni populo est dulciter amplexata. Quod cum circumstantes aspexissent, maximas Deo sanctoque principi graciarum[y] actiones referebant. Fuitque illo die iuxta tumulum, ut prediximus, tanta gracia sanitatum, ita quod omnes ecclesiam reliquentes ad sepulchrum currerent ibique cum devocione maxima et lacrimis permanerent. Item quedam mulier

1293. Apr. 5. t. 386.

V, t. VI, 3, p. 77 sqq.

t. 386.

Apr. 26.

Apr. 30.

Mai 3.

t. 386.

Iun. 28.

cf. p. 67, n.

a) *suppl. Weg.; om.* l. b) *sic* l. c) Reynesborn l. d) quę l. e) *supplevi; om.* l. f) devenit l; globete si *Vita Lud.; cf. supra p.* 636, *n.* n. g) primp *add., sed del.* l. h) *uncis incl. supplevi e Vita Lud.* VI, 3, *p.* 78. zu letzt gelobte si sich her an dem vierden suntage nach ostirn, alse man singit Cantate. i) *sic* l, *fort. corr.* tractari. k) *Vita Lud. etiam hoc loco* bewiste, *ut supra* bewisen *pro* ostendere. l) plate l. m) cantare l. n) *emend. Weg.* devoto l. o) confeß l. p) *emendavi*: pa l; den neatin suntag *Vita Lud.* q) ab abalto l. r) Goldbach *Vita Lud.* s) Hoppzegartin l. t) solvente l. u) *delendam videtur.* v) Ostirtunna *Vita Lud.* w) *nescio an recte sic scripserim*; lun l; di adirn *Vita Lud., ubi vox iam ne. intellecta esse videtur.* x) grarumque l.

1) Neustadt an der Orla civ. (duc. Weimar). 2) Arnshaugk villa. 3) Melborn (Kr. Eisenach). 4) Waltershausen civ. (duc. Gotha). 5) Marquardus. 6) Goldbach A. Gotha. 7) Cf. infra p. 638, l. 37.

*) CCLXXXVII. de 'Austria, Brigida nomine, de opido quod Moutharn[a] dicitur oriunda, X demoniis XIIII annis miserabiliter occupata, multa sanctorum visitaverat loca, ut a tantis et talibus liberaretur hostibus, ipsorum implorans suffragia. Tandem cum Domino placuisset, ut adesset tempus miserendi eius, ingreditur civitatem que Aquisgrani dicitur, in quo gloriose virginis Marie auxilium, licet nusquam desit digne potentibus, principalius invocatur. Ubi ipsius gloriose virginis precibus et meritis ab VIII absolvitur clementer demoniis, duobus adhuc pessimis in ea permanentibus hocque coram cunctis qui aderant patenter dicentibus, numquam se in vasculo suo tanto tempore commoratos, nisi ad sepulchrum gloriosi Ludewici, mariti beate Elizabeth et Thuringorum principis, effugandos[a]. Quibus verbis, quamvis ab auctoribus tocius mendacii prolatis, illa misera, utpote salutis avida, libentissime ac fidelissime credens, ad sepulchrum eiusdem Deo dilecti principis in vigilia sancte Marie assumptionis veniebat, ubi Domino volente, beata Maria et eodem electo Dei interveniente, quod fideliter expetebat salubriter obtinebat. Qua in re potencie ac clemencie gloriose virginis Marie non derogamus, sed eius in[b] humanum genus affectum pissimum indicamus. Nam, ut se eiusdem esse cum filio voluntatis declararet, dignum duxit, ut, quem filius suus multis honorat miraculis, et ipsa totaliter honoraret. Item quedam 'puella de Lengevelt[b'] epylentica, acriter per triennium vexata, ut[c] die noctuque numquam cauta esset, hec visitans[d] sarcophagum huius gloriosi principis sanata est[1]. Fuerunt in villa Luppenze[e-3] duo homines coniugio coherentes, duos puerulos admodum parvulos habentes, quorum unus triennis, alter vero quinquennis erat. Quos dum domi absque certo provisore dimitterent, ipsique propter rerum inopiam in messe ob conquirendam annonam ceteris hominibus deservirent, prefati pueruli panem in manibus portantes supra cuiusdam fontis ripam pariter consederunt, micasque ex ipso pane sumentes ipsi fonti ducti levitate puerili[f] iniecerunt; quod dum facerent, minor in fontem cecidit, alter vero, dum cadenti subvenire non posset, fortiter exclamavit. Cuius clamor longo tempore minus profuit, quia fere cunctos eiusdem ville incolas colligende messis labor detineus occupavit. Postremo tamen quidam de labore redeuntes ad clamoris instanciam convenerunt, causam didicerunt, ad fontem una cum clamante puero cucurrerunt, submersum puerulum extraxerunt, extractum mortuum invenerunt, quem revivificandi gracia in basilicam beati Petri apostolorum principis ibidem sitam detulerunt Dominumque pro eius resuscitacione suppliciter orăverunt. Verum hoc diucius facientes puerumque reviviscere non videntes, laudabilis fame miraculorum gloriosi principis Ludewici Thuringie lantgrafii, beate Elizabeth mariti, 'salubriter meminerunt, eius humiliter suffragia 'deposcentes. Sed nec quidem[c], quamdiu in basilica fuit, revivixit[g]. Iam vero cunctis presentibus Dei misericordiam et providenciam nescientibus ac de sola defuncti sepultura conferentibus, mox, dum extra basilicam efferretur, cepit reviviscere, ut per hoc[h] Dominus patenter demonstraret, quia hanc ob invocacionem et intercessionem predicti principis suscitaret. Quo in facto huius electi Dei et gloriosi principis Ludewici merita beatorum apostolorum principi non preponimus, sed occultam et mirabilem Dei provideńciam commendamus.

Eodem anno reedificata est ecclesia Reynirsbornensis, scilicet capella beate virginis, dormitorium, refectorium, cellarium, calefactorium, coquina, campnata domini abbatis, curia cellerarii, ac[i] consecrata est ecclesia dominica post festum sancti Iohannis baptiste a episcopo Sambiensi[4] in honore beate Marie virginis et sancti Iohannis baptiste. Post hec in vigilia beati Mathei, que fuit dominica, consecratum est ab eodem episcopo altare in eadem capella in honore beati Andree et Bartholomei apostolorum; quo die illuxit nobis lux leticie et gracie. Nam preterito anno eodem die apparuerat lux, id est ignis, calamitatis et exterminii et tristicie, nunc autem lux gaudii et leticie. Nam cives Gothenses divina devocione commoti, videntes signa et prodigia, que Dominus per famulum suum Ludewicum operari[k] dignatus est, unanimiter detulerunt in Reynersborn ad sepulchrum predicti principis XVI candelas nimie magnitudinis et pulchritudinis, decoratas[l] floribus et liliis adornatas[m]; quos conventus cum crucibus et reliquiis sanctorum, ad ipsos extra claustrum procedens, albis indutus, cum populo innumerabili, ut par fuit, 'cum gaudio honorifice suscepit Nam magistri consulum ceterique consules duas precipue candelas, habentes plusquam centum et XX libras cere, alii vero quique artifices singuli singulas candelas cum signo artis sue pendente in candela, XL et plura habentes talenta, devotius obtulerunt.

Item post festum sancti Michaelis fuse sunt campane in claustro a magistro Iacobo de Molhusen, una in honore beate Marie virginis, in qua continebatur: *Ave Maria;* secunda in honore sancti Petri apostolorum principis, tercia in honore sancti Andree apostoli, quarta in honore pii lantgravii Ludewici, in qua continebatur: *In principio erat verbum;* quinta in honore beate Elizabet, in qua sculptum[n] erat: *Verbum caro factum est;* et due

a) effugando l. b) *om.* l. b') Lengeveld l. c) *emend. Wey.;* et l. d) visitata a l. e) luppenſe l.; Luppenz *Vita Lud.* f) pueruli l. g) quidam l; *fort. legendum* Sed nequedum. g') *sic* l. h) h (hec) l. i) *uncis incl. suppleri, om.* l; *cf. supra p.* 637, *l.* 40. k) operare l. l) decoratos l. m) adornatos l. n) schulptum l.

1) Mautern ad Danubium fl. 2) In brevius contracta est huius miraculi narratio, in Vita Lud. p. 90 sq. longius exposita. 3) Cf. supra p. 619, nr. 4. 4) Cristiano supra p. 637, l. 9. dicto.

squille vespertinales et matutinales. Similiter due squille in capella domini abbatis. Post hec, scilicet post festum omnium sanctorum, orta est valde lamentabilis sedicio; nam quidam fratres qui dicuntur conversi dyabolico instinctu conspiraverunt adversus abbatem et prelatos ecclesie, volentes eos, ut dicebatur, et ut ipsi postmodum manifestius declararunt, clam interficere. Quod ubi devenit ad aures secularis iudicii, Albertus lantgravius advocatum suum mittens in claustrum detentos in vinculis vi abstulit et quatuor ex eis pociores in Gotha igne consumpsit, reliquos vero vinculis affligens miserabiliter excecavit cultris ferreis. Quod factum monachis eiusdem ecclesie nimium displicuit, quia fama eorum et favor populi est nimium per hoc annichilata. 1293. Nov. 1.

*f. CCCLXXXVIII°, 1294. Apr. 18 — 24. = V. I, VI, 3, p. 94 sq.

'Anno Domini M°CC°XCIIII°, in ebdomada paschali tres ceci de Munre[1] ad sepulchrum pii principis Ludewici illuminati sunt. Item paraliticus quidam de Kelbra, qui decubuerat VIII annis, sanatus est. Item mulier quedam de Brucken[2] a grandi quadam ossis particula gutturi eius per triduum et usque ad quarte diei medium infixa tantis doloribus afflicta[a], ut vita eius esset ab omnibus desperata, ad invocacionem gloriosi principis Ludewici curata est. Item multa et innumerabilia miracula, que Deus operatus est per gloriosum principem Ludewicum meritis eius exigentibus, taceo propter brevitatem[3].

Eodem anno post[b] festum apostolorum Petri et Pauli, quibusdam[c] cardinalium pro quibusdam negociis convenientibus, ex improviso orta triati conquestione de damposa vacantis sedis apostolice destitucione, subito divini spiritus, qui eciam quando vult spirat, ut creditur, inspiracione omnes cardinales, tam presentes quam absentes, postquam vocati venerunt, in eleccionem Petri dicti de Moron, nigri ordinis heremite, unanimiter consenserunt. De quo cum multa memorabilia et pene incredibilia ferantur, hoc ad presens de eo dixisse sufficiat, quod XL annis et amplius semper[d] stetit in heremo in quodam deserto monte in Apulia; centum domos[e] ordinis sancti Benedicti[e], que in optimo sunt statu, construxit, quolibet anno IIII^or quadragesimas in pane et aqua et iugi silencio fecit, asperrimam vitam instar antiquorum patrum duxit, adeo ut nonnulla signa per eum visa fuerunt. Verum post 'eleccionem suam missis ad se cum decreto tribus cardinalibus per dies XV non respondit. Post quos iussu[f] sui abbatis recepto decreto humiliter consensit, moxque se de omnibus amministracionibus papatus intromittens seque in octava assumptionis contra voluntatem cardinalium in Aquila in regno Sycilie coronari faciens, cum miserabilis esset in persona, surdus multumque debilis, utpote octogenarius, et tamen omnia de plenitudine potestatis invitis eis faceret, ipsos cardinales vehementer in[g] sui vertit timorem pariter et stuporem. Iter eciam sedens asino faciebat, vinum non gustans, panem tantum, fabas et radices manducans, in terra nuda iacens sextamque feriam perpetuo silencio dedicans. Unde sperabatur Deum per ipsum sue ecclesie provisurum. Sed o iudicia Domini abyssus multa! Hec enim spes subito decidit. Quorundam equidem calliditatibus circumventus papatum parvo post tempore, videlicet circa festum[d] Lucie, resignavit. Vocabatur autem Iohannes[4] sive Celestinus quintus. Dicitur, quod Bonifacius successor suus, qui antea dicebatur Benedictus, ipsum Iohannem, virum sanctum et concorditer electum, ab officio papali subtiliter amnoverit et idem papa permanserit, tenens ipsum Iohannem in bona custodia usque ad mortem. . . . . [h]

Cr. S. Petri. Cr. Minor Cont. VII. *f. 388°.

Hoc anno rex[i] Adolfus ad terras Thuringie receptandas, quas a seniore Thuringie lantgravio promissis, ut aiunt, eidem nescio quot[k] marcarum milibus coemerat, reclamantibus tamen eiusdem lantgravii filiis, maxime 'Theoderico' iuniore lantgravio, cui eadem provincia non solum hereditatis, ymmo et emptionis iure debuerat obvenire: rex, inquam, cosdunatos[m] exercitu undecumque gravi, hystrionum pedilum[n], ut assolet, multitudine comitante[o], nonnullis nobilium eidem suffragantibus, circa festum sancti Mauricii in Thuringiam movens iter, cum secus villam Eysleybin dixis tentoriis consedisset, regali clemencia, quam non habebat, in tyrannicam rabiem commutata, pace prochdolor! in regione longinqua, ubi non est lis nec discordia, constituto, quid quantumque miseriarum, rapinarum videlicet, incendiorum cedimque, per XIIIIcim prope dies ab ipsius sequacibus cottidie fuerit actitatum, incredibile videbitur inexpertis. Equidem cruentis satellitibus, utpote capite carentibus, pro victualibus conquirendis circumquaque turmatim diffusis, 'greges subiguntur, ville incenduntur, omnia diripiuntur, pauperrimis quibusque, quod pudet dicere, eciam braco persiles et calige auferuntur, et ut breviter dicam, nil preter infelicem vitam miseris et infelicibus hominibus relinquitur[p]; reclamantes quique more pecorum passim prosternuntur. Nusquam pax, ubi Mars, nusquam christiana pietas, ubi paganica crudelitas debachatur. Illud autem impudencie[q] dilorum testimonium non preteream, quod ab assercntibus[r] dici solet. Aiunt enim a quibusdam ipsorum anum quandam seu vetulam comprehensam ungentoque, quo curruum rote solent ungi, 'totó corpore perlitam seu peructam ac deinde in plumis diruptis plumarii totaliter volutatam sicque coherentibus ei undique plumis in bestialem simulitudinem deformatam, monstruosum ridiculum, ab ipsis per exercitum quasi ad spectaculum circumductam. *Inicum dolorum hec.* Ceterum, quod omni est miseria miserabilius, claustra sanctimonialium invadunitur, prochdolor! et crudele spectaculum! Deo sacrate virgines protrahuntur et ab immundis hominibus, ymmo impudentissimis canibus prostituuntur. Sed nec sic cessatur; sangwis sangwinem[s] tangit. Cum famelici canes in[t] villis iam exhaustis nil rerum virtualium invenirent, ad ecclesias convertuntur, fores effringuntur, vix a sacerdote celebrante manus cohibentur. Altaria nudantur, vestes sacre, missales libri cum calicibus distrahuntur, et o Inmanissimum, sceleris immanitas, iam nec ab ipsius domini Dei universorum iniuria humana hominum rabies temperatur. Seclus a modernis saculis inauditum, et quod christiane aures exhorrescunt, pixides hostiarum vivilici corporis Christi, in quo totius humane salutis summa consistit, si cuius precii forent, alsercto nonnumquam ubicumque sacramento, abripiuntur.

*f. 388°.

a) et *add.* 1. b) *sic* (f. sec. *om.*) 1. *Theod.* c) *sic Theod.*; Quidam 1. d) *sic Theod.*; *om.* 1. e) *sic* 1. *Theod.* f) *sic Theod.*; sui abb. iussu 1. g) *sic Theod.*; vertit in sui 1. h) *ex us quae Theod. (Focke p. 80) addit conicendum est hoc loci secuta esse verba Cont. VII:* Ab aliquibus — resignare. i) Ro *add.*, *sed del.* 1. k) *sic* 2; q (quod) 1. l) *sic recte* 2; Alberto 1. m) *sic* 1. 2. n) solet *add.* 1. o) comitantem 1. p) relinquetur 1. q) impudicencie 1. r) q. abserenum 1. s) sangwine 1. t) vs *add.*, *del.* 1.

1) Grossmonra (Kr. Eckartsberga), ut conicio, falso in Continuatione VII. Cronicae Minoris edita. 2) Brücken (Kr. Sangerhausen). 3) Quae in Vita infra et a Pistorio, SS. I, p. 747; ed. 3. cur. Struvio I, Ludowici narrata sunt. 4) Iohannes hic dicitur p. 1106.

Cr. S. Petri. Quid multa memorentur? Plane impossibile est dictu et pene incredibile, in quem misserimarum miseriarum gurgitem hec nunc infelicia Thuringorum tempora fuerint devoluta. Sed pius Deus, qui, etsi antiquiori tempore, per servum suum
*f. CCCLXXXIX°. Nabuchodonosor Israhelitas et *super per Attylam christianum populum aliquamdiu flagellavit[a], quique tales ministros mercede obsecundacionis huiusmodi non fraudavit, licet duricia Thuringorum hactenus cervicosa, ipsarum sibi auctrix extiterit erumpnarum: ne tamen et hii[b] cruenti satellites impune evadisse[c] penitus viderentur, cum ipsi funesti nullas ponerent insolencie sue metas, nulli honori seu religioni deferrent, nulli etati misereve parcerent, quibusdam desperacione rerum vel i n d e fiduciam sumentibus, a nonnullis[d] eciam castellanis T h e o d e r i c o lantgravio faventibus, et quorum res ac homines diripiebantur, impudici homines vagabundi passim invadebantur, cedebantur, abducebantur, et crebris incursibus, licet furtivis, regius exercitus minuebatur. Dicitur eciam, et adhuc vulgares clamant cantilene, nonnullos nobilium de Reno regique fidelium ante castrum Raspinberg exactis[e], ut vulgari ioco dicitur, ballensibus ad suos, igno-
miniosum[f] satis spectaculum, reverti fuisse permissos. Visa fuit hoc anno cometes stella a nonnullis, effusionis humani sangwinis et harum prenunccia erumpnarum. Rex igitur exercitus sui sencions detrimenta seque pro rebus male gestis, pro tot scilicet ac tantis suorum insolenciis perpetratis, ab omnibus notari iamque omnium pene obnoxium maledictis, Thuringia tantarum calamitatum miseriis opplata, inactus reverti statuit. Sublatis itaque tentoriis a villa Mitelhusin, ubi
*f. 389b. post recessum *a predicta villa Eislolybin diebus non paucis consederant, ventum est ad villam Wipeche. Ubi dum quidam non ignobilium de exercitu ecclesiam sancti Andree ibidem sitam effractis foribus irrupissent[g] cunctaque inibi reposita cum ornamentis altaris librisque et calicibus diripere temptavissent, mox violentos invasores manifesta est Dei ultio subsecuta. Nam eisdem nondum ab eadem ecclesiola[h] egressis, clamore ad regem cum querimonia perlato, rex quasi in hoc suum innocenciam de prioribus insolenciis, tamquam inscio eo factis, comprobaturus, quin pocius divino iudicio, beato Andree ecclesiè sue vastacionem non deferente, ad ecclesie prefate foreа se applicuit ac predictis invasoribus sin-
gulis de ecclesia protractis, uni post unum, dextram manum amputari fecit. Inde autem se convertens i n Mulhusin[i] se recepit. Ubi cum aliquantisper commoraretur, tumultu gravissimo propter consuetas sequacium regis insolencias et maxime ob debita[k] seu refusionem expensarum negatam civibus excita t a[c] tota pene civitas concitatur, ad arma convolatur, inquieti satellites ceduntur, propelluntur, adeo ut ipse A d o l f u s[k*] rex vix evasisse vita comite referatur. Sic itaque rex Thuringie fines transgressus ad terram Orientalem se convertit, pari modo omnia devastando; ubi eciam nonnullas obtinuit
*f. 389c. municiones seu castella. Inde civitatem Friberg obsessam aliquamdiu prodicione *quorundam civium cepit, quos tamen postea in multis milibus marcarum dampnatos[l] vix vita[m] dignatus fuit. Castrum nichilominus Fribergense captum evertit, quam plures civium et castrensium ignobiliter et miserabiliter vita privavit. Quam crudeli autem immanitate et crudelitate inmani in reliquos sibi et ibi et alias rex humanitatis oblitus desevierit[c], qualiterve Misnensem marchionem Friderici cum[n] honore patriaque privaverit, quantisque et quod[c] amarissimis cladibus, incendiis et rapinis eciam illam provinciam compleverit, pro sui horrore et immanitate singula dicere supersedi. At ne vel ibi quidem divine ultionis expers[o] cruentus exercitus remaneret, adeo hyemis austeritas, que eo anno inhorruerat satis dura, in impios homines desevit, ut inedia frigoreque plurimis tabefactis et extinctis idem[p] exercitus regis non modica ex parte fuerit imminutus[q].

Anno Domini M°CC°XCV°. Rex A d o l f u s ubique regnum pervertens, phas nephasque confundens, tamquam mala in Thuringia preterito anno facta minus sue impietati crudelitatique sufficerent, reparato denuo exercitu in Thuringiam
*f. 389d. iterum properavit. Castrum igitur[r] Franckensteyn obsessum aliquamdiu non sine magno[s] exercitus sui dispendio, tandem facto castrensium discidio, in dedicionem recepit, salva castrensibus vita et libertate. Eo effectu animosior rex effectus Cruceburg[t] contendit. Castrum vero cum diebus non paucis obsedisset[u], incensa urbe, cum plurima multitudo utriusque sexus *super castrum confugisset, ceperunt castrenses, dum multitudine faciente nimiam aque penuriam sustinerent, a quibusdam de exercitu aquam clanculo comparare. Quo prodito et auctoribus[v] huius vendicionis iussu regis miserabiliter trucidatis, cum hii qui supra castrum erant tanta aque carencia urgerentur, ut et equis cervisia potus esset, et panes cum cervisia coquerentur, cum fortissime non[w] absque dampno regii exercitus actenus restitissent, hac[x] una compulsi necessitate castrum dederunt, permissa sibi et rebus vita et libertate. Itaque rex, dum eciam alio similia facturus pertendere cogitasset, quo nescio obstaculo prepediente, cum id perficere nequivisset, iterum de Thuringia egredi statuit. Sic rex, pupillorum viduarumque cesor, non defensor, pauperum desolator, non consolator, ecclesiarum violator, non edificator, rex, inquam, non iam rex, sed regni fex, de Thuringia est egressus, tot in ea egregiis facinorose crudelitatis insignibus[y] derelictis, ut et ipsum nomen eius cottidiana et pene cottidie nova inversione turpetur et omnium sputis seu maledictis obnoxium amarissimis imprecacionibus oneretur. Reliquid autem militem de Druberg ad ea que ipse cogitaverat exequenda; qui qualiter regi paruerit quave fecerit, pro rerum incertitudine dicere superfluum esse reor. De adventu regum, scilicet Rudolphi et Adolphi, quidam dictavit hos versus[1]:

Multi gaudebant, venit[z] rex quando Rodolphus,
Plures plangebant, rex dum venisset Adolfus.

*f. CCCLXXXX°. 1296. Mart. 4. Anno Domini M°CC°XCVI°. *in dominica Letare convenerunt advocati regis Adolfi et advocati lantgravii iunioris Thyderici inopinate iuxta Eiscenberg[a. 2], committentesque prelium inter se acriter dimicarunt. Cumque advocati regis illos pene vicissent, quidam de sociis advocatorum regis, quorum nomina sunt hec: Heinricus Vasanus et Vultur, alterque dictus Pullus, militares viri, relinquentes socios turpiter fugierunt. Quod videntes hostes resumptis viribus istis fortissime insistebant. Unde factum est, ut, interfectis omnibus equis et runcinis, pedestres pariter convenirent, ubi tam acriter pugnatum est, ut quinquies ab in-

a) flagitauit 1. b) huius 1. c) *sic* 1. d) nullis 1. e) *sic* 1. *L II.* f) ignominosum 1. g) irrupiscent 1. h) ecciala egresu (us) 1. i) *sic* 2, *ubi in deest*; Molhusin 1. k) debitam 1. k*) Ad. rex *om.* 2. l) *sic* 2; dampnatz 1. m) vitam dign. est concedere 2. n) cum *add.* 1. o) expertus 1. p) eiò 1. q) iimicus 1. r) *sic* 2; ergo 1. s) sui ex. *m.* 2. t) *sic* 2; Cruczeborg 1. u) *sic* 2; obsedit 1. v) auctoribus 1. w) *om.* 1. x) ac 1. y) ieignis 1. z) rex q. venit *L II*; rex venit q. *Theod.* a) Eistenberg 1; Eschenberg *L I*; Eschiober *Rothe c.* 572.

1) Hi versus initium faciunt carminis supra p. 473. cum ex iis quae Ioh. Rothe c. 572. 573, p. 484 sq. editi. 2) Eschenbergen (A. Gotha). Satis constat ex traditione populi huic narrationi addidit appropre hanc villam hoc pruelium commissum esse, reat haud longe a flumine Nesse hoc factum esse.

vicem recederent resumptoque spiritu prelium iterarent. Tandem homines lantgravii cum con- 1298.
tis ferreis homines ab invicem detrahentes ipsos captivos viriliter abduxerunt. Quod audientes cives Gothenses et ille de Bruberg[1], in unum coadunati suis venire in adiutorium cupiebant.

Anno Domini M°CC°XCVII°. Wenczeslaus rex Bohemorum, filius Odackari regis interfecti, in Praga coronatus Cr. S. Petri.
et unctus est in regem cum nobili coniuge sua, Romanorum regis Rodolphi filia, in die sancto penthecostes[a] a venerabili Gerhardo archiepiscopo Moguntino cum maxima solempnitate et leticia, presentibus archiepiscopo Magdeburgensi, Pragensi et Olmucensi aliisque duobus[b] episcopis de Ungaria. Ipse enim rex, ut legitur de rege Aswero, ostendere volens magnitudinem potencie sue et divicias regni, fecit grande convivium in ipso die sancto, durante per quatuor dies, et *f. 390b.
omnia que convivantibus 'necessaria erant, prout magnificencium regium decebat, copiosissime amministrabantur. Dux eciam Austrie Albertus cum VII milibus equitibus illuc venit, habens in comitatu suo ducem Kariothie et generum suum marchionem Longum iuvenem et multos comites, barones et nobiles Austrie, Carriole[c] et Karinthie. Sed et marchio Brandenburgensis Cum-telo cognomento rogatus ibi affuit cum duce Saxonie et duce Polkone de Polonia cum pluribus potentibus multarum terrarum. Ut ergo transierunt dies iocunditatis et leticie, soli cum rege per aliquod tempus remanentes tractaverunt, qualiter regnum Romanum persistere posset in suo honore atque potencia, regisque Adolphi confusione et erumpna. Quod postea rei probavit eventus. Inter cetera rem flebilem narrabo, quod 'tantam exultacionem tentus fuit fuctus subsecutus. Nam illa nobilis regina, Rodolfi regis filia, coronata simul cum rege Bohemorum, infra anni spacium diem clausit extremum. Nec eciam pretereundum esse puto, quod idem rex Bohemorum in eadem septimana penthecosten quoddam claustrum Cisterciensis ordinis ab eo antea constructum cum quadringentis marcarum reditibus dotavit annuatim.

Anno Domini M°CC°XCVIII°. Albertus dux Austrie, regis[e] Rodolfi filius, circa inicium quadragesime expedicionem ordinavit de Austria versus Renum contra Adolfum regem Romanorum cum maximo exercitu; que expedicio duravit usque[f] Processi et Martiniani. Veniente ergo[g] duce Alberto ad 'confinium Bavarie, dux Otto eiusdem provincie habuit *f. 390c.
conflictum cum aliquibus ab exercitu sequestratis; in quo amicissimus ducis Austrie ac avunculus eius Albertus comes de Heyrlo nobilis ac liber cum aliis ferme centum occisus est. Dux igitur[h] Austrie, hiis nichil veritus[i], sed spem suam in Domino habens, ultra cum exercitu progressus, cum tamen plurimi assererent ipsum cum suis gladio regis Adolfi fore lacerandum, ad confinium Swevie tandem pervenit; ubi cum propter viam longiorem repausaret exercitum, ad aures regis Adolfi eius[k] adventus usque pervenit. Qui per idem tempus in Franckenfurt[l] existens preparavit se duci Austrie viriliter occurrere aut cum dedecore[m] vitam finire. Interea dux Austrie de confinio Swevie movens exercitum, paucis diebus peractis iust[n] Wormaciam ad litus Reni fluminis usque devenit. Quid multis moror[n]? Rem[o] dicam seculis mirandam, *quam incomprehensibilia* enim *sunt iudicia Domini et investigabiles vie eius!* Moguntinus autem[p] existens consanguineus regis Adolfi, qui eciam eum ad regni dignitatem exaltaverat et in omnibus eius coadiutor aut fautor fuerat, nunc inimicus eius per omnia, audito, quod dux Austrie esset prope Wormaciam, collecta maxima multitudine in auxilium eius properavit. Cum igitur venisset ad ducem et secum aliquos principes spectantes ad eleccionem reperisset, habito cum eis consilio, ducem predictum ad regnum[q] elegit in confusionem regis Adolfi et obprobrium sempiternum. Quod cum rex Adolfus nuncio didicisset, 'animo consternatus magis elegit mori quam cum confusione vivere. Veniens *f. 390d.
igitur[r] in Oppenheym, postera die cum exercitu forti castrametatus est contra ducem Austrie ac electum in regem Romanorum. Interim plurimi de exercitu ducis propter temporis prolixitatem et suorum domi inanentium affectum clam recedentes ad propria redierunt. Sicque factum est, ut de die in diem populus ducis minoraretur regisque Adolfi vulgus multiplicaretur. Quo viso, ducis[s] nobiles et amici callidiate usi, cum adhuc exercitus eorum esset satis copiosus, consilio cum duce habito, fugam simulaverunt, ponentes insidias, ut sic rex[t] Adolfus deceptus cum ipsis bellum cicius iniret, ne tardior mora ipsum faceret fortiorem; quod et factum est. In die namque Processi et Martiniani, cum rex Adolfus adventum plurimorum prestolaretur, subito ducis[u] exercitus de loco motus torga vertit regi Adolfo. Unde rex attonitus, sangwinem ducis ac suorum quam plurimum siciens, insequitur eos viriliter et[v] potenter. Cumque transissent insidias, dux cum omnibus suis contra regem Adolfum se[w] vertens cepit[x] preliari prelio Machabei. De insidiis eciam exilientes circumvallabant exercitum undique regis Adolfi; unde commixto prelio maxima cedes hominum facta est, et multi de exercitu regis captivi, inter quos et filius regis captivatur. Simulque rex[y] Adolfus occisus est, ut adimpleretur illud: *Quid superbis pulvis et cinis?* et illud: *Si ascenderit usque ad celum, superbia eius, in puncto ut sterquilinium 'erit*[z]. *f.CCCXCI°.
Hiis ita peractis rumor extollitur ducem Austrie non posse esse regem Romanorum, quia rex[t] Adolfus non fuisset rite depositus, nec potuisse duos reges simul regnare, et quia ipse dux occidisset regem Adolfum. Unde ad nutum principum ad eleccionem spectantium dux per triduum regno cessit. Et postea ab eisdem solempniter est electus et[a] cum magna gloria Aquisgrani est perductus, intronizatur et ad regni sedem usque pervenit cum maxima pompa tam clericorum quam laycorum Deum laudantium, qui facit mirabiles res. Sicque cum consilio principum coronam summam primam indixit in festo sancti Martini in Norinberg[b], et recesserunt leti, dicentes: 'Vivat rex in eternum! Alleluia!' Eodem Cr. Minor. Cont. VII.
anno in vigilia nativitatis domine nostre Venecii cum nonaginta armatis galeidis et Ianuenses cum totidem in mari convenerunt et a Veneciis vix quingenta centum miliaria Latina in[c] immensum conflictum pariter habuerunt, et Veneti occubuerunt, et quasi omnes eorum galeas combusserunt et submerserunt, populum vero captivum deduxerunt et innumerabiles ex eis occiderunt. Et ipso anno prenotato, cum avidissimi essent inimici et diu fuissent, pace perpetua reconciliati.

Eodem anno circa festum penthecostes[d] quedam pestis vehemens et valida nutu Dei in Franconia ludeos invasit, Cr. S. Petri.
que in tantum invaluerat, quod omnes ludeos Allemanie extinxisset, si non ipsorum infinita pecunia 'circa aliquos prin- *f. 391b.
cipes et civitatenses intercessisset. Nam in precipua civitate Herbipolensi et in Rotinborg ita omnes fuerunt occisi, quod a maioro usque ad minorem, a masculo usque ad feminam unus non fuerit derelictus. Unde alie civitates munite

a) pentheconst' 1. b) Aliis duobusque 1. c) Sarriole 1. d) post *eadem manu superscr. add.* 1. e) *sic 2. L II. Theod.*; Rod. regis 1. f) *sic L II; om.* 1. g) *sic* 1. 2; igitur *L II.* h) *sic L II;* ergo 1; *om.* 2. i) *sic* 1 *cum L H. P* 1; exterritus 2. k) *sic* (eius adventum audiens) 2; adv. eius 1. l) *sic* 2; Francford 1. m) *sic* 1 *cum P* 1; decore *L II.* n) memor 1. o) Reni 1. p) *om. L II*; consistens aut *add.* 1. q) *sic* 1. 2. r) *sic L II;* ergo 1. s) *sic L II;* nob. ducis 1. t) *sic L II;* Ad. rex 1. u) *sic L II;* ex. ducis m. de l. 1. v) *sic L II. Theod.*; ac 1. w) *sic L II* (v. se). *Theod.*; *om.* 1. x) *sic L H. Theod.*; pr. e. l. y) *sic* 2, *L II. Theod.*; Ad. rex 1. z) *in* 1 *sequitur:* Regnavit autem Adolfus rex apud — — coronam *e Gestis archiep. Magd., SS. XIV, p. 425, l. 27. insertum.* a) *sic* 1. *L II;* ac *Theod.* b) Noremberg 2. c) *sic* 1 *cum Cont.* d) *sic Theod.*; penthecostes 1.

1) Gerlacus.

Cr. S. Petri. exemplo eodem gavise plurimos sibi commanentes occiderunt. Dicitur eciam, quod, dum[a] Iudei viderent non posse evadere manus occisorum, quod pro quadam sanctitate secundum legem ipsorum, ne traderentur manibus incircumcisorum, se mutuo interfecerunt. Huius interfeccionis inicium referunt fuisse quendam nobilem dictum de Rinberch, qui coadunatis sibi aliquibus ad hoc idem similibus per quendam favorem civium hec eadem exercuisse[b]. Timendum namque est, quod absque gravi merore dicere non possumus, ut quidam pro vero asserunt, quod propter divini cultus reverenciam corporisque Christi subsanacionem hec omnia eis digne evenisse[b]. Referunt namque corpus Christi eos in synagogis ac in secrecioribus suis furtim reconditum[c] habuisse illudque cultellis et subulis suis confodisse novoque et inaudito[d] martirio Christum crucifixisse, ut paternis execracionibus viderentur esse participes. Cristiani namque, ut dicitur, post interfeccionem ipsorum ipsa secrecioria purgantes invenerunt corpus Christi pluribus locis confossum, illudque pro sacramento habentes, loca eadem dicunt mirabiliter choruscare[e].

f. 392a. Anno Domini M°CC°XCIX°. Adolfus[f] rex curiam suam Fulde presentibus illic archiepiscopo Moguntino nonnullisque aliis spiritalibus quam secularibus principibus circa festum sancti Iacobi celebravit. Ubi eciam legati cleri et civium Erfordensium advenientes obtentu regis et aliorum principum graciam eiusdem domini sui archiepiscopi Moguntini, qua iam per annos V caruerant, habita pecuniaria satisfaccione, datis scilicet ex parte cleri CCC[m], ex parte civium M°CCC[n] marcis argenti puri, coemerunt. Quam tamen[o] summam ex parte inobedientie cleri colligendam versa, ymmo perversa vice actenus obedientes gravius pendere[p] sunt coacti ..... Item eodem anno orta est discordia inter dominum Gerhardum archiepiscopum Moguntinum[q] et Ebirhardum[r] comitem de Hayno. Comes igitur collecta suorum complicum manu res episcopi rapinis et incendiis devastabat. Archiepiscopus autem non ferens iniuriam, congregato exercitu quasi quingentorum virorum omnia que ipsius comitis

f. 392b. erant depopulabatur in tantum, ut una [s]die L. villas comitis igne consumeret et omnia que ibi invenire poterat sibi suisque sociis vendicaret. Ad ultimum vero ipsum comitem in castro suo Hayno obsedit et obpugnavit. Comes ergo videns se ei non posse resistere, gracie eius[t] captivus abducitur et in Bingen[u] civitate[w] episcopi custodie mancipatur. Ubi per multum tempus degens, cum nullam graciam episcopi inveniret, occulta inde dicitur fuga lapsus. Eodem anno Albertus rex Romanorum Tholetum pergens duxit secum Rodolphum filium suum, ducem Austrie, cui desponsaverat sororem regis Francie, habens secum in comitatu Gerhardum archiepiscopum Moguntinum[b] et alios multos nobiles Austrie et Alemannie, comites et barones. Elegerat autem ipse rex quingentos milites forma et moribus egregios, quos uniformibus paribus vestium exornavit, exceptis hiis, quos illi nobiles, qui secum erant, in honorem magnificencie vestierant in suo quilibet comitatu. Cum autem Tholetum attigissent, rex Francie ibi[x] cum virgine expectans eis occurrere festinavit. Erat autem pluvialis dies illa. Rex ergo Romanorum mandavit omnibus suis, ut melioribus quos[o] habebant vestibus vestirentur. Quod si quis negligeret, hac sentencia mulctaretur, quod nil pabuli de regis[p] curia reciperet illa die. Intraverunt igitur ipsam civitatem cum gloria magna et comitatu circa festum sancti

f. 392c. Andree, nuptias filio suo, cui copulaverat sororem regis Francie, festivissime celebrantes. Sed heu! *extrema gaudii luctus occupat*. Nam rex Francie regem Romanorum hortatur, ut electores regni inducere[q], quatinus filium suum in regem eligerent, et ipse Romam pergeret pro imperiali benedictione ab apostolico expetenda. Sed Moguntinus, qui tunc aderat, hoc reclamavit, dicens se numquam assensurum, ut regni Romani gubernacula in alicuius viventis heredes transferrentur[r]. Rex Romanorum hiis commotus omnibus nobilibus, qui secum venerant, redemit sua pignora obligata, solius archiepiscopi pigneribus non redemptis. Moguntinus autem, quamvis cum penuria suorum, redemit sua pignera obligata. Rege autem cum suis omnibus ad propria reverso, archiepiscopus ob hoc, quod ei rex fecerat, commotus archiepiscopos Coloniensem et Trevirensem cum Rudolpho duce Bavarie contra regem Romanorum induxit coniurare. Hiis rex auditis manu valida Bavariam intravit, omnia rapinis et incendiis devastans, municiones capiens, ipsum ad ultimum ducem in dedicionem coegit. Cui postea graciam suam petenti omnia sua ei redonavit. Hinc se convertens ad superiora Reni fluminis processit et Pingwiam civitatem, id est Bingen, archiepiscopi cepit, omnia que eius erant rapinis et incendiis devastans, municiones capiens omniaque bona archiepiscopi et feoda imperiali protectione privans. Quicumque nobilium ea acquirere possent, suis litteris ipsis ea confirmavit. Que pestis tocius fere[s] Alemanie fines infestavit. Ad ultimum tamen[t]

f. 392d. rege [u]prevalente, episcopus talem composicionem meruit, ut, quatuor castris manitissimis loco obsidum datis, quinquennio ipsi ad quevis regni necessaria assisteret, ut[v] si ei ultra opponere conaretur. Postea ad terras Coloniensis et Trevirensis episcoporum veniens et similia faciens, composicione pro suo placito expetita, eos sue amicicie adunavit.

Cr. Minor. Cont. VII. Anno Domini M°CCC°, dum civitas Acon et tota Terra Sancta in potestate gentilium steterit VIII° annis, rex Tartarorum nomine Gazan potenter cum suis, rege[w] Armenie ipsum adiuvante, Terram Sanctam introierunt et manu preliosa totam Terram Sanctam usque Damascum hostiliter acquisiverunt, in duobus conflictibus LXX[M] hominum gentilium ad arma valentium occiderunt, preter reliquum populum, cuius numerus non poterat determinari. Idem rex Thartarorum a nativitate Domini usque ad Maynm permanens in Damasco potenter, mittens nunccios solempnes Bonifacio summo pontifici, petens et desiderans, ut omnes christiani advenirent Terram Sanctam accipiendo et possidendo, quam ipsis animo libenti vellet[w] dare. Et vocavit principaliter tres ordines, scilicet Hospitalarios, Templarios et fratres Alemannos, in ipsis suis litteris domino apostolico ad Romanam curiam destinatis, ... [x].

1300. Aug. 24. Eodem anno Fredericus marggravius circa[y] festum beati Bartholomei celebravit nuptias in Gotha cum [virgine[z] pulcherrima] Elizabeth, filia noverce[2] sue[2] et filia comitis de Arnsowe[3], quam intronizavit abbas Marquardus Reynersbornensis. Hiis diebus ecclesia

a) *om.* 1. b) *sic* 1 *cum P* 1. c) fuisse *add.* 1. d) *sic Theod.*; in auditu 1. e) *in t sequitur*: Hic Ericus archiepiscopus Magdeburgensis marchiam — — *f.* 392a. nec coronam = *Gesta arch. Magd., SS. XIV, p.* 425, *l.* 28 — 426, *l.* 22. f) ponder coacti 1. g) *hoc loco omissa videntur quae I. I. H ex Cron. S. Petri sumpta habent*: Civitas Wymar — — tota exusta est. h) Moguntin 1. 2. i) Eberh. 2. k) *sic* 1. 2, *omisso* se tradens. l) Bynge 2. m) *sic* 2; civitatem archiepiscopi 1. n) ubi 1. o) quos 1. p) reg: 1. q) *sic* 2; duceret 1. r) tranferr. 1. s) vero 1. t) eū (*pro* tū) 1. u) *sic* 1. v) regem 1. w) vellent 1. x) *in hac Cron. palet extitisse locum Cronicae S. Petri a.* 1300: Bonifacius — limina accedant (*supra p.* 434, *l.* 31—36), *cum Theod. haec mutata habeat.* y) cel. n. circa f. b. (sancti 2) Barth. *E.* 2 *ex E, ut videtur.* z) virg. pulch. *h. l, habet I. l, post* Eliz. *E*; virgine *solum h. l.* 2; virg. pulch. *om.* 1. *Certe Schedel in* 2 *hoc loco E adhibuit cum Cron. Reinh., cum post* Arnsowe *scripserit* arensceulbe, *et codex Mushing. pro* Arnsowe *habeat* arensceuwe.

1) Nomen falso insertum. 2) Elisabeth filia Hermanni III. comitis de Orlamunde. 3) Ottonis. Cf. quae Hist. Eccard. c. 451. de ea rapta tradit.

Reynersbornensis multis debitorum nexibus fuerat obligata, tum propter incendium aut propter subitaneam reedificacionem vel propter incuriam vel desidiam vel[a] negligenciam[b] prelatorum. Nam possessiones eius et bona proprietatesque et res sedulo[c] distrahebantur, alienabantur, dilapidabantur, vendebantur, alienis personis, tam religiosis quam secularibus extra, tradebantur[1]; unde factum est, quod phas est fari, et quod sine dolore[d] et gemitu dicere non possumus: nolentes emere, seu pro pudore humano seu[e] timore divino, a nostris prelatis emere cogebantur[2]. Ementes enim duos mansos vel tres pro decem marcis, dum resipiscerent ex inspiracione divina, ut nollent emere, tot mansi pro quinque vel tribus marcis itidem[f] promptissime vendebantur. Prochdolor! mansus vel mansi valens vel valentes XX vel XXX marcas pro stopa vini vel pro lotone ac pro sola graciarum accione vel pro inani gloria in optima terra ante opidum Gotha sepissime tradebantur. Contradicentes vel prohibentes[g] hanc nephariam vendicionem aut nimiis calamitatibus opprimebantur aut de prediis ad predia aut de cellis ad cellas compellebantur; plerique de ecclesia vel prebenda eiciebantur. Unde factum est, ut in tam solempni loco, ubi L sacerdotes sustentari solebant, vix duo cum quatuor pueris sustentarentur[h]. c. CCCXCIII[b].

[Anno[i] Domini MCCCI]. . . . Eodem anno in die sancti Vitalis Marquardus abbas Reynersbornensis proprio motu et voluntate resignavit abbaciam, quam suscipiendam prior eiusdem ecclesie, dominus Hermannus dictus de Cziummern[k] consensu unanimi rogabatur. Hic sciens penuriam paupertatemque ecclesie [rennuit[l]] precibusque rogantium contradixit. At illi unanimiter surgentes ipsumque reluctantem in ecclesiam beate virginis deducentes dicebant: 'Velis nolis, tu noster abbas eris', et cum clamore valido decantabant: *Te Deum laudamus.* Qui videns eorum obstinatam voluntatem, divino fretus auxilio acquievit. Qui postea cum consensu Gerhardi archiepiscopi Moguntini a venerabili domino Heinrico Merseburgensi episcopo in Merseborg est honorifice consecratus. Hic rediens ad ecclesiam suam eam in tanta paupertate et in tantis calamitatibus oppressam invenit, ut merito posset dici illud Petri in Actibus apostolorum: *Argentum et aurum non est michi, quod autem habeo, hoc tibi do,* id est: fideles labores et penuriam pro te feram. Nam summa debitorum, qua ipsa ecclesia obligata erat, duo milia marcarum et tunc[i] CCC[c] marce erant, et quod magis fuit, omni die usura supercrescebat tam apud christianos quam apud Iudeos marca puri argenti. Quid tamen faceret famulus Christi? Frumentum non habebat nec cervisiam, non carnes, non butirum, non caseos, non equos, non pecora, non mansos, non predia, nam omnia vendita erant. Nam XVI maldra frumenti Erfordensis mensure vendita erant, ultra quam ecclesia per se vel de omnibus bonis suis posset habere. Omnia enim mobilia obligata erant, scilicet crux argentea, VIII calices maiores, ampulle auree, thuribula argentea, libri, casule, cappe purpuree. Quod videns idem abbas, famulus Christi, anxiabatur[m] et, quid ageret, ignorabat. Sed totum ad misericordiam Dei se convertens et ad piam eius genitricem, eorumque[n] auxilium implorabat. Unde auxilio eorum fretus paucos et infertiles agros ante claustrum iacentes diligentissime excolebat, unde se et suos cum magna penuria sustentabat. c. 393[b]. 1301 Apr. 28. Act. 3, 6. c. 393[c].

Anno Domini M°CCC°II°. obiit dominus Bonifacius papa, vir per omnia laudabilis et peritus. Hic fecit sextum decretalium et constituit omni festo paschali, penthecostes[o], nativitatis Domini, assumptionis beate virginis, nullo interdicto vel excommunicatis[p] obstantibus, ab omni ecclesia divinum officium solempniter celebrari. Cui successit Benedictus. Quo post annum et dimidium defuncto successit Clemens quintus vel Clementinus, qui et ipse septimum decretalium compilavit. Quem successor suus Iohannes adiciendo[q] aliqua capitula confirmavit. Cr. S. Petri. ib. 1315.

a) *supplevi; om.* 1. b) negligenciam 1. c) sedule *E.* d) dolo 1. e) *suppl. Weg.; om.* 1. f) *emendavi;* idem 1. g) *falso distinctum est in* 1 prohibentes. Hanc, *ante* contrad. *nullo signo posito.* h) *in* 1 *sequitur:* Eodem tempore in lacu — — *f.* 393[b]. publicatum fuit = *Gesta arch. Magd., SS. XIV, p.* 426, *l.* 25—34. i) *haec supplenda sunt ex praecedente loco Gest. arch. Magd., in quo hic annus.* k) Czümern 1. l) *corruptum videtur, fortasse ex numero.* m) anxiebatur 1. n) que *delevit Weg.; fortasse verbum quoddam ante hoc supplendum est.* o) sic *Theod.*, penthecostr 1. p) *sic* 1 (expuicati). *l. II. Theod.* q) al. cap. addendo *Theod.*

1) Cf. Vitae Elis. addit. Reinhardsbr., iam supra f. 368[c]. p. 616. exscriptum. 2) Cf. cartam Alberti lantgravii d. d. 1291. Maii 15; Thur. sacra p. 126 sq., nr. 86; Schannat, Vind. liter. I, p. 128 sq., nr. 42: *cum cenobium Reinartsbornense . . . ad tantam cergeret egestatem, quod plurimam partem de prediis et mansis suis, quin etiam et ipsos mansos venundari et colonis locari extraneis necessitas, que lege non constringitur, instigaret, nos . . . . . ne predicta bonorum ecclesie alienatio nostro rigori, quem circa locum prefatum exercueramus, imputetur* etc.

*f. 393a. Cum plerisque notum sit circa *festa exaltacionis sancte crucis Cisterciences Premonstratenses circa festum sancti Dyonisii in locis ad hoc deputatis sua capitula frequentare, accidit casus[a] notabilis in civitate, in qua Premonstratenses convenerant, quem hic pro emendacione prelatorum dignum inserere iudicavimus. Duo abbates cum uno preposito in quodam[b] eiusdem civitatis collecti hospicio lautius per hospitem procurati [sunt[c]]; et cum se sopori dedissent, duo tamen abbates simul in una domo dormientes, seiunctim vero[d] prepositus in alio eiusdem hospicii loco sua cum familia dormitavit[e]. Viditque in somniis regem in solio iudicis non modica cinctum[f] generosorum[g] utriusque sexus turba consedisse, quendam de turba, qui patronus monasterii, cui unus abbatum preerat, ut post didicit, [erat[h]], eundem abbatem, pro eo quod bona monasterii, de quibus inibi Deo, sue genitrici sibique[b] omnibus servientibus victitari deberet[i], parentibus suis impendendo distraheret, districcius accusare[k]; quem index produci iussit et, cum, quid responderet, non habuit, eum morte dampnandum perpetua iudicavit. Post hoc alius sanctorum secundum abbatem similiter, pro eo quod bona sui monasterii in venacionibus clamorosis[l] et aliis vanitatibus consumeret, accusavit. Qui similem mortis suscepit sentenciam, cum presentatus iudici, quid ad obiecta diceret, non haberet. Postremo prepositus a suo patrono, quod bona monasterii luxuriose vivendo cum scortis consumeret, accusatus producitur, pro quo *f. CCCXCIIIb. mox regina venerabilis, a dextris sedens iudicis, supplicando ad pedes regis *prosternitur, et ut vita capellani sui, qui se honorare speciali oracione post singulas horas canonicas consueverat, pro emendacione criminis peciit prorogetur; quod et factum est. Territus itaque visione hac horribili, de gravi sompnio evigilans, quod vidit in sompnis, adductus per hospitem in[m] cubiculum sociorum suorum abbatum, verum repperit, quod[m] eosdem exanimes mox invenit. Postera die procurante eodem preposito apud maiorem eiusdem civitatis ecclesiam, ubi erant canonici — presentibus eciam Cisterciensibus de capitulo, ut dictum est, redeuntibus — honorifice tumulantur; et querentibus eiusdem loci canonicis[n] de morte eorum subita, in canonicorum Cysterciensium et omnium audire volentium presencia quod factum fuerat, ut dictum est, declaravit. Scripta est autem a presentibus et audientibus, qua gloriosam Dei genitricem venerabatur, oracio. Et post ab apostolico, qui tunc erat, scilicet Clemens quintus, recepta, omnibus eam devote dicentibus XV dierum indulgenciam[o] de[p] omnipotentis Dei misericordia salubriter est largitus. Est autem hec oracio: *Spiritus sanctus in te descendet, Maria, habebis in utero filium Dei. Alleluia.* Versus: *Ecce ancilla Domini. Letifica nos, quesumus, omnipotens et misericors Deus, dominice conceptionis gaudia recolentes,* et: *Pia Dei genitrix, virgo Maria, in cuius veneracione hec eadem commemoramus, in cunctis necessitatibus, tribulacionibus et angustiis nostris, nunc et in hora mortis nostre, consolacionem et graciam sancti spiritus nobis impetret et levamen per.*

*f. 394b. Cr. S. Petri. *Anno Domini M°CCC°IIII°. Cives Erfordenses cum consensu Alberti lantgravii et auxilio[2] castrum dictum Hopphegartin[q] captum funditus everterunt. Eodem anno impii Iudei, sequentes vestigia patrum, cuiusdam castrensis filium in Wissense comprehendentes secrete morte miserabili occiderunt; quem in tugurio cuiusdam vinee prope dictam civitatem in proprio cingulo suspenderunt, quasi se suis manibus suffocasset. Qui post triduum ibidem inventus et in civitatem reductus multis miraculis a Domino insignitur; pro qua re omnes Iudei in eadem civitate sunt occisi et in aliis quibusdam civitatibus. Quod idem Erfordie evenisset, nisi quod multa eorum peccunia apud magistratum consulum et reliquos meliores civitatis defensavit. Eodem anno orta est discordia inter regem Francie et Flandrenses. Cuius causa dicitur hec fuisse: Rex Anglie, inimicicias habens ad regem Francie, ducem Brabancie et comitem Flandrie sibi pro auxilio federavit. Quod ut firmius perstaret, filio suo filiam comitis Flandrie desponsavit. Que cum ipsi deferretur, rex Francie audiens fedus, quod comes Flandrie cum rege Anglie fecerat, viam preoccupans, ipsam cepit. Insuper expedicionem in Flandriam faciens, comitem cum filio suo et cum aliis multis nobilibus cepit provinciamque graviter depredatur. Cunctis igitur sibi subiectis advocatos in civitatibus et castris instituit cum manu valida, ipse vero ad propria *f. 394c. remeavit. Flandrenses vero videntes se graviter opprimi *filiasque suas vel sorores, virgines vel relictas tradi nuptiis Francigenum violenter, ab imo gemere coperunt et, quid facerent, cogitare. Omnes igitur civitates Flandrie equalia pacientes, secretis litteris se invicem obligantes et unum capitaneum nomine Petrum eligentes, decreverunt una die in singulis suis civitatibus omnes Francigenas[r] occidendos. Quod et efficacitor impleverunt[s]. Hec discordia multis annis duravit. Postea ad capitaneum suum congregati elegerunt omnes, qui vel pro senectute vel iuventute arma ferre poterant, et eos armis instruentes, primo obsederunt quandam civitatem, què sibi contraria Francigenis noluit rebellare. Rex Francie audiens quod Flandrenses fecerant[t], motus congregat exercitum valde copiosum, pergens civitatem a Flandrensibus eripere et ipsos Flandrenses penitus exstirpare. Qui hec audientes ducem Brabancie vocant in auxilium, se suaque audacter defendere cogitantes. Rex itaque Francie cum exercitu suo veniens Flandrensium castra, utpote sibi inequalia, vilipendit. Flandrenses vero[u] videntes se tanto exercitu non posse resistere fossatum amplum et profundum fecerunt, quod lignis superpositis terra detegentes[v] ex altera parte castra sua firma[v] posuerunt. Francigenis igitur cum rege suo primo mane ad bella procedentibus et contra Flandrenses super fossatum magna virtute venientibus, ligna rumpuntur, et in *f. 394d. fossatum cadentes a suis post se venientibus opprimuntur, a Flandrensibus occiduntur; nec ultimi *Francigenum pre multitudine scire poterant periculum, quod antecessores sufferebant. Multitudine itaque Francigenum oppressa et occisa, ceteri fugam ineunt. Quos Flandrenses magna virtute persequentes a suis finibus expulerunt. Inde ad castra redeuntes et occisorum spolia detrahentes indicibiliter sunt ditati. Secundo iterum cum rege Francie, qui exercitum reparaverat, decertantes victoria sunt potiti. In quo certamine multi nobiles ex parte regis Francie sunt occisi. Inter quos filius sororis [regis[c]] Francie, et ipse existens rex, occiditur. Rex vero Francie cum magno periculo est salvatus.

a) in civ. casus not. 1. b) quadam 1. c) *om.* 1. d) *fort. delendum.* e) dormitarēt 1. f) cinctus 1. g) *sic* (ignosol) 1. h) et *add.* 1; omnibus *ante* Deo *collocandum videtur.* i) deberent 1. *Corrigere malleni* omnes servientes victitare deberent. k) accēre 1. l) clamo'ē 1; *retinui quod Weg. scripsit, quamvis hoc non recte coniectatum crederem, cum melius conveniendum non haberem.* m) *forte* quia *emendandum.* n) canonicos 1. o) indulgencia 1. p) omnibus *add., sed del.* 1. q) Hoppzegartin 1. r) francigenos 1. s) complor. *post corr.* inpler. 1. t) fecerat 1. u) *sic* 1 *cum P* 1. v) firmia 1.

1) Scil. sancto patrono monasterii illius. 2) Hoc recte additum videtur. Cf. infra p. 645, n. 2.

Torcio omnes vires regni sui congregans et [exercitum[a]] innumerabilem reparans contra Flandrenses properavit. Qui omni virtute sua congregata contra regem ad pugnandum procedunt. Bello itaque inito Flandrenses viriliter se defendunt. Francigene fugere pre multitudine non sinuntur. Hinc inde itaque multis vulneratis cadentibus, ex parte tamen Francigenum pluribus, Flandrenses terga devertunt et in municiones suas se recepernnt, tante multitudini resistere non valentes. Miserunt tamen ad regem legatos honorabiles, pacem petentes et emendam magnificencie regie debitam pollicentes. Rex igitur animadvertens suorum casum et virtutem animi illorum, et quia parati sunt aut viriliter mori aut vivere, legatos suscepit, emendam pollicitam acceptavit. Comitem cum filio et filia sua ipsis restituit, et sic omnia sunt pacata. Cr. S. Petri.

Anno Domini M°CCC°IIII°. Heinricus iunior comes 'de Honsteyn[b] congregata electa manu Thuringorum partes Buchonie ingreditur in preiudicium abbatis Fuldensis incommoda illaturus. Advocati vero predicti abbatis hoc cognito, parva manu suorum, utpote in brevi, adunata, sed tamen communitate rurensium conclamata, ei occurunt, quoslibet occidunt, plurimos abducunt captivos; ubi ipse comes (de Hoynsteyn[c]) et comes de Bycheliugen iunior cum multis aliis captivantur. Qui postea multa peccunia se redemerunt. Eodem tempore quidam puer in partibus Hassie est deprehensus; hic, [sicud[d]] fuit postea cognitum, et sicud ipse retulit, cum trium esset annorum, a lupis est captus et mirabiliter educatus. Nam, quamcumque predam lupi pro cibo rapuerant, semper meliorem partem sumentes et arbori circumcurrentes ipti ad vorandum tribuebant. Tempore vero hyemis et frigoris foveam facientes, folia arborum et alias herbas imponentes, puerum superponebant, et se circumponentes, sic eum a frigore defendebant; ipsum eciam manibus et pedibus reppere cogebant et secum currere tam diu, quod ex usu eorum velocitatem imitabatur[d] et saltus maximos faciebat; lignis circumligatus, erectus ire ad humanam similitudinem cogebatur. Idem vero puer sepius dicebat sè multo carius cum lupis, si in se esset, quam cum hominibus diligere conversari. Hic puer in curiam Heinrici[e] principis Hassie pro spectaculo est allatus. Eodem tempore obiit Gerhardus archiepiscopus Moguntinensis, duobusque electis per dissensionem capituli diuque in curia Romana litigantibus, quorum 'unus erat scolasticus eiusdem ecclesie, alter canonicus dictus de Spanheym, tandem dominus apostolicus domino[f] Petro Basiliensis ecclesie episcopo contulit eundem archiepiscopatum, electis spem auferens litigandi, quia idem ipsum[b] Clementem papam curaverat a fluxu reumatis et sangwinis, quod nullus medicorum facere potuit[4]. Eo anno advocati Alberti lantgravii[2] cum Erfordensibus manu valida castra firmissima obsederunt[i] et ceperunt, scilicet Kerchberg, Wintberg et Griffenberg[k]. Quorum duo, scilicet Kirchberg et Wintberg, funditus everterunt et Leysten, quod ante ceperant; que omnia erant burggravii de Kerchberg, qui lantgravii offensam incurrerat. Cui tamen postea graciam et amiciciam ipsius impetranti Gryffenberg reddidit. 1303. ib. a 1304. 'f. CCCXCV°. 'f. 395°. 'f. 395°.

Hiis diebus Albertus lantgravius quendam civem Gothensem nomine Heinricum de Ufhusen captivavit eique omnia bona sua[l] abstulit, pignoraque ecclesie Reynirsbornensis, que apud eum inventa sunt, rogatu advocati sui Heinrici de Myla[3] monasterio reddidit, scilicet calices argenteos, thuribula argentea, ampullas aureas et alia pignora beate Dei genitrici sanctoque Iohanni ewangeliste optulit ad tumulum egregii principis Ludewici. Nam antea eiusdem Ludewici frater Heinricus, dum eligeretur[m] in regem, abstulerat ecclesie duos calices aureos, valentes quingentas marcas usualis argenti, quas avia sua Iutta[4] lantgravia ecclesie contulerat, unusque calix argenteus, valens X marcas, venditus est monachis in Valle Sancti Georgii. Predictus vero civis, cum se de captivitate redimeret, debita sibi obligata commisit predicto principi 'extorquenda, qui dominum Hermannum abbatem et conventum convenit, ut centum et L marcas et amplius infra XIIII dies persolverent. Abbas vero anxius, quid ageret, nesciebat, consilio tamen inito cum suis campanas ecclesie nostre vendidit, maiores aliquas vendendo, aliquas confringendo. Unde notandum de hac predicta domina Iutta lantgravissa, sorore Frederici imperatoris, matre Ludewici tercii pii lantgravii et Hermanni lantgravii, que obiit anno Domini M°C°XC primo, sepulta in Reynirsborn ad sanctam Crucem ad pedes viri sui Ludewici secundi lantgravii[5]. Cum ergo universis, qui nostris se commendaverunt orationibus suasque nobis largiti sunt elemosinas, debeamus indefesse fraternitatis nostre stipendiis occurrere, memorabilem illum venerande matrone, scilicet Iutte lantgravie, transitum et felicis ac pie memorie obitum sub quibusdam peculiarium impensarum exequiis dignum ducimus annuatim recolere et nostris posteris ex consuetudine et conspecta memoria decernimus fideliter [celebrandum[n]]. Sane cum eadem recolenda semper et memoranda matrona in carne moribunda quasi iuvencula[o] et compta vivere videretur, ipsa tamen novissimorum suorum non inme- 1191. 'f. 395°.

a) *om.* l. b) *sic* 2; Hoynsteyn l. c) de H. *des.* 2, *a librario cod.* l *addita videntur.* d) imitabantur, n *expunct.* l. e) regis l. f) *sic l. II*; dñs l. g) Basiliensi ep. *l. II cum P.* h) ipse idem *l. II.* i) *sic* l. k) Criffenberg *h. l.* l. l) op *add., sed del.* m) elegeretur l. n) *supplevi, om.* l. o) *valde dubius emendavi*; ymacula l; immaculata, *quod Weg. scripsit, minime conuci potest.*

1) Cf. Ottocar. 'Oestr. Reimchronik' v. 86075 sqq., 'D. Chr.' V, p. 1123 sq.; Matth. Neuenburg. c. 36, ed. Studer p. 40. I. Heidemann, 'Forschungen z. D. Gesch.' IX, p. 309 sqq. et 'Peter von Aspelt' (Berlin 1875) p. 49 sq., qui hunc locum neglexit, non recte similes narrationes penitus reiecisse videtur. 2) Recte haec inserta et alia infra mutata sunt. Hermannus Goldacker marscalcus lantgravii exercitui praefuit. Cf. supra p. 437, n. 2. 4. 475. 3) De quo vide supra p. 633, a. 1289, p. 635 sq. 4) Uxor Ludowici II. lantgravii. 5) Haec repotita sunt e loco superiore, p. 548.

Iob 29, 15. mor fuit, utique *pes claudo, oculus* cecco, pupillis pater, mater orphanis, maritus viduarum,
1. Cor. 9, 22. defectorum refeccio et tamquam omnibus omnia facta est. Denique huic nostro collegio talem tamque[a] graciosam mediatricem se prebuit, ut singulis nobis ita consuleret, quatinus universis non deesset[b], et quisquis sub attrite[c] frontis nubilo libertati nostre insultum faceret, ipsa non incommunicatam adversitatem nostram habendam putaverit, quatinus, ubi iniurias nostras cum condigna animadversione ulcisci non potuit, pro nobis tamen
f. 395b. ex intimo ducere suspiria non refugit. Insuper autem et divinum cultum apud nos ampliatum esse desiderans, pro peccatis suis nos . . . . . .[d] sua duplicia voluit, scilicet calices aureos duos, duas eiusdem metalli ampullas, casulas, stolas, manipulos de serico operose contextas et cetera exhibicionis instrumenta, et super omnia et pre omnibus laudandum, devotissimum pie compunccionis affectum cunctis inter nos necessitatem pacientibus exhibuit. Hec devotissima mulier tante devocionis et humilitatis erat, ut sepissime puerulos nostre ecclesie in scola degentes manu propria ablueret et[e] per se quam suas pedissequas et ancillas vestes componeret, capita lavaret eisque ad se receptis in omnibus officiosissime ministraret. Eratque ei solempnis consuetudo[f], cum idem monasterium visitaret, per se fratribus cibos deferre, vinum apponere et omnibus tam fratribus quam eciam pauperibus devotus deservire et omnia necessaria de suis rebus per tres vel quatuor dies eis habundantissime providere[1]. Asportatis eciam defuncti filii sui de Ierosolimitana[g] profeccione reliquiis[h] aut ossibus Ludewici huius nominis tercii lantgravii, solempne festum cum suis memorabilibus exequiis instituens, V talentorum quam fueramus diciores nos[i] reddidit eandemque bonorum summam in communem fratrum nostrorum usum eo oblacionis iure redegit, ut prior ecclesie redditus de ipsis bonis annuatim suscipiens anniversarium ipsius diem, quem ipsa adhuc in corpore posita cum plenaria expensarum subministracione roborare studuit, ipse eciam per habundantem victualium exhibicionem recolere non omittat.

1291. Iul. 7. Hec vero matrona et mater nostra Nonas Iulii ex cenolenta carnis indagine feliciter migravit. Hic est ornatus, quem predicta[k] nobilissima matrona iam dicta nostre solempniter con-
MCCCXCVI. tulit ecclesie: Duo, ut dictum est, calices aurei[l] cum duabus eiusdem metalli pathenis, duas ampullas aureas, quatuor preciose casule, una viridis, secunda nigri, tercia rubei, quarta albi coloris, una dalmatica valde bona, tria subtilia, due stole cum auro et serico operose facte cum suis mappulis et precinctoriis eiusdem operis, quinque cappe, unum dorsale purpureum, tres palle altarium purpuree, alba una cum aurifrigiis, sed precipue circa lumbum cum lato aurifrigio decenter facto[m].

f. 396b. Cr. S. Petri. Anno Domini M°CCC°V°. Rex Romanorum collecto exercitu Bohemiam intravit contra Wenzeslaum regem Bohemie, sororium suum, qui ei rebellare nitebatur. Cum vero ante montes, quos vulgariter Kutinis vocant, venisset[n] et totam Bohemiam variis cladibus opprimeret, supervenientis hyemis asperitate et victus inopia regredi est compulsus, proponens futuro anno expedicionem iterare; sed divina permittente voluntate longe aliter accidit. Nam inclitus rex Bohemie Wenzeslaus intoxicatus diem clausit extremum, omnibus suis luctum et mesticiam derelinquens. Fuit enim idem rex amator cleri, orphanorum et viduarum defensor, pauperum nutritor, divini officii cultor, pacis amator et omnes antecessores suos terrarum adieccione, divicias[o] et gloria supercellens. Cui successit filius suus Boleslaus, filius [sororis?] Alberti regis Romanorum, qui ante eciam fuerat electus in regem Ungarie. Sed Ungaris eum non ut decebat tractantibus, a patre fuerat revocatus. Qui pacem cum avunculo suo rege Romanorum fecit. Que pax brevi tempore perduravit. Nam sequenti anno in mense Augusti, dum quiesceret in civitate quadam Maravium que Olmuntz dicitur, a quodam dicto Iohanne de Botelstein[p] cultello a vertice usque ad mentum transfixo occiditur fraudulenter.

f. 396. Anno Domini M°CCC°VI. Cives Vsenacenses castrum quod erat in sua civitate de voluntate Alberti lantgravii Thuringie semoris[q], data ei pecunia, funditus everterunt. Insuper litteras ad Albertum regem Romanorum mittentes[r] eidem[s] ad memoriam revocabant, quod Adolfus rex, predecessor suus, Thuringiam pro multis malibus marcarum comparaverat a dicto lantgravio; et quod se regno Romano per fedus et iusiurandum subdidissent. Conquerebantur eciam, quod filii dicti lantgravii, Fredericus et Theodericus, se de Thuringia intromittentes quasi de hereditate paterna, eos sibi confederari[t] nolentes graviter infestarent, contra eosque auxilium regis postulabant. Eodem anno rex Fulde colloquium cum principibus habuit, ubi lantgravius Thuringie Albertus affuit. Qui a rege de filiorum suorum contumacia arguitur et pro emptione Thuringie ammonetur. In eodem igitur colloquio expedicio in Thuringiam a rege Romanorum proclamatur circa festum[u] ad vincula[v] sancti Petri contra filios lantgravii facienda. Sed longe aliud accidit. Nam eodem tempore rex audita morte Boleslai[w] regis Bohemie, avunculi sui, ipsam expedicionem in Bohemiam divertit, ubi iam duo

a) tam[q]uam 1. b) deessent 1. c) actrice *scriptum videtur* 1. d) *verba quaedam omissa videntur, ut* habere cuncta, *nulla lacuna in* 1. e) tam *supplendum videtur*. f) ut *add.* 1. g) Ierosolima 1. h) reliquias 1. i) *suppl.* Wey., *om.* 1. k) *delendum*. l) aurei 1. m) in 1 *sequitur* Hinricus de Anhalt. — *f.* 396b. Martini. — *Gesta arch. Magd., SS. XIV, p.* 426, *l.* 41 — 427, *l.* 13. n) venisset 1. o) diminitus 1. p) *om.* 1. q) romanorum *add., sed del.* 1. r) Bolstenit 1. s) *ex* 2 *suppl.*; *om.* 1. t) mittens 1, missas 2. u) confederare *corr.* confederari 1. v) *sic* 2; vinclam 1. w) *sic* 2; Boleslay 1.

1. Eadem fere supra p. 540, a. 1173. de Ludewico III. lantgravio, filio Iuttae, dicta sunt.

per dissencionem fuerant electi, videlicet Rudolfus dux Austrie, filius regis Romanorum, et alter dux Carinthie[a]. Sed rege veniente dux Carinthie[a] cessit, filius vero regis a Bohemis in regem ipsius terre solempniter est electus. Cui rex pater suus filiam ducis Calisie uxorem dedit, que ante fuerat in matrimonio regis Wenczeslai[b], quam sorore regis Romanorum mortua duxerat in uxorem. Que nuptie circa festum sancti Galli solempniter sunt celebrate. Cr. S. Petri.

Eodem anno nata[c] est Friderico marchioni filia Elizabeth nuncupata in Wartperg, que a domino Hermanno abbate Reynirsbornensi baptizata atque de sacro fonte est levata. 1306. *f. 396b. b.

His peractis rex Romanorum Boemiam[d] exiens, terram Orientalem intravit contra Fredericum seniorem filium lantgravii Thuringie. Sed propter hyemem instantem nichil ibi dignum egit, sed recedere est compulsus. Interim ergo Ysenacenses Albertum seniorem lantgravium filiis suis contra eos consencientem in castro Wartperg obsederunt et ad magnam inopiam victualium deduxerunt. Filii sui his auditis, congregata omni qua poterant armatorum manu, vocato eciam in auxilium Heinrico de Brunswig, socerio suo, comparataque multa farina et aliis victualibus, ad ipsum castrum perrexerunt. Ysenacenses videntes se eorum virtute[e] non posse resistere intra muros[f] suos inclusi ipsos timebantur. Illi vero omnia ad castrum duxerunt, patris et aliorum qui ibi[g] manebant inopiam relevantes[h]. Postea Fridericus filius lantgravii, dictus marchio Missenensis, per lantgraviam cuius filiam habebat in matrimonio[i], et alias interpositas personas, multa pollicitacione pecunie habita, dictum castrum obtinuit tradi sue dicioni; quod Ysenacensibus et toti Thuringie maxime cladis causa fuit.

Anno Domini M°CCC°VII°. Cives Ysenacenses videntes se opprimi a rege auxilium contra filios lantgravii frequenter postulabant: qui eorum peticionibus annuens in quadragesima quendam nobilem dictum de Wilnowe cum manu valida eis misit. Qui[k] fultus adiutorio abbatis Fuldensis totam Thuringiam incendiis et rapinis devastabat[l], nullisque ei saltem pro modico resistebat. Hic[m] fretus in loco qui Yunachinburg dicitur municionem erexit, in qua machinam fecit, unde in Wartperg habitantes lapidibus et iaculis affligebat. Postea eciam castrum Wintirstein[n], quod marchio tenebat, obsedit cum adiutorio Ysenacensium, nichilque dignum memoria ibi agentes, octo diebus transitis recesserunt. Idem igitur nobilis, cum multa mala Thuringie intulisset, quadam die cum quatuor militibus[o] pergens ad municionem, quam fecerat, a famulis marchionis circumventus et in Wartperg captivus est deductus. *f. CCCXCVII°.

Per idem tempus Hermannus abbas redemit curiam Rulhusen et alia bona invadiata cuidam civi Erfordensi dicto de Spreten. Et comparavit ius advocacie super bonis et villis ecclesie Reynersbornensis a Theoderico lantgravio iuniori et Friderico[p] fratre eius pro XL marcis puri argenti. Eodem anno in parascene ad matutinas transfixus[q] est Theodericus lantgravius cultro a quodam servo[r] suo[s]. Qui requisitus et inventus horribili morti traditus est. 1307. Marc. 24.

Ipso[t] tempore circa festum trinitatis dicti filii lantgravii cum advocatis regis Romanorum, qui terram Orientalem incendiis et rapinis devastabant, bellum prope civitatem Luccowe[u] habuerunt, multisque hinc inde occisis, filii lantgravii victoriam obtinuerunt. Ex alia parte multis nobilibus captivatis, de Swevis occisi[v] sunt CCC et LX[2]. Cr. S. Petri.

Eodem anno circa mensem Augustum filius regis Romanorum 'Rudolfus, tunc existens rex Bohemie, abiit intoxicatus, ut dicitur, fraudulenter. Hic multum laudabilis et omnibus carus fuit. Quo defuncto Bohemi contra iusurandum, quod regi Romanorum fecerant, ducem Karinthie in regem sibimet elegerunt. Rex igitur magnam expeditionem contra Boemos[d] movit, et tempore messis Thuringiam venions multa depopulatur, multeque placitaciones per interpositas personas inter se et Fredericum seniorem filium lantgravii Thuringie propter captivos, quos in bello ceperat, habebantur. Sed casso conamine nichil penitus diffinitur. Eodem tempore dominus Petrus archiepiscopus Moguntinensis, qui cum rege in expedicione erat, primo venions Erfordie a clero et populo eiusdem civitatis cum crucibus et vexillis honorifice suscipitur in monasterio beate Marie virginis. Inde in Montem Sancti Petri veniens tribus diebus ibi mansit, postque digna sponsione subieccionis a populo Erfordensi sibi facta, ad regem, unde venerat, est reversus. Rex igitur per Thuringiam et terram Orientalem transiens, Boemiam[d] adiit, diversis cladibus eam opprimens. Under filius suus dux Austrie ei cum valida manu in adiutorium venit. Sicque quibusdam civitatibus et municionibus se regi tradentibus, pluribus vero repugnantibus, propter victus inopiam regredi sunt coacti, dimissa tamen in expugnacione[w] illius terre in traditis municionibus maeu valida armatorum. Quibus digredientibus occurrit dux Stephanus[x] Bavarie, qui inito certamine cum exercitu regis, multis suis occisis, plúribus vero captis, in fugam est conversus; et sic rex in Norinberg[y] properavit. *f. 397r.

Ipso eciam anno in vigilia sancte Marie Magdalene res accidit cum tristicia edicenda. Nam civitas Pygavis cum egregio monasterio sancti Iacobi per complices Theoderici iunioris lantgravii est succensa, vehemencia ventus[z] exurgente magnum dispendium est perpessa. Ingredientes igitur civitatem multos ibi occiderunt, plurima ibi reperunt et plurima ibi diripuerunt. Omnem igitur ornatum illius ecclesie cum privilegiis et libris sacrilegis manibus auferentes, edificia succenderunt. Dicam quid detestabile: Pueri vero Deo ibidem oblati per turpes malefactores vestibus abstractis undique circumcurrebant[a], quid facerent, nescientes. Scrinia sancta fringuntur[b], reliquie sanctorum per pavimentum disperguntúr, et quod his omnibus peius est, corpus dominicum, spes nostre salutis et firmamentum, cum dedecore abicitur[c] manibus pollutorum. Heu, heu, scelus inauditum, nostris vero temporibus aswefactum! Eodem anno Theo-

a) Kar. 2. b) Wenczeslay 1; Wentzeslai 2. c) *sic I. I. II.* u. v. *om.* 1. d) Bohem. 2. e) *sic* 1, *ut P.*1 *obtm.* f) suo *add., sed del.* 1. g) *om.* 1. h) reuelantes 1. i) *sic* 2; matrimonium 1. k) *sic* 2; Cui 1. l) *sic* 2; deuastauit 1. m) Is 2; His *P.* n) *sic* 2; Winsterstein 1. o) *sic* 2; mili[]bus 1. p) et *add.* 1. q) *sic* 2. *E.* fixus *A*; confixus *I. I. II.* r) *sic* 2. *E. I. I. II.*; suo servo 1. s) Eodem 2. t) Luckowe 2. u) Suevis CCCLX occ. sunt 2. v) Cui 2. w) *sic* 1, expugnacem 2. x) Steffanus 2; Steph. dux 1. y) Noremberg 2. z) *sic* 1 *cum P.* a) cucurrebant 1. b) *sic* 1 *cum P.* c) *sic. I. I., om.* 1.

1) Cf. Ioh. Victor., Böhmer, Fontes I, p. 352; Ann. Vetero-Cell., ubi hoc falso in nocte nativitatis Christi factum dicitur, Mitth. d. Deutschen Ges. in Leipzig I, p. 213. De Theoderico novem fere menses demum post hoc defuncto infra l. 55 sq. ex Cron. S. Petri relatum est. Qui ex vulnere cito consanuisse videtur, cum iam die Mart. 31. in proelio mox narrato affuerit. 2. Etiam in Cron. Thur. Isenac. c. 21, § 2 (Pist. c. 82) post additum est: *nota: occisi sunt CCCLX.*

Cr. S. Petri. dericus iunior lantgravius [Thuringie[a]] obiit et in Liptzk apud fratres Predicatores est sepultus. Qui cum interrogaretur, ubi sepeliri[b] vellet, respondit: 'In monasterio Reynersbornensi locus nobilium ac
*f. 397d. magnatorum sepeliendi est. Sed heu! nos peccatores non sumus digni inter 'tot sanctorum
ib. ac nobilium locum[c] tumulari. Idcirco, ubi oportunum vobis fuerit, me sepelite'. Cuius morte frater eius Fredericus marchio audita, advocatis illius vocatis multaque pecunia pollicita, de omnibus, que frater eius habebat, se quasi de hereditate paterna intromisit[d].

f. 398b. V. L. VI, 3, p. 97. *f. 398b. 1308. [Anno[e] Domini MCCCVIII]. ... Eodem anno quedam femina de Konungesse[f-1] filium suum adolescentem, per tres annos paralisi egrotantem, 'vovit[g] ad sepulchrum principis Ludewici in Reynersborn, ut meritis ipsius Dominus[h] ipsum ab egritudine liberaret. Quo facto eger plenam sospitatem recepit. Sed mater levitate muliebri devocionis oblita votum distulit et ad sepulcrum nobilissimi principis, ut promiserat, non pervenit. Unde misericors Dominus volens ostendere non aliquo casu, sed meritis sancti sui Ludewici dictum paraliticum fuisse curatum, permisit eum iterato eadem egritudine acerrime tribulari. Mater vero, compos[i] voti facta, penitencia ducta filium suum secundario cum lacrimis ad memoriam prenotati sancti devovit[j] eumque[k] redditum integerrime sanitati ad ecclesiam Reynirsborn in diebus sancte quadragesime cum devotis oblacionibus et graciarum accionibus presentavit omnibusque mirabilia

ib. p. 98[a-q]. in ipsis facta cum gaudio declaravit. Sunt preterea multa et mira, que Dominus per famulum suum tam in hominibus quam in pecoribus diversis temporibus operari dignatus est, que[l] propter sui prolixitatem et diversitatem longum est scribentibus explanare. Sed ne arguamur silencii, et ne innumerositate signorum fastidium auditoribus faciamus, pauca, que

ib. p. 97[a-q]. vidimus et a probis et a certis relatoribus cognovimus, libet breviter enarrare. Eodem tempore messis lini quedam vidua in Iwenhayn nomine Irmigardis Hemelgoten[m] egressa cum suis vicinis ad evellendum linum reliquid domi parvulum fere triennem, commendans

*f. 398c. eum quidam vetule semicece. Puer autem egressus in fluviolum eiusdem ville, 'qui per inundacionem pluvie soluto magis excreverat, est illapsus[n]. Dicta vero vetula puerum iuxta se non sencions, egressa requisivit eum et non invenit, donec mater pueri cum suis de agro superveniens ipsum in aqua submersum et nec motum nec spiritum vitalem habentem invenit, eumque cum lacrimis in domum propriam deportavit. Quid faceret autve[o] ageret mulier infelix, prius viri solacio desolata et modo unico pignore deorbata[p]? Optimum aggreditur consilium, invocans Dominum et pii Lodewici patrocinium, unde precibus et votis factis circumstantes, labia eius cum cultro difficulter aperientes, aquam de eius corpore nimiam eiecerunt, et ad invocacionem nobilissimi viri revixit mortuus coram multis et in

Sept. 21. die sancti Mathei ad sepulcrum dicti principis in Reynirsborn vivus et incolumis nobis spectantibus est adductus.

Cr. S. Petri. Fredericus[r] dictus marchio Mysnensis[s] post mortem fratris sui Theoderici iunioris lantgravii singulos advocatos terre Thuringie et Orientalis multosque alios nobiles terre ad se litteris petitoriis convocavit. Cum quibus ante carnisprivium placitacionem[t] habuit Erfordie[u] in Monte Sancti Petri, eos sibi promissionibus annectens, ut sibi singula castra et municiones sui fratris contraderent, eos sibi confederaturus, quilibet[v] ipsorum quodlibet dampnum suum et expensas refundere pollicens ad perfectum. Quibus omnibus sibi annuentibus, omnia castra et municiones recepit sibique confederatos advocatos, sicuti ante fuerant fratris sui, constituit in eisdem. Circa idem tempus Albertus 'rex Ro-
*f. 398d manorum, predicti lantgravii morte audita, iterum Ysenache veniens, litteras suas nobilibus terre mittens et advocatis, ut suum propositum perducere[w] non potuit ad effectum, dum nobiles terre secreto magis foverent partem marchionis, ut prius patuit, et advocati sibi essent, ut diximus, federati. Quapropter satis commotus, dum Ysenacenses suum auxilium continue competerent, se pluribus malis circumdatos asserentes. Qui[x] se auxilium eis futurum promittens, disposuit, ut, quanto citius posset, expedicionem quanto posset fortiorem colligeret contra dictum marchionem et terram Thuringie quasi ad nichilum deduceret devastatam; et sic ad partes Reni rediit, hec intendens ducere ad effectum. Sed longe

1307 Mart. 19—25. aliud divina providencia ordinavit. Ipso anno[2] circa ebdomadam penosam Fredericus marchio coadunato clam exercitu intempeste noctis silencio per ignotas nemoris semitas venit Wartperg, deducens inde[y] marchionissam coniugem suam[3] cum filia[4] et pedissequis easque committens suis venatoribus per devia queque et ignaras[z] vias usque Teneberg[z] ipsas fecit

Cr. S. Petri. deduci. Eodem anno Albertus rex Romanorum superiora Reni paragrans expedicionem circa festum sancti Io-

a) *ex 2 suppl.; om.* 1. b) v. sep. *L. I. II.* c) loca *L. I. II.* d) *in l sequitur:* De Burchardo archiepiscopo interfecto. Burchardus de Schraplow XXVIII[us] arch. — — *f.* 399[a]. relinquendum est = *Gesta arch. Magd., SS. XIV, p.* 427, *l.* 14 — 428, *l.* 2. e) *uncus incl. habet 2 ante l.* 34, *quae hoc loco inserenda esse patet, cum loco Gestorum arch. Magd. ante haec inserto, SS. XIV, p.* 427, *l.* 28. a. D. 1308. *praecedat, et ad hunc annum haec in Vita Ludow. VI,* 3, *p.* 97. *adscripta sint.* f) Komageffye 1; Kongisseche *Vita Lud.* g) venit 1; globete si on *Vita Lud. V. supra* p. 636, *n.* u, *p.* 637, *n.* f. h) dñs 1. i) *emend. Weg.*; deuenit 1; *cf. supra n.* g. k) Cumq; 1. l) quem 1. m) Hemelgotem 1; Himelgotin *Vita Lud.* n) elapsus 1. o) *sic* 1; *fort. scribendum* aut quid. p) de orbato 1. q) A. D. MCCCVIII. *hoc loco* 2; *vide n.* e. r) *sic* 2; itaque *add.* 1. s) Misenensis 2. t) plantacionem 1. u) Erffordi 1. v) *sic* 1 *cum l.* l. w) *sic* 2; pducere 1. x) Cui 1. y) *sic* 1. 2. z) Tenneberg 2.

1) Königsee civ. (princ. Rudolstat.). 2) A. 1307. hoc factum esse ostendit Wegele, 'Friedrich d. Freidige' p. 282, n. 2. 3) Elisabeth. 4) Elisabeth nuper nata; v. supra a. 1306, p. 647.

hannis baptiste nobilibus et baronibus ceterisque ministerialibus terre in Thuringiam promulgavit. Cum igitur in Cr. S. Petri
initio Maii mensis a Spira digrederetur et Havesburg tenderet, una dierum in civitate Rinstete se recepit. Habuit tunc *f. CCCCXCIX°.
in comitatu suo dominum Petrum archiepiscopum Moguntinum et Iohannem fratruelem suum, ducem Austrie, multosque
alios nobiles et barones. Cum itaque ad fluvium[a] dictum Ruzze rex[b] cum fratruele aliisque familiaribus utriusque,
ceterisque subsequentibus a longe, pervenisset, navem uterque, ut transmearet, cicius est ingressus. Ordinaverat itaque
dictus Iohannes, ut[c] sui familiares secum insilirent navem; regis familiaribus sic exclusis. Cum autem ipsum fluvium
transfretassent, ipse[d] cum suis complicibus, quos ad idem sibi confoederaverat, regem circumdedit nichil talium suspi-
cantem. Quem primo verbis procacibus aggreditur, deinde[e] extracto gladio unam partem capitis cum oculo et maxilla
abscidit eidem. Ceteri vero cum[f] gladiis confoderunt. Quod hec de causa dicitur esse factum, quod, cum predictus
rex ante electionem dux esset Austrie, et frater suus, pater predicti Iohannis, qui ante aliquot[g] annos obierat, similiter ipsius
Austrie dux fuisset, rex suo filio Austriam tradiderat, Iohannem vero secum detinebat, in omnibus ei providendo. Qui
cum ad adultam etatem pervenisset, regem precibus movit, quatinus ei sua pars hereditaria redderetur, ut, cum ipse
per se dominaretur, de suis indigencia ad ipsum respectum non haberet. Rege vero eius precibus diu simulante et[h]
pollicitacionibus differente, intime super hiis doleus, tantum nephas est aggressus, ipsum regem patruum, a quo a iuven- *f. 399a.
tute nutritus fuerat, nichil mali de ipso suspicantem, *fraudulentissime occidendo. O rerum instabilitas humanarum!
Qui gloriabatur in virtute exercitus sui, nobilitate generis, affinitatis amplitudine, qui multos principes sua potencia de-
vicerat, nobiles subiecerat, terras intraverat et vastaverat perlonginquas, ecce in paterno dominio, in natali solo a fratris
filio dolose occiditur circumventus. Predictus vero Iohannes cum suis complicibus in quasdam proximas municiones se
recepit huiusmodi scelere perpetrato. Regina vero relicta quasdam complicum eius municiones in terminis Austrie cepit
et omnes inibi captos capite plecti fecit. Morte itaque regis undique[i] audita, Ysenacenses tali nuncio attoniti omnique
[auxilio[k]] destituti, quibusdam nobilibus terre mediantibus, ne quid adversi paterentur, se et civitatem marchioni de-
diderunt[l], cius iurisdictioni ammodo subiacentes. Marchio ergo Fredericus omnem Thuringiam, terram Orientalem et
Missenensem[m] et quasdam civitates regni in eisdem partibus sitas, scilicet Aldinburg[n], Kemelitz[o], Zwickowe[p] et alia,
nullam habens resistenciam, suo dominio subiugavit. Insuper plebiscito in dicto anno nobiles terre Thuringie cum
civitatibus advocans, cum eis pacem verbotenus est aggressus, quia ipsam exacciones nimie fedaverunt. Eodem anno
venerabilis dominus Petrus archiepiscopus Moguntinensis Erfordiam[q] venit in vigilia sancti Stephani et in monte *f. 399b.
sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ultra nativitatem beate virginis commorans. Postea civitatem Gotha veniens a
predicto marchione honorifice suscipitur, ipse[r] suique[s] multis datibus honoratur[t]. Quod vulgi rumor cum spe et ambitu
electionis regni, que proxima futura erat, ferisse maxime murmurat. Eodem[u] anno electus[v] est [in Franckenfurt]
in regem Romanorum[w] [circa octavam beati Martini] Heinricus comes de Luczelburg . . . . . .

Anno Domini M°CCC°IX°. orta est discordia inter Fredericum marchionem et cives Erfordenses, que toti Thuringie
causa maxime cladis fuit. Cuius discordie causa efficiens ista fuit. Nam cives Erfordenses ac eorum progenitores ab
Alberto seniore lantgravio, huius Frederici patre, et a pluribus nobilibus Thuringie quasdam advocacias sive iurisdicciones
sibi comparaverant in circumiacentibus villis Erfordensibus circumquaque, quas[x] paco facta predictus Fredericus et
sui advocati sibi usurpabant, dicentes burgenses debere iurisdicciones et advocacios minime possidere. Econtra Erfor-
denses sua patrimonia sive que comparaverant defensare omnimode conabantur. Multis itaque placitacionibus habitis,
sed incassum, cum strate publice spoliarentur frequenter, Erfordenses circa purificacionem beate Marie virginis muni-
cionem in Andisleyben, in quo se marchio recipere solitus erat, destruxerunt. Dein comuracione habita cum Hermanno
comite de Wymar et civibus de Molhusen et Northusin, datis utrobique solariis[y] multis se armigeris tutaverunt. Sieque *f. 399c.
tota Thuringia rapinis et incendiis desolatur. Post hec marchio congregata manu valida municionem comitis de Wymar
nomine Wyc obsedit, sed incassum. Postea Erfordenses congregata manu valida cum suis adiutoribus, processionaliter
ab omni clero civitatis et religiosis ante civitatem deducti, municionem in Uthstete, quinque diebus obsessam, deditam
funditus destruxerunt, inibi inventis vita datis. O dies confusionis et luctus Erfordensium notandus! Nam si proces-
sissent, multis utique castra marchionis occupassent et quasi omnimode prevaluissent; sed amissis omnibus ad propria
sunt reversi. Tandem, [cum[b]] cives sacris diebus nec ecclesiis nec cimiteriis parcerent, in octava ascensionis Domini LXX
armigeri cum capitaneo eorum, scilicet Erfordensium nomine Ludewico de Guttirn[y], quem marchio fame
fecit interire, omni defensione postposita, femineo mollicie dedecorose captivantur, marchione[z] suisque apparatu armo- *f. CCCC°.
rum et equorum absque labore sic potitis. Pauci vero ex eis, equis armisque[a] reiectis, fuge presidio sunt elapsi; nec tamen
sic a divina iniuria cessaverunt. Nam religiosos et clerum multis iniuriis infestabant, eorum curtis et domibus armi-
geros imponentes, nec a virgine gloriosa nec a celi clavigero temperando. Nam cuiusdam canonici dicti de Mansleybin *f. CCCC°.
II. militi ministeriali de Ebeleybin, suo adintori, vi hospicium fecerunt. Monialibus Novi-operis in curiam suam armi-
geros inducentes procurandos, filius scilicet ecclesie celi clavigeri introitum et exitum civitatis negantes, ne in molen-
dinis suis ante civitatem sitis vel ipsi vel qui cum ipsis molere solebant, violenter prohibentes. Postea rursum, dum
rapinis intenderent, a complicibus marchionis, circa villam Cymmern congressi pugna, victi, ex eis plurimi captivantur.
Quo rumore communitas attonita, de civitate egressi, victores insequitur, quosque[b] invenire poterant captivabant. Hinc
igitur Erfordenses tanta calamitate attacti nec resistere aliqualiter attemptabant. Unde marchio expedicione valida
Wymar civitatem obsedit, ipsum comitem ad dedicionem compulit. Inde circa decollacionem sancti Iohannis civitatem
Erfordiam aggressus, castra ponens in villa Hocheym non longe ab ipsius menibus civitatis. Inde feria sexta, que tunc
in vigilia beati Magni erat, ipsam civitatem aggressus, ortos et domus extra civitatem sitos in parte que vulgariter Brul
dicitur et ex aliis partibus fossatis et sepibus valde munitos, vento vehemente[c] exurgente, ignibus conflagravit. Tanta eciam
amencia et hebitudo omnes civitatenses invaserat, quod nisi divina clemencia subvenisset, ipsam civitatem *periculosius *f. 400a.
affligisset[d]. Tantum ergo periculum Erfordenses experti postea muros suos tucius munierunt, tam christianos quam Iudeos
in turribus et propugnaculis collocantes. Sequenti eciam dominica, vigilia videlicet nativitatis beate Marie virginis, cum

a) *sic* 2; fluuiolum 1. b) Ruzzerey 1; Renzze rex 2. c) *sic* 2 *supersc.*; t (et) 1. d) *sic* 2; ipis 1. e) et 2.
f) *sic* 2; cum 1. g) *sic* 2; aliquod 1. h) *om.* 1. i) nūcii 1. k) *sic* 2; *om.* 1. l) reddiderunt 1; dederunt 2.
m) Mixen. 2. n) Aldenbürg 2. o) Kemmenitz 1; Kemelitz 2. p) Czwickow 1; Zwyckowe 2. q) Erffort 1.
r. ipse — honoratur *post* murmurat *falso scripta* 1. s) suisque 1. t) *sic* 1 *cum P.* u) Eo 2. v) *sic* 2, *in* 1.
loco Gestorum archiep. Magd. p. 428, l. 2, cum hac loco mixto sic: Hinricus comes de Lutzelnborg fuit el. in r. Rom.,
et patuit iam *in primis, scil. in Conradi Halberst. Cronogr. f. 230, unde nonnulla omissa sunt.* w) *om.* 2. x) Qua 1.
y) Gurtin 1; Guttern *L l.* z) Marchio 1. a) proiectis aut *add.* 1. b) quousque quosque 1. c) vehemento 1.
d) *sic* 1 *cum P.*

Cr. S. Petri. quidam de exercitu iterum civitatem aggrederentur, similia prioribus attemptantes, civitatenses viriliter prorumpentes, balistis et ceteris generibus machinarum quosdam vulnerantes, quosdam occidentes et precipue equos vel dextrarios impetentes, eos viriliter repulerunt. Postea marchio omnia vineta circumposita succidi fecit, dampna quelibetcumque intulit a longe. Inter que execrabile et facinorosissimum, cannas plumbeas, per quas fons ductilis longe a civitate usque ad Montem Sancti Petri ab antiquis temporibus magnis expensis est deductus, execrandis suis manibus effoderunt impudentes satellites, eas in exercitu undique circumferentes vendiderunt, que postea in diversis et longinquis partibus sunt invente. Ea eciam obsidio[a] stratas publicas circumcirca tam desolatas reddidit, ut volucres celi, quod auditu rarum est, in orbitis nidos sibi facerent et pararent[1]. Hiis itaque omnibus perpetratis per XIIII dies, que[b] ante civitatem resedit, postea sunt dispersi. Erfordenses super hiis omnibus Romanorum regis

*f. 400c. auxilium implorabant. Insuper Iohannem lantgravium Hassie vocaverunt, multis armigeris *allis expensis propriis conquisitis. Qui lantgravius cum suis veniens Erfordiam, omnino inactus contra spem post aliquod dies ad propria est reversus. Postea rursum vocatus venit cum quodam nobili dicto de Nureuberg, quem rex Romanorum ad auxilium eorum miserat. Qui iusimul congregati villam Rinkeloybin et villam Sommeringin rapinis et incendio vastaverunt. Postea lantgravius ad propria rediit, regis advocato remanente. Qui dum nil dignum memoria agerent, eciam ipsi ad propria repedarunt[c]. Orta est eciam dissensio in civitate, communitate divites variis murmuracionibus lacessente[d], per quod ad tantam infamiam sunt deducti, ut[e] quicumque volebant eorum vicinitates[f] infestabant in tantum, ut tres vel quatuor usque ad fossatum civitatis devenisse in equis sepius viderentur, quoslibet ad valvas usque persequentes, ut in eis scriptum impletum videatur: *Quomodo persequebatur unus mille, et duo fugarent decem milia*, et item, *Fugient nemine persequente.*

Sequenti anno cum consules futuri secundum consuetudinem[g] essent promulgandi, communitas congregata tam veteres consules quam promulgatos exterruit et coegit, ut quedam, que ipsi dictaverant, publice legerentur, et ipse littere sigillo civitatis in futurorum certitudinem munirentur; que tamen ipsimet postea penitus infregerunt. Quorum quedam

*f. 400d. hic insero: scilicet ut omni anno IIII[or] de communitate eligerentur, qui in pretorio[h] *ante estuarium sedentes advenientium causas discerent et consulibus inferentes eciam facerent diffiniri. Item, ne cuiquam pro quacumque exaccione in propria domo tollatur vadimonium violenter. Post hec Erfordenses communitate quasi cogente pacem a marchione expetunt, quam tandem data magna pecunia meruerunt. Molhusenses Northusensesque idem facere sunt coacti. Marchio eciam Erfordensibus petentibus quedam iura concesserat et scriptis firmaverat, que pecunia persoluta penitus sunt infracta. Eodem[i] anno corpora duorum regum Romanorum, scilicet Adolfi et Alberti, in presencia Heinrici regis Spiram delata et honorifice sunt sepulta. Nam Albertus Adolphum[k] regem occidens, cum[l] inter reges tumulari noluit Spyre[l], dicens eum regno depositum et occisum. Postea idem Albertus a suo patruo fraudulenter occisus nec ipse sepulturam meruit, civibus reclamantibus, donec per interventum Heinrici novi regis Adolfus exhumatus a loco, quo sepultus fuerat, Spyram[l] delatus cum predicto Alberto ibidem meruit sepulturam.

Anno Domini M°CCC°X°. cum quidam fratres Hospitalarii ad capitulum generale pergerent, unus eorum dictus de Ebeleybin, qui commendator Erfordie fuerat, quandam paludem cum equo suo, quo sedebat, ingressus divino iudicio submersus est. Eodem anno Heinricus rex Romanorum filio suo tradidit regnum Bohemorum.

*f. CCCCb. Eodem anno Heinricus *Romanorum rex Ytalie partes . . . . . [m] adiit[n], quasdam[o] civitates cepit munitissimas, multis inibi occisis, ceteris ad dedicionem coactis. Inter quas cum[p] civitatem Mediolanensem adiens primo dolose suscipitur, civibusque nova molientibus, rex hiis[p] per ducem Austrie Luppoldum certificatus cum suis ad arma convolat, et sic multorum morte molimine sopito, Mediolanenses humiliatis, sue subiacere compulit dicioni. Postea Brixiam civitatem adiens obsidione conclusit. Quibus resistentibus, vineta, aquarum fluenta et omnia que ad usus humanos pertinent veneno intoxicantibus, innummerabilis multitudo regii exercitus veneno dicitur interiisse[q]. Ibi eciam frater regis Walrabin[r] nomine, miles forma[s] egregius, muris incaute appropians iaculo dimisso saucius exspiravit. Rex vero civitatem

*f. 401b. cum suis fortiter oppugnans ad *tantam dedicionem eos coegit, ut eciam matrone nobiliores miserrimo cultu exeuntes eius pedibus se[t] prosternerent. Nec tamen sic eius graciam obtinuerunt, donec dicioribus plurimis vario mortis genere occisis, muro solutenus destructo, hospiciis munitis destructis et inestimabili pecunia multatis, tandem inde recedens, presidio ibi relicto, non sineret actenus rebellare. Dicitur eciam, quod monasterium construere promiserint et multas ibi personas sufficienter dotare, ubi fratris eius memoria continua habeatur. Plurime itaque civitates Ytalie percipientes Mediolanensium et Brixianorum horrendum excidium, legatos honoratos mittentes, regi se dediderunt, ipsum magnifice honorantes. Qui postea Ianuam veniens, honorifice susceptus, ibidem dicitur hyemasse. Ipso anno dominus Hermannus abbas edificavit curiam abbacie in claustro Reynersbornensi solempnibus[u] edificiis et multa bona redemit, que perpetuo vendita[v] erant[w].

Cr. S. Petri. Item[x] anno Domini M°CCC°XI°. Heinricus rex a civitate Ianuensium[y] digrediens, Ytaliam[z], Tusciam, Lyguriam[a] Longobardiamque peragrans, venit Veronam, omnesque civitates munitas optinuit. Veronenses vere cum advocato imperii

*f. 401c. dicto Cane de Verona regem cum gaudio susceperunt ipsumque ad Romam cum multis auxiliariis *deduxerunt[b]. [Eodem[c] anno Fridericus marchio multa castra Hermanni comitis de Wymar cepit ipsumque ad dedicionem coegit].

Anno Domini M°CCC°XII°. Heinricus rex cum multa gloria Romam ingressus imperialem adeptus est dignitatem maximo cum honore; post hec digressus a Roma cum omni exercitu suo et auxilio Romanorum Florentiam civitatem

a) obsidioe 1. b) *sic* 1 *cum P.* c) expedarunt 1. d) lescescento 1. e) qui *add., sed del.* 1. f) in ciuitates 1. g) nume 1. h) pretorium 1. i) Eod. a. *om.* 2. k) Adolffum 2 *semper, raro* 1. l) Spire *et l.* 32 Spiram 2. m) *a librario cod.* 1 *verba* omni — congregata *(supra p.* 443, *l.* 35*) omissa esse patet, cum* 2 *habeat:* Italiam cum manu valida intrarit. n) *in* 1 *sequitur:* et requirit civitates — — Romani principes = *Gesta arch. Magd., SS. XIV, p.* 428, *l.* 5—11. o) Hic imperator in Ytalia q. *pergit* 1 *post locum e Gestis arch. Magd. insertum; et* q. mun. cepit civ. 2. p) *sic* 1. 2 *cum P* 1. q) *sic* 2; interisse 1. r) Wolrabin 2. s) *om.* 2. t) prostraverunt id est *add.* 1. u) solempniis 1. v) vendite 1. w) *in* 1 *sequitur:* Eodem anno discurrebant per mundum — — semetipsis periorunt = *Gesta arch. Magd., SS. XIV, p.* 428, *l.* 14. 15. x) *deest* 2. y) *sic.* 2; Ianua 1. z) *sic* (It.) 2; Ytaliamque 1. a) *Lig.* 2. b) *in* 1 *sequitur;* Eodem anno M°CCCX1 per papam — — exercebant = *Gesta arch. Magd. p.* 428, *l.* 16—21. c) *uncis incl. ex* 2 *suppl.; om.* 1.

1) Similia habet Cron. Thur. Isenac. c. 21, § 7 (Pist. c. 84).

attigit eamque obsidione concluxit. Quod videntes civitatenses, timore perterriti sibique[a] resistere non valentes, mi- Cr. S. Petri.
serunt nuncios cum immensi[b] pondere auri ad papam Clementem, ut eis occurreret[b] consilio aut auxilio; qui, ut
dicitur, egit cum quodam Predicatore, ut imperatori mortis poculum propinaret. Ipso anno facta est discordia inter
marchionem Brandenburgensem Waldemarum et Fridericum marchionem Missenensem, in quo multa dampna, cedes ho-
minum, rapinas[c], incendia faciebant. Tandem pervenitur ad pugnam, ubi Fredericus marchio captivus abducitur apud
civitatem que vocatur Hagen-Elbe, quam idem marchio *Brandenburgensis ceperat. Qui ipsum diro custodie *f. 401a.
tradidit vinculatum.

Anno Domini M°CCCXIII. Cives Erfordenses audientes captum Fridericum marchionem, in unum coadunati
castrum marchionis, scilicet Rynkeleybin, funditus everterunt. Similiter abbas Vuldensis et abbas Hersveldensis pariter
coadunati castrum marchionis Rotinberg et Bretinbach pariter destruxerunt. Hec audiens Fredericus marchio per Er-
fordenses abbatesque predictos castra iam dicta subversa, ut eisdem, si letior arrideret fortuna, meritum condigne talione
rofunderet, pro sui liberacione modis quibus poterat ferventius laborabat. Unde factum est, ut unam de filiabus Eliza-
beth Alberto de Kothin[d], filio sororis marggravii Woldemari, in legitimam conthoralem traderet; et insuper omnes mu-
niciones, quas[e] in terra Orientali habebat, eidem tradidit, seque simulque Plisenensia terre municiones, quorum[f] eciam
tunc possessor exiterat, se daturum fidelius repromisit. Subactis igitur ex advocatorum presentacione mandatoque
principis Orientalis terre municionibus alienis manibus, advocati municionum Plissynensis terre ex mandato domini castra,
quibus prefecti fuerant, ut Orientales captivatoribus contradere rennuerunt, dicentes mandatum sui domini, nisi viva voce
sanusque corpore id eis preciperet, minime se explere. Quapropter termino ad hoc deputato marchio Missenensis
ad id precipiendum in suorum advocatorum valida manu collectorum ab hostibus adducitur[h], sed ab eisdem suis advocatis,
cum *validas tetendissent insidias, eodem loco et die placiti captivatur. Ductus igitur in castrum Aldenburg[i], is qui eum *f. CCCCIIa.
ceperat sic eum alloquitur, ut motu voluntatis proprie, cum iam liber sit ab hostibus propriaque in municione receptus,
in sui detrimentum perpetuum denuo hostilibus vinculis, si libeat, recludatur. Grates igitur suis pro hoc facto refundens
quam intimas, de reddita sibi libertate non modicum gaudebat municionesque orientales hostibus subactas validaque manu
per eum postea expugnacionibus reobtenta[k] denuo pacifice possidebat.

Per idem tempus imperator[k] Romanorum Heinricus obsidebat civitatem Florensem. Cives vero videntes se re-
sistere non posse, ipsum, ut prius patuit, in dolo honorifice susciunt, et in ecclesia Predicatorum in die assumptionis
beate virginis divinis[l] misteriis corporis et sangwinis Domini communicantem[m] per unum Predicatorem missam
celebrantem in ablucionibus[l], ut dicitur, cum[n] scitu pape veneno inficiunt et in die sancti Barto-
lomei, ut creditur, ad syderea regna transmittunt. O scelus immanissimum! O crimen detestabile! O nephas et miseria
a seculo inaudita! Angeli perhorrescunt, homines contabescunt, demones contremiscunt, ludei derident, dum vident spem
et vitam et gloriam per christianos in mortis amaritudinem commutatam. Idem Heinricus imperator verus[o] catholicus et
vir per omnia laudabilis, victoriosus, pacificus et devotus — Nam omni festo et die dominico communicabat corpore *et *f. 402b.
sangwine domini nostri Iesu Christi —; in iudicio iustus, in consilio providus, [in[p] commisso fidelis], in universa morum
honestate preclarus. Nam mortis sue auctores abduci fecit eosque a mortis periculo liberavit. Qui in civitate[q] Pysana[r]
honorabiliter est sepultus[s].

Eodem[t] anno factum est diluvium in Grymmis, ubi multi homines perierunt. Sed et ecclesia Augustinensium f. 403b. †
inibi per inundacionem aquarum est abducta. Eodem anno Albertus senior lantgravius in Erfordia in multa egestate Cr. S. Petri a. 1315.
et paupertate diem clausit extremum; unde cives Erfordenses sepelierunt eum in medio ecclesie
beate Marie virginis.

Anno Domini MCCCXIIII.[u] audita morte imperatoris principes Almanie[v] et electores regis in Frankenvort in ib. 1314.
unum conveniunt[w] regem electuri, sed facta dissensione inter eos, sine electione discedunt. Woldemarus marggravius
Heinrico patruo suo, cuius erat eleccio regis, omnes civitates, quas habebat in Orientali provincia, et municiones, que
fuerant marchionis Frederici, pro electione regis dedit perpetue[x] possidendas[x]. Postea vero per Petrum archiepiscopum[y]
Moguntinum principes convocati in Frankenvort [ad[z] eligendum regem per dissensionem] duos[a] elegerunt. Nam quatuor
ex ipsis[b] Lodewicum ducem Bavarie, alii vero Fredericum ducem[c] Austrie [in[d] regem Romanorum contumaciter elege-
runt. Qui inter se multis annis atrociter dimicarunt].

Item hoc anno Clemens papa quintus vita decessit. Qui in extremis *positus lacrimabiliter deplorabat se reum ib. 1315.
esse in morte Heinrici imperatoris, et quod ordo Templariorum et Beginarum ab eo destructus fuisset. . . . . [e] *f. 403c.

Eodem anno Fredericus marchio vi et arte omnes municiones, quas Heinricus marggravius habebat, que antea ib. 1314.
fuerant sue potestatis, obtinuit, scilicet Kemmeuicz, Oltenitz, Liptzk, Grymme, Torgow, Hayn ower Elbe, et alia multa
opida sue subdidit dicioni.

Anno Domini M°CCC°XVI. fames valida, que iam per tres annos invaluerat, tam magna facta est, ut multi fame
perirent. Nam in strata publica, in civitatibus, in opidis, in villis innumerabiles iacere exanimes videbantur. Unde cives
Erfordenses misericordia moti magnam foveam ante civitatem fecerunt, ubi cottidie projecta sunt corpora mortuorum.

Anno Domini M°CCC°XVIII. Fredericus marchio quendam militem dictum Knuth pro aliquibus frivole et indocte

a) *sic L II;* sibi 1. b) *sic* 1. *L II.* c) rapiā 1. d) Kotyn 2. e) quas — municiones *ex* 2 *suppl.; om.* 1 *oculo librarii ad eandem vocem inferiorem aberrante.* f) *sic* 1. 2. g) Misen. 2. h) *sic* 1 *cum P* 1; adduritur 2. i) *sic* 2; Aldenborg 1. i*) *sic* 1. k) H. imp. Rom. 2 l) *ex* 2 *suppl.; om.* 1. m) *sic* 2; communicante 1. n) *om.* 2.
o) *sic* 1 *cum P* 1. p) *uncis incl. ex Theod. suppl., ubi* commissis fidelissimus. q) Pisane civ. 2. r) 1 *add.:* se-
cundum Cronicam Thur[ingie], *quae cum in* 2 *desint, a librario addita esse patet, quippe qui in Cronogr. Conradi Halberst., nescio quem fontem secutus, addiderit f.* 231a: Hic Hinricus imperator intoxicatus fuit in sacramento altaris post multa bona opera, ut dicitur, et in ecclesia Ciczensi sepelitur. s) *in* 1 *sequitur:* Anno Domini M°CCCXIIII. Hic dominus — — *f.* 403b ad propria reduxerunt = *Gesta arch. Magd., SS. XIV, p.* 428, *l.* 24—430, *l.* 24. t) *in loco Gest. arch. Magd. praecedunt anni* 1314. 1315. 1316. *Cum sequatur infra locus a.* 1314, *nescio, qui anni numerus huic loco anni* 1315. *in Cron. Reinh. praemissus fuerit.* u) *sic* 2 *recte;* Item eodem anno 1. v) Alamanie 2. w) *sic* 2, *Theod.;* convenerunt 1. x) possidendam 1. y) *sic* 1. *Theod.:* episc. Petrum 2. z) *uncis incl. ex Theod. suppl.;* per diss. *etiam* 2 *habet, ubi* duo fuerunt per diss. electi; *om.* 1. a) *sic Theod.;* ol. duos 1. b) elegerunt *iam h. l. add.* 1; *vide n.* d. c) du *add., sed del.* 1. d) *uncis incl. ex* 2. *(Theod.) suppl.; pro quibus* 1: Et patuit, *scil. loco Gestorum arch. Magd. praecedente, unde librarius haec omisit.* e) *hoc loco patet secutum esse locum Cron. S. Petri, supra p.* 446, *l.* 24—26: Post quem Iohannes — auctoritate apostolica confirmavit, *cum Theod. haec mutata habeat.*

Cr. S. Petri. prolatis captum in Wartperg fame miserabiliter necavit. Qui apud Predicatores secrecius est sepultus. Eodem anno edificia in maiori turri in Wartperg ictu fulminis sunt incensa.

Post hoc anno M°CCC°XIX°. Fredericus marchio reedificavit turrim incensam et construxit magnum estuarium
*f. 403a. ibidem, fecitque adduci ex provincia Myssenensi, Orientali et Plysenensi[a] in Wartperg multa pondera argenti *cum curribus oneratis. Et eodem anno dedit filiam suam Elizabeth Heinrico filio Ottonis lantgravii Hassie, quam receperat consilio et auxilio reverendi domini Burchardi (presentis[b]) Magdeburgensis archiepiscopi. [Archiepiscopus[c] Burchardus illectus precibus civium venit in Meideburg civitatem, ubi a clero et tota frequencia civitatis solempniter est susceptus. Postera vero die omnibus suis amicis et fidelibus elongatis[d], parvo tempore magistri consulum sibi ministrabant. Hic a civibus Castri-Palladis, id est Meideburg, multas insidias perpessus iniuriisque lacessitus una cum marchione civitatem obsederat, multa dampna civibus inferendo. Cumque se resistere minime posse intelligerent, manum dederunt et debitum ei fecerunt homagium. Qui tamen postea ab ipsis securi percussus mortem obiit temporalem. Ibidemque sepultus claret miraculis].

Item anno Domini M°CCC°XX°. marchio Fredericus facta expedicione in Orientali provincia et Plisnensi multa castra et opida destruxit, aliqua sibi muniens reservavit.

ib. a. 1321. In Thuringia ecfam castrum inexpugnabile (Rassinberg et secundum aliquos) Raspinberg expugnans et destruens, castrum vero Eckersperge expugnans, fautores suos in eo collocavit. Unde Beringerus de Schidingen, cuius castrum Eckirsberg erat, collectis multis auxiliariis, dum expugnaretur dictum castrum, eum nocte irruit in castra, cedendo et incendendo hostes fortissime expugnabat[e]. At illi expergefacti, et precipue Erfordenses, qui semper parati erant ad pugnam, ad arma convolant hostesque vice versa cedunt, capiunt et affligunt. Tandem Beringerus cum suis victus ad castrum fugere compellitur et ibi fame et siti et inedia nimium coartatur. Videntes autem hii qui in castro erant sibi periculum imminere, rebus et vita sibi concessa, castrum hostibus tradiderunt. Quod audiens marchio, cum ibi non esset, sibi displicuit, multumque in suos advocatos iracundia est commotus; et merito, nam si voluissent, omnes suos adversarios captivassent.

*f. CCCCIIII°. Anno *Domini M°CCC°XXII°. secunda feria post Misericordias Domini in Isenach post dedicacionem Predicatorum ludus factus est in orto[f] fratrum a clericis secularibus et scolaribus de decem virginibus. Cui ludo marchio intererat; ubi dum quinque virgines fatue precibus beate Marie virginis et omnium sanctorum non possent graciam invenire, marchio iratus recedebat, dicens: 'Quo est fides christiana, si peccator precibus beate Marie Dei genitricis et omnium sanctorum non debet veniam obtinere?' Et sic per quinque dies furens secum, et sabbato, primo mane dicit marchionisse: 'Surge et fac escas preparare, ieiunantibus pisces, non ieiunantibus carnes, facque sacerdotem me expectare cum missa. Nam oportet me paulisper requiescere et dormire'. At illa surgens quod iussum fuerat adimplevit. Hora vero sexta redicns excitavit eum, dicens: 'Surge velociter, iam enim hora preteriit, et populus vos exspectat'. At ille oculos aperiens loqui non poterat, nam morbo apoplexie percussus semivivus iacuit, eademque per tres annos et dimidium infirmitate, quam maximum dolorem sue generose conthorali, quem gemitibus ac fletibus cottidianis explicuit, faciens[g], laboravit. Audiens itaque Heinricus comes de Swartzburg ullulatus marchionisse insolitos, verbis consolatoriis eam adeundo alloquitur, per eundemque marchionisse et eius filio a civibus et advocatis civitatum et castrorum homagium[h] fieri procuratur[i].

f. 404b. Anno Domini M°CCC°XXIII. desponsate fuit filio marchionis Frederico filia regis Bohemie adductoque est in Wartperg. Eodem anno ingravescente discordia inter ducem Bavarie et ducem Austrie propter discordem electionem regis, tandem xortus dies prelii indicitur ab utrisque, scilicet[k] in crastinum sancti Michaelis archangeli. Convenientes igitur[k] in prelium e diverso manu valida in vigilia sancti Michaelis duces memorati, ex consilio regis Bohemie dux Bavarie suo cum exercitu ponte facto flumen in occursum partis adverse transiit, anticipatoque prefixo termino, ponte deiecto, pugnam inchoavit. Quod videntes Ungari et pagani, quos dux Austrie vocatos sibi in auxilium adduxerat, terga vertentes fugam arripiunt, hunequc, qui eos adduxerat, armis miserabiliter occiderunt. Interea ex altera parte fluminis Luppoldus dux Austrie, frater Frederici ducis predicti, magno[m] collecto exercitu in auxilium fratris advenerat, sed interf. 401c. ceptus *a flumine, cum fratri subvenire non posset eumque suo cum exercitu hostibus succumbere cerneret, exitum rei lugubriter expectabat. Nimio enim dolore compulsus tanta amencia rapitur[k], ut, nisi a suis prohiberetur militibus, ad se ultro interficiendum nudato gladio insanire suo admoto gutturi videretur. Itaque capto Frederico duce per quendam Franconem nomine Ebirhardum de Maspach[n] presentatoque nobili viro de Norinberg[o], ab eodemque defensato et in presenciam ducis Bavarie producto[p] salva vita eius, iam dicto duci Bavarie victoria ascribitur, et ab eo suoque exercitu devictis hostibus propria cum gaudio repetuntur.

Anno Domini M°CCC°XXIIII°. Petrus archiepiscopus Moguntinus obiit. Hic provincialia iura composuit, que Iohannes papa auctoritate apostolica confirmavit. Cui idem papa Mathiam monachum sub regula sancti Benedicti, custodem in Morbach, omni dignitate pontificali cum pallio substituit sublimatum. Eodem anno facta est discordia magna inter cives Erfordenses et clerum, quia cives quendam clericum de furto diffamatum contra ius clericale fecerunt suspendio interire. Qua de re statim a divinis clerici cessaverunt. Unde commoti cives curias deicere, domos desiruere, bona diripere clericorum per nephandos homines procurarunt. Quapropter circa festum beati Bartholomei
*f. 404d. Mathias archiepiscopus *veniens Erfordie cum processione et crucibus, candelis et reliquiis sanctorum honorifice est receptus. Qui inter clerum et cives pacem faciens eos concorditer reformavit[q].

f. 405b. Anno[r] Domini MCCCXXV. Luppoldus dux Austrie multa dampna regi Romanorum inferens, tandem obiit tali modo, ut dicitur. Cum quidam nigromanticus sibi presentatus fuisset, interrogavit eum, si posset sibi demonstrare dyabolum propria persona. At ille: 'Possum', inquid, 'sed nullus homo sine periculo corporis potest ipsum videre'. Quo
*f. 405c. contumaciter respondente: 'Volo eum utique videre', et fideiussores *nigromantico statuit, ne in aliquo lederetur. Intro-

a) plysenensi 1. b) *hoc verbum a libro cod. 1 insertum videtur, eius videlicet archiepiscopi, cuius gestis haec inserta sunt, unde et ea quae de hoc archiepiscopo sequebantur omisit.* c) *uncis incl. ex 2 suppl., ubi his praecedit:* A. D. MCCCXX; *om.* 1. *Quae Schedel nimis commutavit corruptique. Non dubito, quin haec in Cron. Reinh. ad verbum cum Cron. S. Petri convenerint.* d) *om.* 2. e) expugnabant 1. f) orto 1. g) facies 1. h) *om.* 1. i) *in* 1 *sequitur:* Anno Domini M°CCC°XXIIII°. Iohannes papa audiens — — *f.* 404b. obediebant sibi = *Gesta arch. Magd., SS. XIV, p.* 430, *l.* 36—41. k) *sic* 1. *Theod.* l) *om.* 1; *sic Theod., ubi* archang. *deest.* m) *sic* 1. *Theod.;* coll. m. *P.* n) Eberhardum de Masbach *Theod.* o) Nuorenburgh *Theod.* p) perducto *Theod.* q) *in* 1 *sequitur:* Eodem anno dominus Albertus — — *f.* 405b. eius sepultura = *Gesta arch. Magd. p.* 430, *l.* 46 — 432, *l.* 4. r) A. D. MCCCXXV. *ex loco Gest. arch. praecedente recepi;* Eodem anno 1.

ductus que est in conaculum, et ibi peritor residentes vident hominem aspectu nigrum et deformem. Quo viso dux dixit: 'Satis est', et statim ad lectum deductus mortuus est. Cr. S. Petri.

Eodem anno Mathyas archiepiscopus Moguntinus cum magna pompa primam missam suam Erfordie celebravit. Ipso eciam[a] anno Fredericus marggravius in Wartperg diem clausit extremum, sepultus in Ysenache[b] apud Sanctam Katherinam. Ipso tempore desponsata fuit Friderico iuniori margravio[c] Mechtildis filia regis Romanorum Ludovici[d] per advocatos et nobiles Thuringie adductaque est in Wartperg, filiaque regis Bohemie reducta est ad patrem[e]. [Per[f] idem tempus quidam, scilicet] Weczelo de f. 406a.
Buchenowe et Otto de Stutirnheym cum eorum complicibus, [quendam[g] electum in episcopum in Meydeburg in] strata publica [spoliantes[h]] abduxerunt eumque Brandenvelz, qui fuerat provecte etatis et canicie venerand-a[i], per unum annum et dimidium custodie manciparunt. Qui in vinculis diem clausit extremum[k].

Anno Domini M°CCC°XXVI°. Facta est magna discordia inter archiepiscopum Mathiam et Heinricum lantgravium, f. 406b.
quia bona pheodalia ab episcopo, ut moris est, non susceperat; unde multa homicidia, rapine, incendia ab utrisque parte facta sunt. Sed et archiepiscopus oppidum Gryssen[l] obsedit et cepit et fautores suos in eo collocavit. Qui multa crudelitate bachantes in cedibus hominum et rapinis et violacionibus virginum et puellarum oppidanos multis calamitatibus oppresserunt. Quod videntes idem cives, expulsis illis, priori domino suo lantgravio dictum oppidum reddiderunt. Eodem anno Heinricus comes de Swartzburg, veniens cum exercitu (in[m]) Marchiam, ante quoddam castrum ictu sagitte a tergo est hostiliter interfectus et[n] in Berlyn apud Predicatores sepultus. Quod audiens marchionissa, relicta Frederici marchionis, quondam virum[o] nobilem dictum de Plauwe in protectorem et advocatum suarum constituit regionum. Qui sapienter et fideliter prefuit, pacem et justiciam in omnibus provinciis faciendo.

Anno Domini M°CCC°XXVII°. dominus Hermannus abbas Reynersbornensis redemit bona in Asleyben[p] et Ulleyben[1] pro CCC[tis] marcis puri argenti a religiosis viris monachis in Valle Sancti Georii, que sunt fere centum maldra Erfordensis mensure tritici et avene. f. 406c.

Eodem anno Ludewicus rex congregato exercitu Longobardiam Ytaliamque peciit, veniensque Romam cum auxilio Cr. S. Petri.
Canis Veronensis, qui tunc erat advocatus imperii, imperialis dignitatis apicem est adeptus. Sub eodem tempore Fredericus et Hermannus fratres de Drivordia coadunato exercitu venerunt in Sunnenborn[q], volentes terram rapinis et incendiis devastare; unde Fredericus de Wangeheym[r] cum adiutorio marchionisse congregato exercitu, cum civibus Gotensibus fortiter adversariis resistebat. At illi videntes sibi periculum imminere omnes pariter fugierunt[s]. Advocati vero hinc et inde hostes cedentes, Fredericum de Drivordia[t] et fratrem, dictum de Hartinberg[u] et de Zaudern et fere omnes sine defensione captivos pariter abduxerunt. Ille vero de Wangeheym[v] benigne faciens, licet non merito, cognatum suum dictum de Drivordia, licet servum hostem, abduxit in Wangeheym[r], ne ab[w] advocatis vel marggravio ut raptor subiret sententiam capitalem. Alii vero omnes in Gotha ducti, VII ex eis pociores sunt[x] suspendio interfecti, alii innumera[y] pecunia data vix mortis supplicium evaserunt[z].

Anno[a] Domini MCCCXXVIII. marchio Fredericus iunior celebravit nuptias solempnes in Norenberg cum filia f. 407a.
regis Romanorum nomine Mechtildis.

Item[b] anno Domini M°CCC°XXIX. Mathias[c] archiepiscopus Moguntinus[d] cum Heinrico lantgravio Hassie adhuc faciens multa bella, tandem, ut dicitur, intoxicatus obiit, bello et discordie finem fecit. Eodem anno
Ludewicus imperator filium suum primogenitum Ludewicum in marchia Brandenburgensi[e] constituit marchionem fecitque ei[f] tutorem et adiutorem[g] marchionem Fredericum, lantgravium Thuringorum. Hoc eciam anno dominus 1329.
Hermannus abbas obiit, et Heinricus eligitur. Qui Heinricus abbas edificavit infirmariam huius monasterii Reynersbornensis, que per XL annos constructa fuerat, sed non perfecta. Tandem per ipsum egregium dominum ad perfeccionem debitam est perducta.

Anno Domini M°CCC°XXX°. facta est dissensio maxima inter[h] clerum in dyocesi Moguntinensi. Nam mortuo Cr. S. Petri.
Mathia[i] archiepiscopo dominus apostolicus *prefecit ecclesie Moguntine Heinricum dictum de Vernberg[k], prepositum *f. 407b.
in Bunne, dans ei pallium. Sed et[l] canonici Sancti Martini, maioris ecclesie in Moguntia[m], unanimi consensu capituli postularunt[n] archiepi copum Baldewinum Treverensis ecclesie, presentantes sibi municiones et castra omnia ecclesie Moguntine. Factumque est, ut capitulum Moguntinum cum maxima parte cleri eiusdem dyocesis contra predicti domini Heinrici provisionem ad sedem apostolicam appellarent[o]. Unde plures adherentes appellacioni et plerique ab apostolico ecclesie Moguntine proviso et[p] utroque gladio, spiritali scilicet et temporali, oppressionibus et mortibus, livoris agitati stimulo, sub utriusque partis agnomine se mutuo lacerarunt. Eodem anno natus est[q] Frederici marchionis primogenitus nomine Fridericus in Rogelitz, ubi ob difficultatem partus[r] marchionissa aliquantum perichitari cepit, sed precibus beate Marie Dei genitricis et omnium sanctorum ipsa quidem mortis piaculum vix evasit, puer vero in albis decessit circa festum sancti Nicolai, sepultus in Myssen[s].

a) Eodem 2, *ubi haec sub a.* 1323. b) *sic* 2; Ysenach 1. c) *sic* 2; marchioni 1. d) *sic* 2; Frederici 1. e) *sic* 2; *suum add.* 1, *ubi sequitur:* Nunc redeamus ad hystoriam Burchardi. Tandem anno sequenti — — *f.* 406b. captus est in via = *Gesta arch. Magd. p.* 432, *l.* 4—37. f) *in* 1 *haec male cum loco Gest. arch. Magd. praecedente coniuncta sunt, unde ibi commutata:* per Weczelonem de B. et Ottonem de St.; *uncis incl. ex Chron. S. Petri suppl.* g) *uncis incl. ex L I suppl., pro quibus* 1: scilicet. h) *om.* 1; *ex L I suppl.* i) veneranda 1. k) *in* 1 *sequitur:* et sepultus — — *f.* 406b. renunciavit sponte = *Gesta arch. Magd. p.* 432, *l.* 38—433, *l.* 9. l) *sic* 1 *in textu et in marg.* m) *sic* 1. *L I. II; deest* 2. n) et — sepultus *om.* 2. o) *sic L I;* nob. v. 1. p) *sic* 1; *fort.* Ableyben *corrigendum; cf. J. H. Möller p.* 220. q) Sunneborn 2. r) Wangeheim 2. s) fugerunt 2. t) *sic* 2; Drivort 1. u) Hartenberg 2. v) Wangenheim *h. l.* 2. w) *om.* 1. x) susp. sunt 2. y) pec. data copiosa 2. z) *in* 1 *sequitur:* Otto filius — *f.* 407a. antea non fuerat = *Gesta arch. Magd. p.* 433, *l.* 10—31. a) A. D. MCCCXXVIII. *ex loco Gestorum arch. Magd. (p.* 433, *l.* 11*) recepi;* Eodem tempore 1 *ex eadem Gestis p.* 433, *l.* 32. b) *om.* 2. c) *sic* 2; Matthias *h. l.* 1. d) Moguntinensis 2. e) Brandeburg. 2. f) *sic* 2; tut. ei 1; ei adiut. et tui. *Theod.* g) *sic* 2, *Theod.*; coadiutorem 1. h) in dioc. Maguntina inter clerum 2. i) *sic* 2; Matthia 1. k) *sic* 2; Worneborg 1. l) *sic* 2; *om.* 1. m) *sic* 2 (Maguncia); eccl. Moguntina 1. n) *sic* 2; postulaverunt 1. o) *sic* 2; appellarunt 1. p) *delendum.* q) *om.* 1. r) *in* 1 *sequitur:* A. D. M°CCC°XXXI. Cives — — *f.* 407d. plenius continetur = *Gesta arch. Magd. p.* 433, *l.* 33—434, *l.* 20.

1) Ülleben (A. Gotha). Cf. supra p. 583, n. 4. Carta huius redemptionis quod sciam non exstat.

f. 407a. Cr. S. Petri. Anno[a] Domini M°CCC°XXXI. Fredericus marchio iuvenili levitate seductus consiliarios nepharios et iniquos ac perversos, oblitus progenitorum suorum circa monasteria diligenciam et fidelem promissionem, venit in Reynersborn cum multo comitatu, cum sorore sua Heinrico lantgravio Hassie et Heinrico duce Saxonie et comite Bertoldo[a] de Hennenberg et cum omnibus comitibus et baronibus et ministerialibus Thuringie. Ibique per quatuor dies in dominica qua cantatur *Omnis terra* cum octingentis equis cum magno dampno ecclesie est dampnabiliter[b] hospitatus, quod a nostrisque predecessoribus longis retroactis temporibus aliquem principum tanto gravamine apud nos recepisse hospicium didicimus non exortum. Marchio vero postea in carnisprivio[c] in Bigavism veniens, in tornamento in locis secrecioribus lusus, in eodem loco per quatuor[d] fere ebdomadas decubuit. Et eodem post anno fama adventus imperatoris in Thuringia[e] circumquaque volitans eundem marchionem Fridericum pro adventu eiusdem imperatoris ad preparandas sumptuosas f. CCCCVIII[a]. coegit [f]expensas, que post frustrato eodem adventu pene inutiliter sunt distracte.

Anno Domini M°CCC°XXXII°. facta[f] est discordia inter Fredericum marchionem[g] et matrem ipsius[h] marchionissam pro dote ipsius marchionisse. Nam marchio impetebat Gotha[i] et Wissenvels[k], dicens sibi magis quam matri illas competere civitates. Illa vero hiis turbata illustris comitis Bertoldi de Hennenberg[l] et civium Erfordensium auxilium querit anxia consulumque pariter et iuvamen. Erfordenses eciam et Molhusenses cives a promocione margravii[m] Frederici propter aliquas simultates[n] simul et ab amicicia discesserunt. Que omnia fiunt nota imperatori Romano nuncciis per veraces. Quibus per suas litteras demandat cum firma pace universa hec sue audiencie reservari.

Anno Domini M°CCC°XXXIII°.[o] Lodewicus imperator Romanorum circa festum penthecostes venit in Wartperg, pacem et concordiam faciens inter marchionem et[p] matrem eius[q] et inter cives Erfordenses et Molhusenses, mediante et interloquente Bertoldo comite de Hennenberg[r], tali modo discordiam inter marchionem et civitatenses induciavit a festo Iacobi venturo usque ad festum sancti Iacobi futuri anni. Marchionisse vero matri sue dimisit marchio civitates Gotha, Gene et Teneberg[s] cum adiacentibus castris et advocacias eorum[s] et[m] monasterium Reynersborn cum adiacentibus f. 409b. sibi bonis; Wissenvels[t] vero [u]ipse optinuit et possedit. Per idem tempus castrenses in Nuwenburg[u] coadunati cum aliis militaribus viris, conscio[v] domino suo[w] episcopo Merseburgensi Gebehardo[x], magnam predam tulerunt argenti et auri, negociatores divites de Bohemia, de Polonia et de[w] Moravia in via regia spoliantes; unde marchio ex mandato imperatoris cum nobilibus terre et civitatibus coadunato exercitu castrum Nuwenburg[y] obsedit ipsumque in suam dedicionem recepit predamque ex integro reddi fecit. Sub eodem tempore cause multum[z] flebilis oritur in Hassia. Nam Heinricus[a] lantgravius Hassie, diligens unam de pedissequis[b] sue coniugis, ipsi sue coniugi[c], sorori marchionis, lamentabile crimen ingerit, ipsam ubique quasi adulteram diffamando. Ipsa vero non ferens suum obprobrium et videns despectui se haberi[d] consilium fratris querit lacrimabiliter et iuvamen. Qui per suos advocatos ipsam suam sororem, quasi ad ecclesiam extra muros opidi[e] Casselen[f] incentem cum pedissequis suis quasi oraturam euntem, clam tollens abduxit eamque in Gotha ad matrem suam cum debito honore perduxit. Lantgravius vero Hassie hec audiens doluit, et adiens imperatorem querimoniam fecit, quod marchio vi suam coniugem abstulisset. Marchio veros vocatus respondit se sororem suam non vi, sed propter infamiam et[b] obprobrium et contemptum, quam[i] sibi idem vir suus innocenter f. 409c. ingesserat, revocasse[b]. Unde consilio habito cum principibus imperator decrevit[j], [k]ut lantgravius[m] uxorem suam[n] reciperet et eam cum honore debito, ut par erat[j], magnificentius procuraret. Quod et factum est.

Anno Domini M°CCC°XXXIIII. Erfordenses non servantes pactum pacis, quod imperator fecerat, marchioni iterum se opponunt, aliquos de ipsius[a] familia capivantes; quod ille dissimulans imperatoremque adiens, hanc suam iniuriam querelosis vocibus nunciavit. Imperator vero hiis commotus dixit: 'Oportet te hec dissimulare[c], fili karissime, quia aliis negociis arduis occupati tibi ad presens non[p] possumus subvenire. Sed auxilio Dei post[q] breve tempus ad bonum finem tuas iniurias perducemus'.

ib. 1333. Item[c] cum multo tempore dux Fredericus[s], electus in regem (Romanorum[t]), in vinculis detentus fuisset, tandem cum multo detrimento (et dampno[u]) suorum[v] bonorum absolutus, veniensque ad proprio, post breve tempus consumptus vermibus[t], id est pediculis, miserabiliter diem clausit extremum.

Cr. S. Petri Cont. I. Eodem anno Iohannes papa obiit[1]; cui successit Benedictus papa XII[us]. Eodem anno idem papa misit centum milia florenorum pro refeccione ecclesie sancti Iohannis in Latherano et pallacii Sancti Petri.

1335. Item anno Domini M°CCC°XXXV°. dominus Heinricus abbas Reynirsbornensis [comparavit[w] commutando ecclesie Reynersbornensi] decem talenta denariorum minus sex de-
Cr. S. Petri. nariis[x] cum L pullis minus uno unumque talentum piperis cum una auca[2]. Eodem anno
f. 406d. post discessum imperatoris de Thuringia archiepiscopus[y] Treverensis cum magno exercitu ex consilio decani Sancte Marie Erfordensis, faventibus sibi eiusdem civitatis consulibus, [z]Thuringiam pecit, ibique iuncta manu Erfordensium

a) Bertol toldo 1. b) dinabiliter 1. c) carnis huio 1. d) vero *add., sed del.* 1. e) Thuringiam, m *del. corr.* Thuringia. f) *haec habet* 2 *ad a.* 1330. *ante p.* 653, *l.* 41. g) *sic* 2, *C; om.* 1. h) *sic* 2; eius 1. i) Gota 2. k) Wizenfels 2. l) Henneberg 2. m) *sic* 2; lantgravii 1. n) *sic* 2; simtatas 1. o) MCCCXXXI. 2. p) marchionem eius *add., sed del.* 1. q) ipsius 2. r) Tenneberg 2. s) *sic* 1. t) Wissenvelsch 1; Wyfsenuels 2. u) *sic* 2; Nuenborg 1 *in textu, in marg.* Nuwenborch. v) concio 1. w) *sic* 2; *om.* 1. x) Geberhardo 2 *ut P* 1. y) *sic* 2; Nuenwborg 1. z) multe 1. a) *om.* 2. b) *sic* 2; unam pedissequam 1. c) *sic* 2; coniuge 1. d) *sic* 2; habere 1. e) *sic* 2; scilicet *add.* 1. f) Casla 1; Caffen 2. g) unde marchio 2. h) *sic* 2, *ubi* et obp. ac c.; *om.* 1. i) *sic* 1. 2. k) se vocasse 1; se votasse 2. l) decre|| 1. m) *sic* 2; Hassie *add.* 1. n) *sic* 2; fam. ipsius 1. o) *sic* 2; dissimulari 1. p) possci *add., sed del.* 1. q) *sic* 2; per 1. r) *om.* 2, *ubi haec sub a.* 1331, *sed recte ante praecedentia a.* 1334, *leguntur.* s) Frid. dux Austrie 2. t) *deest* 2. u) et d. *desunt* 2. v) *sic* 2; bon. s. 1. w) *uncis incl. e coniectura supplevi; om.* 1. x) *sic* 1. y) archo Trevorensi 1.

1) Persuasum mihi est pro *obiit — papa XII[us]* in hac Cron. extitisse quae in Cron. S. Petri Cont. I. supra p. 455, l. 15 — p. 457, l. 4. leguntur (*quadam infirmitate — — et episcoporum*), cum credam Conradum Halberst. haec ex hac Cron. exscripsisse. Cf. N. Archiv' XXI, p. 464 sqq. 2) Carta hac de permutatione data VII. (VI.?) Kal. Sept. nondum edita est; cf. J. H. Möller, Urkundl. Gesch. d. Kl. Reinhardsbrunn' p. 108; Thur. sacra p. 227, nr. 120. Quam permutationem Fridericus lantgravius confirmavit carta edita Thur. sacra p. 145, nr. 113, data a. 1335. Iul. 20.

terram comitis de Honsteyn, qui fautor Bunnensium fuit, deiecta[a] turri ecclesie in Maiori Semmerde, incendiis et rapinis depopulans, tandemque municionem in Tulstete obsidens, sed minime ibidem, subtracta manu Erfordensium, proficiens, Erfordensibus sibi suisque in victualibus subvenire nolentibus, ad propria remeavit. Eodem eciam tempore, cum idem episcopus comitem de Honsteyn, ut dictum est, incendiis et rapinis infestaret, quidam comes dictus de Catzenellinbogin cum non paucis in auxilium Treverensi Thuringiam adveniens ab advocatis marchionis Thuringie, ut nec unus de his aufugit — occiso tamen quodam bone indolis iuvene dicto Brunone[b] de Eckirstete, qui in parte advocatorum fuerat —, apud Soltza extitit captivatus. Unde factum est, ut permoti Erfordenses, eo quod exosi propter Treverensem, quem terris, ut dicebatur, induxerant, ab omnibus fere[c] incolis haberentur, decanum Sancte Marie hii idem cives captivantes turri, ubi nec lumen videre poterat, custodie manciparunt. Cr. S. Petri. Cr. S. Petri Cont. I. Eodem quoque anno fertilior pars terre per Treverensem devastatur, frugesque terre et vineta, que ad maturitatem propter nimiam imbrium inundanciam non venerant[d], terram aliquali karistia depresserunt[e]. [Ventus[f] validus] hora vesperarium[g] in *f. 409ᵃ. vigilia apostolorum[h] Symonis et Iude [irruens fortia subvertit edificia]. [Que[i] tria — —] contigerunt[k].

Anno Domini MCCCXXXVI.[1] post festum Walpurgis episcopus Treverensis nomine Moguntini capituli cum principe ac fere omnibus terre nobilibus adunatus propter decanum detentum, ut fama sparserat, Erfordiam obsident, ibique e diverso dampnis a partibus illatis, solutoque[m] decano predicto, non modica ab Erfordensibus principi et Treverensi[n] predictis domine marchionisse consilio pacta peccunia, relicta Erfordia[o] pace pristina, omnes ibidem collecti amice ad propria remeabant[l]. Item eodem 1336. (Mart. 5). anno abbas Heinricus divina inspiratus gracia emit ecclesie sue tres campanas[2] ab honorabilibus viris preposito[3] et conventu in Kaldinborn prope Sangerhusin, procurante et elaborante Conrado cellerario Reynersbornensi[4]. Deducteque sunt ad eundem locum in crastino[p] Mart. 26? beate Marie cum magnis laboribus et expensis. Cr. S. Petri Cont. I. Item ipso anno facta est magna discordia inter Ludewicum imperatorem et regem Bohemie pro provincia Karinthie. Nam dux Karinthie sine filiis obierat. Cuius filia desponsata fuit regis filio Bohemorum. Quapropter rex Bohemie partem nurus sue defendens, quia terram predictam ad eam pertinere successione hereditaria asseruit[q], se imperatori opposuit, qui dictam *terram ad se imperiali iure, cum herede careret[r], devolutam duci Austrie, filiam regis Bohemie *f. 409ᵇ. habenti pro coniuge, imperiali munificencia infeodavit. Rex itaque Bohemie magno exercitu collecto terram sepedictam, ut vi eam subiugaret, iniit. Sed imperator non cum paucis sibi in oppositum veniens cum de finibus exire supervenientium timore perculsum ocius compulit et coegit. Imperator itaque regem Bohemie cum suis persequens, ob victus penuriam persecucione postposita, cum suis ad propria est reversus. Hec itaque discordia inducta est per principes a festo Michaelis usque ad festum sancti Iacobi tunc futuri[s].

Anno Domini M°CCC°XXXVII°.[t] durante rixa inter capitulum Moguntinum et Heinricum de Vernberg[u] datum episcopum, in Bunne[v] prepositum, tandem dominus archiepiscopus Treverensis, defensor ac[w] provisor ecclesie Moguntine, una cum capitulo eiusdem ecclesie defensionem et tuicionem et[x] provisionem domino Benedicto apostolico sineque potestati et optioni per patentes litteras resignavit. [Videns[y] autem papa periculum ecclesie duos[z] legatos misit in Germaniam, ut[a] auctoritate sua pacem facerent inter clerum. Qui venientes Mogunciam[b] una cum consilio et auxilio Ludowici imperatoris[c] hanc fecerunt concordiam inter[d] clerum, ut dominus[e] Heinricus de Vernberg[f] voluntate capituli Moguntini[g] archiepiscopatum susciperet esseique fidelis regni[h] et imperii coadiutor iuraque et[i] constituciones predicti capituli conservaret inmobiliter[i]. Circa idem[k] tempus imperator[l] Ludowicus curiam suam[m] habuit in Franckenfurt, ubi[n] rex Anglie et rex Boemie et omnes principes Alemanie intererant; ubi imperator[o] et rex Bohemie sunt reconciliati. Eodem anno facta est[p] magna discordia inter regem Anglie et regem Francie. Imperator[q] Ludowicus erat in[r] auxilio regi Anglie, rex vero Bohemie auxiliabatur regi Francie. Qui inter se multa prelia committebant], [in[s] quibus semper rex Anglie victoriam obtinuit[t], quia[u] erat *f. 409ᶜ.

a) deiecti a 1. b) Brunoni 1. c) vero 1. d) et *add.* 1. e) *in* 1 *sequitur:* A. D. M°CCC°XXXVI°. in vigilia Symonis — — *f.* 309ᵉ. transferri = *Gesta arch. Magd., SS. XIV, p.* 434, *l.* 24—27. f) *in* 1 *locus de vento magno huius Cron. coniunctus est cum loco praecedente Gestorum arch. Magd. de eodem vento; unde maiore eius parte omissa librarius scripsit:* et hec contigerunt hora *etc., sed* Ventus — edificia *praebet L I procul dubio ex hac Cron. Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 459, *n.* 1. g) *sic L I;* vesperorum 1. h) *sic L I; om.* 1. i) *uncis incl. ex Cron. S. Petri suppl.; om.* 1. k) *in* 1 *sequitur:* Campane — vento = *SS. XIV, p.* 434, *l.* 41, *quod additamentum Ierichowense ad Gesta arch. Magd. esse videtur.* l) *haec supplevi ex loco Gest. arch. Magd. praecedente;* Eodem anno 1. m) solucionem 1. n) truerens 1. o) erffort 1. p) annunciationis *supplendum esse conicio.* q) *sic C;* et *add.* 1. r) *sic C;* cum hereditaret 1. s) *in* 1 *sequitur:* Eo tempore in civitate — — *f.* 409ᶜ. fuerunt cremati = *Gesta arch. Magd. p.* 434, *l.* 28 — 435, *l.* 4. t) *sic* 2, *C;* M°CCC°XXXVIII° 1. u) *sic* 2; Vernebug 1. v) *sic* 2. *C;* prep. in B. 1. w) *sic* 2. *C;* et 1. x) ac 2. y) *uncis incl. ex* 2 *et C suppl.; om.* 1. z) *sic C;* misit d. leg. 2. a) qui pacem i. cl. fac. 2. b) in Maguntiam 2. c) Bavari *C.* d) i. cl. *om.* 2. e) dictus 2. f) Verneborg *C.* g) Mag. episcopatum 2. h) *sic* 2; imp. et r. *C.* i) *sic* 2; *om. C.* k) quod *C.* l) ipse Lud. Bavarus *C.* m) *om.* 2. n) cui 2. o) ubi rex Boh. et alii sunt rec. *C.* p) est m. *om.* 2. q) et ipse rex *C.* r) *om.* 2; in auxilium regis *C.* s) *uncis incl. ex* 2 *et Theod. suppl.; om.* 1. t) *sic Theod.*; victor evasit 2. u) quia — christian. *om.* 2.

1) Hunc locum ex Cronicae S. Petri Cont. I. pura exscriptum esse credo, supra p. 458. cum verbis ex Continuatione a. 1335—1353. additis auctum esse. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 448 sq. 2) Cum Reinhardsbrunnenses campanas suas antea vendidissent. Cf. supra a. 1303. p. 645. 3) Conrado. 4) Carta huius emptionis data est a. 1336. *III. Nonas Marcii.* Cf. J. H. Müller l. l. p. 109 sq.; Thur. sacra p. 227, nr. 123.

Cr. S. Petri Cont. I vir iustus et bonus et misericors et christianissimus. Ubi[a] quoddam mirabile contigit. Nam duas naves oneratas[b] auro et argento a rege Sicilie et a paganis missas[c] regi Francie[d] divino nutu ventus[e] vehemens ad terram Anglie per mare transduxit[f]. Eodem[g] anno Benedictus papa omnibus[h] religiosis sub regula degentibus novas constitutiones edidit, precipue vero[i] monachis secundum regulam[k] sancti Benedicti, id[l] est nigri ordinis, quibus indixit capitulum frequentare].

[Anno] Domini MCCCXXXVIII. Ludowicus imperator[m] curiam suam — Nam papa heresim ei imputavit. Eodem tempore in quibusdam regionibus multitudo locustarum — — proicere non valeret. Item eodem anno rex Tartarorum eruditos pro salutifera gentis sue conversione].

a *pro* Ubi — Nam *habet* 2: Contigit autem tempore gwerre. b) *om.* 2. c) miti 2. d) q (que) *add.* 2. e) *sic Thend.*, veh. ventus 2. f) transduci 2; traduxit *Thend.* g) *anctis incl. ex* 2 *et C suppl.*; Eod. a. *om. Conr.* h) ed. const. omn. rel. sub reg. deg. 2. i) mon. ordinis 2. k) id — ordinis *om.* 2. l) *cum ea, quae Conr. Halberst. sub hoc anno cum Cron. S. Petri Cont. I conveniunt habet, ex hac Cron. sumpta esse mihi persuasum sit, mihi et clausulis horum locorum ex eius Cronogr. adscripsi.* m) Bavarus *C ut supra p.* 655, *n.* e. 1.

APPENDIX.

GENEALOGIA PRINCIPUM REINHARDSBRUNNENSIS.

Hac, quam appendicis loco praebemus, genealogia exponitur, quo modo reges Francorum et Teutonicorum stirpis Saxonicae, Salicae, Suevicae et lantgravii Thuringiae a Ludowico Cum-barba descendentes et marchiones Misnenses gentis Wettinensis inter se cohaereant. Quam a monacho Reinhardsbrunnensi compositam esse iam ex eo colligitur, quod maxima eius pars ex Cronica Reinhardsbrunnensi excerpta sit, tum ex eo patet, quod c. 2. Ludowicus Salicus vel Saltator fundator coenobii Reinhardsbrunnensis dicatur, nec dubito, quin ipse auctor Cronicae Reinhardsbrunnensis eam conscripserit et operi suo magno subiunxerit, ut brevi conspectu principum Thuringicorum et Misnensium, de quibus maxime chronista retulit, stemmata comprehendantur, quippe quae in omnibus codicibus Cronicae Reinhardsbr., de quibus aliquid compertum habemus, extiterit ideoque iam eius codici autographo inscripta fuisse videatur. Nam in

1) *codice bibliothecae regiae Hannoveranae XIII.* 753, *supra p.* 505 *sqq. longius descripto, f.* 272[a-c] *capitula tria priora eius, eadem manu scripta, quae Cronicam Reinhardsbr. exaravit, leguntur. Tum*

2) *Io. Pistorius ex codice suo collectionem historiarum Thuringicarum continente, ab Hartmanno Schedel olim scripto, ex quo etiam excerpta Cronicae Reinhardsbrunn., supra p.* 509. *littera T signata, sumpsit, SS. R. Germ. I, p.* 956 *sq. (ed. B. G. Struvio I, p.* 1166 *sq.) capitula* 2—4. *edidit.*

Deinde Conradus Halberstadensis, supra p. 511 *sq. dictus, in Cronographia sua omnia quatuor capitula exscripsit*[1]. *unde apparet et cap.* 1, *quod Pistorius non praebet, et cap.* 4, *quod in cod. Hannoverano deest*[2], *eiusdem libelli partes esse. Atque auctorem Libri cronicorum Erfordensem locum capitis* 2. *ex hac genealogia exscripsisse iam 'N. Archiv' XXI, p.* 256 *sq. ostendi*[3], *qui alio loco*[4] *et cap.* 4. *adhibuit. Etiam frater Minor Isenacensis, qui Cronicam Thuringorum ampliavit*[5] *et pleraque sua additamenta ex Cronica Reinhardsbr. sumpsit, unum locum ex hac genealogia exscripsit*[6].

1) Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 248. n. 1. 464. 2) Sed in clausula cap. 1. lector ad cap. 4. delegatur. 3) Nescio, num Hartmannus Schedel in excerptis suis Cronicae Reinhardsbrunnensis codicis adhuc superstitis Monacensis eundem locum (Wenck, 'Entstehung' p. 96) ex hac genealogia ipsa an ex Libro cron. Erford. sumpserit. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 266, n. 6. 4) Edito a C. Wenck in 'Zeitschr. d. V. f. Thür. Gesch. N. F.' IV, p. 226. 5) Cf. 'N. Archiv' XX, p. 408 sqq. 6) Videlicet ex cap. 2: *duxit uxorem nomine Gisilam, que erat filia sororis Henrici primi imperatoris ex genere Francorum et Karulorum.*

Atque eodem fere tempore, quo Cronica Reinhardsbr. conscripta est, haec quoque genealogia composita est, certe post a. 1340, *post quem annum chronistam scripsisse supra p.* 491. *vidimus, et regentibus Ottone II. lantgravio Hassiae (*1328—1376*) atque aut Friderico marchione Misnensi et lantgravio Thuringiae (*1309—1349*) aut filio eius Friderico, qui a.* 1349, *patri mortuo cum fratribus successit. Ante a.* 1345. *eam conscriptam esse ut censeremus oporteret, si Liber cronicorum Erfordensis re vera hoc anno compositus esset, quod codex eius Wiesbadensis indicat. Sed hoc in dubium vocavi 'N. Archiv' XXI, p.* 258. *neque etiam nunc pro certo habere possum, quamvis K. Wenck nuper hanc dubitationem non satis iusta ratione motam esse censuerit*[1].

O. H.-E.

1. Anno[a] Domini DCC,[a] reges Francorum solo nomine regnabant. Erat autem apud eos princeps (CCLXXII
de cognacione eorum, qui vocabatur ex officio suo dominus maior domus. Totum enim illud regnum
regebat; quorum primus dicitur fuisse Arnoldus, qui postea fuit episcopus Metensis; cuius filius Angisius[b]
fuit post eum dominus maior domus; post quem fuit filius eius Pippinus maior domus, qui cognominabatur Grossus; cuius filius fuit avus Karoli Magni, Karolus Marcellus[c]. De quo natus est Pippinus Nanus, eciam dux Francorum et rex et maior domus. De quo natus est Karolus Magnus, primus Francorum imperator. Extunc fuerunt in Francia imperatores usque hodie. Quorum Karolus primus imperator. Lodewicus secundus imperator Francorum. Lotharius. Item Lotharius. Karolus. Item Karolus. Arnulfus. Czendehuldus. Lodewicus Puer. Conradus. Hic finit[d] genus Karolorum. Sed de hiis postmodum[1].

2. Genus Saxonum.

Hinricus[e] primus rex de genere Saxonum. Otto filius eius imperator primus. Otto secundus. Otto tercius. Item Hinricus Babinbergensis[f], dux Bavarie, secundus rex et primus imperator. Claudus[g] dictus. Hic obiit absque filiis; qui erat ex genere Francorum et Karlorum[h]. Qui habuit neptem, (1272
scilicet filiam sororis sue[i], nomine Giselam[k], que coniuncta est Conrado Spirensi, dicto Salico, qui erat de genere Salicorum. Hec Gysela[k] habuit quendam consanguineum de genere Karoli[l] et Lodewici[m], nomine Lodewicum Cum-barba[n], qui genuit Lodewicum comitem[o], fundatorem nostre ecclesie[o. 2]. Qui Lodewicus comes genuit Lodewicum primum[p] principalem comitem Thuringie[3]. Qui et ipse genuit Lodewicum secundum lantgravium[4]; qui accepit sororem illustrissimi[q] Frederici[r] imperatoris nomine luttam et genuit ex ea serenissimum filium pium Lodewicum, tercium lantgravium, et fratrem eius Hermannum palatinum Saxonie[5]. Porro Hermannus lantgravius accepta coninge Sophia palatina[s] suscepit ab ea duas filias, quarum prima fuit coniuncta Theoderico[t] marchioni Misnensi. Secunda Hedwigis[u], que fuit coniuncta comiti Alberto de Alsacia[v]. Item Hermannus lantgravius accepit Sophiam filiam ducis Bavarie et suscepit ab ea filium nobilissime[w] indolis Lodewicum lantgravium[6], sancte[x] Elizabeth[y] maritum, et fratres suos. Qui suscepit ab ea Hermannum iuniorem lantgravium[7] et filiam nomine Sophiam[8], que tradita est duci Brabancie[9]; qui[z] genuit Hinricum Hassie[a] lantgravium; qui Hinricus genuit Ottonem. Otto genuit Hinricum iuniorem lantgravium[b. 10]. Nunc[c] redeamus ad hystoriam.

a) DCCLI, *Conr.*; *cap.* 1. *deest* 2. b) Anchises *Conr.* c) *sic* 1 *et, ut videtur, Conr.* d) fuit, *supersc.* finit 1. e) *incipit* 2, *ubi semper* Henr. f) *sic* 1. *Conr.*; Bamberg Bav. dux 2. g) *om.* 1. h) Carolorum 2. i) Gysilam 2. k) Gysila 2 *semper*. l) Caroli 2. m) Ludovic. 2 *semper*. n) *om.* 2. o) fund. monasterii Reynhardisborn 1. p) et *add.* 1. q) *om.* 1; ill. Fred. *om. Conr.* r) imp. Frid. 2. s) Sophiam palatinâ 1. t) *sic* 1. *Conr.*; march. Mysnensi Dytherico 2. u) Heddewigis 2. v) Elsacia 1. *Conr.* w) *sic* 2. *Conr.*; nobilis 1. x) scilicet 1; beate *Conr.* y) Elizabethae 2. z) *sic* 2. *Liber cron.*; que 1. a) *sic* 2. *Liber cron.*; I. H. 1. b) 2 *add.*: et fratres eius Balthasarum et Wilhelmum et Ludovicum, *quae hoc loco male addita post* iuniorem Fredericum *(p.* 658, *l.* 15*) scribenda erant, in cod. quodam procul dubio in margine post addita erant, unde hue falso tracta sunt.* c) Nunc — hystoriam *om.* 2. *Conr., sed Liber cron. habet.* Nunc vero ad incepta redeamus.

1) 'N. Archiv f. Sächs. Gesch.' XVII, p. 204. 2) Haec genealogia Karolorum ex Gotifredi Viterb. Pantheon XXII, 41—46, SS. XXII, p. 203 sqq., et loris quibusdam Frutolfi-Ekk. (p. 118. 159. et stemmate genealogico p. 176) composita videtur esse. 3) Scil. in cap. 4, quod in cod. 1 deest. 4) Cf. supra a. 876, p. 515; a. 1001, p. 516. 5) Hoc nescio an ideo additum sit, quod auctor ex Frutolfi-Ekk. Chron. a. 1001, p. 192. didicisset Heinricum II. regem sororem habuisse nomine Giselam. 6) Cf. supra a. 1025. 1026. 1039, p. 517. 520. 7) Cf. supra a. 1034, p. 519. 8) Cf. supra a. 1065, p. 523. 9) Cf. supra a. 1130, p. 532. 10) Cf. supra a. 1140. 1149, p. 535 sq. Nota hoc loco non falso ut illis locis et infra p. 658, l. 4. luttam etiam sororem Conradi III. regis dictam esse. 11) Cf. supra a. 1200, p. 563 sq. 12) Cf. supra a. 1222, p. 597. 13) Cf. supra a. 1224, p. 600; a. 1225, p. 602. 14) Cf. Theod. Vita Elis. l. 5; Fr. Kodlz Vita Ludowici III, 8, p. 36. 15) Qui rexit a. 1328—1376.

3. Conradus igitur[a] Spirensis genuit ex Gysela Hinricum tercium regem et secundum imperatorem. Hinricus tercius genuit quartum. Hinricus[a] quartus genuit Hinricum[a] quintum et sororem suam Agnetam[b], quam Fredericus[c] dux[a] Swevie accepit in uxorem, et genuit ex ea Conradum tercium
1272 regem et Fredericum[d] primum[a] imperatorem et Iuttam lantgraviam[e.1], que nupsit lantgravio[e] Lodewico secundo. Fredericus imperator[f] genuit Hinricum sextum regem. Hinricus imperator genuit Fredericum secundum imperatorem. Qui Fredericus habuit filiam[2], quam Albertus[g] lantgravius accepit, et genuit ex ea tres filios, Hinricum lantgravium. Fredericum marchionem et[h] Theodericum lantgravium[3]. Fredericus marchio genuit Fredericum lantgravium et marchionem[4]. Hic accepit[i] nobilissimam filiam[5] imperatoris Lodewici suscepitque[k] ex ea filium nomine Fredericum[6]. Igitur[l], ut iam dictum est[m], Theodericus Misnensis marchio accepta Iutta filia Hermanni et sorore Lodewici lantgravii[m] suscepit ab ea filium Hinricum marchionem Misnensem[n]. Qui Hinricus genuit duos filios, Theodericum[o] Misnensem[n] et Albertum lantgravium[8]. Albertus, ut dictum est, genuit Fredericum et fratres eius. Item Fredericus genuit Fredericum lantgravium et marchionem Misnensem[n.4], et ille genuit iuniorem Fredericum[6].

4. De[p] genere Caroli.

Notandum, quod genus Caroli non ex toto finem habuit, ut dicitur, sed tantum a Romanorum regno finem accepit. Nam, ut in cronicis[q] invenitur, omnes reges Francorum et Germanorum, sed et principes, duces et comites istarum provinciarum, scilicet in Thuringia, in Bavaria, in Francosia, in Pannonia, in Carinthia, in Bohemia, in Moravia, in Suevia, in Saxonia, in Frisia, in Lotharingia, sed et omnes nobiles Alamanorum originem duxerunt a genere Caroloram. Nam et Conradus imperator, Salicus dictus, genus duxit a nobilibus Romanorum, scilicet ab Enea et posteris suis[8], et uxor eius Gysila originem habuit a nobilibus Francorum et a Priamo Troiano. Unde factum est, ut Henricus filius eorum, dictus Niger, tercius rex et secundus imperator, omnem illam nobilitatem, scilicet Romanorum et[r] Troianorum, in se haberet et omnes posteri eius.

a) *om.* 2. b) *sic* 1. 2. *Conr.* c) Frider. 2 *semper.* d) *sic* 1. *Conr.*; 2 *add.*: Fridericus genuit Fridericum, *quae (recte quidem) ab Hartmanno Schedel vel Pistorio correcta videntur, cum et supra p. 535, l. 17. et p. 536, l. 13. Conradus III. falso fratter Friderici I. imp. et Iuttae dicatur.* e) lantg 1. f) ipse 2. g) *sic* 2. *Conr.*; acc. Alb. lantgr. 1. h) *sic* 1. *Conr.*, *om.* 2. i) *sic* 2. *(Conr.)*: accepta nobilissima filia 1. k) *sic* 2. *Conr.*; suscepit 1. l) Ut autem dictum est, Dytherius Misenensis 2. m) lantgra 1. n) Misenensem 2. o) Dytherium 2. p) *sequentia solus* 2 *praebet, sed haec etiam Conradus Halberst. et auctor Libri cron. exscripserunt.* q) *sic Conr.*; chronicis 2. r) *sic Conr.*; *om.* 1.

1 Repetitus est error supra a. 1140. 1149, p. 535 sq. commissus. Conradus fuit filius Friderici I. ducis Suviae, Fridericus I. imp. et Iutta fuerunt liberi Friderici II. ducis Sueviae. 2) Margaretam; cf. supra a. 1270, p. 626. 3) Cf. supra a. 1281, p. 630 sq. 4) Qui obiit a. 1349. 5) Mathildem. Cf. supra a. 1325, p. 653. 6) Natum a. 1331, qui successit patri a. 1349, obiit a. 1381. 7) C. 2, l. 32. 8) Cf. supra a. 1200, p. 563. 9) Cf. Cron. Reinhardsbr. a. 1025, supra p. 517, l. 23, et Gotifredi Viterb. Pantheon XXIII, 34, qui locus ibi exscriptus est: *Iste ex matre de primis Francorum regibus, qui a Troia venerant . . . originem traxerat.*

CRONICA ECCLESIAE WIMPINENSIS AUCT. BURCARDO DE HALLIS ET DYTHERO DE HELMESTAT.

EDIDIT H. BOEHMER.

Burcardus de Hallis aut e gente plebeia quondam Hallensi aut ipse Hallis Suevorum natus Richardo de Deidesheim decano a. 1278. *Apr.* 25. *mortuo, iam maturiorem agens aetatem, inter canonicos ecclesiae collegiatae s. Petri Vallis Wimpinensis receptus est*[1], *accepta dimidia praebenda, ut a librario saec. XV. f.* 1. *codicis* 1 *sexpraebendarius diceretur. Cuius in praediis administrandis amissisque recuperandis tam strenue sollerterque se gessit, ut fratribus, qui bonorum et redituum suorum indiculum conscriberet, idoneus videretur. Priusquam vero precibus illorum obsecutus difficile hoc negotium aggrederetur, fere a.* 1295. *in*[2], *aliquid* de antiquo statu et mutatione ipsius loci Winpinensis et fundatoribus monasterii[3] *sibi praemittendum proponens, brevem illam Cronicam Wimpinensem composuit. Cuius priore parte (c.* 1—6) *fabulosissima ac perplexa de origine huius ecclesiae retulit, Gregorii Turonensis Historia Francorum et Bernonis Augiensis Vita Udalrici episcopi Augustani usus, tam ignarus historiae, ut ea quae ille de Hunis Gallias invadentibus, hic de Ungaris tempore Ottonis I. imperatoris Germaniae bellum inferentibus narraverunt, eodem tempore gesta esse opinaretur. Atque ut copiosius acriusque haec bella enarraret, Waltheri de Insulis Alexandreidem rei militaris magistram sibi assumpsit, versus nonnullos versuumque particulas ex ea transscribens. His fontibus deficientibus usque ad medium saeculum XIII. nihil de fatis ecclesiae suae referendum habuit, demum ab a.* 1250. *circiter verae narrationis exordium fecit, reformationem ecclesiae a Richardo de Deidesheim decano, quem virum magnis laudibus extulit, institutam copiosius enarravit, dehinc usque ad a.* 1290. *pauca ac levia de rebus in ecclesia sua gestis exposuit, praesertim de praebendis ei donatis referens. Quibus cum pauca de rebus Rudolfi I. regis gestis adiecisset, plura narrare sibi proposuit, sed ne bellum quidem cum Ottacaro rege gestum ad finem usque descripsit neque historiam ecclesiae Wimpinensis usque ad eum quo scripsit annum perduxit, sed media in re, quin etiam medio in enuntiato indiculum illum, qui et sibi et fratribus multo maioris momenti esse videretur, exorsus coepto destitit, neque unquam fabricae et decanatus negotiis, quae Conrado de Heilbronn avunculo a.* 1296. *Febr.* 14. *mortuo*[4] *in se suscepit, satis superque occupatus ad propositum redire potuit*[5].

1. Infra c. 11. 2. Cf. 'Quartalbl. d. hist. Ver. f. d. Grossherz. Hessen' 1886, p. 141: *Census . . . conscripti per Burkardum a. D. M°CC°X°. nonagesimo quinto . . . tempore quadragesimali.* 3. Infra c. 1. 4. Infra c. 22. 5. Infra c. 16.

Quo a. 1300. *Aug.* 4. *mortuo*[1] *Dytherus de Helmestat, custos eiusdem ecclesiae, filius, ut videtur, Gertrudis de Zwingenberg et Gerungi de Helmestat, viri nobilis, qui compluries in cartis ecclesiae s. Petri, regum, comitum palatinorum tunc datis nominatur*[2]*, fere a.* 1325. *opus imperfectum excepit, gesta regum Rudolfi, Adolfi, Alberti I, Heinrici VII. tam strictim descripsit, ut ea in brevissimo tantum conspectu poneret. Quibus quidquid cuiusque aetate Wimpinae factum sit, aride ac ieiune narrando inseruit. Tumultus vero et bella tempore Ludovici Bavari et Friderici Pulchri regum exorta obiter tantummodo tractavit, optimo iure sentiens se his describendis viribus imparem esse*[3]*. Cum iam ecclesiae suae rebus usque ad a.* 1320. *circiter narratis pennam deposuisset, ea resumpta unoque capite post a.* 1331. *Febr.* 2.[4] *addito (c.* 34*) quae usque ad a.* 1325. *gesta sint, exposuit. Qui die Aug.* 29. *ante a.* 1335.[5] *obiisse videtur.*

Sane levissimi momenti libellus est ab his duobus auctoribus conscriptus. Quae enim de ecclesiae suae eventibus tradiderunt, aut fabulosa aut exilia sunt, quae de regum rebus gestis scripserunt, aut falsa aut notissima. Qui ne dicendi quidem genere ita excellunt, ut inter bonos illius aetatis scriptores haberi possint. At liber autographus eorum ad nos pervenit, qui servatur

1) *in bibliotheca curiali Darmstatensi nr.* 2297, *mbr. fol., librum censualem Burcardi et necrologium Wimpinense continens. De quo cum F. W. E. Roth fusius disseruerit*[6]*, ut plura exponam, non oportet. Ubi f.* 3′—7. *Cronica Burcardi sex manibus saeculi XIII. exeuntis, quarum sexta ipsius Burcardi esse videtur, duabus columnis exarata est. Extremam autem huius libelli particulam in f.* 8. *olim scriptam, hoc et sequente folio excisis, Dytherus in f.* 8. *nunc exstante repetivit et f.* 8—10. *continuationem suam adiecit. Extremam partem libelli Burcardi et priorem Dytheri in tabulis II. et III. arte phototypica expressam lector conspicit. Sequitur in margine f.* 11. *et f.* 50. *additamentum Warmundi de Wittstat a.* 1520. *scriptum, cuius initium est:* Ego Warmundus de Wittstat, dictus Hagenbuch senior, canonicus ecclesie collegiate sancti Petri vallis Wimpinensis, perlegens anno XV^{c}XX^{o} cronicam istam invenio desolationem et nullum aliquid scripsisse a temporibus, quando duo imperatores electi sunt inter se consobrini, videlicet Ludwico Bavarie et Friderico Austrie ducibus, usque ad annum quo supra, anno scilicet XV^{c}XX[7].

Fere a. 1445. *Conradus Link, vicarius ecclesiae Wimpinensis, Burcardi et Dytheri Cronicam exscripsit, cui versus quosdam*[8] *et nonnullas adnotationes a.* 1357—1400. *subiunxit. Liber ab eo scriptus servatur in*


2) *bibliotheca regia Stuttgartensi Theol. et phil. nr.* 159, *ubi f.* 357—368. *Cronica Wimpinensis et continuatio ipsius habetur. Hoc apographum ideo a nobis adhibendum erat, quia in codice authentico f.* 5^{c}. *unius et dimidiae lineae verba et f.* 6^{d}. *una vox post a.* 1450. *erasa sunt, quae in illo adhuc leguntur.*

Ex codice autographo primus I. Fr. Schannat in Vindemiis literariis II, p. 57—64. *(Fuldae et Lipsiae* 1723*) maiorem partem libellorum Burcardi et Dytheri edidit, omissis particulis levioribus, qui more suo multa deformavit ac corrupit. I. Fr. Böhmer in Fontibus rerum Germanicarum II, p.* 473—479.

1) Infra c. 26. 2) 'Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh.' XI—XXI, indices. 3) Infra c. 32. 4) Nam ante extremum capitulum cartam hac die datam inseruit. 5) Nonnisi dies qua obiit in necrologio legitur: Aug. 29. Annus non constat. Sed iam a. 1335. Apr. 27. Kaps quidam custos vel thesaurarius nominatur; cf. 'Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrheins' XIII. p. 19. 6) 'Quartalbl. des hist. Vereins für das Grossherzogth. Hessen' 1886, p. 139 sq. 7) Reliqua, quae Warmundus iste de rebus sui temporis scripsit, edidit F. W. E. Roth loco infra laudato p. 177 sq. 8) De quibus vide appendicem.

Cronica ecclesiae Wimpinensis

Cod. Darmstat. fol. V.



Tab. II

Chronicon Ulrici de Helmstat

Chron. Ulrici de Helmstat

ea ex codice autographo repetivit quae ad gesta regum spectant. Fr. Mone in 'Quellensammlung zur badischen Landesgeschichte' III, p. 1—17. integros quidem hos libellos edidit, neque vero codice authentico, sed exemplari Conradi Link duobusque saeculi XVII. apographis usus est. Demum F. W. E. Roth eos integros ex codice autographo in 'Quartalblätter des hist. Vereins für das Grossherzogthum Hessen' 1887, p. 132—142. 164—178. accurate satis ac diligenter edidit, etiamsi non omnino mendis vacuos. Numeros capitum ipse addidi.

Berolini mense Febr. a. 1896. *H. BOEHMER.*

CRONICA ECCLESIE WYMPINENSIS[a].

f. 3v.

AUCT. BURCARDO DE HALLIS.

SANCTI SPIRITUS ASSIT NOBIS GRATIA!

1. Cum patrimonium crucifixi ad usus Deo famulantium monasteriis a Christi fidelibus collatum propter obliviosos, desides et negligentes procuratores seu officiales frequenter et quandoque a tyrannis et malefactoribus distrahatur, necesse est predia monasteriis a Christi fidelibus largita scripto signari, ut quandoque distracta possint[b] revocari. Hinc est, quod ego Burcardus de Hallis, sacerdos prebendarius ecclesie sancti Petri in Winpina, scripturus predia et reditus eiusdem ecclesie ad instantiam et preces honorandi viri Dietheri de Helmestat[c] prepositi[1] tociusque capituli ecclesie predicte, primo de antiquo statu et mutatione ipsius loci Winpinensis et fundatoribus monasterii quedam[d] premittere cogitavi.

2. Vocabatur igitur hoc opidum olim Cornelia[2], quod nomen conponi credo a cornu et elyos, quod est sol, quasi cornu, id est radius solis. Fuit autem tunc gens ipsius opidi legi[e] et ritui gentilium subiecta, que postquam conversa est ad fidem et Christo militavit, ecce sancto Servatio[3] Tungrorum episcopo, sancto Udalrico Augustensi episcopo et aliis quam plurimis sanctis[f] viris referentibus compertum est. Hunos e suis velle prorumpere sedibus et Christi nomen ubique delere. Sanctus igitur Servatius, eximie sanctitatis episcopus, vigiliis et ieiuniis vacans, crebro lacrimarum imbre perfusus Dei misericordiam deprecabatur, ne umquam gentem hanc incredulam sibique semper indignam in Gallias venire permitteret. Sed sentiens per spiritum sanctum pro delictis populi sibi hoc non[g] fuisse concessum, consilium habuit expetendi Romam, scilicet ut adiuncto sibi apostolice virtutis patrocinio que humiliter a Dei misericordia flagitabat mereretur facilius obtinere. Accedens ergo ad beati Petri apostoli tumulum deprecabatur auxilium [h]bonitatis [i]f. 3d. eius[d] in multa abstinentia maxime que inedia se consumens, ita ut biduo triduoque sine ullo cibo potuque maneret, nec esset intervallum aliquod[h], in quo ab oratione cessaret. Cumque ibidem per multorum dierum[d] spacia in tali afflictione moraretur, fertur hoc a beato Petro responsum accepisse: 'Quid me, sanctissime vir, inquietas? Ecce enim apud Dominum deliberatione prorsus sanctum est, Hunos in Gallias advenire easque maxima tempestate debere[i] depopulari. Nunc igitur sume consilium meum: Acceleya velociter, ordina domum tuam, sepulturam compone; ecce enim migrabis a corpore, nec videbunt oculi tui mala, que facturi sunt Huni in Galliis, sicut locutus est dominus Deus noster dicens[k] ad me per spiritum non remansuram esse in Galliis urbem illesam preter oratorium unum in Metensium urbe propter pignora beati Stephani protomartiris'. Pontifex vero sanctus Servatius hoc responso accepto iter accelerat Galliasque velociter repetit, veniensque ad urbem Tungrorum, que erant necessaria secum cicius levat, valedicensque sacerdotibus et levitis ac clericis et osculans eum lacrimis predicando, docendo et commonendo in omnibus, ut parati essent in animarum salute, ac totam civitatem et plebem ibi aggregatam in ecclesia sancte Marie virginis in eadem urbe multa docebat, ut in preceptis Domini sine intermissione perseverarent, narrans eis maximis singultibus et suspiriis responsum sancti Petri apostoli, quod de adventatione Hunorum et sua morte acceperat. Et hiis dictis clamor et luctus, gemitus, *ploratus et ululatus multus*[d] exortus est in populo.

Gregor. II. Fr. II, 5.

cf. ib. II, 6.

ib. II, 5.

Matth. 2, 18.

a) *hic titulus manu saec XIV. praescriptus est post sequentem versum in summa marg. scriptum.* b) *valeant alio atram. corr.* possint. c) hemestat, *1 alio atram. superscr. corr.* helmestat. d) *eadem manu superscr.* e) *lege radenda corr.* legi. f) *sequitur* re *deletum.* g) n *adrasum.* h) *sic c.* i) *sequitur* depp *del.*

1) Praepositura functus est inde ab a. 1278. Dec. 25 —1299. Febr. 14. 2) Unde Burcardus hoc nomen sumpserit, non constat. Forsitan in vetere quadam inscriptione Romana id legit et falso nomen oppidi, quod a Romanis in monte Wimpinensi conditum esse videtur, esse coniecit. 3) Aravatius in Hist. Franc. ille episcopus Tungrensis audit, qui tamen postea in libris manu scriptis Historiae Gregorii et in aliis historiis cum Servatio confusus est. Cf. Hauck, 'Kirchengesch. Deutschlands' I, p. 30, n. 3. 4) Haec Burcardus addidit non satis sincere mutato loco Gregorii II, 6, quem iterum infra c. 4. exscripsit.

Gregor. II, 5. At vir sanctus valedicens populo exiit ab urbe *Tungros[a], pedester perrexit ad orientalem plagam per viam que ducit ad opidum Traiectensium; quam urbem ingressus, modice febre pulsatus recessit a corpore et ibidem est sepultus iuxta pontem publici aggeris.

Berno V Udalr. c. 11. 3. Eo tempore accidit, ut inter Liutolfum Ottonis Magni imperatoris filium, qui Alemannorum genti preerat, et eius patruum Heinricum Noricorum ducem oriretur lis odiumque per instigationem Satane et malorum hominum swasione. 5

ib. c. 13. Quos cum imperator ad concordiam minime revocare[b] potuisset, fratri adiutorium fuit contra filium. Cum autem contencio in tantum inter ipsos accrevisset, ut non aliter nisi ferro finiri potuisset, iamque acie partis utriusque ordinata, ut comminus deberet commissi pugna, adiuta Dei Ulricus, Augustensis ecclesie episcopus, vir mire sanctitatis, sciens,

Rom. 10, 15. Matth. 5, 9. quia beati sunt pedes portantes pacem, et quod ipse Dominus in ewangelio ait: *Beati pacifici, quoniam[c] filii Dei vocabuntur*, assumpto Harperto Curiensis ecclesie episcopo, viro religioso, se medium iniecit et tanta eos arte swadendi aggressi 10

Luc. 15, 32. sunt, spiritu sancto in[d] amborum ore loquente, ut facile eos ad pacis federa revocarent. Non aliter tunc Otto imperator penitentem Liutolfum, quam ille ewangelicus pater olim suscepit revertentem filium; *mortuus* enim *fuerat et revixit, perierat et inventus est.* Fit gaudium ingens et exultatio in utroque exercitu, quia per famulum suum sanctum Udalricum liberavit Dominus populum suum.

V. Udalr. c. 14. *f. 4[e]. 4. Sequenti vero anno, id est dominice incarnacionis nongentesimo quinto[e], gens Hunorum et Ungariorum[e] omni 15

belua crudelior, iusta quod viro Dei[f] a sancta Afra martire in sompnis sibi[g] apparente revelatum *fuerat, cum innumerabili multitudine erupit omnemque Noricorum regionem citra Danubium et ultra devastando occupavit. Multis urbibus et castellis succensis et destructis ad hoc opidum, quod tunc Cornelia, ut pretactum est, vocabatur, pervenerunt. Cives autem ad venę, quibus plena erat civitas, quia ad eam tamquam ad munitissimam istius regionis omnis populus confugerat christianus, 20 ex arce viriliter undique portas defensare nituntur. At Huni acriter instant alasque muris applicant, machinis[h] muros pulsant, turmis quoque hinc inde ad prelium dispositis portas et loca, in quibus aditus patebat, aggrediuntur, latitantes sub parmis et testudinibus a balistariis et fundibulariis se defensantes, quia christiani viriliter ictibus et sagittis resistebant[2]. Tandem Huni concussa valva porte altisono clamore, non tamen sine magna strage suorum, 25 urbem intrant, quibus viri christiani, eligentes[i] pocius mori quam servituti[k] Hunorum subici,

Matth. 2, 18 uno impetu occurrentes interfecti sunt: *tunc vox in Rama audita est, ploratus et ululatus multus*, quia capta hac urbe orta est undique magna desperatio christianorum. Huni vero omni belua crudeliores dividentes predam, aurum et argentum multum, captis mulieribus christianis novum genus supplicii excogitant, quia omnium earum mammas amputant, ut 30 inutiles ad nutriendum parvulos permanerent. Fit autem inde lamentatio et luctus vehemens ab omnibus, qui hec horrenda audiere, ita ut iterato Ieremiam super Ierusalem lamentari[l] putares. Ab hac hora homines hunc locum priori nomine non nominabant, sed ob penam mulieribus inflictam[m] Wibpin vocabant[3], quod[n] Latine mulierum pena interpretatur. Post hec Huni hanc urbem succendunt, arces cum muro deiciunt et funditus diruunt, ut illud 35

*f. 4[v]. Matth. 24, 2 Marc. 13, 2. propheticum super Ierusalem in hac impletum putares, quia *non relinquetur lapis super lapidem.* Quanta autem, quam nobilis et quam potens fuerit[r], *testatur illa vetus ruina*, et ex nomine eius[o] antiquo perpenditur, quod solis radius sua interpretacione sonat[4], sed versa est ei lux in tenebras, mane in sero[5], risus in merorem, habitatio in desertum[6]; que enim ante modicum temporis se gloriabatur muro forti et excelso circumdatam, turribus altissimis 40 protectam, aggere vallatam, viris bellicosis defensam, iuventute mulierum et procerum decoratam, auro, argento et gemmis preciosis ditatam, tunc ad terram prostrata[p] immutatis omnibus gemit se ita humiliatam, ut parvis ipepis[7] vix possit equipperari. Quid loquar sanguinem sacerdotum, qui in ecclesiis, in ara et vestibulis mactabantur, undique sparsum? Sed parva sunt, que dico: nam gens illa incredula et omnibus Christi fidelibus invisa de- 45 structis universis urbibus et ecclesiis, ubi Christi nomen colebatur, cursu rapido ad partes

a) *sic c.* b) *in marg. eadem manu suppl.* c) qūm *c.* d) im *c.* e) ungarorum, i *eadem manu superscr. corr.* ungariorum. f) *eadem manu superscr.* g) aibi *corr.* sibi. h) mathinis *c.* i) pocius elig. *corr.* el. p. k) *sequitur* huoc *del.* l) lamentare *corr.* lamentari. m) *sequitur* wip *del.* n) *sequitur* li *del.* o) aius *c., cum scribi a litteram sequentis vocis erronee scripsisset.* p) prostra *eadem manu corr.* prostrata. 50

1. Immo a. 955. Et in codice Burcardi et a C. Link in apographo suo *quinquagesimo* omissum est. 2) Cf. versus, quibus Gualtherus ab Insulis in Alexandreide (ed. Mueldener, Lipsiae 1863) obsidiones Athenarum I, 268—283, Thebarum I, 283—327, Tyri III, 278—335, ab Alexandro Magno factas describit, unde Burcardus omnia fere huius capituli vocabula sumpsit. 3) Hanc ethymologiam inconditam esse constat. Unde autem nomen derivandum sit, ignoramus. Quod etsi, ut V. cl. Windisch, professor Lipsiensis, qua adsolet benignitate, mihi exposuit, Celticae originis est, dubitari tamen non potest, quin id quod Mone de eo disserit (Quellensammlung zur badischen Landesgesch.' III, p. 2: Wippin, Wimpin = 'kleiner Hügel') falsum sit. 4) Cf. c. 2. 5) Cf. Amos 5, 8: *quaerite Dominum convertentem in mane tenebras.* 6) Cf. Ps. 68, 26. *fiat habitatio eorum deserta.* 7) Unus tantum locus, quo haec vox usurpata sit, affertur in Gloss. a Du Cange-Henschel s. v. *ypepa.* H.-E.

Reni leonibus ferociores, aquilis velociores convolant, parati ad omne nefas. Ubi destructis multis urbibus perventum est Coloniam, que tunc Agrippa[a] vocabatur[1], qua destructa in Gallias iter arripiunt, in qua malis multis peractis ad opidum Tungros[a] perveniunt et, ut beatus Servatius predixerat, urbem illam funditus destruunt. reversique inde egressi sunt ad urbem Metensem in sancte vigilie pasce, tradentes omnem illam urbem incendio, et non remansit ullus locus inustus nisi tantum oratorium sancti Stephani protomartiris. Cives enim Metensium dixerunt, ante quam[a] Huni de urbe Tungrensi ad civitatem Metensem pervenissent, se vidisse virum fidelem beatum Stephanum cum sanctis apostolis Petro et Paulo loquentem dicentemque ad illos: 'Oro, domini mei, ut non permittatis vestro auxilio urbem Metensem ab inimicis Dei exuri, quia locus est in civitate ista meis parvis pignoribus donatus, ut in ea ut certe cognoscat populus iste aliquid a Deo posse impetrare. Sed tamen, si tale pondus est de peccatis populi, quod non possit civitas ista ab incendio salva manere, deprecor vos[b], ut hoc saltem oratorium meum ab incendio liberetur'. Cui illi dixerunt: 'Dilectissime frater, vade in pace, de civitate ista iudicium Dei non possumus immutare. Iam enim processit sentencia de civitate ista; invaluit enim peccatum populi, et clamor malicie eorum ascendit coram Deo. Idem civitas ista incendio tradetur, sed certe oratorium tuum salvum manebit'. Unde sine dubio per auxilium sancti Stephani suum oratorium in civitate Methensi[c] ab incendio salvum permansit. Greg. of Tours II, 6. V. Udalr. c. 14.

5. Peractis igitur multis malis et destructis universis urbibus in Gallia, exaltatum est cor Hunorum nimis propter mala, que fecerunt, sed, quia *ante ruinam exaltabitur cor*, iuxta verba Salomonis, ecce Huni audientes constanciam doctrine sancti Udalrici in civitate Augustensi[a], penitet eos eandem civitatem illesam pertransisse. Accelerant itaque iter destructaque omni regioni[a] circa Nigram silvam[a] inprovise, ut mos est eorum, advolant, alas applicant Augustensi[f] urbi[2], tentoriisque circumquaque fixis Lecum fluvium[g] transeuntes ecclesiam sancte Affre incendio tradiderunt. Sanctus vero[b] pontifex Udalricus nequaquam visis tot lupis tamquam mercennarius custodiam sui gregis fugiendo dereliquit, sed ex adverso se opposuit ac totam causam Domino commendavit, non tamen immemor, quomodo sancta Affra in sompnis adventum Hunorum predixerat locaque certaminum, et licet cum magno suorum detrimento, tamen victorie triumphum promisit populo christiano. Preparantur igitur omnes ad pugnam, et multitudo circumquaque per murum et ante portam acriter contra hostes dimicantibus, ille vir Dei Udalricus, grandis fiduria populi, super equum sedens, clipeo dextre celestis, lorica virtutis Dei, galea iusticie, torace firme spei protectus[i], indutus stola inter lapidum ac sagittarum imbres hostibus occurrebat securus. oves sibi commissas a lupis rapacibus non sinens laniari. Paratis itaque hinc inde turmis ad prelium, die noctuque dimicantibus requies non dabatur. Tubis ac bucinis clangentibus, populis vociferantibus[k] ether boatu permaximo resonabat, et quocumque aspiceres, non apparebat aliud nisi mortis imago[3]. Interea vir Dei sanctus Udalricus missis clam nunciis ad imperatorem[k], ut ei veniret in auxilium, victorie triumphum a Deo sibi promittens. Imperator vero sciens eum esse virum sanctum, nichil in verbis suis hesitans obedit eius mandatis. et collecto exercitu, qui paratus[l] erat ad bellum[m] — nam viri erant fortes et *docti ad prelium* —, fixit[n] sua tentoria iuxta locum a predictis nunciis ex parte sancti viri sibi[o] ostensum, in quo loco vir Dei pugnam committi iussit. Audientes ergo Huni adventum imperatoris, moventes castra, in multitudine sua confidentes, cogitantes, ut imperatore interempto omnem istam regionem in pace deinceps possiderent. O gens ceca, cur tanta dementia sensus tuus opprimitur? Nescis, quia *homo cogitat, Deus autem ordinat*[4]. Prov. 18, 12. V. Udalr. c. 14. cf. Joh. 10, 12. V. Udalr. c. 9. ib. c. 14. V. Udalr. c. 7. 1. Mach. 3, 7.

Quo properas peritura falanx, ignara ruine? Alex. II, 391.

Cur spem tuam in multitudine hominum ponis, nescia, quia potens est Dominus *multitudinem hominum concludere in manu paucorum?* Interea imperator disposito agmine[5] sagittarios et fundibularios primo occursu hostium opposuit[6], docens nunc iaculis, nunc glande martem lacescere[a][7], ipseque ante *vexilla suorum hilaris* quadrupedem urget calca- 1. Mach. 3, 18. V. 55.

a) *sic c.* b) *ut statim eadem manu corr.* uos. c) *ensi in loco raso.* d) augoſti *c.* e) silua *altera i littera erasa.* f) auguſt *c.* g) Licoſluuio *corr.* Licu fluuiu. h) *sequitur* dei *erasum.* i) trib *statim corr.* triū. k) imp. — veniret *in loco raso.* l) q . . . s parati *corr.* qui(?) paratus. m) *in loco raso.* n) fuit, *statim corr.* fixit, *puncto erasso.* o) *eadem manu supersc.*

1) Quae de Hunorum itinere affert, Burcardus aut ex Chronico Martini Oppaviensis, SS. XXII, p. 454, aliove chronico universali aut e legenda XI milium virginum hausisse videtur. Quam ei non ignotam fuisse vel inde, quod Coloniae imprimis mentionem fecerit, collegeris. Unde forsitan ea quoque, quae de mulierum Wimpinense cruciatu narravit, comierit. 2) Cf. Alexandr. I, 275: *improvisus adest et muris applicat alas;* cf. p. 662, l. 21. 3) Cf. Ephes. 6, 14 sq. *State . . . induti . . . loricam iustitiae . . . sumentes scutum fidei . . . et galeam salutis . . . et gladium spiritus sancti.* 4) V. Udalr. c. 14: *Buccinis clangentibus ac populis cunctis clamantibus vociferatione maxima muros Iericho funditus diruunt.* 5) Verg. Aen. IV, 668: *resonat . . . aether;* II, 369: *plurima mortis imago.* 6) Proverbium, de cuius origine nihil constat. 7) *Agmine disposito* locutio a Gualthero saepius usurpata; cf. Alex. II, 414. 8) Cf. Alex. II, 424 sq. 9) Cf. Alex. II, 446: *. . Nunc arcus lentare monet, nunc fundere glandes;* I, 270: *dubiumque lacessere Martem;* III, 73: *Persusque lacessit nunc gladio, nunc missilibus.*

ribus, *nunc hos, nunc circuit illos*, prefectis blanditur, pavidos confirmat, audacibus animum auget, instruens hostem remotum iaculis et missilibus esse feriendum et propinquum gladiis[1]. Cum hec agerentur, ecce gens illa incredula[a] in medio campo apparuit in multi-
Alex. II, 487. ib. III, 3. tudine magna, *concurruntque acies*[b], et *frequens nimbus missilium obnubilat aerem*, imberque
ib. III, 21. sagittarum *dissarcit opus*[c] *loricarum*. Milites quidem exertis gladiis hostibus acriter instant,
ib. III, v. 2. *iamque fragor armorum, iam strages bellica vincit clangorem lituum*, et resonat undique ether; iamque victoria equa lance pendet, dum viri ex urbe Augustensi[d] missi in adiutorium imperatori[d'] qui visis bellantibus insiliunt agmina Hunorum eosque facillime disgregant,
ib. II, 249. quia nulla lassitudine tenebantur. Audacia ergo exercitui crevit christiano[e], *mens redit*,
ib. III, 28. *densantur cunei*, opponiturque clipeus clipeo[2], quos traicit *Daca*[f] *bipennis*[3], et iam iacet
ib. III, 40. *obruta cassidis*[g] *cassis*.

ib. III, 124 sq.
Pauca manus[h] Christi *non cessat cedere, quorum*
Defectum numeri fervens audacia suplet.
Hic dolor, hic gemitus, perit acris utrimque iuventus,
ib. III, 132. *Involvitque ducum mors uno turbine turbam.*
Morte cruentatos Hunos iam supprimit omni
ib. III, 134—139. Summa Dei pietas, ergo *gemit ille reciso*
Gutture, traiecto iacet ille per ylia ferro.
Hunc sudis excerebrat, hunc fudit funda vel[i] *arcus.*
Ille vomit saniem fractis cervicibus, illi
Intestina cadunt, illum sibi vendicat ensis.
Hic obit, ille obiit, hic palpitat, ille quiescit.
ib. III, 119—122. *Iam latet herba madens, terramque cadavera celant,*
Arva natant sanie, complentur sangwine valles.
Largus utrimque cruor, sed maior inebriat agros
Hunorum *strages, rarescit barbarus*[k] *hostis.*

f. 5v. Iam *vero omne pondus discriminis versum est* in Hunos, et vident *arva cruore suorum* humida, dubitant, quid agere possint, quocumque se vertere temptant, cadavera procerum[l] incessum retardant quadrupedum[4]. Huni[m] ergo visis tot milibus suorum interemptis terga
V. Udalr. c. 14. vertere christianis, in fugam[n] conversi sunt; quos christianorum exercitus tamdiu cedendo persecutus est, donec princeps eorum[o] cum aliis multis baronibus et Hunis vivi caperentur atque Ratisponam perducerentur, ubi ad ignominiam sue gentis erecto eculeo altissimo suspensi sunt, ut[p] locum illum[q] tamquam[r] metam sibi fixam deinceps transire nullatenus[s] presumant[t].

ib. Hiis ita gestis presul venerandus Udalricus[q] Deo in omnibus gratias agens, velut ex arce quadam mentis cepit despicere ac subditorum necessitates pertractare, non sibi satis estimans, si solummodo ea que sua sunt quereret suo-
rumque causas negligeret; unde suorum congregationes clericorum, que Hunorum depredatione ad tantam redacte fuerunt inopiam, ut ad cottidiano refectionis usum nil habere potuissent, secum retinuit ac in quantum valuit pauper
ipse presentis vite necessaria pauperibus ministravit, ecclesias ubique[u] per suam dyocesim destructas
cf ib. c. 15. reparans, congregaciones clericorum in suis ubique locis[q] restauravit ac cura pervigili summaque diligentia in construendis ecclesiis et monasteriis laboravit, nec minor fama laudis apud homines de hac re sibi crevit quam de expulsione incredule gentis.

6. Tante igitur laudis multi presules cupidi ad sua loca redeuntes[v] de abditis et locis ocultis, ad que fugerant, restaurationibus ecclesiarum exemplo sancti viri Udalrici cura pervigili insistebant. Unde accidit[5], ut quidam antistes Wormaciensis ecclesie nomine

a) increda *statim corr.* incredula. b) *sequitur* ob *erasum.* c) *sequitur* arm *deletum.* d) agustñ *c.* d') *supple* adveniant. e) t (et), *ut videtur, superscr., post del.* f) data *c.?* g) *bis scr., alterum del.* h) mpanę *c.* i) fundal', l' *eraso corr. statim* funda l'(vel). k) barbꝰ (barbus) *c.* l) procrum *corr.* procerum, *sequente* ic *deleto.* m) Huno *corr.* Huni. n) fuge *corr.* fugã. o) *eadem manu in marg. suppl.* p) qui *deleto, post superscr. eadem manu* ut. q) *eadem manu superscr.* r) *eadem manu in loco raso.* s) nullatꝰ *c.* t) debent *deleto, post superscr. eadem manu* presumant. u) ubi *post corr.* ubique. v) rediuntes *corr.* redeuntes.

1) Alex. II, 439—448:
Praecedens igitur kilaris vexilla suorum
Praefectos prece sollicitat, blanditur amicis,
Consolidat dubios, animos audentibus auget. —
Innuit, ut properent, nunc hos, nunc circuit illos. —
Nunc arcus lentare monet, nunc fundere glandes,
Cum procul insistant acies, nunc hoste propinquo
Rem gladio gerere, nunc quaerere fata bipenni.

2) Cf. ibid. III, 38: *Quadrupedi quadrupes armoque opponitur armus.* 3) Cf. ibid. I, 122. et 257: *quibus arma sudes et Daca bipennis.* 4) L. l. III, 189 sq.:
Tunc vero in Darium pondus discriminis omne
Conversum est. Quid agat? videt arva cruore suorum
Pinguia, se circa videt exanimata iacere
Corpora tot procerum.

5) Quae sequuntur, fabulosa et commenticia sunt. De Crudolfo vel Chrotoldo illo, quem Burc. primus

Crudolfus, cum hunc locum et gentem tanta desolatione conspiceret obrutum, ut iam nullius esset memorie, [sue[a] tamen tam in temporalibus quam spiritualibus iurisdictioni subiectum], considerans loci amenitatem, temperantiam[b] aeris confluentiamque aquarum[b*], *f. 54. et cum totum hunc locum girando perambularet, ruinam edificiorum, muri et turrium amministrans, errabundus pervenit ad locum et ruinam monasterii; cuius fundamento ab incolis loci sibi demonstrato ingemuit dicens: 'Oportet hoc oratorium restaurari; nam locus est per omnia devocioni habilis et Deo famulantibus aptus'. Accersitis ergo latomis monasterium edificari iussit sumptibus ad hoc traditis copiosis, in quo conventum duodecim personarum instituit, qui horis nocturnis et diurnis ibidem obsequium prestarent Deo; quem conventum venerandus presul et sui sequaces aliique fideles[c] largissime prediis[d] dotaverunt; e quibus etiam personis idem presul unum prepositum constituit, quem non solum huic conventui prefecit, verum etiam omnibus plebanis, viceplebanis, capellanis ecclesiarumque rectoribus a civitate Heidelberc sursum usque ad fines[e] dyocesis constitutis, quos omnes in tantum sue iurisdiccioni[f] subegit, ut vacante aliqua parrochia electus ad eandem ab ipso preposito cura animarum et dono altaris debeat investiri; statuit etiam, ut parrochiales cuiuslibet parrochie per preposituram feria secunda infra festum pentecostes cum reliquiis sanctorum in monasterium pretactum cum devocione oblaciones more populi Israelitici ad templum in Ierusalem properantis deferrent ibique missarum sollempniis peractis omnes[g] ad sua cum gaudio remearent. Sequenti[h] vero feria secunda, hoc est post octavam pentecostes, universi plebani, viceplebani, capellani conspectui[i] ipsius prepositi in eodem monasterio se presentarent, audituri sermonem de vita et honestate clericorum et statuta synodalia, ita ut, si quis eorum in aliquo exorbitaverit, condigne subiaceret correctioni, et sic emendatis excessibus singuli ad sua leti redirent. *f. 6*.

7. Cepit autem locus iste extunc in reverentia haberi et de anno in annum ab hominibus magis frequentari, ut, qui paulo ante fere fuerat desertus, iam esset habitacio plurimorum. Milites et universi nobiles circumsedentes[k], cum amplius officio milicie servire aut senio confracti aut propter Deum nollent, arma sua, videlicet clipeos seu scuta, columpnis templi appendebant, sepulturam in eo eligentes, quorum tumbe lapidee, desuper lapideis tabulis tecte, per ambitum claustri erant distincte. Unde contigit[l], cum nobiles hanc ecclesiam in tanta haberent reverencia, defenderent et prediis dotarent, ut ceteri populi ecclesie tam honeste similem reverentiam exhiberent. In tali statu, reverentia et honore hoc monasterio multo tempore perdurante, demum[m] crebrescentibus malis in terra cf. Gen. 6, 5. ad tam infimam egestatem devenit, ut prebendula iam ministris ad cottidiane usum refectionis sufficere non posset, et ideo canonicis discedentibus hec ecclesia ita viduata erat presbiteris, ut non semel, immo pluries sacerdotes de villis circumsitis acciri[n] opporteret, qui missas in ea celebrarent, donec misericors Dominus misertus suorum Richardum de Ditenshein[o] huic ecclesie prefecit decanum, ante multa tempora ad hoc predestinatum, ut errabundum gregem canonicorum revocaret et census et predia distracta recolligeret. Cum autem vita[p] et gesta prefati viri venerandi Richardi vires parvitatis mei ingenioli transcendant, ipsa digno honore me fateor describere non posse, tamen, quia inter cunctos benefactores seu fundatores huius ecclesie digne in memoriam vertitur hominum, scripto quo valeo eius gesta explicabo, ne oblivioni in posterum tradantur. Hic enim de villa Dithensheim trans Renum, que montana[q] respicit, Spirensis dyocesis extitit oriundus, de patre Diethero[r] et matre Agnete[r] genitus, qui ambo secundum seculum[s] erant nobiles atque famosi; quem transacto tempore infancie disciplinis scolasticis mancipaverunt litteralibus documentis

a) *in cod. Burcardi octo vel novem circiter verbis erasis, uncis incl. ex 2 suppl., ubi erasa servata videntur esse.* b) *abhinc alio atram. scriba usus est.* b*) *coepta sententia non perfecta est.* c) *sequitur ho delelum.* d) *eadem manu supersor.* e) Gnē *statim corr.* Gnes. f) iurisdicicione (!) *corr.* Iurisdicicioni. g) *alio atram. in loco raso.* h) Secunda *v. f.* sequenti *alio atram. corr.* Sequenti *v. f.* secunda. i) ips. prep. in ea *(statim corr.* eodem*)* monast. conspectui pres. *eadem manu corr.* consp. ips prep. in eodem monast. se *(supersor.)* pres. k) *sequitur* ar *deletum.* l) *sequitur* ut *deletum.* m) accersiri *manu saec. XV, Conradi Link, ut videtur, supersor.* n) vita: *litera* (m?) *erasa e.* o) monte *eadem manu corr.* montana. p) *nomen in spatio vacuo relicto eadem manu, sed alio atramento post suppl.*

laudavit, fusius egit Rettberg, 'Kirchengeschichte Deutschlands' I, p. 633—635. 1) Deidesheim sub monte Hardt, oppidum Palatinatus Bavarici. Falso 'Württemb. UB.' VI, p. 238, n. 2: *Diedesheim in districtu Badensi Moabach.* Diedesheim enim nunquam ad dioecesim Spirensem pertinuit; cf. Spruner-Menke, 'Hist. Atlas', carta 34.

erudiendum; qui in brevi suos collegas non sine ammiratione doctoris discendo prevenit, et factus est adolescens bone indolis, ita ut nullus dubitaret, qui eum agnosceret, virum ipsum prudentem futurum. Orbatus itaque utroque parente patrimonium circa litterarum studia expendit, Romamque profectus est, ubi peticionem ad papam de prebenda in hac ecclesia Winpinensi[a] faciens, tamquam dignus admissus, cum apostolicis litteris ad hanc ecclesiam destinatur, vacanteque prebenda sibi debita eaque iuxta canonice constitutionis regulam suscepta ad sacerdotalis officii gradum diversis refulgens virtutibus accessit, ita ut elemosinis misericordieque operibus voluntate et opere indeficienter deserviret. Inter omnes virtutes hospitalitatem permaxime diligebat. Quanta autem[b] diligentia circa divinum officium ei fuerit in hac ecclesia, adhuc demonstratur. Nam illicitas consuetudines et mores erroneos canonicorum fortissimus athleta Dei non sine magna invidia conculcando reformavit: nam concubinis[c] iam quasi licite manifeste utentes proventus prebendarum[d] absentium canonicorum inter se dividebant nec defectus ecclesie vel profectus curabant. Unde prefatus Richardus, licet adhuc simplex foret canonicus, tamen Deo plenus, convocatis confratribus ait: 'Nequaquam, fratres, ita est faciendum, sed abiectis concubinis[e] sincero corde summo creatori est serviendum, et proventus prebendarum[f] absentium personarum in usus
*f. 6v. ecclesie sunt commutandi'. Illi vero[f] *ex adverso commoto felle consuetudines ad ipsos perductas se velle observare dicebant. Non tamen ipse ab incepto desistebat, sed ad episcopum cuncta refert, visitatores, qui omnia sollerter scrutantur, evocat; qui[g] consideratis et perspectis diligenter omnibus, decretum est, ut concubinas abiciant. Quod licet eis esset onerosum[h], ipse Richardus, lucerna castitatis, sua industria tamen[i] egit, ut quidam, qui huic decreto subiacere et obedire contempserunt, turpiter prebendis suis privarentur; deputatisque sibi[i] proventibus prebendarum absentium personarum, monasterium a reverendo patre Crudolfo prefato constructum, pre nimia vetustate rimosum, ita ut iam in proximo ruinam minari putaretur[1], diruit. Accitoque peritissimo in architectoria[k] arte latomo, qui tunc
1259. noviter[l] de villa Parisiensi[m] e partibus venerat Francie, opere Francigeno basilicam ex sectis lapidibus construi iubet[2]. Idem vero artifex mirabilis architecture basilicam, yconis sanctorum intus et exterius ornatissime distinctam, fenestras et columpnas ad instar anaglifi operis multo sudore et sumptuosis fecerat expensis, sicut usque in presens humano visui apparet. Populis itaque undique advenientibus mirantur tam opus egregium, laudant artificem, venerantur Dei servum Richardum, gaudent se eum vidisse, nomenque eius[n] longe lateque portatur et, a quibus non cognoscitur, sepius nominatur. O perfectissimum sacerdotem, qui iudicio omnium hominum collega iam meruit esse psalmiste in cantando
Ps. 25,8. hunc versiculum: *Domine, dilexi decorem domus tue et locum habitationis tue*[1]. Cumque morum eius probitas et sancte vite mundicia longe lateque[o] divulgaretur, multi clerici, non solum sui concanonici, verum etiam alienigene[p] et proseliti secum commorari ceperunt[1],
*f. 6v. cupientes eius virtutibus informari et illustrari. O desiderabile *virtutum speculum Richardus, in quo laicus, quid[p] seculo displiceat, et clericus, quod[p] oculos divine maiestatis offendat, speculatur.

8. Interea dominus Reinhardus, verus pastor parrochie in Stetin[3], frater advocati in Laufen, predives homo, iam in decrepita positus etate, prefato sociatur Richardo, omniaque[q] sua predia, que non pauca fuerunt, ad manus tradidit prefati Richardi, ut de ipsis secundum quantitatem proventuum prebendas sacerdotibus institueret in ecclesia Winpinensi
1262. (Apr. 17). predicta. Quo mortuo[4] parentes sui bona predicta invadunt ea sibi vendicando, nec fieri permittunt, quod testator optavit. Sed hos Richardus coram iudicio in causam trahit, illique se defensare nittuntur[p]. Tandem lis per arbitros deciditur, et pro omnibus bonis legatis centum et viginti libre hallensium huic ecclesie assignantur. Quam pecuniam creator omnium rerum, qui cuncta ex nichilo condidit et qui de paucis granis totum mundum

a) wipiñ *c.* b) quantā diligentiā aut *radendo et signis positis corr.* quanta aut dil. c) concubines *corr.* concubinis. d) ꝓbendarum *c.* e) *eadem manu in marg. suppl.* f) v'o *post mutatum in* v'ero. g) *ita c.; fortasse pergere voluit.* h) honerosum, h *erasum c.* i) *eadem manu supersc.* k) architoria *eadem manu corr.* architectoria. l) ter *e corr.* m) parisensi *c.* n) lataque *eadem manu corr.* lateque. o) alienigen:, i, *ut videtur, erasa.* p) *ita h. l. c.* q) *secunda manus abhinc pergit.*

1) Cf. Alex. I, 318: *iam mole minante ruinam.* 2) A. 1259. Apr. 21. fundamenta iecit; cf. Frohnhäuser, 'Gesch. Wimpfens' p. 40. 3) Stetten. 4) A. 1262. Apr. 17; cf. Necr. Wimpinense f. 22 c.

pascit, in manibus famuli sui[a] Richardi ita augmentavit, ut de ea duas prebendas duobus sacerdotibus ad aram beate Marie servientibus instituerent[b] in honorem genitricis Dei Marie et remedium animeque salutem Reinhardi prefati. Est[a] etiam institutum, ut, cum alter predictorum sacerdotum officium celebrat[a], quod de beata et gloriosa Dei genitrice Maria celebrandum[a] per totum annum ad eandem aram[a] sollempniter est ordinatum, alter, qui in ea septimana vacare dicitur, simul cum ebdomadario officio misse intersit ministrando, qui tamen feria secunda et sexta missam dicet[a] pro defunctis. Horum etiam sacerdotum electio ad decanum[d], quociens vacare [c]contigerit, noscitur pertinere. [c] f. 7.

9. Hiis itaque ordinatis reverendus dominus Wernherus de Hornecke[1], prepositus maioris ecclesie Spirensis, qui et prepositus huius ecclesie fuit, vir eximie honestatis, consideratis hiis, que Deus dignatus est per famulum suum Richardum in hac ecclesia operari, vocato ad se ipso Richardo habitoque eius consilio, quatuor prebendas quatuor sacerdotibus in hac ecclesia ad aram beati Nicolai instituit[a], quorum[b] collacionem preposito huius ecclesie reservavit, quos[b] in tantum prediis dotavit, ut reditus earum antiquis prebendis canonicalibus equipararentur[2]; unde accidit, ut canonici eadem bona hiis prebendis collata suis prediis unirent, efficereturque unum corpus prebendarum, quibus idem ministerium conveniret. Sunt autem[a] idem persone in omnibus prioribus canonicis equales . . . . . [f], quia in temporalibus distribuendis ipsorum est consensus requirendus iuxta illud[a]: *quod omnes tangit, ab omnibus est tractandum*[3]. Illud[g] quoque in hiis prebendariis summe tenendum et observandum est, quod in celebracione misse, que cum nota cantari debet, omnes simul tenentur et debent interesse; et qui defuerit, a decano cum pena[h] corripiatur. Facta est autem et celebrata hec sollempnis institutio predictarum quatuor prebendarum temporibus piissimi ac serenissimi Rudolfi regis et semper augusti Romanorum.

10. Anno igitur Domini M°CC° septuagesimo octavo in die sancti Marci ewangeliste[4] mortuus est ipse Richardus decanus. Concurrentibus [c]itaque undique clericis et populis factus est planctus magnus super eum, et populi clamantes dixerunt: 1278. Apr. 25. [c] f. 7v.

'Tempore quid[i] miseris heu! nobis accidit isto,
Quo patrem patrie[k] nostre perdidimus[l]!
Temporibus multis fuit hec[l] Winpina superno
Thesauro dives ac decorata nimis.
O Richarde, pater toto venerabilis orbe,
Cur patriam nostram deseris, immo tuam?
Hic pater et dominus fueras custosque benignus,
Hactenus hac terra vivus et exanimis.
Rebus in adversis fueras spes una salutis,
Munimen tribuens supplicibus populis.

*) *In marg. infer. add. 2:* Item magister Heinricus de Gundelszheim, rector scolarium huius ecclesie, constituitque fieri prebendam ad aram sancti Nycolai huius ecclesie ideoque superaddidit II libras hallensium annuatim in refusione presenciarum. Item legavit libram hallensium annuatim presentibus in choro.

Item Dietherus de Yseszhein prebendarius ad sanctum Nycolaum, qui de propriis bonis suis instituit fieri . . . . *(quae sequuntur margine recisa deleta sunt)* idem instituit III libras in refusione presenciarum; idem instituit libram . . . . .

a) *eadem manu superscr.* b) *sic c.* c) *manus tertia obhinc pergit.* d) *sic 2; ad capitulum quo recentiore manu (saec. XV?) in loco raso* 1. e) *tis quae prius scripta erant ex parte erasis, ita tamen, ut remanerent linea compendii vocis primae et* ät id *(vel* id*), eadem tertia manu in loco raso scripsit* ant . . . ē, *ut efficeretur* sūt ät idē *(pro* eedem*).* f) *unius et dimidiae lineae verba erasa.* g) *quarta manus pergit.* h) corr. cum pena *corr.* cum pena corr. i) heu mis. q̄d *(sic!) signis et litteris superscr. corr.* q̄d mis. heu. k) in *q recentiore manu add.* l) hoc *corr.* hec.

1) De eius nomine fusius egit Mone, 'Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrheins' VI, p. 450. Mortuus est Sept. 26. (Necr. Wimpin. f. 33'd) anno, ut Remling, 'Gesch. d. Bischöfe v. Speier' II, p. 833. ostendit, 1275. Sed iam antea eum a praepositura Wimpinensi se abdicasse eamque Werahero de Alifeld cessisse ex carta a. 1274. Mail 20. data (Mone l. l. XI, p. 159) colligo, ubi ipse praepositus iam non appellatur, ille autem praepositurae sigillo utitur. 2) Cf. cartam de hac donatione conscriptam Mone l. l. XI, p. 159. 3) Sententia est ex legibus Romanis saepius repetita in Corp. iuris canonici, ut Decr. l. I, tit. 23, c. 7. et Sexti Decr. l. V, tit. 12, de reg. can. 29, sed utroque loco *debet approbari.* 4) Cf. Necrol. Wimpin. f. 23c. 5) Cf. Alex. II, 252: *Hunc que patrem patriae servatoremque salutant.*

Quorum tu precibus[a] presens, venerande, favebas
Votaque suscipiens queque rogata dabas.
Undique currebat cunctis e partibus orbis
Indiga plebs tristis, sed cito leta redit'.
Talia clamabant. Clerus prorupit in istas
Voces, perfusus lacrimarum flumine vultus:
'Pastor, oves proprias cui nos committis alendas?
Ve nobis miseris, qui te[b] perdidimus!
Virtus, solamen nostrum, decus atque levamen,
Tu spes, una salus causaque leticie,
Ve nobis miseris! hec omnia perdimus, at nos
Hinc subit et luctus perpetuusque dolor'.
Mendicum wolgus indiscreta quoque voce
Insultat morti, culpaturque Deus.
Brachia cum manibus tollunt ad sidera, vultus[c],
Alex. II, 175. 178. *'Inproba* mors', clamant, *'tigribus asperior,*
Idris horridior monstroque cruentior omni,
Non optata venis nec depulsa redis.
f. 7c. 'Mors[d] mala, mors peior, mors pessima, quis tibi swasit
Tale nefas facere? Ve nobis miseris!
Heu nobis miseris! quis noster erit modo finis?
Quis modo finis erit? Ve nobis miseris!
Heu nobis et ve semper geminatur et auwe,
Morte sua nobis attulit[e] omne malum'.

Interea[f] sacerdotes corpus cum ymnis et psalmodia ad monasterium delatum missarum sollempniis exequiis ex more celebratis ante summum altare sepelierunt, statimque capitulo indicto canonici dominum Dieterum de Helmestat decanum [eligebant[g]], qui confirmationem
1278. (Dec. 20). consecutus[h] est; mortuo domino Wernhero de Alenvelt[1], huius ecclesie preposito[2], eodem anno ante nativitatem Domini predictus Dietherus decanus similiter a canonicis in prepositum est[i] electus[k]. Richardus igitur[3], filius fratris pie memorie Richardi decani, subdiaconus et huius ecclesie canonicus, una cum manufidelibus, quos ipse decanus Richardus adhuc vivens executores sui[l] testamenti[4] constituit[k], de bonis suis duas prebendas duobus sacerdotibus instituunt; et harum prebendarum collacio ad capitulum taliter noscitur pertinere, quod, si capitulum uno ipsorum sacerdotum decedente alium sacerdotem infra mensem non substituit, collatio ad prepositum devolvitur; qui si similiter sacerdotem substituere neglexerit, collacio ad episcopum diocesanum pertinebit. Est etiam institutum, ut idem sacerdotes alternis septimanis, ita quod unus unam septimanam, alter alteram, omni feria, nisi fuerit festum novem lectionum, missam dicat[l] pro defunctis, ipsius Richardi memoriam faciendo, summo diluculo videlicet, statim post matutinas.

11. Hiis itaque solempniter ordinatis et institutis[m], ego Burcardus sacerdos, pia Dei misericordia favente ad unam predictarum prebendarum vocatus et electus, tum demum in hac ecclesia me recepi, ubi etiam novissimam tubam me expectaturum optavi. Adeptus ergo prebendam una cum socio michi assignato[n], videlicet domino Lud[ewico] de Northeim[o.5], canonici considerantes redditus, proventus[p] et predia predictis nostris prebendis

*) *Manu posteriore in marg. super. suppl.:* Cui successit in decanatu dominus H[einricus] de Cimeren.

a) i *a corr.* b) quite *radendo corr.* qui te. c) : : In° *duabus litteris erasis c.* d) *abhinc quinta manus pergit.* e) a *e corr., antea* ua *scriptum erat.* f) *eadem quinta manus, ut videtur, alio atram. usa alio tempore perrexit.* g) *manu saec. XV. (C. Linkii, ut videtur) in marg. suppl.* h) *sic sententia abrupta c.* i) *alia manu, ut videtur Dytheri, suppl.* i*) ui *superlitum.* k) *in marg. sexta manu quaedam verba scripta erant, quorum legi possunt haec:* . . . sait . . ma . . . . h . . . erō. l) *sic c. pro* dicant. m) pia *add., sed del.* n) to *supersc.* o) ort *certe legi nequit in c., sed ita 2.* p) ent *membrana perforata del.*

1) Allfeld. 2) Hic eadem aetate tenuit archidiaconatum Herbipolensem. Mortuus est Dec. 20; cf. Necr. Wimpin. f. 39d. 3) Nihil de eo constat nisi dies obitus Sept. 19; cf. Necr. Wimpin. f. 33d. 4) Cf. testamentum Richardi, Baur, 'Hessische Urkunden' I, nr. 159. 1298. 5) De quo cf. cartam a. 1289. Sept. 22. datam; Mone l. l. XV, p. 311. Obiit Iun. 24; Necr. Wimpin. f. 27' f.

assignata, tum prepter amorem reverendi patris pie recordationis Rich[ardi] decani, tum etiam propter honestatem ecclesie et firmiorem stabilitatem ipsarum prebendarum, habito consilio maturiori nos et bona predictis nostris prebendis assignata suis prediis uniunt et prebendis, et annumerati sumus cum reliquis ita, ut numero essemus[a] decem et octo, quibus de uno granario et uno cellario equalis prebenda ministraretur. Preterea[b] statuerunt, ut ob perpetuam memoriam prefati Rich[ardi] tredecim[c] scolaribus pauperioribus mandatum[d] per totam quadragesimam de communibus ministraretur prebendis, videlicet feria secunda, quarta et sexta; quorum pauperum qulibet lotis pedibus et manibus a sacerdote ebdomodario[e] interim, dum XV gradus leguntur, reciperet I panem et I allec, dimidium cifum vini et I hallensem. Ad panem vero statuerunt dari et computari IIII maldra[f] spelte et I maldrum siliginis. Quater igitur pistandum est; et qualibet vice prudens dispensator ordinabit, ut pistor de uno maldro spelte et duobus quartalibus siliginis coctet LXV panes. Est etiam notandum, quod, quandocumque occurrerit sterilitas vini, quod[g] illo tempore dabuntur II hallenses pro dimidio cifo vini. Insuper[h] in suo aniversario, quod V. Kal. Maii[i] cele- Apr. 27.
brandum est, I libra hallensium[k] inter presentes dari et dividi statuerunt.

12. Hiis itaque peractis prefatus H[einricus][2] decanus obiit. Cui dominus Cunradus de Heilprunn, frater matris mee, in decanatu successit, vir largus satis, prudens et strennuus et in Dei famulatu pervigil et assiduus; et hic procuravit, ut cappis[l] nigris induti[m] per adventum et septuagesimam ex precepto nostri[n] diocesani[3] tam canonici quam prebendarii et vicarii perpetuo ad chorum procedere deberent.

13. Huius etiam temporibus dominus Wecelo[4], prebendarius ad aram sancti Nicolai, vir honestus, in extremis[o] positus duas[p] prebendas duobus sacerdotibus de suis bonis constituit et ordinavit, quorum collationem capitulo reservavit sub eisdem constitutionibus, sub quibus precedentes prebende [ad[p] beatam virginem] sunt institute. Fecitque eis ordinem missarum, videlicet ut diebus dominicis dicerent missam de sancta trinitate, feria secunda pro defunctis, feria tercia . . . . . [q], feria quarta . . . . . [q], feria quinta de corpore Christi, feria sexta . . . . . [q], sabbato de beata virgine. Anno igitur Domini 1289. Iun. 5.
M°CCLXXX^mo^ nono Nonas Iunii[r] obdormivit in Domino[5], et sepultus est in claustro monasterii. In cuius aniversario I libra hallensium datur presentibus.

14. Hiis etiam temporibus[r] ob emendam cuiusdam militis Burcardi dicti Brendelin[6], interfecti a quodam Muthardo nomine, ad instituendum perpetuum sacerdotem ipse Muthardus, actor sceleris, huic dedit ecclesie L libras hallensium, quibus dominus Siboto, sacerdos plebanus de Inferiore Isensheim[s.7], addidit X libras, et comparata sunt a domino Diethero, preposito prefato, XXX maldra siliginis annui redditus, quos[t] ipse Dieterus, non ratione prepositure, tenuit in villa Sigelspach[8]. Visum est ergo canonicis expedire, ut predicto Sibotoni prefata prebendula offerretur, qui oblatam sibi suscepit et susceptam[u] satis copiose in redditibus aucmentavit.

15. Sed cum hec omnia temporibus piissimi regis Rudolfi acta sint, vellem, si scirem, aliquantula de ipso et actis eius posteris narrare. Hic namque Rudolfus post mortem Friderici[v] imperatoris scismatici et filios eius C[unradum] et H[einricum] reges exactos, cum inperium circiter annos XL vacarei[9], et tota terra destructa quasi nutando ruinam minaretur[10], anno Domini M°CC°LXX . . .[w] convenientibus principibus, ad quos 1273.

a) esse *corr.* essemus. b) *sexta manus pergit.* c) tre *certe legi nequit.* d) mandat *c.* e) *sic c.* f) mt' sp't *et sit semper haec verba scripta in c.* g) *sic iterum c.* h) Insuper — statuerunt *in marg. super. eadem manu suppl.* i) lb hll *semper c.; sequitur* p *erasum.* k) cappas nigras *eadem manu corr.* cappis nigris. l) *eadem manu supersor.* m) *post alio atram. del.* n) extrem^{is} *c.* o) duab *statim corr.* duas. p) ad b. virg. *posteriore manu in spatio vacuo rel. suppl.* q) *spatium vacuum relict. c.*; feria III^{a}, IIII^{a} et VI^{ta} ad placitum 2. r) *bis scr.* s) isensh', i *e corr. c.* t) *sequitur* pp *deletum.* u) *sequitur* plus circa centum(?) lb *deletum.* v) 2^{i} *manu recentiore supersor.* w) *numero supplendo spatium vacuum rel., in marg. multo post suppl.* IIII^{o}.

1) Triduo ergo post diem s. Marci, quo mortuus est; supra p. 667, l. 24. Cf. p. 671, n. 16. 2) De eo B. ipse nihil praefatus est. Ex additamento supra p. 668, n. * edito de Heinrico de Zimmern eum cogitasse patet. Qui quando mortuus sit, non constat. A. 1280. Ian. 18. postremo in cartis eius nomen adnotatur; cf. 'Archiv für Hess. Gesch.' III, p. 22 sq. 3) Cf. cartam Simonis episcopi Wormatiensis a. 1285. Sept. 25. datam; 'Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh.' XXI, p. 301. 4) De Gemmingen; cf. cartam capituli Wimpin. a. 1281. Ian. 29. datam; Baur l. l. I, p. 119. 5) Cf. Necr. Wimpin. f. 26b. 6) Qui in Necr. Wimpin. desideratur. 7) Unter-Eisisheim prope Wimpinam. 8) Siegelsbach in districtu Badensi 'Unterrheinkreis'. 9) Immo circiter annos 20 (a. 1254 — 1273). 10) Cf. supra p. 666, n. 1.

1273. Sept. 29. electio pertinebat, in Frankenfurt circa festum Michaelis[a] et ad electionem procedentibus, prout apostolicus Gregorius decimus ipsis dederat in mandatis, ex inspiratione, (Oct. 25). prout puto, divina in regem electus est[b] statimque Aquis coronatus est; susceptoque sceptro regni omnes possessiones imperii a tenentibus eas revocavit, quibusdam etiam reddere nolentibus et propria abstulit cum hiis que iniuste detinere conabatur[c]. Interea quia rex Boemie dictus Otaggerus cum[d] ocupasset[e] ducatum Austrie et quadam vana presumptione vellet tenere, de suis viribus et diviciis nimis confidens, predictus rex Rudolfus, vir valde bellicosus, strennuus et animosus, arridente sibi fortuna per omnia[f], f. 8ª. convocatis[g] principibus dixit publice intencionem suam esse fixam, se velle iturum contra 1276. regem Bohemie, precipiens singulis ac universis optimatibus, militibus, tribunis, centurionibus, vasallis, ac a regno Romano infeodatis, ut essent parati in prelium, exposcens a singulis civitatibus sagittarios et viros, quibus esset animus acer et fortis. Interea rex Bohemie cogitavit ipsum posse impedire, et data pecunia infinita quibusdam nobilibus terre istius, quorum primus fuit quasi dux, scilicet marchio de Baden[1], qui nactus oportunitatem agressus circa Neckarum civitates ipsas preliis quibus poterat lacessivit, incendit villas et vastavit. Quibus omnibus rex Rudolfus nichil motus ab incepto non destitit, sed collecto exercitu satis copioso iter arripuit et pertransiens Noricorum regionem circa litus Danubii descendit. Et qualia et quam magna in illis finibus perpetraverit, non est meum, quia nequeo, enarrare. Tandem quanta sagacitate et prudencia et strenuitate, que in eo tunc et semper resplenduerunt, opulentissimam civitatem Austrie Wiennam intravit[c] et subiectos cives et quosdam rebelles abegerit, quis enarrabit? Adhuc rege Bohemorum in sua pertinacia[h] persistente et interemtis hinc et inde in prelio multis et plurimis malis[i] commissis, tandem —

CONTINUATIO DYTHERI DE HELMESTAT.

16. Hic tedio dictandi affectus ille egregius Burkardus ultra describere cessavit. Nam circa conscripcionem bonorum huius ecclesie[2] ac edificacionem monasterii et curie prebendalis et torculariorum ac aliarum utilitatum ecclesie in tantum ocupabatur, ut deinceps huiusmodi describere non curaret. Hinc ego Dytherus de Helmestat, canonicus istius ecclesie, predicto Burkardo sciencia et describendi stilo multum dissimilis, ipsius vestigia tamquam magistri discipulus sequendo, in quantum parvitas ingenioli sufficit mei, inantea describere formidolose presumpsi.

17. In nomine Domini igitur incipio in verbo, quo ipse dimisit. Tandem ambo reges collectis exercitibus infinitis e castris, civitatibus et aliis municionibus animo confligendi egrediuntur in campum, ubi aciebus belli, ut moris est, strennue dispositis acriter concur- 1278. (Aug 26). runt. Utroque exercitu se viriliter defendente infiniti gladiis, pungionibus et sagittis occiduntur. Ipse quoque rex Bohemie in ipso conflictu ense occubuit; quo perempto totus exercitus una cum baronibus et ministerialibus regni Bohemie se in manus et potestatem invictissimi regis Rudolfi dederunt. Quos ipse beningne, ut semper solitus erat, suscipiens, filio regis occisi nomine Wentzelao regnum Bohemie concessit. Cui eciam unam de filiabus suis matrimonio coniunxit. Omnibusque felicissime ac mansuetissime in Bohemia pacifica- 1282. tis et dispositis Wiennam civitatem Austrie rediit, ibique dominum Alberhtum, filium suum, ducem Austrie et Stirie creavit[3], comitem quoque Emhardum de Tyrolis[k] ducatui Karintie

a) circa f. michaeł *supersc. eadem manu.* b) tus est *eadem manu in loco raso scr.* c) *sic c.* d) *sic c., sententia claudicante.* e) recupasset(?) *corr. eadem manu* ocupasset. f) *in ima marg. f. 7'. manu saec. XVIII. add.:* Finis Chronici Burckardi de Hallis. Quaedam hic deesse videntur, *duobus foliis, quae sequebantur, excisis. Sed erravit qui haec adnotavit, in f. 8. enim Dietherus finem libelli Burcardi, qui in folio exciso scriptus erat, rescripsit, unde folium illud delevit.* g) *in summa marg. f. 8. manu saec. XIV. scriptum:* Cronica de principibus; *in quo f. 8. alia manus saec. XIV. (Dytheri?) pergit.* h) pertinācia *c.* i) in alis *scriptum videtur in c.* k) tyrol' *c.*

1) Rudolfus I; cf. Stälin, 'Gesch. Württembergs' I, 2, p. 839. 2) A. 1295. tempore quadragesimali inceptam. Cf. procemium libri censualis, 'Quartalblätter des hist. Vereins für das Grossherzogtum Hessen' 1886, p. 141. 3) Immo Augustae, neque vero brevi post victoriam ab Ottokaro reportatam, sed demum a. 1282. Dec. 27. Ac ne tunc quidem Albertus solus investitus est, sed una cum fratre Rudolfo, qui a. 1283. Iun. 1. demum resignavit; Huber, 'Gesch. Oesterreichs' II, p. 6—8.

prefecit[1]; quos ducatus rex Bohemie Otacker predictus, quia heredibus carebant, vacante Romanorum imperio[a] sibi violenter usurparat. Ipse quoque rex Rudolfus filio[b] suo domino Alberto duci Austrie filiam Emhardi ducis Karintie[2] supradicti in matrimonium copulavit. Hiis rite et gloriosissime in Austria dispositis, Sweviam rediit ibique filium suum dominum Hartmudum[3] ducem constituit[4], quia duce tunc temporis Swevia carebat, eique sororem regis Bohemie in coniugem tradidit. De qua filium nomine Iohannes[5] suscepit. c. 6.

18. Itaque cum inclitus ille rex Rudolfus contra spem omnium emulorum suorum in tam brevi tempore in tantum prosperatus fuisset, occurrerunt ei omnes principes, duces, comites, barones tocius Alemanie ipsique tamquam regi et domino colla submittunt, quibus ille mittissime[c] resalutatis omnium peticiones clementissime admisit. Etcum haberet VI filias, omnes nuptui tradidit, unam[6] scilicet filio regis Sicilie et Apulie, alteram[6] regi Bohemie, terciam[7] Ludowico duci Bawarie, IIII.[8] Ottoni filio Heinrici ducis Bawarie, quintam[9] duci Saxonie, sextam duci de Luneburc[10], et sic in regno firmissime stabilitus pacem et tranquillitatem toti Alemanie tutissime reformavit.

19. Post hec cum maxima multitudine equitum et curruum Burgundiam perrexit et comitem eiusdem provincie[11], inter Gallie primates potentissimum, ad hoc coegit, ut in propria [persona[d]] Basileensem civitatem se intraturum coniuraret, inde numquam exiturus, nisi beningnissimi principis Rudolfi licencia requisita primitus et optenta. 1289.

20. Hiis[e] aliisque quam pluribus litibus diris et guerris maximis atque bellis superatis destructisque predonum multis municionibus et castris, ac pace et quiete toti regno Alemanie strennuissime reformatis, civitatem Spirensem adiit, ibique senio et labore confectus, receptis sacramentis ecclesie, absque gravi dolore felicem animam in manus angelorum, ipsam in conspectu Dei altissimi cum ymnis et canticis deducentibus[f], feliciter exalavit. Sepultusque est ibidem in sepulcro regum anno Domini MCCXCI. in die divisionis apostolorum, anno regni ipsius XVIII[g]. 1291. Iul. 15.

21. Post cuius obitum principes, in quibus ius elegendi[e] regem consistit, secundum[g] consuetudinem in die Philippi et Iacobi[12] in Vranckefurt convenerunt et dominum Adolfum, comitem de Nassawe, virum utique strennuum et illustrem, in regem unanimiter elegerunt. Quo coronato et in regno valide confirmato, ob invidiam, quam principes adversus dominum Albertum, filium quondam magnifici regis Rudolfi, ducem Austrie, habebant, ipse rex Adolfus predictum dominum Albertum de ducatibus, quos a rege in feodum habere debebat, non solum infeodare non curabat, sed et sibi eosdem ducatus auferre conabatur[13]. Quod ut predictus dux percepit, melius esse prevenire quam preveniri cogitans, amicicias principum, ducum, comitum et baronum tocius Alemanie prece et precio[14] conparavit et ad defendum se strennuissime preparavit. 1292. Maii 1.

22. Dum hec agerentur, obiit reverendus Conradus[15] decanus huius ecclesie, in cuius locum creatus est in decanum egregius ille[h] Burkardus, qui ante me hec describere incepit. Sub quo moriebatur quidam prebendarius huius ecclesie nomine Sibodo[16], qui de bonis 1296. (Febr. 14.) c. 8. 1298. (Sept. 29).

a) impo c. b) fil'o c. c) sic c. d) deest c.; suppl. Boehmer. e) sequitur ab in c. f) sic c. pro deducentium. g) secudū c. h) sequitur vox erasa.

1) Qui ab aliis scriptoribus aequalibus Meinhardus appellari solet. A. 1286. Febr. 1. demum Carinthiam accepit; Huber l. l. II, p. 7. 2) Elisabeth scilicet, quam tamen Albertus iam anno 1271. sibi desponsavit et paulo postquam pater rex electus est, uxorem duxit; Loserth, 'Allgem. deutsche Biogr.' VI, p. 8 sq. 3) De Hartmanno Dytherus cogitavit; cf. c. 28. Sed quidquid de eo profert, falsum est. Rudolfum, tertium Rudolfi regis filium, Agnetem filiam Ottokari in matrimonium duxisse et ex ea Iohannem genuisse constat. 4) Talia quidem rex animo concepit, sed nunquam ad finem perduxit; Stälin, 'Gesch. Württembergs' I, 2, p. 453 sq. 5) Clementiam. 6) Iuttam. 7) Mathildem. 8) Catherinam. 9) Agnetem. 10) Lauenburg et Lüneburg Dytherus confudit. Unde ex duce Alberto Saxoniae Lauenburgensi, qui Agnetem in matrimonium duxit, duo duces facti sunt, Ottone marchione Brandenburgensi, qui Hedewigem duxit, omisso. Neque vero filias regis secundum natum enumeravit; cf. Böhmer, Reg. Rud. p. 56. 11) Ottonem scilicet; cf. Böhmer l. l. nr. 992 sq. 12) Immo Maii 5. Demum Maii 2. principes ad electionem convenerant. 13) Errat D. A. 1292. Nov. Adolfus Albertum legitime investivit; Huber l. l. II, p. 47. 14) Cf. Horatii Epist. II, 2, 173: *nunc prece, nunc pretio.* 15) A. 1296. Febr. 14; cf. Necr. Wimpin. f. 17' c. 16) A. 1298. Sept. 29; sed iam Sept. 12. dies anniversarius eius celebratus est, *ne per occupationem vindemiarum impediatur*; cf. l. l. f. 32' c.

suis in tantum contulit ecclesie, ut mandatum tempore quadragesimali secundum institucionem venerabilis quondam Richardi decani reliquis tribus diebus pauperibus erogaretur scolaribus.

23. Hoc eciam tempore occisus[a] Wolfradus armiger de Helmestat, meus patruus, a quibusdam malefactoribus, qui in emendam ipsius redditus XVIII librarum hallensium sacerdoti perpetuo ad aram sancte Katherine virginis missam celebranti et lumen perpetuo ibidem concinnandum assignarunt.

1298. 24. Interim rumoribus crebrescentibus et ad aures illustris ducis sepius volantibus, quod rex Adolfus eum de ducatibus expellere niteretur, ipse collecta universa militia Austrie, Stirie et Karintie, in multitudine magna curruum et equitum terram suam egressus, transito Danubio venit ad litus Reni, castrametatus est iuxta civitatem dictam Brisach[1]. Cui rex Adolfus ibidem in alteram partem litoris Reni cum exercitu suo occurrit, sed[b] neuter ad alterum poterat pervenire[2]. Dum sic certatim utrumque litus occupant, dux Alberhtus receptis litteris Gerhardi archiepiscopi Moguntini[c] et aliorum fautorum suorum de[d] ad ipsos in Altzeiam civitatem[3] veniendi[d], assumsit secum episcopum Argentinensem[4] ceterosque barones Alsacie ac naves oneratas vino et blado, per terram et alveum Reni malis gratibus regis, civitatum ac aliorum fautorum suorum intrepidus usque in Altzeiam descendit. Ibi a predicto archiepiscopo et aliis adiutoribus suis benigne susceptus[e], ipsum super dolium[f] levantes in regem sublimarunt. Dum hec in Altzeia agerentur, rex Adolfus ducem insequi quantocius non cessabat[5], et eciam in villa dicta Epphenheim[6], sita prope Wormaciam, in ameno prato cum exercitu suo resedit, sperans se predictum ducem cum omnibus suis fautoribus absque sui exercitus periculo citissime superaturum; sed res aliter evenit. Nam cum rex in tanta spe consisteret, dimissis a se civibus multarum civitatum[7], cum reliquo exercitu sepe dictum ducem insequitur et in loco qui dicitur Hasenberg[8] iuxta cenobium sanctimonialium dictum Rosental anno Domini MCCXCVIII. in die Processi et Martiriani[g] cum ipso pungnaturus incaute congreditur. Itaque victoria hinc inde nutante rex Adolfus improvise occubuit. Quo conperto dominus Rudolfus, comes palatinus et dux Bawarie, gener predicti regis, una cum duce Ottone, patruo suo, cum multitudine magna militum et armigerorum de conflictu usque in Wormaciam cellerrime[d] fugierunt[h], reliquis comitibus et baronibus cum suis exercitibus adhuc viriliter pungnantibus[9]. Sed quia tot et tanti ab ipso conflictu confugerant, dux Alberhtus de victoria iam securus cum exercitu suo repungnantibus sibi acerrime restitit ac omnes eos citius quam sperari poterat pungnando vincens captivabat; quibus tamen se in hoc clementem more paterno exhibuit[e], ut nullum eorum vinculis includeret, sed omnes ad propria remeare permisit, quousque ipse eos, quemlibet specialiter[f], ut ad eum veniret, revocaret. Et sic in proposito suo nimis confortatus asumtis[d] secum archiepiscopo Moguntino et aliis adiutoribus et fautoribus Aquensem adiit civi-

Jul. 2.

*1.84.

1298. (Aug. 24). tatem et ibidem contra spem multorum in regem confirmatus est et coronatus.

25. Hiis ita gestis dominus meus Dytherus de Helmestat, huius[g] Wimpinensis [ecclesie[h]] archidiaconus, qui erat meus patruus, cum archidyaconatum suum XXVIII[10] annis et

1299. Febr. 24. amplius gubernasset laudabiliter, correptus febre[i] anno Domini M°CC°XC°IX°, in vigilia

a) *supple* est. b) ne *add., sed del.* c) moguntū *c.* d) *sic c.* e) exhibuit *corr.* exhibuit. f) *sequitur* a *del.* g) huis *c.* h) *deest c.* i) *sequuntur duae litterae erasae.*

1) Brisaci et in finibus Brisaci, quos rex tenuit, Albertus tunc non resedit. Sed per fines Friburgenses ab oppido Waldshut ad rivum Elz profectus est; cf. Ellenhardi Chron. a. 1298, SS. XVII, p. 136. 2) Immo in rivo Elz apud oppidum Kenzingen regem et ducem per 12 dies substitisse constat, donec dux per fines oppidi Rheinau Argentinam evaderet; cf. Ellenh. Chron. l. l.; Huber l. l. p. 59. 3) Non Alzeiam, sed Frankenfordiam Albertus a Gerhardo archiepiscopo invitatus erat. Alzeiae autem substitit, ut oppidum, quod comitis palatini erat, obsideret. Ibi ergo non electus est, sed tantum a tribus principibus electoribus qui electioni Moguntiae celebratae interfuerant, sacramentum fidelitatis accepit; Mücke, 'Albrecht I.' p. 94. 4) Conradum III. de Lichtenberg, qui tamen iam, antequam dux ad rivum Elz subsisteret, Friburgi cum ceteris baronibus Alsatiae ad eum se applicaverat; cf. Ellenh. Chron. l. l. 5) Immo tardius insecutus erat, ut electionem Moguntiae factam iam non impedire posset; cf. Huber l. l. II. p. 60. 6) Heppenheim. 7) Idem retulerunt Ann. Wormat. a. 1298, SS. XVII, p. 70. Falso Huber II, p. 60. regem adventum civium exspectare noluisse contendit; cf. Böhmer l. l. p. 192. et Mücke l. l. p. 82. 8) Quem Hasenbühel ceteri illius aetatis scriptores nominant; cf. Böhmer p. 192 sq. 9) Heidelbergae demum substiterunt; cf. Mücke l. l. p. 88. 10) Immo 21 annis; cf. supra p. 668, l. 29.

Mathie apostoli[1] in castro Helmestat[2] felicem exalavit animam. Qui cappellam sancte 1299. Febr. 24.
Katherine in ecclesia ista propriis sumptibus construxit. Et sacerdotem in ea perpetuo ministraturum instituit et eidem[a] in competentibus redditibus[b] providit[3]; tradidit eciam ecclesie isti LX libras hallensium ad ambonem et altare sancte Crucis sub ipso ambone construendos. Donavitque huic ecclesie III cum dimidio iugera vinearum sita in marcha ville Duttenburg[4], ita ut decanus et capitulum ecclesie Winpinensis XII urnas vini melioris, quod eis de decima in Maiori Gartach[5] provenerit, inter beneficiatos ecclesie, qui in quadragesima vesperis mortuorum et completorio intersunt, distribuant sine dolo. Preterea legavit ecclesie isti pratum situm in marcha ville Bagestat[6], cuius prati latitudo et longitudo continent[c] XII iugera, ita ut census, pro quo predictum pratum annuatim locari poterit, in aniversario suo presentibus in choro dividatur.

26. Post cuius obitum electus fuit in prepositum dominus H[einricus] de Duna[d 7], qui eciam erat prepositus maioris ecclesie Wormaciensis; quo archidiaconatum Winpinensem gubernante obiit ille gloriosus Burkardus decanus anno Domini M°CCC°8, quem nullus ante 1300. (Aug. 4).
vel post eum in utilitatibus ecclesie istius procurandis precelluit vel precellet. Testes sunt casule, libri et sedes chorales. Testes sunt curia prebendalis et torcularia in ea sita. Testes sunt recuperaciones, renovaciones ac descripciones omnium bonorum istius ecclesie et v. 9.
alia beneficia, que per eum dingnatus est Dominus operari, sicut usque in presentem diem hec omnia cerni poterunt in hac ecclesia fide oculata. Preterea construxit in hac ecclesia cappellam sancti Kyliani[9] suis sumptibus ac ipsam plenissime propriis sumptibus dotavit, ita ut duobus sacerdotibus in predicta cappella alternis septimanis missas celebrantibus in eisdem bonis in victualibus competenter sit provisum. Item emit a decano et capitulo huius ecclesie redditus XII maldra siliginis et XX solidos hallensium pro C libris hallensium peccunie numerate et solute, ita ut de predictis XII maldris siliginis II rappacia[10] quatuor scolaribus choro deservientibus cottidie distribuantur et XX solidi in aniversario ipsius presentibus chori dividantur.

27. Igitur cum serenissimus ille dominus et rex Alberhtus in tam brevi tempore tam 1300.
mangnifice sublimatus et prosperatus fuisset in rengno, incurrit invidiam principum, sicut fortunatis hominibus accidere solet[11]; quorum principum quatuor, videlicet tres archiepiscopi[12] et dominus Rudolfus dux Bawarie, filius sororis predicti regis[13], obligacionibus et coniuracionibus multis confederati contra regem se erexerunt[14]; quos omnes una estate[15] ita 1301.
potenter sibi subegit, ut de cetero contra eum mugire non auderent. Dehinc regem Bo- 1302.
hemie Wentzelaum agressus, qui aliquantulum supradictis principibus favebat, rengnum 1303.
devastabat, sed tamen nichil egregium ibidem peregit. Tandem rege Bohemie Wentzlao 1306. (Aug. 4).
predicto[16] sine filiis et heredibus decedente felicissimus rex Alberhtus dominum Rudolfum, filium suum, eidem rengno prefecit.

28. Post talia miranda et stupenda, que excellentissimus rex in multis provinciis perpetravit, ac pace et[e] quiete toti Alemanie instaurata, dum quasi iocando omnes provincias et 1309.
civitates tocius Germanie inermis transire proponeret[f], a duce Iohanne, filio fratris sui domini Hartmanni ducis Swevie, de quibus supra memoravi[17], in campo lato et spacioso,

a) *sequitur* 9 (con) *c.* b) *sequitur littera* p(?) *del.* c) contin̄ *c.* d) duus *scriptum videtur in c.* e) *sequitur* q *del.* f) *sequitur* a *del.*

1) Cf. Necr. Wimpin. f. 18'g. 2) Helmstadt in districtu Badensi 'Unterrheinkreis'. 3) A. 1296. Mart. 1. et Aug. 16; cf. cartas de hac donatione conscriptas; Baur l. l. I, p. 881. 4) Duttenberg. 5) Gross-Gartach oppidum Württembergense prope Heilbronn. 6) Babstatt prope Neckarbischofsheim. 7) Heinricus de Dhaun praefuit ecclesiae s. Petri ab a. 1299. Febr. — 1318. Ian. 5. quo die a Wormatiensibus episcopus electus est. 8) Aug. 4; cf. Necr. Wimpin. f. 30f. 9) Hodie iam non exstat; cf. von Lorent, 'Die Reichsstadt Wimpfen' p. 290. 10) De qua re D. cogitaverit, diiudicare vix ausim. Fortasse 'Rappe' vertendum erit, genus quoddam nummorum, Friburgae primitus, sed demum a. 1435. usitatum; cf. Schmeller, 'Bair. Wörterbuch' II, p. 128; Grimm, 'W.-B.' VIII, p. 116. {Aut mensurae vas aut panis speciem esse credo. H.-E.} 11) Cf. Huber l. l. II, p. 65 sq. 12) Moguntinensis Gerhardus II. de Eppenstein, Coloniensis Wicboldus de Holte, Treverensis Dietherus de Nassau. 13) Mathildis; v. supra c. 18. 14) A. 1300. Oct. 14. 15) Errat D. Comes palatinus a. 1301. mense Iulio se subiecit, archiepiscopus Moguntinensis a. 1302. mense Martio, Coloniensis mense Octobri, Treverensis mense Novembri; cf. Huber l. l. II, p. 67; Mücke, 'Albrecht' p. 110—118. 16) Immo eius filio Wenceslao III, qui a. 1306. Aug. 4. occisus est. 17) C. 17.

1308. (Maii 1). dum iuxta regem confabulando equitaret, inopinate confossus gladio occubuit; in quo loco eius nobilissima coniux regina cenobium sanctimonialium in memoriam ipsius construxit et eidem cenobio nomen Köngesvelt[1] inposuit.

1300. 29. Itaque post decessum honorabilis domini Burckardi decani dominus Geroldus de Hawenstein, vir iustus, pius, clemens et multum hospitalis, in decanum eligitur. Sub quo 1305. (Ian. 19). obiit Gerhardus[2] canonicus huius ecclesie, qui duas prebendas conpetentes duobus sacer- *f. 9v. dotibus in altari *sancte Crucis perpetuo ministraturis de bonis suis propriis instituit ac III libras hallensium in aniversario suo presentibus in choro perpetuo dividi procuravit.*

30. Romano igitur inperio serenissimi principis Alberhti regimine destituto, congregatis principibus die ad celebrandam electionem futuri regis prefixa, dominum Heinricum 1308. (Nov. 27). comitem de Lutzelnburg in regem unanimiter elegerunt. Qui statim post coronacionem suam omnes provincias et civitates tocius Alemanie peragravit, ac Spiram rediens filio suo 1310. (Aug. 31). domino Iohanni rengnum Bohemie, tunc herede carens, auctoritate inperiali concessit. Ipsique unam de filiabus Wentzelay quondam regis Bohemie in coniugem tradidit[3]. Sicque omnibus rite in Alemania dispositis ipse Alpes transiit et Mediolanum civitatem feliciter pervenit. Ubi confluentibus ad eum ducibus, comitibus et baronibus diversarum provinciarum et regionum mangnum exercitum collegit. Indeque progrediens Brixiam civitatem Lombardye fortissimam obsedit, in cuius obsedione[a] habuit occies centum milia armatorum, ut audivi, qui eo tempore ibidem sub ipso[a] militabant. Dumque ibidem moraretur, quot[b] et quanta egregia ac forcia facta peregerit et quot[c] civitates munitissimas ac castella forcia in dedicionem accepit[d], non est mee facultatis evolvere. Tandem civitate Brixiensi, 1311. (Sept. 24). quam obsederat, devicta muroque eius funditus diruto et vallo conplanato, Ianuensem civitatem Tussie[e] adiit, ibique aliquamdiu moratus, nobilissima ac devotissima eius inperatrix (Dec. 13). de hac luce migravit et ibidem gloriosissime et sumptuosissime tradita est sepulture. Post cuius decessum ipse Romam perrexit, ibique a duobus cardinalibus[4] missis a papa Clemente, 1312. (Iun. 29). qui eo tempore Avinionis morabatur, in imperatorem consecratus est et coronatus. Quibus sollempnissime peractis Pisam civitatem Tuscie peciit, ubi[5] infirmitate correptus morte 1313. (Aug. 24). obiit naturali et in eadem civitate honorifice, prout imperatorem decuit, est sepultus.

1314. Oct. 18. 31. Cuius morte conperta principes in die sancti[a] Luce ewangeliste[6] ad eligendum regem in Vranckenfurt[f], ut moris est, convenerunt. Quorum principum IIII, scilicet archi- *f. 9r. episcopi Moguntinensis[g,7] et Treverensis[8], rex Bohemie[9] et marchio de Brandenburg[10], dominum Ludewicum ducem Bawarie in regem elegerunt. Reliqui tres dominum Fridericum ducem Austrie elegerunt. Quorum regum exercitus qualiter ab invicem recesserint et quantam penuriam ac inopiam fame et frigore pertulerint, quomodo, ubi et quando ac 1322. per quos predicti electi confirmati et coronati fuerint, aut qualiter postea unus alterum Sept. 28. fere duodecim annis persecutus fuerit, et quomodo ultimo circa festum[h] sancti Michahelis conflixerint — in quo conflictu dominus Fridericus predictus captus fuit per dominum Ludowicum ac in vincula coniectus in castro dicto Truwesnit[11] duobus annis et amplius securissime est custoditus. Quam captivitatem fratres sui, videlicet dominus Liupoldus[i] dux Swevie[12], dominus Heinricus, dominus Albertus et dominus Otto, duces Austrie et Stirie, parvipendentes et quasi vilipendentes tot et tanta mala per incendia villarum, strages hominum, sediciones civitatum et castrorum fere toti Alemanie intulerunt, quod arbitror pergamenum deficere ad capiendum, pennas et incaustum non sufficere ad scribendum. Unde 1325. hiis, et qualiter predictus dominus Fridericus a vinculis solutus fuerit, et qualis amicicia

*) 2 *in marg. inf. add.:* una prebenda ad Sanctam Crucem; item dominus Rabeno decanus, qui de propriis bonis suis constituit fieri prebendam sacerdoti ad altare sancte Crucis. Idem instituit III libras in refusione presenciarum.

a) *sic c.* b) Q *c.* c) q. (quod) *c.* d) *sic h. l. c.* e) sancte *c.* f) vrackenfurt *c.* g) moguntes *c.* h) *bis scr., alterum expunct.* i) lupoldus, i *superscr. c.*

1) Königsfelden. 2) A. 1305. Ian. 19; Necr. Wimpin. f. 15c. 3) Elisabeth. 4) Immo a tribus; videlicet Arnaldo episcopo Sabinensi, Nicolao episcopo Ostiensi, Luca cardinali diacono S. Mariae in Via Lata; Dönniges, Acta Henrici VII. II, p. 68. 5) Immo in castro Buon-convento, Pisae sepultus est, unde error. 6) Immo crastino s. Lucae (Oct. 19) et Oct. 20; cf. Huber II, p. 116. 7) Petrus de Aichspalt. 8) Balduinus de Lützelburg. 9) Iohannes. 10) Waldemarus. 11) Traunsitz. 12) Praeter Dytherum nemo Liupoldum Sueviae ducem appellavit; cf. Stälin, 'Gesch. Württ.' II, p. 2.

seu concordia inter ipsum et magnificum regem Ludewicum exstitit ordinata, relictis, 1325.
regredior[a] ad ea, ad que conscribenda egregius ille Burckardus intencionem suam descri-
benda[b] fundaverat, scilicet ut, sub quibus regibus, quo tempore et per quos cultus divinus
in hac ecclesia augeretur, ad perpetuam rei memoriam describeretur.

32. Tercio itaque predictorum regum eleccionis anno obiit sincerissimus, piissimus ac 1316.
hospitalissimus dominus Geroldus de Hawenstein decanus[1], qui prebendam in hac ecclesia
sacerdoti perpetuo deserviendam instituit, quam hospicio optimo prope ecclesiam sito in
Massenbach duabus curiis cum earum pertinenciis, agris, pratis et censibus, in Maiori Gar-
tach XX iugeribus optimarum vinearum, in civitate Winpinensi et marchia eiusdem censi-
bus et IX iugeribus agri peroptimi largissime dotavit, et in aniversario ipsius quatuor libras
hallensium presentibus in choro dividi constituit; in cuius locum 'electus fuit Heinricus 1.94.
dictus de Grünbüch[2], vir castus, iustus et rectus.

33. Post cuius obitum[3] Rembodo de Nyperg[4], vir clarus genere, ordinatus fuit in de-
canum. Sub quo Conradus dictus Zophritter, prebendarius huius ecclesie, obiit[5], qui qua-
tuor cum dimidio iugera vinearum sita in marchia ville Eberstat[6] legavit ecclesie, ut de
vino, quod de eisdem vineis provenire poterit, mandatum in cena Domini quolibet anno
cum ea sollempnitate, qua nunc peragitur, in hac ecclesia celebretur, videlicet ut decanus
cum omnibus canonicis et prebendariis ecclesie in domum capitularem in cena Domini
post prandium conveniant audituri sermonem ipsi festo convenientem, et interim, dum sermo
legitur, decanus vel senior . . . . . [c] in ingressu ecclesie omnibus canonicis et prebendariis
manus et pedes abluat et confectiones specierum et vinum ad potandum cum omni devo-
tione et graciarum accione[d], prout est institutum, administret. Que sollempnitas et mini-
stracio ante institucionem predicti Conradi Zophritter numquam in hac ecclesia fuerant
celebrate. Item idem C[onradus] tradidit ecclesie II cum dimidio iugera vinearum sita in
marchia ville Kochendorf[7], ita ut, postquam duodecim urne vini, que in quadragesima in
vesperis mortuorum et completorio presentibus in choro existentibus dividi solent, defece-
rint, extunc vinum, quod in eisdem vineis excreverit, predictis presentibus in choro existen-
tibus mensura equali dividatur. Preterea legavit alia quedam bona, de quibus unam libram
hallensium in aniversario suo presentibus chori dividi constituit, prout hec omnia in in-
strumento desuper confecto plenius sunt conscripta. Hic sisto ratem[e].

34. Sed[f] quia torrens modicum intumuit, ideo puppi ad navigandum ulterius remos
inposui. Postquam vero dominus Rembodo de Niperg ecclesiam istam satis honeste aliquod[g]
annis rexisset, correptus caligine oculorum decanatum resignavit[8]. Post quem dominus
Petrus de Muer[9] in decanum non dicam[h] electus, sed magis est etractus[i]. Qui post obitum 1325?
illustris viri domini Engelhardi de Winsperg[10] in prepositum huius ecclesie est electus[k].

*) 2 *add.*: qui ad decorem huius templi construxit capellam paradysi et ad ampliandum cultum divinum instituit in eadem cappella sacerdotalem prebendam ad aram sancti Eucharii. Et pre-
bendam Conradi Keller ampliavit, centum libras hallensium dando pro redditibus emendis. Item ad domum eiusdem Conradi contulit V libras. Item dedit ad presencias redditus X florenorum, quos emit pro centum florenis. Item ecclesiam absolvit a redditibus V florenorum, in quibus ipsa sibi fuit obnoxia, et duos calices ad ornatum ecclesie huius fecit fabricari.

a) *novam lineam scriba hic incepit.* b) *delendum iam conscribenda se scripsisse Dyth. obitus est.* c) *vox erasa; sacer-
dos Roth coniecit.* d) *sequitur* ad *expunct.* e) Hic — ratem *maioribus litteris scripta.* f) *eadem manus alio atram. pergit.* g) *sic* (aliq) *c.* h) *correxi H.-E.;* d . . . . . *loco raso manu saec. XVI. inscriptum* (d)ei causa *a quodam male opinato* dicā *falso scriptum esse pro* di ce *H.-E.* i) *sic c.*

1) A. 1316. Dies non constat. In necrologio f. 32 f. enim et Sept. 8. et f. 33 f. Sept. 23. eius dies anniversarius adnotatus est. 2) Grombach prope Sinsheim. 3) De eo solus dies obitus Febr. 4. traditus est in Necr. Wimpin. f. 46' g. Quodsi in epitaphio quodam vetere adhuc in ecclesia s. Petri Wimpinensi extante legitur: *Henricus de Grumbuch decanus huius ecclesiae* 1315. *in die s. Blasii* (von Lorent l. l. p. 291), casu quodam numerum MCCCXV. corruptum esse apparet; II. vel III. addendum esse conicio. Heinricus cum Geroldo successerit, post eum mortuus est. Ergo aut a. 1317. aut 1318. aut 1319. obiit. 4) Neipperg. 5) Nihil de eo nisi dies obitus (Dec. 14) constat; cf. Necr. Wimpin. f. 39c. 6) Eberstatt. 7) Kochendorf ad fl. Kocher prope Wimpinam. 8) Quando resignaverit, non constat. Cum vero iam in carta a. 1325. Ian. 26. scripta ('Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh.' V, p. 303) *Petrus de Muro* decanus appelletur, fere a. 1324. exeunte cum officio se abdicasse conicio. 9) Mauer. Idem Petrus eadem aetate canonicatu maioris ecclesiae Spirensis fungebatur; 'Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh.' XXVI, p. 440. 10) A. 1325. Ian. 28. postremo in cartis nominatur, Aug. 31. eiusdem anni iam Petrus de Mauer praeposituram tenuit; cf. cartas his diebus datas in 'Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh.' XV, p. 304.

*f. 10ᵛ. Cui dominus Gerlacus de Bettingen[1], vir largus, beningnus[a] *et hospitalitati inserviens, in decanatu successit; sub cuius regimine Elizabet virgo et conversa, dicta de Hawenstein, II iugera cum dimidio vinearum sita in marchia ville Northein[2] in loco qui dicitur Schecherhusen[3] et II iugera agri campestris speltifera, sita in marchia Offenhein[4] sub vineis dictis Hawsteige, ab omni exaccioni[b] libera et censu, huic ecclesie legavit, ita ut, si fieri posset, prebendula aliqualis ex hiis institueretur. Cuius devocionem ac sanctam intencionem dominus Ditzo de Steinfurt[5], prebendarius huius ecclesie, frater predicte Elizabet, animadvertens, VI iugera agri campestris speltifera, sita in terminis et marchia ville Steinfurt in loco qui dicitur uf dem Hage, et I iuger cum quarta parte iugeris prati siti in territorio vallis Winpinensis in loco [qui[c]] dicitur der Hat, ab omni censu et exaccione libera, supradictis vineis et agris superaddidit, suplicans decano et capitulo, ut predictos agros, vineas et prata in suam communitatem reciperent et ex eis prebendulam in ecclesia Winpinensi institui permittere dignarentur, et ipsi Dyetzoni eandem prebendulam, quamdiu viveret, conferre liceret infra I mensem a tempore vacacionis actum sacerdoti, qui septimanatim quatuor missas in remedium animarum ipsorum duorum parentum ac omnium benefactorum suorum in altari summo ante primam celebraret, et post mortem ipsius Dyetzonis[6] collacio predicte prebendule ad decanum et capitulum ecclesie predicte sub condicionibus prescriptis pleno iure pertineret. Cuius precibus decanus et capitulum benivole annuentes de predictis bonis prebendulam institui permiserunt, ipsam prebendulam ac sacerdotem in ea institutum in suam communitatem et tuicionem beningnissime susceperunt.

CONTINUATIO CONRADI LINK.

Cod. 2.

1357. f. 368. Item anno Domini M°CCCLVII. obiit Burckardus dictus Erthrich, prebendarius ad aram sancte Crucis, qui de propriis bonis suis instituit fieri prebendam sacerdoti ad aram Trium Regum in paradyso. Insuper in suo anniversario legavit libram hallensium presentibus in choro.

1340. Item anno Domini M°CCC°XL°. Dietherus de Yseßhein prebendarius ad Sanctum Nicolaum, qui de propriis bonis suis instituit fieri prebendam sacerdoti ad altare sancti Nycolai. Idem instituit III libras in refusione presenciarum. Idem legavit libram hallensium presentibus in choro.

Item magister Marcius, scolasticus[d] Sancti Germani Spirensis, olim noster concanonicus, qui dedit VI libras hallensium ad manus in subsidium presenciarum. Et instituit missam perpetuam in ecclesia ad beatam virginem[7].

EXPLICIT.

Item dominus Wolffframus dictus Schad instituit duas prebendas, unam ad Sanctum Iohannem IIII librarum[e] pro refusione. Et aliam ad Sanctum Michahelem eciam IIII librarum[e] pro refusione presenciarum.

Item dominus Bertholdus de Grünbûch instituit unam prebendam ad Sanctum Kylianum IX librarum[e] pro refusione presenciarum.

*f. 368ᵛ. 1378. Iul. 27. *Item anno Domini M°CCC°LXXVIII°. die XXVII. Iulii conbusta fuit civitas vallis Wimpinensis per Ulricum de Wirtenberg comitem[8].

a) *hic desinit quarta col. f.* 9. *In folio* 10. *scripta est manu saec. XIV. carta Gerlaci electi et confirmati episcopi Wormatiensis* (1329—1332) *ecclesiae Wimpinensi data* 1331. *Febr.* 3. *Post hanc in quarta col. f.* 10. *eadem manu iterum alio atramento usa ea quae sequuntur scripta sunt, cruce in imo f.* 9. *et hoc loco posita cum nota vide hoc signum. Abhinc desunt lineae.* b) *sic c.* c) *deest c.* d) scolaris *(minio del.)* Scol. e) lib *c.*

1) Böttingen. 2) Nordheim ad fl. Neckar. 3) Schächerhausen prope Nordheim hodie iam non exstat; cf. 'Das Königreich Württemberg, herausg. vom königl. württ. statistischen Landesamt' p. 111. 4) Offenau prope Wimpinam. 5) Steinsfurt prope Sinsheim. 6) Obiit a. 1369. Mai 10; cf. Necr. Wimpin. *f.* 24 d. 7) Non dubito, quin Conradus Link exemplar suum non ex ipso codice autographo, sed ex apographo eius additamentis his aucto, post a. 1357. facto, transcripserit. Sequentia demum ipsius Conradi videntur esse. H.–K. 8) Cf. Stälin l. l. I, 2, p. 554.

Item anno Domini M°CCC°LXXXVIII°. in vigilia sancti Bartholomei apostoli, que illo anno fuit dies dominica et XXIII. dies Augusti, fuit bellum magnum inter civitatenses regni Romani et dominos principes, qui prevaluerunt[1]. 1388. Aug. 23.

Item anno Domini M°CCCLXXXXI°. de mense Iunii incepta fuit guerra et controversia inter dominos ecclesie vallis Wimppinensis ex una et cives, communitates montis, vallis Wimppinensis ex altera, et proceditur in causa spirituali coram delegato, videlicet delegato decano ecclesie sancti Gingolfi Maguntinensis. Concordati anno M°CCC°LXXXXVIII°. 1391. 1398.

Item anno Domini M° quadringentesimo electus Rupertus senior dux Heidelbergensis in regem Romanorum. Et de mense Septembris eiusdem anni cum suo exercitu circumdedit civitatem Franckfordiam, et in eodem mense degradatus Wenczeslaus rex Boemorum et Romanorum. 1400.

APPENDIX.

Versus de cronica Wympinensi *prima manu cronicae Burcardianae f. 13'. codicis Darmstatensis autographi scripti sunt et tres versus de fundatore, renovatore, gregatore ecclesiae Wimpinensis in margine f. 4. eiusdem codicis. Hos Conradus Link descripsit f. 367. cod. Stuttgartensis, qui epitaphium Richardi decani nescio unde descriptum adiecit. Glossas ad nr. II. additas, quae nihil ad rem facere viderentur, omnes omisimus.* H. B.

I.

VERSUS DE CRONICA WYMPINENSI[a].

Urbis erat nomen huius Cornelia quondam,
Nomine mutato que nunc Winpina[b] vocatur.
Istud ab eventu nomen traxisse refertur.
Huni namque suis egressi finibus urbem
Hanc destruxerunt, in ea maribusque peremptis
Mammas succidunt mulieribus; incipit inde
Extunc iste locus primum Winpina[b] vocari,
Wibpin Teutonice, mulierum pena Latine.

II.

Crudolf fundator templi, Richart renovator
Huius et auctator rerum, Burckartque gregator,
Unus, trine sator, tribus his sis patrocinator!

III.

[c]Mors tua mors miseris, reor, est et thema doloris, [c]f. 369.
Quis[e], pater alme, seris vivens victum famis[d] horis.
Richart tis[e], [Petre[f]], finxit primaria petre[g],
Claviger o Petre, fac, ut ille quiescat in ethre[h]!
Primus basilicam fundavit, Petre, tibi, quam
Largus dotavit, multis[i] sacris decoravit.
Fabrica lubrica, diruta, ceca, magistro
Stat patre nudula, nunc opis indiga, cassa[k] registro.
Virgo puerpera, fac[l] sua libera gesta reatu,
Hunc super ethera, sancta puerpera, tolle precatu!

a) *inscript. manu saec. XIV;* Versus *Link.* b) Wippina *Link.* c) *gl.* i. e. quibus. d) sanus *allo atram. supersc.* famis. e) *gl.* i. e. tui. f) *supplevi H.-E.* g) *gl.* i. e. lapis. h) *emendavi H.-E.;* requiescat in ethere *c.* i) A multis *c., ubi versus 5 et 6. in tres versus male dicisi sunt.* k) *gl.* i. e. vacua. l) *bis scr., alterum minio del.*

1) De hac pugna Döffingensi cf. Stälin l. l. p. 565—567.

CRONICA DOMUS SARENSIS AUCT. HEINRICO DE HEIMBURG.

ED. IULIUS DIETERICH.

Annalium vetustiorum chronicorumque Moraviae[1] *et Bohemiae*[2] *maximam partem deperditam dolemus. Gratissimo ergo casu accidit, quod ante annos fere quadraginta unicum exemplar carminis diu absconditi, quod inscribitur* Cronica domus Sarensis, *in lucem prolatum et armariis bibliothecae regiae universitatis Vratislaviensis insertum sit. Quo carmine primordia monasterii ordinis Cisterciensis Sar*[3]*, in confinio Moraviae et Bohemiae ad ripam Sazawae fluminis siti*[4]*, fundatorumque eius, dominorum de Polna et de Obrany res gestae describuntur. Genealogia brevis illorum de Obrany ab alio, ut videtur, auctore congesta carmini postea annexa est.*

Et primus quidem sedulus rerum Silesiacarum et Bohemicarum indagator Richardus Roepell b. m. hanc cronicam cum genealogia fundatorum edidit atque uberrimis emendationibus et adnotationibus instruxit illustravitque[5]*. Quam editionem cum V. Cl. Iosephus Emler paucis mutatis in secundo tomo Fontium rerum Bohemicarum*[6] *repeteret, Cronicam domus Sarensis ab Heinrico de Heimburg presbytero, quem Annales a Georgio H. Pertz b. m. SS. XVII, p. 711 sqq. editos conscripsisse constat, compositam esse accuratissime demonstravit*[7]*; neque omnino est, cur hoc in dubium vocemus*[8].

Vitam igitur Heinrici et ex annalibus et ex carmine, quo saepius sui mentionem fecit, colligere licebit[9]*. Qui haud dubie natione Germanus erat*[10]*, in oppido Heimburg Austriae inferioris, ad ripam Danubii fluminis sito, natus a.* 1242, *id quod et in Annalibus*[11] *et in carmine*[12] *testatus est. Unde pater eius Ekwardus lapicida*[13] *a.* 1257. *in Moraviam, a Boscone de Obrany*[14]*, ni fallor, vocatus, transmigravit*[15] *ibique in construendo* capitello *monasterii Sarensis novissime fundati operam navavit*[16]*. Duobus annis post (a.* 1259) *filius Ekwardi Heinricus adolescentulus ordini Cisterciensium in Sar coenobio ad-*

1) Velut annales Hradistenses vel chronicon Trebicense; de quibus cf. Beda Dudik, 'Mährens allgemeine Geschichte' VIII, p. 5. 2) Velut fontes chronicae Cosmae annaliumque Pragensium. 3) Hodie Saar, Bohemice Zdiar. 4) Cf. v. 368 sq.: *In medio ipsis, ubi conveniunt sibi terre, Arta Moravia, lata Bohemia.* 5) 'Chronica domus Sarensis. Aus der Handschrift herausgeg. und erläutert'. Vratislaviae 1854. 6) P. 517 sqq. 7) Cf. Emleri praefationem l. c. p. 519. et subtilem eiusdem dissertationem in 'SB. d. kgl. böhm. Gesellschaft' 1878. p. 340 sqq. 8) Velut Ottocarus Lorenz in 'DGQ.' ed. 3. I. p. 292, n. 3. 9) Cf. etiam ea, quae G. H. Pertz de Heinrici annalibus praefatus est, SS. XVII, p. 711 sq. 10) Quod voces Teutonicae carmini complurib. locis insertae certo demonstrant. [Ubi vero eum etiam linguam Slavicam scivisse patet. H.-E.]. 11) A. 1242. 12) V. 35 sq. 1088 sq. 13) Ibid. v. 601 sq. 1093 sq. Ottocarus Lorenz l. c. voce *lapicida* ('Steinmetz') nomen proprium significari opinatus est. 14) Qui a. 1252. cum fratribus Smilone et Chunone Heimburgi moratus est; cf. Cod. dipl. Morav. III. p. 148. 15) Cron. v. 1105. 16) V. 595 sq. 1093 sq.

dictus[1] *et paulo post Winrico abbati* servitor *allatus est*[2]. *Quadriennio in hoc munere peracto, Heinricus viginti annos natus (a.* 1263*) subdiaconus*[3] *et paucis annis post auspiciis Iohannis episcopi Pragensis, in cuius dioecesi monasterium Sarense situm fuisse affirmat*[4], *diaconus ordinatus est*[5]. *Sed a.* 1268. *iuvenis mundi desiderio illectus cum monachis aliis pluribus ex monasterio suo,* loco horrido et male culto[6], *ut ait, fuga elapsus monachicam vestem saecularis clerici habitu mutavit*[7]. *Undecim annis post (a.* 1279*) cum quibusdam aliis a Petro episcopo Pataviensi apud S. Hippolytum*[8] *ad gradum sacerdotii promotus*[9] *et paulo post ecclesiae S. Stephani Gmundensi*[10] *presbyter praepositus est*[11].

Attamen voti prioris minime oblitus et fratrum suorum iam diu defunctorum[12], *qui eum docuerant*[13], *atque monasticae vitae pie recordatus*[14], *denique senex conscientiae angore stimulatus, vergente saeculo XIII. sub Arnoldo abbate, qui a.* 1294. *coenobii regimen subierat, sexagenarius fere et, ut ipse testatur*[15], *senio confectus in monasterium Sarense quasi* matris ad alvum *reversus est*[16]. *Quo cum rediret, quod immitius, bonis suis sibi non redditis, ipse tractatus sit, conqueritur*[17].

Reliquum vitae tempus senex in artificiis litterarumque studiis exegit. Paternae, ut videtur, artis heres sedilia chori monasterii Sarensis manuum suarum opera exornavit[18] *et animo ad historiam scribendam applicato in Cronica nostra, quam a.* 1300. *se et inchoasse et consummasse affirmat*[19], *et in Annalibus conscribendis, quos eodem fere tempore eum litteris mandasse conici potest, qui a.* 1300. *desinant, otium contrivit. Equidem, cum carmen parum limaverit, Heinricum paulo post a.* 1300. *de hac vita decessisse coniecerim.*

Pari autem modestia, atque de scalpri sui et penicilli artificiis cogitabat[20], *de ingenii sui operibus iudicavit*[21]. *Et profecto carmen nostrum rude atque impolitum invita Minerva compositum est. Nec mirum, cum Heinricus profiteatur se parum litteratum parumque artibus liberalibus imbutum fuisse*[22]. *Versus eius, cum parum Heinricus leges artis metricae et prosodicae curaverit, multi claudicant, quorum in aliis syllabae abundant, in aliis desunt. Quibus ne nimia medela adhiberetur, cavendum fuit, quamvis librarium nonnulla corrupisse constaret. Medias interdum extremasque versuum syllabas more saeculo suo consueto consonantes fecit, delectatus etiam quandoque annominationibus atque insulso tinnitu verborum. In ultima libri parte carminis versus saepius oratione soluta excipiuntur, brevibus videlicet notulis de hominibus mortuis aliisque rebus gestis insertis, quae haud facile versibus includi potuissent.*

Verba sua vera, fide quoque digna *esse Heinricus gloriatur*[23]. *Et fuit vir haud dubie integer et fide dignus. Primordia monasterii sui resque gestas fundatorum eius sive testis oculatus sive gravissimorum auctorum*[24] — *monachos*

1) V. 37. 602. 620 sqq. 1105. 2) V. 695: *Ipsius servitor eram, puto, quatuor annis.* 3) V. 714 sq. 4) V. 371: *Ad ius Pragense claustrum sed pertinet illud.* 5) Ann. a. 1278. 6) V. 980. 7) Cron. v. 519 sq. 982 sqq. 1106: *Sed sub Winrici sexto sum mortuus anno.* 8) St. Poelten. 9) Ann. a. 1279. 10) Gmünd (circ. Waidhofen). 11) Ann. adnotavit. 12) Cron. v. 625 sq. 636 sq. 1111 sq. 13) V. 625 sqq. 14) V. 985 sq. 15) V. 635: *Debilis atque senex ad terram terra redibo;* v. 996 sq. 16) V. 53. 521 sqq. 982 sqq. 1105 sqq. 17) V. 1117 sqq. 18) V. 44 sq. 1095 sq. 19) V. 31 sqq. 1084 sqq., ubi extremum caput a. 1300. se scripsisse dicit. 20) Cf. v. 1097: *Sum sculptor modicus, modicum quia sculpere novi;* v. 54 sq.: *Ergo sum dictus indignus postea sculptor, Indignus dico, quoniam non sum generalis.* 21) Cf. v. 7 sqq.: *Hinc rogo te, lector, non inspice simplicitatem Metri, sed sensus adiendas integritatem: Quamvis sit stilus simplex et rudibus aptus, Sunt tamen hec verba mea vera, fide quoque digna.* 22) Horatii carmina eum legisse versu 882. demonstrari mihi videtur. Praeterea v. 1030. sanctum Bernhardum laudavit. 23) Vide n. 21. 24) V. 1082 sq.: *Quedam conspexi, quedam mihi sunt recitata, Que non aspexi, dum non vicinus adessem.*

dico Sarenses dominosque et dominas de Obrany prope monasterium Sar degentes — fida relatione edoctus memoriae tradidit. Res quoque in regno Bohemiae marchionatuque Moraviae gestas, quas in annalibus fusius tractavit, leviter interdum attigit. Mortem Ottocari II. regis Bohemorum calamitatemque patriae inde secutam et in Annalibus et in Cronica[1] *gravissime conquestus est.*

Heinricus carmen suum ultimo fundationis heredi[2], *advocato videlicet sive patrono monasterii Sarensis, Zmiloni II. de Obrany, qui, ut supra commemoravimus, ultimus stirpis fundatorum heres erat, dedicavit*[3].

Cronicae domus Sarensis unicus exstat

codex bibliothecae regiae universitatis Vratislaviensis, non signatus, membraneus 8^{0} *minoris formae* (11,7 × 8,5 *cm.), quem a.* 1853. *nescio unde emptum esse Richardus Roepell in editionis suae prooemio*[4] *prodidit, tegumentis ligneis et corio inductis ferreisque laminis et fibula decoratis conglutinatus, qui olim foliis* 80 *constabat, quorum primum numero caret, sequentia usque ad f.* 71. *numeris signata sunt, ultima vero octo excisa sunt.*

Totus autem codex una manu saeculi XIV. satis eleganter, sed neglegentius et mendosius scriptus est[5]. *Librarii nomen Iohannis de Augusta carmini (f.* 67′*) subsignatum est. Altera manus paulo, ut videtur, recentior subfusco atramento menda librarii ex parte correxit. Lemmata et marginalia manu prima minio scripta, versuum litterae initiales eodem colore illuminatae sunt. Paginae denique inscriptae* (6 × 4,5 *cm.) senis denis lineis stilo ductis distinctae sunt*[6].

In primo codicis folio nil nisis titulus Cronica domus Sarensis *et nomen cuiusdam Friderici Schmit leguntur, quem quondam librum nostrum possedisse patet. In secundo folio, numero* 1 *signato, carmen incipit indeque usque ad f.* 67′. *uno quasi ductu deducitur. In paginis* 68. *et* 68′. *sequuntur notitiae in multis libris descriptae, quibus initia ordinum ecclesiasticorum adnotata sunt. Genealogia fundatorum eadem manu scripta foliis* 68′—71′. *continetur. Quam ex iis quae in Cronica leguntur non multo post a.* 1312. *compositam esse R. Roepell demonstravit*[7]. *Qua de re Heinrico de Heimburg minime eam addicendam esse iure, ut reor, censuit. Nescio, an librarius Iohannes de Augusta Genealogiam fundatorum ex Cronica collegerit.*

Alterum huius genealogiae exemplar admodum mutatum atque depravatum et continuatione spuria usque ad a. 1511. *auctum in bibliotheca regia Holmensi exstat, quod Olavi Celse*[8], *Ottonis Steinbach de Kranichstein*[9], *Bedae Dudik*[10] *editionibus usus ultimus Iosephus Emler*[11] *edidit. Quod anno demum* 1505. *vel postea a falsario quodam, qui gentem illorum de Podiebrad, ad summum fortunae culmen tunc nuper promotam, genti dominorum de Obrany et antiquitate et nobilitate et divitiis celeberrimae, iam a.* 1312. *extinctae, ficte et fallaciter connectere conatus esset, confictum esse V. Cl. Beda Dudik rectissime contendit*[12]. *Quae cum ita sint, exemplum illud Holmense spurium et nullius prorsus pretii praetermittendum esse duximus.* *I. R. Dieterich.*

1) V. 879 sqq. 2) Cf. Genealogiae fundatorum extrema. 3) V. 1071 sqq. 4) L. c. p. 1. 5) Scriba praepositiones saepissime falso a verbis seiunxit vel cum aliis falso coniunxit, ut scriberet *in spico, in tegritatem, in sinuaci, ad huc* et *dereliquo, declaustro* etc. 6) Quem codicem exscripsit O. Holder-Egger, ipse quoque inspexi. 7) L. c. p. 3. 8) Bibliothecae regiae Stockholm. historia. Holmiae 1751. 9) 'Diplomat. Sammlung histor. Merkwürdigkeiten aus dem Archiv von Saar' (Pragae 1783) II, p. 1 sq. 10) 'Forschungen in Schweden für Mährens Gesch.' (Brunae 1852) p. 381 sq.; cf. ib. p. 143 sq. 11) Fontes rer. Bohem. II, p. 550 sq. 12) L. c. p. 143.

CRONICA DOMUS SARENSIS.

1.[a] De fundacione domus eclesie Sarensis et cetera.

Anno, quo Dominus est incarnatus, in ipso
Milleno nec non ducenteno[b] subeunte
Heinrici modici modicus fit prologus iste
1200.[c] Ad monachos in Sar maiores atque minores,
*Ad iuvenes et grandevos, pueros et adultos, *f. 1.
Quomodo fundatus inprimis sit locus iste.
Hinc rogo te, lector, non inspice simplicitatem
Metri, sed sensus adtendas integritatem:
Quamvis sit stilus simplex et rudibus aptus,
Sunt tamen hec verba mea vera, fide quoque digna.
Nunc vobis scribo, presentibus atque futuris,
Qui fratres estis eritisque perhenniter istic.
Omnes prelatos hic in Sar scribere[d] conor,
Ecclesiam qui rexerunt *hanc atque fuerunt *f. 2.
Hic provisores, abbates sive priores;
Qualiter electus fuit iste vel ille vel unde,
Que sub temporibus ipsorum contigerintque[e];
Quomodo sit domus hec fundata, per omnia dicam
Et fundatores, tam natos quam genitores[f],
Qui fundaverunt hanc et nobis tribuerunt
Predia larga satis — hos salvet fons pietatis! —,
Omnes narrabo cum fundatricibus usque
Tempus ad Arnoldi[1], qui post decimum fuit abbas;
Tempore *sub cuius hec omnia facta notavi *f. 2.
Atque meis scriptis, ut cernitis, insinuavi,
Ac fundatoris[g] Zmilonis[2] tempore nostri.
Sit licet ille puer et adhuc puerilibus annis,
Est tamen acceptus regi[3] claustroque fidelis.
Sic est Heinricus dydasculus ac pedagogus
Ipsius pueri, cuius pater ipse Gerhardus[4].
Sub patre predicto[h] presencia carmina scripsi,
Ipsius abbatis cum sextus iam foret annus, 1300.
Et sexti regis[6] cum sedecimus foret annus,
*Post positamque domum fuit annus XL et octo, *f. 3.
Quo natus fueram, fuit annus tunc L et octo —
Annis sicque decem senior sum quam domus ista —,
In Sar quod veni, fuit XL duo atque unus[i],
Tunc anni Domini fuerant et mille trecenti.
Ceu puer insipiens nec habens normam sapientis
Sepius optavi, quod ad ipsum vivere possem
Annum, quod dominus! Christus michi prestitit ipse.
Sed nunc de reliquo faciat michi quod placet ipsi.
Ista sub Arnoldi, ceu dixi, tempore scripsi
Et sedilia, *que cernis presencia, sculpsi, *f. 3.
Pinxi diversisque coloribus illa decenter,

a) *capitum numeros supplevi.* b) *vide n. c.* c) *sic in marg. c. [Dubitari non potest, quin 1300, in textu v. 2. tre-centeno legendum sit H.-E.]* d) scibere *c.* e) *Heinricus — que interdum non suo certo loco ponit, sed metri causa cuivis vocabulo fungit.* f) gentores *c.* g) fundatores *corr.* fundatoris *c.* h) . I. *c.* i) dom° *c.*

1) A. 1294—1310. 2) De Obrany (Riesenburg) † 1312. abbate. 6) Annos Wenceslai II. nostrum ab a. 1283,
3) Wenceslao II. 1278(1283)—1305. 4) De Obrany qno rex iuvenis regni gubernacula ex tutorum mani-
(Obersca) sive de Riesenburg † 1291. 5) Arnoldo bus accepit, computavisse apparet. Cf. v. 1085 sqq.

In quibus eterno Domino psallunt domicelli[a. 1].
Et credo, quod ad hoc me[b] conservaverit ille
Rex, Deus omnipotens, qui cuncta creata gubernat.
Nam nullas sedes nec post nec ante paravi
Nec scivi nec presumpsi, sed nec reputavi.
Ipsius ad laudem tamen[c] hec sedilia sculpsi
Necnon ipsius sancte genitricis honore,
Postquam me salvum revocavit matris ad alvum[2].
*f. 4. Ergo sum dictus indignus postea sculptor.
Indignus dico, quoniam[d] non sum generalis.
Hinc me pro meritis ditet manus omnipotentis!
Nanque meum precium[e] Deus est et erit mea merces.
Cetera nunc dicam, breviter quoque prosequar illa.

2. Quomodo Sybilla venit ad terras istas.

Cum dominus Wentzeslaus rex nomine quartus[3]
Duceret uxorem, fueratque filia regis
Phylippi quondam, qui natus erat Friderici[f];
*f. 4'. Ipsa etiam virgo Chunigundis erat vocitata,
Que secum multas mulieres atque puellas
Duxit, diversas res cum magno comitatu;
Inter quas eciam felix fuit illa Sybilla,
Per quam fundata est domus hec et per Prsibizlaum[g. 4];
Qui dominus tandem Sibillam[h] duxit eandem.
Nam primum dicto Bohucho[5] nupserat ipsa,
Post mortem cuius domino nupsit Pribislao[6].
Hii[i] duo coniuncti tres formosas genuere
*f. 5. Natas, que multas laudes post hec meruere —
Atque duos alios pueros etiam genuerunt,
Quorum nomina sunt mas Petrus, femina Libista[k] —,
Quarum prima tamen fuerat Stislawa vocata,
Eufemia bona fuit et vocitata[l] secunda,
Elyzabeth iunior et tercia nomen habebat.
Has desponsarunt[m] Gallus, Botscho quoque Zmilo.
Gallus de Iablon[6] Stizlawam nomine duxit,
Que pariens natos sibi post sine crimine vixit,
Gallum[n], [Iarosium[o]] — Gallus breviter quoque vixit[7] —
Et Margaretham[8] pulchram satis et generosam.
*f. 5. Bothsconi[p. 9] domino felix Eufemia nupsit,
Que cito concipiens genuit natam speciosam[10]
Atque duos natos, Zmilonem[11] sicque Gerhardum[12].
Elyzabeth Zmilo de Luchtenburc[13] postea duxit,

a) *corr. R[orpell]*; domelli *c.* b) *suppl. R.; deest c.* c) tām *c.* d) qūo *corr.* quōm *c.* e) *corr. R.*; peium *c.* f) *corr. E[nler]*; fridrici *c.* g) *ita hoc loco c.; cf. p.* 684, *n.* g. h) sibilla *c.* i) hy *c.; librarius saepe* y = ii *scripsit.* k) *aut* libista *aut* libisca *legi potest in c., ubi ae et st nusquam discerni possunt.* l) uocita *c.* m) *corr. R.*; desponsant *c.* n) Gallū *c.* o) *deest c., nomen secundi filii Galli et Stislawae, ut versum complerem, inserendum duxi.* p) Bothsconē *sive* Bothstone *c.*

1) Scil. filii filiaeque Gerhardi de Obrany. 2) Heinricus, qui a. 1268. e monasterio Sarensi fugerat, novissime se ad idem rediisse significat; cf. v. 1106 sq. 3) Wenceslaus I. (1230—1253) a. 1225. Conigundam filiam Philippi quondam regis, filii Friderici I. imperatoris, in matrimonium duxit. 4) De Krizanow, castellànum de Wewery, postea de Brunna civitate († 1251. Febr. 16). 5) De quo nihil compertum habemus. Nam Bohuslaus, filius Slawkonis, quem Sibyllae coniugem fuisse R. Roepell opinatus est, post a. 1241. diem obiit (cf. Regesta Boh. et Morav. I, p. 498), Sibylla autem iam a. 1239. Pribislai uxor nominatur (cf. Cod. dipl. Morav. II, p. 338). 6) Sive de Lewenberg (Lemberg) † 1254. 7) Obiit a. 1270. 8) Quae nupsit postea Aegidio de Upa sive de Swabenitz. 9) Comiti de Bernek et Nidhe, domino de Obrany sive de Riesenburg, castellano Znoimensi († 1255. Dec. 20). 10) Agnetem, uxorem Witigonis de Swabenitz. Cf. infra v. 773. et p. 703, l. 2 sqq. 11) † 1268. 12) Supra v. 30. memoratum. 13) Sive de Brot, filius Heinrici de Zittavia.

Que sibi Zmilonem genuit, reliquos quoque fratres[1],
De quibus hic iam non, sed postea dicere conor.

3. De Iohanne de Polna et eius claustro.

Nobilis interea vir quidam nomine Ienisch[a.2]
In Polna[3] residens, prudens et religiosus,
*Dives erat satis ac habuit nullos quoque natos[4]. *f. 6.
Huius erat, nota multis, hec silvula tota,
Et sibi devota mens suaserat optima vota,
Scilicet, ut Christo vellet conponere claustrum
Ordinis illius, qui griseus vulgo vocatur.
Unde laborare bonus hic ubi cepit in Ozzec[5],
Ut sibi destinarentur quidam monachorum,
Ut breviter dicam, tunc abbas nomine Zlauco[b]
Misit ei monachos aliquos, qui quinque fuerunt 1234.
Hic annis et eum[c] virtute *locum coluerunt[6]. *f. 6'.
Hic in vicino prope nos situs est locus ille,
Sicut adhuc locus esse videtur amenus ibidem,
Et vineam quandam plantaverat ars meliorum.
Bernhardi-cella fuerat locus ipse vocatus.
Qui vero[d] tunc degentes dicti fuerant monachelli.
Et providit eis in cunctis vir bonus ille
Atque ministrabat sua queque fideliter ipsis,
In quantum potuit; tandem venit pater[7] illuc,
Quomodo se regerent, cupiens invisere fratres;
Et cum perspiceret, videt hic quod non placet ipsi.
Et quia pompose *mentis fuerat pater idem — *f. 7.
Hic siquidem generis gaudebat nobilitate[8] —,
Iratus dixit non posse suos tollerare
Defectum talem, pretendens nescio qualem.
Postea percepi, quod pro blantibus[e] esset
Inter eos quisdam[f] talis dissensio facta.
Unde superba sua mens ipsos tunc revocavit,
Atque suos monachos secum ducens remeavit.
De quo vir bonus hic doluit multumque gemebat,
Quod sua ceu voluit virtus non proficiebat.

a) vel Ientzo *add. c. fort. corrigendum. H.-E.* b) *sic infra v.* 161; zlsco *h. l. c.* c) cum *fort. corrigendum. H.-E.* d) Quo tunc *fort. corrigendum. H.-E.* e) *sic* (problantibus) *c.*; *nescio an* blaterantibus *emendandum sit; nam quod Hoepelt proposuit* bladantibus (*bladare = agrum serere*) *verbum est solum in Gallia usurpatum.* f) *i. e.* quibusdam; quosdam *Emler.*

1) Hermannum, Heinricum, Ulricum, Raimundum. 2) Iohannes comes de Polna, filius Zbislai de Bratercric, frater Pribislai de Krzizanow, memoratur in cartis a. 1223—1244; cf. Reg. Boh. et Mor. I, p. 226. 312. 338. 401. 504. 523. Mirum, quod Heinricus propinquam Iohannis et Pribislai cognationem non noverit. 3) Circ. Czaslau. 4) I. e. filios. Nam filia nomine Anna, uxor Zmilonis, filii Pribislai, memoratur v. 767. et Reg. Boh. et Mor. I, p. 504. 5) Ossegg, monast. ord. Cisterc. (circ. Teplitz). 6) Cf. cartam donationis (Reg. Boh. et Mor. I, p. 226) a V. Cl. I. Erben et falso anno (c. 1206) et falso monasterio (Ossecensi scil.) adscriptam. A. 1242. Iohannes comes alteram partem bonorum, quae novae fundationi destinaverat (cf. infra v. 132 sq.), fratribus cruciferis dominici sepulcri (ord. S. Augustini) in Dobrowitz, alteram a. 1244. monasterio S. Mariae Lutomizlensi donavit; cf. Reg. Boh. et Morav. I, p. 504. 523. Zlavko supra memoratus abbas Ossecensis iam a. 1240. episcopus Prussiae factus erat; cf. ibid. I, p. 471. Theodericus autem abbas, Zlavkonis antecessor, a. 1231. ultimo memoratur; ibid. p. 263. Cum igitur quinque modo annis monachi Ossecenses monasterium Alt-Saar incoluisse v. 98. dicantur, monasterium Iohannis comitis intra a. 1231. et 1235. fundatum esse colligas. Et cum annalium originum monasteriorum ordinis Cisterciensis, quibus L. Janauschek, Orig. Cisterc. I, p. 248, nr. 648. p. 302. usus est, pars a. 1252. pars a. 1234. monasterium Sarense fundatum esse indicaverint, a. 1234. monasterium Alt-Saar fundatum esse opinor; cf. I. Teige, 'Die Vorgeschichte des Klosters Saar' in 'Studien und Mitteilungen aus dem Benedictiner- und Cistercienser-Orden', XIII, p. 81 sqq. 7) Zlavko abbas Ossecensis. 8) Ortus est ex gente Bohemica celeberrima illorum de Riesenburg.

*f. 7'. 'Et sic cessavit subito construccio talis.
Sed tamen ecclesia Nicolai mansit ibidem
Per longum tempus, in Nyscow[1] postea dicta[a].
Est verum dictum, nunquam fiet quoque fictum
Hoc, quod scriptura narrat nobis generalis:
cf. Matth. 15, 13. Quam pater e celis fundat, fundacio durat,
Sed quam non fundat, talis fundacio transit[b].
Sic Domini manus illam non fundasse videtur:
Nescio, iudicio Domini quo sit locus ille
Tam cito deletus, sic[c] a Domino reprobatus.
*f. 8. 'Ille tamen miles et vere nobilis ipse
Non ideo cessat Christo sua solvere vota[d];
Ast hoc, quod potuit, fecit, sua predia tradens
Fratribus et viduis, aliis quoque religiosis[2].
In Drowowicz[3] locat ipse crucem gestantibus[4] amplam[e]
Ecclesiam satis et pulchram, que cernitur ecce,
Et bona plura dat hiis super aram virginis alme.
Cetera conservat hac cum silva sibi soli,
Et sic cottidie Christo domino famulatur,
*f. 8'. Quem precibus sic assiduis de corde precatur.

4. Quomodo Prisibizlaus acquisivit[f] silvam.

Nobilis interea vir strennuus ac venerandus,
De quo narravi vobis, dominus Prisibizlaus[g.5],
In Crisans[6] mansit, quod tunc fundaverat ipse;
Sed nondum fuit hoc castrum, quod cernitur ecce.
Exterius miles, monachus fuit hic tamen intus.
Devotus namque[h] fieri claustrum monachorum
Cogitat, assidue tractans hoc nocte dieque,
*f. 9. Qualiter incipiat et quomodo 'compleat illud.
Congregat ergo sibi summam quantamlibet[i] auri
Ac eris multi, tractans cum coniuge fida,
Sybilla dicta, que semper sit benedicta!
Cumque simul meditarentur, non est locus illis,
Quo monachis ipsis valeant conponere claustrum.
Contigit interea vice quadam, quod Prisibizlaus[g]
Predictus miles ad lentzonem properaret,
De silva cupiens secum tractare; quod et fit.
*f. 9'. Nam cum colloquium miscerent insimul 'ambo,
Contigit, ut dominus Prisibizlaus[g] quereret[k] illum,
Quomodo de claustro staret, quod ceperat ipse
Ponere[l], vel quali modulo cessasset ab ipso.
Ille refert subito sibi singula facta revelans,
Qualiter egisset secum Zlauco pater abbas,
Et quod adhuc talis et silvula tanta maneret.
De quo gavisus dixit iterum Prisibizlaus[g]:
'O Deus, o Christe, meus esset si locus iste
Cum silva tota, tunc possem solvere vota,
*f. 10. Et tibi solvissem, 'tunc letus letior essem.
Nam vovi[m] Christi fundare domum genitrici

a) Nyskau *minio in marg. c.* b) transyt (= transiit) *c.* c) sic *aut* sit *legi potest in c.* d) votum *c.* e) Dros *minio in marg. c.* f) acquisiut *post corr.* acquisioit *c.* g) prsibizlaus *c.; ut scripsi, casus nominativus huius nominis ubique legendus videtur, ubi laus una silluba est.* h) manque *c.* i) quantulj *c.* k) querere *post corr.* querere *c.* l) Ponere *manu recentiore corr.* Ponere *c.* m) uotu *radendo corr.* uoui *c.*

1) Nischkau (circ. Deutsch-Brod). 2) Cf. supra p. 682, n. 4. 3) Dobrowitz (circ. Czaslau). 4) I. e. fratribus cruciferis dominici sepulcri (ord. S. Augustini). 5) De quo cf. supra p. 683, n. 6. 6) Krzizanow (circ. Gross-Meseritsch).

Ordinis illius, griseus qui vulgo vocatur[1].
Hoc eciam conplevissem bene, si potuissem,
Nam mihi non locus est, quamvis sit summula tanta
Argenti nec non auri et sint predia tanta.
Si tua gracia vel mea munera iungere posset,
Quod mihi totalem vel partem vendere velles
Istius silve vel Christo tradere gratis.
Sed non est gratis, quod ob eius honoris amorem *f. 10.
'Confertur, qui nos plasmavit, sanguine lavit, cf. Ps. 118, 73.
Virginis ac alme Christi genitricis honore Apoc. 1, 5.
Et confessoris et pontificis Nycolai,
Quorum proposui, si possum, ponere templum'.
Talibus auditis vir prudens atque beatus,
Namque Deo gratus fuit exaudire paratus,
Hec quia dixisse fertur vel talia verba:
'Sic, ut dixisti, si ponere disposuisti
Et fundare domum Domini genitricis honore
Et confessoris domini nostri Nycolai,
Accipe, construe, fac, ut vis, cum silvula 'tota[a]'; *f. 11.
Coram te poteris tua nunc bene solvere vota,
Ut tibi, sic mihi fac claustrum genitricis honore
Christi, fecissem quia dudum, si potuissem,
Ut bene scis; forsan placuit non omnipotenti.
Sim licet indignus, silvam tibi trado libenter,
In quantum valeo, simul adiuvabo frequenter'.
De quo non modicas grates retulit Prisibizlaus[b]
Et fore se spondet sibi fidum semper amicum,
Atque ciffum pulchrum sibi porrigit 'hic ad honorem *f. 11'.
Huius amicicie, marcas ter quinque valentem
Argenti, quem suscepit tunc Ientzo libenter,
Et sibi fert grates magnas servatque decenter.
Tunc quasi vir prudens dictus dominus Prisibizlaus[b]
Hunc rogat, ut super hoc facto sibi litera detur,
Vel coram multis hec pactio sic recitetur.
Et facit hoc Ientzo, quia vir bonus atque fidelis,
Ut faciunt recti, permisit se prece flecti.
Omnia quippe sua Domino conmiserat ante,
Cum sibi devote claustrum fundaverat 'ipse. *f. 12.
Fructibus ex eius quevis cognoscitur arbor: Luc. 6, 44.
Qui bonus ante fuit, potuit leve post bonus esse.
Sic bonus iste bonis cognoscitur actibus eius,
Unde fuit facilis sibi consensus Prsibizlao.
Cum sic conplessent hec omnia que voluissent,
Ambo gaudentes simul ad sua[c] redierunt[2].
Est Ienisch letus, letissimus est Prisibizlaus[b],
Quod Domino vota poterat sua reddere tota.
Hic, precor, attente debes attendere, lector,
Sicque notare potes hiis in verbis manifeste,
'Quod[d] sit fundatus eciam per eum locus iste, *f. 13.
Qui talem silvam gratis dedit et nichil[e] inde
Abstulit[f], excepto tantummodo calice solo.
Sed non est gratis, quod pro Christo datur ulli[3].
Nam Dominus propria persona taliter inquit:

a) tota — 8 Coram *c.* b) prsibizlaus *c.* c) bi *fort. supplendum. H.-E.* d) Quot *c.* e) nichi *c.* f) *corr. R.*; Attulit(?) *post corr.* Abtulit *c.*

1) Idem versus iam supra v. 94. 2) Hic Heinricus secum pugnat; v. supra v. 153 sq. 3) Cf. v. 175.

Matth. 10, 42. Marc. 9, 40.

'Qui dat aque modicum sicienti nomine Christi,
Retribuetur ei, nec merces deperit eius'.
Ergo cifos[a] multos valeat cum silvula tanta,
Non manet inmerito, si salvetur dator eius.
Sicut sum certus, quod nullum transit inultum
*f. 13. Peccatum, sic et elemosina 'nulla peribit,
Sed Dominus, qui cuncta videt, discernit utrumque:
Nam bona pro meritis, pro demeritis mala confert.
Hic in Sar primus est fundator Prisibizlaus[b];
Vivere quem credo cum Christo pro benefactis.
Est tamen in celis comes illi lentzo fidelis,
Qui sua sponte dedit Christo, nichil inde reposcens.
Namque cifos multos, ut dixi, silva valeret,
Hanc qui deberet vel digne solvere vellet.
Ergo, Deus celi, precamur corde fideli,
*f. 13'. 'Omnes, qui nobis faciunt bene, ceu bonus iste
Fecit, qui silvam tribuit, pie suscipe, Christe!
Vir tamen[c] iste bonus post hec vixit breve tempus
Nec non in Drowowitz per amicos fit tumulatus[d].
Wichardus[1] dominus propior fuit eius amicus,
Qui iacet in Drowowitz eciam tumulatus ibidem,
Dictus de Tyrna[2], vir strennuus[e] atque famosus
Ac avus istorum fuit in Polna[f] puerorum,
Quorum mortuus est unus, sed et alter adhuc est[3].
*f. 14. Et Scenko[4] dominus 'eciam fuit eius amicus,
Qui fuit istorum[5] nunc in Prsbzla[6] puerorum[7],
Quorum nunc unus est mortuus, alter adhuc est.
Credoque, quod dominus[g] Zenco fuit eius amicus,
Istorum[5], qui nunc sunt in Mesirisch[8], puerorum[9],
Domni[h] Iesconis[10], Buzonis[11] sicque Thobie[12].
Sum quia digressus, sed nunc ad prima revertor.
Et sic obtinuit silvam dominus Prisibizlaus[i],
In qua postea Sar domus hec est edificata,
Atque Deo dante melior fit quam[k] fuit ante.

f. 14'. 5. Quod Prisibizlaus conmisit Boschoni[l] fundacionem.

Predictus dominus Pribislaus[m] cum senuisset
Atque suas natas ex more viris sociasset —
De quibus hic iam non ad presens dicere possum,
Sed tamen, ut potero, vobis ego postea dicam[13] —,
Utpote vir prudens cepit pensare[n] futura,
Scilicet eternam[o] vitam mortemque perhennem.
Ut prius audistis, voluit quoque ponere claustrum
Ordinis illius, qui Bernhardi vocitatur.
*f. 15. 'Sed quia non potuit, sicut voluit, cito tale

a) cifos *c.* b) pribizlaus *c.* c) tm̄ *pro* tamen (tm̄) *c.* d) tumlatus *c.* e) st'enn^{e} *c.* f) poma *corr. R.* polna *c.* g) dō$_{9}$ *h. l. c., altbi* dn̄s *et* do9. h) Domui *c.* i) prsibizlaus *c.* k) *corr. R.*; q̄t (quasi) *c.* l) *sic h. l. c.* m) pensar *post corr.* penesre *c.* n) eterram *c.*

1) Memoratur a. 1244—1265. et mortuus est ante a. 1265. ROEPELL. 2) Türnau (circ. Mährisch-Trübau). 3) Waltherus et Wolfhardus, filii Waltheri de Türnau, Wichardi supra memorati nepotes, memorantur a. 1265. in carta Codicis dipl. Morav. III, p. 276. ROEPELL. 4) Scenko vel Zenko de Budissin sive de Ceblowitz, filius Castolai de Budissin, frater Castolai et Heinrici de Zittavia. 5) Scilicet avus. 6) Pribislav (circ. Deutsch-Brod). 7) Hermanni et Scenkonis de Pribislav. 8) Gross-Meseritsch. 9) Filiorum scil. Iohannis de Meseritsch, summi camerarii Olmucensis, burggravii Brunnensis. 10) Vel Iohannes, qui postea dictus est de Meseritsch. 11) De Lomnitz. 12) De Tassau. 13) Immo iam supra v. 70 sqq. de eis egit.

Claustrum fundare, cepit tamen hec meditari[a],
Ut saltem quidquam faceret pro nomine Christi;
Unde Minoribus in Brunna dedit hic bona plura,
In quorum iacet ecclesia Brunne tumulatus.
Nam dilexit eos, alios quoque religiosos,
Sed tamen in corde nunquam dimisit amorem,
Quo fuit astrictus griseorum religioni,
Quorum rigorem nimio dilexit amore.
Hinc conabatur ipsorum[b] ponere claustrum, *f. 15'.
Et summam, quantam[c] potuit, simul eris et auri
Cum silva iam predicta conservat ad ipsum
Claustrum fundandum, tempus cum venerit aptum.
Cum iam conplesset, et cuncta parata fuissent,
In promptuque[d] forent ea, que debebat habere,
Heu dictu! venit . . . . . [e] mors illa molesta,
Que semper solita est prestare funebria mesta,
Et tulit e medio dignum dominum[f] Prisibizlaum[g],
Nec datur in propria persona ponere claustrum.
'Sed tamen antea[h] quam morereturr, nunccius eius *f. 16.
Mittitur ad generum Botschonem nomine Znoyme[i],
Castellanus ubi tunc dicitur ipse fuisse.
Nunctiat ergo sibi prefatus nunctius ille,
Quod socer ipsius egrotaret Prisibizlaus
Atque rogaret eum, quod ad hunc[j] subito properaret,
Si dignaretur tamen illum cernere vivum.
Unde ubi ille bonus Botscho non tardat[k] abire
Atque suum socerum curat[l] properanter adire.
Et cum venisset, suscepit 'eum socer eius *f. 16'.
Gaudenter dicens[m]: 'O Botscho, venias[n] bene, fili[o],
Ecce vocante Deo vadam iamiam moriturus.
Tu scis, quod volui fundare domum genitrici
Christi, nec possum, forsan dignus quia non sum,
Sim licet indignus, fidei tamen hoc gero pignus,
Quod sunt in promptu[p] michi pecunia, silva,
Cetera[q] quam plura, quibus hoc fundare volebam,
Si Christo domino de me misero placuisset.
Es quia tu dignus, forsan pater ille benignus,
'Hec tibi servavit Christus, qui cuncta creavit. *f. 17.
Ergo viriliter incipe, prospere perfice Christi
Atque Dei genitricis honore domum monachorum,
Qui precibus sanctis pro nobis iugiter orent;
Et mea tu vota pro me, rogo, solvito tota,
Ut michi, sic tibi fac, et sint conmunia nostra;
Omnia, que mea sunt, tua sint, tantummodo fac nunc:
Hec tibi conmitto, scio te fore namque fidelem'.
Tunc iubet afferri sibi pondus eris et auri,
Ponderat 'ergo sibi tunc aurum, ponderat ac es, *f. 17'.
Auri quatuor X, argenti quatuor et C;
Silvam cum fundo sibi contulit omnia, dicens[t]:
'Fili mi care, tibi que dixi memorare,
Noli tardare[r], quantocius[s] hec operare'[t].

a) *littera* d *e corr. c.* b) iporum *c.* c) sumam *tam c.* d) *littera* u *in* o *mutata esse videtur.* e) *verbum quoddam deest c.; subito suppl. R.* f) dñm *c.* g) *sic h. l. c.* h) eñ *corr. ans c.* i) *corr. R.*; bñans *c.* k) *corr. R.*; tradat *c.* l) curant *vel* curarit *corr.* curat *c.* m) dicñs *c.* n) venie *corr. R.* o) filii *c.* p) promptu *corr.* prompto (?) *c.* q) Cet'ra *c.* r) *emend. R.*; tradere (?) *corr.* tradare *c.* s) *corr. R.*; quanto|cicius *c.* t) liger. *manu recenti in marg. c.*

1) Znaim.

Boscho[a] suo socero respondit talia[b] flendo:
'Que modo dixisti, tu que fieri voluisti,
Ipsa libens faciam, pater optime, si Deus ipse
Est mihi propicius, si vult iuvare volentem,
Atque Dei genitrix me iuverit hec operantem.
*f. 18. 'Non solum tua, sed mea do bona cuncta libenter,
Ut possim Christi fundare domum genitrici
Nec non pontifici confessori Nycolao.
Ergo securus, pater, esto, licet moriturus,
Si sum victurus, non est labor mihi durus'.
Hec cum dixisset, vale fecit ei socer eius
Et de promissis magnas grates[c] referebat.
cf. 3. Reg. 8, 17 sq. Tunc est Bothschoni factum sicut Salomoni,
Cui pater ipsius universa paraverat ante,
*f. 19. Ut posset clare templum Domino 'preparare.
Sic socer istius sibi cuncta paraverat ante,
Ut posset Domini fundare domum genitrici.
Et cum conplessent hec omnia, que voluissent,
Dispositis cunctis, moritur dominus Prisibizlaus,
Servis, ancillis lacrimantibus omnibus illis,
1251, Febr. 16. Anno mille duo C quinquagintaque primo
Martiris in festo Iuliane virginis alme.
Ipsius corpus non est tamen hic tumulatum,
Hoc claustrum quoniam nondum fuit edificatum,
*f. 19. Sed iacet in 'Brunna fratres apud ipse Minores.
Post mortem tamen[d] ipsius coniunx Prisibislai[e]
Heinrico de Sitavia[1] Sibila[f] nupsit,
Domni[g] Zmilonis de Luchtenburg genitori.
Sicque pater matrem[h], natam quoque natus habebat[2].
Hic tamen[d] Heinricus non longo tempore vixit[3].
Eius post mortem mansit viduata Sibilla
Et iuxta claustrum iam fundatum manet illa
Et fit fundatrix venerabilis et veneranda.

*f. 19'. 6. Quod 'Botscho fundavit Sar.

Tunc dominus Botscho, vir strennuus et probus ille,
Non segnis fundator erat, sed protinus ipso,
Quo socer ipsius obiit, mox advocat anno
De Pomuk[4] monachos huc in Sar, quos recitabo,
'Cum tempus fuerit, et eorum nomina dicam[b].
Et tunc in Pomuk Perchtoldus[6] erat pater abbas,
Qui monachos misit cum libris omnia tradens.
Ac hiis providit Botscho, vir nobilis ille,
*f. 20. 'Atque ministrabat ipsis dans omnia large.
Et tunc degebant, ubi nunc est curia nostra.
Ante fores claustri fuerat tunc villula parva,
Illic[i] degebant, donec loca grata pararent;
Et datus est ipsis procurator Fridericus[7].
Tunc dominus Botscho cum fratribus atque ministris

a) Bocho *corr.* Boscho *c.* b) talea *corr.* talia *c.* c) gratie *c.* d) tām *c.* e) *sic h. l. c.* f) *fort. Heinr. hoc loco* Sibilia *scripsit. H.–E.* g) Domui *c.* h) *emend. R.*; mēm *c.* i) Illis *radendo corr.* Illic *c.*

1) Filius Castolai de Zittavia. 2) Elisabeth, filia Bosconis et Sibyllae, Zmiloni de Luchtenburg, filio Heinrici, nupserat; cf. supra v. 85. 3) Mortuus est a. 1254. 4) Nepomuk monasterium ord. Cisterc. (circ. Klattau). 5) Cf. infra v. 493 sq. 6) Memoratur anno 1250. Mart. 16. in Cod. dipl. Morav. III, p. 123. ROEPELL. 7) A. 1253/4.

Per silvam vadens, loculum dum quereret aptum,
Quo possent melius ipsum conponere claustrum,
Repperit ipse locum talem, quem *cernitis ecce. *f. 20.
Tunc exstirpare silvam precepit ibidem,
Ut fieret campus, ubi claustrum ponere posset.
Iste locus placet inter aquas Zasam[1] quoque Palnam[2],
In metis ipsis, ubi conveniunt sibi terre,
Arta Moravia, lata Bohemia; sed tamen ambe
Sunt domini terre, quicumque est rex Bohemorum.
Ad ius Pragense claustrum sed pertinet illud;
Quo presul Pruno[a.3], vir providus atque famosus,
Omnibus[b] *ornatus virtutibus et decoratus, *f. 21.
Non bene gaudebat[c], pocius sed corde dolebat,
Quod non pertinuit in Cremsyr[4] ad sua iura —
Nam sibi dilectus multum fuerat locus iste —,
Quod tamen hiis monachis aptum rectumque fuisset.
Sed presul quidam monachus tunc mansit in Ozzec[5];
Iste vocatus adest, semper loca consecrat ista,
Sic Petri, sic et Iacobi, sic atque Iohannis.
Ast ibi tunc, ubi nunc piscina parata videtur,
*Edificant stupas, et ibidem conmoda fiunt *f. 24.
De lignis facta peregrinis fratribus illis.
Tunc abbas primus fuit hic dictus Fridericus[6].
Tunc Botscho fundum precepit fodere templi,
Advocat et tunc pontificem[d.7], veniunt quoque[e] multi,
Et magnus factus est concursus populorum.
Teutunici veniunt, accurrunt atque Moravi,
Montani multi[f] veniuntque senes et adulti,
Cum pueris iuvenes, cum virginibus mulieres,
*Omnes adveniunt, et fundamenta sacrantur. *f. 22.
Servitur Christo, datur indulgentia multa,
Cum qua discedunt letantes ad sua quique.
Assunt angelici, fit fugaque demoniorum,
Que cum conspicerent laudes accrescere Christi,
Abscedunt tristes[g], laudes non ferre valentes[g]
Christi. Tunc cecidit per eos pars maxima silve
Funditus ex terra, que[h] circumquaque videtur,
Precipue prope nos, *ubi nunc piscina videtur, *f. 23.
Silvula tota cadit, sed ibi nunc altera crevit.
Tunc eciam Zmilo de Leuchtenburg, homo dives,
Nobilis et largus, magnus re, corpore, fama,
Strennuus et miles, cepit fundare cappellam
Hic et perfecit Christi genitricis[i] honore.
Quando conventus venit in Sar, tunc fuit annus
Millenus duo C quinquagenusque secundus; 1252.
Cumque sacraretur fundus templi, fuit annus
Millenus duo C ac L et *tercius ille[k], 1253. *f. 23.

a) pmo *c.* b) Oibis *c.* c) gedebat *c.* d) potificem *c.* e) qq (quodque) *c.* f) *emend. R.*; militi *c.* g) *sic, ut habet c., Heinricum scripsisse putei pro* tristis . . . valentis. h) q (quod) *c.* i) genitricl *c.* k) Anni fundselonis *minio in marg. c.*

1) Sazawa fl. 2) Polna rivus. 3) Bruno episcopus Olmucensis († 1280); cf. infra v. 699 sq.; Heinrici Annales a. 1280. 4) Kremsier, ubi Bruno a. 1260. ecclesiam collegiatam S. Mauritii fundaverat multisque et donis et privilegiis ditaverat; cf. e. g. Cod. dipl. Morav. III, p. 328. 350. 411. 5) Zlavko, abbas prius Ossecensis, episcopus tunc Prussorum, de quo supra p. 683, n. 6. fusius egimus, usque ad a. 1254. in monasterio Ossegg morabatur. 6) V. supra v. 360. 7) Zlavkonem episcopum modo memoratum, qui loco Nicolai metropolitani Pragensis (1241—1258) monasterium dedicavit; cf. cartas confirmationis et summi pontificis et imperatoris, Reg. Boh. et Morav. I, p. 601. 603.

1253. Mai 3.

Qua fuit inventa, fuit illa dies crucis alme.
Hoc anno moritur rex quartus nomine Watzlaw[1],
Tempore sub tali deponitur hic Fridericus.
Post mortem patris fit quintus rex Bohemorum[2],
Tempore cuius erat pax et concordia terris.

7. Qui vult scire tamen[a], fuerit quis Botscho beatus,
Eius progeniem[b] narrabo scire volenti.
Ut verum fatear, est felix atque beatus,
*f. 23'. Qui Christo credens sua *dat pro nomine Christi,
Et cuius panis elemosina pascit egenos.
Sed tamen[a] ipsius panis non[c] pascit egenos
Tantum, sed multi barones ac meliores
Terrarum comedunt hunc panem cottidie nunc.
Ergo salvati vivent per secula[d] beati,
Qui sua largiti bona sunt pro nomine Christi,
Ut pascantur ibi pariter locuplex et egenus.
Illustris baro Botscho fuit hic et strennuus armis[e],
*f. 24. Fortis statura, bene conservans *sua iura.
Huius erat genitor Gerhardus nomine[g], quodam
De castro dictus, Obersen quod erat vocitatum[g];
Nobile castellum satis hoc fuit et modo ruptum.
Hoc in Latino resonat quasi castra gygantum:
Ober enim Sclavice, Latine sonat quasi gygas[h].
Teutunici castrum tamen hoc Oberzez modo dicunt[f].
Hoc in Latino resonat quasi sessio maior.
Sed prudens lector animo perpendere[g] debet,
*f. 24'. Quod non Deutunice, *sed de Sclavico trahit ortum.
Sic Sar[i] est Sclavicum, sonat[k] hoc plantacio recens,
Quamvis Teutunici Sar dicant gramina grossa[l].
Sar non de[i] Teutunico, sed de Sclavico trahit ortum.
Botscho eciam fertur tres germanos habuisse,
Quorum nomina sunt: Zmilo[8], Cono[9], Nicolaus[8, 10].
Qui Cuno genuit Botschonem nomine quendam[i]
Temporibus nostris, et adhuc qui providus extat,
Atque duas natas. Ymgramus duxerat unam,
*f. 25. De Viztricz[11] *dominus, generans pueros per eandem.
Altera sed manet hic in Tuschnawitz[12] monialis.
Hospitale tamen hic Cuno postea fundat.
Hoc dico: solum vidi natum Nycolai,
Si fuerint plures, nulli bene dicere possum.
Tercius et fratrum de Strsilicz nomine Zmilo.
Hic bona multa satis habuit, nullos quoque natos.
Ergo proposuit Christo conponere claustrum[13],
Quod post devotus incepit tempore nostro,

a) tām *c.* b) progenie *c.* c) solum *add. c.; delevit R.* d) secla *recte Röpell emendasse videtur.* e) Botsko *minio in marg. c.; unde Röpell* Botscho *in v.* 425. *recte delevisse videtur, quod ex nota marginali inserium sit.* f) Obrzez *minio in marg. c.* g) *emend. R.;* ꝑpendere *c.* h) sonat *corr. manu recentissima* sonat *c.* i) *delevit R.* k) Nomina fratrum eius *minio in marg. c.* l) ḡ‖dam *c.*

1) Wenceslaus I. obiit a. 1253. Sept. 22. 2) Ottocarus II. Premysl 1253—1278. 3) Memoratus in cartis Codicis dipl. Morav. II, p. 298. 371. a. 1235. et 1240. ROEPELL. 4) Obran (circ. Brünn). 5) Bohemice *obr*, Polonice *olbrzym* vel *olbrzym* = gigas. ROEPELL. 6) Bohemice *zdiar* de verbo *zdjrati*, resecare, recidere, exstirpare; Polonice *zdzierać, zedrzeć, drzeć*, evellere, exstirpare. ROEPELL. 7) Cf. Schmeller, 'Bayr. Wörterbuch' III, p. 278. ROEPELL. 8) De Strelitz, rector provinciae Berneckensis, burggravius de Brumon, qui in cartis a. 1257—1273. occurrit. 9) De Cunstadt, pater Bosconis et Bohusii de Cunstadt, qui a. 1243—1295. occurrit. 10) De Drnowitz, qui inter a. 1234—1251. invenitur. 11) Sive de Pernstein, inter a. 1293—1297. occurrit. 12) Monasterio ordinis Cisterc., a. 1232. a Constantia regina, uxore Ottocari I. Premysl regis, fundato (Tischnowitz, circ. Brünn). 13) Cf. v. 93.

Et vocat hoc claustrum proprio sub nomine *Zmilnheim, *f. 39.
Nunc Zmilnheim dictum [a], Wisowitz fuit ante [vocatum [b]] [1].
Sed quartus fratrum dominus Botscho fuit ipse;
Ipsa etiam domina fuit Eufemia vocata,
Omnibus ornata virtutibus et decorata,
Aspectu blanda, clemens, affabilis illa;
Antea ceu dixi [2], genuit natam generosam
Atque duos natos [c], Zmilonem [3] sicque Gerhardum [4].
Tunc dominus Botscho iussit fundare capellam
De lignis parvam, quod possent psallere Christo,
Tunc, *ubi nunc presens piscina parata videtur [5]. *f. 26.
Nam muratores iam cottidie fabricabant
Cedentes lapides et eos melius resecabant,
Ut cicius claustrum posset fieri bene structum.
Hiis dominus Botscho mercedem dat lapicidis,
Atque laborabant multi fortes lapicide.
Nam genus hoc lapidum durum fuit atque superbum,
Ut nullus tale leviter contundere posset,
Non nisi per duros ictus homo proficiebat.
Ergo *remunerat hos magnis [d] mercedibus omnes, *f. 28.
Hoc opus ut cicius per eos sic perficeretur.
Fratribus et dominis est omnibus ut pater ipse.
Sic probus ipse fuit, quam [e] longo tempore vixit,
Utpote vir prudens, omni virtuteque [f] pollens.
Sed cito subtrahitur tenere [g] domui dominus alme [h]
Et teneris pueris rapitur prudens pater ille.
Post mortem soceri quinto defungitur anno, 1255, (Dec. 20).
Fundataque domo solum vixit tribus annis:
Hoc est mille duo *C quinquagintaque quinto *f. 27.
Hic dominus moritur temploque novo tumulatur [i].
Tunc, ubi nunc chorus est, medius ponitur monachorum [k].
Et quia iam templum modice fuit edificatum,
Nulla columpna fuit, nec erat testudo parata;
Unde domicilium faciunt corpus super eius,
Et pro defunctis ibi fit celebracio semper.
Eufemia bona, felix ac illa Sibilla,
Filia cum matre, simul ambe tunc viduate,
Sic permanserunt Christo domino famulantes.
*Atque domum pulchram faciunt, prope nos residentes *f. 27.
Tunc, ubi nunc domus est infirmorum monachorum.

De primis huc missis.

Nunc me dixisse de fundatoribus illa
Vobis sufficiant, post hec tamen amplius addam.
Sed de transmissis monachis huc nunc [l] recitabo,
A quibus iste locus sit [m] fundatus, memorabo.

8. Quod duo monachi et duo conversi mittuntur.

Illis temporibus, *quando Domini fuit annus *f. 28. 1252.
Millenus duo C quinquagenusque secundus,

a) quod *add. R.* b) *supplevi H.-E.*; Wyzowitz *minio in marg. c.* c) natas *corr.* natos *c.* d) magis *c.* e) q̄ (qua) *c.* f) *emend. R.*; *cf. v.* 705; virtute *c.* g) teneri *c.* h) *sic* (do⁹ alme) *c. (fort.* iam *corrigendum. H.-E.)* i) tumulatūr *c.* k) monchorum *c.* l) nun: *alio atram., sed eadem manu corr.* modo *c.* m) *emend. H.-E.*; fit *c.*

1) Monasterium Rosae-Mariae ordinis Cisterc. a. 1261. fundatum; cf. Erben, Reg. H. p. 122 sq. (Wikowitz, circ. Hradisch). 2) V. 83. 84. qui v. 460. repetitus est. 3) † 1268. 4) † 1291. 5) Cf. v. 381.

1252. Tempore sub quarti[a] Watslay nomine regis,
Cum Pertholdus erat in Nepomuk[1] pater abbas
Virginis in sancto, sancte quoque matris[b] Ayte[c],
Conventus primus de Pomuk mittitur in Sar.
Hiis dispensator primus datus est Fridericus[2].
Primo mittuntur monachi duo, sic duo fratres,
Wiricus monachus primus Symonque secundus,
Conversus primus Stizlaus Odikque secundus.
*f. 28. Sed Wiricus statim redit in Pomuk, ubi[d] manet
Per tempus, sed post cum Wigando redit ipse,
Ac ibi persistens[e] moriturque secundus ibidem.
Postea mittuntur Arnoldus cum Friderico,
Heinricus celle de Welhrad[3] atque Iohannes,
Qui prior est primus, Hermannus dyaconusque.
Hic in Sar primus est defunctus monachorum.
Tunc Brabantinus Iohan hic alterque Iohannes,
Tercius atque Iohan, Heinricus Gallicus ille,
*f. 29. Wigandus cum Wirico, velut antea dixi,
Cunradus de Welhrad, Andreas, postea custos,
Et de Waltsachsen[4] Helyas, de Cruce[5] Salmon.
Tunc aliqui discedebant, aliique redibant,
Ad propriasque domus aliqui monachi redeuntes,
Ast ibant aliqui seculi vomitum repetentes,
Ast aliqui seculo de predicto redierunt,
Ut pater Albertus et Conradus[f] pater Allec.

9. Primus abbas Fridericus de Pomuk. De stabilito conventu[g].

*f. 29. Ergo fit hic primus conventus iam stabilitus.
Abbas est primus, qui dictus erat Fridericus,
Et Brabantinus senior prior iste secundus,
Arnold, Wigandus, Iohannes subprior iste,
Qui prior est post hec[6] et postea sumitur abbas[7],
Gallicus Heinricus, Helyas, de Cruce Salmon[h],
Andreas ac[i] Albertus, Cunradus pater Allec,
Herbort, Chunradus, Nycolaus et ipse Rudolffus.
1253. Abbas sed primus, qui dictus erat Fridericus —
*f. 30. Ecclesie fundus consecratur sub eodem —,
Hic annum solum fuit abbas, et sub eodem
Anno deponitur; post cellerarius in Sar[k]
Est multis annis, posthec lapidumque magister;
Hic eciam post hec rector fuit hospitalensis.
Hic tamen[l] instituit fieri fora tunc prope ripam,
Destructa villa, ubi tunc monachi residebant.
Hec primus fundat Ditwinus, postea iudex,
Atque manebat ibi genitor meus et mea mater
*f. 30. Cum reliquis multis, sed nunc nichil[m] est nisi[n] campus.
Ipsum namque forum Winricus postea rumpens
Transferri iussit, ubi[o] nunc fora stare videntur[p].

a) Uti (quasi) *c.* b) mater *c.* c) id est Agath[e] *minio in marg., litt. e abscisa c.* d) *suppl. H.; deest c.* e) positens *c.* f) cunr. (?) *corr.* conr. *c.* g) convento *c.* h) samon *h. l. c.; cf. v.* 518. i) *fort.* Albertus ac *transponendum. H.-E.; cf. v.* 522. k) far *c.* l) tam *c.* m) nichi *c.* n) *emend. H.;* nec *c.* o) vibi *c.* p) videtur *c.*

1) Cf. supra p. 688, n. 4. 2) A. 1253—1254. 3) Monasterio ordinis Cisterc.; Welehrad (circ. Ungar.-Hradisch). 4) Monasterio ordinis Cisterc., Waldsassen, in confinio Baioariae et Bohemiae prope Egram oppidum sito. 5) Heiligenkreuz prope Viennam urbem. 6) Iohannes prior in carta a. 1269, Cod. dipl. Morav. IV, p. 30, occurrit. ROEPELL. 7) A. 1277, I. huius nominis; v. 867 sqq.

Est tamen ecclesia de lignis atque vetusta,
Que[a] fuit ante diu quam claustrum tempore longo.
Fertur, quod sanctus Albertus sanxerit illam.
Primo deposito tunc abbas sumitur alter[b]
Nam post Chunradus de Pomuk mittitur abbas. 1254.
Hic fuit hic in Sar anno tantummodo solo
Nec non dimidio, post hec deponitur *ipse 1255. *f. 31.
Et redit in Pomuk, monachus ubi manserat ante[c].

10. Tercius abbas Walthelmus de Zedlitz[d].

Post quem Walthelmus de Zedlitz[2] sumitur abbas,
Qui parvum claustrum posuit cito fratribus suis
De lignis illuc, ubi nunc piscina videtur[3].
Atque novem post hec annis claustrum stetit illud,
In quo cum reliquis mansi bene quatuor annis.
Eius temporibus Botscho defungitur ipse[4], 1255. (Dec. 20).
Noster fundator; *eciam fit byblia scripta, *f. 31.
Quam monachus quidam Rudgerus scripsit ab Ozzec,
Quam felix domina precio conscribere fecit
De proprio, prima fundatrix dicta Sibilla.
Ipsius et nata fuit Eufemia vocata[5],
Que Botschonis erat domini, dum viveret, uxor;
Sed viduata viro cum matre manebat [ibidem[e]],
Filia cum matre permanserunt viduate,
Una degentes, Christo domino famulantes[6].
Hiis fuit ancilla Lenkart, *fuit hec operatrix, *f. 32.
In stolis, maniplis[f] faciendis docta magistra[7].
Hec tunc fundantes domine loca nostra fuerunt
Et multas res preclaras domui tribuerunt,
Sericeas vestes, argentea vasa decora,
Atque monasterium murantibus hec lapicidis
Dant precium dignum, veluti[g] quique meruerunt.
Hic domus illarum fuit, in Crisans residebant,
Dum placet hiis, veniunt, quando placet, atque recedunt.
*Eufemia tamen fundatrix nobilis illa, *f. 32.
Ista duos secum teneros habuit domicellos,
Quorum primus erat Zmilo, Gerhardus et alter.
Huic erat et nata Ratoni[8] tunc sociata,
Agnes, pulchra satis, inerat sibi dos pietatis.
Namque locum nostrum pre cunctis diligit ipsa.
Hoc bene demonstrat in morte sua, sed et ante.
Quamvis iuncta viro, cum matribus illa manebat.
Qui cognovit eam *et tres genuit domicellas. *f. 33.
Postea Ruth[9] moritur, fuerat quia debilis ipse.
Prima puer moritur, fuit altera iuncta marito,
Bonka tamen superest[f] hodie felix monialis[10].
Tunc Leupoldus erat hic carpentarius in Sar,
Qui nunc vivus adhuc superest multumque laborat,
Qui facit hoc claustrum, de quo prius aio vobis;
Atque domum primam facit abbatis speciosam,
Quam post Winricus destruxit. *Stat tamen illa *f. 33.

a) Qy *c.* b) Secundus abbas Chunradus de Pomuk *minio in marg. c.* c) *suppl. R.; desest c.* d) mamplis *c.* e) i *radendo corr. c.* f) *emend. R.;* sup *c.*

1) A. 1235—1259. 2) Monasterio ordinis Cisterc., v. 456. 6) Cf. v. 489 sq. 7) Cf. v. 731 sqq. Sedlec (circ. Czaslau). 3) Cf. v. 399. 463. 4) Diem 8) De quo nihil compertum habemus. 9) I. e. obitus tradit Geneal. fund., infra p. 707. 5) Cf. Rato, coniunx Agnetis. 10) Cf. v. 724.

Quam posuit camera Walthelmus primitus illuc.
Hic abbas eciam monachis fundat capitellum.
Tunc erat Ekwardus quidam lapicida magister,
Quem pro mercede convenit tunc pater idem,
Et cepit murare domum nec non opus ipsum
Pro quadraginta[a] marcis et pro benefactis,
Ut sunt frumenta, breve[1], vestes, alie res.
Attamen Ekwardus genitor meus exstitit[b] idem,
*f. 34. Cum quo tunc mansi, *post hec et in ordine sumptus.
Tercius hic abbas affabilis atque modestus,
Hic cum mansisset tribus annis dimidioque
Et bene rexisset, cunctis carusque fuisset,
1259. Hic proprio motu redit in Zedlitz et ibidem
Mansit nec rediit[c], sed equos servosque remisit.
Et tunc in Zedlitz Cristanus erat pater abbas[2],
Sub quo professus fueram, qui me monachavit.
Post hunc Cristanum Walthelmus fit pater abbas,
*f. 34. *Post hec requievit *in pace spiritus eius.

11. Quartus[d] abbas de Romuk, scilicet Heinricus.

Post hunc Walthelmum Heinricus sumitur abbas[3],
Anno dimidio qui prefuit atque duobus.
Hic venit huc in Sar, quando Domini fuit annus
Milenus duo C quinquagenus quoque nonus;
Ara Petri cuius sub tempore sanctificatur,
Ac pro defunctis decantabant ibi missas.
Atque sub Heinrico conventus fit stabilitus;
*f. 35 Mittitur *et sub eo conventus ultimus istuc.
Me iam suscepto mittuntur Wernher[e] et Otto,
Mittitur Albertus, Iohannes atque Iohannes.
Sed domus istius pueri primi fuimus nos:
Hii met, quartus ego, Chunrad Gerhardque, Rupertus,
Qui sumus hic primi professi noviciorum.
Sub dominis nostris eciam fuimus iuniores,
Illis subiecti fuimus et eos venerantes:
Namque fide pleni fuerantque viri reverendi,
*f. 35 Prudentes, humiles, pacientes *atque modesti,
Crimina spernentes fratresque suos adamantes.
Namque fui puer insipiens, hii me docuerunt
Stulticiamque meam pacienter sustinuerunt.
Sunt quia defuncti dicti fratres modo cuncti[f]
Preter[g] Wygandum[4], nunc cecum, sed venerandum,
De quibus ecce loquor, ad eos quantocius ibo,
Debilis atque senex ad terram terra redibo.
Ergo sincere rogo te, Deus, hiis miserere,
*f. 36. Dans hiis eternam requiem vitamque *supernam
Omnibus inpensis ab eis mihi pro benefactis
Atque sue sorti me iungas sive cohorti!
O quante virtutis erat Salomon et Helyas,
Subprior atque prior Iohannes[h] atque Iohannes[h],

a XL *c.* b) extuit *c.* c) redyt *c., ubi y pro* ii *scriptum, ut saepe in hoc cod.* d) Quarto abbate *c.* e) w'her *c.* f. *emend. H.*; cineti *c.* g) Peter *c.* h) iohãn *c.*

1) Non satis patet, quae vis huic voci hoc loco inest. R. Röpell dubius coniecit hanc esse vocem Germanicam *Bräu* vel *Breu*; quod credi non potest. R.
2) Qui invenitur in carta a. 1257; Cod. dipl. Morav. III, p. 124. ROEPELL.
3) A. 1259—1262.
4) Qui fuit cellerarius a. 1277; cf. Cod. dipl. Morav. IV, p. 206. R.
5) Cf. v. 527 sq.

Gallicus Heinricus, Chunradus, sic Fridericus,
Albrecht, Wigandus ac Andreas venerandus.
O bone Wernhere[1], de te possum[a] bene flere,
Me quia sincere dilexisti, scio vere.

12. De capella sancte Marie.

Tunc erat illa capella sacrata Marie,
'Quam dominus Zmilo de Brot[2] fundaverat ante[3]; *f. 38v.
Et cantabatur ibi semper missa Marie[b],
Que post est fracta, altaria binaque facta.
Si nix, si pluvia ruit, hoc totum fuit unum,
Nos oportebat iuvenes ascendere semper,
Ignem portare, missas audire frequenter.
Et quia vicine nobis domine[c] residebant
Tunc, ubi nunc domus est infirmorum monachorum[d],
Ibant quo poterant missas audire libenter
Et claustrum nostrum sic intravere 'frequenter. *f. 37.
Nam fuerant[e] nostre fundatrices generose —
Nam domini nostri fuerant parvi domicelli —
Et precium templum murantibus hec tribuebant,
Atque capitellum murantibus hoc dedit abbas.
Eius temporibus MC duo sic simul LX 1260.
Adversus Belam pugnavit Ottakarus ille,
Hunorum regem, hunc vicit rex quoque noster[4],
Estque coronatus anno statim sub eodem,
Ac duxit dominam[5], Margarethamque reliquit,
Que Friderici germana 'fuit ducis Austrie[f. 6], *f. 37v.
Per quam rex fuerat dux factus Ottakarus[g] ipse.
Sed tamen hec moritur post hec Margaretha veneno[7].
Illis temporibus ceperunt ire flagellis 1261.
Ac incedentes nudi se percucientes[8].
Tunc est susceptus Heinricus Swevicus ille,
Qui gravis est monachus et habetur pro seniore.
Eius temporibus felix defungitur illa
Nobilis ancilla Christi devota Sibilla[h].
Ultimus atque dies eius 'fit cisio circum, *f. 38.
Hoc est mille duo C sexaginta secundo; 1262.
Tunc eciam pater Heinricus deponitur abbas. Ian. 1.

Eufemia bona tunc nobis sola relicta
Cum pueris propriis, tunc parvis atque tenellis,
Nescit, quid faciat, quid agat, paupercula tractat.
Postremo pensat ad fratres ire Minores
Brunnam; quod fecerat, si non pater ille veniret[1],
Qui post advenit, sub quo domus ipsa provecta est.
Abbas Heinricus, cum depositus 'foret ipse, *f. 39.
In Pomuk rediit et ibi defungitur[k] abbas.
Et tunc in Pomuk Gebhardus erat pater abbas.
Tunc Deus omnipotens, qui secula cuncta gubernat[9],
Noluit hanc dominam tristem derelinquere solam,
Ydoneum provisorem sed tradidit illi:

50 a) *emend. H.*; bene possum *c.* b) maria *c.*; *cf. v.* 784. c) dō||nem *c.* d) *supplevi e v.* 492. *H.-E.*; *om. c.* e) fuerat *c.* f) *ecce versus!* g) ottakardus *h. l. c.* h) Quod Sybilla moritur *minio in marg. c.* i) *emend. H.*; viuerei *c.* k) *emend. H.*; defringitur *c.*

1) Qui a. 1277. subprior memoratur in carta p. 694, n. 4. laudata. 2) Deutsch-Brod. 3) Cf. supra v. 401 sqq. 4) Cf. Heinrici Annales a. 1260. 5) Kunigundem neptem Belae regis Ungarorum. 6) Cf. Heinrici Annales a. 1249. 7) Ibid. a. 1260. 8) Ibid. a. 1261. 9) Cf. v. 48.

Nam de Waltsachsen tunc eligitur pater unus,
Vir prudens, discretus[a] erat, tractabilis ipse,
Dictus Winricus[1], . . .[2] semper amicus.
*f. 39. Hic abbas quintus, fidei munimine *cinctus.
Retribuat Deus hoc ipsi, mihi quod bene fecit.
Ipsius servitor eram, puto, quatuor annis.
Hic in consiliis aut auxiliis fuit illi
Devote domine sicut pater atque patronus.
1262. Anno Domini M duo C sexaginta secundo
Huc venit ac annis bis septem postea mansit.
Ipse novum claustrum mox incipit edificare[c],
Inchoat hic fundare domum, loca cuncta parare;
*f. 39'. Omnia de claustro veteri tunc *transtulit istuc,
Destructo veteri piscinam[d] preparat illic,
Ordinat[e] hec digne, disponens queque benigne,
Utpote vir prudens, omni virtuteque pollens[2].

13. De caro anno. Tunc ascendimus ad lapideum claustrum.

Illis temporibus, quando Domini fuit annus
1263. Mille duo CLX et tercius annus,
Ipse fuit durus miseris nec non gravis annus;
*f. 40. Nam pro dimidio data est *metreta talento[f. 3].
Et tunc capitulo fuit abbas in generali.
Tunc ascendimus huc, et fit translacio claustri.
Idcirco loquor hic ascendere, nam locus iste
Monticulus fuerat, ubi nunc claustrum iacet ipsum.
Tunc febres paciebar ego subdyaconusque
Factus sum[g] Swevo cum Gerhardoque Ruberto[4].
Tunc aliam fundare domum felix iubet illa
Eufemia sibi, veterem mittens monachellis,
*f. 40'. Ac hospitale facit hec aliud prope *claustrum,
In quo Gerdrudis rectrix fuit hospitalensis[h].
Hec fuit antiqua mulier nimis atque rugosa.
Agnes iam viduata viro cum matre manebat,
Et quia devota, devotas ipsa puellas
Secum degentes habuit, quas nunc recitabo:
Hoc fuit Alheidis iuvenis, Bonka[i], Katherina;
Istas Winricus abbas facit esse biginas.
*f. 41. Altera tunc etiam Alheidis *clauditur in Sar:
Hec tamen inclusam sibi sola paraverat illuc
Ex precio[k] domine, cui iam serviverat[l] ante.
Quam pater inclausit[m] abbas sollempniter illuc,
Et manet inclusa bis X annis quoque septem.
Tunc Leucardis erat operatrix atque magistra[n]:
Nam parat omnes, quas modo cernis, sericeas[o] res
Ex auro; fuit hec procuratrix dominarum[5].
Et tunc sculpebam sibi, qualia ligna valebant
*f. 41'. *Hoc ad opus, facere quidquid consueverat illa.
Elyzabeth sepe soror eius visitat illam,
Et multe domine veniunt huc[p] sepe videre

a) discretus et *emend. R.*; discretus (discerretur) tract. *c.* b) *h. l. vocem quandam omissam esse patet.* c) *emend. R.*; incepit edifflare *c.*; *cf. v.* 744. d) piscina *c.* e) *emend. R.*; Ordinauit *c.* f) talenta, a *e corr. c.* g) *correxit R.*; cu *c.* h) *emendavi e v.* 537. *H.-E.*; hospitalis *c.* i) bosla *c.*; *cf. v.* 588. k) prece *corr. R.* l) ac *add. c.* m) *sic c.* n) mgr *c.* o) seriteas *c.* p) *emend. R.*; viuunt hec *c.*

1) A. 1262—1276. 2) Idem versus iam supra v. 476. 3) Cf. Heinrici Annales a. 1263. 4) Qui novicii cum Heinrico in monasterium recepti sunt; supra v. 623. 5) Cf. v. 568 sqq.

Prefatam dominam, nam gracia magna in illa;
Et confortantes illam sermonibus aptis
Discedunt iterum per eam simul edificate[a].
Tempore predicto fit perfectum capitellum
Atque domus, qua conventus pausat monachorum;
*Atque chorum iussit[b] abbas bene mundificare *f. 42.
Ac altare Dei tunc incipit edifficare.
Illis temporibus altaria byna parantur
Sancti Baptiste Iacobique, sanctificantur[c]
Anno mille duo C sexagintaque quarto. 1264.
Tunc etiam dominus transfertur Botscho decenter,
De medioque chori deportatur monachorum[d]
Hac ipsaque die, qua consecracio facta est.
Et tunc officium pro defunctis celebratur[d],
Ac si in presenti tunc mortuus ipse fuisset,
Et decantatur, *multis cernentibus illud, *f. 42'.
Ponitur et tumulo prius exstructo manifeste,
Quo nunc cum pueris et coniuge pausat[e] honeste.
Anno mille duo C sexagintaque quinto 1265.
Adveniunt Mizner Ulrich, Petrus atque Iohannes.
Hii tunc suscepti fuerant cunctis iuniores;
Defunctis senibus, nunc ipsi[f] sunt seniores.
Postea Chunradus parvus venit; hic prior est nunc.
Sub patre Winrico moritur Zmilo domicellus,
*Post mortem patris hic duodeno transiit anno; *f. 43. 1268.
Cuius morte sua genitrix est tacta[g] dolore,
Namque suum natum nimio dilexit amore.
Zmilo puer pulcher fuit infirmusque frequenter,
Idcirco moritur in adhuc puerilibus annis.
Desponsata tamen fuerat sibi virgo decora,
Filia Ienczonis domini quondam venerandi[2],
Hec fuit hic in morte viri, multum quoque flebat.
Ac in remediis anime marcam dedit auri,
*Quo bene vestitur et fulgida capsa paratur, *f. 43'.
Que super altare nec clauditur nec aperitur.
Agnes Witgoni[3] Botschonis filia nupsit
Dicto de Swabitz, fueratque vir iste secundus;
Que post Witgoni natos genuit generosos[4],
Quorum nomina sunt Botscho cum fratribus ipse.
Sic etiam virgo fit desponsata Gerhardo
Filia dapiferi de Veldesperg reverendi,
Moribus imbuta laudandis, nomine Iuta[h. 5],
Quam, cum *crevisset, Gerhardus postea duxit. *f. 44.
Tempore Winrici moritur Zmilo venerandus
Luchtenburgensis dominus; tumulatur in illa,
Quam Christi matri fundaverat ipse, capella,
Quam bene perfecit; canitur quoque missa Marie.
Hec est post fracta, duo sunt altaria facta.

a) *emend. R.*; edifficare *c.* b) *emend. R.*; missit *c.* c) sanctificant *c.* d) celebrat *c.* e) conidge pulsat *c.* f) ipe *c.* g) dacta *c.* h) tuta *c. h. l. et p.* 703, *l.* 1; *sed cf. v.* 1023.

1) Cf. supra v. 483. 2) Anna; cf. supra v. 90, p. 683, n. 4. 3) De Svabenicz (sive de Rodenburg, de Upa vel Lipa, de Ussow vel Hermanicz), filio Aegidii de Svabenicz et Margaretae de Iablon (sive de Lämberg); cf. supra v. 81. Margareta atque Agnes neptes Pribislai de Strzizanow erant. 4) Boscone, Witigonem, Useborium, Gerhardum, Iohannem, filias Margaretam, Hedwigem. 5) Sive Gutâ, Iuditha; cf. Cod. dipl. Morav. V, p. 284. 289. Sed Tuta, ut hoc loco in cod., nominatur ea etiam in Geneal. fund., infrà p. 707.

Hoc ad opus pius hic marcas dedit X tria centum.
Iste Kapelboborow[1] et Slauckwicz[2] contulit in Sar.
Dum moritur dictus Zmilo, Domini fuit annus
1269. Millē* *ducentenus sexagenus quoque nonus.
*f. 44.
Ipsius et coniux Rewisscho[3] postea nupsit.
Tempore Winrici presens fuit archa parata,
Atque capella bona nec non custodia grata,
Cetera quam plura, que non possum recitare.
Omne quod ex lapide modo cernitur ipse paravit,
Excepta parte templi nec non capitello.
Que tamen ipse facit, liniri post facit alba,
Et facit, ut templum cum lateribus tegeretur.
*Tempore Winrici, quando Domini fuit annus
*f. 45.
1271. Mille duo C septuagenus quoque primus,
Ivit in Ungariam rex noster Ottakarus[4], illis
Et mala plura facit in terra partibus illis,
Nam rex magnificus fuit atque potens nimis ipse.
Tempore Vinrici[b], quando Domini fuit annus
1274. Mille ducentenus septuagenus quoque quartus,
A domino sedis est concilium celebratum[c. b]
Nec non a multis prelatis ecclesie tunc.
*f. 45.
1276. Postea Gregorius decimus *defungitur idem[6],
1273. Ac est Romanus factus rex ipse Rudolfus[7].
Tempore Winrici, quando Domini fuit annus
1276. Mille ducentenus septuagenus quoque sextus[d],
Tunc inceperunt mala plurima multiplicari:
Quidam se regni barones opposuerunt,
De quo iam nichil hic ad presens dicere possum[8].

14. Quod Winricus acceptus est in Elbracensem[9].

Postquam Winricus pius ac laudabilis ille
*f. 46. Hic quintum decimum iam pervenisset *ad annum[e]
Et bene rexisset ac omnibus hic placuisset,
Adveniunt fortes, rapiunt et eum[f] violenter,
Ac Albracensis fit, nolit vel velit[g] ipse.
Sic pius atque bonus abbas defungitur illic,
Quo tamen[h] domus hec[i] tulit irrevocabile dampnum.
Nam tunc defecit domus hec, ut cernitis ecce,
Nisi[k] pater Arnoldus, qui nunc est[l], possit revocare.
Tunc felix domina[10], que semper sit benedicta,
Amisso pastore suo dolet ut derelicta,
*f. 46. *Femina devota, que Christo dedita tota
Inque timore Dei corpus non dat requiei.
Ad matutinas surrexit cum monachis hiis
Horas cantando, semper Christum meditando
Atque ieiunando, vigilando, se macerando.

a) *emend. H.*, Millenus *c.*; *cf. v.* 799. 804. b) *sic h. l. c.* c) celebrantū *c.* d) MCCLXXVI° *c.*; *cf. v.* 804. e) aqum *c.* f) *suppl. H.*; *om. c.* g) volit *c.* h) tam *c.*; *fort.* tamen *et corrigendum H.-E.* i) *suppleui H.-E.*; *om. c.* k) Ni *emendandum videtur, ut versus monstruosus aliquantulo sanetur. H.-E.* l) *fort. detendum. H.-E.*

1 Bobrau (circ. Neustadt); cf. cartam donationis die 14. Apr. a. 1262. datam apud Erben, Reg. II, p. 136. 2) Slawkowicz (ibid.); cf. cartam donationis a. 1264. datam, Erben l. c. p. 183. 3) Hrabisius de Svabenicz (sive de Ussow) frater erat Witigonis de S. (infra p. 703), qui occurrit in cartis Codicis dipl. Morav. usque ad a. 1307. 4) De quo bello fusius Heinricus in Ann. a. 1271. retulit. 5) Lugduni; v. Heinrici Annales a. 1274. 6) Ibid. a. 1275. 7) Cf. ibid. a. 1273. 8) De Witigensium de Riesenburg seditionibus Heinricus in Annalibus a. 1276. fusius egit. 9) I. e. in abbatem Ebracensem, monast. ordinis Cisterc. (Ebrach Franconiae Superioris). 10) Eufemia vidua Botsconis.

Hec roseo vultu semper, sed vilibus ipsa
Vestibus induta, vivens veluti monialis,
Pauperibus Christi servit, quasi serva ministrans
Nasum detergit, os purgat, *pocula tradit, *f. 47.
Erigit egrotos, deponit, contegit ipsos.
Hospitale sibi vicinum fecerat illa,
Ut cicius posset omnes egros visitare.
Visitat hec . . . . .[a] infirmos atque coquinam
Conventus. Si non bene fit, tunc hec[b] sua mittit.
Tandem fit fragilis, consumpta laboribus istis,
Ieiuniis fracta, post est paralitica facta.
O felix domina, patris matrisque, mariti
Ac nati festis servit sollempniter *illa, *f. 47v.
Dans pisces, vinum monachis, missas . . . . . .[c] solvit.
Hoc vidi posthec bene his, quod[d] eidem
Ipsius in festo non unica missa dabatur;
De quo turbatus ego pauper corde gemebam,
Nam fuit inmeritum, sic et hoc tibi, Christe, molestum.
Postea Gerhardus duxit sponsam domicellus,
Que fuerat quondam sibi desponsata, puellam,
Filia dapiferi de Veldesperg venerandi[1],
*Et per eam genuit domicellos ac domicellas. *f. 48.
Botscho fuit primus natorum, Zmilo secundus.
Nunc obiit[e] Botscho[2], sed vivat Zmilo beatus[3]!
Primaque natarum fuit Eufemia[f] vocata[4],
Altera sed dicta fuit Agnes[5], iam sociate
Coniugibus propriis ambe, sed nunc obierunt.

15. De sexto abbate. Iohannes primus[6].

Sed post Winricum pater hic fit Weia Iohannes. 1276.
Tercius iste prior fuit *annis pluribus istic[7]. *f. 48.
Hic si mansisset, quid nobis tunc nocuisset,
Ex quo Winricum nos non poteramus habere?
Scivit quippe sequi patris precepta timore
Atque suos fratres vero dilexit amore.
Cum pater hic sextus abbas sex mensibus esset,
Adveniunt monachi de Pomuk hunc rapientes[8]
Et deducentes, patrem sibi constituentes:
Sic nostri fratres iterum sunt patre carentes.

16. Iohannes secundus[9].

*Post hunc eligitur abbas Cayphasque Iohannes. 1277. *f. 49.
Filius ecclesie fuit hic et septimus abbas,
Cuius temporibus est occisus dominus rex[10]. 1278. (Aug. 26).
Tempore sub Cayphe[11] moritur pia nobilis[g] illa 1279.
Sanctaque fundatrix[h] hic Eufemia[f] beata,
In qua perdidimus, que non rehabere valemus;
Et bene si sapimus, minus[i] est, quod inde dolemus.
Postea Gerhardus, fundator tercius, ipse

a) *vox quaedam omissa videtur; una suppl. H. falso.* b) h c.; huc *H.* c) *vox quaedam omissa; quoque suppl. H.* d) *vox quaedam omissa videtur. H.-E.* e) obyt c. f) *lege tres syllabas longas ut v. 456. 563. H.-E.* g) *emend. H.;* nobis *c.; cf. v.* 577. 673 *sq.* h) fudatrix *c.* i) mi9 *c.*

1) Cf. supra v. 777—780. p. 697, n. 5. 2) A. 1296. p. 703, l. 32. 6) A. 1276/77. 7) Cf. v. 527 sq. Cf. p. 703, l. 2. 3) † 1312; cf. Geneal. fund., infra p. 707. 8) Abbas Pomecensis in carta Codicis dipl. Morav. IV, p. 332. a. 1287. invenitur. 9) A. 1277—1281. 4) Uxor Tassonis de Tassau sive de Meseritsch († 1297). Cf. infra p. 703, l. 27. 5) Uxor, ut opinor, Ienesii de Schonberg († 1300). Cf. infra p. 707. 10) Ottacarus II. Cf. v. 879 sq. 11) A. 1279; cf. infra v. 930; Geneal. fund. p. 707.

v. 49. Cepit proficere re, corpore, mente[a], honore
v. 47. Et sic defensor noster laudabilis esse.
Et cum cepisset pulchram fundare capellam
Virginibus sacris undenis milibus in Sar,
1278. Contigit interea, quod magnus Ottakarus ille
Occiditur princeps[b] et rex quintus Bohemorum[1].
Tunc bona calcantur[c], mala plurima multiplicantur.
Tunc vox in gravibus resonat, iam nunc in acutis[2]
Dant voces mille, dum vapulat illa vel ille,
v. 50. Dum depredantur miseri, vestes rapiuntur,
Quando ceduntur baculis et post capiuntur.
O Deus omnipotens, ego quanta pericula[d] sensi
Post eius mortem, quot[e] ego discrimina vidi!
Qui tunc vixerunt, hiis in terrisque fuerunt,
Hii bene noverunt, que, qualia sustinuerunt.
Ergo Deus noster, qui terras pacificasti
Et nos salvasti, per secula sis benedictus!
v. 50. 1281. Postea prefatus abbas loca nostra resignans
Transit in Welherad et ibi pro tempore mansit.

17. De abbate octavo, qui Iohannes tercius[3].

1281. Interea pater hic fuit tercius ipse Iohannes,
Qui cum Wernhero[f] de Pomuk venerat istuc.
Tunc dux Saxonie fore cepit marchio terre[4].
Tempore sub tali capitur tunc ipse Gerhardus,
Noster fundator[5]; sed iam fundaverat illam
v. 51. Virginibus[g] sacris undenis ille capellam.
Sed precedenti[h] Bruno defungitur anno[6],
Qui presul terre fuerat summusque sacerdos,
Defensor cleri, sapiens, venerabilis ille.
1283 Post hec depositus est tercius ille Iohannes,
Qui binis annis fuerat noster pater in Sar,
Et redit in Pomuk, ubi nunc est hospitalensis[i].
1282. Eius temporibus fit magna fames, moriuntur
Quam plures, ut non possent omnes tumulari[7].
v. 51. 1283. Tunc iterum Cayphas[8] abbas assumitur istuc,
Qui bis sic abbas hic septem prefuit annis;
1286. Postea depositus est, in Welheradque reversus,
Qui tunc mansit ibi, prior et nunc exstat ibidem[9].

Anno Domini MCCLXXXII°. sub Iohanne[10] fuit fames.
Anno Domini MCCLXXXIII°. sub eodem rediit[k] rex[11] de Brandeburg[12].
Anno Domini MCCLXXXIIII. sub Caypha[12] quidam fecit se inperatorem Fridricum.
Anno Domini MCCLXXXV°. Tartari intraverunt in Ungariam[13].
v. 52. Anno Domini MCCLXXXVI°. sub eodem rex occidit sceleratos[14].
Anno Domini MCCLXXXVII. traduxit uxorem suam, filiam R[udolfi][15].

a) menti *alio atram. addito* s *corr.* mentis *c.* b) puceps *c.* c) et *add. c., quod recte deleuit B.* d) picula *c.* e) q (quod) *c.* f) werhero *c.* g) Virgines *c.; cf. v.* 878. h) anno *add. c.* i) hospital'n *c.* k) redyt *c.*

1) Cf. Heinrici Annales a. 1278. 2) Cf. Horat. Sat. I, 8, 41: *resonarint triste et acutum.* 3) A. 1281 —1283. 4) Albertus dux Saxoniae, gener Rudolfi regis, inde ab a. 1281. usque ad a. 1283. marchionatum Moraviae rexit; cf. Heinrici Annales a. 1281. 5) De lite Alberti ducis et Gerhardi de Obrany Milotaque de Dedičz cf. Heinrici Annales a. 1281; Dudik, 'Mährens Geschichte' VII. p. 60 sq. 6) Immo eodem a. 1281. die 17. Febr. mortuus est; v. Dudik l. l. VII, p. 50 sq. Sed et in Annalibus Heinricus obitum eius a. 1280. adscripsit. 7) V. Heinrici Ann. a. 1281/82. 8) Iohannes II. 9) Nominatur prior Welehradensis in cartis a. 1299. et 1300; Cod. dipl. Morav. V, 50 p. 108. 122. ROEPELL. 10) III. abbate; cf. supra v. 906 sq. 11) Wenceslaus II. 12) Iohanne II. iterum a. 1283—1286. abbate. Cf. Heinrici Ann. a. 1284. 13) Ibid. a. 1285. 14) Ibid. a. 1286. 15) Iuttam. Nuptiae a. 1285. die 24. Ian. Egrae celebratae

18. De abbate nono, scilicet Adam[1].

Postquam depositus Cayphas est[a] atque reversus 1286.
In Welhrad, tunc de Zedlitz assumitur Adam,
Vir pius atque bonus abbas et in ordine nonus,
Qui binis annis tantummodo prefuit abbas.
Eius temporibus predones invaluerunt
Et destruxerunt[b] loca *nostra, que sic perierunt, *f. 62.
Quam plures ville, loca plurima. Milia mille
Clamores fiunt, dum leditur[c] illa vel ille;
Sicque locis nostris excrevit livor eorum
In tantum, quod conventus est tunc monachorum
Dispersus, nimia pre paupertate gravatus.
Postque duos annos est abbas mortuus idem. 1288.
Hic tamen est primus abbas, qui mortuus est hic.

19. De abbate X^o. Iohannes IIII^us[2].

Post hunc eligitur hic quidam Saxo Iohannes.
*Hic homo maturus de Pomuk venerat istuc, *f. 63.
Qui per sex annos hunc conventum bene rexit.
Anno Domini MCCLXXXVIII. sub Adam Bonus Wernhardus[3] occiditur. 1287.
Anno MCCLXXXX.[d] primo obiit[e] Gerhardus fundator noster, 1291.
Sub sexto rege moritur pius et bonus ipse[f. 4],
Dum bene viveret et foret in statu meliori,
Post mortem matris anno moritur duodeno[5].
Sic nostri subito *fundatores obierunt, *f. 63'.
Dum iuvenes essent, nobis utilesque[g] fuissent.
Dimidiam[h] ville partem nobis dedit ille
In Suracken[i. 6], media quoniam fuit antea nostra.
Post hec in Pomuk decimus tunc sumitur abbas,
Postque resignato sine officio manet illic, 1294.
Et tunc in Pomuck erat . . . . .[k] pater abbas.

20. Post hunc undecimus Arnoldus fit pater in Sar[7].

Filius ipse domus est edificansque libenter.
*Incipit hic fundare domum, nam tempore longo *f. 64.
Nil fuit exstructum, nil et fuit edificatum.
Campanile novum facit hic, reparat quoque fontem,
Piscinam reparat conventus atque coquinam,
Atque domos aliquas de lignis struxit et ipse.
Sub patre predicto sunt hec sedilia facta[8],
In quibus ecce solet conventus psallere Christo.
Hic faciet plura domui, si[l] vixerit ipse
Et si manserit hic, *nam fortis adhuc satis est hic, *f. 64'.
Sicubi[m] denarios quam plures posset habere
Vel tamen argentum, quia non[n] iam quereret aurum.
Nunc et presentem conventum scribere conor,
Qui manet hic degens hoc sub patre tempore tali.

a) *emend. R.*; et *c.* b) destrxerunt *c.* c) *emend. R.*; leitur *c.* d) MCCLXXXIX, I *eras. c.* e) obyt *c.* f) Ultimus fundator *minio in marg. c.* g) *emend. R.*; *cf. v.* 1044; nobisque utiles *c.* h) Dimidia *c.* i) suracku *c.*, *ubi* Swratka *minio in marg.* k) *nomen abbatis omissum esse patet.* l) *emend. R.*; sic *c.* m) *emendavi H.-E.*; Si nisi *c.*; Si modo *R.* n) *suppl. R.*; *deest c.*

sunt, sed demum a. 1287. regina in Bohemiam intravit; cf. Heinrici Annales a. 1284: *Ipso anno Wenceslaus duxit filiam Rudolphi regis Romanorum in epyphania.* A. 1287: *Ipso anno rex uxorem suam primo introduxit.* 2) A. 1288—1294. occisus; cf. Cron. S. Petri Erford., supra p. 419, et ib. n. 5. H.-E. 3) Vernherus potius a. 1287. supra v. 870 sq. 4) Scil. Gerhardus. 5) Cf. 6) Swratka (circ. Neustadtl). 7) A. 1294—1310. 8) Cf. v. 44 sqq.

Nam de conventu primo nullus superest nunc
Preter Wigandum[1], fragilem nimis et miserandum,
Preter me solum, qui sum minimus monachorum.
*l. 55. Sunt tamen 'hic aliqui, qui Winrici veniebant
Tempore, qui nunc sunt hiis omnibus et seniores:
Primus Conradus prior est, Swevusque secundus
Cunradus, Petrus, alter Petrus atque Wigandus,
Herbert, Gotfridus, Heinricus et Nicolaus,
Heinreich[a] de Grediz[2], Cunradus, Bartolomeus,
Heinricus de Luban[3], subcellerarius ipse,
Volcmarus[b] cantor, Arnoldus et Nicolaus,
*l. 55. Andreas, Heinrich, Cunradus, 'Muslo, Iohannes,
Perchtoldus, Leupold, Heintzelinus atque Iohannes,
Et duo novicii, Sydlo puer atque Iohannes,
Et duo nos etiam fragiles, quos antea dixi,
Hoc est Wigandus et ego pauperrimus ille.
Hic est conventus noster presensque modernus.
Exceptis paucis, hii sunt geniti domus huius,
Et pater Arnoldus hic filius est domus ipse.
Hos Domini pietas custodiat et benedicat,
*l. 56. Ac benedicantur, 'vivant et multiplicentur!
Hoc ego gaudebo semper, quia[c] iam domus ista
Tantum profecit, quod non solum peregrinos,
Sed proprios eciam genitos creat hec sibi patres.
Sit Deus ergo meus in secula rex benedictus,
Quod domus ista modo se natorum genitricem
Gaudet tantorum, que ceu sterilis fuit ante.
Nam fuit iste locus[d] prius horridus[e] et male cultus,
Ut pauci possent hic neophiti remanere.
*l. 56. 'Idcirco quidam monachi post hec abierunt
Ad vomitum seculi, qui postea non redierunt[4]
Preter me solum, qui sum miser atque pusillus.
Sed novit[f] Dominus, quod ego domus huius honorem
Semper dilexi, sic de dampnoque dolebam,
Utpote qui verus fueram domus huius alumpnus,
Quamvis defuerim tunc corpore, menteque nunquam.
*l. 57. Hinc aliquos versus ego composui mihi 'soli,
Quos nullus posset sine me cognoscere lector,
Ut possem melius hoc Sar in corde tenere:
'Ars aras artes, artis pater astruis[g] artes,
Ars arces curas, facis artibus arceque puras'[5].
Inminet hiis annus; tractans has[h] nocte dieque,
Quamvis sim minimus[i], mihi prestant gaudia queque;
Nunc discessurus cito sum, sed non rediturus
Nec plus scripturus, quia iam cito sum moriturus.
*l. 57. Et qui vult 'scribat, a me non impedietur.
Sed Deus omnipotens misero mihi propicietur!
Ast tamen hos fundatores ego conmemorabo,
Qui nuper sunt defuncti, quos et recitabo.
Ista sub Arnoldo contingunt tempore tali,

a) *sic h. l. c.* b) Uolciarus *c.* c) *emend. R.*; q; (que) *c.* d) *suppl. R.*; *deest c.* e) prius horidus *c.* f) deus *add., sed mnio del. c.* g) aſtuis *c.* h) *fort.* hos *corrigendum.* i) *emend. R.*; mīn⁹ *c.*

1) Cf. supra v. 632 sq. 2) Münchengrätz, Silesiae. 3) Leubus 4) Cf. supra v. 521 sq. 5) Nescio, quomodo ex his versibus nomen Sar multoties continentibus elici possit annus (quo Heinricus monasterium reliquerit?), quem v. 1094, eis secreto modo inclusum esse dicit.

Anno Domini MCCXCV°. domina Iuta[a-1], uxor Gerhardi, obiit[b].
Anno MCCXCVI°. Botscho filius Gerhardi obiit[b]. Ipso anno domina Agnes[2], soror 1296.
Gerhardi, obiit[b],
Filia Botschonis[c] hec, Witgonis quoque coniux.
'Hec dare disposuit bona quedam, que data non sunt. *f. 58.
O Deus, o Christe, quantus labor et dolor[d] iste,
Quo nos mortales circumplexi sumus omnes!
Hec fuerat pulchra quondam, facunda, venusta,
Inque sepultura fuit eius fetor et horror
Tantus, quod nullus presens ibi stare valeret.
Nam fuit infirma, decumbens tempore longo,
Et fuit estivum[e] tempus, quando tumulatur.
Ast fratres iaciunt terram, tandem 'sepellitur. *f. 58'.
Pre fetore[f] tamen ibi mansit nostra securis
In tumulo, quoniam tollere non poterant.
Mundum florentem primo, post deficientem,
Qui prius apparet quasi flos et protinus aret!
Hinc bene dictavit hos versus versificator:
'Unde superbimus, cum fex vilissima simus,
Cum simus limus, ad terram terra redimus?'
Anno Domini MCCXCVI°. domina Elizabet, martertera Gerhardi[3], obiit[b]. 1296.
Uxor Rewisschi fuit hec et nata Sibille.
Ducissa obiit[b-4].
'Luchtenburgensis Zmilonis filius Heyman[g], *f. 59.
Illustris baro, moritur tunc temporis ipse.
Anno eodem Rewissch frater Witkonis obiit.
Anno MCCXCVI°. Iesko prepositus[5], frater regis, obiit.
Anno MCCXCVII°. Eufemia filia Gerhardi[6] obiit. Ipso anno sepultus est rex Bohe- 1297.
morum[h] quintus[7] et filia eius ducissa[8]. Anno eodem coronatus est rex Bohemoruni[h] VI.
Wentz[eslaus][9]. Anno eodem et tempore regina Guta coronata[10] obiit.
Anno MCCXCVIII. Albertus dux Austrie occidit Adolfum.
Anno MCCXCIX. Rex[i] Ruscie fuit in Brunna circa 'regem W[entzeslaum][11]. *f. 59'.
Anno Domini MCCC. Agnes[12] filia Gerhardi obiit et est sepulta hic
In Sar; hec eciam fuit[k] filia domine Iute.
Ista sub Arnoldi contingunt tempore facta.
Nunc specta, lector, audi, que gloria nostra:
Ecce videre potes in eis, quos iam recitavi,
Quod quasi pictura mundi perit ista figura.
Mors fera, mors nequam, quia nulli parcit et 'equam *f. 60.
Dat cunctis legem, miscens cum paupere regem.
Hoc quoque Bernhardus loquitur de morte superba[13]:
'Mors[l] iuvenes rapit atque senes miseretur,
Tam ducibus quam principibus[m] communis habetur'.

a) Iuta c., *ut supra v. 779; cf. v. 1023.* b) *in his adnotationibus fere semper minio scr. c.* c) botschoni c. d) s (est) *add. c., delevit H.* e) estinum c. f) fatore *littera e post superscripta corr.* fetore c. g) *H* (obiit) *minio in marg. add. c.* h) boh (Bohemie?) c. i) *deest c., ex Henr. Ann. a. 1299. suppleri.* k) *fort. corrigendum* dom. fuit filia. *H.-E.* l) pueros *suppl. H.* m) pncibus c.

1) De Velsberg; de his et de sequentibus cf. Geneal. fund. p. 707. 2) De qua cf. supra v. 83. 773. 3) Cf. v. 85 sq. 790. Uxor Zmilonis de Luchtenburg et Hrabisii de Upa. — 4) Cf. Heinrici Ann. a. 1296: *Obiit soror regis Elizabeth*, immo Agnes uxor Alberti ducis Austriae. 5) Wyssegradensis; cf. Ann. a. 1296. 6) Cf. supra p. 699, n. 4. 7) Ottocarus rex a. 1278. 9) Ian. 2; cf. Heinrici Ann. a. 1297. 10) Ian. 18; cf. ibid. a. 1298. 11) Ibid. a. 1299: *Rex Ruscie venit ad regem Wenceslaum in Brunnam.* 12) Cf. supra p. 699, n. 5. 13) Cf. Bernhardi opera (ed. Mabillon) I, p. 484. II, p. 913: *Quid vero in rebus humanis certius morte? Quid hora mortis incertius invenitur? Non miseretur inopiam, non divitias reveretur, non generi cuiuslibet, non moribus, non ipsi denique parcit aetati, nisi quod senibus quidem in iamis, adolescentibus autem in insidiis est.*

Znoimae apud fratres Minores tumulatus, postmodum a. 1297. Pragam translatus ibique sepultus est; cf. Heinrici Ann. a. 1297: *Sepultus est Ottakarus et filia eius.* 8) Agnes ducissa Austrine

Sed tamen hec mea mens dudum servaverat[a] ante.
Utpote qui puer huc veni puerilibus annis.
Quedam conspexi, quedam mihi sunt recitata.
Que non aspexi, dum non vicinus adessem,
Et scripsi, sicut dixi, nunc tempus ad istud.
Est quoniam Domini nunc annus C tria mille,
Ipsius abbatis est annus nunc quoque sextus,
Atque domus posite nunc annus XL et octo,
Atque mee vite nunc annus est L et octo.
Annis quippe decem sentor sum quam domus ista[1].
Qui vult scire tamen, quis sim vel quod mihi nomen,
Audiat, et dicam, sic et per[b] carmina pandam:
In scolis dictus Heinricus eram lapicida,
Filius Eckwardi lapicide, qui tamen istud
Capitolium[c] fecit[2], struxit quoque cetera plura.
Sed nunc Heinricus pauper sculptor volo dici,
Et merito sculptor, postquam scdilia sculpsi[3].
Sum sculptor modicus, modicum quia sculpere novi,
Nam non sum talis, quod sim sculptor generalis.
Sum pauper vere re vel virtute vel ere:
Non mihi virtutes sunt, non res, nec mihi sunt res.
Hinc paupertatis gaudens volo nomine fungi:
Pauperis atque rei sit[d] 'miserere mei'.
Est reus et nequam, qui rem non perpetrat equam.
Sic reus existo, fateor, quia noxius isto:
Sub patre Walthelmo cum patreque matreque veni,
Sed sub Wirnero sexto sum mortuus anno[4],
Patre 'sub Arnoldo, fratres, tam tamque resurgo
Nam moritur quisque, quando fit apostata Christi.
Vivere[e] tunc dicit, peccatis dum resipiscit
Sic ego conversus respisceus simique reversus
Et sic, ut dixi, sum tardius atque revixi
Heu! tunc defunctos omnes repperi seniores,
Abbat, tunc tunc defunctum, dominum dominamque!
Quo tamen ad maius dolui, quod fratris amorem
Secum detulerant, habeo quo mente[f] dolorem
Heu! dormitat amor, 'dilectio languet ubique,
Est consolator nullus, manet undique languor.
Protegus ille tamen adolescens cum redisset[g],
Et susccpisset ipsum gaudens pater eius,
Omnia prima sibi sunt[h] reddita', sed mihi sic non.
Quam bene sufferrent mihi, si postrema darentur!
Et quia sum pauper, 'miserere' placet mihi semper.
Cum miseris 'miserere mei' do tibi, Christe
Es, pater alme, Deus meus et dominus 'dominorum
Competit ergo mihi 'miserere', tibi miserari
Es beatus, largus, qua das conctis miserando,
Tam miseris[i] quam divitibus, non improperando
Sum miser et pauper, 'miserere' coram tibi semper.
Pauperis et nomine, quia non est pauperior me
Da miserere meum miseram tibi, sed miserari

a *recte* B. b *corr.* B. c *corr. ex* capitulum *per* B. d sit B. e *corr.* B. f *corr.* B. g *corr.* B. h sunt B. i *corr.* B.

1 O. c. 32 sq. 2 Ib. c. 76 sqq. 3 O. c. 44. 55. 47 sq. 4 V. 1262 s. 10 supra p. 679, 55 et c. 54. 984 sq. 5 Arethusam 1291 et Iuttam 1295 docere videtur B. L.

Impertire tuum mihi dulce, precor, pater alme!
Iam tibi cum miseris dicam: 'Deus, o miserere!'
*f. 66. Pre cunctis 'psalmis hoc miserere canam.
Qui 'miserere mei' docuit me, sit ille beatus!
1135 Est 'miserere mei' vita salusque mei.
Omnibus est miserere[a] bonum, valet omnibus eque.
Hinc miserere placet omnibus ens habile,
Tam vivis quam defunctis valet[b] hoc miserere
Absolvitque reos, salvificans[c] animas.
1140 Est miserere bonum cunctis, Domini quoque donum,
Est 'miserere mei' nam medicina Dei;
*f. 66'. Est 'miserere pium, quia gaudia[d] dat paradisi,
Dat vivis veniam, dat miseris requiem;
Est 'miserere mei' super omnia regna beatum,
1145 Nam miserere facit scandere regna Dei.
Per miserere datur spes lapsis, gracia iustis,
Corrigit iniustos iustificatque pios.
Per 'miserere mei' loca dantur requiei,
Defunctis requiem datque reis veniam.
. . . . . [e]
1150 Nequiciam pellit angelus adveniens
*f. 67. Hoc miserere Deum 'placat, sanctos et honorat,
Iustificans hominem datque videre Deum.
Non bene pro toto miserere tamen datur auro,
Nam 'miserere mei' solvere nemo potest.
1155 Ergo cum tantum valeat sanctum miserere,
Sit mihi precipuum, sit super omne quod est.
Te rogo sincere, Deus alme, mei miserere,
Per miserere pium fer mihi subsidium!
Da mihi deflere mea crimina per miserere,
1160 Ut sit in extremis hoc miserere meis,
*f. 67'. Ultimus 'ut flatus sit per miserere beatus,
Gracia summa Dei sit 'miserere mei!'

AMEN[f. g].

*) *Sequuntur haec*[h]:

*f. 68. 'Anno Domini nongentesimo incepit ordo monasterii Cluniacensis.
M°3. incepit ordo Arrousiensis.
MLXXXVI°. incepit ordo Kartusiensis.
Anno Domini M°LXXXVIII. Incepit ordo Cysterciensis[g], et fundata fuit abbatia Cistercii sub beato abbate Ruberto, qui post abbas exstitit Cistercii. Et anno etatis sue LXXXIII°. XV. Kal. Maii migravit ad Dominum.
*f. 68'. 'Item M°C°IX. Incepit ordo Premonstratensis.
M°CLXXXVIII. Incepit ordo Trinitatis.
Item M°CC°. Incepit ordo Predicatorum.
Item MCCX. Incepit ordo Minorum fratrum.

GENEALOGIA FUNDATORUM.

*f. 69. Anno Domini MCCLI°. Dominus Prsibizlaus in agone in magna[b] 'devocione commisit
1251 (Febr. 16.) domino Botschoni, genero suo, fundacionem huius monasterii et quievit in Christo anno Domini MCCLI[2].

a) *emend. R.*; bonum miserere *c.* b) *emend. R.*; vel *c.* c) saluuificans *c.* d) *emend. R.*; dat gaudia *c.* e) *versus hexameter omissus esse videtur, ut Ropell adnotavit.* f) *manu scribae subscriptum est:* Iohannes de Augusta. g) Cysterc. *c.* h) mg *c.*

1) Similes indiculos ordinum religiosorum habes p. 354 sq. et quae ibi adnotavi. H.-E. 2) Cf. SS. XVII, p. 722, in Ann. Mogunt., ib. p. 1; Ann. supra v. 255—336. Halesbrunn. mai., SS. XXIV, p. 43. Cf. supra

Dominus Botsco, comes dictus de Bernek[1], in invencione sancte crucis iecit fundamenta huius ecclesie[2], scilicet Sarensis. Et anno fundacionis quarto obiit ipse summus fundator in vigilia sancti Thome[3] circa annum Domini MCCLV. Et reliquit cum consorte sua, filia Pribizlai, Eufemia duos heredes mares, Zmilonem et Gerhardum, et unam filiam Agnetem, quam postea Witigo de Swabniz duxit. Postea in sexto anno felix matrona Sibilla, relicta Prsibizlai, primi fundatoris, postquam omnia sua monasterio legasset preter unam tunicam, in qua sepulta fuit in presbiterio, quievit in Christo circa annum Domini M°CC°LXI°[4]. Postea anno Domini M°CC°LXVIII°[5]. obiit Zmilo filius Botschonis, et tota cura fundacionis devoluta est ad Eufemiam[a] relictam Botsconis, quia Gerhardus adhuc tenellus fuit. Que residens circa monasterium omnia que habere potuit edificando consumpsit et propriis manibus in ornatu, ut hodie apparet, multum laboravit et monachis contemporaneis suis infinita sollacia ministravit[6]. Tandem plena bonis operibus obiit circa annum Domini MCCLXXIX°[7].

1253. Mai 3. 1255. Dec. 20. cf. 69*. 1262. (Ian. 1). cf. 70. 1268. 1279. cf. 70*.

Postea filius eius Gerhardus intromisit se, sicut debebat, de fundacione et duxit nobilem virginem nomine Tutam de Velsperg[8]. Ex qua genuit duos filios, Botsconem et Zmilonem, ultimum heredem fundacionis, et mortuus est circa annum Domini MCCLXXXXI°[9]. Tandem domina Tuta, relicta domini Gerhardi, permanens vidua et tenens bona mariti et nutriens pueros, in quarto anno post obitum mariti decessit[b] circa annum Domini MCCXCV[10]. Postea ambe filie eius, scilicet Eufemia et Agnes, obierunt[11].

1291. cf. 71. 1295.

Obiit eciam[c] Botsco filius eius[12], et devoluta[d] est fundacio ad ultimum heredem Zmilonem, filium Gerhardi, qui intromisit se de fundacione, et non tanta sollicitudine prefuit monasterio sicut predecessores sui. Hic duxit filiam domini Ulrici de Nova-domo, Annam nomine, virginem. Et decessit iuvenis sine herede, relicto sexu[e] femineo, circa annum Domini MCCC°XII. et cetera.

1296. cf. 71. 1312.

a) eufemia *c.* b) descessit *c.* c) ecciam *c.* d) o *e corr. c.* e) sexo *c.*

1) Bosco de Obrany in nonnullis cartis Codicis dipl. Morav. III, p. 200 sqq. comes de Bernekke appellatur. 2) Hoc die *fundus templi* consecratus est; cf. supra v. 407 sq. 3) Dies obitus supra v. 479 sqq. 558 sq. non indicatus est. 4) Potius a. 1262. Ian. 1, supra v. 673 sqq. 5) Cf. v. 764 sqq. 6) Cf. supra v. 563 sqq. 716 sqq. 823 sqq. 7) Annus supra v. 870 sq. non indicatus est. 8) Iutam, etiam supra in cod. bis Tutam dictam; cf. v. 776 sqq. 848 sqq. 9) Cf. supra p. 701, l. 20. 10) Cf. supra p. 703, l. 1. 11) Cf. supra p. 703, l. 27. 32. 12) A. 1296, supra p. 703, l. 2.

CONTINUATIONES BREVES CHRONICI MARTINI OPPAVIENSIS.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Complures continuationes breves in diversis codicibus Martini Oppaviensis Chronico pontificum et imperatorum subiunctas hoc loco collegi, quibus editis iam certius de compositione quarundam continuationum antea editarum iudicari poterit. quibuscum nonnullae harum quaedam communia habent. Quae quamvis breves sint. praebent tamen quaedam haud inutilia.

I) In codice bibliothecae universitatis Taurinensis G IV 26 (Pasini nr. 585. olim L III 2), chart. fol., saec. XV, catalogo pontificum Martini f. 75'. alia manu. cum prior manus in articulo Iohannis XXI. substitisset[1]*, quaedam de Iohanne XXI. et Nicolao III. addita sunt, quae non a scriba composita, sed ex antiquiore codice transscripta videntur. Sane a viro quodam saec. XIII. haec scripta esse coniecies, quae equidem nusquam alibi inveni. Huic Continuationi dictae Italicae I, quam iam 'N. Archiv' XI, p. 271. edidi, subiunxi brevem particulam de Nicolao III. in codice Romano bibliothecae Casanatensis vel Minervae A II 34, mbr., saec. XIV, catalogo pontificum Martini additam, editam a G. Waitz h. m. in 'N. Archiv' II, p. 339.*

II) Continuationem Italicam II. inscripsi eam, quam iam 'N. Archiv' XVII, p. 522. edidi ex codice bibliothecae S. Marci Venetianae XXII. 140 (Zanetti nr. 387)[2]*, chart. fol., saec. XV, f. 70. Chronico Martini prioris editionis subiunctam.*

III) Continuationem pontificum Romanam brevem inscripsi solam Vitam Nicolai III. continentem, Martini catalogo pontificum tertiae editionis[3] *adiectam, quae a clerico quodam tempore Nicolai III. papae in curia Romana morato conscripta videtur esse*[4]*, qua quaedam memorabilia ac notatu digna de hoc papa tradita sunt, quorum pleraque Ptolomeus Lucensis in Hist. eccl. XXIII, c. 26—35. ex ea exscripsit*[5]*, pauca etiam Bernardus Guidonis in Vita Nicolai III. ex ea transsumpsit*[6]*. Haec Continuatio exstat in*

1 Non hucusque immutuit recensio Chronici Martini, quae eodem loco desierit, quo codex hic Taurinensis. Nescio an casu quodam interveniente scriba reliqua, quae in tertia editione Martini de Iohanne XXI. dicta sunt, omiserit. — 2. Cf. 'N. Archiv' II, p. 339 sq. 373. — 3. Desimentis SS. XXII, p. 443, l. 22: *in ecclesia sancti Laurentii est sepultus.* — 4. Quod elucere videtur ex iis, quae de ecclesiis aliisque aedibus Romae a Nicolao III. constructis, de reliquiis ab eo translatis, de officialibus curiae partim in castro Suriano partim Viterbii moratis relata sunt. Auctorem Italum fuisse ex eo patet, quod semel diem ab exeunte mense computatum adnotaverit. 5) Muratori, SS. R. Ital. XI, c. 1179—1184. 6) Ibid. III, p. 606 sq.

fuit Liber beatae Mariae Suthwelliae, *ut f. 2'. adnotatum est*[1]. *Quae Continuatio f. 98'—100', catalogo pontificum Martini tertiae editionis*[2] *subiuncta est, continens pontifices inde a Nicolao III. usque ad Clementem V. In qua quae de Nicolao III. et Martino IV. leguntur ex Continuatione pont. Romana brevi (III) excerpta sunt, omnia de sequentibus pontificibus adnotata vulgatissima sunt. Auctorem eius Anglicum fuisse satis elucet, eum etiam fratrem ordinis Minorum fuisse conicio.*

VII) Continuationem pontificum et imperatorum Lombardicam, quam inscripsi, iam edidi 'N. Archiv' XI, p. 268 sq. ex codice universitatis Taurinensis 'D IV 21, mbr. fol., saec. XIV, in quo Martini Chronicon cum Continuatione pontificum Romana continente[3] *huic f. 76'. 77. continuatio pontificum a. 1281—1314. subiecta est. Quae in ea de Honorio IV. leguntur ad verbum conveniunt cum Continuatione Brabantina, SS. XXIV, p. 260.*[4] *Unde perspicis in antiquiore exemplari Continuationi pontificum Romanae solam particulam Honorii IV. a viro quodam Francogallico, ut videtur, additam fuisse, quae in utraque Continuatione exscripta sit. In nostra librarius quidam post Honorium II. iterum Martinum IV, cuius Vita iam in Cont. pont. Romana copiose descripta erat, posuit, deinde pauca de sequentibus pontificibus usque ad Clementem V. adiecit, diebus electionis paparum et spatiis vacationis papatus accurate adnotatis. Sane Italus fuisse videtur qui haec scripsit, et post haec quaedam de expeditione Italica Heinrici VII. imperatoris adnotata sunt*[5], *quae quin Lombardo cuidam attribuenda sint, haud dubito. In bibliotheca Moguntina extitit olim codex Chronici Martiniani (nr. CXXII) hac eadem continuatione auctus, ut apparet ex iis quae V. F. de Gudenus. Codex dipl. II, p. 592 sqq. retulit, qui ex parte extrema de Heinrico VII. quaedam edidit, unde nonnulla adnotavi signata* Mog.

VIII) V. Cl. F. Liebermann ex codice Musei Brittannici Arundeliano nr. 220, mbr. 4°, saec. XIV, f. 224 sqq., Chronicon Martini Oppaviensis tertiae editionis continente, continuationem exscripsit, quam, licet una manu saec. XIV. scripta sit, a tribus auctoribus diversis temporibus compositam esse apparet. Quorum primus frater quidam ordinis Minorum Anglicus solum Nicolaum III. adscit, alter ex Continuatione pontificum Romana plura de hoc papa, ex eadem eiusque additamento Vitas Martini IV. et Honorii IV. supplevit et ipse eas Nicolai IV, Caelestini V. Bonifacii VIII. composuit, tertius paucissima de Iohanne XXII. adnotavit, praecedentium duorum pontificum solis nominibus positis. Ubi secundus et tertius horum scriptorum vixerint vel cuius condicionis fuerint, non apparet, nisi eos Anglos fuisse, unde hanc Continuationem pontificum Anglicam inscripsi. **O. H.-E.**

1) *Ex dono Io. Bridges*, qui fuit a. 1565, canonicus, a. 1604—1618, episcopus Oxoniensis, ecclesiae Wintoniensi hic liber datus est, ut f. 3. adnotatum est. 2) Quae desinit *sepultus extitit* = SS. XXII, p. 443, l. 22. 3) Quae desinit verbis *qui scripsit hic cidit ea* = SS. XXII, p. 481, l. 40. 4) Reliqua, quae in Cont. Lombardica cum Brabantina conveniunt, minima sunt atque omnibus notissima, quibus lectis non conicies exemplar ab utroque continuatore exscriptum etiam quaedam de successoribus Honorii IV. praebuisse. Sed exemplar a Brabantino adhibitum etiam quaedam de sequentibus pontificibus habuisse videtur, ut l. Weiland, SS. XXIV, p. 260. coniecit. 5) Catalogus imperatorum desinit f. 73. verbis *in Siciliam veniens est defunctus* = SS. XXII, p. 474, l. 45, cui nihil additum est.

veteri et Perusii; rebellavit Scicilia, quam Petrus rex Aragonum cum intrasset, statim a Martino est excommunicatus et regno privatus[a], quod donavit filio regis Francorum. Carolus rex Scicilie Sciciliam cum summo exercitu intrat, sed nil proficit[b].

III. CONTINUATIO PONTIFICUM ROMANA BREVIS.

Iohannes XXI. . . . . Hic papa constitutionem, quam papa Adrianus, predecessor suus, reliquid suspensam[c], omnino[d] cassavit[1].

1277. Nicholaus III[us][e], natione Romanus, anno Domini MCCLXXVII, sedit ann. II, men. VIII
1280 minus IIII[or] diebus. Obiit apud Surianum in octava assumpcionis beate virginis[f], sepultus
Aug. 22. vero fuit in capella sancti Nicholai sita in basilica sancti Petri die dominica tunc sequenti anno
Aug. 25. Domini MCCLXXX[o·2]; et cessavit episcopatus[h] VI mensibus. Hic papa de domo[i] Ursinorum, genere nobilis, decorus facie, nobilitatem et pulcritudinem moribus et prospicuitate[k] decorans, statura procerus, vocatus olim Iohannes Gagetanus[k'] Sancti Nicholai in Carcere Tulliano
1277. dyaconus cardinalis, electus in Viterbio VI. die exeunte[l] Novembri, in festo sancte Katerine,
Nov. 25. ac Romam accedens in festo sancti[m] Stephani, quod tunc occurrit[n] die dominico, coronatus[3]
Dec. 26. in basilica principis apostolorum, semper hyemavit[o] ibidem, ubi palacia et in eis capellam nobilem, mirabiliter picturatam, ac domos alias de novo erexit[p], spaciumque magnum vinearum in gardinum[q] conversarum iuxta palacia[r] ipsa cingi fecit muris et turribus ad similitudinem civitatis. Hic etiam[s] pulcherrimam capellam, in qua sepultus est, ad honorem
1279. sancti[m] Nicholai in basilica ipsa de novo fieri[t] fecit, quam dotavit decenter et II.[o] Idus Iunii
Iun. 12. presencialiter[u] consecravit[4]; basilicam ipsam ministris graviter deformatam honorabili canonicorum et beneficiatorum collegio reformavit. Palacium Lateranense, quod de novo Adrianus V[us] inceperat, fecit perfici[v] nec non[x] basilicam ad Sancta sanctorum evidencius ruinosam a solo terre opere perpetuo, intus per latera vestito[y] marmore[z] ac in superiori parte testitudinis picturis pulcherrimis ornato[a], fundari, capitibus apostolorum cum scarpis, umbilico et carne circumcisionis Iesu Christi, capillis quoque beate virginis et capite beate Agnetis, quarum reliquiarum quelibet in propria capsa erat, exinde[b] manu eius propria in palacium ipsum[c] novum de nocte translatis et custoditis ibidem per religiosas et fide dignas personas, donec basilica ipsa[d] fuerit completa. Deinde[e] autem Romano populo utriusque sexus generaliter ac multis prelatis et aliis innumeris concurrentibus, personaliter argenteas
Iun. 4. capsas ipsas ostendens, eas reduxit in altare ipsius basilice, quam II[o] Nonas Iunii consecravit[f·5]. Unam ordinacionem cardinalium fecit. Hic autem[g] sensatissimus[h] et attentissimus homo[i] fuit et in vulgari pulcherimus[k] predicator cantorque sonorus, divinorum misteriorum[l] ornatissimus[m] prosecutor[n], elemosinarius largifluus[o], publicus[p] et occultus; missam devotissime celebravit et in canone semper flevit, ac in omnibus agendis suis cum maturitate processit; vacantes ecclesias supra omnes predecessores suos velociter et feliciter expedivit. Notarios[q] tamen, secundum quod[r] Gregorius X[us] inceperat[s] et Iohannes XXI[us] in hoc illum[t] secutus fuerat, non audivit. Ostia eius et porte[u] patuerunt. Hoc autem fecit notabile, quod existens[v] in castro Suriano audientiam fecit fieri in Viterbio. Sed retentis iuxta se bullatoribus in suis litteris *Datam*[w] *Suriani* fecit apponi[6] et officialibus in Viterbio existentibus[x] in dandam[y] in denariis ministrari[z]. Preterea Radulfi[a] regis Romanorum et omnium principum

a privavit *c.* b Finis *add. m c.* c) suspensum 1. d) omnia 1. e) *in marg. numerr* MCCLXXVII – MCCLXXX. *adscripti sunt* 1. f) Marie 2[a.b]. g) *sic* 2[a]; anno MCCLXXV. 1; MCCLXXVII. 2[b]. h) papatus 2[a]. *Cont VI; om.* 2[b]. – mens. VI. 2[a.b]. i) *om.* 2[a]. k) prosperitate 2[a.b]. k') Gagitanus 2[a]. l) Novembris ex. 2[b]. m) beati 2[a.b]. n) occurrebat 2[b]. o) yemabat 2[b]. p) construxit 2[b], *ubi add.* et iuxta illa pratellum – includendo *ex Cont. Rom., SS. XXII, p.* 477, *l.* 25 *sq* q) gardira 1. r) palacium ipsum 2[b]. s) *om.* 2[b]. t) fecit fieri 2[a.b]. u) pridie 2[a.b]. v) *sic* 1. 2[a]; personaliter 2[b]. w) fieri 2[b]. x) et *add.* 2[a.b]. y) *sic* 1. 2[a.b]; vestita *Ptol.* z) marmoreo 2[a]. a) *sic* 1. 2[b]; emanto 2[a]; ornata *Ptol.* b) et ex 2[a.b]. c) *om.* 2[b]. d) illa 2[a.b]. e) Demum 1. f) sicut superius dictum est *add.* 2[b], *ubi* Unam – fecit *om.* g) etiam 2[a.b]. h) fuit *add.* 1. i) h. fuit et *om.* 2[a]. k) pred. pulch. 2[a]. l) ministeriorum 2[a]. m) *om.* 1. n) persecutor 2[b]; presentor 2[a]. o) largissimus 2[b]. p) publ. et *om.* 2[a]; publice et occulte 2[b] q) *sic Ptol. c.* 30; Notarios 1. 2[b]; Notarius 2[a] r) *om.* 2[a]. s) incepit 2[a.b]. t) verbum 2[a]. u) eius parte 1. v) in c. ex. 2[b]. w) *sic* 2[a.b]; datis 1; Datum *Ptol.* x) exantibus 1; appositis *add.* 2[a]. y) *sic* 1. 2[b]; app. vitandam 2[a]. z) fecit *add.* 2[b]. a) Radulphi 1.

1 Cf. addit. cod. B. SS. XXII, p. 443; supra p. 711, l. 3 sq. 2) Haec Bern. Guid., Muratori, SS. III, p. 607, exscripsit. 3) Haec Bern. Guid., ib. p. 606, exscripaisse videtur. 4) A. 1279. Nam a. 1278. et a. 1280. Nicolaus procul dubio hoc die iam non Romae erat. 5) A. 1279, ut coniciendum est, quamvis etiam a. 1278. Nicolaus hoc die Romae fuerit. 6) Quod in nonnullis factum est, plures Viterbii datae existunt.

Alemannie[a] super restitucione et confirmacione factis ecclesie[b] de Romaniola et exarcatu[c] Ravenne novit ex sua prudenti sollicitudine patentes litteras optinere[d]. Fratres Minores nuncios ad Grecos et ad Tartaros alios destinavit. Regulam ordinis[e] fratrum Minorum declarando provide ordinavit[2]; persecutor hereticorum extitit[f], fidei orthodoxe zelator. Curam ordinis fratrum Minorum et sororum sancte Clare sibi commissam[g] gessit salubriter usque ad sui papatus diem. Et quam cito ad[h] papatum ascendit, rex[i] Karolus, senator Urbis et vicarius Tuscie, huiusmodi[k] senatum vicariamque[l] dimisit. Sicque dominus papa Nicholaus constitucionem edidit[k], ut nullus de quibusdam personis Urbis[l] de cetero sit senator, quare[m] idem[3] fuit electus senator ad vitam[n].

ADDITAMENTUM.

Cod. 1.

Martinus[a] IIII[us], natione Gallicus, anno Domini MCCLXXXI. electus in Viterbio in ca- 1281. Febr. 22
thedra sancti Petri et ibi in anunciacione dominica[4] munus consecracionis accepit, sedit Mart. 25
an. IIII, d. XXXV; et cessavit d. IIII.

IV. CONTINUATIO IMPERATORUM ANGLICA BREVIS.

Rex autem Navarre, qui infirmus de Affrica processerat, in Siciliam veniens[a] iuxta Traponam in domo Martii
fratrum ordinis beate Marie de monte Carmeli[b] est defunctus. Et in eodem portu multe naves 1270
et vasa navalia propter elaciones maris terribiles incurrerunt naufragium, et christiani multi perierunt. Sicque Philippus primogenitus dicti regis Francie[6] cum dicto rege Karolo ac domino Henrico, filio quondam comitis Cornubie, electi in imperatorem Romanorum, et multis aliis magnatibus venit Viterbium, et insistens pènes cardinales efficacibus precibus, 1271
ut papam eligerent, non profecit. Dicto vero domino Henrico in Viterbio occiso per Gydonem de Monte-forti, eius cognatum, in ecclesia sancti Silvestri infra missarum sollempnia, recesserunt omnes ad propria quasi confusi. Preterea paulo ante ista tempora clare memorie 1264.
Henricus rex Anglie et dominus Edwardus, filius eius primogenitus, capti a quodam Symone de Monte-forti, comite[c] Leycestrie, sed per Dei gratiam liberati fuerunt. dictusque Symon 1265
postmodum captus et decollatus[7]. Dominus Edwardus post mortem clare memorie regis Francie de Tunicio ad Terram Sanctam proficiscens, cum[c] in Acon permansisset, a quodam 1272
assisino quinque percussus vulneribus extitit. Sed per clemenciam divinam mortem evasit. Et post ad propria rediens cum gloria et honore in Londoniis[c] apud Westmonasterium in ecclesia sancti Edwardi regis et confessoris mire pulcritudinis, quam pater suus construxerat, cum regina[g] est coronatus anno Domini MCCLXXIIII. XIIII. Kal. Septembris. 1274. Aug. 19.

V. CONTINUATIO PONTIFICUM ANGLICA FRATRUM MINORUM BREVIS.

Njcholaus[a] III[us], nacione Romanus, anno Domini M°CC°LXXVII°, sedit an. III, men. IX. 1277.
Hic honestissimus fuit et in omnibus factis suis prudentissimus, summe zelans pro cura animarum; cuius tempore pro cure adopcione vel beneficiorum pluralitate nunquam potuit valere peccunia. Hic fecit IX[i] cardinales, viros omni honestate conspicuos, inter quos fratrem Ieronimum, generalem ministrum ordinis fratrum Minorum, qui predicacione sua Grecos ad unitatem ecclesie Romane convertit et ad concilium Lugdunense venire fecit, et dominum episcopum Tudertinum[a.10], fratrem quendam eiusdem ordinis, fecit. Hic fratrem

a) alema L. b) de ecclesia 2a. c) arcatu L. d) *om.* L. d²) *sic* L *Cont. VI*; et *add.* 2a.b. e) commissa L. f) *om.* 2a.b. *Cont. VI.* g) rex dimisit *om.* 2a. h) *sic Cont. VI.* h²) (huius) L 2b. i) vicariumque L. k) addedit 2b. l) nisi de urbe 2a. m) qr L. n) ad tempus vite sue 2a, *hoc loco desinens.* — *In* 2b *sequuntur ex Cont. post. Rom. sumpta:* Hic etiam Karolum conspectum evocabat *SS. XXII, p.* 476, *l.* 26–32, *tunc Parum ante* — diaconum cardinalem *ib. l.* 14–24, Post mortem vero eius — dicetur inferius — *ib. l.* 34 *p.* 477, *l.* 6. o) *in marg. numeri annorum* MCCLXXXI — MCCLXXXV. *adscripti sunt* L. p) venire *c.* q) comiti *c.* r) *sic Cont. imp. Angl., SS XXIV, p.* 251, et cum *c.* s) iuxta Londoniam *SS. XXIV, p.* 252. t) *sic* (novem) *Cont. Angl.*, XX *c.* u) tudurtin *c.*

1) Haec etiam Bern. Guid. l. l. p. 606. exscripsit. imp. Angl., SS. XXIV, p. 251, sic: *in conflictu campestri erat interfectus.* 8) Alienore. 9) Haec de Nicolao III. papa breviata exscripta sunt in Cont. Anglica fratrum Minorum, SS. XXIV, p. 254. 10) Bentivengam, qui factus est episcopus Albanensis. Cf. Cont. Rom., SS. XXII, p. 476.
2) Bulla illa celeberrima *Exiit qui seminat*, Potthast nr. 21628; Sexti Decret. l. V, tit. 12, c. 3. 3) Scil. Nicolaus papa. 4) Potius Mart. 23. 5) Cf. addit. cod. 8, SS. XXIV, p. 474, n. *. 6) Ludowici IX. 7) Hoc falsum correctum est in Cont.

Iohannem de Pecham[a] de ordine fratrum Minorum, theologie doctorem egregium, compulit[b] per obedienciam suscipere archiepiscopatum Cantuariensem[1]. Hic etiam fecit declaracionem regule beati Francisci, in qua ostendit evidentissime eandem regulam licitam esse et observabilem ac perfectionem altissimam continentem; in qua etiam excommunicat illos qui contrarium asserunt; a qua excommunicacione non nisi per summum pontificem possunt
1280. absolvi. Hic mortuus fuit apud Surianum et Rome sepelitur in ecclesia beati Petri iuxta corpus beati Gregorii ante altare sancti Nicholai, quod ipse adhuc[c] vivens erexerat.

1281. Martinus V[us][d], natione Tuscus, sedit an. III, d. III. Huius temporibus Greci, qui in concilio Lugdunensi sub Gregorio X[o] celebrato ad unitatem ecclesie sunt conversi, iterum scismatici sunt effecti. Hic pulcherrimum concessit fratribus Predicatoribus et Minoribus privi-
1282. legium[2], quod incipit sic: *Martinus Dei gratia* et cetera. Huius eciam temporibus Petrus rex Arragonie, ad Terram Sanctam profecturum se simulans, in regnum Sicilie declinavit illudque dolose occupavit et dominum Karolum, regem Sicilie per collacionem curie Romane factum, qui Manfredum regem Sicilie curie Romane contrarium occidit regnumque Sicilie triumphose lucratus est, penitus exclusit regnoque privavit. Quapropter iste Martinus eundem Petrum tanquam curie Romane rebellem et contrarium excommunicavit et omnes nobiles barones suos a fidelitate sibi debita absolvit regnumque Arragonie filio regis Francie[3] dedit.

Honorius V[us][d], natione Romanus, sedit an. II; et cessavit episcopatus ebdomadis XII, d. III. Hic fecit ordinacionem unam. Hic pauperibus fuit honerosus et divitibus gratiosus, quia super pluralitate beneficiorum libenter dispensavit et de irregularitatibus quacumque
1285. Apr. 3. ex causa contractis divites absolvit. Hic ex insperato electus est in papam. Cum enim divisi essent cardinales, assensit altera pars in istum, credens alios nolle consentire, set alii priorum consiliis[e] se conformantes in ipsum, quia erat de parte sua, faciliter consenserunt. Hic erat mancus et podager[f], unde quidam versificator describens[g] eundem sic ait[4]:

Ponitur in Petri monstrum mirabile sede,
Mancus utraque manu, claudus utroque[h] *pede*[i].

1288. Febr. 15. MCCLXXXVII. quinto decimo Kal. Marcii[5] papa Nicholaus IIII[us][k] creatus est. Hic fuit natione de civitate Esculo, que est in[l] marchia Anconitana[k], sedit an. IIII, d. XLVIII. Hic adolescens suscepit habitum fratrum Minorum, profecit in ordine moribus et sciencia, nam factus primum est predicator, deinde lector provincialis, deinde a Gregorio papa X[o] missus ad Grecos reconciliandos et ad concilium generale Lugdunense producendos[6]. In ipsa legacione electus est in ministrum generalem, adductisque[m] sollempnibus Grecorum nunciis ad dictum concilium, non post multo factus est cardinalis[6]; in quo statu carus omnibus habebatur. postmodum ab omnibus concorditer est electus in summum pontificem. Hic fecit ordinacionem unam, tam religiosas personas quam seculares promovens ad cardinalatum. Hic in principio satis erat graciosus populo et clero, nam diversos minuit privilegiis contractis[n] et notabiles personas utriusque status in prelacione constituit. Hic plures ecclesias in regno Francie et[o] Anglie per provisiones, exactiones et decimaciones aggravavit et mole-
1291. stavit. Huius tempore civitates Tripolim[p] et Accon, que fuerunt civitates roboris in Terra Sancta, ad solum drute sunt: ob quam causam dictus papa sollempnem de cruce instituit predicacionem, adhortans reges et principes ad Christi iniurias vindicandas. Cruce signatus est igitur christianissimus rex Anglie Edwardus IIII[us], qui tanquam pre ceteris expertus artem bellicam, prudens in agendis, providus in consiliis, singularis et quasi sola spes erat
1292. Apr. 4. christianitatis recuperande. Hic[7] feliciter obiit in parasceue, sepultus in sabbato sancto in ecclesia sancte Marie Maioris.

---

a) pecchan c. b) et *add* c. c) ad'hc c. d) sic c. *falso pro* IIII. e) consciis c. f) podog' c. g) scribens c. h) utraque c. i) *ans* c. k) antonitana c. l) producend c. m) addictisque c. n) *nescio an recte emendaverim* initus c. o) *am* c. p) sic c.

1. A. 1279. Ian. 28; Potthast nr. 21522. 2. Potthast nr. 21836. 21837. 3. Karolo comiti de Valesio. 4. Hic versus recurrit in Cont. VI. hic qui et infra in Cont. VII. indicatus est, prima die qua electio facta est, quae die Febr. 22 repetita est. 5. Hoc loco qui et infra in Cont. VII. indicatus est, prima electio facta est, quae die Febr. 22 repetita est. 6. Demum quatuor annis post concilium a. 1274. celebratum a. 1278. Apr. 23. cardinalis presbyter S. Pudentianae factus est; Potthast nr. 21309. 7. Nicolaus papa.

VI. CONTINUATIO PONTIFICUM ANGLICA BREVIS.

Nicholaus III, natione Romanus, sedit an. II, men. VIII preter III d., obiit apud Surianum, et cessavit papa- Cod. III
tus men VI. Hic olim vocatus Iohannes Gaietanus, hic unam ordinacionem cardinalium fecit; hic fratres Minores
nuncios ad Grecos et ad Tartaros misit, regulam etiam fratrum Minorum declarando proinde ordinavit; persecutor
hereticorum precipuus fuit, fidei orthodoxe zelator, curam ordinis fratrum Minorum sororumque sancte Clare sibi
commissam gessit salubriter usque ad sui papatus diem. Et quam esto papatum ascendit, rex Karolus, senator Urbis et
vicarius Tuscie, huiusmodi senatum vicariamque dimisit. Sicque dominus papa Nicholaus constitutionem edidit, quod
nullus de quibusdam personis Urbis de cetero sit senator, quare idem electus fuit senator ad vitam.

Martinus[a] IIII, natione Gallicus, electus in Viterbio in cathedra sancti Petri, sedit an. tribus, mens. IIII; 1281
iacet apud Perusium[b].

Honorius IIII, manchus, natione Romanus, sedit an. III et d.[c], obiit Rome[d]. De isto dixit quidam:

manchus utraque manu, claudus utroque[e] pede, scilicet erat.

Nicholaus IIII[us], natione Romanus, anno Domini M°[f] sedit an. tres et men. sex. Hic assumptus est de ordine fratrum Minorum, fuerat enim primo doctor theologie, post generalis ordinis, deinde cardinalis, postea papa factus; qui Ieronimus prius proprio nomine vocabatur. Istius tempore capta est Acon. Iacet apud Sanctam Mariam Maiorem.

Celestinus IIII[us], natus[g] in valle Spoletana, sedit fere per annum. Hic assumptus de heremita[h], postea gratis cessit ad consilium Bonifacii, ut dicitur.

Bonifacius VIII[us], natus de civitate Ananie, sedit an. VIII et dimidio[k]. Hic composuit sextum librum decretalium et multa alia bona fecit circa statuta et libertatem ecclesie. Contra quem surrexerunt clerici Francie[l] voluntate et assensu regis eorum, ut patuit per processum, et proposuerunt contra eum multa heretica; unde tandem in civitate sua[l], unde originem traxit, per quendam Willelmum Bondocharetum[m], militem domini regis Francie, 1303
captus est et incarceratus, ita quod infra quindenam[i] postea mortuus est et sepultus Rome[d] apud Sanctum Petrum. Iste vocavit fratrem Willelmum de Gaynesburg pro officio[n] lectoris curie, cui postea dedit episcopatum Wigorniensem[3]. Hic eloquentissimus fuit et eruditissimus in leges et decreta, cuius gloria fuit hominem verbis confundere, ut fertur.

Benedictus XI[us], natione Romanus, sedit fere uno anno. Hic de ordine Predicatorum fuit. Hic absolvit eos qui papam Bonifacium, predecessorem suum, ceperant[o]. Sepultus est apud Perusium; et cessavit episcopatus fere per annum unum.

Clemens V[us], natione Agenensis, sedit an. VIII et dimidio[p]. Tempore istius obiit Edwardus rex Anglie, scilicet primo anno[q]; scilicet[q] sub isto missi sunt inquisitores heresis[r] 1307
Templariorum. Hic concilium congregavit Vienense anno pontificatus sui septimo, in quo 1311
condempnavit ordinem Templariorum non servato iuris ordine, sicut ipse scripsit, sed ex vehementi suspicione mali et plenaria potestate. Iste eciam omnia acta concilii Vienensis revocavit et destruxit, excepta condempnacione ordinis Templariorum et declaracione regule fratrum Minorum. Hic revocavit cardinales de Columpna[s], quos Bonifacius papa prius[t] destruxerat, et priori honori restituit.

Iohannes[u] XXII[us], qui nunc est.

VII. CONTINUATIO PONTIFICUM ET IMPERATORUM LOMBARDICA.

Honorius IIII[us], natione Romanus de Sabellis, sedit annos II, d. I, electus fuit apud Pe- 1285
rusium. Homo[v] temperatus et magne discretionis, impeditus tamen corpore in manibus et pedibus[w], libenter querens pacem. Huius anno primo in Octubri, cum rex Francie Philippus 8bris
intrasset in multitudine gravi Cathalonian, et sibi ex pacto fuisset reddita Gerunda, rediens cum magno dampno[x] rerum et personarum et maxime in transitu montium Pirenecorum. V° die Octubris obiit in Perpigiano, et filius eius Philippus in Franciam rediens coronatus Oct. 5.

---

a) *in marg.* M°CC°LXXX°. — b) *in loco vacuo.* — c) *numerus deest.* — d) *rotli c.* — e) *utraque c.* — f) *nc c.* — g) *nac c.* — h) *heremi c.* — i) *post, superscr.* — k) *dimi c.* — l) *Franc c.* — m) *bondocharet c. corruptum pro de Nogaretto.* — n) *offic lector c.* — o) *acceperant, c.* — p) *dim c.* — q) *delenda.* — r) *heres c.* — s) *columpa c.* — t) *hec mana scribere addita sigil. delete.* Explicit chron. *quod prius scriptum erat.* — u) *fuit add. Cont. Brab.* — v) *dapno c.*

---

1 Anagnia. — 2 Potius Sept. 7, captus, Oct. 11. p. 255. Qui fuit ordinis Minorum. — 4 Potius tertio mortuus est. — 3. A. 1302, Oct. 24. 24; Potthast eius anno. — 5 Sequentia de hoc papa dicta exstant, 251–81. Cf. Cont. Angl. fr. Min., SS. XXIV, scripta sunt in Cont. Brabantina, SS. XXIV, p. 260.

1286. Ian. 6. est in epyphania sequenti. Obiit[1] Rome MCCLXXXVII.[a] die III. Apilis, sepultus[b] apud Sanc-
1287. Apr. 3. tum Petrum.

Martinus[c] IIII. natione Gallicus de Turonis[d], prius presbyter cardinalis[2], electus Viterbii
1281. Febr. 22 anno Domini MCCLXXXI. in die cathedre sancti Petri, mortuus vero et sepultus Perusii, sedit annos IIII. men. I et d. III[3]; et vacavit sedes diebus V[e].

Nicolaus IIII[us], natione Marchianus de civitate Exculana, ordinis fratrum Minorum,
1288 Febr. 15 prius episcopus Penestrinus. Rome apud Sanctam Sabinam electus anno Domini MCCLXXXVIII. die XV. Febr.[f] et apud Sanctum Petrum benedictus et coronatus, mortuus[f] vero[g] et sepultus apud Sanctam Mariam Maiorem, sedit annos IIII, men. I, dies XVII: et vacavit sedes annis II, men. III. d. I.

Celestinus V[us], de regno Sicilie de provincia Terre Laboris natione, monachus ordinis
1294 Iul. 5 sancti Benedicti, electus Perusii anno Domini MCCXCIIII. die V[o] Iulii, resignato propter humilitatem suam papatu Neapoli, sedit men. V, dies VIII; et vacavit sedes diebus XI.

Bonifacius VIII[us], natione Campanus de civitate Anagnie, prius presbyter cardinalis[5],
Dec. 24. electus Neapoli anno Domini MCCXCIII. in vigilia nativitatis Domini[6], consecratus et coronatus, moritus et sepultus Rome apud Sanctum Petrum, sedit annos VIII, men. VIIII, d. XVIII: et vacavit sedes diebus X.

Benedictus XI[us], natione Italicus de civitate Tervisina, ordinis fratrum Predicatorum,
prius episcopus Hostiensis, electus Rome apud Sanctum Petrum anno Domini MCCCIII. die
1303 Oct. 27 XXII Octubris et ibidem benedictus et coronatus, mortuus vero et sepultus Perusii, sedit men. VIII. d. XVI[7] et vacavit sedes mensibus X. diebus XXVIII, cardinalibus interim pro electione facienda sub uno conclavi manentibus et alias artatis a Perusinis, licet non quantum debebant secundum constitutionem Gregorianam.

Clemens V. natione Guasco, prius Burdegalensis archiepiscopus, electus Perusii anno
1305 Iun. 5 Domini MCCCV. die V[o] Iunii, in vigilia pentecosten. benedictus vero et coronatus Lugduni, sedit annos VIII. menses[h] V. dies XV.

Henricus[i] rex Romanorum, prius comes de Luceborg[k], tortuosus oculis, intravit pri-
1311 Oct. 22 mum Lonbardiam[l] eundo Romam ad coronam anno Domini MCCCXI. VI. Kal. Novemb. et Mediolani apud ecclesiam sancti Ambrosii corona ferrea regni fuit primo[m] coronatus per
1312 Ian. 6. Castonem[n] archiepiscopum Mediolanensem anno Domini MCCCXII. in[k] die epiphanie et deinde[o] per fratrem Nicolaum[p] episcopum Ostiensem de mandato Clementis pape V. Rome in
Iun. 29 ecclesia Lateranensi[q] in festo apostolorum Petri et Pauli[r], Ursinis contra eum tenentibus ecclesiam sancti Petri, anno Domini millesimo CCCXII[o]. Hic cum, afflictis[s] variis guerris et[t] exaustis tumensis pecuniarum exactionibus tam ante coronationem suam quam post fere per triennium Lonbardis et Tuscis, descenderet potenter, spretis mandatis et sententiis pape, in Apuliam contra Robertum regem Sicilie, pro eo quod fovebat Guelphos de Lonbardia et Tuscia rebellis suos, mortuus est ex febre et fluxu ventris apud Bonum-conventum
1313 Aug. 23 Senensis diocesis in vigilia sancti Bartholomei apostoli anno Domini millesimo CCCXIII[o] et Aug. 24 in[t] tercia die sequenti in ecclesia Pisana[u] depositus.

In marg. alia manu suppl. Post obitum Alberti regis Romanorum[v], qui obiit a suis nepotibus inter-
1308 Mai 1 fectus anno Domini MCCCVIII. die apostolorum Philippi et Iacobi, hic Henricus electus est con-
Nov. 27. corditer in regem Romanorum[v] eodem anno die XXVII mensis Novembris.

a) sic *Cont. Brab.*, MCCLXXXVIII *c.* b) sepl' *c.* c) *haec de Martino falso post Nicolaum IV. scripta in c., rasis n. c.* d) Turonus *corr.* Turonis *c* e) *in marg. scriba adnotavit:* Hic debet poni Honorius f) moritus *c.* g) *sequitur* est *del. c.* h) menses *c.* i) Lutzelenburch tortis or. *Mog.* k) *supersor. c.* l) Lumbard. *Mog.* m) *sequitur* primum *del., et post supersor. est* et; *in Mog. haec verba alio ordine disposita sunt.* n) Gastonem *Mog.* o) corona imperiali coronatus fuit *add. Mog.* p) Nycholaum ep. Host. *Mog.* q) *cf. n. r.* r) *in marg., spatio obv.* [sancti P]etri] ad V[inc]la, *quae Mog. habet pro* Lateran.; *cf. Villani IX, 43.* s) afflictus *corr.* afflictis *c.* t) om. *Mog* u) Pisanensi *Mog* v) rom *c.*

1) Nicolaus papa. 2) S. Caeciliae. 3) Potius VI. 4) Cf. supra p. 714, n. 5. 5) SS. Silvestri et Martini. 6) Hunc diem verum habet etiam Cont. Brabant. p. 261.

VIII. CONTINUATIO PONTIFICUM ANGLICA.

Nicholaus III[us], nacione Romanus, anno Domini MCCLXXVII, sedit ann. II, menses III, dies XI. Hic quasi pater fratrum Minorum fuit, eorum regulam contra eorum detractores declaravit et etiam eam, sicut et predecessores sui, confirmavit et in scolis publice eam legi precepit. Multos autem fratres Minores in diversis provinciis ad archiepiscopatus et episcopatus promovit. Inter quos fratrem Iohannem de Pecham, qui sacram theologiam Parisius docuit et postmodum fratrum Minorum in Anglia minister provincialis fuit, cum adhuc minister existeret et cathedram curie, a predecessore suo Iohanne vocatus, laudabiliter teneret, ad archiepiscopatum Cantuariensem multo tempore vacantem assumpsit[1]. Sicque ipsum in Angliam honorifice remisit. Iste Nicholaus tituli sancti Nicholai in Carcere Tulliano diaconus fuit cardinalis et dicebatur Iohannes Gaetanus[a]. Qui ordinacionem fecit, videlicet V episcopos — — XI. Kal. Septembris decessit[2]. Et vacavit sedes menses VI, dies XIIII[3]. Cont. Rom.

Post mortem eius — dicitur inferius[4].

Ab isto Nicholao et deinceps casus tam Romanorum pontificum quam imperatorum temporibus contingentes sub una comprehenduntur serie continuacionis, et ideirco non divisum, ut ante, sed coniunctim, quia post mortem Frederici, quamvis plerique fuerint electi, ad coronam tamen imperii nullus adhuc valuit pervenire, sicut supra patet tempore Gregorii decimi et Clementis predecessoris sui[5].

Martinus III[us], nacione Gallicus, eligitur in papam anno Domini MCCLXXXI,[b] in die cathedre sancti Petri, ib. huis sic tam in Urbe quam in curia concurrentibus[6]. Hic vocabatur Symon — Nicholai pape tercii sollempniter sepelitur[7].

Nicholaus papa IIII[us], de religione et professione beati Francisci, natu Asculanus de marchia Anconitana, cepit cathedram episcopalem in festo sancti Petri ad cathedram anno Domini MCCLXXXVII. Huius anno . . .[c] per Saracenos Tripolis[d] deleta est, et christiani ibidem inventi in ore gladii mortui sunt. Anno etiam eiusdem IIII[o]. mense Maii, XV. Kal. Iunii Acon a Saracenis destructa est, et interfectis christianis omnibus ibidem inventis vel captivatis, christianitas penitus eversa est; patriarcha Ierosolimitano[8], qui fugam ceperat, cum quibusdam aliis fugam capientibus in batello, antequam navim ascendere posset[e], in mari submerso; et hoc iusto Dei iudicio secundum quorundam opinionem. Plures enim ex ipsis fugientibus et ad propria ruri carpentibus vel in mari vel in via vel in partibus propriis vitas suas miserabiliter terminarunt. Obsidio vero civitatis predicte cum expugnacione continua per XL dies cum maxima christianorum cede duravit. Destructa vero civitate predicta, statim destruebantur Tyrus, burgum Sidonis cum castro et Castrum-Peregrinorum cum locis adiacentibus. Hic[9] licet bonam haberet conscientiam et sancte vite credere- 1288. Febr. 22.
tur, pre nimia tamen benignitate sua ductilis fuit, ita quod pro voluntate cardinalium regebatur. Hic die parasceue Rome moritur, videlicet II. Non. Aprilis, et in ecclesia sancte Marie Maioris sepelitur[10]. Hic sedit annis IIII, mense I, diebus XIII. Et vacavit sedes annis II. mensibus III, diebus VIII. Et quia cardinales erant in duo divisi, videlicet Columpnenses et eorum complices ex parte una et Ursini cum eorum complicibus ex altera, et suos singuli promovere nitebantur, ut pars eorum forcior esset, cui papa adheret, non poterant induci cardinales, ut in aliquem de collegio concordarent vel forensi[11], unde versus: 1289. 1291 Maii 15. 1292. Apr. 4.

Ecclesie sancte provisum non erit ante,
Quam sit per funus sublatus e tribus unus[12].
Ma. ru. an. colum. benedic Anagnie[f] *solum*[13].

a) Gaetanus c. b) MLXXXI c. c) *numerus deest, supple* secundo d) tripoli[s] c. e) *supplet* c. *om.* c. f) vivus c. g) anagnie c.

1) Cf. supra Cont. V, p. 714, n. 1. 2) Haec ex Cont. pont. Rom., SS. XXII, p. 476, l. 17—33. 3) Alii numeri vacationis in Cont. pont. Rom. l. l. 4) Ex Cont. pont. Rom. p. 476, l. 34—477, l. 6. 5) Cf. Martin. Oppav., SS. XXII, p. 472. 6) Cont. Rom. cod. 3 (p. 477, n. *a* habet *his — concurrentibus*. 7) Ex Cont. Rom. additamentoque eius de Honorio IV, p. 477, l. 7—482, l. 12. 8) Nicolao. 9) Nicolaus IV. papa. 10) Cf. Cont. V, supra p. 714; Cont. Brabant., SS. XXIV, p. 260. 11) I. e. extraneo, non cardinali. 12) Iohannes Cholet cardinalis presbyter tit. S. Caeciliae a. 1292. Aug. 5. obiit. Cf. Muratori, SS. III, p. 616. 13) *Ma* Latinum Malabrancam de Ursinis episcopum Ostiensem, *Ru* Matheum Rubeum de Ursinis cardinalem diaconum significare videntur. In *an* quid lateat, non satis mihi patet. *Colum* Iacobum et Petrum de Columna diaconos cardinales indicat. Verbo *benedic* Benedictus cardinalis, postea

1294. Jan. 14. Vacante sede ex causa predicta Urbevetani castrum Sancte Cristine Idus Iunii anno gracie MCCXCIIII. in contemptum cardinalium hostiliter invaserunt. non sine magna strage hominum hinc inde. illud cum locis adiacentibus et Aquapendente sibi subiugantes.

1294. Anno Domini MCCXCIII. factum est bellum maritimum per vices inter nautas Anglie et Normannie, eo quod Normanni nautas Anglicos plures interfecerant; unde contigit, quod in una die submersi sunt et interfecti de Normannis plus quam VIII milia, preter alia mala infinita in locis maritimis Normannis illata per Anglicos, Hybernicos et Baiocenses. Propter quod inter reges Francie et Anglie discordie materia suborta est. Et Gasconia a Francis occupata est fraudulenter.

1294. Celestinus V. sedit menses V, d. XXI. Et cessavit d. XI. Hic primo Petrus de Moriano dictus est, eo quod esset heremita in Moriano[1] iuxta Salmonam. Qui quasi per inspirationem propter vite sanctitatem ad papatum assumptus est. Hic apud Aquilam coronatus ibidem XIII[2] creavit cardinales et constitucionem Gregorii X. que incipit: *Ubi maius est periculum*[3]; innovavit[4]. Hic habitum ordinis sancti Benedicti in Monte Cassino de nigro commutavit in russetum. Hic[5] omnibus se petentibus exhibuit graciosum, quod raro cuiquam petita denegaret. Hic etiam statuit, quod papa propter insufficienciam et alia ex causa legittima posset dimittere papatum[6]. Unde reputans se ad onus officio papali incumbens tam ex litterarum defectu quam ex his que sibi ratione temporalium incumbebant[7] minus sufficientem, et quia contemplationi et orationi more solito cupiebat insistere, coram fratribus in scriptis cessit papatui, nullo sibi reservato.

Dec. 24 1295 Jan. 24 Bonefacius VIII[us] creatus fuit Neapoli in vigilia natalis Domini anno gracie MCCXCIIII et coronatus in Urbe VIII. kal. Februarii[8] anno Domini MCCXCV. Hic per Celestinum predecessorem suum rogatus omnes litteras per eundem Celestinum quibuscumque graciose concessas, corrigendas vel infirmandas, revocavit[9], omnes etiam gracias per Nicholaum III[um] super beneficiis vel dignitatibus vacaturis quibuscumque concessas revocavit[10]. Statuit etiam, quod mulieres auctoritate ordinaria vel delegata extra domos suas non vocentur causa testimonii perhibendi, moniales vero ex nulla causa, etiam volentes[11]. Ordinavit[a] insuper, quod conservatores sint de diocesi et in ea congnoscant[12]. Item quod auctoritate litterarum apostolicarum nullus de cetero trahatur extra suam diocesim.

Benedictus XI[us]. Clemens V[us].

[a] *Hec, et sequenti nomen adscriptum est in c.* In primo capitulo *Romanum imperium*[13], ubi in fine ponuntur ista verba: *In domo fratrum ordinis Carmeli est defunctus*[14], sequatur: Thesaurus vero, quem reges Francie et Sicilie receperant a Saracenis, una cum navibus eodem thesauro servatis[b] in conspectu christianorum deperiit[15]. Et cum dominus Edwardus, illustris regis Anglie[16] primogenitus, de dicta pecunia Saracenorum nichil penitus curasset, hoc in mari contigit miraculum, quod dictorum regum navibus cum predicto thesauro pereuntibus naves eiusdem domini Edwardi, que cum navibus predictis in mari fuerant, illese remanserunt.

1270 Mort. ad SS. XXII. 1. C.

Soldanus vero molestum gerens, quod idem dominus Edwardus in Acra cum sua milicia moram faceret, amiratum vocavit et docuit eum, quod fingeret se amicum domini Edwardi, tunc regis Anglie per mortem patris sui, et inimicum soldani. Qui amirallus cum dicto rege Edwardo tantam contraxit amicitiam per nuncium, quem ad eum direxerat tanquam fidelem, quod ille fieret regi ita familiaris, quod, quocienscumque et quando sibi placeret, regis cameram ingrederetur. Accidit igitur, ut quadam nocte nuncius ille regis cameram ingrediens, cum ipsum solum perpenderet, in eum super stratum iacentem irruens, ipsum cum quodam cultello venenato bis atrociter feriendo in corpore letaliter vulneravit. Qui de stratu prosiliens, in manibus hostem arripiens ad terram prostravit et dicto cultello, quo Iesus fuerat hostem[c] ictum interfecit. Post paucos vero dies rex medicamenta salutifera recipiens, contra multorum spem medicorum, altissimo concedente perfecte curatus ad propria cum gaudio reversus est. *Patet igitur, quendam litteratum in antiquiore exemplari usque ad Bonifacium VIII. scripta hec, hoc loco supplevisse, que Chronico Matthei post locum SS. XXII. p. 474, l. 46, adderentur.*

a. in add. c. b. incumbebat c. c. ordinavit. Insuper *distinctum in c.* d. *sic c. pro* quibus idem thesaurus servabatur.

Bonifacius VIII. papa, significatus esse videtur, qui Aragoniae natus fuit. 1. In monte Murrone super Sulmonem. 2. Duodecim potius; cf. Iacobi Vita Caelestini III. 8, Muratori, SS. III, p. 636; Bern. Guid., ib. p. 670; Ptol. Luc. Hist. eccl. XXIV, 29. 3. Sexti Decret. l. I, tit. 6. c. 3. 4. Die Sept. 28; Potthast nr. 23980. 5. Cf. Sexti Decret. l. I, tit. 7. c. 1. 6. Potius Iun. 23. 7. Potthast nr. 24061. 8. Cf. Barth. Cotton, SS. XXVIII, p. 471. 513. 9. Sexti Decret. l. II. tit. 1, c. 2. 10. Ibid. l. I, tit. 14. c. 15. 11. = SS. XXII, p. 474, l. 40. 45. 12. = SS. XXII, p. 474, l. 46. 55. 13. Cf. supra Cont. IV. p. 713. 14. Heinrici III. Falso laudatum est hoc initium. 15. Cf. Sexti Decret. l. I. 16. Heinrici III.

Iohannes vicesimus secundus episcopus Avinione anno Domini MCCCXVI. creatus est. 1316.
Anno Domini MCCCXVII. canonizavit sanctum Ludowicum de ordine Minorum et absolvit 1317.
fratres ab omnibus peccatis commissis in ordine et extra, dando eis indulgenciam decem annorum.

CRONICAE MINORIS CONTINUATIO VII.

Ex ignoto codice, qui periisse videtur. Ioh. Pistorius inter Rerum Germ. Scriptores I, p. 705—754. *(Francofurti* 1583*) edidit Chronicon, quod inscripsit Compilationem chronologicam seu Chronicon excerptum de diversis temporibus. spatium temporis ab origine mundi usque ad a.* 1474. *complectens, cuius prior pars usque ad a.* 1265. *est Cronica Minor auctore fratre ordinis Minorum Erfordensi misero modo deformata*[1]*. cuius posterior pars continet annales in monasterio S. Aegidii Brunsvicensi conscriptos. Hos vero demum ab a.* 1303. *incipere patet, a quo loco post narratiunculas copiosiores brevissimae et tenuissimae notitiae scriptae sunt. Facile perspicis mediam particulam a.* 1270—1300. *esse continuationem Cronicae Minori, nescio ubi*[2]*, subiunctam*[3]*; quod eo maxime probatur. quod longiores eius narratiunculas a.* 1294. 1298. 1300. *ab auctore Cronicae Reinhardsbrunnensis exscriptas esse iam supra p.* 491. *vidimus. Quo cognito ex Pistorii editione p.* 745 *sq., recusa in tertia Scriptorum rerum. Germ. editione curante Struvio p.* 1105 *sq. et inter Leibnitii*[4] *Scriptores Brunsvicenses III. p.* 590, *hanc continuationem repetivi emendatam auxilio Cronicae Reinhardsbrunnensis. aliis sex continuationibus iam SS. t. XXIV. editis.*

O. H.-E.

Anno Domini MCCLXX. incepit esse fames valida in festo sancti Iacobi apostoli[5]. 1270. Iul. 25.
Anno Domini MCCLXXIII. creatus est in regem Romanorum comes de Habeschborg in festo sancti Michaelis archangeli. 1273. Sept. 29.
Anno Domini MCCLXXIIII. concilium generale fuit in Leuno celebratum in festo sanctorum apostolorum Philippi et Iacobi sub Gregorio decimo papa. 1274. Maii 1.
Post hunc papam fuit Innocentius V, post quem Adrianus sequens, post illum Iohannes[a] fuit. Nicolaus III. huic successit, Martinus vero post illum fuit. Huic successit Honorius IIII, sed huic anno Domini MCCLXXXVIII. Nicolaus IIII. successit. 1276. 1288.
Anno Domini MCCLXXIX. rex Bohemorum dictus Octacker victus fuit a Rudolpho rege Romanorum in prelio III. die post festum Bartholomei apostoli. In eodem conflictu occisus est rex Bohemus. 1278. Aug. 26.
Anno Domini MCCXCI. obiit rex Rudolfus in divisione apostolorum. Et in eodem anno in Idibus Septembris per diversa loca terremotus factus. 1291. Iul. 15. Sept. 13.
Anno Domini MCCXCI. capta est civitas Accon a Sarracenis in die Potentiane virginis[6]. Maii 19.
Anno Domini MCCXCII. electus est in regem Romanorum comes Adolfus de Nassowe in inventione sancte crucis[7]. 1292. Maii 3.
Anno Domini MCCXCVIII. in die Processi et Martiniani rex Adolfus Romanorum[b] in prelio occisus est non longe a Moguntia ab Alberto duce Austrie, filio quondam Romanorum regis Rudolphi de Habesborch, ipsum episcopo[c] Moguntino cum aliis baronibus et nobilibus adiuvante. Idem Gerhardus Moguntinensis episcopus, dictus de Eppenstein, cum 1298. Iul. 2.

a) Ioannes *ed.* b) Romae *ed.* c) episcopum Moguntinum *ed.*

1. Qui liber Pistorii simillimus fuit codicum B G. b* Cronicae Minoris; cf. SS. XXIV, p. 172. 175. 2) In Germania superiore eam conscriptam esse conicies, cum exemplaria Cronicae Minoris hac continuatione auctae in monasteria S. Aegidii Brunsvicense et Reinhardsbrunnense allata sint. 3) Ab uno auctore eam conscriptam et post a. 1288. inceptam esse puto, qui pontifices ab a. 1277—1288. electos uno tenore recensuerit. 4) Qui cum extremam partem in monasterio S. Aegidii Brunsvicensi conscriptam esse perspexisset, totum opus inscripsit Chronica S. Aegidii. 5) Cf. supra p. 626, n. 2. 6) Potius in vigilia eius (Maii 18). 7) Potius die Maii 6.

1298 alus electoribus quibusdam regni Romani dictum ducem ante prelium et mortem regis Adolphi in Romanum regem in Moguntia elegerunt et, licet non eque, eundem post prelium
(Aug. 24. in Aquisgrani coronaverunt et regem confirmaverunt, cum tamen idem dux ministerialis fuerit regis Adolphi. Et hec conspiratione pessima sunt acta.

1294 Anno Domini MCCXCIIII. papa Bonifacius nomine[a], antea Benedictus, papam Iohannem[b] [1], virum sanctum, concorditer[c] electum, ab officio papali[d] subtiliter amovit, et idem
Dec. 13 papa permansit, tenensque[e] papam Iohannem[b] in bona custodia usque ad eius mortem. Ab aliquibus in dubium vertitur, quod non potuerit papa Iohannes[f] papale officium resignare.

1300 Anno[2] Domini MCCC. dum civitas Accon et tota Terra Sancta in potestate gentilium steterit VIII annis, rex Tartarorum nomine Gazan potenter cum suis, rege Armenie[3] ipsum adiuvante, Terram Sanctam introierunt[g] et manu preliosa totam Terram Sanctam usque Damascum hostiliter acquisierunt, in duobus conflictibus LXX milia[h] hominum gentilium ad arma valentium occiderunt, preter reliquum populum, cuius numerus non poterat determinari. Idem rex Tartarorum a nativitate Domini usque ad Maium permanens in Damasco
Dec. 25. 1301. Maio. potenter, mittens[i] suos solemnes nuncios summo pontifici Bonifacio, petens et desiderans, ut omnes christiani advenirent Terram Sanctam accipiendo et possidendo, quam ipsis animo libenti vellet dare. Et vocavit principaliter III ordines. Templarios, Hospitalarios et fratres Alemannos, in ipsis suis literis domino apostolico ad Romanam curiam destinatis[4].

1298 Anno[5] Domini MCCXCVIII. in vigilia nativitatis domine nostre Veneti[k] cum nonaginta
Sept. 7 armatis galeidis et Ianuenses[l] cum totidem galeidis armatis in mari convenerunt, a Venetiis xix quinquaginta miliaria[m] Latina, et immensum[n] conflictum pariter habuerunt. Sed tamen Ianuenses[l] prevaluerunt, et Veneti occubuerunt, et quasi omnes eorum galeidas combusserunt et submerserunt, populum vero captivum deduxerunt et innumerabiles ex eis occide-
1299. runt. Et ipso anno prenotato[6], cum avidissimi essent inimici et diu fuissent, perpetua pace sunt reconciliati.

a) *fort corrigendum* nominatus antea. b) Ioannem c. c) et conc. *Cron. Reinh.* d) populi *ed.* e) tenens ipsum Ioh. *Cron. Reinh.* f) Ioannes *ed.* g) intr. — Sanctam *ex Cron. Reinh. suppl., quod in ed. omissum est oculo librum a priore Sanctam ad inferius aberrante.* h) millia *ed.* i) sic *ed. et Cron. Reinh.* k) et *add. ed.* l) Ianuenses *ed.* m) miliaria *ed.* n) in imm. *ed. et Cron. Reinh.*

1 Caelestinum V. Haec in Cron. Reinhardsbr. supra p. 639. exscripta sunt, ex ea a Theod. Pauli. Focke p. 80. 2) Haec in Cron. Reinhardsbr. supra p. 642. exscripta sunt. 3) Haithone II. 4) Cf. Potthast, Reg. pont. nr. 24937. 5) Haec in Cron. Reinhardsbr. supra p. 641. exscripta sunt. 6) A. 1299. mense Maio.

ANNALES MONTIS S. GEORGII.

In codice Musei Brittannici Mss. add. nr. 18344, *mbr.* 4°, *qui olim fuit Montis S. Georgii*[1], *monasterii ordinis S. Benedicti in comitatu Tirolensi, in superiore valle Oeni fluminis siti, dioceseos Brixinensis, duos libros continente, quorum prior f.* 1—34. *saec. XIII, posterior f.* 35—138. *saec. XIV. exaratus est*[2], *annales a.* 880—1260. *una manu saec. XIII. in extremo folio* 139. *scripti sunt, quos Karolus Hampe socius noster nuper in itinere Anglico descripsit. monens hoc extremum folium ex priore libro saec. XIII. in extremam partem huius voluminis transpositum esse, nam eadem manu, qua illos annales, etiam f.* 34'. *versus quosdam scriptos esse*[3]. *Qui annales, breves quidem, nulla necessitudine cum aliis annalibus Bawaricis Austriacisve connexi sunt et praebent quaedam alibi non tradita; quare dolendum est, quod nonnulli loci ita detersi sint, ut legi nequiverint.*

Dubius haesitavi, quonam titulo hos annales inscriberem, cum, quo loco conscripti sint, non pateat. Alius quidem, qui locos a. 1244. 1259. *legerit, in monasterio Baumburgensi, alius, qui a.* 1259. *ecclesiam Vallis S. Mariae fundatam esse adnotatum invenerit, in hac ecclesia eos conscriptos esse coniciet. Sed cum et hoc et illud nimis dubium visum esset, illius loci nomine eos inscribere malui, in cuius codice eos descriptos habemus, quamvis Montis S. Georgii in eis nulla mentio facta sit.* *O. H.-E.*

Anno Domini DCCCLXXX. Karolomanus[a] rex paralisi dissolutus Ötingen sepelitur[4].

Anno Domini M°C°XCVII°. Barbatus[5] obiit.

Anno Domini M°CC°VIII. Philippus rex apud Babenberch occiditur a comite palatino de Witlespach, qui postea occiditur a marschalco de Papenheim[6] et Holenvelsario[b. 7]. 1209.

Anno Domini M°CC°XII° filius H[ainrici] imperatoris Fridericus nomine in regem eligitur Romanorum. Eodem anno pueri iter transfretandi arripuerunt quodam truphatore dicto Nicolao procurante[8].

Anno Domini M°CC°XV°. Innocentius magnus Rome[c] concilium celebravit.

Anno Domini M°CC°XX°. Fridericus in regem electus consecratur[9].

a) ꝑ (us) *evanuit.* b) rio *membrana perforata del.* c) rom̄ *c.*

1) F. 3 et f. 138'. scriptum est: *Montis S. Georgii* 1654, f. 4: *Monasterii Montis S. Georgii* 1661. De quo monasterio vide librum qui inscribitur 'Chronik der Benediktiner-Abtei Georgenberg, nun Fiecht in Tirol'. Innsbruck 1854. Antiquo enim monasterio a. 1705. combusto, quod prope villam Stans situm erat, novum ad villulam Fiecht prope villam Schwaz sitam aedificatum est. A praefecto Musei Brittannici codex ille a. 1850. emptus est a bibliopola Asher. 2) Cf. 'Catalogue of Additions to the Manuscripts in the British Museum' 1848—1853, p. 101. 3) Videlicet hymni: *Ave gloriosa virginum regina* et *Venite exultemus* hac manu scripti sunt. 4) Cum Reginonis Chron. a. 880. hic locus convenit. 5) Quis fuerit, nescio. Nam Heinricus VI. imperator hoc cognomine significari non potuisset. Cf. Toeche, 'Heinrich VI.' p. 497, n. 3. 6) Vel de Kalentin Heinrico. 7) Hic, qui fuit ministerialis episcopi Ratisbonensis (cf. infra a. 1251) hoc solo loco Ottonem occidisse dicitur. 8) Cf. Ann. Scheftl. mai., SS. XVII, p. 338; Cont. Admunt., SS. IX, p. 592. 9) Videlicet in imperatorem.

1231. Sept. 16. Anno Domini M°CC°XXXI°. Ludewicus dux Bawarie[a] occiditur a quodam Sarraceno apud Chelheim Fr[iderico] cesare procurante.

1236. (Mai 1.) Anno Domini M°CC°XXX°VI°. Elysabet filia regis Ungarie[1], uxor lantgravii Türingie[2], apud Marchpurch translata est. Fr[iderico] inperatore et multis aliis principibus Alamannie ibidem convenientibus. Eodem anno H[ainricus] rex a patre suo Fr[iderico] inperatore missitur in exilium[3].

1239. Dec. 21. Anno Domini M°CC°XXX°VIIII°. circa Thome C[unradus] propositus in Pih . . .[b] moritur.

1241. Sept. 29. Anno Domini M°CC°XLI.[c] solis eclipsis est facta circa festum Michaelis.

1241. Anno Domini M°CC°XLII°. Tartari terram Ungarie invadunt, a quibus multa milia hominum sunt occisa, et crux Christi in redemptionem[d] animarum tunc predicabatur.

1246. Anno Domini M°CC°XLVI°. Dux Austrie[e] strennuissimus in quodam conflicto[f], quem habuit contra regem Ungarie[b], interiit.

1244. [g]Prepositus de Paůmburch a domesticis[c] ecclesie sue occulis[h], naso, ore, lingua et aliis membris mutilatur anno Domini M°CC°XLIIII°[6].

1246. Anno Domini M°CC°XLVII°. C[unradus] rex vincitur a lantgravio Turingie[i], qui fuit

1247 electus in regem, apud Vranchenvurt. [L.]angr[avius] moritur[k].

1250. Anno Domni M°CC°LI°. Inperator moritur. Eodem anno Hohenvelsarius C[unradus] regem apud Ratisponam[l] nititur occidere, sed mirabiliter sub scamno latens evasit[7]. In[m]

Dec. 28. mense Decembris.

1252. Anno Domini M°CC°LII°. Philippus electus Salzpurgensis[n], filius ducis Karintie[8], apud

. . . . castrum Grifenberch[o] comitem Albertum de Tyrol captivavit et plures cum illo, qui postea

Sept. 8. duos nepotes, filios comitis de Gorz[9], pro se obligavit[p], circa nativitatem[q] beate virginis.

1253. Anno Domini M°CC°LIII°. Otto dux Bawarie[r], dum inter omnes principes Alamannie[s]

Nov. 29. gloriosissime viveret, in vigilia Andree Dei permissione circa matutinum subitaneo[t] exitu ab uxore[10] mortuus proclamatur; cuius cadaver secatur, coquitur, confectionibus radicum ossa condita suspenduntur, et tantus princeps propter excommunicationis sententiam caruit

Sept. 22–29. sepultura; qui etiam eodem anno, dum adhuc viveret, filios suos dominum Ludwicum et Hainricum apud Hetingen[11] fecerat militari.

1254. Mai 21. Anno Domini M°CC°LIIII[to] circa ascensionem[12] C[unradus] rex moritur.

1256. Jan. 18. Anno Domini M°CC°LVI. in die Prisce virginis Maria ducissa decollatur Werde[13] et ibidem ad Sanctam Crucem sepelitur.

1255. Priori[u] anno domini duces Ludwicus et H[ainricus] fratres terram Bawarie[a] diviserunt.

1257. Aug. 25. Anno[v] Domini M°CC°LVII°. Rex Boemie[w][14] apud Můldorf fugatur; nam terram Bawarie[x] cogitaverat devastare, sed ponte[15] ibidem facto plurimi occiduntur, et plurimi sunt submersi.

1258. Jan. 18. Anno Domini M°CC°LVIII°. Prisce virginis C[unradus] Frisingensis[16] moritur. . . . . [y]

1259. Anno Domini M°CC°LVIIII. [Cunradus comes[z]] de Wazzerburch in Styria per . . . . .

Febr. 2. . . . . [z] Offenberch in hospicio leprosi . . . . . [z] comburitur circa purificationem et apud

a) baw c. b) pih c., quod quomodo legendum sit, non patet. c) M°XLI. c. d) redemptione VII c. e) sic c. f) Eodem anno praemissum h. l., Eodem erasum c. g) sticis certe legi nequit. h) {ocul. del.} oculis c. i) turing c. k) agr . . . ui in marg. interiore, ubi reliqua folio a bibliopega tecta. l) rai c. m) eadem manus alio atrum. usa sequentia posteriore tempore scripsit. n) salzp c. o) Rrifenberch c. p) h. l. distinctum in c., ut appareat notam temporis ad proelium Grifenbergense pertinere. q) nai c. r) alem c. s) subitanea c. t) Eodem erasum et in marg. corr. Priori . . . ui alio atram. pergit eadem manus. v) boem c. w) extremi lineu columnae prioris abscisa est, primum reysbum allerius columnae (pi?) certe legi nequit. x) uneis incl. supplevi pro duodecim litteris circiter detersis. y) circiter undecim litterae detersae. z) circa septem litterae deletae.

1) Andreae. 2) Ludewici IV. 3) Quod recte ad hunc annum relatum est; nam demum a. 1236. Ian. Henricus in Italiam ductus est; Reg. Imp. V, p. 795, nr. 4383g. 4) Fridericus II. 5) Belam IV. 6) In Necrol. Baumburg., Necrol. II, p. 241, legitur ad Kal. Apr.: *Eberhardus prepositus occisus.* 7) Cf. Herm. Altah., SS. XVII, p. 395; Cont. Garst., Ann. S. Rudb. Salisb., SS. IX, p. 599. 791; Chron. Ratisp., SS. XXIV, p. 286. 8) Bernhardi. 9) Meinhardi III. filios Meinhardum et Albertum. Cf. paris legem edi- tam ab Ott. Lorenz, 'Deutsche Geschl. im 13. und 14. Jahrh.' I, p. 486 sqq. De proelio cf. Ann. S. Rudb. Salisb. l. l. 10) Agnete. 11) Altoetting. Cf. Herm. Altah., l. l. p. 395 sq.; Ann. Salisb., SS. XIII, p. 241. 12) Ipso die ascensionis; Reg. Imp. V, p. 848 sq., nr. 4632a. 13) Donauwörth; cf. Herm. Altah. p. 397. 14) Ottocarus II. 15) Oeni fluvii. Cf. Herm. Altah. p. 399. 16) Episcopus. Cf. Herm. Altah. l. l.; Gesta episc. Frising., SS. XXIV, p. 324.

[Poum]burch[a] sepelitur[1]. Eodem anno dux Karintie[2] habuit conflictum cum ministerialibus Salzpurgensis ecclesie apud Rastat[3] circa na[tivitatem] . . . . .[b] Item eodem anno Vallis Sancte Marie[4] fundatur et d[edicatur][c].

Anno[d] Domini M°CC°LX°. Rex inclitus [Otakerus][e] conflictum cum rege Ungariorum in die [Margare]the apud fluvium [Maram habuit][f] et fecit v[ictori]a[m], multis occisis, pluribus submersis f[lumine][g], [r]eg[e] dicto Stephano[5] fugiente. Item non m[ulto] ante circa dies . . . . .[h] de Plagen[i.6] fuerunt [co]mites interfecti. Eodem anno circa tempora ante nativitatem[k] Domini dux Hainricus Landaŭe procuravit fieri milites. T[unc] ibi fuit dominus episcopus Ratisponensis[l.7]. 1260. Iul. 12. (Iun. 26). Dec.

Anno[m] Domini MCCCCXV. facta est eclippsis solis 3[a] die post Bonifacii, et illo anno erat littera dominicalis F, et illa eclippsis facta est feria 6[a] post octavam[n] corporis Christi. 1415. Iun. 7.

ANNALES WEISSENAUGIENSES BREVISSIMI.

In codice Musei Brittannici Mss. add. nr. 24657, mbr. 8°, cuius in primo folio Bibliotheca Weissenaviensis *recenti manu inscriptum est, manu saec. XIV. f. 1. annales brevissimi scripti sunt, quos socius noster Karolus Hampe in itinere Anglico nuper invenit ac descripsit. Qui simillimi Annalium Bawaricorum supra p. 3. editorum[8], modo cum his magis, maxime vero cum Annalium Burghausensium codicibus Admuntensi et Giessensi[9] conveniunt. Patet iam et hos annales omnes et Annalium Halesbrunnensium priorem partem et Annales Seldentalenses, de quibus supra p. 3. egi, profectos esse ex exemplari quodam annalium ex Hermanni Altahensis Annalibus excerptorum, quod non exstat. Quod ut melius certiusque cognoscatur, hos annales tenuissimos nullius pretii edidi, quos Weissenaugienses incripsi, cum ex hoc coenobio codex provenisse dicatur, quamvis nihil de hoc monasterio in eis legatur.* O. H.-F.

Anno Domini M°C°.° ordo Cistersiensium cepit. cf. A. Burgh.
Anno Domini M°CC°VI. ordo fratrum Minorum esse cepit.
Anno Domini M°CC°XVI°. ordo Predicatorum esse cepit.
Anno Domini M°C°LVI. marchionatus Austrie mutatus est in ducatum. Eodemque anno ducatus Bohemie Hern. Alt. mutatus[p] est in regnum.
Anno Domini M°C°XL.III°.[q] Richardus rex Anglie a duce Lupoldo Austrie[r] captus est.
M°CC°II.[s] Sancta Chunegundis transfertur.
Anno Domini M°CC°XV. Innocentius papa concilium Rome[t] celebravit.
Anno Domini M°CC°LXXIII.[u] Gregorius papa decimus concilium Lugdunio celebravit. 1274.
M°CC°XXX. Lupoldus dux Austrie[r] obiit.

a) Poum *supplevi, legi neqnt in c.* b) Domini *vel* Marie *delersum.* c) *supplevi, legi neqnt in c.; fort.* dolatur. d) *alba atram. pergit eadem manus.* e) *supplevi pro septem circiter litteris delersis, quarum primae ut legi posse videntur* f) *supplevi pro octo circiter litteris delersis.* g) *supplevi pro sex circiter litteris delersis.* h) *qualuor vel quinque litterae delersae.* i) [d]e f[i]lagē *Hampe legere sibi visus est in c.* k) nai *c.* l) rat *c.* m) *haec manu Saec. XV. scripta post alba varia.* n) octam *c.* o) M°CC° *corr.* M°C° *c.* p) mutatum *c.* q) M°C°XLIII° *c.* r) austr *c.* s) M°CC°XI. *c.* t) rom̄ *c.* u) LXXIII *in marg. suppl.*

1) Quae supplevi certa mihi videntur, quamvis hac de re nusquam quidquam repererim, cum Conradus comes de Wasserburg monasterio Baumburgensi in confinio comitatus sui sito a. 1242. domum et hortum donaverit, Mon. Boica II, p. 201 sq., nr. 22; et cum in Necrol. Seonensi, Necrol. II, p. 219, manu saec. XIII. adnotatum sit Conradum comitem de Wazzerburch die Ian. 29. defunctum esse. 2) Udalricus III. 3) Radstadt ad O. Enns in ducatu Salzburg. Ann. S. Rudb. Salisb., SS. IX, p. 794, de hoc proelio sub a. 1258. referunt. 4) Mariathal monasterium monialium ordinis S. Augustini, in valle superiore Oëni prope Rattenberg situm, ut videtur. Sed hoc monasterium a. 1267. fundatum esse dicitur. Neque tamen aliud monasterium huius hominis a. 1259. fundatum esse reperi. 5) Belae IV. regis filio, qui dux exercitus fuit. 6) Otto comes de Hardekke et frater eius Conradus comes de Plain *(Plaigen, Plagin)*; cf. Cont. Sanerue. II, SS. IX, p. 644, et ib. n. 30, Herm. Altah. p. 402; Ann. S. Rudb. Salisb. p. 795; Hön. Augsl. Cont. Stir., SS. XXIV, p. 64. 7) Albertus I, ut videtur, eodem mense Dec. depositus, non Albertus II. Magnus. 8) Cum parte Austriaca eorundem annalium hi nihil commune habent. 9) SS. XXIV, p. 61 sq.

Dec. 30 M°CC°XXXI. Ludwicus dux occiditur.
M°CC°XXXVI. Sancta Elizabeth est translata, et Hainricus rex exilio relegatur.
M°CC°XLI. eclipsis facta est, et Tartari Poloniam[a,1] vastaverunt.
M°CC.LI. Chunradus rex est augustratus[b] Ratispone.
Anno Domini M°CC°XLVI. Fridricus dux Austrie[c] est occisus.
M°CC°LX. flagellatores surrexerunt, et rex Bohemie[d] Ungaros devicit.
M°CC°LII. Otacherus factus est dux Austrie[c].
M°LXXXV. beatus Colomannus Austrie[c] passus est dominante Hainrico marchione Austrie[c] 2.
Anno Domini M°CC°LXXXVIII. Rex Adolfus a duce Alberto Austrie[c] occiditur.
Anno Domini M°CCC°. Rex Tartarorum soldanum regem Babilonie interfecit et sepulchrum dominicum aquisitum oleo rosacio emundavit, et ipse baptissatus cum toto suo
1299 exercitu Sanctam Terram fere totaliter expugnavit; et in festo nativitatis Domini prece-
Dec. 25 dente stella comata mediocris aparuit manifeste.

NOTAE BASILIENSES.

Has edidit L. Weiland h. m. in Abhandl. der Koenigl. Ges. der Wissensch. zu Goettingen XXXVIII (1892), p. 62. descriptas a V. Cl. Al. Schulte ex libro anniversariorum ecclesiae cathedralis Basiliensis adservato in archivo publico Carlsruhano, in quo f. 32[b] manus saec. XIII ex. eas inscripsit.

O. H.-E.

1281. Anno Domini MCCLXXX. primo Anna regina Romanorum obiit et sepulta est secus
Febr. 16. Mart. 20. maius altare in sinistro latere[3] feria quinta in media quadragesima[4], cuius sepulture interfuerunt tres episcopi[5], sex abbates, trecenti sacerdotes et alii quam plures clerici cum multis baronibus et cetu populi. Ipso quoque anno Rûdolfo Romanorum rege secus
Dec. 25 Oppenheim commorante, curiam cum primatibus in nativitate Domini habere disposuit; ad quam Hartmannus filius eius, lantgravius Alemanie, cum navigio festinare satageret,
Dec. 31 in Reno apud oppidum Rinôwa festo beati Thome apostoli crepusculo noctis cum aliis decem submersus interiit. Quod pater percipiens episcopum Basiliensem[6] destinavit sepelire in dexto latere altaris beate Marie maioris ecclesie Basiliensis, cuius sepulture quatuor episcopi interfuerunt.

1284. Item anno Domini MCCLXXX. tertio obsessa fuit Brunnendrut[7] circa festum beati
Mart. 12. Gregorii pape.

a) Peloniam C. b) agustatu- ratispon C. c) austr C. d) bohem C.

1 Ann. Burgh. cod. Admont., Bawar. breves, reliqui *Ungariam* cum Hermanno ARah. habent. 2) Ann. Austriaci omnes Cholomannum a. 1012. passum esse tradunt, quem Heinrico II. imperatore regnante obiisse constat. 3) Ecclesiae maioris Basiliensis. 4) Eundem diem sepulturae indicant Ann. Colmar. mai., SS. XVII, p. 207. 5) Cf. Chron. Colmar., ib. p. 253 sq. 6) Heinricum IV, postea archiepiscopum Moguntinum. 7) Prantrut (Francogall. Porrentruy, in pago Bernensi). Cf. Ellenhardi Chron., SS. XVII, p. 125; Ann. Colmar. min. et mai., ib. p. 192. 210.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 17, *n.* 4. *adde:* Iam nunc vide narrationes, quas edidit et optime exposuit E. Schroeder in 'Zeitschrift f. Kirchengesch.' XVII.

P. 20, *l.* 14. *adde* Quas notas etiam edidit H. Finke in 'Zeitschr. f. vaterl. Gesch. u. Alt. Westfalens' XLV, p. 151 sq. Quas, postquam haec typis data sunt, iterum edidit H. V. Sauerland in 'Hist. Jahrbuch' XV, sp. 574 sq.

P. 72, *l.* 51. *n.* 5. *lege:* l., XXI, c. 44.

P. 170, *l.* 55, *n.* 2. *lege* III, c. 7. 8, ed. Duchesne, Hist. Normann. Script. p. 236.

P. 338, *l.* 19. *lege:* verisimillimum.

P. 372, *l.* 36. *post* cum multis *adde notam:* n°[*G. Grandaur in versione huius Cronicae p.* 46, *n.* 1. *perperam contendit hoc loco* domibus *excidisse.*

P. 377, *l.* 33. *post* Domino *adde notam:* 5°) Hoc falsum videtur. Gotefridus plus anno episcopatui praefuisse, a. 1198, demum defunctus esse videtur.

P. 378, *l.* 45. *lege* prepositus de Gelingen, *ubi codex* 1 *habet* degesig. *Ioh. Kircher quidem in libro suo de rebus gestis abbatum Montis S. Petri c. a.* 1630, *scripto, codice ecclesiae S. Laurentii Erfordensis f.* 44, *habet:* Wizelo, alias Withelo, monast. huius 10. abbas. Hic olim prepositus in Gebesen, quę antiquitus abbati Hirsfeldensi subiecta fuit, *quod repetitum est in apographo huius libri scripto a Columbano Fugger a.* 1680, *codice ecclesiae S. Laurentii Erford. p.* 102, *sed ibi super* Gebesen *manu Galli Stassen scriptum est:* Gellingen. *Idemque G. Stassen in apographo suo libri Iohannis Kircher scripto a.* 1759, *codice ecclesiae S. Laurentii Erford., Collectionem miscellam cuius continente, p.* 652, *in margine adnotavit:* fuit olim prepositus in Gellingen, quae praepositura monast. Hersfeldensi erat incorporata. *Quod verum, habendum est, quamvis non pateat, unde G. Stassen verum nomen didicerit. Nam Gollingen monasterium revera abbatiae Hersfeldensi subditum erat, Gebesen vero monasterium mihi quidem ignotum est.*

P. 392, *l.* 2, *lege in margine:* Febr. 27 (*pro* Febr. 26).

P. 398, *l.* 5. *lege in margine:* (Febr. 17). *pro* (Ian. 6) *et pone l.* 59 *sq. in nota* 2) Die XIII. Kal. Mart. Cf. necrol. Helwici in 'N. Archiv' XXII, fasc. 2. et quae ibi adnotavi.

P. 417, *l.* 40. *post* Iuliaco *adde notam* 12) Vera de hac re vide in carta pacis edita a Quix, Codex dipl. Aquensis I, 2, p. 152 sqq., nr. 226. Ex chronico quod codex E continet haec exscripsit Theod. Engelhus.

P. 420, *l.* 17. *lege:* pretium consequeretur *et pone l.* 46. *in nota* i) *sic E. Theod.;* consereretur I; consereretur *N.*

P. 424, *l.* 44, *n.* u) *lege:* nomium I *(pro E).*

P. 429, *l.* 45, *n.* l. *lege:* Rothe c.

P. 430, *l.* 47, *n.* l) *lege: sic* 1. *B* 1; castrensium *B* 2, *L III.*

P. 432, *l.* 51, *n.* t') *lege: sic* 1. *L III. (pro I. L III); l.* 51. 52, *in n.* o) *lege:* Ad. rex *E. B* 1 *(pro B* 2).

P. 447, *l.* 49, *in n.* 9. *post* traditur *adde* in necrol. cod. Helwici, 'N. Archiv' XXII, p. 515, et

P. 452, *l.* 49, *n.* g) *lege: sic* 1. *B* 2. *N;* postulaverunt *B* 1. *V.*

P. 470, *l.* 15. *post* cremaverunt *adde notam:* 2°) Minoreni numerum Iudaeorum peractorum indicat additamentum Ann. Erphesfurd., SS. VI, p. 541, et SS. R. G., Mon. Erphesf. p. 44.

P. 480, *l.* 34 *sqq. Codex Helwici a.* 1266. *scriptus et multis manibus posterioribus auctus iam in turri ecclesiae S. Laurentii Erfordensis inventus est, in quo f.* 4—15. *Notae dedicationum Montis S. Petri manu a.* 1266, *et multis manibus saec. XIV. et XV. scriptae exstant, quas Gallus Stassen, ex cuius apographo eas edidi, mutilas et multis locis corruptas descripsit. Unde iam oportet, ut eas in altera parte huius voluminis emendatas et integras edam. Omnia, quae corrigenda essent, hoc loco adnotari non possunt. Moneo tantum p.* 484, *l.* 31. *in codice legi* sexagesimo nono in die, *unde deleas p.* 485, *l.* 45. 46, *n.* l. quocum — a. 1466.

P. 487, *l.* 33 *sq. in codice Helwici legitur* in villa Bottenbach, civis de Syghen, dedit sive obtulit monstranciam magnam pro venerabili sacramento etc. Quam. *Cf. de hoc loco 'N. Archiv' XXII, p.* 510.

P. 487, *l.* 42. *in codice legitur:* IX. Kal. May.

P. 488, *l.* 19 *sqq. Tota series abbatum S. Petri hoc loco edita in codice Helwici f.* 1'. *manu Nicolai de Siegen scripta et ab eo demum composita est. Unde nota omnia fere usque ad p.* 489, *l.* 5, *ex Cronica S. Petri Erford., ea quae p.* 488, *l.* 26. 27. *leguntur ex Ann. S. Petri Erford. maioribus sumpta, notam* 4. *delendam esse.*

P. 491, *l.* 31 *sq. lege* cum Continuatione VII. infra p. 719 sq. edita a. 1270—1300 *(pro* 1298).

P. 492, *n.* 4, *l.* 45. *lege* quod in codice Wirzburgensi et in Cron. *et l.* 46. quae codex Gottingensis recte.

P. 493, *l.* 5. *lege:* inter a. 1198 et a. 1211 *(pro* 1212). *Adela* mim *p.* 523, *l.* 5. *dicta, quae a.* 1211. *Febr.* 2. *obiit, vixisse videtur, cum hic libellus scriberetur.*

P. 494, *l.* 14. *et p.* 495, *l.* 22. *lege:* Fr. X. Wegele, *ubi Fr. falso omissum est, quod etiam in quibusdam notis addendum est.*

P. 497, *l.* 29. *lege:* Quo loco iam amoto, restant loci a. 1168. 1170. *et n.* 8, *l.* 51. *lege:* sed postea iudicavit haec.

P. 507, *l.* 38. *post* eremita *adde* et genealogiam comitum Schwarzburgensium ac Käfernburgensium f. 330b, 331a, *cum nota* 9°) In 'Neue Zeitschrift f. die Gesch. d. german. Völker herausg. von Rosenkranz' I, 1, p. 24 sqq.

P. 558, *l.* 37. *lege:* nulla. Nec illa, *puncto pro signo interrogationis posito.*

P. 660, *l.* 22. *post* exarata est *adde:* Burcardus igitur diversis scribis partes libelli sui, excepta fortasse extrema, dictavisse, non ipse scripsisse videtur. *Ad l.* 37. *vide de codice a Conrado Link descripto quae adnotavi p.* 676, *n.* 7.

In inscriptione tabulae I. lege: Codex Pommersfeld.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.